

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-22.g.14

24 24
G F
27 19

Digitized by Google

TRACTATVS DE CENSIBVS

In Partes Tres diſtributus

IN QVO THEORICE ET PRACTICE VNIVERSALIS
materia, creationis, durationis, & extinctionis annuorum Cenſuum, iuxta Bullam
& modos etiam in Romana Curia adhiberi ſolitos, explicatur.

*OPVS ABSOLVTISSIMVM, DIV DESIDERATVM,
& tam publicè in Scholis profitentibus, quàm in vtroque foro verſantibus neceſſarium.*


AVCTORE

LVDOVICO CENCIO I. C. PERVSINO.

Additæ ſunt Sacræ Rotæ Romanæ Deciſiones CCCX. recentiores, materiam pertractantes, in Opere allegatæ, & numquam antea impreſſæ.

Cum duplici Indice copioſiſſimo, Capitum, & Materiarum.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS, M. DC. XXI.

Sumptibus IOANNIS PAVLI GELLII Bibliopolæ Romani.
Ad ſignum Nauis. *Ex Typographia Ioannis Salis.*

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO RVBERTO VBALDINO S. R. E. CARDINALI.

LVDOVICVS CENCIVS FÆLICIT.

NON ſedi ad Conſilij calculos, nec diu cenſui, aut libraui ecqui Librum hunc de CENSV Conſignatiuo inſcriberem, aut inter quos conſignarem: nam ſi ad quem ducor, ad Te certe trahor; ſuauibus tamen neruis Prudentiæ & beneficentiæ Tuæ: atque illa quidem ab ephœbis in Te emicuit, cum (mirum dictu!) vix pueritia, numquam puerilitas in te viſa ſit, & adhuc tener prudentiæ, ac modeſtiæ elogium merebaris, quæ nihil aliud eſt quam illa verecundia, illeq. virtutis color, qui primus & quaſi præuius teſtis altæ indolis iam tum parem Te maximis honoribus adſeruabat: vt etiam habitus corporis digito demonſtraretur, eiuſdemq. motu, qui vox animi eſt, qui futurus eſſes prodereris: Interim actiones omnes ita librare, ac (penè dixerim) emolere conſueueras, ne quid rationi reluctaretur, vt omnes admirarentur, prudentiam veniſſe ante annos, & ſpectatam prius, quam expectatam. Romæ verò, cum iam adoleſcens à nobis diſceſſiſti quam late ea ſe diffudit? vt Proceres illi in eo Orbis Theatro teſtarentur, à Te Vliſſem poſſe prouocari, cumque in Te moderationem pro negotijs, ordinem rerum, oportunitatem temporum, menſuram verborum, ac de qualibet re non ſuſpicari Te, ſed cognoſcere, cognoſcerent, VBALDINVM Conſiliarium fęlici ſucceſſu adhibebant: Cæterum mella hæc conſiliorum Tuorum haud par erat arctiore compreſſa gyro, anguſtius redolere, ideo Diuina Prouidentia factum vt Leo ille Ædium Sacrarum veſtibulis cuſtos Maximus ſtatueretur. Ab eo Tu illius ocellus, & ſanguine proximus in partem curarum ſtatim vocatus, vt ſuſceptum ab Atlante Chriſtianum Cœlum nouus Alcides ſuſtentares: Nonne omnes per illos dies dicta Tua ſuſpen-

 ſa aure

ſa aure bibebant? nonne in ore Tuo ipſæ charites habitare videbantur? adeo vt Magnorum Principum Legati in admirationem planè ſe darent, quod de arduis quibuſuis negotijs, cum ad Tuæ ſententiæ calculum veniebant, non eſſet longi ſubſellij (vt dicitur) iudicatio & mora: Verum ah! Vir Chriſtianorum exercitus gaudio cbrius Leone Duce fęlicibus cœperat auſpicijs militare, cum hic ad cœlum ſuum à cœno hoc euocatur. Cum verò non amplius adulterinam, ſed veram vitam ſe victurum vidit, de Te ſecurus ſuffecturam tibi prudentiam Tuam, pronunciauit, ac mox inuidæ morti, cuius animo, cum Leo in Petri Cathedra cœpit ſedere, ſedit illico eum proſternere libens manum dedit, an potius illam detulit? Verè enim alio licet ſenſu de ea dici poteſt quod illi

Corpora Magnanimo ſatis eſt, proſtraſſe Leoni.

Meliora enim ſui parte ad meliora iuit, rebuſq. humanis nuncio remiſſo in cœleſtem ſe cœtum condidit, ibique adſcriptus validius, ac robuſtius nos reſpicit. Occiduo autem eo vitæ ſpacio, cum ſe nobis, acerbiſſimum ſui deſiderium relicturus, oſtendit, nonne omnes optimi Pontificis numeros abſoluit? Vigilantiam enim vidimus incomparabilem, robur incredibile, vt ius, faſq. conantes ſubuertere Leoninam ſocietatem ægrè ferrent, quibus calcatis, cum maximum rerum geſtarum rugitum edidiſſet, ſeq. ſatis ex hoc vngue oſtendiſſet, ab optimo illo, Maximoq. Leone, qui mi.i o aduentu ſuo in noſtram necem rugientem Leonem proſtrauit, aculeoſq. mortis hebetauit, Leo hic excipitur; & ò bonum factum! Medicœa enim hæc Pila Cuti cętera ſequatur naturam ſuam, atque in altum tendat, quæque non terreſtri pluma, ſed cœleſti aura eſt grauida, ad magnam illam (cui vbique centrum) Sphæram ac Vicarius ad ſuum Dominum, citò euolet: Tu verò hoc à mortis catapulta in Te miſſo telo non deſcendiſti ad lachrymas, aut lamenta, ſed vti Antœus alter ab ipſo caſu animum reſumens, & tamquam pila (ne abeam ab illa imagine) quæ quo magis quaſſata, eò maiores ſumit vires, ad alta illa oculos attollens, ò quàm verè (exclamaſti duntaxat) fortuna pilæ inſiſtens fingitur! Bonorum omnium bono Paulus V. mox gubernacula Summi Sacerdotij ſuſcepit, atque vnà Te, cui prudentiam animiq. fortitudinem probaueras, & ſuſceptus es honorifice eo munere cohoneſtatus, per quod aditus ad adita Summi Pontificis reſerantur, nec multò poſt morum Tuorum fragrantiam odorans propius, ad Epiſcopale faſtigium Te euexit. vexit interim ad omnes ſuis alis fama eximiam virtutem Tuam, ità vt cum Nuncius ad Gallos eſſet eligendus, non modo Tu, ſed vnus Tu omnium ore, qui eſſes tornatim perpolitus aduocareris. Verum optimus Pontifex, licet penes ſe Te vellet retinere, cunctis tamen ſe commune nomen eſſe ſecum reputans, mittit tandem Te ad noſtri æui Cæſarem, numquam non victorem Henricum IV. Lutetias autem cum vides, admiraris quidem Tu mundi Breuiarium illud, ſed eæ quoque Te virtutum Compendium ſuſpiciunt: Ibi veluti Athleta in ſcamma progreſſus quantam pulueris caliginem ſuſcepiſti? Stadium enim illud Gallicæ Legationis plenum ſemper eſt ſpectatoribus, numquam quietum, ſemper puluere concretum: at Tu prudentia Tua quotidie exercebaris, quotidie ſedulitatis oleo perunctus, ita vt decurſo fęliciter certamine, lacertoſq. tuos maſculos expendens ſummus Agonotheta, quippe qui numquam à linea excideris, ſed ſemper in gradu ſteteris, cum Tuæ prudentiæ portionem ſatis Galli habuiſſent, fructum tibi laboris rependendum cenſuit, vt qui intus animi dotibus nitebas, foris etiam purpura coruſcares;

Aquila

Aquila namque Burgheſia auium Reginam imitatur, quæ, ne degeneres nutriat partus, diligenti librat examine, fœtuſq. decretorio vngue ſuſpenſos aduerſis radijs explorat conſtanterq. obtuentium dulci onere pullorum ſuorum indolem reportat: ita hæc quos diligit, & quos ſuos eſſe ducit; laborum æſtibus exponit, ijſq. exantlatis, non tantum eos minoribus fouet alitq. dignitatibus, ſed etiam Pileo veræ libertatis ſymbolo, cohoneſtat, vna in albo procerum Eccleſiæ eos inſcribens. Te autem, Tarquini Priſce, teſtem adduco quid pileus ab Aquila poſitus, portendat: Hunc Tu, Cardinalis Ampliſſime, nunquam potes intueri, quin merita ſuccurrant dignitatis huius cauſæ: illis enim eſt collatus, non conſanguinitati, non affectui, iiſdem in dies fulges, magiſq. (ita nos clientes auguramur) fulgebis: Et nonne ego inter horum addictiſſimos cenſebor, qui Tuis beneficijs (quæ altera Inſcriptionis cauſa) penè ſum obrutus? tunc enim cum iuris prudentiæ deſignabaris, in Tuo ære eſſe cœpi, ac deinceps numquam beneficentiæ Tuæ oſtium pulſaui, quin per anticum, & per poſticum admiſeris: Igitur vt ſyngrapha debitoris Liber hic de CENSV CONSIGNATIVO ad Te veniat, qui ſi Cenſu pauper apparebit, affectu certè diues eſt, ac profecto animus magis, quam Cenſus in reddendo beneficio operatur; Si verò ſyngrapham hanc cenſuariam emunctæ naris cenſores diſcerpere voluerint, arce Tu ab iſta arce, obiecta purpura, proteruos tauros, expoſitæq. huic ingenioli mei ſubſtantiæ, licet informi Te qui inter cætera Elogia Pater diceris, Parentem aduoco: Huic tantum! immo veriſſimè ſubſtantiæ meæ filijs meis parens eſto; Nos debitum honorem cultumq. PATRONE ILLVSTRISSIME, rependemus, Tuoq. fauore ſecuri, licet nunc Capite Cenſi duntaxat, maximam gazam in Cenſum referemus, & ſupra Cenſum hominum nos eſſe exiſtimabimus. Peruſiæ,

Digitized by Google

LVDOVICVS CENCIVS
BENEVOLO LECTORI.

PRAECLARE profectò, & ſumma cum laude facere eos, qui Diuini Platonis ſententiam ſequuti, quaſi non ſibi ſolùm nati aliquam diei partem amicis, & Patriæ impertiuntur, fuit ſemper apud prudentes viros receptiſſimum. Quamobrem cum ego ab ineunte ætate ad ſtudia bonarum Artium animum non inuitus applicuerim, & grandior factus id vnum ſemper præ oculis habuerim, vt is laborum, & ſtudiorum meorum finis eſſet, qui mihi non iniucundus, alijs verò non eſſet omninò inutilis, & animo mecum ipſe ſæpius reputabam quanam ratione id aſſequi valerem. Et licet multa ſeſe mihi perhonorifica, & expetenda offerrent; cæteris tamen omnibus, & ſpontè mea, & aliorum hortatu poſthabitis, me totum Cæſarei, ac Pontificij Iuris ſcientiæ tradere conſtitui, quippè quæ in Patria mea ſemper floruerit, & vbique gentium honeſtiſſima habita fuerit. In quo poſt aliquot annorum ſtudium Deo Opt. Max. bene iuuante, Doctoratus lauream ſui conſequutus, & Doctor factus publicè interpretandi munus, quod honorificum, & laudabile fuit omni tempeſtate habitum, auidiſſime expectiui. ad quod etiam inueterata, ac multorum annorum iam præſcripta conſuetudo, vt quiſquis in hac noſtra Ciuitate Iuriſconſultorum laurea eſſet inſignitus hoc onus ſubiret, me ad id ſummoperè adhortabatur, quod cum ab ijs, penes quos Gymnaſij noſtri Peruſini cura, & gubernium tunc temporis reſidebat ſumma cum animi mei alacritate impetraſſem, hanc publicè interpretandi, primum ius Ciuile, mox ius Pontificium, Prouinciam per multos annos pro mearum virium imbecillitate ſuſtinui. Quo tempore non potui effugere, quin & pro meorum bonorum, ac affinium, & amicorum tutela aduocationis munere in grauiſſimis etiam, & capitalibus cauſis ſæpiſſimè functus fuerim. Cum autem ijs horis, quibus mihi à publicis interpretationibus, & à forenſi ſtrepitu vacare permiſſum fuit, turpi otio languere non minus reprehenſibile, quàm pernicioſum exiſtimauerim, cum teſte Gregor. quem refert Luc. de Penna, in l. 1. col. 2. C. de excuſ. artific. lib. 10. Ocia ſint facinorum nutrimenta. Et in ocio non ſolum ingenium torpere ſoleat, iuxta illud Ouidianum.

Adde quod ingenium longa rubigine læſum
Torpet, & eſt multo, quam fuit ante minus.

Sed etiam tota vita noſtra vt authoritate Catonis Philoſophi dicit Guil. de Bened. ad cap. Rainutius, in verbo, Dotem, quam ei dederat, num. 54. ad fin. ext. de teſtam. non inconueniens ſui arbitratus ex Ariſt. Politic. lib. 8. cap. 3. & Senec. Epiſt. 84. inter ſtudia grauiora aliquando, animi cauſa, alia iucundiora permiſcere. vt olim feciſſe Sceuolam I. C. ſua tempeſtate eximium, dicit Valer. Maxim. lib. 8. in tit. de otio, & refert Guil. de Bened. d. verbo, Dotem, num. 64. Et cum multa quæ ad Cenſuum materiam pertinent ſparſim, & confusè abſque aliquo ordine, & delectu, prout inter ſtudendum ſeſe mihi obuiam faciebant, collegiſſem & conſeruaſſem ea potiſſimum mente, & intentione, vt poſſent aliquando in peragendis cauſis vſui, & adiumento & mihi, & amicis eſſe, illa in vnum quaſi corpus redigere, & certa methodo, & congruo ordine in modum Tractatus aptare in mentem venit, cui cogitationi inhærens nec operis difficultate, nec mearum virium, quas ſatis eſſe infirmas cognoſco & ingenue fateor, imbecillitate deterritus, hanc

Prouin-

Prouinciam ſui aggreſſus. Et cum poſt multorum menſium curricula, ea, quæ ſparſim, & nulla methodo collegeram iuxta præſcriptum mihi ordinem diſpoſuiſſem. Ecce ibi obuiam ſeſe mihi faciunt Tractatus multi de hac materia non minus doctè, quàm copioſè, & eleganter à viris de Legali ſcientia optimè meritis, & excellentiſſimis compoſiti, & conſcripti, quos cum perlegiſſem, & bonam partem eorum, quæ à nobis collecta fuerant ab iiſdem tractata comperiiſſem, pedem referre, & à cepto opere deſiſtere decreueram, & illud certe abieciſſem niſi amicorum efflagitationes, cohortationes, & ſuaſiones ab hoc me propoſito retraxiſſent. Opus igitur iam penè deſperatum non inuitus reſumpſi, memor illius dicti. Nil dictum, quod non ſit dictum prius, & in hanc, in qua comparet, formam aptaui, & quale quale ſit in publicam lucem emittere decreui: Non quod mihi perſuadeam omnia, quæ ad hanc tractationem pertinẽt, me plenè collegiſſe, in hoc breui Tractatu complexum fuiſſe, & pro dignitate explicaſſe, (opus enim hoc arduum, ac penè impoſſibile eſſe, & ego ſenſi, & quilibet ſani capitis eſt facilè arbitraturus) ſed ea certa ſpe fretus, quod probi, ac ſtudioſi viri laborem hunc noſtrum non ſint omnino improbaturi, immo æqui bonique facturis, eo ſaltem nomine, quod pleraſque huius noſtri Tractatus Concluſiones Sacræ Rotæ Romanæ authoritate confirmare conati ſumus. Deciſiones multas de materia loquentes, allegantes quarum aliquas, iis tamen exceptis, quæ in aliquo volumine ſub proprii Authoris nomine impreſſa reperiuntur, etiam quod ex eis nonnullis alibi ſparſim impreſſæ fuerint poſt Tractatum congruo ordine imprimi curaui. Excipe igitur Lector humaniſſime hos noſtros labores æquo animo, lauda conatum, defectus excuſa; & diu viue fælix.

Liber hic, inſcriptus. Tractatus de Cenſibus, &c. Ludouico Cencio I. V. D. & Aduocato Peruſino Authore; Fuit Venetiis pro impreſſione examinatus, & nihil in eo repertum, quod à Sancta Fide Catholica, & Legibus eſſet alienum, pro communi vtilitate typis conceſſus, & in lucem editus eſt.

Fr. Ioann. Dominicus Vignutius Sacræ Theologiæ Magiſter, & generalis Inquiſitor.

Digitized by Google

IN LIBRVM DE CENSIBVS, LVDOVICO CENCIO I. V. D. CLARISS. AVTHORE,

Ode Dominici Tempeſtæ Romani I. C.

QVIS expediuit difficiles locos,
Et quæſtiones implicitas fori
Diſſoluit, ambagesq. cæcas
Dædalea patefecit arte?
Tot innocentum commoda pauperum,
Potentiorum tot bona Ciuium
Nutare dudum fluctuanti
Vidimus exagitata lite.
Iuris patronus CENCIVS, ardua
Virtute pollens, præſidium reis
Præbet laboratum ſolutis
Nexibus ambiguis volumen.
Quæcunque noſtris dicta, vel exteris,
Quidquid recentes, vel veteres Patres
De Cenſibus ſeu condiderunt,
Condere ſeu potuere libris:
Decora longè ſplendidius nitent,
Tuiſq. latè culta laboribus
Extant, probantur, perleguntur,
Conſpicuis, LVDOVICE, chartis.
Faceſſe iam diſcordia litibus
Præcincta diris; diſſidium fori
Pulſum procul diſcede, & intra
Tænarias caput abde fauces.

LIBER AD LECTOREM,

Marij Cocciarami Sacerdotis Peruſini.

VNDE ortum ducat Cenſus, quo munere viuat,
Quo fine intereat, Candide Lector habes.
Mi quoque nunc primæ data ſunt exordia lucis
At quam diſſimiles ſunt in vtroque vices.
Cenſus obit, præclara meis ſed nomina chartis
Stant Cenci nulla deperitura die.

In

IN LIBRVM LVDOVICI CENCII I. V. C. DE CENSIBVS INSCRIPTVM.

Io. Iacobus Riccius à Carboniano.

MOLE liber magnus, pretio tibi maximus hic eſt,
 Verſat enim Cenſus, Lector, agitq. graues
Quæ magis hoc fuerint pretioſa Volumina ſeclo?
 Quid Cenſu noſtro maius in Orbe putes?
Cenſibus eſt opus, hoc ad opus de Cenſibus: ergo
 Diues vt hoc fias, diues egenus eris:
At cenſu Cenſus modico mercabere tantos,
 Emptor eris pauper, Lector eris locuples.
Conſilium ſanè mirum, quo plebs, & Auarus
 Tam bene fallatur, quam male ſæpè ſolet:
Namque inhians lucro, Cenſusq. cupidine ductus,
 Si petit hinc Cenſum, doctus auarus abit.

IN LIBRVM DE CENSIBVS V. CL. *Ludouici Cencij I. V. D.*

EPIGR.

Io. Baptiſtæ Artemij Peruſini.

BARTHOLVS & Baldus Turrenæ gloria Gentis,
 Par geminum Peruſi, pignora chara, fui;
Eximiam ſcriptis nobiſq. ſibiq. pararunt
 Famam, atque in laudes viuit vterque ſuas.
Iſtorum leges toto verſantur in Orbe,
 Perlegit has Gallus, Italus, Indus, Iber.
Sic LVDOVICE, tuum viuet per ſecula nomen,
 Viuent in Chartis & monumenta tuis.
CENSVS facundo cum diſcutis ore: profabor,
 Bartholus alter eris, Baldus & alter eris.
At maiora dabis cum tu monimenta: profabor,
 Cedite Turreni, cedite Romulidæ.

AD INVIDVM LECTOREM.

EIVSDEM.

CENSOR abi; Cenſus promulgat CENCIVS: hic tu
 Nil cenſere potes, Inuide cenſor abi.
Carpere ſcripta cupis, vel ſi digniſſima cedro
 Perlege ſcripta prius, carpere mox ſtudeas
Cenſus dum carpes nullo ditabere cenſu,
 Sed CENCI nomen ſplendidius facies.

Digitized by Google

P A V L V S PP. V.

Ad futuram rei memoriam.

CVm, ſicut dilectus filius Ioannes Paulus Gelli Almæ Vrbis noſtræ Bibliopola Nobis nuper expoſi fecit, quòd ipſe LVDOVICI CENCI *Tractatum*, DE CENSIBVS, *cum* DECISIONIBVS ROTAE *in materia de Cenſibus, in lucem edere intendat ac vereatur, ne poſtquam in lucem prodierit, alij qui ex alieno labore lucrum quærant, Tractatum ac Deciſiones Rotæ Romanæ in materia de Cenſibus, huiuſmodi Typis cudi facere curent, in ipſius Ioannis Pauli præiudicium. Nos eius indemnitati, ne ex impreſſione huiuſmodi aliquod diſpendium patiatur, prouidere, ipſumq. ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsq. Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes; ſupplicationibus ipſius Ioannis Pauli nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, eidem Ioanni Paulo, vt decennio proximo durante à primæua Tractatus, ac Deciſionum huiuſmodi, dummodo tamen antea à Dilecto Filio Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici approbati fuerint, impreſſione computandum, nemo tam in Vrbe, quam in vniuerſo Statu Eccleſiaſtico mediatè, vel immediatè Nobis ſubiecto, Tractatum hunc ac Deciſiones huiuſmodi ſine ſpeciali dicti Ioannis Pauli, aut eius hæredum & ſucceſſorum, vel ab eis cauſam habentium, licentia, imprimere, ſeu ab alio, vel alijs impreſſa vendere, ſeu venalia habere, vel proponere poſſit, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea vniuerſis & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, præſertim Librorum Impreſſoribus, ſub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amiſſionis librorum, & typorum omnium pro vna Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ac pro alia eidem Ioanni Paulo, & pro reliqua tertijs partibus Accuſatori & Iudici exequenti, irremiſſibiliter applicandum, eo ipſo abſque vlla declaratione incurrendum pœnis, ne dicto decennio durante Tractatum, ac Deciſiones huiuſmodi, aut aliquam eorum partem, etiam prætextu Additionum, aut explanationum, tam in magno, quam in paruo folio, ac tam in Vrbe, quam in vniuerſo Statu Eccleſiaſtico prædictis ſine huiuſmodi licentia imprimere, aut ab alio, vel ab alijs impreſſa vendere, aut venalia habere, vel proponere quoquo modo audeant, ſeu præſumant. Mandantes propterea dilectis filijs noſtris, & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legatis, ſeu eorum Vicelegatis, ac Præſidentibus, Gubernatoribus, & alijs Iuſtitiæ Miniſtris Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum Status noſtri Eccleſiaſtici, prædictis, quatenus eidem Ioanni Paulo, eiuſq. hæredibus, & ſucceſſoribus, ſeu ab eis cauſam habentibus huiuſmodi in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, quandocumque ab eodem Io. Paulo, ſeu alijs prædictis fuerint requiſiti, pœnas prædictas contra quoſcumque inobedientes irremiſſibiliter exequantur. Non obſtantibus conditionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis Statutis, & Conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, ceteriſq. contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, quòd præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadem prorſus, fides adhibeatur; quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris, die 24. Ianuarij, M. DC. XX.

Pontificatus Noſtri Anno decimoquinto.

S. Card. S. Suſannæ.

INDEX QVÆSTIONVM ET ARTICVLORVM, IN QVOS TRACTATVS ISTE DISTINCTVS EST.

PARS PRIMA.

De ortu, & creatione Cenſus.

Hæc prima pars quattuor continet capita principalia, quæ pluribus explicantur Quæſtionibus.

CAPVT PRIMVM.

Quod vniuerſa, quæ ad huius contractus Cenſualis præcognitionem ſunt neceſſaria, quattuor Quæſtionibus complectitur.

QVÆSTIO PRIMA.

De Cenſus conſignatiui diuiſione.

Quæ quattuor habet Articulos.

Primus. Cenſus alter eſt publicus, & alter priuatus, & ibi

Quod Priuatus alter eſt retentiuus, alter conſignatiuus, &

Quomodo quilibet conſtituatur, &

In quibus vnus ab altero diſcrepet.

Secundus. Cenſus conſignatiuus alter eſt perpetuus, alter eſt temporalis, &

In quibus conſiſtat perpetuitas, & temporalitas illius.

Tertius. Cenſus conſignatiuus alter eſt fructuarius, alter pecuniarius, &

Quomodo vterque conſtituatur.

Quartus. Cenſus conſignatiuus alter eſt realis, alter perſonalis.

QVÆSTIO II.

De origine Cenſus conſignatiui.

Quæ vnico explicatur Articulo in quo diſcutitur,

An contractus cenſualis fuerit cognitus tempore Iuſtiniani Imperatoris, vel antea.

An potius fuerit introductus per Summorum Pontificum Conſtitutiones, &

An vnus contractus poſſit diuerſis temporibus dici quod ſit de iure Naturali, Gentium, & Ciuili.

QVÆSTIO III.

De Cenſus conſignatiui definitione.

Quæ duos Articulos continet.

Primus. De Ethymologia Cenſus, & ibi

Vnde vox Cenſus denominetur, &

An vox iſta propriè conueniat Cenſui conſignatiuo.

Secundus. De definitione Cenſus vbi per Auctorem noua Cenſus conſignatiui affertur definitio, & declaratur.

QVÆSTIO IIII.

De qualitate Cenſus conſignatiui.

Quæ quinque complectitur Articulos.

Primus. Eſt contractus Cenſus, an ſit nominatus, vel innominatus, & cur.

Secundus. Cenſus imponendus qualis eſſe debeat, & ibi

Quod debeat eſſe certus.

Tertius. Cenſus temporalis an ſit licitus tam conſtitutus ad tempus certum & determinatum,

Quam conſtitutus ad tempus incertum, puta ad vitam.

Et quæ requirantur vt ſit licitus.

Quartus. Cenſus perpetuus, an ſit licitus.

Quintus. An Reipublicæ expediat contractum cenſualem recipere.

CAPVT SECVNDVM.

De perſonis, quæ poſſunt, vel non Cenſum imponere,

Et in tres Quæſtiones diuiditur.

QVÆSTIO PRIMA.

Cenſum imponere ſuper re, an is poſſit qui eſt illius dominus directus.

Quæ habet Articulos ſeptem.

Primus eſt. An quis ſuper re aliena Cenſum poſſit creare; &

Quomodo.

Secundus. Minor ne, & mulier ſuper propriis bonis, &

In

Digitized by Google

In quibus caſibus, &
Cum quibus ſolemnitatibus Cenſum poſſint conſtituere.
Tertius. Prodigus an ſuper ſuis bonis poſſit Cenſum collocare, &
Quando.
Quartus. An filiusfamilias ſuper bonis ſui peculij cuiuſcumque generis.
Quintus. An is qui emit rem cum pacto de retuendendo, &
An maritus conſtaute matrimonio ſuper rebus ſibi in dotem traditis.
Sextus. An hæres ſuper bonis reſtitutioni ſubiectis, &
An ſuper bonis expreſsè alienari prohibitis, &
In quibus caſibus.
Septimus. Cenſus ſuper te communi impoſitus an ſit validus, &
Pro qua rata.

QVÆSTIO II.

Dominus vtilis, an poſſit ſuper re Cenſum imponere.

Quæ habet Articulos duos.
Primus eſt. Au Vaſallus poſſit imponete Cenſum validum ſuper re quam in feudum recepit, &
In quibus caſibus.
Secundus. Emphyteuta an ſuper bonis ſibi in Emphyteuſim conceſſis, &
In quibus caſibus.

QVÆSTIO III.

Cenſum ſuper re an is creare poſſit, qui ius aliquod in ea, vel ad eam babet, citra tameu dominium directum, vel vtile.

Quæ quinque explicatur Articulis.
Primus eſt. An adminiſtraror bonorum alicuius Vniuerſitatis poſſit ſuper illis Cenſum cōſtituere, &
Cum quibus ſolemnitatibus.
Secundus. An Clericus beneficiatus ſuper bonis ſui beneficij, &
Quomodo, &
Quibus concurrentibus.
Tertius. An vſufructuarius ſuper bonis, quorum aliena eſt proprietas.
Quartus. An is, qui emit rem adiecto pacto, quod non acquirat illius dominium, niſi ſoluto integro pretio, ante pretij ſolutionem.
Quintus. An fideicommiſſarius ante reſtitutionem fideicommiſſi puri, vel purificati ſibi ſaltem verbaliter factam.

CAPVT TERTIVM.

De rebus ſuper quibus Cenſus conſtitui poteſt, vel non.

Quod habet Quæſtiones quattuor.

QVÆSTIO PRIMA.

Cenſus an fundari debeat ſuper re immobili.

Quæ habet Articulos ſex.
Primus eſt. Cenſus an conſtitui poſſit ſuper rebus, quæ pro immobilibus reputantur?
Secundus. Cenſus conſignatiuus, an habeatur pro re immobili, &
In quibus caſibus?
Tertius, An ſuper aliis cenſibus Cenſus fundari poſſit?
Quartus. An ſuper rebus mobilibus cuiuſcumque generis?
Quintus. An ſuper iuribus, & actionibus, & ſignantet
An ſuper iuriſdictione, &
An ſuper dignitatibus.
Sextus. An ſuper perſona,
Tam conſtituentis ipſum Cenſum.
Quàm alterius cuiuſcumque, &
Tam ante Bullam Pij V. editam ſupet forma creandi Cenſus,
Quàm poſtea in locis vbi vſu recepta non fuit, &
Bulla præfata liget omnes indiſtinctè in quocumque loco.

QVÆSTIO II.

Fundus Cenſus au de neceſſitate debeat eſſe frugifer.

Quæ quinque Articulis explicatur.
Primus eſt. Cur fundus Cenſus debeat eſſe frugifer, &
Quando talis dicatur.
Secundus. Cenſus an ſit in totum nullus, ſi fundus ſubiugatus non poſſit ſupportare onus integri Cenſus.
Tertius. Si fundus ſuppoſitus pro aliquo tempore non ferat fructus ſufficientes pro integro cenſu, an ille ſit aliunde ſupplendus.
Quartus. An ſuper fundo magni redditus conſtitui poſſit paruus Cenſus.
Quintus. An ſuper vno, & eodem fundo poſſint diuerſis temporibus fundari plures Cenſus, etiam quod illius fructus non ſint ſufficientes pro omnibus cenſibus, &
Quomodo eo caſu ſuccurratur poſteriori emptori Cenſus.

QVÆSTIO III.

Cenſus an conſtitui debeat ſuper fundo certo & certis finibus deſignato?

Quæ duos complectitur Articulos.
Primus eſt. An cenſus imponi poſſit ſuper vniuerſis bonis imponentis non facta alicuius prædij expreſſione, &
An ſuper vno certo & deſignato, & ſuper omnibus alijs.
Secundus. An ſuper pluribus prædiis diſtinctis, & ſeparatis, &
Quomodo, &

An

Et Articulorum.

An Cenſus poſſit de vno prædio ad aliud transferri citra nouationem, reſpectu fideiuſſorum, & anterioris hypothecæ.

QVÆSTIO IV.

Cenſus fundari debet ſuper fundo libero, & alteri oneri non obnoxio.

Quę vnico explicatur Articulo, in quo declaratur
Quomodo hoc intelligatur, &
Quibus remediis ſuccurratur ei, qui emit Cenſum ſuper fundo non libero impoſitum.

CAPVT QVARTVM.

Impoſitio Cenſus quomodo probetur.

Quod vnicam continet quæſtionem, in qua agitur de modis quibus impoſitio Cenſus probari valeat, &
An ſit neceſſarium inſtrumentum, vel publicą ſcriptura.

PARS SECVNDA,

De progreſſu & vita Cenſus conſignatiui.

Quæ diuiditur in duo Capita principalia.

CAPVT PRIMVM.

Quod verſatur circa ea quæ in ipſo actu tranſlationis, & acquiſitionis Cenſus iam creati, & in eſſę deduci contingunt.
Et habet Quæſtiones tres.

QVÆSTIO PRIMA.

Quo titulo Cenſus conſignatiuus alienari poſſit.

Quæ octo continet Articulos.
Primus eſt. Cenſus poteſt in aliū transferri quocumque titulo habili ad transferēdum domininm, & dantur exempla,
Secundus, Cenſus an alienari poſſit titulo emptionis, & venditionis.
Et an Cenſus de nouo creatus.
Tertius, Pretium quod in emptionem Cēſus erogatur, an debeat eſſe certum.
An poſſit taxari pretium iſtud vt ſit vniforme in omni loco, & pro omni tempore.
An huiuſmodi taxatio expediat.
Quartus. Pretium Cenſus debet eſſe iuſtum, &
In quibus conſiſtat illius iuſtitia.
Quintus, Pretium Cenſus debet cōſtitui & conuenire in pecunia numerata, & ibi
Ad multa infertur.
Sextus. Pretium hoc debet totum & integrum ſolui in pecunia numerata.
Septimus. Pretium Cenſus ſolui debet realiter & cum effectu in præſentia Notarii, & teſtium in actu celebrationis inſtrumenti.
Octauus. Pretium iſtud numeratum fuiſſe in præſentia Notarij & teſtium quomodo probetur, & maxime.
An per Notarij aſſertionem.

QVÆSTIO II.

De fideiuſſore in contractu Cenſus adhibendo.

Quæ vnicum habet Articulum in quo explicatur ſignanter,
An fideiuſſor teneatur ſi contractus ſit nullus reſpectu principalis debitoris.
An in hoc contractu poſſit ſe obligare vti principalis, & inſolidum.

QVÆSTIO III.

De pactis, quæ ſunt licita, vel reprobata in contractu Cenſus, & in illius alienatione.

Quæ decem complectitur Articulos.
Primus eſt. Quæ ſint pacta, quę appoſita in venditione Cenſus vitiant contrarium, & ipſa quoque vitiantur, &
Quæ vitientur, & non vitient contractum.
Quæ dicantur ſubſtantialia, & quę naturalia contractuum, & ſignanter cenſualis.
Secundus. An pactum anticipatæ ſolutionis ſit permiſſum in contractu cenſuali, &
Quomodo?
Tertius. An in hoc contractu ſit licitum pactum quod caſus fortuiti ſpectent ad venditorem cenſus, &
De quibus caſibus intelligatur?
Quartus. An in contractu Cenſus ſit permiſſum aliquod pactum contra moroſum Cenſus debitorem, &
Quale.
Sextus. An in hoc contractu ſit licitum pactum quod ſolutio onerum ad eum ſpectet, ad quem de iure, vel ex natura contractus non ſpectaret.
Septimus. An ex pacto poſſit auferri, vel reſtringi facultas redimendi Cenſum, &
Ad multa particularia pacta infertur.
Octauus. An inter contrahentes iniri poſſit pactum vt aliquo caſu debitor Cenſus cogi poſſit ad illius redemptionem, &
Infertur ad aliqua particularia pacta.
Nonus. An aliqua cautela poſſit ſaluari contractus cenſualis à nullitate reſultante ex eo, quòd fuerit appoſitum aliquod pactum illicitum, & reprobatum?
Decimus. An Notarius ſcribens in contractu cenſuali aliquod pactum illicitum, & reprobatum aliqua ſit pœna afficiendus, &
Quâ.

CAPVT SECVNDVM.

In quo tractatur de iis, quæ reſpiciunt cenſum poſtquam eſt in eſſe deductus, & alteri iuſto titulo acquiſitus, & complectitur Quæſtiones quinque.

QVÆ-

Index Quæſtionum,

QVÆSTIO PRIMA.

De fundo Cenſus, & illum reſpicientibus.

Quæ quattuor continet Articulos.

Primus eſt. An fundus ille poſſit ab eius domino vendi, & alio titulo alienari, &

An propter illius venditionem Cenſus ſuperimpoſitus extinguatur.

Secundus. An dominus volens illum vendere, teneatur id creditori Cenſus denunciare?

Cur, &

Intra quod tempus, &

Sub qua forma denunciatio hæc ſit facienda?

Tertius. Dominus Cenſus quod in venditione dicti fundi debeat præferri omnibus aliis emere volentibus, &

Qua ratione.

Quartus. Dominus Cenſus quod poſſit fundum illum alteri omiſſa denunciatione venditum retrahere.

An non ſolum à primo emptore, ſed etiam à quocumque vlteriore.

An retrahendo à ſecundo vel alio emptore poſſit in pretio fundi imputare pretium quo emit cẽſum.

An retractus locum habeat ſi fundus ille fuerit venditus per Iudicem iudiciario nomine?

QVÆSTIO II.

De reſpicientibus perſonam domini Cenſus.

Quæ ſex explicatur Articulis.

Primus eſt. Dominus Cenſus quis dicatur; &

Quis poſſit Cenſum exigere. & ibi ad multa infertur.

Secundus. Ex duobus dominis eiuſdem Cenſus, quis in illius exactione debeat præferri, & ibi

Multa de Intellectu, *l. quoties, C. de rei vendit.*

Tertius. Minor, & eius tutor, vel curator an poſſint validè fructus Cenſus exigere ita vt debitor liberetur?

Quibus ſolemnitatibus exigant, &

Aliqua de intellectu, *l. ſancimus, C. de adm. tutor.*

Quartus. Hæredibus vſufructuarij, an, & quando fructus Cenſus ab vſufructuario non exacti debeantur, &

An ab eis, vel à Proprietario exigantur.

Quintus. Fideiuſſor Cenſus, & Correus . } an poſſint cenſum emere.

An ſi emant poſſint integraliter illius fructus exigere à Correo, vel debitore Cenſus.

Sextus. Dominus Cenſus an de illo poſſit aliquo titulo diſponere, & ibi quod

Cenſus hypothecatur,

Locatur, & cui,

Ceditur.

Permutatur.

Datur in dotem.

Venditur, & quomodo,

Legatur, & an in legato veniat ſors, an verò ius exigendi fructus.

Et transfertur aliis quibuſcumque titulis.

QVÆSTIO III.

Quis teneatur Cenſum ſoluere.

Quæ nouem continet Articulos.

Primus eſt. Cenſum ſoluere tenetur tam is qui illum impoſuit, & vendidit,

Quam illius hæres, & ſucceſſor in dicto onere.

Secundus. Fideiuſſor, qui acceſſit in contractu Cenſus an teneatur ad illius ſolutionem,

Quando, &

An ſit neceſſaria excuſſio principalis debitoris.

Tertius. Fideiuſſor qui in contractu Cenſus ſe obligauit debet conſeruari indemnis à principali debitore.

Etiam quod ſibi expreſsè promiſſa non fuerit

Conſeruatio indemnitatis quid contineat.

Qua actione fideiuſſor conſequatur dictam conſeruationem.

An illam poſſit petere antequam ſoluat.

Quartus. Fideiuſſor Cenſus, an iure agere poſſit vt eximatur à dicta fideiuſſione?

Quintus. Fideiuſſor Cenſus quando dicatur liberatus à nexu fideiuſſionis.

Sextus. Poſſeſſor fundi cenſuati an ad Cenſus ſolutionem teneatur, &

In quibus caſibus.

Septimus. Cenſum ſoluere an teneatur vſufructuarius cui legatus fuit fundus cenſuatus illum dicto nomine poſſidens.

An verò hæres proprietarius.

Octauus. poſſidens partem fundi ſuppoſiti, an teneatur inſolidum ad integri Cẽſus ſolutionem, &

An ſoluens cogere poſſit creditorem vt iura ſibi cedat.

Nonus. An is qui aliquando Cenſum ſoluit compelli poſſit, vt in ſolutione perſeueret, &

In quibus caſibus.

QVÆSTIO IIII.

De ſolutione Cenſus.

Quæ ſeptem explicatur Articulis.

Primus eſt. Solutio Cenſus an retardari poſſit opponendo exceptionem nullitatis cenſualis contractus.

Secundus. Quo tempore ſolutio fructuum Cenſus ſit facienda vel ex natura contractus, vel ex conſuetudine, vel ex partium conuentione.

Tertius. Solutio Cenſus an fieri poſſit vna vice pro pluribus annis futuris.

Quartus. Fructus Cenſus ex qua moneta ſolui debeat, videlicet:

An de moneta currẽte tempore ſolutionis faciendæ, an verò de currente tempore emptionis, & acquiſitionis Cenſus.

An augmentum, vel diminutio valoris monetæ cedat damno aut commodo creditoris, an verò debitoris Cenſus.

Quintus. Quo in loco fructus Cenſus [illegible] debeant.

An & quando debitor Cenſus accedere teneatur cum ſolutione ad domicilium creditoris.

Sextus.

Sextus. Solutio Cenſus quibus modis poſſit probari. & mulcta de intellectu, *l. quicumque, C. de apocb. public. lib. 10.*

Septimus. Fructus ex contractu Cenſus nullo, an exigi licitè queant.

QVÆSTIO V.

Quibus actionibus, & remedijs Cenſus exigatur.

Quæ nouem habet Articulos.

Primus eſt. An pro Cenſu formali poſſit agi petitorio iudicio, &

Quid in eo ſit probandum.

Secundus. Pro Cenſu formali an competant remedia poſſeſſoria, &

Quæ.

Tertius. Cui, & contra quos competant remedia poſſeſſoria pro Cenſu formali.

Quartus. Quid probandum ſit in his iudiciis poſſeſſoriis.

Quaſi poſſeſſio exigendi quomodo probetur, &

An vnica ſolutio conſtituat in quaſi poſſeſſione.

Quintus. Dominus Cenſus, an poſſit propria auctoritate capere fructus rei ſuppoſitæ, ſi debitor Cenſus ſit moroſus in ſoluendo, &

In quibus caſibus, &

An poſſit iure medio cogere colonum partiarium bonorum Cenſui ſubiugatorum, vt ſibi reſpondeat de parte dominicali fructuum pro ſatisfactione ſui crediti cenſualis.

Colonus an eo caſu poſſit nominare auctorem, &

Auctor nominatus quas exceptiones poſſit opponere ad impediendum creditorem Cenſus, ne fructus de manu coloni percipiat.

Sextus. Via executiua an competat pro exactione annui Cenſus.

Cui,

Contra quos,

Quando, &

An aliqua exceptione poſſit retardari.

Septimus. Actio perſonalis an intentari poſſit pro annui Cenſus conſecutione.

A quo, &

Contra quos, &

An contra poſſeſſores fundi cenſuati.

Octauus. Actio perſonalis in rem ſcripta quæ ſit,

An detur contra poſſeſſorem fundi cenſuati pro annuis cenſibus, &

In quibus caſibus.

Nonus. Actio hypothecaria, & remedium vtilis Saluiani Interdicti dantur pro annuis cenſibus conſequendis. Et firmatur concluſio affirmatiua cũ ſex ampliationibus, quinque limitationibus, & totidem declarationibus, & ibi diſcutitur maximè.

An & quibus caſibus in hoc iudicio obſtet exceptio præſcriptionis decennalis.

PARS TERTIA.

CAPVT PRIMVM.

De Interitu, & reſolutione Cenſus.

Quod octo continet Quæſtiones, prout octo ſunt cauſæ ex quibus oritur Cenſus reſolutio, & extinctio.

QVÆSTIO PRIMA.

Cenſus extinguitur peremptione fundi cenſuati.

Quæ tribus explicatur Articulis.

Primus eſt. An Cenſus totus perimatur perempto toto fundo ſubiugato.

Secundus. Perempta parte fundi ſuppoſiti an extinguatur pars Cenſus ſuperimpoſiti, &

In quibus caſibus.

Tertius. An ſi fundus Cenſus pereat non caſu, & ſecundum illius naturam, ſed culpa, & facto domini illius, Cenſus extinguatur.

QVÆSTIO II.

Cenſus extinguitur ſi illius fundus efficiatur infructuoſus.

Quæ vnicum habet Articulum, in quo diſcutitur quando in propoſito fundus dicatur reddi infructuoſus, &

In quibus caſibus Cenſus pereat ex eo quod fundus fructus non reddat.

QVÆSTIO III.

Cenſus extinguitur redemptione.

Quæ decem complectitur Articulos.

Primus eſt. Quando Cenſus dicatur redimi.

Quæ requirantur vt Cenſus dicatur extinctus per redemptionem, &

Diſdicta Cenſus inducta per Bullam Pij V. pro forma,

A quo,

Cui,

Quando, &

Quomodo ſit facienda, vt releuet.

Secundus. Cenſum redimere quis poſſit.

An vnus ex pluribus hæredibus debitoris Cenſus in totum,

An pro portione ſua hæreditaria, &

Quomodo illi ſuccurratur ſi alij cohæredes redimere nolint.

Tertius. Cenſum pro alio redimere an quis poſſit, &

In quibus caſibus.

Quartus. Debitor Cenſus, an aliquo caſu cogi poſſit vt Cenſum redimat, &

In quibus.

Quintus. An dentur caſus in quibus ceſſet curſus fructuu Cẽſus abſque eo, quod ille redimatur, &

Qui illi ſint.

Sextus. In redemptione Cenſus, an pretium reſtitui poſſit in alia ſpecie quã in pecunia numerata.

Septimus. Cenſum reuendere quis teneatur, & cogi poſſit, &

An Minor, & cum quibus ſolemnitatibus.

An is ad cuius manus poſt longam ſucceſſionem Cenſus peruenit.

An

Index Quæſtionum, & Articulorum.

An vnus ex pluribus emptoribus Cenſus compelli poſſit ad reuendendum ſuam partem.

An maritus reuendat Cenſum ſibi in dotem traditum; & redimens liberetur.

An is, qui pro alio, & eius nomine Cenſum emit poſſit illum reuendere.

An vnus ex pluribus hæredibus domini Cenſus totum poſſit reuendere.

Vſufructuarius ne, an Proprietarius Cenſus illum reuendat, & quis pretium recipiat.

Octanus. Cenſus an de ſui natura ſit diuiduus, vel indiuiduus.

An pacto fieri poſſit vt redimi valeat per partes, vel

Quod redimi debeat totus.

Nonus, Dominus Cenſus quomodo ſit interpellandus pro reuenditione Cenſus,

Maximè ſi ſit furioſus.

Abſens, vel

Minor, etiam

Infans.

Si dominus Cenſus reuendere recuſet, quid agendum.

De depoſito faciendo per debitorem Cenſus, & de illius circumſtantiis vt releuet.

Decimus. Redemptio Cenſus, quomodo probetur.

An ſit neceſſarium inſtrumentum, & publica ſcriptura.

QVÆSTIO IV.

Cenſus extinguitur ſi ceſſet cauſa ob quam fuit conſtitutus.

Quæ vnicum habet Articulum in quo hoc plenè explicatur.

QVÆSTIO V.

Cenſus extinguitur ſi illius dominus conſequatur dominium fundi cenſuati.

Quę vnico explicatur Articulo in quo diſcutitur,

Quomodo hoc procedat.

Quid ſi Cenſus ſit creatus ſuper pluribus prædiis, quorum vnum dumtaxat tranſeat in dominium domini Cenſus.

Quid ſi talis acquiſitio non ſit irreuocabilis, ſed reuocabilis.

QVÆSTIO VI.

Cenſus extinguitur ſi per iudicis ſententiam fuerit declaratus nullus, & inualidus.

Quæ vnicum continet Articulum, in quo hoc explicatur.

QVÆSTIO VII.

Cenſus extinguitur ſi venditor illius in re quam ſupponit habeat ius temporale, & illud expiret.

Quæ vnica expeditur concluſione, & dantur exempla, & declaratur.

QVÆSTIO VIII.

Cenſus an extinguatur præſcriptione.

Quæ duobus explicatur Articulis.

Primus eſt. An obligationi ſoluendi annuos Cenſus aliquo temporis ſpatio præſcribatur.

Quando incipiat currere præſcriptio, &

Quando releuet.

Secundus. Præſcriptio in contractu Cenſus, an ſufficiat vna, vel requirantur plures, &

An proſit tam pro fructibus decurſis, quam

Pro decurrendis in futurum.

CAPVT SECVNDVM.

De aliquibus, quæ ex Cenſus reſolutione, & poſt illam conſequuntur.

Quod vnica Quæſtione comprehenditur, in qua aliquot diſſoluuntur dubitationes, & reſoluuntur difficultates, & præcipuè.

Qui ſint effectus extinctionis Cenſus, & ibi

Quod ex illa ſequitur liberatio debitoris tā realis,

Quam perſonalis, etiam reſpectu fideiuſſoris.

An redempto Cenſu in medio anni debeantur fructus illius pro toto anno, an verò dumtaxat pro rata temporis decurſi.

An reuendens Cenſum non facta reſeruatione fructuum excurſorum, & non ſolutorum, quo ad illos ſibi præiudicet, ita vt eos amplius exigere non poſſit.

An fructus indebitè ſoluti poſſint repeti poſt extinctionem,

Et qua actione.

FINIS.

INDEX VERBORVM, ET SENTENTIARVM, QVAE IN HOC TRACTATV CONTINENTVR.

A b

ABSENS in quem ſunt collata dumtaxat uerba executiua ſtipulationis, dicitur adiectus, parte 2. cap. 2. quæſt. 2. art. 1. num. 37.
Abſenti acquiritur ius, & actio ex ſtipulatione priuatæ perſonæ interueniente iuramento, d. art. 1. num. 44.
Sequuta tamen ceſſione, vel ratificatione, d. art. 1. num. 45.
Sequuta tamen ceſſione, vel ratificatione, d. art. 1. nu. 45.
Vel præcedente ſcientia, etiam ſine ceſſione, vel ratificatione, d. art. 1. num. 48.
Etiam quod ſcientia ſit præſumpta, d. art. 1. num. 49.
Ex ſtipulatione autem Notarij, etiam abſque ceſſione, vel ratificatione, d. art. 1. num. 32.
Declarat. dupliciter, vt infra, in verbo, Stipulatio.

A c

Acceptilatio diuerſis reſpectibus, dicitur creatura iuris gentium, & ciuilis, parte 1. c. 1. q. 2. num. 18. & 19.
Acceſſio acceſſionis non debetur, parte 1. cap. 3. q. 1. art. 5. num. 7.
Acceſſiones, quæ non principaliter, & propter ſe, ſed acceſſoriè debentur non perceptæ ab vſufructuario, non pertinent ad illius hæredes, ſed ad proprietarium, par. 2. cap. 2. q. 2. art. 4. num 6.
Accidens non poteſt ſtare ſine ſubiecto, parte 3. cap. 1. q. 1. art. 1. num. 15.
Acquiſitio Cenſus; quæ fit per nominationem factam ab eo qui emit cenſum pro perſona nominanda, facta nominatione retrotrahitur ad tempus emptionis, parte 2. cap. 2. q. 2. art. 1. num. 18.
Actio dubia & periculoſa minori pretio vendi, & cedi poteſt, parte 2. cap. 2. q. 2. art. 6. num. 22.
Eſt inanis, quam debitoris excludit inopia, parte 1. cap. 3. q. 3. art. 1. num. 10.
Vna aliquando occultatur celeritate coniungendarũ actionum, parte 2. cap. 1. q. 1. art. 5. num. 30.
Hypothecaria datur inſolidum contra quemlibet poſſidentem bona hypothecata, parte 3. cap. 1. q. 3. art. 2. nu. 13.
In multis differt à Saluiano interdicto, parte 2. cap. 2. q. 5. art. 9. num. 1.
Perſonalis oritur ex obligatione præexiſtente, d. q. 5. art. 7. num. 23.
Non poteſt ſeparari à perſona abſque illius interitu, d. art. 7. num. 25.
In contractu cenſuali datur contra illius venditorem, d. artic. 7. num. 1.
Et illius hæredes, ibi. nu. 2. etiam cum beneficio legis, & inuentarij, num. 3. pro portionibus tamen hæreditarijs, nu. 4. Dummodo prius liqueat quod ſint hæredes, nu. 5.
Datur tam pro cenſibus præteritis, quàm pro futuris, d. art. 7. num. 12.
Eſt diuidua inter plures cohæredes, par. 3. cap. 1. q. 3. art. 2. num. 12.
Non datur contra ſingularem ſucceſſorem, d. art. 7. numero 27.
Nec contra poſſeſſorem fundi cenſuati, d. art. 7. num. 22.
Niſi tempore acquiſitionis fundi ſe obligauerit ad ſolutionem Cenſus, d. art. 7. num. 28.
Non tamen ſufficeret ſi in actu acquiſitionis aſſereretur dictum fundum eſſe dicto cenſu oneratum, d. art. 7. n. 29.
Non ſequitur fundum, par. 3. cap. 1. q. 3. art. 7. num. 15.
Actio perſonalis in rem ſcripta licet oriatur ex contractu, vel quaſi, ſequitur tamen quemlibet rei poſſeſſorem, parte 2. cap. 2. q. 5. art. 8. num. 3.
Datur contra ſingularem rei poſſeſſorem, d. art. 8. nu. 4.
Actor debet probare fundamentum ſuæ intentionis, parte 2. cap. 2. q. 5. art. 1. num. 9.
Non tenetur probare veritatem cauſæ ob quam petit, vt reus cogatur ad perſeuerandum in ſolutione, ſed tantum probare ſolutiones fuiſſe factas ex cauſa, quæ ſi eſſet vera induceret neceſſitatem ſoluendi, d. c. 2. q. 3. art. 9 n. 8.
Intentando Iudicium ordinarium ſibi præiudicat in executiuo, niſi proteſtetur velle ſibi eſſe ſaluam viam executiuam, d. cap. 2. q. 5. art. 6. num. 28.
Actus correſpectiui ſunt qui fiunt vnus contemplatione alterius non ſolum ſi fiant incontinenti vnus poſt alium, par. 2. cap. 1. q. 3. art. 7. num. 7.
Sed etiam ſi modico interuallo interpoſito, d. art. 7. num. 8.
Immo etiam ſi poſt longum tempus, d. art. 7. num. 9.
Etiam ſi fiant in diuerſis ſcripturis, d. art. 7. num. 10.
Sequens declarat qualis fuerit præcedens intentio, parte 3. cap. 1. q. 3. art. 5. num. 7.
Faciens cenſetur ſe alligare legibus loquẽtibus de illo actu, par. 2. c. 2. q. 1. art. 4. num. 22.
Illicitum nemo facere voluiſſe præſumitur, par. 3. cap. 1. q. 3. art. 5. num. 8.
Tendens ad obligandum factus ab adulto habente curatorem, abſque illius conſenſu, eſt ipſo iure nullus, parte 1. cap. 2. q. 1. art. 2. num. 5.

A d

Adiecto nullum ius acquiritur ad agendum, & petendum, parte 2. c. 2. q. 2. art. 1. num. 37.
Sed tantum ad recipiendum, d. art. 1. num. 38.
Adminiſtratio ſuorum bonorum nemini vti prodigo interdicẽda eſt, niſi cauſa cognita, vide infra, in verbo, Prodigus.

Adminiſtrator bonorum alicuius Vniuerſitatis non poteſt ſuper illis Cenſum imponere, par. 1. c. 2. q. 3. art. 1. nu. 10.

Intellige, vt d. art. 1. num. 18.

Limit. 1. Si habeat ſpeciale mandatum ad alienandum, d. art. 1. num. 11. Dummodo mandatum ſit factum cum ſolemnitatibus requiſitis in alienatione bonorum Vniuerſitatis, d. num. 11.

Limit. 2. Si impoſitio fiat cum ſolemnitatibus requiſitis à lege, d. art. 1. num. 12.

In alienatione illarum debet iurare ſe credere alienationem eſſe vtilem, d. art. 1. num. 23.

A g

Agens contra aliquem, vt alteri ſoluat, quia ſua intereſt, rectè agit, parte 2. cap. 2. q. 3. art. 3. num. 21.

Proprio nomine non tenetur cauere de rato, par. 2. cap. 2. q. 2. art. 1. num. 10.

Limit. quando procurator agit proprio nomine, d. art. 1. n. 9.

Remedio ſpoliatiuo ſi iuſtificet titulum non dicitur cumulare petitorium cum poſſeſſorio, parte 2. cap. 2. q. 5. art. 4. num. 31.

Si innitatur poſſeſſione recenti debet iuſtificare titulum, ſecus ſi poſſeſſio ſit antiquior vltra triennium, d. art. 4. num. 35.

Ad reſtitutionẽ quaſi poſſeſſionis exigendi Cenſum non debet iuſtificare titulũ ſuæ quaſi poſſeſſionis, d. art. 4. nu. 36.

Via executiua debet producere apud acta inſtrumentũ cuius executionem deſiderat in publicam, & authenticam formam antequam petat executionem, d. q. 5. art. 6. n. 32.

Nec ſufficit productio protbocolli, vel imbreuiaturæ Notarij, d. num. 32. verſ. neque ſatis eſſe.

Ad reſtitutionem pretij Cenſus ex eo quod ſit impoſitus ſuper re aliena, vel fideicommiſſo ſubiecta, feudali, vel emphyteutica, debet illud repetere ratione damnorum, & intereſſe, par. 3. cap. 1. q. 3. art. 4. num. 8.

Contra infantem debet citare illius proximiores, vt veniant illum defenſuri, d. q. 3. art. 9. num. 16.

Actione confeſſoria pro Cenſu formali debet tria probare.

Primum, ius illud ſibi competere, parte 2. c. 2. q. 5. art. 1. num. 13.

Secundum, quod ius illud ſpectat ad ſe iure dominij, vel quaſi, d. art. 1. num. 18. & 21.

Tertium, Cenſum pro quo agit fuiſſe legitimè conſtitutum, d. art. 1. num. 22.

A l

Aliena res vendi poteſt, parte 2. c. 2. q. 1. art. 1. nu. 11.

Alienare prohibitus, vide infra, in verbo, Prohibitus alienare.

Alienatio rei expreſsè alienari prohibitæ, eſt ipſo iure nulla ab initio, parte 2. cap. 2. q. 1. art. 6. num. 6.

Amplia etiam ſi fiat ab ignoranti, d. num. 6.

Lim. Si per eam non lędatur mens teſtatoris, d. art. 6. numero 12.

Fructuum perpetua æquipollet alienationi ipſius proprietatis, d. art. 6. num. 30.

Bonorum Vniuerſitatis requirit decretum Iudicis præcedente cauſæ cognitione, d. cap. 2. q. 3. art. 1. num. 14.

Bonorum Eccleſiæ nõ valet, niſi fiat ex iuſta cauſa, & cum debitis ſolemnitatibus coniunctim, d. q. 3. art. 2. num. 5.

Quæ ſit iuſta cauſa, ibi. num. 6. & 7.

Facta ſine ſolemnitatibus eſt nulla, ſi Eccleſia volet, d. art. 2. num. 11.

Rei ſubiectæ reſtitutioni non tamen expreſsè alienari prohibitæ valet, ſed reuocatur purificato fideicommiſſo, par. 3. cap. 2. q. 1. art. 6. num. 3.

Neceſſaria non eſt prohibita hæredi grauato fideicommiſſo, parte 3. cap. 1. q. 3. art. 7. num. 59.

Alimenta relicta ob certam cauſam illa ceſſante, amplius non debentur, parte 3. cap. 1. q. 4. num. 2.

Aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt, par. 1. cap. 1. q. 1. art. 3. num. 4.

Limit. Creditore volente, parte 2. cap. 2. q. 4. art. 4. num. 31. & ſeq.

Eſt recipere, aliud confiteri ſe recepiſſe, parte 2. cap. 1. q. 1. art. 8. num. 23.

Alius, a, ud, iſtud relatiuum implicat ſimilia, par. 1. cap. 3. q. 1. art. 2. num. 11.

Et denotat totalem ſimilitudinem, d. art. 2. num. 12.

Amenitas prædij eſt loco fructuum, parte 1. cap. 3. q. 2. art. 1. num. 15.

A n

Annui reditus debiti quouſque volet debitor iudicantur, vt perpetui, parte 1. cap. 1. q. 1. art. 2. num. 8.

Ex propria vocis ſignificatione non comprehenduntur appellatione mobilium & immobilium, parte 1. cap. 3. q. 1. art. 2. nu. 1.

Conſtituunt tertiam ſpeciem ſeparatam à mobilibus, & immobilibus, d. num. 1. verſ. & propterea.

Annua præſtatio debita ex fructibus rei, ſi vno anno fructus ſufficientes non naſcantur, ſoluenda eſt ex fructibus ſequentium annorum, d. cap. 3. q. 2. art. 3. num. 12.

Maximè ſi ſit ſoluenda in pecunia numerata, d. art. 3. num. 13.

Vt præſcribatur quot anni requirantur, parte 3. cap. 1. q. 8. art. 2. num. 1. & 2.

Debita ex vltima voluntate vt præſcribatur tot requiruntur præſcriptiones, quot ſunt anni, d. art. 2. num. 3.

Debita ex contractu, vt præſcribatur vnica ſufficit præſcriptio pro tempore futuro, d. art. 2. num. 8.

Etiam quod ſolutio, & exactio ſit dilata in diem, vel ſub aliqua conditione, d. art. 2. num. 9.

Limit. 1. Si ſtipulatio ſit concepta per verba importantia diſtributionem temporum, d. art. 2. num. 10.

Dummodo diſtributio temporum ſit expreſſa, nec ſufficit comprehenſa ſub generalitate verborum, d. artic. 2. num. 11.

Limit. 2. Si debitor interpellatus vt ſoluat non negauit, ſed ob inopiam diſtulit, nam lapſus triginta annorum prodeſt quo ad præteritas, ſecus autem quo ad futuras, quod tamen Auctori non placet, d. art. 2. num. 13.

Anticipata ſolutio in contractu Cenſus eſt prohibita, parte 2. cap. 1. q. 3. art. 2. num. 4.

Quot modis fieri dicatur, d. art. 2. num. 1.

Facit meliorem cõditionem emptoris Cenſus, d. art. 2. n. 9.

An fiat ex pacto, vel ex mera liberalitate, quomodo cognoſcatur, d. art. 2. num. 17.

In pactum deduci non poteſt, par. 2. cap. 2. q. 4. art. 3. nu. 1.

A p

Apocha confecta ſuper cõcernentibus contenta in inſtrumento dicitur pars inſtrumenti, parte 2. cap. 1. q. 3. art. 7. num. 5.

Appellatio non datur à ſententia in poſſeſſorio ſaltem quo ad effectum ſuſpenſiuum, par. 2. cap. 2. q. 5. art. 2. num. 2.

Limit. 1. De iure Canonico quo appellatur quo ad vtrumque effectum, d. art. 2. num. 3.

Sublim. in locis vbi ſeruantur Conſtitutiones Ægidianæ, d. art. 2. num. 4.

A ſ

Aſſerenti in hæreditate non adeſſe bona libera, & alienari

non

non prohibita incumbit onus id probandi, par. 1. cap. 2. q. 1. art. 6. num. 23.
Aſſertioni vẽditoris Cenſus, quod fundus Cenſus ſit capax, ſtatur donec contrariũ probetur, p. 1. c. 3. q. 2. art. 1. n. 20.
Aſſignatio facta creditori pro maiori illius aſſecuratione non operatur nouationem, parte 3. c. 1. q. 3. art. 5. nu. 16.
Facta per meram dationem in ſolutum operatur prioris debiti extinctionem, d. art. 5. num. 18. Facta pro ſolutione debiti importat dationem in ſolutum, d. art. 5. nu. 17.
Aſſociatio familiæ. Vide infra, Mandatum de aſſociando.

A u

Auctor nominatus in iudicio poſſeſſorio non poteſt opponere exceptiones requirentes altiorem indaginem. Vide infra, in verbo, Nominatus.

B a

BALDI auctoritas eſt maxima, par. 1. cap. 3. q. 2. art. 2. num. 6.
D. ctum in c. 1. ſub num. 15. extra, de iure iurando, declaratur, d. art. 2. num. 4.
Bar. doctrina declaratur, in l. Labeo, num. 4. ff. de ſuppellect. legat. par. 1. cap. 1. q. 3. art. 1. num. 12.
In l. omnes populi, num. 50. ff. de iuſt. & iure, d. art. 1. n. 13.
In l. legatum, num. 1. ff. de capit. dimin. par. 1. cap. 3. q. 1. art. 2. num. 24.
In l. ſi domus, la 2 §. de euictione, nu. 4. & 5. ff. de legat. 1. par. 2. cap. 2. q. 3. art. 7. num. 5.

B e

Beneficium quod ex Bulla Pij V. datur domino cenſus, vt in venditione fundi cenſuati omnibus præferatur eſt æquum & rationabile, contra Nauar. & Molinam, par. 2. cap. 2. q. 1. art. 2. num. 6.
Eccleſiaſticum reſignans facta reſignatione nullam ratam fructuum percipit poſtquam reſignatarius poſſeſſionem beneficij nactus eſt, par. 2. cap. 2. q. 2. art. 3. num. 19.

B o

Boccacc. in tract. de cenſib. parte 2. nu. 126. reprehenditur, parte 2. c. 2. q. 2. art. 2. nu. 9.
Bona minoris poſſunt alienari pro extinguendo debito ſub vſuris, quando fœnus excedit fructus bonorum, parte 1. cap. 2. q. 1. art. 2. num. 33.
Emphyteutica non poſſunt alienari, parte 1. cap. 2. q. 2. art. 2. num. 4.
Dicuntur eſſe in bonis noſtris quo ad dominium vtile, d. art. 2. num. 2.
Poſſũt hypothecari ſine cõſenſu domini directi, d. art. 2. n. 3.
Limit. ſi conceſſio in emphyteuſim fuit facta cum expreſſa prohibitione alienandi, d. art. 2. num. 7.
Limit. 2. Si ex pacto fuit expreſſè prohibita hypothecatio, d. art. 2. num. 8.
Eccleſiæ vt licitè alienentur requiritur copulatiuè iuſta cauſa, & ſolemnitatum interuentus, par. 1. cap. 2. q. 3. art. 2. num. 5. & ſeq.
Data autem legitima cauſa ſi alienatio fiat cum decreto executoris Apoſtolici, omnia præſumuntur ſolemniter geſta, d. art. 2. num. 8.
Reliqua, vide ſupra, in verbo, Alienatio.
Immobilia, aliqua ſunt ſoli, aliqua ſupra ſolum, parte 1. c. 3. q. 1. art. 1. num. 2.

B u.

Bulla Pij V. ſuper cenſibus emanauit ad tollendum vſuras, & earum præſumptiones, par. 2. cap. 1. q. 3. art. 1. nu. 9.
Concedens domino Cenſus ius prælationis in venditione fundi cenſiti, eſt æqua & rationabilis, parte 2. cap. 2. q. 1. art. 2. num. 6.
Concedens domino Cenſus retractum fundi cenſiti venditi non facta ipſi denunciatione eſt exorbitans, parte 2. cap. 2. q. 1. art. 4. nu. 15.
Debet intelligi, vt iacet, d. art. 4. num. 16.
Loquens in venditione fundi cenſuati non habet locum in addictione, & datione in ſolutum facta à Iudice iudiciarie nomine, d. art. 4. num. 29.
Non ſe reſtringit ad aliquam ſpeciem probationis quod pretium cenſus ſit numeratum coram Notario & teſtibus in ipſo actu contrahendi, parte 1. cap. 4. num. 16.
In locis vbi nec promulgata, nec vſu recepta fuit, an liget omnes dubitant Doctores, Auctor ſequitur affirmatiuam opinionem, parte 1. cap. 3. q. 1. art. 6. nu. 39. 40. & ſeqq.
Prohibens pacta inducentia neceſſitatem redimendi Cenſum loquitur inter emptorem, & venditorem Cenſus, non inter venditorem, & alias perſonas, parte 2. cap. 1. q. 3. art. 8. num. 54.
Non habet locum in Cenſu vitalitio, parte 1. cap. 1. q. 4. art. 3. num. 10.
Duo facit: primum, dat formam contractui cenſuali: ſecundum, improbat nonnulla pacta in venditione Cenſus, par. 2. cap. 1. q. 3. art. 1. num. 30.
Concedens domino Cenſus ius prælationis in venditione fundi cenſuati, an habeat locum in terris non ſubiectis Eccleſiæ, ratione iuriſdictionis temporalis, parte 2. cap. 2. q. 1. art. 3. num. 6. & ſeqq.
Requirens diſd. ct. im in contractu Cenſus, an habeat locum in locis Eccleſiæ quoad iuriſdictionem temporalem non ſubiectis, parte 3. cap. 1. q. 3. art. 1. num. 6.
Eiuſdem Bullæ intellectus, in verſ. Immo & Cenſum, &c. parte 1. cap. 3. q. 2. art. 5. num. 6.
In verſ. Rurſum, &c. parte 1. cap. 4. q. 16. parte 2. cap. 1. q. 3. art. 1. num. 8.
Inducit formam ſubſtantialem, p. 2. c. 1. q. 1. art. 6. n. 11.
In verſ. Pacta etiam continentia, &c. parte 2. cap. 1. q. 3. art. 1. num. 7. & art. 5. num. 9. & 18.
In verſ. contractusq., &c. parte 2. c. 2. q. 1. art. 4. nu. 10.
In verſ. conuentiones, &c. quos caſus comprehendat, parte 2. cap. 1. q. 3. art. 3. nu. 11.
In verſ. poſtremò Cenſus omnes, par. 4. c. 1. q. 3. art. 3. nu. 6.
In verſ. Rurſus, nouus intellectus, p. 2. c. 1. q. 9. art. 7. nu. 7.
Non eſt recepta in Regno Hiſpaniæ quo ad neceſſitatem ſoluendi pretium Cenſus in pecunia numerata coram teſtibus & Notario, d. q. 1. art. 5. ſub num. 1.
In verſ. Pacta continentia, non prohibet quominus petatur legitimum intereſſe; ſed tantum prohibet ne ab initio taxetur certa quantitas loco intereſſe, parte 2. cap. 1. q. 3. art. 5. num. 10.
Debet reſtringi ad intereſſe conuentum, non ad illud quod deberetur de iure, vel veniret taxandum à Iudice, d. art. 5. num. 11.

C a

CAMERALIS obligatio defenditur clypeo cõſuetudinis, par. 2. cap. 1. q. 3. art. 5. num. 36.
An licitè adhibeatur in contractu cenſuali, infra in verbo, Obligatio cameralis.
Cap. nauiganti, extra de vſur. Intellectus, par. 2. cap. 1. q. 1. art. 2. num. 14.
Caſus amiſſus in diſpoſitione cenſetur relictus diſpoſitioni iuris communis, parte 1. cap. 3. q. 3. art. 1. num. 32.
Caſus inſolitiſſimus non cenſetur comprehenſus in ſimplici renunciatione caſuum fortuitorũ, p. 2. c. 1. q. 3. art. 3. nu. 6.
Cauſa determinat factum ex dicta cauſa, par. 2. cap. 2. q. 4. art. 4. num. 19.

Finalis ex Proœmio diſpoſitionis elicitur, parte 1. cap. 3. q. 1. art. 6. num. 45.
Ob quam ſit facta ſolutio probatur contrahentium confeſſione, & alijs modis, parte 2. cap. 2. q. 3. art. 9. num. 12.
Ceſſante ceſſat effectus, parte 2. cap. 2. q. 1. art. 3. nu. 13. parte 3. cap. 1. q. 4. num. 4.
Maximè ſi ſit cauſa finalis, d. q. 4. num. 5.
Cauſæ omnes, ob quas licet alienare res Eccleſiæ, ſunt redimibiles ad vtilitatem, parte 1. cap. 2. q. 3. art. 2. num. 7.
Cautela abundans non nocet, par. 1. cap. 3. q. 3. art. 2. nu. 8.

C c

Cedula bancaria habet vim ſolutionis factæ cum pecunia numerata, par. 2. cap. 1. q. 1. art. 7. num. 13.
Cenſus vox eſt equiuoca, par. 1. cap. 1. q. 1. art. 1. num. 1.
Vnde ducta ſit, d. cap. 1. q. 3. art. 1. num. 5.
Conuenit etiam contractus emphyteuticario, & libellario, d. q. 1. art. 1. num. 13.
Ac etiam cenſui conſignatiuo, & contra aliquos propriè, & non abuſiuè, d. q. 3. art. 1. num. 7. & ſeqq.
Alius formalis, alius materialis, parte 2. cap. 1. q. 1. art. 2. num. 11.
Alius publicus, alius priuatus, d. p. 1. c. 1. q. 1. art. 1. nu. 3.
Cenſus ignorantiæ dicitur ille, cuius cauſa ignoratur, parte 2. cap. 2. q. 3. art. 9. num. 23.
Prohibetur tam legibus humanis, quam Diuinis, d. nu. 23.
Non poteſt dici is, qui fuit ſolutus per annos triginta, & vltra, d. art. 9. num. 25.
Cenſus priuatus alter conſignatiuus, alter retentiuus, d. art. 1. num. 4.
Cenſus reſeruatiuus quid ſit, & quomodo conſtituatur, d. art. 1. num. 5. & 6.
Quomodo differat à conſignatiuo, d. art. 1. num. 20.
Requirit ſcripturam ex legis diſpoſitione, parte 2. c. 2. q. 4. art. 6. num. 22.
Si non ſoluatur etiam per mille annos res cenſita, non incidit in commiſſum, d. parte 1. cap. 1. q. 1. art. 1. num. 18.
Ex eo transfertur in accipientem omne ius, quod in re habebat ipſe tradens, præter ius conſequendi penſionem ſibi reſeruatam, d. art. 1. num. 12. 16. 18. & 20.
Cenſus conſignatiuus quo tempore fuerit adinuentus, parte 1. cap. 1. q. 2. num. 2.
Vnde emanauerit, parte 1. cap. 1. q. 4. art. 1. num. 1.
Definitur nouiter ab Auctore, par. 1. c. 1. q. 3. art. 2. nu. 1.
Quomodo conſtituatur, parte 1. cap. 1. q. 1. art. 1. nu. 21.
In quo differat à contractu emphyteuticario, & libellario, d. art. 1. num. 13. & q. 3. art. 2. num. 11.
Et à Cenſu retentiuo, d. par. 1. cap. 1. q. 1. art. 1. num. 20.
Alius temporalis, alter perpetuus, p. 1. c. 1. q. 1. art. 2. num. 1. &
Quid vterque ſit, d. art. 2. num. 3. 4. 5. 11. & 13.
Alius pecuniarius, alius fructuarius, d. q. 1. art. 3. nu. 1.
Quid ſit vterque, num. 2. & ſeq.
Alter realis, alter perſonalis, d. q. 1. art. 4. num. 1.
Vtriuſque definitio & conſtitutio explicatur, d. art. 4. num. 2. & ſeq.
Alter materialis, alter formalis, & quid vterque ſit, parte 2. cap. 1. q. 1. art. 2. num. 11. & q. 5. num. 3.
Cenſus temporalis alter cōſtituitur ad tempus certum, alter ad tempus incertum, p. 1. c. 1. q. 1. art. 2. nu. 11. & 12.
Conſtitutus ad tempus certū, ſecundum aliquos eſt valde ſuſpectus de vſura, par. 1. cap. 1. q. 4. art. 3. num. 1.
Maximè concurrētibus iis, de quibus, d. art. 3. nu. 2. & 3.
Contrarium eſt verius, d. art. 3. num. 5. & ſeqq.
Conſtitutus ad tempus incertū, puta ad vitam tam emptoris, quàm venditoris, eſt licitus, parte 1. cap. 1. q. 4. art. 3. num. 12. verſic. circa aliam.
Dicitur vitalitius, parte 1. cap. 1. q. 1. art. 2. num. 14.
Cenſus vitalitius non poteſt imponi, niſi ſuper fundo certo, immobili, & frugifero, parte 1. c. 1. q. 4. art. 3. num. 9.
Et eſt de forma ſubſtantiali, parte 3. c. 1. q. 1. art. 1. nu. 25.
Differt à ſocietate officij, par. 3. cap. 1. q. 1. art. 1. num. 27.
In eo ſi pereat fundus, an pereat Cenſus, ita vt emptor amittat ſortem, ibid. num. 24. & ſeqq.
Iuſtificatur ex incertitudine vitæ eius, ad cuius vitam emitur, par. 1. cap. 1. q. 4. art. 3. num. 18.
Eſt licitus quando incertitudo pendet à caſu, vel à natura, ſecus ſi ab arbitrio contrahentium, d. art. 3. num. 32.
Reſcinditur ob læſionem vltra dimidium iuſti pretij, ſecus ſi incidat læſio intra dimidium, d. art. 3. num. 28.
Limit. Si iſta læſio vltra dimidium contingat ex accidenti, d. art. 3. num. 29.
Illius iuſtum pretiū, quomodo cognoſcatur, d. art. 3. n. 25.
Si ematur ea intentione, vt emens aliquid vltra ſortem lucretur, emens non eſt tutus in foro conſcientiæ, ſed bene in foro exteriori, d. art. 3. num. 27.
Cenſus perſonalis quis dicatur, par. 1. cap. 3. q. 1. art. 6. nu...
Eſt omni iure illicitus, par. 1. cap. 3. q. 1. art. 6. per tot.
Etiam ſi conſtituatur per Iudicis ſententiā, d. art. 6. n. 51.
Siue per teſtatorem, d. art. 6. num. 52.
Cenſus perpetuus eſt licitus, par. 1. cap. 1. q. 4. art. 4. num. 1.
Etiam in foro conſcientiæ, d. art. 4. num. 2.
Etiam fructuarius, d. art. 4. num. 16.
Eſt vbique gentium receptus, & vſitatus, d. art. 4. num. 4. & ſeqq.
Illius perpetuitas conſideratur reſpectu emptoris, non reſpectu venditoris, parte 2. cap. 2. q. 3. art. 4. num. 12. & par. 3. cap. 1. q. 3. art. 1. num. 1. & 2.
Cenſus conſtitui debet iuxta formam Bullæ Pij V. ſuper cenſib. par. 1. cap. 1. q. 4. art. 2. num. 1.
Et aliter conſtitutus reputatur fœneratitius, d. art. 2. nu. 2.
Intellige ſecundum ius poſitiuum, ſecus ſecundum ius naturæ, parte 1. cap. 3. in princ. num. 5.
Certus, d. art. 2. num. 3. & 16.
Et certitudo requiritur pro forma, d. art. 2. num. 14.
Super rebus immobilibus, parte 1. cap. 3. in principio, nu. 7. & q. 1. art. 1. num. 3.
Et hoc eſt de ſubſtantia contractus cenſualis, d. articulo 1. num. 2.
Super re fructifera, d. cap. 3. q. 2. art. 1. num. 1.
Aliàs eſt illicitus, & vſurarius, d. art. 1. num. 5.
Sufficit tamen quod ſit de ſui natura apta ad ferendum fructus, d. art. 1. num. 10.
Licet non ferat, vt eſt turris, quæ non ſolet locari, d. art. 1. num. 12.
Vel non ferat quolibet anno, d. art. 1. num. 13.
Siue hanc, ſiue illam ſpeciē fructuum ferat, d. art. 1. nu. 14.
Etiā ſi fructus conſiſtat in ſolo oblectamento, d. art. 1. n. 15.
Super re certis finib. deſignata, d. c. 3. q. 3. art. 1. vbi plenè.
Aliàs eſt nullus, d. art. 1. num. 22.
Sufficit tamen quod hæc ſpecificatio poſſit aliunde probari, d. art. 1. num. 36.
Super re libera, & alteri oneri non obnoxia, d. c. 3. q. 4. n. 1.
Sufficit tamen quod ſit libera tanta pars, quæ poſſit ſupportare cenſum impoſitum, d. q. 4. num. 5.
Vel quod credatur, vel reputetur libera, d. quæſt. 4. numero 7.
Vel quod impoſitor tempore impoſitionis aſſeruerit illam eſſe liberam, d. q. 4. num. 8.

Percipiendus ratione fructuum rei ſuppoſita, parte 1. cap. 3. q. 1. art. 4. num. 11.
Proportionatus fructibus dictæ rei, p. 1. c. 3. q. 2. art. 4. n. 2.
Scilicet, vt vel æquet, vel ſaltem non excedat dictos fructus, parte 2. c. 1. q. 1. art. 3. nu. 12. & d. q. 2. art. 4. nu. 6.
Dummodo fructus non multum excedant, d. q. 2. art. 4. n. 7.
Non tamen imponitur ſuper fructibus, ſed ſuper re, parte 1. cap. 2. q. 1. art. 1. num. 13.
Cenſum conſtituere poteſt ſuper re, qui eſt illius dominus, parte 1. cap. 2. q. 1. art. 1. num. 1.
Etiam quod habeat dictæ rei nudam proprietatem, d. art. 1. num. 2.
Etiam quod illius dominium ſit aliquo caſu reſolubile, d. art. 1. num. 14. remiſſiuè.
Minor gratia dotandi ſororem, parte 1. cap. 2. q. 1. art. 2. num. 25.
Vel ſoluendi corredium pro ea, d. art. 2. num. 26.
Si vrgeat aliqua neceſſitas, d. art. 2. num. 27.
Mulier etiam minor cum debitis ſolemnitatibus, d. art. 2. num. 39.
Maximè ſi non imponat ſuper bonis dotalibus, d. art. 2. num. 40.
Et ſi impoſitio fiat ad rationem octo pro centenario pro extinguendo cenſu qui currit ad rationem decem, num. 43.
Clericus ſuper fructibus ſui beneficij obligando perſonam pro illius ſolutione, parte 1. cap. 3. q. 1. art. 6. num. 3.
Intellige, vt d. art. 6. num. 23.
Non poteſt Clericus ſuper bonis ſui beneficij, niſi ex cauſa, & cum ſolemnitatibus, parte 1. cap. 2. q. 3. art. 2. nu. 1.
Non ſolum ſuper ijs, quæ ſunt cultui Diuino dicata, ſed nec etiam ſuper temporalibus, & immobilibus, d. art. 2. num. 2. & 3.
Immo nec ſuper eius patrimonio ad cuius titulum fuit ad ſacros ordines promotus, d. art. 2. num. 4.
Poteſt tamen ſine ſolemnitatibus, obligando ſuam perſonam, vt ſupra.
Emphyteuta, Vide infra, in verbo, Emphyteuta.
Vaſallus, Vide infra, in verbo, Vaſallus.
Cenſus conſtitui poteſt ſuper bonis minorum pro ſoluendo eorum ære alieno, maximè ſi creditores vrgeant, parte 1. cap. 2. q. 1. art. 2. num. 28.
Pro extinguendo alio Cenſu maioris quantitatis, d. art. 2. num. 31.
Super bonis Eccleſiæ cauſa redimēdi cenſum maioris quantitatis, d. art. 2. num. 32.
Vel pro extinguendis ſocietatibus officij grauioribus, d. art. 2. num. 34.
Super fructibus rei expreſsè alienari prohibitæ, d. cap. 2. q. 1. art. 6. num. 27.
Dummodo exprimatur quod imponitur ſuper fructibus, & impoſitio non ſit perpetua, d. art. 6. num. 28. & 29.
Super bonis quæ pro immobilibus habentur, parte 1. cap. 3. q. 1. art. 1. num. 3.
Super domibus, d. art. 1. num. 4.
Super molendinis ripis fluminum affixis, d. art. 1. num. 7.
Super locis Montium non vacabilium, d. art. 1. num. 10.
Super reditibus perpetuis Ciuitatum, d. art. 1. num. 12.
Super alijs cenſibus, d. q. 1. art. 3. num. 1. & 5. & parte 2. cap. 2. q. 2. art. 6. num. 35.
Quomodo hæc impoſitio fiat, d. art. 3. num. 14.
Super fructibus iuriſdictionum, parte 1. cap. 3. q. 1. art. 5. num. 20.
Paruus ſuper re magni reditus, p. 1. c. 3. q. 2. art. 4. nu. 3.
Plures ſuper eodem fundo capace, d. q. 2. art. 5. num. 2.
Vnus & idem ſuper pluribus fundis certis, & limitatis, parte 1. cap. 3. q. 3. art. 2. num. 12. & 15.
Licet vnus fundus ſit vnius perſonæ, alter alterius, d. art. 2. num. 18.
Dummodo quo ad fundum alienum accedat conſenſus domini illius, d. art. 2. num. 19.
Super fundo, quem ſola amœnitas reddit fructiferum, parte 1. cap. 3. q. 2. art. 1. num. 15.
Super vno fundo certo & limitato cum generali hypotheca omnium bonorum imponentis. d. c. 3. q. 3. art. 2. nu. 9.
Cenſus conſtitutio ſuper fundo empto cum illius pretio differt à ſolutione pretij dicti prædij, & ſunt actus ſeparati, parte 2. cap. 1. q. 1. art. 5. num. 24.
Imponi non poteſt ſuper bonis minorum pro extinguendo alio cenſu æquali, parte 1. cap. 2. q. 1. art. 2. num. 29.
Super re propria ad ſuimet vtilitatem, parte 1. cap. 1. q. 3. art. 2. num. 10.
Super rebus Eccleſiæ pro extinguendo cenſu eiuſdem quantitatis, d. q. 1. art. 2. num. 30.
Super re aliena ſine conſenſu domini, parte 1. cap. 2. q. 1. art. 1. num. 5. & q. 3. art. 1. num. 9.
Impoſitus tamen vales ad præiudicium imponentis, d. q. 3. art. 5. num. 16.
Si autem dominus rei conſentiat, poteſt petere releuationem ab imponente, parte 1. cap. 2. q. 1. art. 1. num. 7.
Super re quæ in nullius eſt dominio, parte 1. c. 3. in princ. num. 2. & 4.
Super re mobili, parte 1. cap. 3. q. 1. art. 4. num. 1.
Cuiuſcumque ſit generis, d. art. 4. num. 7. 9. & ſeqq.
Etiam inſpecto iure naturali, & Diuino, d. art. 4. num. 6. & art. 6. num. 42.
Declaratur dupliciter, vt d. art. 4. num. 19.
Super ſe mouentibus, d. art. 4. num. 14. & 16.
Super iuribus & actionibus perſonalibus, parte 1. cap. 3. q. 1. art. 5. num. 4. & ſeqq.
Super iuriſdictione, d. art. 5. num. 18.
Super dignitate, & titulo, d. art. 5. num. 18.
Super perſona, d. q. 1. art. 6. per tot.
Super vniuerſitate bonorum, p. 1. c. 3. q. 3. art. 1. vbi latè
Sed an ante Bullam Pij V. ſuper cenſibus, vel poſt illam, d. art. 1. num. 20. cum multis ſeqq.
Super vno fundo certo, & generaliter ſuper omnibus bonis, d. q. 3. art. 2. num. 2.
Super re expreſsè alienari prohibita, & impoſitus eſt ipſo iure nullus ab initio, parte 1. c. 2. q. 1. art. 6. num. 5.
Etiam ſi prohibitio ſit facta in contractu inter viuos, d. art. 6. num. 7.
Ampl. vt imponens incurrat pœnas impoſitas in caſu alienationis, d. art. 6. num. 8.
Lim. 1. Si prohibitio non ſit realis, ſed perſonalis, d. art. 6. num. 17.
Lim. 2. Si impoſitio fiat ex cauſa neceſſaria, d. art. 6. n. 19.
Lim. 3. Si prohibitio fuit nuda à cauſa, d. art. 6. num. 24.
Lim. 4. Si cenſus imponatur non ſuper proprietate, ſed ſuper fructibus dictæ rei, d. art. 6. num. 27.
Lim. 5. Si imponatur cauſa dotis conſtituendæ, d. art. 6. num. 31. & 32.
Non ſolum pro ſecuritate dotis, ſed etiam pro ſolutione fructuum Cenſus, d. art. 6. num. 33. remiſſiuè.
Lim. 6. Si impoſitio ſit nulla ex aliqua alia cauſa, d. art. 6. num. 34.
Lim. 7. conſentiente eo, qui eſt vocatus in caſu alienationis, d. art. 6. nu. 35. ſiue conſenſus ſit expreſſus, ſiue tacitus, ibid. num. 36.

Limit.8. Si imponatur ſuper melioramentis in ea re factis, d.art.6. num.37.
Limit.9. Si non ſit prohibita alienari tota res, quia cenſetur impoſitus ſuper parte non prohibita, d.art.6.nu.38.
Limit.10. Si imponens doloſè aſſerat fundum illum eſſe liberum, & nulli fideicommiſſo ſubiectum, d.art.6. nu.39.
Intellige 1. vt Dominus Cenſus ſit manutenendus in quaſi poſſeſſione exigendi Cenſus fructus, donec fideicommiſſarius doceat de iure ſuo, d.art.6. num.40.
Intellige 2. vt dicto caſu impoſitor teneatur ad intereſſe emptori Cenſus, d.art.6. num.41.
Intellige 3. vt talis impoſitio præiudicet imponenti ipſi, non autem fideicommiſſario, d.art.6. num.44.
Cenſus impoſitus ſuper re communi inter imponentem, & alium, cenſetur impoſitus dumtaxat ſuper parte imponentis, parte 1.cap.2.q.1.art.7. num.7.
Etiam ſi imponens deſignet rem per confinia conuenientia toti rei, d.art.7. num.9.
Etiam quod aſſerat rem illam ad ſe ſpectare, d.art.7.nu.10.
Dummodo eius portio ſit capax totius Cenſus, d.art.7.n.7.
Super re aliena valet ad præiudicium imponentis, parte 1. cap.2. q.3. art.5. num.16.
Super fundo non capace integri oneris non eſt omnino nullus, parte 1. cap.3. q.2. art.2. num.1.
Niſi tempore impoſitionis emptor ſciuerit fundum illum non eſſe capacem, d.art.2. num.13.
Non eſt aliunde ſoluendus, d.q.2. art.3. num.2.
Super pluribus prædijs capacibus cenſetur ſuper omnibus æqualiter impoſitus, parte 1.c.3. q.3. art.2. num.20.
Intellige proportionabiliter ſuper quolibet, parte 2.cap.2. q.3. art.8. num.6.
Vtile tamen eſſet declarare pro quanam rata quilibet fundus oneretur, parte 1.cap.3. q.3. art.2. num.23.
Super re pro parte libera, & pro parte onerata cẽſetur impoſitus ſuper parte libera, par.1. cap.3. q.4. num.6.
Super vniuerſitate bonorum, eſt de rebus, quæ de ſui natura non ſunt in commercio, parte 1. cap.3.q.3.art.1.nu.17.
A Clero ſuper bonis Eccleſiæ præiudicat ipſi imponenti, non autem ſucceſſori in Eccleſia, par.1.c.2.q.3.art.2.num.9.
Extinguitur finito iure Clerici, parte 3. cap.1. q.7. nu.5.
A Prælato eſt nullus ſi Eccleſia volet, parte 1.cap.2. q.3. art.2. num.11.
Non poteſt tamen illum impugnare ſi per aliquod tempus illum recognouit, d.art.2. num.12.
Vt detur venditori prædij loco pretij ipſius prædij, eſt nullus, parte 2. cap.1. art.5. num.21.
Niſi ex inſtrumento venditionis prædij appareat illius pretium fuiſſe integraliter ſolutum, d.art.5. num.22.
Cenſus impoſitio cauſat ius reale in re ſuper qua imponitur, parte 1.cap.2. q.3. art.1. num.1.
Et hypothecam, d.art.1. num.4.
Et ſpecialem, d.art.1. num.6.
Et efficaciorem quàm ſint aliæ hypothecæ, d.art.1. nu.7.
Reliqua vide infra, in verbo, Impoſitio.
Cenſus acquiritur quocumque titulo habili ad acquirendum dominium, parte 1.c.1.q.3.art.2.nu.12.& 15. & q.4. art.1.nu.9.& parte 2.c.1.q.1.art.1. num.2.& ſeq.
Præſcriptione, parte 2. cap.1. q.1. art.1. num.12.
Emptione, parte 2.cap.1. q.1. art.2. num.5. & ſeq. infra in verbo, Cenſus venditio.
Multis alijs titulis, d.parte 2.cap.1.art.1.n.16. remiſſiuè.
Illi ad cuius fauorem Notarius ſtipulatur, parte 2. cap.2. q.2. art.1. num.28.
Maximè ſi alia concurrant adminicula, d.art.1. num.29.
Etiam quod fuerit emptus ex propria pecunia ementis, ſequuta tamen traditione, d.art.1. num.30.
Etiam quod tempore emptionis diceretur, quod Cenſus ſtaret ad liberam diſpoſitionem alterius, d.art.1. num.31.
Etiam ſine ceſſione, & ratificatione, d.art.1. num.32.
Maximè ſtante iuramento acquirentis, d.art.1. num.33.
Donatione, parte 2. cap.1.q.1. art.1. num.5.
Tranſactione, d.art.1. num.6.
Dũmodo concedatur Cenſus antea conſtitutus, d.art.1.n.7.
Per Iudicis ſententiam, d.parte 2.cap.1.q.1.art.1.nu.11.
Per dationem in ſolutum, parte 2. cap.2.q.2. art.6.num. 12. & 34.
Per permutationem, d.art.6. num.13.
Per traditionem titulo dotis, d.art.6. num.14.
Ex legati cauſa, parte 2. cap.1. q.1.art.1.num.8. & parte 2. cap.2. q.2. art.6. num.24.
Siue legetur Cenſus antiquus, ſiue tunc conſtitutus, d.art. 1. num.9.
Legatarius tamen non conſequitur ſortem, ſed tantum ius conſequendi annuos reditus, d.art.6. num.25.
Hæres non tenetur illos exigere, ſed dumtaxat actionem cedere, d.art.6.num.27.
Cenſus transfertur in alium multis titulis, vt ſupra, in verbo, Cenſus acquiritur, & alijs, parte 2. cap.1. q.2. art.6. num.37. remiſſiuè.
Locatur, parte 2.cap.1. q.2. art.6. num.8.
Sed an debitori Cenſus, d.art.6. num.8.& 9.
Tranſmittitur ad hæredes actiuè, & paſſiuè, parte 1. cap. 1.q.3. art.2.num.13.
Ceditur ex vtraque parte, d.art.2. num.14.
Transfertur in quemcumque etiam ſingulariſſimum ſucceſſorem, parte 2. cap.2. q.2. art.6. num.36.
Cenſus venditio eſt licita, p.2. c.1. q.1.art.2.nu.5. & ſeqq.
Immo vt plurimum imponitur, vt vendatur, parte 1.cap. 3.q.2. art.1. num.2.
Venditur formalis non materialis, d.art.2. num.12.
Non venditur res cenſuata, parte 1.c.1.q.3.art.2. num.7.
Venditur viliori pretio ob pactum reuendendi, quod habet annexum, parte 2. cap.1. q.1. art.4. num.13.
In venditione Cenſus antiqui, non requiritur vt pretium ſoluatur in pecunia numerata, contra Boccacc. parte 2. cap.2. q.2. art.6. num.16.
Venditur tam antiquus, quam de nouo conſtitutus tempore venditionis, d.art.2. num.18. & 19.
Tam ab ipſo imponente, quam ab aliquo illius quocumque domino, d. art.2. num.21.
Dummodo vendatur pretio iuſto, & habente alias conditiones, de quibus infra, in verbo, Pretium Cenſus.
Dummodo non adijciantur pacta illicita, de quibus infra, in verbo, Pacta.
In ea venditione reperitur res, quæ venditur, & pretium quo venditur, d.art.2. num.7.
De ea ſolui debet gabella ſoluenda pro venditionis contractu, d.art.2. num.6.
Quæ an ſit ſoluenda ab emptore, vel venditore Cenſus, d. num.6.
Cenſus an vendi poſſit minori pretio, quàm ad rationem decem pro quolibet centenario, & anno, parte 2.cap.1.q.1. art.4.num.17. & ſeqq.
Cenſus emptus pro perſonis nominandis non eſt vnicus Cenſus, ſed tot ſunt Cenſus quot perſonæ nominantur, parte 2.cap.1. q.1. art.6. num.31.
Suſtinetur pro ea parte pro qua vnius nomine fuit ſolutum integrum pretium in pecunia numerata, licet pro

alijs

aliis partibus non ſoluatur, d.art.6. num.32.
Ante factam nominationem acquiritur ipſi emeuti, par.2. cap.2. q.2. art.1. num.15.
Dummodo appareat quod voluerit illum pro ſe emere, d.num.15.
Facta nominatione acquiritur perſonæ nominatæ, d.art.1. num.12.
Etiam quod talis nominatio non fuerit intimata venditori Cenſus, d.art.1. num.12.
Dummodo nominatio fuerit facta intra annum, d.art.1. num.13.
Cenſus poteſt de vno fundo ad alium citra nouationem, tam reſpectu prioritatis hypothecæ, quam reſpectu fideiuſſorum transferri, par.1. cap.3. q.3. art.2. num.24.
Maximè ſi tempore tranſlationis adhibeatur clauſula citra nouationem, &c. d.art.2. num.25.
Vel clauſula, ſine præiudicio iurium quo ad alios, d.n.25.
Cenſus fructuarius non poteſt ſolui in pecunia numerata inuito creditore, par.1. cap.1. q.1. art.3. num.8.
Eſt ſoluendus tempore recollectionis fructuum, d.art.3. num.9.
Non eſt aſportandus à debitore ad domum creditoris, d.art.3. num.10.
Iuſtum illius pretium conſtituitur habita ratione non ſolius temporis impoſitionis, ſed plurium annorum præcedentium, d.art.3. num.11.
Cenſus iſte non debet augeri, vel minui ob augmentum, vel diminutionem pretij fructuum contingentem poſt impoſitionem, d.art.3. num.14.
Nec propterea redigi debet ad pecuniarium, d.num.14.
Niſi Princeps ſua Conſtitutione dictam reductionem faciat, d.art.3. num.15.
Sed debet continuari in eadem ſpecie fructuum in qua fuit ab initio conſtitutus, d.num.14. & num.16.
Etiam quod debitor illum ſoluerit per aliquod tempus in pecunia numerata, num.16. niſi legitima præſcriptio, vel expreſſus in reductionem ad pecuniarium partium conſenſus obſiſtat, d.art.3. num.17.
Cenſus fructus ceſſant ſtatim atque dominus Cenſus accepit pecunias ad computum ſortis, par.3. cap.1. q.3. art.5. n.2.
Dummodo illas receperit liberè, & vt perpetuo retineat, d.art.5. num.3.
Niſi appareat de eius voluntate quod Cenſus durare debeat quoad reſiduum pretij non reſtituti, d.art.5. nu.4.
Quæ voluntas poteſt colligi aliundè quam ex inſtrumento receptionis pecuniarum, d.art.5. num.5.
Et maximè ſi poſtea ſoluantur, & recipiantur fructus Cenſus pro rata pecuniarum non reſtitutarum, d.art.5. num.6.
Poſt legitimam Cenſus diſdictam infra annũ, d.art.5. n.10.
Cenſus fundati ſuper Cenſu ceſſant redempto Cenſu antiquiori, par.3. cap.2. num.7.
Quando domino Cenſus fuerunt data certa aſſignamenta pro Cenſus extinctione, d.art.5. num.13.
Dummodo dominus Cenſus ex dictis aſſignamentis ſit conſequutus integram ſatisfactionem, d.art.5. num.14.
Vel per eum ſteterit quominus receperit, d.art.5. nu.15.
Dummodo illa aſſignamenta fuerint illi data in ſolutum pro Cenſu, & in illius extinctionem, d.art.5. num.16.
Quæ ſufficiant pro toto Cenſu, ſecus ſi ſufficiant tantum pro parte, quia pars tantum extingueretur, d.art.5. n.20.
Si vnus ex correis debendi, vel vnus ex confideiuſſoribus Cenſum redimat, & extinguat, d.art.5. num.21.
Si dominus Cenſus in caſibus permiſſis obtineat mandatum pro reſtitutione ſortis, d.art.5. num.22.
Dummodo perueniatur ad actualem ſortis reſtitutionem, d.art.5. num.23.
Vel ad dationem in ſolutum etiam per Iudicem iudiciario nomine factam, d.art.5. num.24.
In omnibus caſibus in quibus eſt in facultate domini Cenſus ſortem recipere, d.art.5. num.25.
Non debentur ex Cenſu ex quacumque cauſa extincto, par.3. cap.1. q.3. art.7. num.67.
Redempto Cenſu in medio anni non debentur, niſi pro rata temporis, quo Cenſus vixit, par.3. cap.2. num.10.
In fructibus Cenſus ceſſio diei habetur loco perceptionis, par.2. cap.2. q.2. art.4. num.16.
Solui poſſunt non ſolum in pecunia numerata, ſed volente domino Cenſus in qualibet ſpecie æſtimata, par.1. cap.1. q.1. art.3. num.3. & 4.
Reliqua vide infra in verbo, Fructus Cenſus.
Cenſum ſoluere tenetur ille qui eum impoſuit, & ulteri conceſſit, par.2. cap.2. q.3. art.1. num.1.
Etiam is qui ſuper ſuis bonis Cenſum impoſuit alterius contemplatione, d.art.1. num.3.
Etiam is in cuius vtilitatem ceſſit pretium Cenſus cum recognitione bonæ fidei, d.art.1. num.6.
Etiam is pro quo vendidit Cenſum legitimus eius procurator, d.art.1. num.8.
Non eſt tamen releuans mandatum cum libera, d.art.1. num.9.
Etiam poſtquam vendidit fundum ſuppoſitum, d.art.1. num.13.
Siue venditio fuerit facta præcedente denunciatione domino Cenſus, ſiue non, d.art.1. num.14. & 15.
Etiam is, qui Cenſum in ſe accollauit, & illius onus in ſe ſuſcepit, d.art.1. num.16.
Etiam hæres imponentis, d.art.1. num.17.
Etiam ſi ſit hæres cum beneficio inuentarij, vt ſoluat de bonis inuentariatis, d.art.1. num.21. remiſſiuè.
Pro portione tamen hæreditaria, non inſolidum, d.art.1. num.10.
Etiam quod in manibus debitoris Cenſus ſit ſequeſtratum pretium Cenſus à creditore domini Cenſus, d.art.1. nu.4.
Quilibet ex pluribus inſolidum obligatis tenetur ad integrum Cenſum, d.art.1. num.22.
Poſſidens rem Cenſui ſubiugatam, par.2. cap.2. quæſt.3. art.6. num.4.
Etiam non excuſſo principali debitore, d.art.6. num.5.
Etiam ſi poſſideat vti emphyteuta habens cauſam à principali debitore Cenſus, d.art.6. num.14.
Non tamen ſi poſſideat vti legatarius vſufructus dicti fundi, d.q.3. art.7. num.3. & infra.
Is qui in præteritum illum ſoluit, par.2. cap.2. q.3. art.9. num.1.
Dummodo is qui Cenſum petit vel probet impoſitionem Cenſus, & ſolutionem eſſe factam ex cauſa dicti Cenſus, d.art.9. num.2.
Vel ſaltem illam alleget, & probet ſolutiones factas fuiſſe ex dicta cauſa, d.art.9. num.7.
Non tamen ſufficit ſolutio decem vel plurium annorum, d.art.9. num.18.
Sed requiritur ſolutio triginta vel quadraginta annorum vniformis, d.art.9. num.23.
Et abſque dubio ſuffragatur immemorabilis, d.artic.9. num.24
Solutio fieri debet tempore inter partes conuento, par.2. cap.2. q.4. art.2. num.3.

Vel ceſſante conuentione tempore conſueto, d. art. 2. num. 4. & ſeq.
Vel bis ceſſantibus in fine anni, d. art. 2. num. 9.
De moneta conuenta, par. 2. cap. 2. q. 4. art. 4. nu. 5. & 8.
Vbi latè de materia; vide infra, in verbo, Moneta, & in verbo, Solutio.
In loco inter partes conuento, d. q. 4. art. 5. & ibi de materia, vide infra, in verbo, Solutio.
Cenſus ſolui poteſt non ſolum in pecunia numerata, ſed volente eius domino, in quacumque ſpecie æſtimata, par. 1. cap. 1. q. 1. art. 3. num. 3. & 4.
Cenſum exigere is poteſt, qui illum pro ſe, & ſuo nomine acquiſiuit, par. 2. cap. 2. q. 2. art. 1. num. 1.
Item is qui fuit nominatus ab eo, qui Cenſum pro perſona ab eo nominanda comparauit, d. art. 1. num. 12.
Item is pro quo legitimus procurator Cenſum emit, d. art. 1. num. 1.
Item is, qui vti procurator pro alio Cenſum emit, d. art. 1. num. 7.
Item alij de quibus, d. q. 2. art. 1. per totum.
In illius exactione præfertur primus illius emptor, licet ab alio poſteriore fuerit in exactione præuentus, par. 2. cap. 2. q. 2. art. 2. num. 3.
Cenſus reuenditio eſt neceſſaria, par. 2. cap. 2. q. 2. art. 3. num. 6. & par. 3. cap. 1. q. 3. art. 7. num. 8.
Reuendere illum tenetur quilibet eius dominus ſiue ſit maior, ſiue ſit minor, d. art. 7. num. 2.
Et qui à priori domino illum habuit, d. art. 7. nu. 25. & ſeq.
Licet contrarium velint aliqui, num. 12.
Vnus ex pluribus hæredibus domini Cenſus ad quem integraliter Cenſus peruenit, d. art. 7. num. 53.
Secus ſi ad eum Cenſus pertineat tantum pro ſua portione hæreditaria, d. art. 7. num. 54.
An quilibet ex pluribus, qui Cenſum ſimpliciter non per partes ſeparatas emerunt cogi poſſit ad reuendendum partem ſuam, d. art. 7. num. 36. & ſeq.
Cenſus redimi poteſt quandocumque ab illius venditore, par. 3. cap. 1. q. 3. art. 1. num. 2.
Tam ab ipſo imponente, d. q. 3. art. 2. num. 1.
Quàm ab illius hærede, d. art. 2. num. 2.
Siue ſuo, ſiue extraneo, d. art. 2. num. 3.
Quam etiam ab hærede hæredis, d. art. 2. num. 3.
Ab eo ad quem tranſiuit fundus onere Cenſus grauatus, d. art. 2. num. 6.
Aut à quacumque perſona pro debitore Cenſus, d. quæſt. 3. art. 3. num. 1. & ſeqq.
Per partes, d. q. 3. art. 8. vbi latè de materia.
Et ſine dubio quando fuit venditus pluribus perſonis pro partibus ſeparatis, d. q. 3. art. 7. num. 34. & 35. vbi de ratione.
Si totum redimat vnus ex pluribus hæredibus debitoris, reliqui cohæredes illi remanent obligati vel ad reſtitutionem partis pretij, par. 3. cap. 1. q. 3. art. 2. num. 9.
Vel ad ſolutionem partis Cenſus proportionabiliter, d. art. 2. num. 10.
Reliqua vide infra, in verbo, Redemptio, & in verbo, Redimens.
Cenſus extinguitur & reſoluitur per peremptionem fundi ſubiugati, par. 3. cap. 1. q. 1. art. 1. num. 2.
Etiam quod tempore impoſitionis hoc non fuerit conuentum, d. art. 1. num. 14.
Etiam Cenſus impoſitus ante Bullam Pij V. d. art. 1. num. 19. & ſeqq.
Tam quoad obligationem ſoluendi fructus, quam quoad obligationem reſtituendi ſortem, d. art. 1. num. 10. Vide tamen 13.
Dummodo peremptio ſit perpetua, ſecus ſi temporalis, d. art. 1. num. 9. &
Dummodo pereat caſu, vel natura rei, ſecus ſi facto, & culpa domini Cenſus, d. q. 1. art. 3. num. 1. & per tot.
Impoſitus ſuper alio Cenſu perempto fundo ſuper quo primus Cenſus creatus fuerat, par. 1. cap. 3. quæſt. 1. art. 3. num. 13. & par. 3. cap. 1. q. 1. art. 1. num. 22.
Impoſitus ſuper perſona per illius mortem, d. art. 1. nu. 23.
Impoſitus ſuper molendino eo directo, ita vt ſi ex illius mola, & cementis aliud molendinum conſtruatur Cenſus ex nouo, non debeatur, d. q. 1. art. 3. num. 6.
Impoſitus ſuper re ſubiecta fideicommiſſo, purificato dicto fideicommiſſo, par. 1. cap. 2. q. 1. art. 6. num. 4.
Impoſitus ab vſufructuario, reſoluto iure vſufructuarij, d. cap. 2. q. 3. art. 3. num. 10.
Impoſitus ſuper re feudali finito feudo, par. 3. cap. 1. q. 7. num. 3.
Impoſitus ſuper re emphyteutica finita emphyteuſi, d. q. 7. num. 4.
Impoſitus ad certam cauſam, illa deficiente, & ceſſante, par. 3. cap. 1. q. 4. num. 6.
Scilicet Cenſus gratis conceſſus, ſecus pretio venditus, num. 8.
Si illius fundus reddatur infructuoſus, par. 3. cap. 1. q. 2. num. 2.
Et reddita infructuoſa parte fundi, perit pars Cenſus, d. q. 2. num. 6.
Niſi pars quæ remanet frugifera reddat fructus ſufficientes pro ſolutione totius Cenſus, d. q. 2, num. 8.
Dummodo ſterilitas, & infructuoſitas ſit perpetua, d. q. 2. num. 9.
Secus ſi non reddat fructus pro aliquo tempore, ſit tamen aptus in futurum fructus reddere, d. q. 2. num. 10.
Si Cenſus redimatur, par. 3. cap. 1. q. 9. art. 1.
Dummodo pretium cum effectu reſtituatur, d. art. 1. n. 13.
Et Cenſus reuendatur, d. art. 1. num. 14.
Scilicet ipſi debitori Cenſus, & non alteri perſonæ, d. art. 1. num. 17.
Per compenſationem debiti puri, & liquidi inter creditorem, & debitorem Cenſus factam, d. q. 3. art. 6. num. 4.
Et facta oblatione compenſationis extinctio ſequitur ipſo iure, d. art. 6. num. 5.
Si à debitore Cenſus dentur illius domino in ſolutum bona ſtabilia, d. art. 6. num. 7.
Niſi dominus Cenſus aliqua rationabili cauſa contradicat, num. 8.
Si fundus Cenſui ſuppoſitus tranſeat in dominium domini Cenſus, par. 3. cap. 1. quæſt. 5. num. 1.
Scilicet quando dominium tranſiuit irreuocabiliter, ſecus ſi reuocabiliter, d. q. 5. num. 12.
Si Cenſus fuit impoſitus ſuper ſolo fundo cuius dominium nactus fuit creditor Cenſus, ſecus autem ſi ſuper alijs prædijs quoque, quia remanet ſuper alijs, d. quæſt. 5. num. 7.
Extincto autem hoc modo Cenſu dominus Cenſus, non amittit ius repetendi ſortem, d. q. 5. num. 9.
Si ius quod habet impoſitor Cenſus ſuper re Cenſui ſuppoſita expiret, par. 3. cap. 1. q. 7. num. 1.
Hoc tamen caſu poteſt dominus Cenſus ſortem repetere, d. q. 7. num. 10.
An mediante præſcriptione Cenſus extinguatur, videndum eſt, par. 3. cap. 1. q. 8. per totam.

Non extinguitur per venditionem fundi ſuppoſiti, par.3. cap.1.q.5.num.6.

Ex eo quod quis Cenſum in ſe accollet, & onus illius ſuſcipiat, par.3. cap.1. quæſt.3. art.1. num.16.

Si dominium fundi ſuppoſiti tranſeat in dominium alterius perſonæ quam domini Cenſus, par.3.cap.1.q.5.n.5.

Si Cenſus transferatur de vno fundo ad alium, par.1.cap.3.q.3. art.2. num.24. & ſeqq.

Cenſus extinctus ex eo quod illius dominus acquiſierit proprietate rei cenſuatæ, reuiuiſcit, ſi euicta ſit proprietas illa, par.3. cap.1.q.5. num.13.

Non cenſetur extinctus quoad effectum retinendi fundum iure prælationis, d.quæſt.5. num.15.

Cenſu extincto ceſſat obligatio, non ſolum quo ad principalem debitorem, tam realis reſpectu rei ſuppoſitæ, par.3. cap.2. num.1.

Quam perſonalis reſpectu obligationis perſonalis, d.cap.2. num.2.

Sed etiam quo ad fideiuſſores, & alios in conſequentiam in contractu Cenſus obligatos, d.cap.2. num.6.

Cenſus eſt de ſui natura diuiduus, par.3. cap.1. q.3. art.8. vbi latè de materia.

Non eſt ipſa res ſuppoſita, par.1. cap.3. q.1. art.2. nu.26.

Imponitur ſuper toto fundo non ſuper aliqua eius parte, par.2. cap.2. q.1. art.2. num.12.

Non venit in legato mobilium, par.1. cap.3. quæſt.1. art.2. num.7.

Super quo fuit creatus nouus Cenſus tranſit cum onere noui Cenſus, par.1. cap.3. q.1. art.3. num.10.

Vt plurimum imponitur vt alteri vendatur, par.1.cap.3. q.2. art.1. num.2.

Deberi non poteſt ex ſola bonorum obligatione, par.1.cap.3. q.2. art.3. num. 3.

Reſpectu fideiuſſoris, qui ſe vti principalis obligauit, dicitur impoſitus ſuper fundo principalis imponentis, par. 2. cap.1. q.2. num.16.

Alienatus titulo oneroſo, totus vitiatur ex vno pacto illicito.

Secus ſi alienetur titulo lucratiuo, ſecundum aliquos, par.2. cap.1. q.3. art.1. num.6.

De partium conſenſu vt plurimum ſoluitur de ſemeſtri in ſemeſtre, in fine ſemeſtris, parte 2. cap.2. q.4. art.2. num.11.

Illius materia eſt res ſuper qua imponitur, non perſona quæ imponit. par.1. cap.3. q.1. art.6. num.31.

Cenſus & illius pretium ſunt ſeparata, & diuerſa, par.2. cap.2. q.2. art.6. num.26.

Ratione cohærentiæ in re ſuper qua eſt impoſitus habetur pro re immobili, par.1. cap.3. q.1. art.2. num.6.

Etiam in materia ſtatutaria, d.art.2. num.9.

Hoc procedit in Cenſu perpetuo non in alio, d.q.1. art.2. num.20. & ſeq.

In iure percipiendi fructus cenſuales, non in ipſis fructibus, d.art.2. num.25.

Non tamen propriè, ſed impropriè, d.art.2. num.30.

Hac ratione dici poteſt certis finibus deſignatus, d.q.1. art.3. num.7.

Et eſſe in loco in quo ſita eſt, ſuper qua fuit impoſitus, d. art.3. num.8.

Cenſus ſequitur naturam eius ſuper quo imponitur, par.1. cap.3. q.2. art.4. num.5.

Cenſualis cōtractus, vide infra, in verbo, Cōtractus cenſualis.

Certum dicitur id quod ex demonſtrationibus expreſſis poteſt certificari, par.1. cap.3. q.3. art.1. num.35.

Ceſſionis bonorum beneficio regulariter renunciari non poteſt, par.2. cap.1. q.3. art.5. num.41.

Ceſſionarius repræſentat perſonam cedentis, par.2. cap.2. q.2. art.1. num.4.

Et ſuccedit in locum & priuilegium ipſius, d.art.1. nu.5. & par.3. cap.1. q.3. art.6. num.21.

Ceſſionarius Cenſus recipiens tres ſolutiones vltimas non nocet cedenti quo ad debitum præteritum ante ceſſionem. par.2. cap.2. q.4. art.6. num.42.

Ceſſio iurium facta ex interuallo non ſuffragatur ei, qui alienam extinguit obligationem, par.2. cap.2. q.2. art. 5. num.13.

Nec ei qui ſimpliciter ſoluit, d.art.5. num.16.

Secus fideiuſſori, qui proprio nomine ſoluit, d.art.5. n.14.

In incorporalibus idem operatur quod traditio in corporalibus, contra Federic. Martin. par.2. cap.2. quæſt.5. art.3. num.9.

C i

Citatio facta infanti eſt nulla, par.3. cap.1. q.3. art.9. nu.15.

Contra proximiores minorum quomodo concipiatur, d.art. 9. num.17. & remiſſiuè.

C l

Clauſula cum libera, &c. in mandato intelligitur dummodo procurator contrahat bona fide, & pro facto domini conſtituentis, par.2. cap.2. q.3. art.1. num.10.

Non operatur niſi reſpectu expreſſorum, d.art.1. num.11.

Generalis reſtringitur ad expreſſa, d.art.1. num.12.

Conſtituti in contractu Cenſus eſt inepta, & ſuperflua, par. 2. cap.2. q.5. art.9. num.25.

Transferentes, &c. poſita in inſtrumento venditionis ad fauorem emptoris operatur, vt omnes actiones quæ erant penes venditorem efficiantur inefficaces quo ad ipſum, par.3. cap.1. q.3. art.7. num.29.

Ponens illum in locum ſuum, &c. operatur vt penes venditorem remaneant actiones inefficaces, d.art.7. num.30.

Non obſtantibus, &c. poſita in conſtitutione tollit tantum ea quæ diſpoſitioni ſunt de directo contraria, par.3. cap.1. q.3. art.8. num.18.

Clemens V. fuit aſſumptus ad Pontificatum Peruſiæ anno 1305. par.1. cap.1. q.2. num.16.

Clem. Exiui de Paradiſo, §. cumque annui reditus, de verbor. ſignif. Intellectus, par.1. cap.1. q.2. num.7. & 8.

Clericus poteſt imponere Cenſum ſuper rebus temporalibus ſuæ Eccleſiæ cum debitis ſolemnitatibus, & iuſta cauſa, par.1. cap.2. q.3. art.2. num.25.

Duraturum autem eius vita durante, etiam abſque ſolemnitatibus, d.art.2. num.11. V. ſupra in verbo, Cenſum conſtituere.

C o

Cohærentia qualificat rem, quæ alteri cohæret, par.1. cap.3. q.1. art.2. num.5.

Collecta pro Cenſu debet ſolui in loco vbi eſt deſtinata ſolutio fructuum Cenſus, non vbi ſunt ſua bona ſubiugata, par.1. cap.1. q.1. art.1. num.29.

Impoſitam ſuper re Cenſui ſuppoſita tenetur ſoluere ipſemet impoſitor, non autem dominus Cenſus, d.art.1. num.26.

Colonus bonorum Cenſui ſubiugatorum citatus vt de illorum fructibus reſpondeat domino Cenſus, comparens cum nominatione auctoris liberatur, par.2. c.2. q.5. art.5. n.28.

Commoditas percipiendi fructus poteſt ab vſufructuario impunè alteri concedi, par.1. cap.2. q.3. art.3. num.9.

Per impoſitionem Cenſus factam ab vſufructuario remanet obligata, d.art.3. num.8.

Commo-

Commodum quis ex ſua culpa non debet reportare, par.1. cap.3. q.2. art.3. num.16.

Communio ſolet afferre incommoditates, & difficultates, par.3. cap.1. q.3. art.8. num.15.

Compenſatio eſt ſpecies ſolutionis, par.3. cap.1. q.3. art.6. num.6.

Condemnatus via executiua ſi iniuſtè cogatur ſoluere repetit, par.2. cap.2. q.5. art.6. num.44.

Conditio intrinſeca adiecta depoſito, illud non vitiat, par.3. cap.1. q.3. art.9. num.29.

Confeſſio iudicialis eſt probatio maxima, par.1. cap.4. nu.20.

Habet vim publici inſtrumenti, d.cap.4. num.21.

Immo eſt efficacior publico inſtrumento, d.cap.4. num.22.

Habet executionem paratam, d.cap.4. num.23.

Probat Cenſus impoſitionem, d.cap.4. num.24.

Extraiudicialis non facit præiudicium confitenti, par.1. cap.4. num.26.

Fallit de iure Canonico, d.cap.4. num.27.

Dummodo ſit plenè probata, d.cap.4. num.28.

Debitoris ſiue iudicialis, ſiue extraiudicialis præiudicat ſibi, ſed non alijs, d.cap.4. num.31.

Creditoris de recepto ſuperat omnes probationum ſpecies, par.2. cap.2. q.4. art.6. num.11.

Præiudicat non ſolum confitenti, ſed etiam hæredibus, d. art.6. num.12.

Immo quibuſlibet habentibus cauſam ab eo etiam ex titulo ſingulari, d.art.6. num.13. vbi hoc declaratur.

Probat de conſuetudine etiam in caſibus ſuſpectis, par.2. cap.1. q.1. art.8. num.24.

Maximè elapſo biennio, d.art.8. num.25.

Præterquam quando realis numeratio requiritur pro forma, d.art.8. num.26.

Prodeſt non ſolum debitori, ſed etiam fideiuſſoribus, & alijs obligatis in conſequentiam pro eo, d.q.4. art.6. n.14.

Niſi confeſſionem ſequatur promiſſio de ſoluendo, d.art. 6. num.15.

Non prodeſt ipſimet creditori ad effectum habendi manutentionem in quaſi poſſeſſione exigendi, par.2. cap.2. q.5. art.4. num.10.

Procuratoris & ſindici nocet Domino ſi ſit Iudicialis, ſecus ſi ſit extraiudicialis, d.art.4. num.15.

Creditoris de recepto probat numerationem, ſi concurrant adminicula, par.2. cap.1. q.1. art.8. num.36.

Limit. in contractu Cenſus, d.art.8. ſub num.36.

Conſenſus fideicommiſſarij in conſtitutione Cenſus ſuper re ſubiecta reſtitutioni ad ſui fauorem æquè prodeſt tacitus, ac expreſſus, par.1. cap.2. q.1. art.6. num.36.

Conſentiens imponi Cenſum ſuper re ſua poteſt petere releuationem ab imponente, par.1. cap.2. q.1. art.1. num.7.

Alienationi rei ſuæ ſibi præiudicat, par.2. cap.1. quæſt.2. num.17.

Et ipſe alienare cenſetur, d.q.2. num.18.

Conſeruatio indemnitatis fit multis modis, vt habetur, par. 2. cap.2. q.3. art.3. num.10.

Conſtitutiones Pontificiæ ſunt obſeruandæ etiam quod non ſint clauſæ in corpore iuris, par.1. cap.1. quæſt.4. art.4. num.3.

Sixti V. & Clem. VIII. prohibentes alienari bona ſtabilia exiſtentia in Statu Eccleſiaſtico in non ſubditos Sedi Apoſtolicæ non prohibent impoſitionem Cenſuum ad fauorem non ſubditorum, par.1. cap.3. q.1. art.2. num.34.

Ægidiana reducit iudicia poſſeſſoria ad terminos iuris ciuilis, par.2. cap.2. q.5. art.2. num.5.

Vide infra in verbo, Extrauagans.

Conſtitutum exſpirat morte conſtituentis, par.2. cap.2. q.5. art.5. num.20.

Remanet tamen illius effectus, etiam reſpectu hæredum, d.art.5. num.21.

Vis & efficacia illius remanet poſt mortem conſtituentis, & tranſit ad illius hæredes, d.art.5. num.24.

Conſtitutarius poteſt poſt mortem Conſtituentis recuperare ab hæredibus conſtituentis poſſeſſionem, par.2. cap.2. q.5. art.5. num.22.

Dummodo non fuerit negligens poſtquam hæres conſtituentis acceperit poſſeſſionem rei, d.art.5. num.23.

Conſuetudo contra ius naturale, & Diuinum non excuſat, par.1. cap.1. q.4. art.4. num.11.

Longæua habet vim legis, d.art.4. num.13.

Cenſetur inducta ſciente, & patiente Principe, d.art.4. num.14.

Non ſuffragatur in ijs quæ ſapiunt vſuram, par.1. cap.3. q.1. art.6. num.49.

Neque contra ius Diuinum, d.art.6. num.50.

Se obligandi in forma Cameræ eſt fauorabilis tamquam concernens commune bonum, par.2. cap.1. quæſt.3. art.5. num.35.

Irrationabilis excuſat à delicto & à dolo, par.2. cap.1. q.3. art.10. num.3.

Et conſequenter à pœna delicti, d.art.10. num.4.

Præterquam ſi induceat vſuras, par.2. cap.2. q.4. art.7. num.11.

Soluendi reſultans ex diuturnitate ſolutionum eſt loco cauſæ, par.2. cap.2. q.3. art.9. num.16.

Cenſetur ineſſe in quolibet actu, par.2. cap.2. q.4. art.2. num.8.

Soluendi vnam ſpeciem monetæ pro alia ſuffragatur etiam quod non ſit præſcripta, par.2. cap.2. q.4. art.4. nu.34.

Dummodo ſit facta bona fide, d.art.4. num.36.

Et pro toto debito, d.art.4. num.37.

Eccleſia tamen talis conſuetudo non nocet niſi ſolutio facta ſit per quadraginta annos, d.art.4. num.35.

Contenta in publico inſtrumento præſumuntur vera, par.1. cap.4. num.8.

Contractus ferè omnes à iure gentium pronianarunt, par.1. cap.1. q.2. num.24.

Vnus & idem diuerſo reſpectu dici poteſt iuris gentium, & iuris ciuilis, d.q.2. num.17.

Qui manat à conſuetudine dicitur innominatus, par.1. cap.1. q.4. art.1. num.2.

Qui habet proprium, & ſpeciale nomen eſt nominatus, d. art.1. num.10.

Cenſetur recepiſſe nomen de voluntate contrahentium, par. 2. cap.1. q.1. art.6. num.2.

Non eſt æſtimandus ab euentu, par.1. cap.1. q.4. art.3. num.30. & art.5. num.6.

Receptus à viris grauibus, & timoratæ conſcientiæ reputatur licitus, par.1. cap.1. q.4. art.4. num.9.

Quem faciunt illicitum pacta in eo appoſita, non debet cenſeri illicitus ex ſe, & ex ſui natura, d.art.4. num.17.

Nam contrahentium iniquitas contractum aliàs licitum, non reddit illicitum, d.q.4. art.5. num.6.

In dubio is præſumitur celebratus, quem contrahentes nominarunt, par.2. cap.1. q.1. art.6. num.1.

Niſi natura contractus repugnet, d.art.6. num.8.

A partium conuentione legem accipit, par.2. cap.1. q.3. art.8. num.29.

Informatur à pactis poſtea in apocha, vel in alio inſtrumento appoſitis, d.q.3. art.7. num.11.

Non

Non reſoluitur ex nuda contrahentium voluntate, ſed requiritur actus prioꝛi ſimilis, par.3. cap.1. quaeſt.3. art.1. num.15.

Emptionis, & venditionis eſt indiuiduus, ſicuti ceteri omnes, par.2. cap.1. q.1. art.6. num.20.

Etiam quod contineat plura capitula, d.art.6. num.21.

Vide in verbo, Emptio, & in verbo, Venditio.

Contractus ſunt regulariter indiuidui, d.art.6. num.20.

Etiam quod contineant plura capitula, ibid. num.21.

Contractus appellatione venit totus contractus, non pactum in eo appoſitum, par.2. cap.1. q.3. art.1. num.2.

In contractibus attenditur id quod principaliter agitur, non quod in conſequentiam accidit, par.2. cap.1. quaeſt.3. art.8. num.17.

Contractus cenſualis eſt nominatus, par.1. cap.1. quaeſt.4. art.1. num.3.

Eſt vbique gentium receptus & vſitatus, d.q.4. art.4. num.4.

Eſt vtilis, & expedit reipublicae, d.q.4. art.5. nu.2. & ſeqq.

Eſt approbatus à Principibus eccleſiaſticis, & ſecularibus, d.art.5. num.5.

Ex ſola ſuſpicione redditur ſuſpectus & illicitus, par.1. cap.3. q.1. art.6. num.29.

Non dicitur perfectus antequam ſit numeratum pretium in pecunia numerata coram Notario, & teſtibus, par.2. cap.1. q.1. art.5. num.8.

Eſt magis ſuſp[illegible] de vſura, quam quilibet alius contractus, d.art.5. [illegible]um.10.

Celebratus non ſeruata [illegible] Bulla Pij V, ſuper Cenſib. eſt nullus & inua[illegible]dus [illegible].5. num.18.

Non poteſt ſuſtineri [illegible]atio quando in illo pretium ſoluitur in aliqua ſpecie [illegible] in pecunia, par.2. cap.1. q.1. art.6. num.9. vbi de ratione.

An & quando vitietur ex vno vel pluribus pactis illicitis in illo appoſitis, par.2. cap.1. q.3. per tot. & infra in verbo, Pactum.

Fuit permiſſus ad tollendum vſuras, & illarum occaſionem, par.2. cap.2. q.2. art.3. num.22.

Parit obligationem ex qua oritur actio realis, par.2. cap.2. q.5. art.1. num.5.

Habet in ventre conditionem quod ſit redimibilis quandocumque ad voluntatem debitoris, par.3. cap.1. q.8. art.2. num.18.

Non dicitur reſolutus ante factam redemptionem Cenſus, vel aliter Cenſu extincto, par.3. cap.1. quaeſt.8. art.2. num.19.

Contractus cenſualis finis eſt percipere annuam reſponſionem, quae tamen non venditur, ſed ius illam conſequendi, par.1. cap.1. q.3. art.2. num.3, & 4.

Natura eſt vt ex eo transferatur ius percipiendi annuam penſionem ex re ſui natura fructifera, par.1. cap.3. q.1. art.6. num.10.

Subſtantiale quod pereunte fundo ſuppoſito pereat Cenſus, par.2. cap.1. q.3. art.8. num.50.

Quae ſint ſubſtantialia, d.q.3. art.1. num.29. & ſeqq.

Executio, vide infra, in verbo, Executio.

In contractu cenſuali non eſt locus penitentiae, par.1. cap.1. q.4. art.1. num.12.

Oritur actio merè perſonalis ex ſtipulatu, & actio in rem ſcripta ex ipſo Cenſu, par.2. cap.2. q.5. art.8. num.1.

Non venditur pecunia quae annuatim ſoluitur, ſed ius illam percipiendi, par.2. cap.1. q.1. art.2. num.8.

Non venditur res quae ſubijcitur, par.1. c.1. q.3. art.2. n.3. Nec illius fructus.

Sed ius percipiendi annuam reſponſionem correſpondentem fructibus illius, par.1. cap.3. q.3. art.1. nu.6. & par.2. cap.1. q.1. art.3. num.9.

De ſui natura eſſent ſoluendi fructus qui colliguntur ex fundo ſubiugato, par.1. cap.3. q.2. art.3. num.5.

An principalis obligatio conſiſtat in perſona, vel in re, par.1. cap.3. q.1. art.6. num.8. & 30.

Contractus emphyteuticus. Infra in verbo, Emphyteuſis.

Contrariorum vno cognito cognoſcitur & reliquum, par.1. cap.2. in princ. num.1.

Scilicet reſpectu eorum quae ſunt de directo contrària, d. cap.2. num.2.

Vel quando contrarietas eſt circa ſubſtantiam, ſecus aliàs, d.cap.2. num.2.

Conuentiones in contractu Cenſus quae ſint licitae, & quae illicitae, vide infra, in verbo, Pactum.

Correſpectiui actus qui ſint, vide ſupra verbo, Actus.

Correus qui emit integrum Cenſum non poteſt agere contra Correum pro toto Cenſu, ſed dumtaxat dempta ſua rata, par.2. cap.2. q.2. art.5. num.9.

Non tamen poteſt cogere illum ad redimendum Cenſum, d.art.5. num.10.

Vel confideiuſſor redimens Cenſum non poteſt illum exigere à correo, vel confideiuſſore, d.art.5. num.11.

Soluens ſimpliciter partem ſuam non conſequitur diuiſionem debiti, & obligationis, par.2. cap.2. quaeſt.3. art.1. num.23.

Secus ſi ſoluat pro parte ſua, & creditor ſimpliciter, & abſque proteſtatione recipiat ſolutionem, d.art.1. nu.24.

Intellige quo ad fructus maturos tempore ſolutionis, d. art.1. num.25.

Secus quo ad ſortem & fructus poſtea maturandos, d.art.1. num.26.

Correi debendi in dubio tenetur pro virili, par.2. cap.2. q.2. art.5. num.10.

Limit. niſi alter maius emolumentum ex contractu reportauerit, d.art.5. num.11.

C r

Creditor cogi non poteſt vt loco vnius recipiat alium fideiuſſorem, par.2. cap.2. q.3. art.4. num.14.

Qui contra vnum ex correis debendi ſententiam reportauit agens contra alios, non repellitur ſi cum effectu non ſit ſolutus, d.q.3. art.8. num.13.

Qui contra vnum poſſeſſorem non poteſt totum ſuum creditum conſequi, poteſt contra alios poſſeſſores pro reſiduo agere, d.art.8. num.11.

Eligens agere contra vnum non praeiudicat ſibi quo minus poſſit poſtea contra alios agere, d.art.8. num.12.

Solutus à poſſeſſore bonorum ſibi obligatorum tenetur illi cedere actiones, d.art.8. num.15.

Sed tales quales habet, d.art.8. num.16.

Etiam ad fauorem debitoris met, d.art.8. num.17.

Etiam contra ſemetipſum cedentem, d.art.8. num.18.

Comparens in iudicio diſcuſſionis, & petens ſe pro ſuo credito admitti, ſibi non praeiudicat quo minus agere poſſit aduerſus fideiuſſores ſi in d. Iudicio ſibi non ſatisfiat, d.art.8. num.14.

Habet intentionem fundatam ſuper inſtrumento ſui crediti, d.q.3. art.9. num.3.

Vt faciat incidere debitorem in moram eo ſub praetextu quod non ſoluerit in loco deſtinatae ſolutionis, tenetur probare ſe ibi fuiſſe, par.2. cap.2. q.4. art.5. num.3.

Vel ſaltem ibi habuiſſe legitimum procuratorem, d.art.5. num.4.

Si

Si tempore faciendæ ſolutionis non reperitur in loco conuento, debitor non incidit in moram, d.art.5. num.2.
Negans ſibi fuiſſe ſolutum habet intentionem fundatam ſuper ſola negatione, d.q.4. art.6. num.5.
Niſi debitor prætendat præſcripſiſſe libertatem aduerſus obligationem ſoluendi, quia tunc tenetur probare ſolutiones, d.art.6. num.6.
Non poteſt propria auctoritate bona ſui debitoris inuadere, par.2. cap.2. q.5. art.5. num.5.
Habens inſtrumentum cum clauſula conſtituti cautius agit petendo mandatum de aſſociando, quam petendo ſe immitti in poſſeſſionem ſui debitoris, d.art.5. num.26.
Habens generalem & ſpecialem hypothecam non poteſt vti generali, niſi excuſſa ſpeciali, par.2. cap.2. quæſt.5. art.9 num.35.
Niſi adſit clauſula quod ſpecialis hypotheca generali non deroget, d.art.9. num.36.
Habens hypothecam reſpectu ſortis, cenſetur habere etiam pro vſuris, d.art.9. num.45.
In diem poteſt agere ante aduentum diei, d.art.9. num.54.
Dici non poteſt propriè, qui poteſt legitima exceptione repelli, d.art.9. num.55.
Non tenetur proteſtari contra poſſidentem bona ſibi hypothecata, quando eſt impeditus agere impedimento iuris, d.art.9. num.60.
Tenetur recipere ſuum creditum à quocumque illud offerente, d.art.9. num.62.
Compelli non poteſt recipere ſortem abſque vſuris, quando illæ æquè principaliter debentur, par.3. cap.1. quæſt.3. art.8. num.7.
Recipiens ſimpliciter tres vltimas ſolutiones, cenſetur renunciare præterito credito, par.2. cap.2. quæſt.4. art.6. num.41.
Creditoris & debitoris perſona non poteſt eſſe eadem, par.3. cap.2. q.2. art.6. num.10.
Creditoris intereſt poſſe petere ſuum creditum etiam pro tempore futuro, par.2. cap 2. q.5. art.7. num.19. & art.9. num.26.
Creditor Cenſus. vide infra, in verbo, Dominus, & in verbo, Emptor.
Creditum annuum peti poteſt non ſolum pro tempore præterito, ſed etiam pro futuro, par.2. cap.2. quæſt.5. art.7. num.13.
Dummodo tempore petitionis aliquid ſibi debeatur pro tempore præterito, d.art.7. num.16.
Cenſuale probatur per inſtrumentum impoſitionis Cenſus, d.q.5. art.9. num.17.
Crediti diuiſio affert creditori incommoditatem, par.3. cap.1. q.3. art.8. num.8.
Declara. vt num.10.

C u

Culpa ſua nemini debet eſſe proficua, par.1. cap.3. quæſt.2. art.3. num.16.

D a

DAMNVM pati quis non debet ex facto aduerſarij, par.2. cap.1. q.3. art.3. num.15.
Contingens in re emphyteutica pertinere debet ad dominum directum, par.3. cap.1. q.1. art.1. num.4.
Damni emergentis & lucri ceſſantis, diſpar eſt ratio, par.2. cap.1. q.3. art.5. num.4.
Damnum emergens verſatur circa rem acquiſitam, vel quaſi acquiſitam, d.art.5. num.3.
Datio in ſolutum habet vim venditionis, par.2. cap.2. q.1. art.4. num.24. & par.3. cap.1. q.3. art.6. num.12.

D e

Debitum ex vna cauſa poteſt ex conſenſu partium conuerti vt debeatur ex alia cauſa, par.2. cap.1. quæſt.1. art.5. num.29.
Annuum eſt ſoluendum in principio anni, par.2. cap.1. q.3. art.2. num.5.
Contractum contemplatione fructuum habet tacitam conditionem, ſi fructus naſcentur, par.3. cap.1. q.2. nu.4.
Debitor poteſt ſoluere ei cum quo contraxit, par.2. cap.2. q.2. art.1. num.8.
Datur ſibi ipſi ſoluere per compenſationem, d.q.2. art.6. num.11.
Pupilli non liberatur, niſi ſoluat tutori legitimè conſtituto, & Iudicis auctoritate, d.q.2. art.3. num.4.
Limita in debito annui reditus, quod ſoluere poteſt abſque Iudicis decreto, d.art.3. num.5.
Soluens pupillo eſt tutus exceptione doli, ſi pecunia extet, vel pupillus eſt effectus locupletior, d.art.3. num.9.
Soluens tutori conſequitur liberationem, d.art.3. num.10.
Non tamen conſequitur pleniſſimam ſecuritatem, niſi ſoluat iuſſu Iudicis, d.art.3. num.11.
Vel pecunia conuertantur in vtilitatem minoris, d.art.3. num.12.
In diem poteſt ante tempus ſoluere, par.2. cap.2. quæſt.4. art.3. num.2.
Poteſt renunciare dilationi ſibi ad ſoluendum conceſſæ, d.art.3. num.4.
Niſi dilatio ſit conceſſa gratia [illegible] ipſius debitoris, quam creditoris, d.art.3. num.5.
Vel niſi creditoris interſit [illegible] fieri tempore conuento, d.art.3. num.7.
Non ſoluens in loco conue[illegible] poteſt vbilibet conueniri, dummodo ſit locus honeſtus [illegible] idoneus, d.quæſt.4. art.5. num.5.
Ex inſtrumento habente executionem paratam habetur pro condemnato, par.2. cap.2. q.3. art.3. num.18.
Si non reperiat creditorem in loco deſtinatæ ſolutionis, an ad euitandam pœnam debeat deponere Iudicis auctoritate, vario modo ſentiunt Doctores, d.art.5. num.6. 7. & 8.
Debet ſoluere in loco domicilij creditoris, d.art.5. num.9.
Scilicet in domicilio temporis contractus, d.art.5. nu.10.
Debet ad illud accedere proprijs expenſis, d.art.5. num.11.
Dummodo ſint eiuſdem fori, alias ſecus, d.art.5. num.12.
Declaratur alijs modis vt d.art.5. num.15. remiſſiuè.
Sciens quod creditor in loco ſui domicilij habet legitimum procuratorem illi debet ſoluere, nec debet expectare vt creditor veniat, d.art.5. num.16.
Pecuniæ non poteſt creditori inuito minutatim ſoluere, par.3. cap.1. q.3. art.8. num.9.
Non debet eſſe nimium delicatus, nec creditor nimium oneroſus, d.q.3. art.9. num.3.
Vxoris ex cauſa extra dotem ſoluens marito, an liberatur. par.2. q.2. art.1. num.27.
Debitor Cenſus ſoluens ſimpliciter tutori vel curatori, non liberatur, par.2. cap.2. q.2. art.3. num.18.
Poteſt ſubmittere ſe cenſuris eccleſiaſticis in caſu quo ſit moroſus in ſoluendo, par.2. cap.1. q.3. art.5. num.17. & infra.
Non tenetur aſportare fructus ad domum creditoris, par.2. cap.1. q.3. art.5. num.15.
Non tenetur perſeuerare in Cenſu per duos menſes diſdictæ, niſi quatenus dominus Cenſus velit, par.3. cap.1. q.3. art.9. num.47.
Volens redimere Cenſum à tertio, qui à primo emptore vi-

ctori

Digitized by Google

liori pretio emit, tenetur reſtituere pretium integrum, quod à primo emptore recepit, parte 3.cap.1.q.3.art.6. num.20.
Volens redimere cenſum non tenetur denunciare ei, qui dictum cenſum habet obligatum, licet contrarium ſentiat Roderic. parte 2. cap.2.q.2. art.6. num.6. & 7.
Si habeat pecunias paratas ad redemptionem cenſus ſi in eius manibus ſequeſtrentur à creditoribus domini Cenſus, non liberatur à curſu fructuum cenſus, ſi denunciato domino Cenſus, illas non deponat, parte 2. cap.2. q.3. art.1. num.4. & 5.
Non poteſt anticipatè ſoluere fructus Cenſus inuito domino Cenſus, parte 2.cap.2. q.4. art.3. num.8.
Ante interpellationem ſibi factam in loco ſui domicilij, non tenetur ad aliquas expenſas, d.q.4.art.5.num.18.
Secus poſt interpellationem, ibid.num.18.
Aſſerens ſe ſoluiſſe tenetur probare, d.q.4.art.6.num.4.
Tenetur ad intereſſe etiam ex contractu nullo, quando expreſsè ad illud ſe obligauit, d.q.4. art.7. num.14.
Item quando pretium cēſus fuit verè, & cum effectu conuerſum in eius vtilitatem, d.art.7. num.15.
Volens cenſum redimere à ſecundo emptore, qui illum viliori pretio emit, debet reſtituere pretium quod ipſe tempore venditionis recepit, parte 3.cap.1. quaſt.3. art.1. num.28.
Non remanet liberatus ab onere ſoluēdi cenſum ex eo quod quis ſuſcipiat in ſe onus extinguendi cenſum præfatum, parte 3. cap.1. quaſt. 3. art.3.num.8.
Tenetur cenſum ſoluere etiam quod vendiderit fundum cenſuatum, par.2.cap.2. q.3. art.1.num.13. licet aliqui contrarium ſentiant.
Non poteſt compelli ad cenſus redemptionem etiam quod per Iudicis ſententiam condemnetur ad pretij reſtitutionem, parte 3.cap.1. quaſt.3. art.4. num.1. & 2.
Limit.1. Si denunciauit domino Cenſus illius futuram redemptionem, d.art.4. num.3.
Limit.2. Quando cenſus fuit impoſitus ſuper re aliena non conſentiente domino fundi, d.art.4. num.4.
Lim.3. Quando cenſus fuit impoſitus ſuper re ſubiecta fideicommiſſo illo purificato, d.art.4 num.6.
Limit.4. Quando Cenſus fuit impoſitus ſuper re feudali, vel emphyteutica, feudo, vel emphyteuſis finita, d.art. 4. num.7.
Limit.5. Quando in contractu Cenſus ſunt obligatæ Communitates Status Eccleſiaſtici, vel earum bona, d.art.4. num.10.
Limit.6. Quando dominus fundi illum dolosè diſtruxit, & reddidit penitus infructuoſum. d.art.4. num.11.
Limit.7. Quando domino Cenſus non fuerunt adimpleta promiſſa in contractu cenſus, d.art.4.num.12.
Limit.8. Quando inter partes fuit initum pactum iuratum, quod debitor moroſus in ſoluēdo fructus Cenſus poſſit compelli ad pretij reſtitutionem, d.art.4.num.13. & parte 2.cap.1. q.3. art.8.num.19.
Non tamen poterit cogi illius ſucceſſor, d.art.8. num.21.
Limit.9. Quando inter venditorem Cenſus, & illius fideiuſſorem fuit factum pactum, quod teneatur illum redimere intra certum tempus, d.art.4. num.14.
Idem ſi tale pactum fuit initum inter venditorem cenſus, & eum, qui illius bonam fidem recognouit, d.art.4.n.15.
Limit.10. Quando Cenſus fuit ab initio ipſo iure nullus, d. art.4. num. 16. vel fuit declaratus nullus per Iudicis ſententiam, d.art.4. num.17.
Limit.11. Quando Cenſus fuit impoſitus ſuper fundo non libero, ſed alteri oneri obnoxio, d.art.4. num.21.
Limit.12. In cenſu impoſito ſuper fundo empto cum pacto de redimendo, ſequuta illius redemptione, d.artic.4. num.22.
Limit.13. Quando dominus cenſus efficitur dominus fundi cenſuati, d.art.4. num.23.
Poteſt liberè repetere depoſitum factum pro redemptione cenſus, parte 3. cap.1. q.3. art.9. num.56.
Limit. In caſibus expreſſis, d.num.56.
Repetens depoſitum non cenſetur renunciare iuri redimendi cenſum, d.art.9. num.57.
Nitens præſcriptioni nil aliud probare debet, quam lapſum temporis ad præſcribendum ſufficientis, parte 3. cap.1. q.8.art.1. num.7.
Qui tenetur actione perſonali poteſt carcerari non obſtante, quod offerat fundum cenſus, par.2. cap.2.quaſt.5. art.7. num.30.
Vide infra, in verbo, Imponens.
Debitum annuum eſt ſoluendum in principio anni, par.2. cap.1. quaſt.3. art.2. num.6.
Debitum ex vna cauſa poteſt de conſenſu partium conuerti, vt debeatur ex alia cauſa, parte 2.c.1.q.1. art.5. nu.29.
Decimæ non debentur Rectori Eccleſiæ, ſi illa funditus obuertatur, parte 3. cap.1. q.4. num.7.
Decretum Iudicis non eſt neceſſarium in actibus, qui ex neceſſitate fiunt, parte 2. cap.2.quaſt.2.art.3.num.7.
In alienatione quæ fit ex neceſſitate, parte 3. cap.1. q.3. art.7. num.5.
In reuenditione Cenſus pupilli, quæ fit à tutore, d.art.7. num.8.
Validat impoſitionem cenſus ſuper bonis minorum, parte 1. cap.2.q.1. art.2.num.15.
Habet præſumptionem pro ſe tam reſpectu ſolemnitatis requiſitæ pro iuſtitia contractus, quam requiſitæ pro validitate decreti, d.art.2. num.16.
Etiam ſi incontinenti fuerit interpoſitum ratione conſuetudinis, d.art.2. num.17.
Definitio vna quid nominis, altera quid rei, par.1. c.1. q.3. art.1. num.1.
Quid vtraque ſit, d.art.1. num.2. & 3.
Quid nominis debet præcedere definitionem quid rei, d.artic.1. num.4.
Quid rei ſubſtantiam rei definitæ deſignat, d. q. 3. art.1. num.3.
Vt ſit bona quæ requirantur, d.q.3.art.2. num.17.
Omnis eſt in iure periculoſa, d.art.2. num.18.
Debet conuerti cum ſuo definito, d.art.2. num.6.
Debet comprehendere quamlibet ſpeciem rei definitæ, d. art.2. num.6.
Delegatio dici non poteſt quando tempore obligationis abeſt creditor, neque de illius conſenſu conſtat, parte 3.cap.1. q.3.art.3. num.9.
Denunciatio facienda eſt domino Cenſus, quando vendendus eſt fundus cenſui ſubiugatus, parte 2. cap.2.q.1.artic.2. per tot.
Non poteſt omitti etiam quod dominus cenſus aliunde ſciat dictam venditionem, d.art.2. num.8.
Siue ſit vendendus integer fundus, ſiue illius pars, d.art. 2. num.10.
Introducta eſt fauore domini Cenſus, d.art.2. num.3.
Quocumque titulo cenſum poſſideat, d.art.2. num.13.
Requiritur pro forma, d.art.2. num.7.
Debet fieri cum omnibus conditionibus, quibus venditio celebrari debet, d.art.2. num.15.

Immo cum inſertione inſtrumenti ſuper dicta venditione celebrandi, d.art.2. num.16.
Debet fieri ab emptore fundi non à venditore, & cur, d. art.2. num.17.
Quando ſit non ad effectum inducendo ſciétiæ, ſed vt quid fiat vel non fiat, eſt facienda etiam habenti ſcientiam, d.art.2.num.9.
Depoſitum factum ex abrupto non citato domino Cenſus ad recipiendum, & retinendum cenſum, non eſt releuans, parte 3, cap.1.quæſt.3.art.9. num.23.
Non poteſt fieri quando creditor non recuſat recipere pretium cenſus & illum retendere, d.art.9. num.24.
Vt afficiat debet fieri ex aliqua cauſa, d.art.9. num.25.
Iudicis decreto, d.art.9.num.26.
Debet eſſe liberum, d.art.9. num.27.
Debet eſſe reale, nec ſufficit ſola oblatio, d, art.9. num.28.
Debet eſſe integrum, d.art.9.num.36.
Debet fieri penes idoneam perſonam, d.art.9. num.42.
Debet fieri in loco in citatione expreſſo, d.arc.9.num.43.
Debet habere qualitates conſideratas à Doctoribus relatis, d.art.9. num.44.
Confeſſionatum an releuet, d.art.9. num.29. cum ſeqq.
Habet priuilegia realis depoſiti, d.are.9. num.32.
Scilicet contra depoſitarium, non contra tertium, d.art.9. num.33.
Reale dicitur etiam quod non interueniat pecunia numerata, ſed detur cedula bancaria, d.art.9. num.35.
Integrum vt dici poſſit etiam ſi fiat à debitore cenſus volente cenſum redimere, non debet deficere vnus nummus, d.art.9. num.37.
Tam reſpectu ſortis, quàm fructuum non ſolutorum, d.art. 9. num.39.
Etiam reſpectu fructuum duorum menſium diſdicta cenſus, d.art.9. num.40.
Etiam ſi fiat à muliere, milite, ruſtico, & minore, d.art.9. num.38.
Depoſitum legitimè factum à debitore cenſus volente illum redimere habet vim extinctionis Cenſus ex actu retroſimili, d.art.9. num.46.
Poteſt fieri quandocumque intra duos menſes à die diſdictæ, d.are.9. num.47.& 49.
Etiam vltima die dictorum duorum menſium, d. art.9. num.48.
Si recuſetur à domino Cenſus abſque iuſta cauſa, perit eius periculo, d.art.9. num.54.
Niſi aliter inter partes fuerit conuentum, d.art.9. nu.55.
Notificari debet hæredibus domini cenſus poſt depoſitum legitimè factum morientis, d.are.9. num.50.
Depoſiti conditiones ſunt obſeruandæ, parte 2. cap.1.q.1. art.5, num.20.
Deſcriptio prædij in libro æſtimi tamquam ſit grauatum cenſu facit præſumptionem, quod ſuper eo ſit impoſitus cenſus, par. 1. cap.4. num.39.

D i

Dictum Doctoris debet intelligi ſecundum legem, quam allegat, par.2. c.1. q.3. art.3, num.1.
Dignitas, & officium dicitur poſſidere, parte 2.cap.2.q.5, art.3. num.12.
Non eſt quid immobile, nec pro immobili habetur, parte 1. c.3, q.1. art.5. num.20.
Dignitatum aliquæ ita cohærent perſonæ, vt ab ea non poſſint ſeparari: aliæ transferuntur de vna perſona ad aliam, d, art, 5, num.19.
Diſdicta Cenſus requiritur pro forma ex Bulla Pij Quinti, parte 3. cap.1. quæſt.3. art.1. num.18. & art.9. num.1.
Debet fieri per bimeſtre ante redemptionem. d.arc.9.nu.2.
Debet fieri perſonæ legitimæ, aliàs non releuat, d. q.3. art. 1. num.21.
Debet fieri de mandato Iudicis competentis, id eſt, Iudicis debitoris, d.art.1. num.24. & d.art.9. num.5.
Non poteſt fieri procuratori, niſi quando perſona domini Cenſus haberi non poteſt, d.are.1. num.22.
Nec procuratori ſimpliciter conſtituto, ſed opus eſt vt habeat facultatem vendendi, d.art.1. num.23.
Nec minori, d.art.9. num.10.
Sed debet fieri eius tutori legitimè conſtituto, d.artic.9. num.11.
Poteſt fieri non ſolum à debitore cenſus, ſed etiam ab eius legitimo procuratore, d.art.9. num.8.
Et in qualibet parte anni, parte 3. cap.2. num.8.
Quomodo ſit concipienda non fuit per Pium V. definitum, d. parte 3.cap.1. q.3. art.1. num.25.
Sed quomodo concipiatur docetur, d.art.9. num.20.
Diſdicta eſt neceſſaria pro ſocietate officij diſſoluenda, parte 3. cap.1.q.3. art.9.num.44.
In diſdicenda ſocietate officij ſolet præfigi terminus quindecim dierum, d.art.9. num.45.
Diſpoſitio loquens indefinitè dicitur ſpecifica quando non poteſt verificari niſi in vna re, par.1. cap.3. quæſt.3. art.1. num.34.
Item quando ex demonſtrationibus remanet certa & expreſſa, d.art.1. num.35.
Facta de tota re habet locum in parte illius, parte 2. cap. 2. q.2. art.2. num.11.
Generalis debet generaliter intelligi, parte 3. cap.1.q.3. art.7. num.26.
Facta ob certam cauſam ab illa recipit determinationem, par.3. c.1. q.4. num.1.
Quælibet reſtringitur ad ſuam cauſam, d.q.4. num.3.
Ceſſat ceſſante eius ratione, parte 2. cap.1. quæſt.3. art.1. num.10.
Exorbitans à iure communi debet intelligi vt iacet, nec eſt extendenda, parte 2.cap.2. q.1. art.4.num.16.
Diſpoſitum quod non reperitur cenſetur relictum ſub diſpoſitione iuris communis, parte 1. cap.3. quæſt. 1. art.6. num.37.
Diſputationes quæ fiunt circa definitiones vt plurimũ, ſunt inutiles, par.1.cap.1. q.3. art.2. num.19.
Diſtributio temporum non inducit pluralitatem obligationum, niſi fiat expreſſa temporum dinumeratio, parte 3. cap.1. q.8. art.2. num.12.
Diuiſiones ſolutionum ſolent afferre incommodum recipienti, par.2.cap.1.q.3. art.8. num.26.
Diuiſibile an quid ſit, quomodo cognoſcatur, parte 3.cap.1. q.3.art.8. num.1. & ſeqq.

D o

Dolus eſt neceſſarius in remedijs poſſeſſorijs, parte 2. cap.2. q.5. art.3, num.22.
Dominium directum & vtile non poteſt concurrere in eadem perſona eodem tempore reſpectu eiuſdem rei, parte 1. cap.1.q.1.are.1, num.8.
Rei cenſuatæ in cenſu conſignatiuo remanet penes impoſitorem Cenſus, parte 1.cap.1.q.3. art.2. num.16.
Cenſus pro alio empti à non procuratore ante factam ratificationem vel acquiritur ipſi emptori, vel ſtat in ſuſpenſo, parte 2.cap.2.q.2.art.1. num.56.& 57.
Rei emptæ tranſit in emptorem, ſi tempore venditionis non fiat aliquod pactum impediens huiuſmodi tranſ-

tranſlationem, parte 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 7. num. 18.
Vel niſi vendatur cum pacto de redimendo, & pro dicti pacti obſeruantia hypothecetur in ſpecie res ipſa, quę venditur, d. art. 7. num. 19.
Eiuſdem rei non poteſt eſſe penes duos inſolidum, d. art. 7. num. 24.
Propriè datur rerum incorporalium, par. 1. cap. 2. q. 3. art. 3. num. 5.
Dominium vtile quod habet emphyteuta Eccleſiæ ſuper bonis non dicitur res Eccleſiaſtica, licet rei Eccleſiaſticæ cohæreat, par. 1. cap. 2. q. 2. art. 2. num. 2.
Dominus eiuſdem rei eodem tẽpore quis eſſe non poteſt propriè, & impropriè, verè, & non verè, par. 1. c. 1. q. 1. art. 1. num. 11.
Is verè eſt qui rei directum habet dominium, d. art. 1. num. 9.
Directus in emptione melioramentorum in re emphyteutica factorum, debet omnibus alijs præferri, par. 2. cap. 2. q. 1. art. 3. num. 3.
Directus poteſt ſuper re ſua cenſum imponere, par. 1. c. 2. q. 1. art. 1. num. 1.
Etiam quod habeat nudam proprietatem, d. art. 1. numero 12.
Etiam quod tale dominium ſit aliquo caſu reſolubile, d. art. 1. num. 14. & ead. q. 1. art. 5. & 6.
Dominus Cenſus quis dicatur latè, par. 2. cap. 2. q. 2. art. 1. per tot.
Dicitur habere communionem quandam cum domino fundi ſubiugati, parte 1. cap. 1. quæſt. 1. art. 1. num. 24.
Dicitur poſſidere immobilia, d. art. 1. nu. 27.
Tenetur ſoluere collectas impoſitas ſuper bonis immobilibus, d. art. 1. num. 27. in fine.
Non retrahit ratione communionis fundum cenſitum ab eius domino venditum, d. art. 1. num. 25.
Agit ad intereſſe contra eum qui ſibi vendidit cenſum ſuper re non libera impoſitum, parte 1. cap. 3. quæſt. 4. num. 13.
Maximè ſi huiuſmodi intereſſe fuerit promiſſum, d. q. 4. num. 14.
Etiam ſit promiſſa euictio, & illa non ſit ſequuta, d. q. 4. num. 16.
Etiam ſi ſint præſtiti fideiuſſores, d. q. 4. num. 17.
Vel agit contra dictum venditorem huiuſmodi cenſus vt fundum illum liberet, vel faciat conſentire omnem perſonam intereſſe habentem, d. q. 4. num. 20.
Et vt faciat conſentire omnem perſonam quæ ſuper dicto fundo habet iura meliora, d. q. 4. num. 20.
Vel agit pro recuperatione pretij cenſus, d. q. 4. num. 21.
In emptione fundi cenſiti debet omnibus alijs emere volentibus anteferri, parte 2. cap. 2. q. 1. art. 3. num. 1.
Etiam quod Cenſus eſſet creatus ante Bullam Pianam, d. art. 3. nu. 5. Etiam alijs dominis cenſuum portionum, licet quantitate maiorum, d. art. 3. num. 14.
Volens præferri in emptione fundi ſubiugati debet emere cum conditionibus quibus alij emunt, d. artic. 3. numero 2.
Non excludit proximos conſanguineos, nec vicinos laterantes, vbi viget ius congrui, d. art. 3. num. 4.
Priuatur per indirectum iure prælationis in venditione fundi cenſiti, ſi cenſus ante venditionem redimatur, d. art. 3. num. 12.
Poſſidens fundum cenſitum, poteſt illum retinere ſi dominus fundi ipſo irrequiſito eum vendat, d. q. 1. art. 4. num. 1.
Poteſt retrahere fundum cenſitum venditum eo non requiſito, d. art. 4. num. 2.
Sed an à quocumque etiam vlteriore emptore Auctor contra alios firmat negatiuam opinionem, d. artic. 4. numero 7.
Poteſt agere ad intereſſe contra dominum fundi ſuppoſiti qui illum vendidit non facta ei denunciatione, ſi non poteſt illum retrahere ab emptore, d. artic. 4. numero 13.
Vendens cenſum correo debendi, tenetur cedere illi iura contra alios correos, ſed talia qualia habet, parte 2. c. 2. q. 2. art. 5. num. 12.
Non amittit dominium pecuniarum quas in emptionem Cenſus nulliter factam erogauit, parte 2. c. 2. q. 4. art. 7. num. 2.
Immo poteſt illas quandocumque ad ſui libitum repetere, d. art. 7. num. 3.
Non poteſt licitè fructus cenſus percipere, quando eſt in eius facultate compellere venditorem, vt Cenſum redimat, parte 2. cap. 1. q. 3. art. 8. num. 6.
Non poteſt venditionem fundi cenſiti impedire, nec ex ea laudemium prætendere, parte 2. cap. 2. q. 1. art. 2. nu. 1.
Retrahens fundum cenſitum alteri ipſo non denunciato venditum non poteſt in pretio fundi imputare pecunias, quas in emptionem Cenſus erogauit, parte 2. cap. 2. q. 1. art. 4. num. 15.
Non tenetur pretium deponere, d. art. 4. num. 17.
Non poteſt expellere colonum, d. art. 4. num. 18.
Poteſt exigere fructus cenſus etiam poſtquam illum alteri ceſſit, ſi ceſſionarius non intimauit legitimè debitori ne illi ſoluat, parte 2. cap. 2. q. 2. art. 1. num. 6.
Exigens fructus cenſus nulliter conſtituti illos ſuos non facit, parte 2. cap. 2. q. 4. art. 7. num. 5.
Sed tenetur illos reſtituere, vel in ſortem imputare, d. art. 7. num. 5.
Immo talis imputatio fit ipſo iure, d. art. 7. num. 6.
Recipiens fructus ex cenſu, qui habet implicitum ſtatum validitatis ante declarationem nullitatis, illos acquirit, d. art. 7. num. 16.
Non eſt propriè creditor reſpectu ſortis, parte 2. cap. 2. q. 5. in princ. num. 1.
Non poteſt inuitus compelli ad accipiendum fundum cenſitum pro extinctione cenſus, par. 3. c. 1. q. 3. art. 6. num. 9.
Et multò minus ſi habeat hypothecata omnia bona debitoris Cenſus, d. art. 6. num. 10.
Limit. Si ſubſit aliqua iuſta cauſa, d. art. 6. num. 13.
Recipiens in ſolutum pro extinctione Cenſus bona debitoris, ſi illa euincantur nõ poteſt redire ad primæuam actionem, d. art. 6. num. 17.
Limit. Si tempore receptionis fuit proteſtatus velle eſſe ſibi ſaluum ius ad cenſum, d. art. 6. num. 19.
Habet tamen vtilem actionem contra debitorem Cenſus, d. art. 6. num. 18.
Poteſt Cenſum cuicumque voluerit vendere, parte 2. c. 2. q. 2. art. 6. num. 15.
Dummodo venditio fiat ſimpliciter, ſecus ſi fiat cum pacto quod teneatur illum redimere intra certum tempus, vt infra, in verbo, Papa.
Habet ius in re cenſui ſuppoſita, p. 1. c. 2. q. 3. art. 1. nu. 2.
Cogi poteſt ad reuendendum partem cenſus, parte 1. cap. 1. q. 3. art. 8. num. 4. & 16.
Dũmodo redimatur ad minus pars dimidia, d. art. 8. nu. 21.
Recipiens partem ab eo qui vtitur verbis quibus declarat velle ſe liberare à reſiduo, & non proteſtans velle ſibi eſſe

ſuum ius ſolidi ſibi præiu-icat, ſi habeat poteſtatem alienandi res ſuas, d. art. 8. num. 29.

Si acquirat dominium fundi cenſuati non amittit ſortem principalem, ſed poteſt illam repetere, parte 3. cap. 1. quæſt. 5. num. 9.

Recipiens ſortem abſque proteſtatione de ſibi non præiudicando quoad fructus decurſos & non ſolutos, ſibi non præiudicat, par. 3. cap. 2. num. 16.

Volens euitare præſcriptionem debet probare præteritas ſolutiones, parte 3. cap. 1. q. 8. art. 1. num. 8.

An poſſit propria auctoritate percipere fructus fundi ſubiugati, latè diſcutitur, parte 2. cap. 2. q. 5. art. 5. per tot.

Poteſt obtinere præceptum contra colonum bonorum ſuppoſitorum vt ſibi reſpondeat de parte dominicale fructuum, parte 2. cap. 2. q. 5. art. 5. num. 27.

Actione perſonali in rem ſcripta non poteſt agere contra poſſeſſorem fundi ſubiugati, niſi pro fructibus maturatis, vel maturandis poſtquam ille nactus fuit poſſeſſionem dicti fundi, d. q. 5. art. 8. num. 5.

Habens hypothecam reſpectu ſortis, cenſetur illam habere etiam reſpectu fructuum, d. q. 5. art. 9. num. 45.

Non poteſt pro fructibus Cenſus conuenire actione hypothecaria, vel remedio Saluiani, niſi eum, qui de præſenti poſſidet bona hypothecata, d. art. 9. num. 63.

Negligens exigere à debitore Cenſus non poteſt agere contra poſſeſſorem rei hypothecatæ, d. art. 9. num. 64.

Poteſt agere vel actione hypothecaria, vel remedio Saluiani interdicti pro fructibus Cenſus etiam contra eum qui non poſſidet fundum ſubiugatum, ſed alia bona debitoris Cenſus, d. art. 9. num. 34.

Limit. Si dicta bona ſint ſibi hypothecata ſub conditione, ſi fructus rei ſuppoſitæ non ſufficiant, d. art. 9. num. 39.

Limit. 2. Quando fundus ſuppoſitus fuit diſtractus ad inſtantiam ipſius domini Cenſus, & emptor promiſit recognoſcere cenſum, d. art. 9. num. 40.

Poteſt agere pro toto Cenſu contra eum, qui poſſidet vnam tantum ex pluribus rebus ſuppoſitis, vel partem vnius rei ſuppoſitæ, ſecundum aliquos, d. art. 9. num. 29.

Tenetur tamen illi actiones cedere, d. art. 9. num. 80.

Habet electionem an agat actione hypothecaria, ſeu Saluiano cõtra poſſeſſores bonorum, an actione perſonali contra debitorem cenſus, d. art. 9. num. 41.

Agens contra poſſeſſorem bonorum ſubiugatorum debet ante omnia docere de impoſitione cenſus, d. art. 9. nu. 66.

Niſi talis poſſeſſor aliquando cenſum ſoluerit, d. artic. 9. num. 67.

Vel tempore acquiſitionis fundi ſuſceperit in ſe onus ſoluendi cenſum præfatum, d. art. 9. num. 76. & 77.

Exigens pœnam in caſu moræ commiſſæ in ſoluendo ſtipulatam poſt Bullam Pij V. ſuper Cenſib. tenetur ad illius reſtitutionem, parte 2. cap. 1. q. 3. art. 5. num. 19.

Stipulatam verò ante Bullam licitè exigit ſi ſit moderata, ita vt ſit veriſimile illam non fuiſſe appoſitam animo fœnerandi, d. art. 5. num. 20.

Secus ſi ſit immoderata, adeo vt inſurgat ſuſpicio vſurarum, d. art. 5. num. 21.

Reliqua, vide infra, in verbo, Emens, & Emptor.

Dominus fundi cenſui ſuppoſiti tenetur ad onera realia ratione poſſeſſionis rei impoſita, parte 2. cap. 1. q. 1. art. 1. num. 26.

Dicitur habere quandam communionem, & quaſi ſocietatem cum domino Cenſus ſuper dicto fundo impoſiti, d. art. 1. num. 24.

Non ſtatim poſt factam denunciationem domino cenſus de futura dicti fundi venditione poteſt illum vendere, ſed debet per menſem dominum cenſus exſpectare, parte 2. cap. 2. q. 1. art. 2. num. 18.

Poteſt de dicto fundo ad ſui libitum diſponere, parte 2. c. 1. q. 3. art. 4. num. 2. & ſeqq.

Domus conſtructa ex cæmentis alterius domus penitus deſtructæ non eſt eadem domus, ſed alia penitus diuerſa, parte 3. cap. 1. q. 1. art. 3. num. 15.

Donatio facta de rebus exiſtentibus in tali loco non comprehendit iura & actiones, parte 1. cap. 3. quæſt. 1. art. 2. num. 32.

Non inſinuata non annullatur in totum, ſed dumtaxat in exceſſu, parte 1. cap. 3. q. 2. art. 2. num. 10.

Non ideo minus dicitur inter viuos, quod illius effectus ſit collatus poſt mortem donantis, par. 2. cap. 2. q. 1. art. 3. num. 10.

Dos eſt quid vniuerſale, & recipit augmentum, & diminutionem, par. 1. cap. 3. q. 1. art. 5. num. 13.

Dotis augmentum efficitur dos, d. art. 5. num. 3.

Fructus conſtituti ſunt pro ſuſtinendis oneribus matrimonij, parte 2. cap. 2. quæſt. 2. art. 1. num. 27.

E a

EA quæ ſunt in bonis noſtris hypothecari ſpecialiter poſſunt, parte 1. cap. 2. q. 3. art. 5. num. 13.

Immo etiam ea quæ ſunt dumtaxat debita, d. art. 5. num. 14.

Immo ea, in quibus competit ſolum ius in re vel ad rem, d. num. 14.

E d

Ædificium conſtructum ex cæmentis ædificij directi eſt diuerſum ab ædificio deſtructo, par. 3. cap. 1. q. 1. art. 3. num. 13. & 15.

E m

Emphyteuſis dicitur contractus iuris gentium vel ciuilis, diuerſis reſpectibus, par. 1. cap. 1. q. 2. num. 21.

In quo differat à Cenſu reſeruatiuo, par. 1. c. 1. q. 1. art. 1. num. 15.

Emphyteuticus contractus ſecundum communem vſum loquendi non differt à libellario, par. 1. c. 1. q. 1. art. 1. n. 14.

Transfert dumtaxat vtile dominium, d. art. 1. num. 17.

Requirit ſcripturam ex legis diſpoſitione, par. 2. cap. 2. q. 4. art. 6. num. 21.

In eo dominium rei directum remanet penes concedentem, par. 3. cap. 1. q. 1. art. 1. num. 5.

Emphyteuta ceſſans per biennium vel triennium à ſolutione canonis cadit à iure ſuo, par. 1. cap. 1. q. 1. art. 1. n. 10.

Alienare non poteſt bona quæ retinet in emphyteuſim, par. 1. cap. 2. q. 2. art. 2. num. 4.

Expreſſè prohibitus alienare rem emphyteuticam non poteſt illam hypothecare, d. art. 2. num. 7.

Maximè ſi ſit prohibitus expreſſè illam hypothecare, d. art. 2. num. 8.

An ſuper re emphyteutica poſſit Cenſum imponere ſunt opiniones, quæ concordantur, d. art. 2. per tot.

Cenſum ſuper re emphyteutica imponens cadit à iure ſuo, quando dominus in conceſſione in caſu alienationis fuit ſtipulatus pœnam caducitatis, aliàs ſecus, d. art. 2. num. 15.

Tenetur reſpondere de canone conſiſtente in fructibus, licet bona emphyteutica aliquo anno fructus non ferant, par. 1. cap. 3. q. 2. art. 3. num. 10.

Volens vendere melioramenta facta in re emphyteutica tenetur requirere dominum directum, par. 2. cap. 2. q. 1. art. 2. num. 5.

Et

Et illum per duos menſes exſpectare. d. art. 2. num. 19.
Liberatur ab onere ſoluendi cenſum, ſi res emphytentica penitus pereat, parte 3. cap. 1. quæſt. 1. art. 1. num. 4.
Habens cauſam ab impoſitore Cenſus tenetur ad illius ſolutionem, par. 2. c. 2. q. 3. art. 1. nu. 16.
Ement ignoranter fundum ſuppoſitum cenſui non agit ad reſciſſionem contractus, ſed pro liberatione à dicto onere, parte 2. cap. 2. q. 1. art. 1. num. 12.
Fundum cum pacto de retrouendendo pendente termino facit fructus ſuos, parte 1. cap. 2. q. 1. art. 5. num. 5.
Poteſt ſuper eo pendente termino validè cenſum imponere, d. art. 5. num. 4.
Cenſum pro perſona nominanda non facta nominatione, in dubio præſumitur quod pro ſe emere voluerit, par. 2. cap. 2. q. 2. art. 1. num. 16.
Ante factam nominationem poteſt fructus Cenſus exigere, ſi appareat voluiſſe emere pro ſe, d. art. 1. num. 20.
Cenſum pro alio abſque illius mandato poteſt fructus exigere, tam ſequuta, quam non ſequuta ratificatione, d. art. 1. num. 50.
Cenſum impoſitum ſuper re aliena ſcienter, non poteſt licitè recipere annuos Cenſus, parte 1. cap. 2. q. 2. art. 1. num. 5.
Immo non ſine peccato, d. art. 1. num. 10.
Idem ſi ab initio ignoranti, & poſtea reſcinit à die habitæ notitiæ, d. art. 1. num. 10.
Secus ſi ignoranter emit, d. art. 1. num. 11.
Cenſum fundatum ſuper vniuerſitate bonorum, videtur emere lucrum pecuniarum, parte 1. cap. 3. q. 3. art. 1. num. 13.
Cenſum fundatum ſuper re certa & certis finibus demonſtrata, videtur emere ius conſequendi fructus ex illa re. d. art. 5. num. 14.
Cenſum fundatum ſuper prædio nō libero ignoranter, licitè percipit fructus, nec tenetur illos reſtituere, parte 1. c. 3. q. 4. num. 9.
Secus ſi ſcienter emat, d. q. 4. num. 10.
Cenſum cum ſuo vero & reali credito, non eſt tutus in foro conſcientiæ ſimpliciter, & indiſtinctè, ſed cum diſtinctione, de qua parte 2. cap. 1. q. 1. art. 5. num. 38.
Cenſum non emit fructus rei ſuppoſitæ, ſed ius percipiendi annuam reſponſionem ex dictis fructibus, parte 2. cap. 1. q. 3. art. 6. num. 4.
Cenſum in dubio præſumitur pro ſe emere, parte 2. cap. 2. q. 2. art. 1. num. 16.
Emptio pro perſona nominanda in iure eſt licita, parte 2. c. 2. q. 2. art. 1. num. 11.
Et venditio eſt contractus nominatus, parte 1. cap. 1. q. 4. art. 1. num. 4.
Requirit rem quæ venditur, & pretium quo venditur, & conſenſum contrahentium, & nihil vltra, parte 1. cap. 3. q. 3. art. 1. num. 5.
Et in his conſiſtit illius integritas, & ſubſtantia, parte 2. cap. 1. q. 1. art. 6. num. 29.
Et vbi hæc deficiunt, emptio & venditio non conſiſtit, d. q. 1. art. 2. num. 2.
Statim autem quod de pretio conuentum fuit, dicitur valida, d. q. 1. art. 7. num. 3.
Fundi ſuper quo eſt impoſitus Cenſus nō debet reſcindi propter illud onus, parte 1. cap. 3. q. 4. num. 11.
Sed emptor agit contra venditorem, vt rem illam liberet à dicto onere, d. q. 4. num. 12.
Emptione an permutatio ſit quando datur pecunia numerata, ac etiam ſpecies, ſpectatur quid pluris valeat pecunia ne an ſpecies, parte 2. cap. 1. quæſt. 1. art. 6. num. 3.
In qua habetur fides de pretio, eſt vera emptio, d. q. 1. art. 7. num. 4.
Emptionis ſubſtantialia ſunt res, pretium, & conſenſus, parte 2. cap. 1. q. 1. art. 6. nu. 29. & q. 3. art. 1. num. 24.
Naturalia quæ ſint, d. q. 3. art. 1. num. 25.
Emptione reſoluta ex pacto addictionis in diem emptor debet reſtituere rem emptam ex fructus quos percepit, parte 2. cap. 1. q. 3. art. 8. num. 32.
Reſoluta ex pacto legis commiſſoriæ, reſtituuntur fructus percepti, vnà cum ipſa re, d. art. 8. num. 33.
Emptor perfecto contractu non poteſt pretium repetere à venditore inuito, par. 2. cap. 1. q. 3. art. 8. num. 28.
Fundi cum pacto de reuendendo non poteſt cogi ad reuendendum partem illius, par. 2. cap. 1. q. 3. art. 8. num. 11.
Fundi cum pacto quod in ipſum non transeat illius dominium, niſi ſoluto pretio, antequam integrum pretium ſoluat, non efficitur dominus, parte 1. cap. 2. quæſt. 3. art. 4. num. 3. & 5.
Non poteſt ſuper dicto fundo validè cenſum conſtituere, d. art. 4. num. 4.
Scilicet, vt remaneat obligatus fundus, ſecus vt ipſe teneatur, d. art. 4. num. 5.
Rei fructiferæ tradita temporis licitè percipit ex fructibus rei emptæ plus quam pro illius pretio erogauerit, parte 2. cap. 1. q. 1. art. 2. num. 13.
Tenetur ſoluere pretium venditoris, parte 2. cap. 1. q. 3. art. 8. num. 2.
Ex duobus emptoribus eiuſdem rei is præfertur, cui pro obſeruantia contractus fuerunt bona venditoris hypothecata, parte 2. c. 2. q. 2. art. 2. num. 5.
Et primus emptor, ſi poſſideat, habet contra ſecundū actionem negatoriam, art. 7. num. 7.
Si verò non poſſideat, habet actionem confeſſoriam, d. art. 7. num. 7.
Maximè ſi venditor conſtituerit ſe poſſidere nomine primi emptoris, d. art. 7. num. 8.
Cenſus differt ab emptore fructuum, parte 2. cap. 1. q. 3. art. 6. num. 5.
Non tenetur eſſe ſollicitus quod pecuniæ erogentur in cauſam enunciatam, nec verſionem tenetur probare, parte 1. cap. 2. q. 1. art. 2. num. 35.
Maximè ſi ex circumſtantijs id poſſet apparere, d. art. 2. num. 36.
Limit. Si emat cenſum impoſitum ſuper bonis Vniuerſitatum, parte 1. cap. 2. q. 3. art. 1. num. 17.
Cenſus acquirit dumtaxat ius exigendi annuam reſponſionem, non autem dominium rei cenſitæ, parte 1. cap. 2. q. 1. art. 7. num. 13. & 14.
Cenſus venditi non ſeruata forma Bullæ Pij V. ſuper cenſibus, tenetur imputare in ſortem fructus perceptos, parte 2. cap. 1. q. 1. art. 5. num. 19.
Emptor, non venditor tenetur ſoluere expenſas quæ ſiunt in ſcriptura, & rogitu inſtrumenti, p. 2. c. 1. q. 3. art. 5. n. 14.

E n

Enunciatio Cenſus facta in aliquo inſtrumento facit præſumptionem illum fuiſſe retro impoſitum, parte 1. cap. 4. num. 37.
Facta in inſtrumento venditionis fundi quod erat oneratus Cenſu, facit præſumptionem impoſitionis Cenſus, d. cap. 4. num. 38.
Cauſa facta in obligatione inducit præſumptionem veritatis cauſæ enunciatæ, parte 2. cap. 2. quæſt. 3. artic. 9. num. 9.

Index verborum, & ſententiarum.

Cauſæ in actu ſolutionis facit præſumptionem dictam cauſam eſſe veram, d. art. 9. num. 11.
Probat inter eos inter quos emanauit, d. art. 9. num. 10.

E q

Æqualitas eſt ſeruanda inter emptorem & venditorẽ, niſi ſubſit ratio diuerſitatis, parte 2. cap. 1. q. 3. art. 8. num. 4.
Naturalis rationis exigit, vt valor rei, quæ venditur reſpondeat pretio quo emitur, parte 1. cap. 3. q. 2. art. 1, num. 3.
Æquiparatorum eadem eſt diſpoſitio, p. 3. c. 1. q. 2. nu. 7.
Æquiuoca ſunt diuidenda, parte 1. cap. 1. q. 1. art. 1. nu. 2.

E r

Error reſpectu cauſæ ſoluendi, vbi probari poteſt ſuffragatur in iudicio petitorio, non autem in poſſeſſorio, parte 2. cap. 2. q. 3. art. 9. num. 39.

E ſ

Æſtimatio rei illa eſt iuſta, quæ valori rei ſecundum tempus præſens commenſuratur, parte 2, cap. 1. q. 1. art. 3. num. 5.
Alicuius prædij fit multis modis, vt d. q. 1. art. 4. num. 9.
Rei fructiferæ debet fieri habito reſpectu ad illius annuos fructus, d, art. 4. num, 10.

E u

Euictio in contractu Cenſus poteſt licitè promitti, parte 1. cap. 3. q. 4. num. 15.
Euictionis obligatio oritur cum ipſomet contractu emotionis, & venditionis, & eodem tempore, parte 2. c. 1. q. 3. art. 1. num. 26.
Poteſt de conſenſu partium remitti, d. art. 1. num. 27.
Eſt de natura contractus emptionis, & venditionis, parte 2, cap. 1. q. 3, art. 3. num. 12.
Pro euictione agi non poteſt niſi re euicta, par. 2. cap. 2. q. 3. art. 3. num. 22.
Limita quando debitor ſciens tradit creditori ſuo rem alteri obligatam, d. art. 3. num. 23.

E x

Exceptio eſt de regula, parte 1. c. 3. q. 1. art. 2. num. 10.
Non numerationis pecuniæ in Cenſu poteſt opponi non ſolum à venditore Cenſus, ſed etiam à tertio conuento Saluiano, vel hypothecaria, par. 2. cap. 1. q. 1. art. 8. num. 29.
Non obſtante confeſſione receptionis pretij facta à venditore Cenſus, d. art. 8. num. 30.
Nullitatis Cenſus oppoſita principaliter per viam actionis retardas executionem contractus cenſualis, parte 2. cap. 2. quæſt. 4. art. 1. num. 6.
Etiam ſi exciperetur cenſum fuiſſe declaratum nullum per ſententiam Iudicis à qua fuit appellatum, d. art. 1. nu. 7.
Dummodo nullitas ſit euidens, notoria, & manifeſta, d. artic. 1. num. 8.
Et talis quæ nulla oppoſitione velari, aut offuſcari queat, d. art. 1. num. 9.
Secus ſi operatur per viam exceptionis, & incidenter, d. art. 1. num. 6.
Quando dicatur incontinenti poſſe probari, eſt repoſitum in Iudicis arbitrio, par. 2. cap. 2. q. 5. art. 5. num. 38.
Requirens altiorem indaginem non admittitur in Saluiano, d. q. 5. art. 9. num. 82.
Cedendarum quando poſſit per fideiuſſorem conuentum opponi, parte 2. c. 2. q. 3. art, 2. num. 24. & ſeqq.
Executio contractus cenſualis, an & quando ſit retardanda oppoſita exceptione nullitatis, par. 2. cap. 2. q. 4. art. 1. nu. 3. & ſeqq.
Executiua via. Vide infra, via Executiua.
Exempla ſicut digitus rem demonſtrant, par. 3. cap. 1. q. 1, art. 3. num. 3.
Subijciunt rem ſactui, d. art. 3. num. 4.
Rei veritatem probant, d. art. 3. num. 5.
Eximitio à fideiuſſione fit vel dando alium fideiuſſorẽ idoneum de conſenſu creditoris, par. 2. c. 2. q. 3. art. 4. nu. 13.
Vel dando releuatorem ad fauorem ipſius fideiuſſoris, d. art. 4. num. 15.
Exorbitantia intelligi debent, vt iacent, nec recipiunt extenſionem, parte 2. cap. 2. q, 4, art. 6. num. 37.
Etiam ex identitate rationis, d, art. 6. num. 38.
Expenſas quæ fiunt in ſcriptura, & rogitu inſtrumenti tenetur ſubire emptor, non venditor, parte 2. cap. 1. quæſt. 3. art. 5, num. 14.
Expreſſio requiſita à lege debet eſſe in ſpecie, parte 1. cap. 3. q. 3. art, 1. num. 26.
Vel in indiuiduo, d. art. 1. num. 27.
Exprimere eſt clarè, & ſpecificè declarare, d. art. 1. num. 25.
Extinctio Cenſus facit præſumptionem quod fuerit impoſitus, parte 1. cap, 4. num. 35.
Immo quod fuerit legitimè impoſitus, d, cap. 4. num. 36.
Pendet à volũtate debitoris illius, p. 3. c. 1. q. 3, art. 3. n. 3.
Extrauag. ambitioſæ de reb. eccleſ, non alien. Intellectus, par. 1. cap. 2. q. 3. art. 2. num, 10, & num. 14.
1. & 2. de empt. & vend. Intellectus, parte 1. cap. 3. q. 1. art. 6. num. 36. & ſeqq. & ſignanter num. 36.
Vide ſupra, in verbo, Conſtitutio.

F a

FACTVM contra legem ſi in eo non valet quod fit vltra, nec valet quod fit intra, parte 2. cap. 1. q. 1. art. 6. num. 23.
Facultas redimendi cenſum debet eſſe liberè repoſita in arbitrio debitoris illius, par. 2. cap. 1. q. 3. art. 7. num. 16.
An amittatur lapſu triginta annorum, parte 3. cap. 1. q. 3. art. 1. num. 3.
Vbi referuntur opiniones.

F e

Feudum conſtitui poteſt ſuper Cenſu, parte 1, cap. 3. q. 1. art. 3. num. 3.
Reliqua, vide infra, in verbo, Vaſallus.

F i

Fictio eſt aſſumere pro vero id quod eſt veritati contrarium, parte 2. cap. 1. q. 3. art. 9. num. 9.
Fingere nemo poteſt abſque legis auctoritate, d. artic. 9. num. 10.
Fideicommiſſum fieri poteſt ex certa die, parte 1. cap. 2. q. 3. art. 5. num. 1.
Purum & purificatum viuente fideicommiſſario eo lem iure cenſetur, d. art. 5. num. 5.
Fideicommiſſarius ante reſtitutionem ſibi factam ſaltem verbo nullum ius reale conſequitur, parte 1. cap. 2. q. 3. art. 5. num. 2.
Habet tamen ius ad rem, d. art. 5. num. 3.
Poteſt ſuper iure quod habet ad fideicommiſſum paciſci, & contrahere, d. art. 5. num. 4.
Traſmittit fideicommiſſum purum, vel eo viuente purificatum, d. art. 5. num. 6.
Etiam non agnitum, d. art. 5. num. 7.
Etiam ante reſtitutionem verbalem ſibi factam, d. art. 5. num. 8.
Poteſt cogere hæredem vt ſibi reſtituat bona fideicommiſſo ſubiecta, d. art. 5. num. 15.
Pendente conditione fideicommiſſi non eſt verè dominus, parte 3. c. 1. q. 3. art. 7. num. 60.
Vniuerſalis capiens ante aditam hæreditatem poſſeſſionem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, non incidit in pœnam,

pœnam, ſed tenetur poſſeſſionem dimittere, par. 2. cap. 2. q. 5. art. 5. num. 7.

Fideiuſſio facta à muliere abſque ſolemnitatibus eſt nulla ſi remaneat indotata, par. 1. cap. 2. q. 1. art. 2. num. 41.

Et hypotheca pro faciliori Cenſus exactione eſt licita, par. 2. cap. 1. q. 3. art. 5. num. 34.

Fideiuſſor non poteſt conueniri non excuſſo principali debitore, par. 2. cap. 2. q. 3. art. 2. num. 14.

Ampl. 1. etiam quod ſe obligauerit vti principalis, & inſolidum, d. art. 2. num. 15.

Ampl. 2. ſiue obligauerit ſe in eodem inſtrumento in quo obligauit ſe principalis debitor, ſiue in diuerſo, d. art. 2. num. 16. 18. & 19.

Contra Iaſon. qui contrarium ſenſit, ibi. num. 17.

Limit. 1. quando fideiuſſor renunciauit expreſsè beneficio excuſſionis, d. art. 2. num. 20.

Limit. 2. quando principalis debitor eſſet mortuus, d. art. 2. num. 21.

Si tamen debitor viuus fuit in mora conſtitutus, vt d. art. 2. num. 22.

Dummodo hæres debitoris prædefuncti ſaltem interpelletur, d. art. 2. num. 23.

Datus ex conuentione, ſi efficiatur non ſoluendo, non debet renouari, par. 2. cap. 1. q. 2. num. 27.

Secus ſi ſit datus ex officio Iudicis, d. q. 2. num. 28.

Vel, ſi aliter fuerit conuentum inter partes, d. q. 2. nu. 30.

Qui acceſſis diuerſo tempore non poteſt cogi ad ſoluendum niſi ſibi cedantur actiones contra alios fideiuſſores poſtea acceſſuros, quando cum ipſo actum fuit quod alij accederent d. art. 2. num. 24.

Secus ſi cum eo de acceſſione aliorum actum non fuit, d. art. 2. num. 25.

Suſcipit mandatum de fideiubendo, & ideo de ſoluendo, par. 2. cap. 2. q. 3. art. 3. num. 15.

Poteſt regulariter ſe obligare vti principalis & inſolidum, par. 2. cap. 1. q. 2. num. 14.

Obligans ſe vti principalis & inſolidum, præſumitur ſe obligare animo nouandi obligationem principalis, par. 2. cap. 2. q. 3. art. 2. num. 9.

Dicitur autem ſe obligare vti principalis, quando voluit teneri omni meliori modo, d. art. 2. num. 11.

Accedere poteſt cuicumque obligationi, par. 2. cap. 1. q. 2. num. 1.

Cur à creditoribus accipiatur, d. q. 2. num. 3.

Non tenetur quando obligatio principalis fuit ipſo iure nulla, par. 2. cap. 1. q. 2. num. 10.

Etiam quod ſe obligaſſet vti principalis, d. q. 2. num. 11.

Secus ſi obligatio principalis non ſit ipſo iure nulla, d. q. 2. num. 12.

Maximè ſi obligauit ſe vti principalis, par. 2. cap. 2. q. 3. art. 2. num. 8.

Et ſine dubio quando iurauit, d. art. 2. num. 10.

Et expreſſit quod voluit teneri, etiam quod obligatio principalis eſſet nulla, d. art. 2. num. 13.

Et nullitas non prouenit de iure communi, ſed aliquo iure ſpeciali, d. art. 2. num. 12.

Alienam ſuſcipit obligationem, d. art. 2. num. 1.

Tenetur tamen ex proprio contractu, d. art. 2. num. 2.

Maximè ſi obliget ſe vti principalis, d. art. 2. num. 3.

Euictionis non poteſt agere vt à fideiuſſione eximatur, par. 2. cap. 2. q. 3. art. 4. num. 4.

In contractu tutela vel cura tenetur perpetuo durante tutela vel cura, d. art. 4. num. 6.

Cenſetur præſtitus ſecundum naturam contractus in quo acceſſit, par. 3. cap. 1. quæſt. 7. num. 7. & cap. 2. num. 4.

Non tenetur in plus, quam teneatur principalis debitor, d. q. 7. num. 8. & d. cap. 2. num. 5.

Etiam quod ſit fideiuſſor euictionis, d. cap. 7. num. 9. & d. cap. 2. num. 6.

Debet à ſuo principali conſeruari ſine damno, par. 2. cap. 1. q. 2. num. 6.

Etiam quod de hoc nihil fuerit dictum, par. 2. cap. 2. q. 3. art. 3. num. 1. & 2.

Cui fuit promiſſa conſeruatio indemnitatis repetit damna etiam via executiua, d. art. 3. num. 13.

Cui non fuit expreſsè promiſſa conſeruatio repetit damna, vel actione mandati, vel negociorum geſtorum, d. art. 3. num. 11.

Vel actione ſibi ceſſa à creditore cui ſoluit, d. art. 3. nu. 12.

Non agit pro conſeruatione ſuæ indemnitatis antequam ſoluat, d. art. 3. num. 14.

Limit. multis modis, vt d. art. 3. num. 16. remiſſiuè.

Indemnitatis tenetur tam ad ſortem, quàm ad omne intereſſe in quo eſſet diminuta conditio eius, quem ſine damno conſeruare promiſit, d. art. 3. num. 4.

Pro fideiuſſione facienda poteſt aliquid licitè recipere, & quid, par. 2. cap. 1. q. 2. num. 7.

Poteſt paciſci cum eo pro quo fideiubet vt illum à fideiuſſione certo tempore eximere teneatur, par. 2. cap. 1. q. 3. art. 8. num. 53.

Qui fideiuſſit diuerſo tempore, quam alij fideiuſſerint, non poteſt repelli exceptione diuiſionis, nec cedendarum, par. 2. cap. 2. q. 2. art. 5. num. 6.

Etiam quod fuerint recepti à pluribus perſonis, d. art. 5. num. 7.

Plures regulariter tenentur pro æquali portione, d. art. 5. num. 4.

Excepto eo qui fideiuſſit diuerſo tempore, d. art. 5. num. 5.

Niſi primus acceſſerit contemplatione ſecundi, & ſub ſpe mutui periculi, d. art. 5. num. 8.

Fideiuſſor poteſt accedere in contractu Cenſus, par. 2. cap. 1. q. 2. num. 2.

Et poteſt ſe obligare vti principalis & inſolidum, d. q. 2. num. 15.

Poteſt ſe obligare pro ſolutione annui reditus, & pro euictione, d. q. 2. num. 8.

Non autem de ſoluendo Cenſu, etiam quod fundus periret, d. q. 2. num. 9.

Qui acceſſit in contractu Cenſus tenetur etiam ſi Cenſus ſit nullus, quando in eam cauſam promiſit, d. q. 2. num. 4.

Maximè quando obligauit ſe vti principalis, d. q. 2. num. 5.

Qui acceſſit in contractu Cenſus, tenetur ad illius ſolutionem, par. 2. cap. 2. q. 3. art. 2. num. 4.

Etiam quod expreſsè ad illius ſolutionem non ſe obligaſſet, ſed tantum ad damna, & intereſſe, d. art. 2. num. 5.

Qui acceſſit in contractu Cenſus an petere poſſit vt à fideiuſſione eximatur, d. q. 3. art. 4. vbi latè.

Adhibetur in contractu Cenſus vt melius ſit cautum domino Cenſus pro illius ſolutione, d. art. 4. num. 3.

Et perpetuo tenetur ex natura dicti contractus, d. art. 4. num. 5. & 6.

Ad duo tenetur, videlicet, ad ſolutionem Cenſus, & pro euictione fundi ſuppoſiti, d. art. 4. num. 10.

Qui emit Cenſum poteſt agere contra Cenſus debitorem inſolidum pro integro Cenſu, par. 2. cap. 2. quæſt. 2. art. 5. num. 2.

Non tamen contra fideiuſſores niſi ad id quod supereſt, deducta eius rata, d. art. 5. num. 3.

Poteſt

Index verborum, & ſententiarum.

Poteſt conueniri pro ſolutione Cenſus actione perſonali, par.2.cap.2.q.5.art.7.num.8.

Maximè ſi obligauit ſe vti principalis, d.art.7.num.9.

Qui acceſſit in contractu Cenſus liberetur quando dominium rei ſubiugatæ tranſit in dominium domini Cenſus, par.2.cap.2.q.3.art.5.num.8.

Si mutentur perſonæ cum quibus cenſualis contractus fuit celebratus, vel alteretur pretium Cenſus, d.art.5.nu.12.

Si debitor Cenſus intimauit domino Cenſus futuram illius redemptionem, & pretium legitimè depoſuit, d.art.5.num 14.

Si Cenſus extinguuntur, d.art.5. num.1. & par.3. cap.2. num.3.

In omnibus caſibus in quibus liberatur principalis debitor, d.art.5.num.11.

Non liberatur, ſi Cenſus transferatur de vno fundo ad alium, d.art.5.num.13.

Nec ſi Cenſus tranſeat in ipſius fideiuſſoris dominium, d.art.5.num 9.

Niſi emat Cenſum vt ſe, & debitorem Cenſus à nexu obligationis liberet, d.art.5.num.10.

Fideiuſſoris obligatio eſt acceſſoria ad contractum in quo fideiuſſor acceſſit, par.2.cap.2.q.3.art.5.num.2.

Contracta reſpectu rei catenus durat, quatenus res ipſa ſupereſt, d.art.5.num.7.

Filiationis probatio non ſufficiat quem eſſe hæredem aſſerti patris, par.2.cap.2.q.5 art.7.num.6.

Filius ergo hæres non procedit in reo conuento, d.art.7.n.7.

Filiusfamilias habet peculia diuerſi generis, par.1. cap.2. q.1.art.4 num.1.

Poteſt imponere Cenſum ſuper bonis ſui peculij caſtrenſis, vel quaſi, d.art.4.num.2.

In peculio caſtrenſi, vel quaſi, habetur pro patrefamilias, d.art.4.num.3.

Non poteſt imponere Cenſum ſuper bonis profectitijs, d.art.4.num.4.

Nec ſuper aduentitijs quorum vſusfructus pertinet ad patrem, d.art.4.num.6.

Obligatur ex quocumque contractu ſine patris conſenſu, d.art.4.num.19.

Poteſt ad ſui libitum diſponere de aduentitijs, quorum vſusfructus ad patrem non pertinet, d.art.4.num.8.

Et ideo ſuper illis poteſt Cenſum imponere, d.art.4.nu.9.

F o

Foller. in ſuo Tract. Cenſuali reprehenditur, par.3.cap.2, num.13.

Defenditur, num.15.

Forma debet adimpleri ſpecificè, non per æquipollens, par.1. cap.1.q.4.art.2.num.12.par.2. cap.1.q.1.art.5.num.36.art.6.num.15.& art.7.num.7.

Eſt indiuidua, & diuiſio illam corrumpit, d.art.6.nu.17.

Statuti eſt obſeruanda, par.3.cap.1.q.3.art.9.num.13.

Obligationis attenditur in definitione contrauerſiarum, quæ oriuntur ob mutationem valoris monetæ, par.2.cap.2. q.4.art.4.num.4.

Cenſetur inducta quando lex, vel conſtitutio præcipit aliquid fieri tempore contractus, par.2.cap.1.q.1.art.6. num.12.

Ex decreto irritanti, d.art.6.num.13.

Forus conſcientiæ regulatur ſecundum naturalem æquitatem, par.2.cap.1.q.1.art.7.num.19.

In eo attenditur veritas, d.art.7.num.18.

F r

Fructiferum quid dicitur quando ex ſui natura eſt aptum ferre fructus, par.1.cap.3.in princ. num.8. & q.2. art.1.num.9.

Etiamſi fructus conſiſtant in ſolo oblectamento & amenitate, d.q.2.art.1.num.16.

Secus ſi ferat fructus non ex ſui natura, ſed ex humano artificio, d.art.1.num.10.

Fructuum duplex ſpecies vna eorum qui apud omnes homines ſunt in pretio & commercio vt vinum, oleum, &c. altera eorum qui communiter non ſunt in pretio apud omnes, ſed apud aliquos vt amenitas loci, &c. par.1. cap.3.q.2 art.1.num.15.

Fructus pendentes iure feudali integrant feudum, par.1. cap.2.q.2.art.1.num.8.

Fructuum & vſura vſurarum non debentur, par.1.cap.3. q.1.art.5.num 6.

Iuriſdictionis, ſunt mulctæ, confiſcationes, & his ſimilia, d.art.5.num.19.

Non dicuntur niſi deductis expenſis, par.1.cap.3.quæſt.2. art.1.num.18.

Sequuntur dominium, par.2.cap.2.q.2.art.1.num.19.

Pendentes dicuntur pars ſoli, par.2.cap.2.quæſt.2.art.4. num.11.

Ita demum veniunt in obligatione ſi erunt nati, vel ſati tempore contractus, par.2.cap.2.q.3.art.6.num.7.

Intellige de fructibus acceſſoriè obligandis, ſecus ſi principaliter obligentur, d.art.6.num.8.

Æſtimantur iuxta valorem monetæ, qui currit tempore æſtimationis faciendæ, par.2.cap.2.q.4.art.4.num.1.

Cum debentur naturaliter & ciuiliter, ſi quid ſimpliciter ſoluitur cedit in cauſam fructuum, non autem ſortis, par.3.cap.1.q.3.art.1.num.9.

Beneficij Eccleſiaſtici non maturi tempore reſignationis beneficij, pertinent integraliter ad reſignatarium poſt captam ab eo beneficij poſſeſſionem, par.2.cap.2.quæſt.2. art.4.num.19.

Fructus Cenſus qui anno ſingulo percipiuntur, non habentur pro immobilibus, par.1.cap.3.q.1.art.2.num.25.

Exacti ab eo qui pro alio Cenſum emit non acquiruntur recipienti, ſi is pro quo fuit facta emptio illam ratificauit, par.2.cap.2.q.2.art.1.num.53.

Secus ſi illam non ratificauit, d.art.1.num.54.& 58.

Maturi in vita vſufructuarij, & ab eo non exacti, habentur pro exactis, d.q.2.art.4.num.3.

Et ideo pertinent ad illius hæredes, non ad proprietarium, d.art.4.num.1.

Exacti ante mortem vſufructuarij, & ij qui pro exactis habentur, ſpectant ad illius hæredes, d.art.4.num.4.

Non percepti ab vſufructuario viuente, pertinent ad proprietarium, d.art.4.num.7.

Maturi dicuntur fructus ciuiles, d.art.4.num.12.

Non poſſunt dici pendere cum non ſint in corpore, d.art. 4.num.13.

Sunt eiuſdem naturæ, & Iuris cuius ſunt penſiones, d.art. 4.num.15.

Quorum ſoluendorum dies tempore mortis vſufructuarij non venit, debent diuidi pro rata temporis inter illius hæredes, & proprietarium, d.art.4.num.17.

Exigit proprietarius non hæredes vſufructuarij qui ab eo partem recipiunt, d.art.4.num.20.

Cenſus legati maturi tempore mortis teſtatoris pertinent ad hæredem, non ad legatarium, par.2.cap.2.q.2.art.6. num.28.

Scilicet, quorum ſoluendorum dies venerat, non alij, d.art. 6.num.29.

Ex

Ex contractu Cenſus nullo non debentur, par.2.cap.2.q.4. art.7.num.1. & infra.
Ampl.1. vt nec etiam à ſponte ſoluente recipi poſſint, d. art.7.num.7.
Ampl.2. vt nec is poſſit illos recipere qui eſt ſolitus dare ſuas pecunias ad honeſtum lucrum, d.art.7.num.8.
Ampl.3. vt nec etiam recipi poſſint ſub prætextu alicuius conſuetudinis, d.art.7.num.9.
Ampl.4. vt ab illorum reſtitutione non excuſet, nec ſexus muliebris, nec bona fides, d.art.7.num.12.
Ampl.5. vt non ſuffragetur renunciatio pacti annullantis contractum, d.art.7.num.13.
Exacti ex contractu nullo poſſunt à fiſco vendicari, d.art. 7.num.6.
Non currunt intra annum à die factæ diſdictæ Cenſus, par.3.cap.1.q.3.art.5.num.10.
Et multò minus ſi debitor Cenſus ſortem pro facienda extinctione depoſuit, d.art.5.num.11.
Vel ſaltem fecit realem & congruam ſortis oblationem, d.art.5.num.12.
Debentur pro ea rata pro qua Cenſus non fuit redemptus, par.3.cap.2.num.7.
Soluti ex contractu nullo repeti poſſunt etiam poſt Cenſus redemptionem, d.cap.2.num.20.
Indebitè ſoluti qua actione repetantur, d.cap.2.num.22.
Reliqua vide ſupra in verbo, Cenſus fructus.
Fundi poſſunt dari in feudum, par.1.c.2.q.2.art.1.ſub num.8.
Bonorum ſtabilium taxantur iuxta valorem eorundem bonorum, ad rationem quinque pro quolibet centenario, & anno, par.1.cap.3.q.2.art.1.num.8.
Frumentum, vinum, oleum, & pecunia conſumuntur ex vſu, par.1.cap.3.q.1.art.4.num.9.

F u

Fundamentum actoris in iudicijs poſſeſſorijs retinendæ, vel recuperandæ conſiſtit in probatione ſuæ poſſeſſionis, par. 2.cap.2.q.5.art.4.num.1.
Fundus datus marito in dotem æſtimatus ea æſtimatione quæ facit emptionem, efficitur mariti, par.1.cap.2.q.1.art. 5.num.7.
Et ſtat illius periculo, d.art.5.num.8.
Dicitur frugifer ob ſolam amenitatem, par.1.cap.3.q.2. art.1.num.16.
Ex ſui natura frugifer non deſinit eſſe talis ex eo quod per aliquot annos fructus non ferat, d.q.2.art.3.num.8.
Totus plus valet reſpectu totius quàm valeat pars illius reſpectu dictæ partis, par.3.cap.1.q.3.art.8.num.13.
Fundus Cenſus debet eſſe frugifer, par.1.cap.3.in princ. num.8.& q.2.art.1.num.1.
Ex ſui natura non ex accidente, d.cap.3.q.1.art.6.nu.14.
Non quia in contractu cenſuali vendantur fructus, d.q.2. art.1.num.6.
Sed quia venditur ius percipiendi annuam reſponſionem, vel in fructibus, vel in pecunia, d.art.1.num.7.
Debet ferre fructus tam pro ſoluendo Cenſum, quam pro alijs expenſis faciendis gratia fructuum colligendorum, d.art.1.num.17.
Si pro vno vel pluribus annis non ferat fructus ſufficientes, nihilominus Cenſus debetur, d.q.2.art.3.num.6.
Ampliat. vt d.art.3.num.15.
Declarat. vt d.art.3.num.11.& ſeqq.
Debet eſſe liber & alteri oneri non obnoxius, d.cap.3.in princ.num.10.
Alienari liberè poteſt, par.2.cap.3.q.1.art.1.nu.5.& 6.
Liberatur ab hypotheca ſi Cenſus redimatur, vel extinguatur, d.q.1.art.3.num.12.
Si pereat culpa & facto debitoris Cenſus, quomodo conſulatur domino Cenſus, par.3.cap.1.q.1.art.3.num.18.
Si pereat caſu, Cenſus extinguitur, d.art.3.num.19.
Vt ſuper eo poſſit Cenſus conſtitui, debet ferre fructus ſufficientes tam pro ſolutione annuæ reſponſionis cenſualis, quàm vt ex dicto fundo, & alijs bonis liberis ipſius imponentis remaneant fructus, quibus ſe & familiam congruenter alat, par.1.c.3.q.2.art.1.num.20.
Quod non admittit auctor pro requiſito ſubſtantiali in contractu Cenſus, ibid.

G a

GABELLA ſoluenda pro venditione rerum immobilium ſolui etiam debet pro venditione annui Cenſus perpetui, par.1.cap.3.q.1.art.2.num. 19. Et ſolui debet ab emptore ſi aliud non ſit ſtatuto diſpoſitum, par.2.cap.1.quæſt.1.art.2.num.6.verſ. quæ gabella.

G e

Generalis diſpoſitio debet intelligi ne iuri tertij præiudicium afferat, par.2.cap.2.q.1.art.3.num.6.
Genus verificatur in qualibet eius ſpecie, par.1.cap.1.q. 4.art.1.num.6.
Repræſentatur propriè in qualibet eius ſpecie, d.art.1. num.7.
Generis qualitas omnes eius ſpecies qualificat, d.art.1.nu.8.
Gerundium ſonat in factum, par.2.cap.1.q.1.art.8.nu.9.

H a

HABVIT & recepit, &c. Hæc verba prolata à Notario in inſtrumento probant realem ſolutionem, par.2.cap.1.q.1.art.8.num.13.
Maximè ſi addat habuit in præſentia mei & teſtium, &c. d.art.8.num.14.
Habuit & recepit ante præſentem contractum. Hæc verba non excludunt ſolutionem factam in ipſo contractu, d.art.8.num.15.
Intelliguntur ante præſentem contractum finitum, & explicatum, d.art.8.& num.15.
Non tamen admittit auctor in contractu Cenſuali in quo pro forma requiritur ſolutio in ipſomet contractu, d.art. 8.num.16.

H e

Hæres grauatus reſtituere, poteſt Cenſum imponere ſuper re ſubiecta reſtitutioni, non tamen expreſsè alienari prohibita, par.1.cap.2.q.1.art.6.num.1.
Non tamen duraturum perpetuo, ſed tantum duraturum viuente ipſo hærede imponente, d.art.6.num.1.
Non poteſt rem ſubiectam reſtitutioni alienare, d.art.6. num.2.
Valet tamen alienatio, ſed reuocatur purificato fideicommiſſo, d.art.6.num.3.
Poteſt imponere Cenſum ſuper re alienari prohibita quatenus capit legitima & trebellianica per ipſum detrahenda, par.1.cap.2.q.1.art.7.num.17.
Hæres repræſentat perſonam defuncti, par.2.cap.2.q.1. art.2.num.14.& q.3.art.1.num.18.& quæſt.3.art. 7.num.14.
Succedit in vniuerſum ius defuncti actiuè & paſſiuè, par. 2.cap.2.q.3.art.1.num.19.
Tenetur liberare rem legatam ab obligationibus contractis à defuncto, d.q.3.art.7.num.4.
Cenſetur iuris fictione eadem perſona cum defuncto, par. 2.cap.2.q.5.art.7.num.26.

Poteſt conueniri remedijs poſſeſſorijs pro Cenſu, dummodo ſciat ſuum auctorem aliquando ſoluiſſe, & ſoluiſſe ex cauſa dicti Cenſus, d.q.5. art.3. num.15.
Cum inuentario negans ſoluere Cenſum, quem ſuus auctor ſoluere conſueuerat, an iuſte neget, d.q.5. art.3. num.17. & ſeqq.
Hæredis dicitur hæres primi defuncti, par.3. cap.1. q.3. art.2. num.4.
Vſufructuarij nullam habet actionem ſuper fructibus ab vſufructuario, vel ab alio eius nomine perceptis, par. 2. cap.2. q.2. art.4. num.8.
Vnus volens redimere partem Cenſus ſibi tangentem debet requirere cohæredes, vt eorum partes redimant, par. 3. cap.1. q.2. art.2. num.14.
Immo poteſt cogere illos ad redimendum, d.num.14.
Hæres fideicommiſſo grauatus poteſt Cenſum reuendere ſine Iudicis decreto, par.3. c.1. q.3. art.7. num.57.
Tenetur tamen cauere de conſeruando pretium quod recepit, d.art.7. num.63.
Hæredi grauato ante reſtitutum ætatem, rectè ſoluitur, d. art.7. num.62.
Hæredibus domini Cenſus morientis poſt factum depoſitum pro Cenſus redemptione non eſt de neceſſitate illud notificandum, par.3. cap.1. q.3. art.9. num.51. & ſeqq.
Eſt tamen vtile illud notificare, d.art.9. num.52.
Datur non ſolum remedium retinendæ, ſed etiam recuperandæ poſſeſſionis, par.2. cap.2. q.5. art.3. num.3.
Dummodo defunctus viuens fuerit ſpoliatus, d.art.3. n.4.
Aliàs datur remedium adipiſcendæ, d.art.3. num.5.
In hæredem tranſeunt omnia iura competentia defuncto actiuè & paſſiuè, par.3. cap.1. q.3. art.2. num.5.
Hæreditas per aditionem cenſetur acceptata ſecundum ſuam naturam, & prout iacet, par.1. cap.2. q.1. art.6. nu.26.

H i

Hypotheca impedit dominij rei hypothecatæ tranſlationem, par.2. cap.2. q.1. art.1. num.1.
Maximè ſi ſit ſpecialis, d.art.1. num.2.
Non reſiſtit venditioni, & alienationi, ſed tranſlationi dominij, d.art.1. num.8.
Prior præfertur in ijs contractibus in quibus acquiritur ius ex ſolo titulo, par.2. cap.2. q.2. art.2. num.3.
Acquiritur ex ſola contrahentium voluntate abſque rei obligatæ traditione, d.art.2. num.2.
Generalis impedit tranſlationem dominij rei hypothecatæ ſicut ſpecialis, par.3. cap.1. q.3. art.7. num.20.
Intellige ſi ſit iurata, d.art.7. num.21.
Nam ceſſante iuramento contrarium tenent Doctores magis communiter, d.art.7. num.22.
Specialis indiſtinctè impedit tranſlationem dominij rei hypothecatæ, d.art.7. num.23.
Locatoris ſuper bonis conductoris oritur in principio contractus tempore quo fit conductio pro omnibus annis affictus, par.3. cap.1. q.8. art.2. num.15.
Contrahitur ſuper re, quando ſuper ea conſtituitur onus annuæ præſtationis, par.1. cap.2. q.3. art.1. num.6.
Quæ contrahitur in contractu Cenſus differt ab ea quæ contrahitur in alijs contractibus, par.2. cap.2. q.3. art. 8. num.3.
Et eſt ceteris firmior, par.2. cap.2. q.5. art.9. num.21.
Et habet maiorem vim & efficaciam, quam habeat ſimplex hypotheca ordinaria, par.2. cap.2. quæſt.5. art.9. num.21.
Reſoluitur extincto principali debito, par.2. cap.2. q.3. art.5. num.4.
Conſtitutu ſuper domo illa destructa remanet ſuper area, par.3. cap.1. q.1. art.3. num.17.
Non competit ſuper bonis quando onus eſt impoſitum ſuper fructibus illius, par.2. cap.2. q.3. art.6. num.2.
Hypothecaria actio competit ratione hypothecæ, par.2. cap.2. q.5. art.9. num.4.
Et eſt realis, d.art.9. num.5.
Sequitur fundum obligatum, d.art.9. num.6.
Datur contra poſſeſſorem vnius ex pluribus rebus hypothecatis pro toto credito, d.art.9. num.30. & 32.
Etiam ſi poſſideatur ab vno ex pluribus hæredibus, d.art. 9. num.31.
Hypothecaria & Saluiano præſcribitur decem vel viginti annis, par.3. cap.1. q.8. art.2. num.20.

H o

Homo liber non eſt in commercio, par.1. cap.3. q.1. art.6. num.15.
Quilibet ex natura naſcitur liber, d.art.6. num.16.
Eſt valde pronus ad committendum vſuram, par.2. cap. 1. q.1. art.3. num.17.
Abſque legis auctoritate non poteſt fingere, par.2. cap.1. q.3. art.9. num.10.

I l

ILLATIO *non fit ex diuerſis, par.1. cap.1. q.4. art.4. num.18.*

I m

Impedimentum quando de facili tolli poteſt non dicitur impedimentum, par.2. cap.1. q.3. art.7. num.33.
Imponens Cenſum ſuper re expreſsè alienari prohibita, tenetur emptori Cenſus ad intereſſe, par.1. cap.2. q.1. art.6. num.41.
Non ſolum quando expreſsè ad dictam refectionem ſe obligauit, d.art.6. num.42.
Sed etiam quando dicta refectio non fuit expreſsè promiſſa, d.art.6. num.43.
Intereſſe autem quomodo liquidetur, vide infra, in verbo, Intereſſe.
Tenetur ad quamcumque impoſiti Cenſus defenſionem, par.1. cap.3. q.4. num.19.
Super ſuis bonis alterius contemplatione poteſt illum cogere, vt liberet illa à Cenſu impoſito, par.2. cap.2. quæſt.3. art.1. num.2.
Super re non libera ſcienter aſſerens illam eſſe liberam, poteſt conueniri executiuè ad pretij reſtitutionem, par.3. cap.1. q.3. art.4. num.9.
Super re ſua nec dominium, nec poſſeſſionem illius amittit, par.1. cap.1. q.1. art.1. num.23.
Tenetur ad collectas quæ imponuntur ſuper re illa vel ratione ipſiuſmet rei, vel ratione fructuum illius, d.art.1. num.26.
Impoſitio Cenſus ſuper re arguit quod imponens eſt dictæ rei dominus, par.1. cap.2. q.1. art.1. num.4.
Facta ſuper re aliena abſque domini conſenſu illi non affert præiudicium, d.art.1. num.8.
Præiudicat tamen imponenti vt teneatur ad intereſſe, d. art.1. num.9.
Eſt ſpecies alienationis, par.1. cap.2. q.2. art.1. num.3.
Et à pari procedit cum rei alienatione, d.art.1. num.3.
Super bonis vniuerſitatum vt legitimè & ritè fiat vtile, eſt habere licentiam Principis, par.1. c.2. q.3. art.1. nu.15.
Immo eſt neceſſarium, d.art.1. num.16.
Pacta ſuper bonis Eccleſiæ ex decreto executoris Apoſtolici ob iuſtam cauſam omnia præſumuntur ſolemniter geſta, d.q.3. art.2. num.8.

Cum

Digitized by Google

Cum obligatione perſonali differt ab impoſitione facta habita relatione ad rem & eius fructus, par.1.cap.3.q.1. art.6.num.21.

Super fundo alio Cenſu onerato quatenus non ſit capax vtriuſque Cenſus eſt valida, & quare, d.cap.3. quaſt.2. art.5.num.5.

Super vniuerſitate bonorum non repugnat iuri naturali & Diuino, d.cap.3.q.3.art.1.num.1.

Sed repugnat naturæ cenſualis contractus, d.art.1.num.7.

Dicitur legitima quando eſt facta à perſona habili, vel ab inhabili cum debitis ſolemnitatibus, par.1.cap.4.nu.1.

Dummodo ſit facta iuxta formam Bullæ Pij V. ſuper cenſibus, d.cap.4.num.3.

Facta ſuper re ſtabili de ſui natura fructifera & certa & cum pecunia numerata, eſt legitima, d.cap.4.num.2.

Tamquam in facto conſiſtens debet probari ab eo, qui illam aſſerit, d.cap.4 num.6.

Probatur per inſtrumentum publicum, d.cap.4.num.7.

Per teſtes, d.cap.4.num.18.

Per confeſſionem partis tam iudicialem, quam extraiudicialem, d.cap.4.num.19. & 25.

Super alio Cenſu eſt vitanda, par.2.cap.1.quaſt.3.art.8. num.51.

Reliqua ſupra, in verbo, Cenſus.

Impoſitor Cenſus poteſt conueniri actione perſonali etiam poſtquam vendidit rem Cenſui ſuppoſitam, par.2.cap.2. q.5.art.7.num.10.

Niſi tempore venditionis notificauit domino Cenſus futuram fundi venditionem, d.art.7.num.11.

I n

Inanis eſt actio quam inopia creditoris excludit, par.1.cap. 3.q.3.art.1.num.10.

In factis contra legem ſi non valet quod fit vltra, nec valet quod fit intra, par.1.cap.1.q.1.art.6.num.23.

Emptione poteſt haberi fides de pretio, par.2.cap.1.q.1. art.7.num.4.

Incertitudo de iure Canonico virtute iuramenti venit certificanda arbitrio Iudicis, par.1.cap.1.q.4.art.2.num.8. & 10.

Limit. vt infra, in verbo, Venditio.

Vitiat contractum emptionis & venditionis, d.art.2.nu.4.

Vitiat poſſeſſionem, d.art.2.num.5. & ſeq.

Incapax immobilium non poteſt retinere annuos reditus perpetuos, par.1.cap.3.q.1.art.2.num.14.

Etiam ſi illi legentur ad alimenta, d.art.2.num.15.

Niſi legentur pro alimentis aliquot annorum, d.art.2.n.23.

Incommoditas quam ſentit creditor ob crediti, & ſolutionum diuiſionem quando ſit conſiderabilis, par.3.cap.1. q.3.art.8.num.10.

Incorporalium datur dominium propriè, par.1.cap.2.q.3. art.3.num.5.

Indiuiduum quid an ſit, quomodo cognoſcatur, par.3.cap.1. q.3.art.8.num.1. & ſeqq.

Infans citari non poteſt, par.3.cap.1.q.3.art.9.num.14.

In diſdicta Cenſus citari debet iuxta formam traditam à Statuto, d.art.9.num.12.

Infanti indefenſo non datur curator ad litem, ſed tutor, d. art.9.num.18.

Acquiritur ex ſtipulatione priuatæ perſonæ abſque ceſſione & ratificatione, par.2.cap.2.q.2.art.1.num.47.

Inſtrumentum præſumitur verum & celebratum de partium conſenſu, par.1.cap.3.q.2.art.1.num.21.

Publicum transfert onus probandi contrarium in eum, qui inſtrumento contradicit, par.1.cap.4.num.9.

Facit probationem manifeſtam, notoriam, probatam, &c. d.cap.4.num.10. & par.2.cap.2.q.3.art.9.num.4.

Facit rem liquidam & euidentem, d.cap.4.num.11.

Habetur pro caſu legis, d.cap.4.num.12.

Non habet executionem paratam de iure communi, par. 2.cap.2.q.5.art.6.num.1.

Fallit in multis caſibus, vt d.art.6.num.2. & ſeqq.

Eſt neceſſarium in impoſitione Cenſus, d.cap.4.num.4.

Saltem ad effectum vt in Iudicio pro Cenſu validè agi poſſit, d.cap.4.num.5.

Contrarium tamen defendit Auctor indiſtinctè, d.cap.4. num.15.

Non eſt neceſſarium ad probandum redemptionem Cenſus, par.3.cap.1.q.3.art.10.num.10. & ſeq.

Licet aliqui contrarium ſentiant, d.loco.

Inſtrumenti executio retardari poteſt per exceptionem quod non ſit publicum, par.2.cap.2.q.3.art.9.num.5.

Interdictum Saluianum, vide infra, Saluianum.

Interdicta poſſeſſoria ſunt in rem ſcripta, par.2.cap.2.q.5. art.5.num.30.

Reliqua vide infra, in verbo, Poſſeſſoria.

Integrum illud dicitur cui nihil penitus deeſt, par.2.cap.1. q.1.art.6.num.14.

Intereſſe non ſolutum poteſt ex partium conuentione effici ſors principalis, par.1.cap.3.q.1.art.5.num.2.

Declar. vt d.art.5.num.6. & ſeqq.

Quod debetur occaſione contractus cenſualis, quomodo liquidetur, par.1.cap.2.q.1.art.6.num.45.

Quando incipiat currere, d.art.6.num.46.

Tam lucri ceſſantis, quam damni emergentis poteſt in pactum deduci, par.2.cap.1.quaſt.3.art.5.num.1.

Ad quod tenetur fideiuſſor præſtitus in contractu Cenſus liquidatur ex inſtrumento venditionis Cenſus, par.2.cap. 2.q.3.art.2.num.6.

Pro intereſſe etiam lucri ceſſantis deberi non poteſt, par.1. cap.3.art.5.num.8.

Intereſſe verum, & legitimè probatum poteſt dominus Cenſus petere ob moram ſibi factam in ſolutione Cenſus, par.2.c.1.q.3.art.5.num.9.

Intrinſecum peti poteſt per dominum Cenſus à debitore moroſo in ſoluendo, non obſtante Bulla Pij V. ſuper cenſib. par.2.cap.1.q.3.art.5.num.6.

Interpretatio excluſiua delicti eſt ſemper in dubio capienda, par.3.cap.1.q.3.art.5.num.9.

I s

Is ea id. Hoc relatiuum eſt perſonale, par.1.cap.2.q.1. art.1.num.3.

Is qui pecuniam ad Cenſum accepit poteſt illius partem alteri dare, vt partem Cenſus proportionabilem ſoluat, par.1.cap.3.q.1.art.6.num.53. & ſeq.

Ad cuius fauorem fuit emptus Cenſus abſque ſtipulatione Notarij non efficitur illius dominus, ſed dicitur ſimpliciter adiectus; par.2.cap.2.q.2.art.1.num.37.

In quem ſunt collata verba executiua, non obligatiua inſtrumenti tamquam adiectus poteſt recipere ſolutionem, d. art.1.num.38.

Non tamen cogere poteſt vt ſibi ſoluatur, ibi.num.39.

Etiam ſi talia verba executiua ſint collata ad fauorem piæ cauſæ, d.art.1.num.40.

Etiam ſi partes iurauerint ſuper obſeruantia contractus, d.art.1.num.42.

Intellige quando verba obligatoria ſunt concepta ſolùm ad fauorem ſtipulantis, ſecus ſi copulatiuè ad fauorem eius, & alterius, d.art.1.num.43.

Pro quo fuit emptus Cenſus abſque eius mandato non efficitur dominus Cenſus ante ratificationem, d.art.1.n.55.
Qui Cenſum impoſuit & vendidit non eſt propriè debitor ſortis, par.3. cap.1. q.3. art.8. num.11.

I u

Iudex competens in diſdicto Cenſus quis ſit an creditoris, vel debitoris Cenſus, par.3. cap.1. q.3. art.9. num.6.
Iudex competens pro faciendo depoſito in redemptione Cenſus, eſt iudex debitoris volentis Cenſum redimere, par. 3. c.1. q.3. art.9. num.27.
Iudicium aliud petitorium, aliud poſſeſſorium, par.2.cap.2. q.5. art.1. num.1.
Petitorium eſt quando agitur de dominio, vel quaſi, d.art. 1. num.2.
Poſſeſſorium eſt quando agitur de poſſeſſione, vel quaſi, d. art.1. num.3.
Petitorium pro Cenſu formoli competit, d.art.1. num.4.
Intentatur vel per actionem negatoriam negando aduerſario aliquod ius competere, d.art.1. num.7.
Vel per actionem confeſſoriam petendo declarari vbi ius competere ad Cenſum, d.art.1. num.8.
Iudicium formari non poteſt ſuper iure de futuro, par.2. cap.2. q.5. art.7. num.17.
Limit. quando debitum eſt purum, & aliquid debetur pro tempore præterito, d.art.7. num.18.
Iudicium idem fit de parte quo ad partem, quod de toto quo ad totum, par.3. cap.1. q.1. art.2. num.2.
Iuramentum eſt ſeruandum etiam quod ſit præſtitus ſuper contractu illicito, par.2. cap.1. q.3. art.8. num.21.
Seruari debet etiam ab hæredibus, d.art.8. num.22.
Non ligat animam ſucceſſorum, d.art.8. num.23.
Præſtitum in contractu venditionis impedit ne ex ſequenti venditione dominum transferatur, par.2. cap.2. quæſt.2. art.2 num.6.
Habet vim ſpecificæ expreſſionis, par.1. cap.1. q.4. art.2. num.8.
Non tamen indiuiduæ & ſpecialiſſimæ, d.art.2. num.13.
Habet vim ſolutionis, par.2. c.1. q.1. art.8. num.31.
Non tamen verè, ſed fictè, ibid.num.32.
Iura & actiones non circumſcribuntur loco, par.1. cap.3. q.1. art.2. num.31.
Incorporalia præſcribuntur, par.2. cap.1. q.1. art.1. n.13.
Multa ſunt ceſſibilia & transmiſſibilia, par.2. cap.2. q.2. art.6. num.1.
Multa quæ nec cedi, nec transmitti poſſunt, d.art.6. num.2.
Realia tolluntur præſcriptione, par.3. cap.1. q.8. art.1. num.2.
Non continentur in donatione facta de bonis in certo loco exiſtentibus, par.1. cap.3. q.1. art.2. num.32.
Ius percipiendi penſionem non pecunia ipſa quæ ſingulis annis perſoluitur in contractu Cenſus conſideratur, par.2. cap.1. q.1. art.2. num.8.
Exigendi Cenſum eſt quid diuerſum à re ſubiugata Cenſui, par.1. cap.2. q.1. art.7. num.15.
Et à Cenſu qui percipitur, par.2. cap.1. q.1. art.2. num.9.
Reale conſtituitur ſuper fundo qui Cenſui ſubijcitur, par. 1. cap.2. q.3. art.1. num.1. par.2. cap.2. q.5. art.1. n.6.
Dicitur poſſideri, vel quaſi, d.q.5. art.2. num.9.
Quod conſtituitur ſuper fundo dum ſuper eo Cenſus imponitur habet ſpeciem ſeruitutis, ſed non eſt ſeruitus vera nec realis, nec perſonalis, ſed potius hypotheca, par.1. cap.2. q.3. art.1. num.2. 3. & 4.
Vtendi, fruendi, non poteſt reparari ab vſufructuario abſque interitu vſusfructus, par.1. cap.2. q.3. art.3. nu.7.
Oriens ex Cenſu eſt tranſitorium ad quemcumque etiam ſingulariſſimum ſucceſſorem, par.1. cap.3. q.1. art.6. num.18.
Eſt relatiuum ad fructus rei, non terminatiuum ad illam, par.3. cap.1. q.1. art.2. num.8.
Quæſitum difficilius tollitur, quam ius quærendum, par.2. cap.1. q.3. art.5. num.4.
Patronatus gratis concedi poteſt abſque labe ſimoniaca, licet vendi licitè nequeat, par.1. cap.3. q.1. art.6. nu.28.
Conſequendi decimam ex fundo extinguitur ſi is qui debet conſequi decimam efficiatur dominus fundi ex quo decima ſolui debet, par.3. cap.1. q.5. num.4.
Diuinum eſt potentius, quam poſitiuum, par.2. cap.1. q.3. art.8. num.20.
Prælationis in emptione fundi cenſiti competens domino Cenſus eſt optima ratione fundatum, par.2. cap.2. q.1. art.2. num.3.
In emptione fundi cenſiti competit habenti Cenſum priorem, non habenti maiorem, par.2. c.2. q.1. art.3. nu.4.
Siue Cenſus fuerit creatus poſt Bullam Pij V., ſiue antea, d.art.3. num.5.
Eſt fundatum ſuper fauore domini Cenſus, d.artic. 2. num.3.
Non poteſt exerceri à domino Cenſus, niſi contra primum emptorem dicti fundi, par.2. cap.2. q.1. art.4. num.7. & ſeqq. & num.13.
Oriens ex contractu Cenſus hypothecatur, par.2. cap.2. q.2. art.6. num.3.
Quæ hypotheca extinguitur extincto Cenſu, d.art.6. nu.4.
Iuriſgentium quid eſſe dicitur etiam quod ſit adinuentum longè poſt Ciuitates conditas, par.1. cap.1. q.2. num.16.
Iuri Diuino licet addere pro acquiſitione ſalutis æternæ populorum, par.1. cap.3. q.1. art.6. num.46.
Iuri exigendi Cenſum non præſcribitur, ſi dominus Cenſus fuit legitimè impeditus illum exigere, par.3. cap.1. q.8. art.1. num.9.
Iuriſdictio eſt quid ſeparatum à proprietate, par.1. cap.3. q.1. art.5. num.15.
Incumbit ſuper terram ſicut nebula ſuper paludem, d. art.5. num.16.
Obligari & hypothecari non poteſt, d.art.5. num.17.
Iuriſdictionis fructus qui ſint, vide ſupra, in verbo, Fructus.
Iuſſus Iudicis de ſoluendo non ſuffragatur, niſi præcedat debitoris contradictio, par.2. cap.2. q.2. art.3. num.12.
Et proteſtatio quod non vult ſoluere, niſi pecuniæ collocentur vtiliter pro creditore, maximè ſi creditor ſit minor, d.art.3. num.13.
Iuſta cauſa ob quam dominus Cenſus cogi poteſt ad accipiendum in ſolutum fundum cenſitum pro extinctione Cenſus, eſt repoſita in Iudicis arbitrio, par.3. cap.1. quæſt.3. art.6. num.14.
Iuſtitia contractus non attenditur ex accidentibus, ſed ex ſubſtantialibus, par.3. cap.1. q.3. art.8. num.35.
Iuſtitia contractus attenditur iuxta tempus celebrationis illius, par.1. c.1. q.3. art.18.

L a

LAPILLI & gemmæ de ſui natura fructum non ferunt, par.1. cap.3. q.1. art.4. num.8.
Laudemium in venditione bonorum emphyteuticorum ſolui debet ab emptore, non à venditore, ſi aliter non ſit conuentum, par.2. c.1. q.1. art.2. num.6.

L e

Legatarius licitè poteſt exigere annuam reſponſionem ſibi legatam ſub conditione, ſi hæres aliquid faciat, vel non faciat.

faciat, ſcilicet, ſi non ſit in eius facultate cogere hæredem vt faciat, vel non faciat, par.2.cap.1.q.1.art.1.nu.10.
Vſusfructus fundi ſuppoſiti tenetur ad ſolutionem Cenſus, quando fundus fuit legatus cum omnibus ſuis pertinentijs, & iuribus, par.2.cap.2.q.3.art.7.num.15.
Secus ſi ſimpliciter fuerit legatus, d.art.7.num.3.
Legatum annuum pro primo anno eſt purum, pro ſequentibus conditionale, par.3.cap.1.q.8.art.2.num.4.
Annua tot ſunt quot ſunt anni pro quibus debentur, d.art.2.num.6.
Annua peti poſſunt tam pro tempore præterito, quam pro futuro, parte 2.cap.2.q.5.art.7.num.14.
Cenſetur reuocatum per alienationem rei legatæ, par.2.c.2.q.2.art.6.num.30.
Limit. ſi alienatio fiat ex neceſſitate, d.art.6.num.32. & par.3.cap.1.q.3.art.7.num.10.
Siue neceſſitas ſit inducta à lege, ſiue ſit neceſſitas rei familiaris, d.art.6.num.32. & d.art.7.num.10.
Cenſus non cenſetur extinctum propter illius redemptionem, d.art.6.num.31.
Cenſus non intelligitur ademptam ex reuenditione illius factà eius debitori, par.3.cap.1.q.3.art.7.num.9.
Cenſus an comprehendat ſortē, an ius conſequendi annuam reſponſionem, par.2.cap.2.q.2.art.6.nu.25. & ſeq.
Legitimatio perſonarum eſt neceſſaria in quolibet iudicio, etiam ſummariſſimo & executiuo, parte 2.cap.2.q.5.art.6.num.14.& 36.
Aliàs proceſſus eſt nullus, ſaltem ſi legitimatio petita ſit à parte, d.art.6.num.15.
Lex & ſtatutum exorbitans debet intelligi ſtrictè, parte 2.cap.1.q.3.art.5.num.2.
Simpliciter loquens debet ſimpliciter intelligi, par.2.cap.1.q.3.art.2.num.6.
Legis caſum vbi habemus omnis ceſſat dubitatio, parte 2.cap.2.q.1.art.1.num.7.
Aptatur ad ea, quæ frequentius accidunt, par.2.cap.1.q.1.art.3.num.13.
Quantumuis generalis debet intelligi, vt non inferatur præiudicium iuri tertio quæſito, par.2.c.2.q.1.art.3.n.6.
L.1.C.de vſur. Intellectus, par.1.cap.3.q.1.art.5.nu.10.
L.fundus.ff.de ann.legat. Intellectus, d.q.1.art.6.nu.32.
L. non dubium, C.de legib. Intellectus, parte 2.cap.2.q.1.art.4.num.8.
L.quoties, C.de rei vendic. limitatur multis modis, par.2.cap.2.q.2.art.2.num.4. cum ſeqq.
L. ſancimus, verſ. ſed ſi extraneus debitor, C.de adm. tut. Intellectus, par.2.cap.2.q.2.art.3.num.23.
L. deducta, §. qui poſt tempus, ff.ad Trebell. Intellectus, parte 2.cap.2.q.2.art.4.num.5.
L. in ſingulos, ff.de ann.legat. Intellectus, d.art.4.nu.10.
L.quicumque, C.de apoch. publ.lib.10. Intellectus, par.2.cap.2.q.4.art.6.num.33.
Illius diſpoſitio eſt exorbitans, d.art.6.num.36.
L.ſi quis argentum, §.ſi verò, C.de donat. Intellectus, par.3.cap.1.q.3.art.6.num.11.
L. 2. C.de reſcind. vendit. habet locum in datione in ſolutum, d.art.6.num.15.
Habet locum dumtaxat, quando pretium eſt arbitrarium, ſecus quando eſt certum, & determinatum, par.2.cap.1.q.1.art.4.num.21.
Non habet locum in venditione annui cēſus, d.art.4.n.20.
Sed agi debet de nullitate contractus, d.artic.4.num.22.
L. Tutor, §. Lucius, ff.de vſur. Intellectus, parte 3.cap.1.q.3.art.8.num.5.
L.qui Romæ, in princ.ff.de verb.oblig. Intellectus, parte 3.cap.2.num.12.
L.hactenus, ff.de vſufr. Intellectus, par.2.cap.2.q.3.art.7.num.12.
L.quæro, ff.de vſufr.legat. Intellectus, d.art.7.num.12.
L.ſi pendentes, §.ſi quid cloacarij, ff.de vſufr. Intellectus, d.art.7.num.12.

L i

Libellarius contractus ſecundum communem vſum loquendi ab emphyteuſi non differt, parte 1.cap.1.q.1.art.1.num.14.
In eo transfertur vtile dominium, d.art.1.nu.17.
Libellus in actione perſonali in rem ſcripta cōtra poſſeſſorem fundi cenſui ſuppoſiti, quomodo concipiatur, par.2.cap.2.q.5.art.8.num.9.
In actione hypothecaria, quomodo concipiendus, d.art.8.num.10.
Libro officialis publici datur plena fides, par.1.cap.1.q.1.art.3.num.12.
Familiaris & domeſticus probat contra Scribentem, parte 2.cap.2.q.4.art.6.num.8.
Licitum quod non eſt per modum diſpoſitionis non eſt etiam licitum per modum conditionis, par.3.cap.1.q.1.art.1.num.18.

L o

Loca montium non vacabilium habentur pro immobilibus, par.1.cap.3.q.1.art.1.num.11.

L u

Lucri ceſſantis & damni emergentis diſpar eſt ratio, parte 2.cap.1.q.3.art.5.num.4.
Lucrum ceſſans verſatur circa rem acquirendam, d.art.5.num.6.

M a

MALA fides impedit præſcriptionem, par.3.cap.1.q.8.art.1.num.11.
Etiam immemorabilem ſi ſit mala fides vera, d.art.1.nu.12.
Auctoris nocet ſucceſſoribus, d.art.1.num.13.
Vera auctoris impedit ne inchoetur præſcriptio ex perſona hæredum, d.art.1.num.14.
Tam reſpectu totius Cenſus, quàm partis illius, d.art.1.num.15.
Mandatum præſumitur ex coniecturis, & adminiculis, par.2.cap.2.q.5.art.4.num.18.
De aſſociando non poteſt denegari habenti inſtrumentum clarum & liquidum cum clauſula conſtituti, d.q.5.art.5.num.14.
Conceditur abſque partis citatione, d.art.5.num.15.
Etiam contra ſingularem ſucceſſorem, d.art.5.num.16.
Etiam contra minorem, d.artic.5.num.17.
Etiam contra Eccleſiam, d.artic.5.num.18.
Etiam ſequuta morte conſtituentis, vel conſtitutarij, d.art.5.num.19.
Ad vendendum requiritur ſpeciale, parte 3.cap.1.q.3.art.7.num.50.
Ad reuendendum cenſum requiritur ſpeciale, d.art.7.num.49.
Simplex cum libera non eſt ſufficiens ad imponendum cenſum ſuper bonis alterius, par.2.cap.2.q.3.art.1.nu.9.
Manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi annuum cenſum non retardatur per exceptionem nullitatis Cenſus, parte 2.cap.2.q.5.art.2.num.21.
Nec pendente iudicio ſuper dicta cenſus nullitate, d.art.2.num.22.

Nec pendente iudicio ſuper appellatione à ſententia qua cenſus fuit declaratus nullus, d.art.2. num.23.

Nec pendente iudicio ſuper nullitate dictæ ſententiæ, d.artic.2. num.24.

Nec pendente iudicio ſuper appellatione à decreto de ſoluendis fructibus cenſus, quin alio iudicio peti poſſint fructus poſtea decurſi, d. artic.2. num.25.

Nec pendente reſtitutione in integrum aduerſus lapſum fatalium ad proſequendam appellationem, d. artic.2. numero 26.

Nec pendente iudicio ſuper diſcuſſione bonorum debitoris cenſus, d. art.2. num.27.

Nec per exceptionem ſimulationis contractus, d. art.2. num.28.

Nec exceptione fideicommiſſi, d. art.2. num.29.

Nec per exceptionem extinctionis Cenſus, d.art.2. nu.30.

Nec per aliquam exceptionem requirentem altiorem indaginem, d. art.2. num.31.

Manutentio non requirit poſſeſſionem titulatam, parte 2. cap.2. q.5. art.4. num.26.

Marcus Antonius Eugenius I. C. Peruſinus laudatur, par.1. cap.1. q.2. num.3.

Maritus poteſt cenſum imponere ſuper fundo ſibi in dotem dato æſtimato ea æſtimatione, quæ facit emptionem, par. 1. cap.2. q.1. art.5. num.6.

Secus ſi ei datus fuerit inæſtimatus pro fundo dotali, d. art.5. num.10.

Scilicet, in præiudicium vxoris, ſecus in ſuimet præiudicium, d. art.5. num.15. remiſſiuè.

Qui recepit in dotem prædium æſtimatum ea æſtimatione, quæ facit emptionem eueniente caſu reſtitutionis dotis tenetur reſtituere pecunias, non prædium, d. art.5. nu.9.

Efficitur dominus prædij ſibi pro fundo dotali in dotem traditi, d. art.5. num.11.

Tale tamen dominium reſoluitur reſoluto matrimonio, d. art.5. num.12.

Non poteſt tale prædium alienare, d. art.5. num.13.

Sed illud verè remanet in dominio vxoris, d. art.5. nu.14.

Efficitur dominus cenſus quem ſibi dedit vxor æſtimatum ea æſtimatione, quæ facit emptionem, parte 2. cap.2. q.2. art.1. num.24.

Et poteſt fructus illius perpetuo exigere, d. art.1. num.26.

Non efficitur dominus illius cenſus quem ſibi vxor tradidit inæſtimatum pro fundo dotali, d. art.1. num.25.

Illius tamen fructus poteſt exigere conſtante matrimonio, d. art.1. num.26.

An poſſit reuendere cenſum ſibi in dotem datum, diſtinguitur, par.3. cap.1. q.3. art.7. num.40. & ſeqq. remiſſiuè.

Ex cauſa neceſſaria poteſt res dotales alienare, d. artic.7. num.41.

In omnibus caſibus in quibus conſtante matrimonio licitè alienat res dotales illas alienat nomine proprio, non autem procuratorio nomine ſuæ vxoris, d. art.7. num.43.

In cauſis dotalibus ſuæ vxoris dicitur habere mandatum à lege, par.2. cap.2. q.2. art.1. num.27. verſ. In ijs verò caſibus.

Matrimonium triplici reſpectu, triplici iuri tribuitur, naturali ſcilicet, gentium, & poſitiuo, par.1. cap.1. q.2. num. 22. 24. & 25.

Solo conſenſu perficitur, d. q.2. num.22.

M e

Melius eſt incumbere rei, quàm in perſonam agere, parte 1. cap.3. q.3. art.1. num.9.

Menſis, quo dominus Cenſus debet exſpectari poſt denunciationem ſibi factam antequam fiat venditio fundi cenſuati, eſt dierum continuorum non vtilium, par.2. cap.2. q.1. art.2. num.20.

Non tamen imputantur dies quibus dominus Cenſus fuit impeditus, d. art.2. num.23.

Quilibet an eſſe debeat tot dierum, quos habet menſis qui currit, an triginta dierum, ſunt opiniones, quæ conciliantur, d. art.2. num.24. & 25.

Quando præfigitur ad aliquid agendum nulla habita ratione ad illius principium, vel finem ſemper intelligitur de menſe triginta dierum, d. art.2. num.26.

Menſura debet fieri prout fit in loco factæ venditionis, non prout fit in loco vbi ſita ſunt bona vendita, par.2. cap. 2. q.4. art.4. num.40.

Mercatori debetur intereſſe tam damni emergentis, quàm lucri ceſſantis, par.1. cap.3. q.1. art.5. num.11.

M i

Minor dicitur quilibet, qui non exceſſit vigeſimum quintum annum, par.1. cap.2. q.1. art.2. num.3.

Quattuordecim annis & maior ſeptennio citatur ad petendum ſibi dari curatorem, par.3. cap.1. q.3. art.9. nu.19.

Faciens id ad quod de iure tenetur non dicitur lædi, par.2. cap.1. q.3. art.7. num.13.

Minor ſi ex venditione cenſus remaneat læſus reſtituitur aduerſus dictam venditionem, par.3. c.1. q.3. art.7. nu.11.

Reſtituitur aduerſus ſolutionem factam per eius creditorem tutori abſque iuſſu Iudicis, par.2. cap.2. q.2. art.3. num.15.

Limit. Si pecuniæ extent, d. art.3. num.16.

Poteſt retrouendere cenſum abſque Iudicis decreto, d. art. 3. num.1.

Poteſt abſque Iudicis decreto percipere fructus bonorum immobilium, & illos ad libitum conſumere, d. artic.3. num.2.

Scilicet perceptos, qui ſeruando ſeruari non poſſunt, d. art. 3. num.8.

Non poteſt bona immobilia alienare abſque ſolemnitatibus, parte 1. cap.2. q.1. art.2. num.1.

Non reſtituitur aduerſus contractum ex quo eſt effectus locupletior, d. art.2. num.13.

Non poteſt ſuper ſuis bonis cenſum imponere abſque ſolemnitatibus, d. art.2. num.2.

Ampl. in adulto, ſiue curatorem habente, ſiue non, d. art. 2. num.4.

Ampl.2. Etiam ſi cenſum imponat ad fauorem alterius minoris, d. art.2. num.5.

Ampl.3. etiam in filiofamilias minore imponente cenſum cum patris conſenſu, d. art.2. num.8.

Ampl.4. vt imponens reſtituatur in integrũ, d. art.2. n. 12.

Limit. ſi imponat adhibitis ſolemnitatibus neceſſarijs, d. art.2. num.14.

Dummodo vltra ſolemnitates interueniat iuſta cauſa, d. art.2. num.24.

Limit.2. Si factus maior cenſum illum recognoſcat, d. art. 2. num.18. & ſeq.

Limit.3. ſi tacuit per quinquennium poſtquam eſt effectus maior, d. art.2. num.20.

Non poteſt alienare annuos reditus abſque ſolemnitatibus neceſſarijs, par.1. cap.3. q.1. art.2. num.16.

Non poteſt exigere annuos reditus ſine Iudicis decreto, d. art.2. num.17. & par.2. cap.2. q.2. art.3. num.3.

Non poteſt cenſum reuendere ſine tutoris auctoritate, par. 3. cap.1. q.3. art.7. num.3.

Non

Non poteſt fructus percipiendos perpetuo alienare, par. 2. cap. 2. q. 2. art. 3, num. 8.
Minus dicitur ſoluere qui poſt tempus ſoluit, par. 2. cap. 1. q. 3. art. 1. num. 5.

M o

Mobilium appellatione veniunt ſe mouentia, par. 1. c. 3. q. 1. art. 2. num. 15.
Mola ad molendum granum licet de ſe ſit res mobilis, donec tamen deſeruit Molendino affixo ripis fluminis, & eſt illius pars integralis, dicitur res immobilis, par. 3. cap. 1. q. 1. art. 3. num. 12.
Molendinum quod ad inſtar nauis ſuper flumen meat, mobile reputatur, par. 1. cap. 3. q. 1. art. 1. num. 5.
Quod eſt affixum ripis fluminis poteſt concedi in emphyteuſim. d. art. 1. num. 8.
Et in feudum, d. art. 1. num. 9.
Quibus partibus integretur. par. 3. cap. 1. q. 1. art. 3. nu. 9.
Monetæ valor attenditur iuxta tempus ſolutionis faciendæ, parte 2. cap. 2. q. 4. art. 4. num. 2.
Moneta conuenta quando non extat, aut reperitur cum magna difficultate, ſolutio debet fieri in alia moneta iuxta conuentæ valorem, qui eſt tempore ſolutionis, d. artic. 4. num. 12.
Limit. vt d. art. 4 num. 10. & 11.
Tunc dicitur mutata extrinſecus, quando valor illius eſt alteratus ex vſu, ſeu opinione hominum, vel edicto Principis, d. art. 4. num. 24.
Dicitur mutari intrinſecè, quando cuditur de materia viliori, vel precioſiori reſpectu ligæ, d. art. 4. num. 26.
Alteratio intrinſeca, vel extrinſeca videtur maximè attendenda in mutuo, & depoſito, d. art. 4. nu. 41.
Eſt tamen conſiderabilis etiam in contractu cenſuali, d. art. 4. num. 42.
Valor æſtimatur iuxta cenſum loci, vbi contracta eſt obligatio, d. art. 4. num. 39.
Reliqua, vide infra, in verbo, Solutio.

M u

Mulier maior viginti quinque annis poteſt ſuper ſuis bonis cenſum imponere abſque ſolemnitatibus, par. 1. cap. 2. q. 1. art. 2. num. 37.
Secus ſi ſit minor viginti quinque annis, d. art. 2. num. 38.
Nec vbi à ſtatuto in cõtractibus mulierum requiritur certa forma, d. art. 2. num. 38.
Quo caſu non reconualeſcit Cenſus etiam quod ipſa cenſum ſoluat & recognoſcat, d. artic. 2. nu. 44.
Limit. ſi ſit illi euidenter vtilis, d. art. 2. nu. 42. & 43.
Mulier reſtituitur in integrum aduerſus depoſitum non legitimè factum, parte 3. cap. 1. q. 3. art. 9. num. 41.
Mutui ſubſtantialia ſunt, vt mutuetur quid conſiſtens in pondere, numero, & menſura, & reddatur idem in genere, par. 2. cap. 1. q. 3. art. 1. num. 22.
Naturalia ſunt vt reddatur in eadem bonitate, d. artic. 1. num. 23.
Mutuans ſi recipiat aliquid pro mutuo à ſponte dante, non damnatur, par. 2, cap. 1, q. 3. art. 2. num. 13.

N a

NATVRA contractus eſt qualitas innata à principio generationis illius, ex qua virtus cõtractus proficiſcitur, et ſemper ineſſe videtur, niſi per pactum improprietur, par. 2. cap. 1. q. 3. art. 1. num. 19.
Natura contractus eſt quo primum talis eſt, & ponit illum in qualitate, d. art. 1. num. 20.
Naturalia contractus ſunt ea, quæ inſunt etiam ſi à contrahentibus nihil dictum ſit, d, art. 1, num. 21.
Natta conſ. 498. n. 5. reprehenditur, p. 1. c. 3. q. 2. art. 2. n. 5.
Nauis compacta ex tabulis alterius nauis penitus diſſolutæ eſt noua nauis ab antiqua omnino diſtincta, par. 3. cap. 1. q. 1. art. 3. num. 14.

N e

Negatiua poſita ante verbum poteſt, abnegat actum, & potentiam, parte 1. cap. 3. q. 1. art. 4. num. 3.
Reddit actum aliter geſtum nullum, d. art. 4. num. 4.
Probari debet quando affirmatiua probari poteſt aliter, quã per ſcripturam, par. 1. cap. 3. q. 3. art. 1. num. 37.
Negans ſoluere cenſum vt acquirat libertatem non ſoluendi in futurum, dicitur ſpoliare dominum cenſus, ſi ipſe habeat ſe pro ſpoliato, par. 2. cap. 2. q. 5. art. 2. num. 11.
Si verò non habeat ſe pro ſpoliato, dicitur illum turbare in ſua poſſeſſione, vel quaſi, d. art. 2. num. 17.
Lim. ſi ſimpliciter ſolutionem differat, non tamen neget ſe teneri, d. art. 2. num. 18.
Negatoria agens nihil tenetur probare, ſed eſt tutus ſola negatione, par. 2. cap. 2. q. 5. art. 1. num. 10.
Negligentia non poteſt apponi illi cui diligentia nihil potuiſſet proficere, par. 2. cap. 2. q. 5. art. 9. num. 61.
Creditoris conditionalis non poteſt conſiderari, niſi poſt purificatam conditionem, parte 3. cap. 1. q. 8. art. 2. nu. 24.
Sua nemini debet eſſe proficua, par. 1. c. 3. q. 2. art. 3. n. 16.
Niſi, hæc particula, poſita poſt negatiuã, ponit id quod exprimitur in caſu ſequenti, par. 1. cap. 3. q. 1. art. 4. num. 5.
Nemo poteſt ſuper re propria ad ſui commodum ius creare, par. 1. cap. 1. q. 3. art. 2. num. 9.
Eſt dominus membrorum ſuorum, parte 1. cap. 3. q. 1. art. 6. num. 22.
Debet ex propria negligentia commodum reportare, parte 1. cap. 3. q. 1. art. 4. num. 16.
Dat quod non habet, par. 2. cap. 2. q. 2. art. 5. num. 12.
Poteſt propria auctoritate ſibi ius dicere, par. 2. cap. 2. q. 5. art. 5. num. 4.
Inuitus cogitur contrahere, parte 3. c. 1. q. 3. art. 3. nu. 14.
Inuitus compellitur incidere in communionem, & ſocietatem, d. q. 3. art. 8. num. 14.

N o

Nominatus ab eo qui cenſum emit pro perſona nominãda, poteſt fructus cenſus exigere, par. 2. c. 2. q. 2. art. 1. nu. 17.
Non ſolum maturos poſt factam nominationem, ſed etiam maturos antea, non tamen exactos, d. num. 17.
Nominatio auctoris non habet locum in interdictis, et actionibus perſonalibus, par. 2. cap. 2. q. 5. art. 5. num. 29.
Secus in actionibus realibus, d. art. 5. num. 31. & infra.
Et in actionibus perſonalibus in rem ſcriptis, d. art. 5. n. 32.
Fit vel vt auctor nominatus iudicio aſſiſtat, vel ad declinandum iuriſdictionem, d. art. 5. num. 33.
Facta ad declinandum iuriſdictionem liberat nominantem, & eximit eum ne teneatur ſtare in iudicio, d. art. 5. n. 34.
Facta nominatione ad declinandum iuriſdictionem, eſt renouanda petitio contra nominatum, d. art. 5. num. 35.
Nominatio perſonæ cum cenſus eſt emptus pro perſona nominanda, debet fieri intra annum, par. 2. c. 2. q. 2. art. 1. n. 13.
Nominatus auctor in iudicio poſſeſſorio comparens, non poteſt opponere exceptiones requirentes altiorem indaginem, d. art. 5. num. 36.
Niſi poſſit illas incontinenti probare, d. art. 5. num. 37.
Non eſt propriè tale quod habetur pro tali, parte 1. cap. 3. q. 1. art. 2. num. 28.
Non eſt eadem ratio cenſus impoſiti ſuper vniuerſitate bonorum, quæ eſt in impoſito ſuper bonis certis, par. 1. cap. 3. q. 3. art. 1. num. 12.

Non omne pactum quod eſt contra Bullam Pij V. ſuper cenſib. eſt contra ſubſtantiam contractus cenſualis, parte 2. cap. 1. q. 3. art. 8. num. 40.

Notarius ſcribens in contractu Cenſus aliquod pactum illicitum puniri debet, non tamen pœna falſi, parte 2. cap. 1. q. 3. art. 10. num. 1.

Limit. ſi in loco eſſet conſuetudo, talia pacta in ſimili contractu ſcribendi, quia excuſatur, d. art. 10. num. 2.

Stipulans pro abſente, illi acquirit ius etiam abſque ceſſione, parte 2. cap. 2. q. 2. art. 1. num. 32.

Vide infra, in verbo, Stipulatio.

Nouatio inducitur per veram dationem in ſolutum, parte 3. cap. 1. q. 3. art. 5. num. 18. & 19.

N u

Nullitas contractus cenſualis oppoſita, quando retardet ſolutionem. Vide ſupra, in verbo, Exceptio.

Nullitas cenſus proueniens ex appoſitione alicuius pacti, quod ſit contra ſubſtantiam contractus non poteſt ſanari renunciando dicto pacto, par. 2. cap. 1. q. 3. art. 1. nu. 12.

Reſultãs ob adiectionem pactorum contra ſubſtantiam contractus cenſualis euitatur per proteſtationem. Vide infra, in verbo, Proteſtatio.

Nullo modo, hæc verba, habent in ventre negatiuam, parte 1. cap. 3. q. 1. art. 4. num. 2.

Nullum quod eſt nullum producit effectum, parte 2. cap. 2. q. 1. art. 4. ſub num. 5.

Numerauit, hoc verbum, ſignificat actum hominis, & realem numerationem, par. 2. cap. 1. q. 1. art. 8. num. 4.

Intelligitur de numeratione facta tunc tempore cõtractus, d. art. 8. num. 5.

Limit. ſi conſtaret numerationem non fuiſſe factum, d. art. 8. num. 6.

Numeratio realis in contractu Cenſus non probatur ex ſola confeſſione venditoris cenſus ex quo illa requiritur pro forma ſubſtantiali, d. art. 8. num. 22. & 25.

Quomodo probetur talis numeratio, d. art. 8. per totum.

Numerationis pretij & ſtipulationis vnicus cenſetur contractus, par. 2. cap. 1. q. 1. art. 7. ſub num. 14.

In contractu cenſus debet probari non per fictas, ſed per concludentes & neceſſarias probationes, parte 2. cap. 1. q. 1. art. 8. num. 33.

Numerus ſingularis verificatur in pluribus, quando militat eadem ratio, par. 1. cap. 3. q. 3. art. 2. num. 16.

O b

OBATIO *pretij cenſus etiam realis non ſuffragatur ad effectum, vt ceſſet curſus fructuum Cenſus, niſi fiat depoſitum, par. 3. cap. 1. q. 3. art. 9. num. 22.*

Obligari, & hypothecari poſſunt ſpecialiter nõ ſolum ea, quæ ſunt in bonis debitoris, verum etiam ea quæ ſunt illi debita, vel in quibus habet dumtaxat ius, parte 1. cap. 2. q. 3. art. 5. num. 13. & ſeq.

Obligatio à pluribus perſonis facta inſolidũ quo ad effectum eſt vnica, par. 2. cap. 1. q. 2. num. 21.

Eſt mater actionis, par. 2. cap. 2. q. 5. art. 7. num. 24.

Soluendi fructus cenſuum ceſſat aliquibus caſibus etiam quod cenſus non fuerit redemptus, nec aliter extinctus, parte 3. cap. 1. q. 3. art. 5. per totum.

Qualis fuerit cognoſcitur ex ſubſequenti ſolutione, par. 2. cap. 2. q. 4. art. 3. num. 33.

Perſonalis reſultans ex contractu magis attenditur, quam realis, d. cap. 2. q. 3. art. 7. num. 7.

Non cadit circa ea quæ in nullius bonis ſunt, parte 1. cap. 5. in princ. num. 3.

In contractu cenſus ab initio eſt pura, ſed exactio differtur ad certum tempus, par. 3. cap. 1. q. 8. art. 2. num. 14.

Declarat. vt d. art. 2. num. 17.

Cameralis quod ſit illicita in contractu cenſus, volunt aliqui, par. 2. cap. 1. q. 3. art. 5. num. 32.

Contrariam ſententiam defendit Auctor, d. artic. 5. numero 33.

Cameralis defenditur clipeo conſuetudinis fundatæ ſuper expeditiori executione contractus, d. art. 5. num. 36.

Fideiuſſoris eſt nulla, quando eſt nulla obligatio principalis, vide ſupra, in verbo, Fideiuſſoria obligatio.

Obligatio principalis nõ extinguitur per ſolutionem factam à fideiuſſore ſuo proprio, id eſt, fideiuſſorio nomine, parte 2. cap. 2. q. 2. art. 5. num. 15.

Obligationis natura non mutatur ex mutatione perſonæ, par. 3. cap. 1. q. 8. art. 2. num. 22.

Obligationi ſoluendi Cenſum præſcribitur, d. q. 8. art. 1. n. 1.

Spatio decem, vel viginti annorum, d. art. 1. num. 3.

Obligationi principali ceſſante ceſſat etiam acceſſoria, par. 2. cap. 2. q. 3. art. 5. num. 3.

Obligatus in inſtrumento habente executionem paratam habetur pro condemnato, par. 2. cap. 2. q. 3. art. 3. num. 18.

Soluere in ſcutis auri in auro boni & iuſti ponderis nõ poteſt ſoluere in moneta alterius materiæ, ſed ſunt ſoluẽda ſcuta aurea boni & iuſti ponderis, par. 2. c. 2. q. 4. art. 4. nu. 23.

Limit. Conſentiente creditore, d. art. 4. num. 32.

Limita alijs modis, vt d. art. 4. num. 10. & 11.

Vendere alicui, ſi alteri velit vendere tenetur illi denunciare futuram venditionem & per certũ ſpaciũ, quod eſſe ſolet duorum menſium exſpectare, p. 3. c. 1. q. 3. art. 9. n. 4.

Obſeruantia generalis iuſtificat contractum, par. 1. cap. 1. q. 4. art. 4. num. 5.

Etiam quod alias contractus ille de iure non ſubſiſteret, d. art. 4. num. 6.

Subſequuta operatur vt etiam id quod de iure non ſubſiſtit debeat haberi pro licito, & de facto ſeruari, par. 1. cap. 2. q. 4. art. 4. num. 8.

O c

Occaſio peccandi eſt penitus amputanda, par. 2. cap. 1. q. 1. art. 4. num. 14.

O n

Onus reale ſuper re aliena nemo poteſt conſtituere, parte 1. cap. 2. q. 3. art. 1. num. 8.

Reale ad eum pertinet qui rei fructus percipit, par. 2. cap. 3. q. 3. art. 7. num. 2. & 12.

Totius cenſus impoſiti ſuper plurib. prædijs ſuſtinet vnum, ſi alia non ſint capacia, par. 1. cap. 3. q. 3. art. 2. num. 21.

Maximè ſi in conſtitutione cenſus fuerit adhibita clauſula cõiunctim, diuiſim, & inſolidũ, vel ſimilis, d. art. 2. n. 22.

Inhærens rei æſtimandu diminuit illius pretium, parte 2. cap. 1. q. 1. art. 4. num. 12.

Impoſitum Domino fundi cenſiti, vt debeat denunciare domino cenſus dicti fundi alienationem eſt introductum pro forma, par. 2. cap. 2. q. 1. art. 2. num. 7.

Cenſus ſuper re impoſiti tranſit cum ipſa re, ad quemcumque, par. 2. cap. 2. q. 3. art. 1. num. 15.

Probandi ſolutionem cenſus pertinet ad debitorem, par. 2. cap. 2. q. 4. art. 6. num. 1.

O p

Operas ſuas poteſt quilibet ſub certa penſione locare, par. 1. c. 3. q. 1. art. 6. nu. 7.

Intellige, vt d. art. 6. nu. 26. & ſeqq.

O r

Origo rei eſt in primis attendenda, par. 1. cap. 1. q. 2. nu. 1.

P a

P a

PACTVM quod dominium rei vendita non tranſeat in emptorem, niſi ſoluto pretio, validum eſt, par. 1. cap. 2. q. 3. art. 4. num. 1.

Quod quis non poſſit rem ſuam vendere alteri quàm Titio, valet, parte 2. cap. 1. q. 3. art. 4. num. 7.

Et ſi habeat clauſulam reſolutiuam contractus impedit dominij tranſlationem, d. art. 4. num. 9.

Et ſi ſit munitum alia pactione, quod ſi res vendatur alteri, poſſit Titius illam euincere pro certo pretio, valet, d. art. 4. nu. 12.

Quod ob moram debitoris in ſoluendo intelligatur datus in ſolutum creditori fundus pro iuſto pretio, eſt licitum, d. q. 3. art. 5. num. 24.

Quod venditor non poſſit redimere rem venditam eum pacto, niſi poſt certum tempus, eſt licitum, d. q. 3. art. 7. numero 21

Et quod non poſſit redimere, niſi poſt certum tempus, non eſt illicitum, d. art. 7. num. 21.

Quod transformat contractum in aliam ſpeciem eſt contra ſubſtantiam contractus transformati, d. q. 3. art. 8. nu. 8.

Addictionis in diem quid ſit, d. art. 8. num. 30.

In eo reſoluto contractu reſtituitur res vnà cum fructibus, d. art. 8. num. 32.

Legis commiſſoriæ, quid ſit, d. art. 8. num. 31.

In eo reſoluta contractu res reſtituitur vnà cum fructibus, d. art. 8. num. 33.

Manuum iniectionis eſt validum, parte 2. cap. 2. q. 5. art. 5. num. 10.

Poteſt mandari executioni etiam contra tertium poſſeſſorem, d. art. 5. num. 11.

De redimendo rem venditam diminuit pretium rei, & inquantum, par. 2. cap. 1. q. 1. art. 4. num. 12. & ſeq.

An poſſit exerceri ſecundum, vel vlteriorem emptorem, parte 3. cap. 1. q. 3. art. 7. num. 13. & ſeqq.

Omne contra ſubſtantiam contractus vitiat contractum, parte 2. cap. 1. q. 3. art. 1. num. 11.

Contra naturam contractus vitiatur, & non vitiat contractum, d. art. 1. num. 13.

Pactum in cōtractu cenſus non eſt illicitum, nec reprobatum in quo debitor cenſus in caſu moræ obligat domino cenſus aliqua ſua bona cum licentia illa diſtrahendi ſi non ſanet in pœnam, parte 2. cap. 1. q. 3. art. 5. num. 31.

De renouanda fideiuſſores non eſt reprobatum, parte 2. c. 1. q. 2. num. 30.

De reficienda intereſſe damni emergentis, eſt licitum, par. 2. c. 1. q. 3. art. 5. num. 5.

Nec in quo debitor cenſus in caſu moræ ſubmittit ſe cenſuris Eccleſiaſticis, d. art. 5. num. 17. & infra.

Nec id in quo debitor cenſus liberat illius dominium à caſibus fortuitis contingentibus ſuper fructibus rei cenſitæ, d. q. 3. art. 3. num. 4. & 5.

Si tamen contingat caſus inſolitiſſimus non comprehenditur, d. art. 3. num. 6.

Nec quod debitor cenſus teneatur de euictione, d. art. 3. num. 13.

Nec id in quo debitor cenſus promittit non vendere fundum cenſitum abſque conſenſu domini cenſus, vel eo irrequiſito, d. q. 3. art. 4. num. 10.

Vitiatur tamen licet non vitiet contractū, d. art. 4. nu. 13.

Nec quod ſi debitor cenſus vendat rem cenſitam liceat domino cenſus illam ab emptore retrahere, d. art. 4. numero 12.

Nec quod dominus cenſus poſſit ob moram debitoris propria auctoritate capere fructus fundi cenſiti ſi non ſonet in pœnam, ſed tendat ad expeditiorem cenſus exactionem, d. q. 3. art. 5. num. 28. & 29. & parte 2. cap. 2. q. 5. art. 5. num. 12.

Maximè ſi adſit clauſula conſtituti, d. q. 3. art. 5. num. 30.

Ampl. etiam ſi fiat ad fauorem fideiuſſorum, d. q. 5. art. 5. num. 12.

Nec quod debitor cenſus obliget ſe ad cenſus ſolutionem in forma Cameræ. Vide ſupra, in verbo, Obligatio cameralis.

Nec quod debitor cenſus illum ſoluere debeat liberum, ſi ſimpliciter concipiatur, d. q. 3. art. 6. num. 2.

Nec quod debitor cenſus poſſit illum quandocumque redimere, d. q. 3. art. 7. num. 3.

Immo eſt neceſſarium, d. num. 3. Immo eſt de ſubſtantia contractus cenſualis, d. num. 3.

Et poteſt inſeri etiam in inſtrumento, & apocha confecta extra inſtrumentum venditionis cenſus, d. art. 7. nu. 4.

Dummodo fiat incontinenti, vel modico interiecto interuallo, d. art. 7. nu. 6. Imma etiam ſi non fuerit adiectum ſubintelligitur, d. art. 7. num. 3.

Poteſt apponi à minore abſque ſolemnitatibus etiam extra inſtrumentum cenſus, d. art. 7. num. 12.

Nec quad in euentum quad cenſus redimatur pretium erogari debeat in emptionem bonorum ſtabilium, d. art. 7. num. 32.

Nec quod debitor cenſus ſi ſit moroſus in ſoluendo per aliquos annos teneatur ſortem reſtituere eſt vſurarium, nec contra ſubſtantiam contractus, d. q. 3. art. 8. num. 18.

Nec quod domino cenſus liceat repetere ſortem, dummodo in eam imputet quidquid recepit pro fructibus dicti cenſus, d. art. 8. num. 25. & infra.

Nec imponens neceſſitatem redimendi cenſum factum inter venditorem cenſus, & eum, qui pro illo in dicta venditione fideiuſſit, d. art. 8. num. 52.

Nec quad ſi dominus fundi cenſuati velit vendere illum teneatur requirere dominum cenſus, parte 2. cap. 2. q. 1. art. 2. num. 4.

Nec quod debitor cenſus volens illum redimere teneatur id denunciare domino cenſus per aliquod tempus antea, par. 3. cap. 1. q. 3. art. 1. num. 19.

Nec quod cenſus redimi non poſſit niſi in totum, & niſi reſtituto integro pretio, d. q. 3. art. 8. num. 32.

Niſi venditor cenſus ſit adeo pauper, vt manifeſtè appareat impoſſibile, vt totum vnica ſolutione redimat, ſaltem de æquitate, d. art. 8. num. 33. & ſeq.

Nec quod cēſum redimere liceat per partes, d. art. 8. n. 37.

Nec quod debitor cenſus teneatur illum ſoluere certo tempore, par. 2. cap. 2. q. 4. art. 2. num. 4. & ſeqq.

Licet Coſta diſtinguat, d. art. 5. num. 5.

Pactum quod ſi res ſuppoſita detegatur non libera, venditor cenſus nihilominus teneatur ad ſolutionem cenſus, eſt illicitum & reprobatum, parte 1. cap. 3. quæſt. 4. num. 3.

Item de anticipata ſolutione cenſus facienda, parte 2. cap. 1. q. 2. art. 2. num. 4.

Non tamen vitiat contractum, ſed vitiatur, d. art. 2. numero 18. & 20.

Quòd ſi venditor cenſus illum intra tale tempus redimat, teneatur reſtituere emptori expenſas quas fecit tempore emptionis cenſus, parte 2. cap. 1. quæſt. 3. artic. 7. num. 20.

Quod res cenſita indiſtinctè alienari non poſſit, d. q. 3. art. 4. num. 1. & 4.

Limit. ſi concipiatur vt non poſſit vendi, niſi domino cenſus, d. art. 4. num. 7. & ſeqq.

Quod debiter cenſus moroſus in ſolutione teneatur ad intereſſere lucri ceſſantis, d. q. 3. art. 5. num. 5.

Scilicet, reſpectu intereſſe extrinſeci, ſicut reſpectu intrinſeci, d.art.5. num.6.
Et quando conuenitur de intereſſe certo, vel de liquidando per iuramentum emptoris cenſus, d.art.5. num.7.
Vitiatur tamen, ſed non vitiat contractum, d.art.5.nu.8.
Quod debitor cenſus moroſus in ſoluendo teneatur ad expenſas, d.art.5. num.9.
Intellige reſpectu expenſarum, de quibus d.art.5.num.10.
Quod ob moram debitoris in ſoluendo res cenſita, vel eius pars aliqua cadat in commiſſum, d.art.5.nu.11.& ſeqq.
Quod debitor cenſus ob moram in ſoluẽdo teneatur ad aliquam pœnam, d.art.5. num.15.
Limit. in vno caſu, de quo d.art.5. num.22.
Quod debitor cenſus ob moram ſubijcit ſe perpetuo carceri, d.art.5. num.16.
Quod debitor cenſus moroſus in ſoluendo teneatur ad duplum, d.art.5. num.23.
Quod ob moram debitoris cẽſus intelligatur datus in ſolutum fundus ſubiugatus pro iuſto pretio, d.art.5.nu.26.
Quod ob moram debitoris in ſoluendo cenſum diſtrahi poſſit fundus ſuppoſitus etiam pro recuperatione ſortis, d.artic.5. num.27.
Quod dominus cenſus poſſit ob moram debitoris propria auctoritate capere fructus fundi cenſiti ſi ſonet in pœnam, d.art.5. num.28.
Quod debitor cenſus teneatur illum ſoluere liberum ab omni onere etiam eo quod ex natura contractus pertinet ad emptorem, d.q.3.art.6. num.1.
Vitiatur tamen & vitiat contractum, d.art.6. num.6.
Quodlibet reſtringens facultatem redimendi cenſum, d.q.3. art.7. num.14.
Non tamen ante Bullam Pij V. ſuper cenſibus, art.7.nu.23.
Auferens debitori cenſus facultatem illum redimendi, vel illam relinquens arbitrio domini cenſus, d.art.7.num.15.
Neque iuſtificatur ex adiectione pacti, quod dominus cenſus teneatur pretium augere, d.art.7. num.35.
Non eſt tamen vſurarium, d.art.7. num.36.
Quod cenſus redimi non poſſit, niſi intra certum tempus, d.art.7. num.17.
Quod cenſus redimi non poſſit, niſi intra certum tempus, d.art.7. num.18.
Quod cenſus non poſſit redimi, niſi poſt certum tempus, d.art.7. num.20.& par.3.cap.2. num.14.
Non eſt tamen vſurarium, d.art.7. num.22.
In quo dominus cenſus ſit ſecurus de lucro vltra ſortem, d.art.7. num.19.
Et eſt vſurarium, d.art.7. num.19.
Quod volens redimere cenſum teneatur reſtituere pretium in eadem ſpecie monetæ, quæ data fuit tempore emptionis, d.art.7. num.26.
Quod volens redimere cenſum teneatur ſoluere aliquid vltra ſortem receptam, d.art.7. num.27.
Quod volens redimere cenſum teneatur reſtituere emptori quidquid ipſe ſoluit in gabellis, d.art.7. num.28.
Siue redimatur ſtatim poſt venditionem, ſiue ex interuallo contra Foller. d.art.7. num.29.
Quod volens redimere cenſum teneatur reficere emptori omnes expenſas, d.art.7. num.30.
Intellige de expenſis ad quas debitor cenſus de iure non tenetur, d.art.7. num.31.
Quod dominus cenſus poſſit ad ſui libitum pretium cenſus repetere, d.q.3.art.8. num.1.
Etiam quod non ſit deductum in ſtipulationem, ſed dominus cenſus ſit de hoc aliunde ſecurus, d.art.8. num.5.
An ſit contra ſubſtantiam contractus cenſualis, d.artic.8. numero 7. 9. & 10.
Quod ſi debitor cenſus ſit moroſus in renouando fideiuſſores, teneatur ſortem reſtituere, d.art.8. num.15.
Non eſt tamen vſurarium, & ex eo aliqui dicunt eſſe licitum, d.art.8. num.16.
Quod debitor cenſus teneatur illum redimere intra certum tempus, d.art.8. num.34.
Etiam ſi tale pactum non deducatur in ſtipulationem, d.art.8. num.36.
Limit. in cenſu impoſito ante Bullam Pij V. ſuper cenſibus, d.art.8. num.35.
Quod debitor cenſus teneatur illum redimere intra certum tempus, aliàs remaneat perpetuus, d.art.8. num.37.
Quod debitor cenſus teneatur illum redimere intra certum tempus, quo elapſo ſit in arbitrio domini cenſus ſortem repetere, d.art.8. num.38.
Non eſt tamen contra ſubſtantiam contractus cenſualis, d.art.8. num.39.
Quod dominus cenſus retineat fundum cenſitum titulo conductionis, & non poſſit reuocari locatio donec cenſus non extinguatur, d.art.8. num.41.
Non eſt tamen contra ſubſtantiam contractus cenſualis, d.art.8. num.42.
Quod dominus cenſus retineat fundum ſubiugatum loco pignoris pro quantitate reditus venditi, donec cenſus redimatur, d.art.8 num 43.
Quod dominus cenſus retineat pignora vendibilia æquiualentia ſorti donec cenſus redimatur, d.art.8. num.44.
Quod debitor cenſus deferat annuas reſpõſiones ad domum domini cenſus, parte 2. cap.2. q.4. art.5. num.17.
Quod pereunte fundo cenſito fructus cenſus debeantur, par.3. cap.1.q.1.art.1.num.16.
Quod perempto fundo cenſus ille cenſeatur impoſitus ſuper alijs bonis imponentis, d.art.1. num.17.
Quod cenſus ſolui debeat etiã quod fundus ſuppoſitus reddatur penitus infructuoſus, par.3. cap.1. q.2. num.5.
Quod ſi cenſus redimatur ſoluto ſemeſtre, dominus cenſus non teneatur compenſare fructus indebitè perceptos cum ſorte, parte 3. cap.2. num.11.
Pacta omnia quæ ſunt illicita in cenſu fundato ſuper fundo fructifero, ſunt etiam illicita in cenſu fundato ſuper alio cenſu, parte 2. cap.1.q.3. art.8. num.48. & ſeq.
Pactum vnum præter vel contra formam Bullæ Pij V. ſuper cenſibus, an vitiet totum contractum, latè d.q.3.art.1. per totum.
Pars fundi non perempta ſi ferat tot fructus, qui ſufficiant pro ſolutione integri cenſus, cenſus in nulla eius parte extinguitur, parte 3. cap.1.q.1.art.2. num.3.
Partis appellatione intelligitur de dimidia, parte 3. cap.1. q.3.art.8. num.22.
Participia, dans, & ſoluent, &c. reſpiciunt confeſſionẽ partis, non actum numerationis, par.2.c.1.q.1.art.8.nu.10.
Pater non poteſt auctorizare ad ſui commodum perſonam filij, parte 1. cap.2.q.1.art.2. num.10.
Maximè quando damnum filij eſt euidens, d.art.2.nu.11.
Patris conſenſus in contractu filij integrat illius perſonam, d.art.2. num.9.
Pater habet vſumfructum ſuper peculio aduentitio ſui filij, d.q.1.art.4. num.5.
Limit. in certis caſibus, d.art.4. num.7. remiſſiuè.
Legitimus adminiſtrator bonorum filij ſolus reuendere poteſt cenſum filij, par.3.cap.1.q.3. art.7.num.58.

P e

Peccandi occaſio eſt penitus amputanda, parte 1. cap.1.q.1.art.3. num.14.

Digitized by Google

Pecunia eſt de rebus quæ vſu conſumuntur, par.1. cap.1. q.1. art.2. num.9. & cap.3. q.1. art.6. num.19.

Conſumitur diſtractione, & vſu, par.1. cap.3. q.1. art.4. num.12.

Pecuniæ vſus non poteſt ab ipſa pecunia ſeparari, d.art.4. num.13.

Pecunia pecuniam parere non poteſt, d.q.1. art.6. nu.20.

Annua quæ in contractu Cenſus ſoluitur non conſideratur in dicto contractu, ſed ius illam percipiendi, par.1. cap.1. q.1. art.2. num.10.

Quæ teſtantium diſpoſitione, vel contrahentium conuentione eſt in emptionem bonorum immobilium eroganda poteſt conuerti in emptionem Cenſus, par.1. cap.3. quæſt.1. art.2. num.27.

Depoſitata ne poſſit leuari ſine conſenſu Titij, eo non conſentiente non poteſt erogari in emptionem Cenſus, par.2. cap.1. q.1. art.5. num.20.

Pecunia ceteræ res æſtimantur, non autem ipſa eſt ſui ipſius æſtimatio, par.2. cap.1. q.1. art.2. num.3.

Pecuniæ pretium eſt ſemper vniforme, par.1. cap.3. q.2. art.3. num.9. in fine.

Pecuniæ captæ ad Cenſum per adminiſtratores bonorum Vniuerſitatis pro certa cauſa, etiam adhibitis neceſſarijs ſolemnitatibus ſi in aliam cauſam conuertantur Vniuerſitas reſtituitur in integrum, par.1. cap.2. q.3. art.1. n.7.

Pecuniarum ad Cenſum captarum partem licet alteri dare, qui proportionabilem Cenſus portionem ſoluere teneatur, par.1. cap.3. q.1. art.6. num.53. & ſeqq.

Pœna caducitatis incurſa ob impoſitionem Cenſus factam ſuper re expreſsè alienari prohibita, vel emphyteutica, vel ſimili an per redemptionem Cenſus euitetur, par.1. cap.2. q.2. art.2. num.16.

Adiecta non ſoluenti debitum intra certum tempus non euitatur per ſolutionem partis debiti, par.3. cap.1. q.3. art.8. num.6.

Pœnitentia non datur in contractibus nominatis, ſecus in innominatis, par.1. cap.1. q.4. art.1. num.13.

Penſio debita ex beneficio eccleſiaſtico pro anno ſterili ſoluenda eſt ex fructibus ſequentis anni vberis, par.1. cap.3. q.2. art.3. num.14.

Non ſoluta non dicitur pendere, par.2. cap.2. q.2. art.4. num.14.

Periculum rei emptæ perfecto contractu ſpectat ad emptorem, par.1. cap.3. q.3. art.1. num.8. par.2. cap.1. q.3. art.3. num.9.

Abſque ſpe repetendi pretium, par.3. cap.1. q.1. art.1. num.3. & 12.

Vbi eſt maius ibi eſt cautius agendum, par.2. cap.1. q.1. art.3. num.16.

Cenſus ſpectat ad emptorem, non ad venditorem, par.2. cap.1. q.3. art.3. num.8. & 10.

Perempta parte fundi ſuppoſiti perit & extinguitur proportionabiliter pars Cenſus ſuper impoſiti, par.3. cap.1. q.1. art.2. num.1.

Niſi pars remanens ferat fructus ſufficientes pro ſolutione integri Cenſus, quia tunc conſeruatur Cenſus totus ſuper ea fundi parte, d.art.2. num.3.

Perire res dicitur ſi vſus illius impediatur in perpetuum, par.3. cap.1. q.1. art.1. num.8.

Perpetuum an quid ſit tempus præſens inſpicitur non quod in futurum poteſt contingere, par.1. cap.1. q.1. art.2. num.7.

Dicitur id, quod habitu habet vitam perpetuam, par.1. cap.3. q.1. art.2. num.20.

Perſona hominis liberi principaliter obligari non poteſt, par.1. cap.3. q.1. art.6. num.17.

Perſonalis actio oriens ex contractu potius attenditur quam realis, par.2. cap.2. q.3. art.7. num.7.

Maximè in contractu annuæ præſtationis, d.art.7. num.8.

P i

Picus Mirandulanus fuit trucidatus à venditore Cenſus vitalitij, par.1. cap.1. q.4. art.3. num.16.

Pignus æquiualens credito datum creditori cenſetur datum in ſolutum pro extinctione debiti, par.2. cap.1. quæſt.3. art.8. num.45.

Vnde ſi ſit data in pignus res prohibita alienari ſub pœna caducitatis incidit in commiſſum, d.art.8. num.46.

Et ſi ſit res eccleſiaſtica ſubiacet legi prohibenti alienationem rei Eccleſiæ, d.art.8. num.47.

Liberatur ſolutione debiti principalis, par.2. cap.2. q.5. art.9. num.53.

Pius V. in ſua Bulla de Cenſib. duo facit, videlicet, dat formam contractus Cenſualis, & reprobat certa pacta, par.2. cap.1. q.3. art.1. num.30.

P o

Portio rei reſtituendæ ex fideicommiſſo, quatenus capit legitimi, & trebellianica per hæredem grauatum detrahendu præſumitur capax totius Cenſus ab hærede ſuper impoſiti, par.1. cap.2. q.1. art.7. num.18.

Poſſeſſio rei cenſuatæ in Cenſu conſignatiuo remanet penes eum qui Cenſum impoſuit, par.1. cap.1. q.1. art.1. num.23. & q.3. art.2. num.16.

Omnis transfertur per conſtitutum, par.1. cap.1. q.4. art.2. num.6.

Limit. ſi res quam quis conſtituit ſe pro alio poſſidere ſit incertu, d.art.2. num.7.

Cedentis in iuribus incorporalibus tranſit in ceſſionarium abſque apprehenſione, par.2. cap.2. q.5. art.3. num.8.

Præſumitur continuata ſi non probetur contrarium, par.2. cap.2. q.5. art.4. num.2.

Poſſeſſio vel quaſi ſolo animo retinetur, par.2. cap.2. q.5. art.2. num.16.

Vel quaſi exigendi probatur ex præcedentibus ſolutionibus, d.q.5. art.4. num.3.

Dummodo ſint veræ & reales, d.art.4. num.4.

Et non per aliquam ſatisfactionis ſpeciem, puta per compenſationem, d.art.4. num.5. & 6.

Vel quaſi exigendi vt acquiratur quot ſolutiones debeant præcedere, latè par.2. cap.2. quæſt.5. art.4. num.20. & ſequentibus.

Poſſeſſio regulariter ad hæredes non tranſit, d.q.5. art.5. num.25.

Venditoris Cenſus de tempore impoſitionis probatur ex inſtrumento venditionis fundi cenſuati munito clauſula, conſtituti, d.q.5. art.9. num.18.

Vitiatur ratione incertitudinis quotæ, & loci ipſius rei, par.1. cap.1. q.4. art.2. num.5.

Poſſeſſor rei ſuppoſitæ Cenſui ſi habeat anteriorem hypothecam non poteſt moleſtari à creditare & domino Cenſus habente hypothecam poſteriorem, par.2. cap.2. q.5. art.9. num.42.

Etiam quod anterioritas conſiſtat nedum in hora, ſed in puncto, d.art.9. num.43.

Eſt tutus præſcriptione decem vel viginti annorum aduerſus dominum Cenſus agentem actione hypothecaria, vel Saluiano, d.art.9. num.46.

Siue habeat cauſam à tertio, ſiue ab ipſo Cenſus debitore, d.art.9. num.47.

Rei hypothecatæ coactus à domino Cenſus aliquid ſoluere repetit à ſuo auctore, d.art.9.num.79.

Poteſt ſe liberare à Iudicio contra ſe moto actione hypothecaria, vel Saluiano, dimittendo poſſeſſionem, d.art.9.num.81.

Bonæ fidei ex titulo inualido facit fructus ſuos, ſecus ſi titulus ſit reprobatus, par.3.cap.1.q.3.art.6.num.16.

Vide infra, in verbo, Poſſidens.

Rei cenſitæ, ſi illam alienet, liberatur ab onere ſoluendi Cenſum, par.2.c.2.q.5.art.8.num.9.

Poſſeſſorium Iudicium dicitur Summarium, & ideo in multis priuilegiatum, par.2.cap.2.q.5.art.2.num.1.

Competit pro Cenſu formali, d.art.2.num.6.

Pro iuribus incorporalibus, d.art.2.num.8.

Pro præſtationibus perſonalibus, quæ debentur ratione alicuius rei immobilis, d.art.2.num.10.

Poſſidens annuos reditus perpetuos liberatur ab onere ſatiſdandi, par.1.cap.3.q.1.art.2.num.13.

Fundum Cenſui obnoxium poteſt à domino Cenſus conueniri actione perſonali in rem ſcripta, par.2.cap.2.q.5.art.8.num.2.& 4.

Scilicet pro Cenſibus decurſis poſtquam ipſe cœpit poſſidere, d.art.8.num.5.

Item poteſt conueniri actione hypothecaria, d.q.5.art.9.num.3.

Item remedio Saluiani Interdicti, d.art.9.num.8.

Recta via nulla facta excuſſione principalis debitoris, d.art.9.num.20.

Tam pro Cenſibus decurſis, quàm pro decurrendis donec ipſe poſſidebit, d.art.9.num.27.

Etiam pro maturatis antequam ipſe nanciſceretur poſſeſſionem dicti fundi, d.art.9.num.28.

Poſſidens fundum Cenſui ſuppoſitum conuentus actione hypothecaria, vel Saluiano, tenetur ſoluere fructus Cenſus etiam maturatos antequam ipſe nanciſceretur poſſeſſionem, par.2.cap.2.q.3.art.6.num.10.

Secus ſi conueniatur actione perſonali in rem ſcripta, d.art.6.num.12.

Poſſidens vnam ex rebus cenſuatis non poteſt conueniri inſolidum pro toto Cenſu actione perſonali in rem ſcripta, par.2.cap.2.q.3.art.8.num.7.

Secus actione hypothecaria, vel Saluiano, d.art.8.num.8.

Intellige vt dimittat poſſeſſionem, non vt totum ſoluat, d.art.8.num.9.

Poſſidentes plures fundum ſuppoſitum per partes diuiſum, an teneantur inſolidum ad Cenſus integri ſolutionem, d.art.8.num.1.& ſeqq.

Non poteſt liberare ſe ab onere ſoluendi Cenſum oppoſita exceptione excuſſionis, par.2.cap.2.q.5.art.8.num.6.

Neque nominando auctorem, d.art.8.num.7.

Sed tantum dimittendo poſſeſſionem, d.art.8.num.8.

Si ſoluens obtineat ceſſionem Iurium, poterit ex dictis Iuribus ceſſis repetere ab alijs poſſeſſoribus quidquid ipſe ſoluit, dempta tamen portione, quæ rei à ſe poſſeſſæ proportionabiliter contingeret, par.2,cap.2,quæſt.3.art.8.num.19.

Vide ſupra, in verbo, Poſſeſſor.

P I

Præceptum teſtatoris nudum ab omni cauſa poteſt impune ſperni, par.1.cap.2.q.1.art.6.num.25.

Pretium in emptione, & venditione debet pro illius validitate inter contrahentes conueniri, par.2.cap.1.quæſt.1.art.7.num.1.

Debet conueniri in pecunia numerata, d,q.1.art.5.num,1.

Immo inter contrahentes ſemper actum præſumitur vt ſoluatur in pecunia, par.2.cap.1.q.3.art.1.num.27.

Poteſt tamen ſolui in qualibet alia ſpecie æſtimata, par.2.cap.1.q.3.art.5.num.2.& art.6.num.30.& quæſt.3.art.1.num.29.

Res dici poteſt quidquid pro ea datur, d.art.5.num.3.& par.3.cap.1.q.3.art.6.num.3.

Semel conſtitutum non eſt perpetuum, par.2.cap.2.q.2.art.6.num.18.

Conſtituitur ex hominum æſtimatione quantumuis fatua, d.art.6.num.18.

Variatur ex multis cauſis, par.2.cap.1.q.1.art.3.nu.6.& cap.2.q.2.art.6.num.18.

Niſi ſit aliqua ratione certum, d.art.6.num.20.

Probatur ex libro officialis de publico deputati ad annotandum pretium currens in foro publico ſingulo mercato, par.1.cap.1.q.1.art.3.num.12.

Pretium Cenſus vendendi debet eſſe certum, par.2.cap.1.q.1.art.3.num.3.

Intellige de pretio huius, vel illius particularis Cenſus, d.art.3.num.3.

Et ſemel conſtitutum non poteſt variari, & alterari ſecundum communem, par.2.cap.2.q.2.art.6.num.19.

Niſi Cenſus ipſe eſſet periculoſus, & minus tutus, d.art.6.num.29.

Sed an in venditione Cenſus antiqui poſſit alterari ſunt opiniones, d.art.6.num.17.& ſeqq.

Debet eſſe iuſtum, d.par.2.cap.1.q.1.art.4.num.1.

Aliàs contractus eſt fœneratitius, d.art.4.num.2.

Quale ſit pretium iuſtum, multæ ſunt opiniones, d.art.4.per tot.

Non reperitur in iure, nec ex Pontificum conſtitutionibus declaratum, d.art.4 num.14.

Præterquam in Cenſu conſtituto ſuper bonis Vniuerſitatum Status Eccleſiaſtici, vel in quibus ipſæ Vniuerſitates ſunt obligatæ, d.art.4.num.23.

Variari poteſt ex varijs circumſtantijs, d.art.4.num.19.

Iuſtitia pretij ſpectatur ex conſuetudine regionis, d.art.4.num.16.

Vbi reperitur per leges taxatum dicitur iuſtum etiam in foro conſcientiæ, d.art.4.num.3.

Pretium Cenſus debet fieri venditoris, & illi perpetuo acquiri, par.3.cap.1.q.1.art.1.num.11.

Pretium Cenſus vitalitij debet perpetuo acquiri vendenti, par.1.cap.1.q.4.art.3.num.25.

Pretium Cenſus in genere ſumpti an poſſit vniforme pro omnibus locis, & pro omni tempore conſtitui, par.2.cap.1.q.1.art.2.num.4.& ſeqq.

An expediat quod tale pretium ſit ſemper & vbique vniforme, d.art.2.num.11.

Pretium Cenſus ex Bulla Pij V. ſuper Cenſibus debet conſiſtere in pecunia numerata, par.2.cap.1.q.1.art.5.nu.4.

Aliàs contractus eſt nullus tam in foro fori, quam in foro poli, d.art.5.num.5.

Etiam ſi conſiſtat in auro rudi vel elaborato, non tamen coniato, & excuſſo cauſa expendendi, d.art.5.num.6.

Et hoc eſt de natura contractus, d.art.5.num.7.

Præterquam in Cenſu, qui alienatur ſine interuentu pretij, d.art.5.num.12.

Vel conſtituitur cauſa aſſignandæ dotis, d.art.5.num.13.

Et eſt de forma contractus cenſualis, d.art.5.num.11.

Vnde non poteſt pro pretio Cenſus dari in ſolutum quæuis alia res, d.art.5.num.14.

Nec nomen debitoris, d,art.5.num.15.

Nec fructus aliorum Cenſuum, d. art.5. num.18.
Poteſt tamen dari verum creditum ſecundum Auctorem, d.art.5. num.26. & 28.
Sed an poſt dictam Bullam Pij V. d.art.5.nu.34. & ſeqq.
Pretium Cenſus debet ſolui integrum in pecunia numerata, d.q.1. art.6. num.18.
Aliàs contractus eſt in totum nullus, d.art.6.n.18. & 24.
Nec ſufficit ſolo oſtenſio, d.q.1. art.7. num.9.
Sufficit tamen vt numeretur ante contractum venditionis Cenſus, dummodo tradatur in ipſo contractu, d.art.7. num.11.
Poteſt ſolui de pecunia aliena, d.art.7. num.22.
Et in manibus alterius quam venditoris Cenſus, decius tamen ordine, d.art.7. num.20.
Pretium Cenſus debet ſolui in pecunia numerata integraliter coram Notario, & teſtibus in ipſo actu venditionis Cenſus, d.art.7. num.5.
Aliàs contractus eſt nullus, d.art.7. num.5.
Et non validatur per expreſſam & iuratam exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciationem, d.art.7. num.8.
Limit. in Cenſu conſtituto pro aſſignatione dotis, d.art.7. num.25.
Pretium Cenſus dicitur fuiſſe ſolutum in pecunia numerata coram Notario & teſtibus, ſi venditori Cenſus tradatur cedulo bancaria, d.art.7. num.12.
Si de mandato venditoris Cenſus ſoluatur in manibus alterius, d.art.7. num.20.
Si ſoluatur vero creditori venditoris Cenſus, d.artic.7. num.21.
Si perueniat ad manus venditoris Cenſus, ſed non in actu venditionis ſecundum aliquos, d.art.7. num.14.
Intellige in foro conſcientiæ, d.art.7. num.18.
Secus in foro exteriori, d. art.7. num.15.
An quando emptor Cenſus illud reportauit, ſi non probetur ita fuiſſe conuentum ante contractum celebratum, d.art.7. num.23. & 24.
Pretium Cenſus fuiſſe ſolutum integraliter in pecunia numerata coram Notario & teſtibus, poteſt probari aliter quam per inſtrumentum Cenſus, par.2. cap.1. q.1. art. 8. num.20.
Et quibus modis hoc probetur, d.art.8. per tot.
Pretium Cenſus reuenditi debet remanere penes vſufructuarium, par.3. cap.1. q.3. art.7. num.59.
Præſtita tamen cautione de illo conſeruando & reſtituendo finito vſufructu, d.art.7. num.61.
Niſi ſit pater habens adminiſtrationem bonorum ſui filij cuius eſt Cenſus, qui non tenetur cauere, d.art.7. nu.62.
Prædia fructifera curſu annorum reddunt ex fructibus vltra eorum pretium & valorem, par.1.cap.1.q.4. art. 3. num.31.
Vendita cum pacto de redimendo ſecuta redemptione, liberantur ab omni onere ſuper eis ab emptore impoſito, par.1.cap.2. q.1. art.5. num.5.
Data in dotem marito, an & quomodo tranſeant in illius dominium, vide ſupra, in verbo. Maritus.
Præſcriptio decem, vel viginti annorum ad fauorem poſſeſſoris fundi Cenſui ſuppoſiti contra dominum Cenſus quod incipiat à die, qua ceſſatum fuit à ſolutione, defendit Auctor, par.2. cap.2. q.5. art.9. num.48. & ſeqq.
Non valenti agere non currit, d.art.9. num.50. & par. 3. cap.1. q.8. art.1. num.10.
Maximè ſi ſit impedimentum iuris, d.art.9. num.56.
Limit. ſi creditor potuit remouere impedimentum, & illud remouere non curauit, d.art.9. num.51.
Non currit contra eum, qui legitima exceptione potuit repelli, d.art.9. num.57.
Inuenta eſt ad tollendas actiones formatas non formandas, d.art.9. num.59.
Præſcriptio legitima reddit tutum debitorem etiam in foro conſcientiæ, par.3. cap.1. q.8. art.1. num.6.
Non currit ad fauorem debitoris Cenſus, ſi ille fuit à quacumque perſona ſoluens, d.art.1. num.16.
Habet locum tam reſpectu totius Cenſus, quàm reſpectu partis illius, d.art.1. num.4.
Ceſſat vbi negligentia Creditoris conſiderari non poteſt, d.art.1. num.17.
Præſcriptio longi temporis eſt inducta odio creditoris negligentis & fauore poſſidentis, d.q.8. art.2. num.23.
In præſcribendo annuo Cenſu quod ſufficiat vnica præſcriptio, etiam reſpectu fructuum decurrendorum, volunt multi, d.art.2. num.16.
Contrarium reſpectu fructuum decurrendorum, voluit Rota. d.art.2. num.17.
Etiam quo ad tertium poſſeſſorem conuentum Saluiano, d. art.2. num.21.
Præſtationes annuæ vt præſcriptione acquirantur, multa ſunt neceſſaria, vt par.2. cap.1. q.1. art.1. num.15.
Præſtationes annuæ quæ debentur ex contractu, peti poſſunt tam pro tempore præterito, quam pro futuro, parte 2. cap.2. q.5. art.7. num.15.
Dummodo debeatur aliquid pro præterito, d. art.7. nu.16.
Primus emptor poſſidens rem emptam ex contractu iurato, habet contra ſecundum emptorem actionem negatoriam, par.2. cap.2. q.1. art.2. num.7.
Maximè ſi ad eius fauorem in primo contractu adſit clauſula, Conſtituti, d.art.2. num.8.
Princeps poteſt Cenſum fructuarium ad pecuniarium redigere, par.1. cap.1. q.1. art.3. num.15.
In dubio non præſumitur velle Iuri tertij præiudicare, par.2. cap.2. q.1. art.3. num.5.
Prior reſpectu ſortis eſt etiam prior reſpectu fructuum Cenſus, par.2. cap.2. q.5. art.9. num.44.
Priuilegiatorum eius eſt melior conditio, qui certat de damno vitando, par.1. cap. 2. q.1. art.2. num.6.
Probationum materia non eſt coanguſtanda, par.1. cap.4. num.14.
Probatio quæ fit per teſtes eſt ceteris validior, & dignior, d.cap.4. num.17. par.2. cap.2. q.4. art.6. num.17.
Et duo teſtes regulariter ſufficiunt, & quando plures requirantur, d.art.6. num.19.20. & ſeqq.
Ea plena dicitur quæ fit per duos teſtes conteſtes, d.cap.4. num.29.
Secus ſi ſint ſingulares, d.cap 4. num.30.
Quæ fit per quinque teſtes æquipollet probationi quæ fit per publicam ſcripturam, parte 3. cap.1. q.3. art. 10. num.8.
Reſultans ex inſtrumento admittit probationem in contrarium, par.2. c.1. q.1. art.8. num.20.
Dummodò fiat per concludentiſſimas probationes, ibid. num.21.
Vel per teſtes omni exceptione maiores, num.23.
Solutionis reſultans ex tribus apochis, admittit probationem in contrarium, parte 2. cap.2. quæſt.4. art.6. numero 39.
Non releuat quando creditor recipit ſolutiones cum proteſtatione, d.art.6. num.40.
Nocet dumtaxat ei, qui apochas fecit, non alteri, ibid. num.42.

Pro-

Probationes leuiores ſufficiunt in Iudicijs poſſeſſorijs, par. 2. cap. 2. q. 5. art. 4. num. 7.

Limit. quando tractatur de præiudicio tertij, art. 4. nu. 8.

Procurator qui pro alio Cenſum emit, poteſt illius fructus exigere proprio nomine, par. 2. cap. 2. q. 2. art. 1. num. 7.

Tenetur tamen cauere de rato, d. art. 1. num. 9.

Quod mirabile eſſe dicunt Scribentes, d. art. 1. num. 10.

Conſtitutus ad recipiendum ſolutiones, aliud facere non poteſt, par. 3. cap. 1. q. 3. art. 7. num. 45.

Debet ad vnguem ſeruare formam mandati, d. art. 7. n. 46.

Conſtitutus ad exigendum fructus Cenſus non poteſt illum retrouendere, d. art. 7. num. 51.

Conſtitutus cum ampliſſima facultate etiam cum libera, &c. non poteſt reducere Cenſum ad minorem reſponſionem annuam, d. art. 7. num. 52.

Prodigus is eſt qui nec modum, nec finem habet expenſarum, par. 1. cap. 2. q. 1. art. 3. num. 1.

Super ſuis bonis Cenſum imponere non poteſt, d. art. 3. n. 2.

Ampl. vt talis impoſitio non firmetur iuramento, d. art. 3. num. 6.

Limit. antequam illi ſit interdicta bonorum ſuorum adminiſtratio, d. art. 3. num. 7.

Res ſuas non poteſt validè alienare, d. art. 3. num. 5.

Intellige poſtquam illi fuit interdicta adminiſtratio bonorum, d. art. 3. num. 7.

Læſus in impoſitione Cenſus, non reſtituitur in integrum, d. art. 3. num. 9.

Intellige reſpectu Cenſus impoſiti antequam illi ſit bonorum ſuorum adminiſtratio prohibita, d. art. 3. num. 11.

Antequam prohibeatur adminiſtrare bona ſua non habetur loco minoris, ſed tantum poſtea, d. art. 3. num. 10.

Prodigo non interdicitur adminiſtratio bonorum ſuorum, niſi cauſa cognita, d. art. 3. num. 12.

Prodigus cui fuit prohibita adminiſtratio illam non reaſſumit, niſi cauſa cognita, d. art. 3. num. 13.

Limit. ſi notoriè conſtet illum rediſſe ad bonam frugem, d. art. 3. num. 14.

Proœmium demonſtrat cauſam finalem diſpoſitionis, par. 1. cap. 1. q. 4. art. 2. num. 15.

Prohibitio alienationis facta in contractu inter viuos, eſt potentior, quàm ſit facta in vltima voluntate, parte 1. cap. 2. q. 1. art. 6. num. 13.

Facta à teſtatore debet intelligi de alienatione libera, non de reſolubili, d. art. 6. num. 14.

Facta vni perſonæ non extenditur ad aliam, d. art. 6. n. 18.

Non includit eam quæ fieret ex cauſa neceſſaria, d. art. 6. num. 21.

Prohibitus expreſsè rem alienare, eſt etiam prohibitus illam hypothecare, par. 1. cap. 2. q. 2. art. 2. num. 7.

Et Cenſum imponere ſuper ea, parte 1. cap. 2. q. 1. art. 6. ſub num. 6.

Promiſſio imponendi Cenſum ſequuta diuturna illius ſolutione, inducit præſumptionem legitimæ Cenſus impoſitionis, par. 1. cap. 4. num. 34.

Promiſſio indemnitatis importat promiſſionem defenſionis etiam in Iudicio ſuſcipiendo in ſe litem, parte 2. cap. 2. q. 3. art. 3. num. 5.

Habet tractum ſucceſſiuum, d. art. 3. num. 8.

Promiſſio & obligatio talis præſumitur qualis fuit facta ſolutio, par. 2. cap. 2. q. 4. art. 4. num. 33.

Promittens indemnitatem tenetur reficere omnes expenſas, quas is, cui eſt facta promiſſio fecit in ſe defendendo, par. 2. cap. 2. quæſt. 3. art. 3. num. 6.

Et ad refectionem intereſſe, quod ille pateretur recipiendo pecunias ſub vſuris pro ſolutione debiti proquo fideiuſſit, d. art. 3. num. 7.

Etiam ad damna futura, d. art. 3. num. 9.

Proprietas vocis ſumitur à communi vſu loquendi, par. 1. cap. 1. q. 3. art. 1. num. 10.

Item ab auctoritate Legiſlatoris, d. art. 1. num. 11.

Etiam quod Legiſlator non dicat illud eſſe propriè tale, d. art. 1. num. 11. & ſeq.

Proprietarius tenetur actione perſonali ad ſolutionem Cenſus ſuper nuda proprietate ab eo impoſiti, par. 1. cap. 3. q. 1. art. 6. num. 5.

Intellige vt d. art. 6. num. 25.

Proteſtatio facta à contrahentibus de communi conſenſu in ipſo contractu ad limitandam obligationem præſeruat ius proteſtantis, par. 2. cap. 1. q. 3. art. 9. num. 1.

Facta in inſtrumento venditionis Cenſus, quod ille cenſeatur impoſitus iuxta formam Bullæ Pij V. ſuper Cenſib. præſeruat illum à nullitate reſultante ob non ſeruatam formam dictæ Bullæ, d. art. 9. num. 2.

Dummodo ſit concepta verbis amplis, & prægnantibus, d. art. 9. num. 3.

Ampl. etiam ſi ſit defectus circa actualem numerationem pretij ipſius Cenſus, d. art. 9. num. 4.

Sed aliqui contrarium tenent in ampliatione, d. art. 9. num. 5.

Vnde cautela eſt vt adeatur ſignatura Sanctiſſimi, ante tamen declaratam nullitatem, non poſtea, d. art. 9. nu. 6.

Limit. ſi talis proteſtatio ſit ſimpliciter concepta non verbis amplis & prægnantibus, d. art. 9. num. 7.

Limit. 2. ſi emptor Cenſus vtatur contractu Cenſus indiſtinctè etiam cum dictis pactis illicitis, d. art. 9. num. 11.

Proteſtatio contraria facto non releuat, d. art. 9. num. 8.

P u

Pupillo acquiritur ex ſtipulatione tutoris abſque ceſſione, vel ratificatione, par. 2. cap. 2. q. 2. art. 1. num. 46.

Puri & purificati idem eſt iudicium, par. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 1. num. 10.

Q u a

QVASI dominus is dicitur, qui habet vtile dominium, par. 1. cap. 1. q. 1. art. 1. num. 10.

Quaſi poſſeſſio exigendi penſionem non probatur ex confeſſione creditoris ad effectum vt manuteneri debeat, par. 2. cap. 2. q. 5. art. 4. num. 11.

Probata per confeſſionem debitoris eſt manutenibilis, d. art. 4. num. 12.

Etiam ſi probetur confeſſione legitimi procuratoris ipſius debitoris, d. art. 4. num. 13.

Dummodo ſit iudicialis, nam extraiudicialis non ſufficit, d. art. 4. num. 14.

Facilius probatur per ſolutiones quæ fiunt ſingulis annis, quàm per ſolutiones quæ fiunt anticipatè vna vice pro pluribus annis, par. 2. cap. 2. q. 4. art. 3. num. 11.

Quaſi poſſeſſio acquiritur per vnicum actum, par. 2. cap. 2. q. 5. art. 4. num. 21.

Intellige vt d. art. 4. num. 22.

In incorporalibus acquiritur per vnicum actum, d. art. 4. num. 23.

Dummodo actus ille non fiat iure familiaritatis, d. art. 4. num. 24.

Quaſi poſſeſſio cui reſiſtit ius commune, qualis dicatur, d. art. 4. num. 27. remiſſiuè.

Cui ius commune non reſiſtit probatur etiam abſque allegatione tituli, d. art. 4. num. 32. & ſeqq. vbi declaratur Rota quæ contrarium ſentire videtur.

Qua

Q u e

Quæ ſunt ſpeciali nota digna niſi ſpecialiter notentur, cenſentur neglecta, parte 2. cap. 1. quæſt. 1. art. 3. numero 18.

Quæ incontinenti fiunt, cenſetur ineſſe, d. quæſt. 1. art. 7. num. 16.

Q u i

Quietantia facta à minore abſque ſolemnitatibus ad fauorem alterius minoris, eſt valida, parte 1. cap. 2. quæſt. 1. art. 2. num. 7.

Quilibet poteſt annuam penſionem gratis concedere ſub obligatione ſua perſonæ, parte 1. cap. 3. quæſt. 1. art. 6. num. 6.

Eſt rei ſuæ moderator & arbiter, parte 2. cap. 2. quæſt. 1. art. 1. num. 6.

Intellige, vt infra, in verbo, Res.

Poteſt rem ſuam liberè diſtrahere, parte 2. cap. 1. quæſt. 3. art. 4. num. 2.

Præſumitur velle ſe obligare legibus loquentibus de actu, quem gerit, par. 3. cap. 1. q. 3. art. 7. num. 27.

Qui in vno grauatur debet in alio releuari, par. 2. cap. 2. q. 1. art. 2. num. 2.

Q u o

Quod ab initio eſt nullum tractu temporis non conualeſcit, par. 2. cap. 1. q. 1. art. 2. num. 20.

Quod diſpoſitum non reperitur cenſetur relictum diſpoſitioni iuris communis, par. 1. cap. 3. q. 1. art. 6. num. 37.

Quod fit vltra modum reducitur ad modum, par. 1. cap. 3. q. 2. art. 2. num. 3.

Quod non reperitur ſublatum ſtare non prohibetur, par. 1. cap. 3. q. 3. art. 2. num. 17.

Quod non tollitur ſtare non prohibetur, parte 3. cap. 1. q. 3. art. 8. num. 17.

Quod nullum eſt, nullum operatur iuris effectum, parte 2. cap. 2. q. 1. art. 4. ſub num. 5.

R a

RATIHABITIO reſultat ex ſcientia & taciturnitate actus facti ad ſui fauorem, par. 2. cap. 2. q. 2. art. 1. num. 48. Etiam quod ſcientia ſit præſumpta, ibi. num. 49.

Ratio legis vbi ceſſat ibi ceſſat illius diſpoſitio, par. 2. cap. 1. q. 3. art. 1. num. 10.

Vbi eſt eadem ibi debet eſſe eadem iuris diſpoſitio, par. 3. cap. 1. q. 1. art. 3. num. 7.

R e

Realis ſolutio probatur ex depoſito facto penes campſorem qui in ſuo libro ſcribit pro creditore in illa ſumma, quæ dicitur ſoluta, eum ad cuius fauorem aſſeritur facta ſolutio, par. 2. cap. 1. q. 1. art. 8. num. 21.

Redemptio Cenſus non eſt noua emptio, ſed prioris reſolutio, par. 3. cap. 1. q. 3. art. 1. num. 5.

Poteſt peti duabus actionibus, parte 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 7. num. 3.

Vt ex reſtitutione pecuniæ ſequatur, neceſſe eſt vt ſolutio fiat expreſsè in cauſam ſortis, d. art. 1. num. 7.

Facta non præcedente Cenſus diſdicta, non eſt legitimè facta, d. art. 1. num. 20.

Probatur per publicum inſtrumentum, d. quæſt. 3. art. 10. num. 1.

In redemptione Cenſus nil debet ſolui vltra pretium receptum tempore venditionis, d. q. 3. art. 1. num. 26.

Redemptio rei venditæ cum pacto redimendi peti poteſt duabus actionibus, par. 3. cap. 1. q. 3. art. 7. num. 4.

Redimens Cenſum pro alio fruſtra deſiderat ſibi fieri ceſſionem iurium, d. q. 3. art. 3. num. 13.

Redimens partem ſuam ſimpliciter, ſi non concipiat verba taliter quod appareat quod vult ſe à reſiduo liberare, remanet in reſiduo obligatus, d. q. 3. art. 8. num. 28.

De æquitate tamen canonica remanet liberatus totaliter, d. art. 8. num. 30.

Redimendi voluntas probatur aliter quam per ſcripturam, d. q. 3. art. 1. num. 6.

Redimi dicitur Cenſus quando reſtituitur pretium illius domino liberè recipienti, d. art. 1. num. 4.

Reditus annui, vide ſupra, Annui reditus.

Regula de non tollendo iure quæſito conſeruat ius quomodocumque quæſitum, par. 2. cap. 2. q. 1. art. 3. num. 7.

Non procedit in iure conditionali, d. art. 3. num. 9.

Illi eſt in ſpecie & expreſsè derogandum, d. art. 3. num. 8.

Remedia poſſeſſoria pro Cenſu formali dantur non ſolum iis, qui Cenſum acquiſiuerunt, ſed etiam illorum hæredibus, par. 2. cap. 2. q. 5. art. 3. num. 1. & 2.

Immo etiam ceſſionario, d. art. 3. num. 6.

Ex ſola poſſeſſione cedentis, d. art. 3. num. 7.

Competunt ſucceſſori in dignitate & officio, d. art. 3. numero 11.

Competunt procuratori irreuocabili conſtituto in rem ſuam, d. art. 3. num. 13.

Competunt contra eum qui impoſuit Cenſum & eius hæredes, d. art. 3. num. 14.

Contra fideiuſſores qui acceſſerunt in contractu Cenſus, etiam quod ipſi numquam ſoluerint, d. art. 3. num. 23.

Contra eos qui ſucceſſerunt in officio & dignitate ei, qui erat ſolitus ſoluere, d. art. 3. num. 24.

Contra quemlibet qui ſucceſſit ei, qui ſolitus erat ſoluere, d. art. 3. num. 25.

Non competunt quando ſubeſt legitima cauſa negandi ſolutiones, d. art. 3. num. 21.

Remedium, l. 2. C. de reſcind. vend. vide ſupra, in verbo, Lex. Saluianum, infra in verbo, Saluianum.

Renunciatio priuilegii ſui fori eſt in iure regulariter permiſſa, par. 2. cap. 1. q. 3. art. 5. num. 37.

Limit. ſi priuilegium ſit conceſſum ordini, vt Clericis ne conueniantur coram Iudice laico, d. art. 5. num. 38.

Limit. 2. ſi ſit conceſſum fauore Iudicis, vt ne vaſallus conueniatur niſi coram ſuo domino, d. art. 5. num. 39.

Limit. 3. niſi ſit conceſſum miſerationis gratia, vt ceſſio bonorum, d. art. 5. num. 40.

Res vendita cum pacto facta redemptione redit libera ad redimentem, par. 1. cap. 2. q. 1. art. 5. num. 5.

Communis vendi poteſt, d. q. 1. art. 7. num. 1.

Et hypothecari, d. art. 7. num. 2.

Oneri Cenſus ſubiici, d. art. 7. num. 3.

Dummodo ſubiugetur ſola pars imponentis, d. art. 7. numero 4.

Rem communem vendens an in dubio cenſeatur totam, an verò dumtaxat eius ratam vendere, diſtingue vt d. art. 7. num. 6. & ſeqq.

Aliena vendi poteſt, parte 2. cap. 2. quæſt. 1. art. 1. numero 11.

Empta ex pecunia aliena efficitur ementis, parte 2. cap. 2. q. 2. art. 1. num. 22.

Niſi nomen ementis fuerit ſimulatè appoſitum, d. art. 1. num. 23.

Tranſit cum ſua cauſa & ſuo onere, parte 2. cap. 2. q. 3. art. 6. num. 9.

Pro-

Propria nemini ſeruit, nec poteſt eſſe obligata, par.3. cap. 1. quaſt.5. num.2.

Cenſui ſuppoſita tranſit cum onere Cenſus, par.2. cap.2. q.3. art.1. num.15. & art.6. num.3. & ſeqq.

Res qua ad Vniuerſitatem pertinent iure priuati patrimonij non poſſunt ab adminiſtratoribus obligari, nec ſuper illis Cenſus imponi abſque ſolemnitatibus, par.1. cap.2. quaſt.3. art.1. num.18.

Qua in nullius ſunt dominio obligari non poſſunt, parte 1. cap.3. in princ. num.3.

Sacra, Religioſa, publica, & his ſimiles in nullius ſunt dominio, d.princ. num.1.

Inutiliter venduntur, parte 1. cap.3. q.3. art.1. num.16.

Res qualibet praſumitur libera, parte 2. cap.2. quaſt.5. art.1. num.12.

Rei ſua eſt quilibet moderator & arbiter, parte 2. cap.1. q.3. art.4. ſub num.11.

Limit. ſi aliter pacto conueniatur, d.art.4. ſub d. numero 11.

Rei appellatione venit perſona, par.1. cap.3. quaſt.1. art.6. num.12.

Reſolutio contractus debet probari per publicam ſcripturam, vel per quinque teſtes, parte 3. cap.1. quaſt.3. art. 10. num.9.

Intellige in contractibus qui requirunt ſcripturam, d.art. 10. num.15.

Reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris, par.2. cap.2. q.2. art.6. num.5. & par.3. cap.1. q.7. num.2.

Reſponſiones annua cenſuales dicuntur reditus, parte 2. cap.2. art.3. num.19.

Aſſimilantur vſuris ſecundum aliquos, d.art.3. numero 20.

Quod non placet Auctori, d. art.3. num.21.

Retractus qui fit iure proximitatis, vel vicinitatis non habet locum in Cenſu vendito, par.1. cap.3. quaſt.1. art.2. num.2.

Habet locum etiam in venditione qua fit ad haſtam à Iudice vendente Iudiciario nomine, par.2. cap.2. quaſt.1. art.4. num.25.

Dummodo vendat alicui tertio licitanti, ſecus ſi addicat creditori, d.art.4. num.28.

Retractus qui fit vigore Bulla Pij V. ſuper Cenſib. regulatur à retractu, qui fit iure conſanguinitatis, vel vicinitatis, d.art.4. num.21.

Poteſt fieri non ſolum quando res Cenſui ſuppoſita fuit vendita, verum etiam quando fuit data inſolutum creditori, d.art.4. num.23. & 24.

Retrahere volens tenetur ſoluere iuſtum pretium, d.art.4. num.20.

Tenetur reſtituere totum & integrum pretium quod fuit erogatum in emptionem rei qua eſt retrahenda, d.art.4. num.19.

Reliqua, vide ſupra, in verbo, Dominus Cenſus.

Retrotractio obligationis ad tempus celebrati contractus fit quando obligatio fuit facta ſub conditione, par.2. cap. 2. q.3. art.5. num.11.

Etiam quod tempore facta obligationis debitor ius nullum haberet in re, vel ad rem, d.art.5. num.11.

Reuenditio Cenſus fit ab illius domino ex neceſſitate praciſa, par.3. cap.1. quaſt.3. art.7. num.8. & art.9. numero 53.

Non eſt alienatio, ſed reſolutio contractus, parte 3. cap.1. q.3. art.7. num.61.

Facta à primo illius emptore eſt valida licet ipſe eo tempore quo Cenſum reuendit non ſit amplius illius dominus, d.art.7. num.31.

Dummodo debitori Cenſus non fuerit legitimè intimata ceſſio illius facta per primum emptorem ad alterius fauorem, d.art.7. num.32. vel

Dummodo debitor Cenſus redimens non habeat plenam & perfectam notitiam dicta ceſſionis, d.art.7. num.33.

Reuenditio Cenſus eſt prioris contractus reſolutio, d.art.7. num.47.

Requirit mandatum ſpeciale, d.art.7. num.49.

An ad reuenditionem Cenſus faciendam compelli poſſit ſecundus illius emptor actione perſonali dubitant Doctores. affirmatiua opinio placet Auctori, d.art.7. numero 14.

Non tamen compelli poteſt actione reali, d.art.7. numero 17.

Reuendens Cenſum emptum viliori pretio à primo illius emptore, poteſt integrum pretium pro ſe retinere, par. 3. cap.1. q.3. art.6. num.22.

R u

Ruin. conſ.94. num.7. lib.4. declaratur, par.3. cap.1. q.1. art.3. num.16.

Ruſticus reſtituitur in integrum aduerſus depoſitum non legitimè factum, par.3. cap.1. q.3. art.9. num.41.

S a

SALVIANVM Interdictum competit cuicumque competit actio hypothecaria, parte 2. cap.2. q.5. art.9. num.2. & 9.

Competit pro fructibus Cenſus, d.art.9. num.8. & 15.

Competit contra quemcumque rei obligata poſſeſſorem, d. art.9. num.11. & 14.

Etiam quod talis poſſeſſor haberet eadem bona ſibi hypothecata, ſed poſterius, d.art.9. num.12.

Competit contra poſſeſſores bonorum Cenſui ſuppoſitorum, d.art.9. num.15.

Competit pro damnis & intereſſe, d.art.9. num.22.

Non datur vigore inſtrumenti in quo ad fauorem creditoris adeſt clauſula conſtituti, d.art.9. num.23.

Limit. in contractu Cenſus, d.art.9. num.24.

In Saluiano debet probari creditum agentis cum hypotheca poſſeſſio impoſitoris Cenſus de tempore impoſitionis, vel poſtea, & poſſeſſio praſens rei conuenti, d.art.9. numero 16.

S c

Scientia, & taciturnitas eius, pro quo abſente fuit acta acquiſitio habetur pro eius ratificatione, parte 2. cap.2. q.2. art.1. num.48.

Etiam quod ſit ſcientia praſumpta, d.art.1. num.49.

S e

Se mouentia veniunt appellatione mobilium, par.1. cap.3. q.1. art.4. num.15.

Licet afferant vtilitatem, non tamen reddunt fructum ſecundum eorum naturam, d.art.4. num.16. & 18.

Se mouentium vita non eſt perpetua, d.art.4. num.17.

Sententia lata ſuper executione inſtrumenti non mandatur executioni contra perſonam haredis debitoris, niſi prius facta excuſſione ſaltem in confuſo, quod non extent bona hareditaria, par.2. cap.2. q.5. art.6. num.33.

Non ſuſpenditur per appellationem, d.art.6. num.34.

Niſi contineat liquidationem, vel complexionem negocij principalis, d.art.6. num.35.

Appellatio tamen omni caſu deuoluit, d.art.6. num.36,

Suſpen-

Suſpenditur per exceptiones permiſſas in Camerali obligatione, d.art.6. num.37.
Nulla exceptione ſuſpenditur, d.art.6.num.38.
Maximè ſi inſtrumentum ſuper cuius executione fuit lata ſit vallatum camerali obligatione, d.art.6.num.39.
Et munitum iuramento, d.art.6.num.40.
Non retardatur exceptione ſimulationis Cenſus, d.art.6. num.41.
Nec per moratorias, aut quinquennales dilationes, d.art.6. num.42.
Nec per exceptionem ceſſionis bonorum, d.artic.6. numero 43.
Sententia lata pro futuris præſtationibus poteſt mandari executioni abſque nouo libello, & nouo proceſſu, d.q.5. art.7. num.20.
Implorato tamen Iudicis officio pro dicta ſententia executione, d.art.7.num.21.
Lata in Saluiano non eſt appellabilis, d.quaſt.5. art.9, numero 82.
Declarat. vt d.art.9. num.87. remiſſiuè.
Lata in interdicto vnde vi ad fauorem domini Cenſus, quomodo ſit concipienda, d.q.5. art.2. num.13.
Seruitus extinguitur ſi prædium ſeruiens tranſeat in dominium domini fundi dominantis, parte 3. cap.1. quaſt.5. num.3.
Intellige ſi tranſeat totum prædium, ſecus ſi illius pars, d.q.5. num.8.
Non extinguitur ex eo quod Dominus prædij dominantis efficiatur dominus prædij ſeruientis, ſi remaneat pars fundi, quæ ſeruire poſſet, d.q.5. num.8.
Seruus parit fructus operando, parte 1. cap.3. quaſt.1. art. 6. num.13.

S i

Simulatio non poteſt conſiderari vbi actus habet fomentum ex veritate præexiſtentis cauſæ, parte 2. cap.1. quaſt.1. art.5. num.32.
Singularis numerus plura complectitur, quando in omnibus viget eadem ratio, par.1. cap.3. q.3. art.2. num.16.

S o

Societates officij ſunt licitæ propter generalem obſeruantiam, par.1. cap.1. q.4. art.4. num.7.
Societas officij contracta ſuper duobus officijs, vno vendito ſuſtinetur in alio ſe ſit capax, par.1. cap.3. quaſt.2. art. 2. num.9.
Differt à Cenſu vitalitio, par.3. cap.1. q.1. art.1. nu.27.
Non poteſt ſubſiſtere ſine officio, tamquam eius ſubiecto, ibid. num.28.
Vt diſſoluatur eſt neceſſaria expreſſa intimatio & diſdicta, par.3. cap.1. q.3. art.9. num.44.
Durat durante termino quindecim dierum diſdictæ, d.art. 9. num.46.
Solemnitas eadem requiritur in contrahendo, & diſtrahendo, par.3. cap.1. q.3. art.10. num.3.
Requiſita à lege in contractu eſt ſeruanda à qualibet perſona contrahente, par.2. cap.1. q.2. num.19.
Intellige de ſolemnitate quæ reſpicit perſonas ipſorum contrahentium, d.q.2. num.20.
Solemnitates quæ requiruntur in alienationibus rerum alicuius Vniuerſitatis, par.1. cap.2. q.3. art.1. n.11. & ſeqq.
Solidorum mentio facta in obligatione, puta de ſoluendo libras centum tot ſolidorum pro libra, non cenſetur facta ad demonſtrandum quod ſolidi ſint in obligatione, ſed de qua libra contrahentes intellexerint, parte 2. cap.2. q.4. art.4. num.17.
Soluens poſt tempus dicitur minus ſoluere, parte 2. cap.1. q.3. art.2. num.7.
Anticipatè dicitur plus ſoluere, d.art.2. num.8.
Allegans ſe ſoluiſſe per errorem non debet audiri, par.2. cap.2. q.3. art.9. num.13.
Limit.1. ſi ſoluat minori ſpatio quam decem annorum, d. art.9. num.14.
Limit.2. ſi non conſtet ſolutiones fuiſſe factas ex cauſa legitima, niſi per ſimplicem aſſertionem recipientis, d. art.9. num.17.
Declar. procedere quando apparet ſolutionem fuiſſe factam ex cauſa quæ allegatur, d.art.9. num.15.
Soluens per tempus immemorabile non admittitur ad probandum ſe ſoluiſſe per errorem, d.art.9. num.37.
Limit. ſi error ſit euidens, & titulus apparenter vitioſus, ibidem.
Soluens non poteſt repetere ſolutum tamquam indebitum, niſi concludenter indebitum probet, d.art.9. num.21.
Tamquam debitor ſibi præiudicat quoad recipientem, par. 2. cap.2. q.5. art.9. num.68. & 71.
Secus quoad alios, d.art.9. num.69.
Niſi pro alijs aliquis recipiat, vel ſtipuletur, d.art.9. numero 70.
Præiudicat non ſolum ſibimet, d.art.9. num.71.
Sed etiam ſuis hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque, d.art.9. num.72.
Dummodo ſolutio facta fuerit ex certa ſcientia, ſecus ſi per errorem, d.art.9. num.73.
Soluere pro alio quilibet poteſt, par.3. c.1. q.3. art.3. n.15.
Cenſum tenetur ille qui illum impoſuit, par.2. cap.2. q.3. art.1. num.1.
Reliqua ſupra, in verbo, Cenſum ſoluere.
Soluit, hoc verbum, verificatur in qualibet ſatisfactione, par.2. cap.1. q.1. art.8. num.18. Limita ſi dicatur ſoluit pecuniam, d.art.8. num.19.
Solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio, par.2. cap.2. q.5. art.9. num.51.
Solutionis ſubſtantia conſiſtit in numeratione, par.2. cap.1. q.1. art.8. num.26.
Solutio facta per 30. annos, & vltra, probat cauſam ſoluendi, ſed præſumptiuè, par.2. cap.2. q.3. art.9. nu.33.
Solutio momentanea ſi vtilitatem afferat eſt conſiderabilis, par.2. cap.1. q.1. art.5. num.23.
Pretij in contractu emptionis & venditionis, licet ſit conuentum pretium in pecunia numerata, poteſt fieri in alia ſpecie æſtimata, d.q.1. art.5. num.2. & ſeqq.
Facta ei cum quo eſt celebratus contractus liberat debitorem ſoluentem, parte 2. cap.2. quaſt.2. art.1. numero 51.
Facta à fideiuſſore fideiuſſorio nomine non extinguit primæuam obligationem, d.q.2. art.15. num.15.
Facta à fideiuſſore probatur confeſſione creditoris contra principalem debitorem, d.art.5. num.17.
Nuda à cauſa tantum operatur, quantum ex ea de neceſſitate infertur, par.2. cap.2. q.3. art.9. num.19.
Immemorabilis habet vim tituli, d.art.9. num.25.
Releuat ab onere allegandi titulum, nec admittit probationem in contrarium, d.art.9. num.26.
Habet vim cauſæ, par.2. cap.2. q.5, art.1. num.20.
Solutio ſequens declarat qualis fuerit præcedens obligatio, & promiſſio, par.2. cap.2. q.4. art.4. num.33.
Facienda certo tempore ſub pœna caducitatis, non poteſt fieri alio tempore inuito creditore, d.quaſt.4. art.3. numero 6.

Solutio debiti contracti ratione alicuius rei fieri debet in loco vbi rei ſita eſt, d.q.4.art.5. num.19.

Eſt probanda ab eo qui illam allegat, d.q.4. art.6. numero 2.

Maximè quando eſt facienda illi, qui habet ius in re, d.art. 6. num.3.

Non poteſt fieri ſine impenſa, parte 2. cap. 2. q.5.art.4. num.17.

Præſumitur facta de mandato debitoris, d. art.4. numero 17.

Facta cum proteſtatione quod ſoluitur metu mandati executiui, non probat quaſi poſſeſſionem exigendi, d.art.4. num.19.

Facta ab vno non præiudicat alijs, qui non habent cauſam ab eo, parte 2.cap.2.q.5. art.9. num.76.

Solutio debiti licet non tribuat titulum recipienti, probat tamen debitum, d.art.9. num.74.

Contra tamen dictam probationem admittitur probatio, d.art.9. num.75.

Simpliciter facta cedit prius in cauſam fructuum, quam in cauſam ſortis, par. 3. cap.1. q.3. art.1. num.8.

Cenſetur facta pro debito puro, d.art.1. num.11.

Et pro debito quod habet exetutionem paratam, d.art.1. num.12.

Solutio debet probari iiſdem modis, quibus probatur eiuſdem debiti conſtitutio, d.q.3. art.10. num.5.

Debiti ſuper quo eſt confecta publica ſcriptura non poteſt probari minori numero quinque teſtium, d.artic.10. num.7.

Intellige quando in conſtitutione debiti partes conuenerunt vt de eo fieret publica ſcriptura, & non erant aliter contracturi, d.art.10. num.14.

Solutio debiti fieri poteſt de moneta currenti tempore ſolutionis, quando fuit promiſſa ſolutio de moneta currente, parte 2.cap.2. q.4.art.4. num.6.

Habito tamen reſpectu ad valorem monetæ currentē tempore ſactæ obligationis, d.art.4. num.7.

Solutio fieri debet in moneta conuenta quatenus extet, quando fuit promiſſum certum genus pecuniarum, d.art.4. num.8.

Ex generali tamen conſuetudine poteſt ſolui tantundem de alia moneta iuxta valorem monetæ conuentæ currentem tempore ſolutionis, d.art.4. num.9.

Limitatur 2. vt d.art.4. num.10. & infra.

Solutio quando eſt repoſitum in facultate debitoris ex quo genere pecuniarum fiat, poteſt fieri ex quocumque genere monetarum æſtimato iuxta valorem monetæ, quæ eſt in obligatione, d.art.4. num.13.

Solutio poteſt fieri ex qualibet moneta, quando in obligatione eſt moneta imaginaria, habita tamen ratione ad valorem monetæ debitæ, quæ currit tempore ſolutionis faciendæ, d.art.4. num.15.

Limit. ſi dicta moneta ſit alterata iuxta bonitatem intrinſecam, quia tunc attenditur valor dictæ monetæ, qui currebat tempore factæ obligationis, dicto artic.4. numero 16.

Quæ fieri debet reſpectu certi facti explicandi vigore legis vel ſtatuti, debet fieri iuxta valorem monetæ currentis tempore quo factum illum explicatur, dicto art.4. num.18.

Pro extinctione debiti de iure fieri debet de moneta exiſtente tempore contractæ obligationis, dicto artic.4. numero 20.

Ex generali tamen conſuetudine eſt in electione debitoris an ſoluat monetam, quæ eſt in obligatione, an verò illius valorem iuxta tempus ſolutionis, dicto artic.4. numero 22.

Solutio fieri debet iuxta valorem monetæ currentem tempore ſolutionis quādo moneta eſt alterata extrinſecè, d.artic.4. num.25.

Sed quando eſt alterata intrinſecè, debet fieri de moneta antiqua ſi extat, & creditoris interſit, d.artic.4. numero 27.

Si non extet, vel creditoris non interſit, debet fieri de moneta noua iuxta valorem antiquæ, d. articulo 4. numero 28.

Limit. ſi tempore obligationis fuiſſet ſuſpitio mutationis faciendæ, d.art.4. num.29.

Limit. 2. ſi creditor recepit ſolutionem in vna ſpecie monetæ pro alia abſque contradictione, d.art.4. num.31.

Dummodo probetur valor monetæ antiquæ, d. artic.4. numero 30.

Solutionum diuiſio ſolet afferre incommoda recipienti, par. 2.cap.1. q.3. art.8. num.26.

Solutiones particulares nemo compellitur inuitus recipere, d.art.8. num.27.

Solutio Cenſus in dubio facienda eſt tempore quo conſueuit in regione, par.2, cap.2. q.4. art.2. num.7.

Si fiat ſingulis annis vel ſingulis ſemeſtribus eſt vtilior domino cenſus, quam ſi fiat vnica vice pro pluribus annis, d.q.4.art.3.num.9.

Cum fiat ratione fructuum rei ſuppoſitæ debet fieri in loco vbi res ſubiugata reperitur, d.quaſt.4. artic.5. numero 20.

Quando retardari poſſit per exceptionem nullitatis contractus cenſualis, d.q.4. art.1. per tot.

Solutio Cenſus facta per decem annos inducit præſumptionem Cenſum fuiſſe legitimè impoſitum, parte 1. cap.4. num.33.

Anticipata, vide ſupra, in verbo, Anticipata.

Solutio pretij Cenſus quod ſit facta coram Notario & teſtibus in ipſo actu contrahendi probatur ex aſſertione Notarij id aſſerentis in inſtrumento, parte 2. cap.1.q.1. art. 8. num.1.

Solutio fructuum cenſus probatur per inſtrumentum refutationis, parte 2. cap.2. q.4. art.6. num.7.

Item ex libro rationum domini cenſus, d.artic.6. numero 8.

Item per confeſſionem eiuſdem domini cenſus, d.art.6. num. 10. & par.2. cap.2. q.5.art.4.num.9.

Item per teſtes, d.art.6. num.16. & infra.

Dummodo deponant de ſolutione, & quod ea ſit facta ex cauſa cenſus de quo agitur, d.art.6. num.18.

Item per præſumptiones, d.art.6. num.24.

Etiam ad fauorem domini Cenſus, vt manuteneatur in quaſi poſſeſſione exigendi, d.art.6. num.25.

Solutio fructuum cenſus probatur ſi probentur tres ſolutiones proximæ in præteritum factæ, dicto artic.6. numero 26.

Intellige 1. ſi dictæ tres ſolutiones ſint diſtinctæ & ſeparatæ, & de illis appareant tres apochæ, d.artic. 6. numero 27.

Idem ſi appareant tres apochæ continentes ſingulæ ſolutiones pro tribus annis, & ſic pro nouem annis ſimul iunctæ, d.art.6. num.28.

Intellige 2. ſi illæ tres ſolutiones ſint pro tribus annis proximè præteritis, ſecus ſi non pro tribus annis immediatè præcedentibus, d.art.6. num.29.

Intellige

Intellige 3. dummodo dicta tres ſolutiones ſint pro tribus annis, nec ſufficerent pro tribus ſemeſtribus, d. art. 6. num. 30. 32. & ſeqq.
Solutio partis Cenſus impedit præſcriptionem totius Cenſus, par. 3. cap. 1. q. 8. art. 1. num. 5.
Sors principalis in contractu Cenſus non eſt ita debita ut exigi poſſit, par. 2. cap. 2. q. 2. art. 4. num. 2.

S p

Specialia duo eodem tempore circa eandem rem non poſſunt concurrere, parte 2. cap. 2. q. 3. art. 8. num. 5. & art. 9. num. 22.
Species qualibet propriè ineſt ſuo generi, parte 1. cap. 1. q. 4. art. 1. num. 5.
Spoliatiuum remedium an competat pro præſtationibus merè perſonalibus dubitant Doctores, parte 2. cap. 2. q. 5. art. 2. num. 14.
Competit abſque dubio pro præſtationibus realibus, d. art. 2. num. 15.
Spoliato iure exigendi Cenſum datur utile Interdictum unde vi, par. 2. cap. 2. q. 5. art. 2. num. 12. & 15.
Quomodo ſit in eo Iudicio concipienda ſententia, d. art. 2. num. 13.

S t

Statutum pœnale odioſum & correctorium non comprehendit id quod non eſt proprietale, par. 1. cap. 3. q. 1. art. 2. num 29.
Prohibens alienare bona immobilia in forenſes non comprehendit impoſitionem Cenſus ad fauorem forenſis factom, d. art. 2. num. 33.
Sterilitas unius temporis compenſatur cum ubertate alterius, par. 1. cap. 3. q. 2. art. 3. num. 9.
Stipulatio eſt adinuenta de iure ciuili, parte 1. cap. 1. q. 2. num. 20.
Eſt contractus nominatus, parte 1. cap. 1. quæſt. 4. art. 1. num. 11.
Stipulatio Notorij ſuffragatur abſenti, vel quando eſt facta copulatiuè ad fauorem ſtipulantis, & abſentis, parte 2. cap. 2. q. 2. art. 1. num. 35.
Vel quando eſt facto in inſtrumento habente paratam executionem, vel cameralem obligationem, d. artic. 1. numero 36.
Ex ſtipulatione illi tantum acquiritur in quem diriguntur verba obligatoria, d. art. 1. num. 41.
Etiam quod contrahentes iurauerint ſuper obſeruantia dicti contractus, d. art. 1. num. 42.

S u

Sublatum quod non reperitur ſtare non prohibetur, parte 3. cap. 1. q. 3. art. 8. num. 17.
Subſtantia contractus cenſualis quando ſubijcitur res communis conſiſtit ut pars ſubiugantis ſit capax totius Cenſus, non quod totus fundus qui ſupponitur ſit imponentis, par. 1. cap. 2. q. 1. art. 7. num. 16.
Subſtantia rei idem eſt quod eius natura ſecundum Philoſophos, ſecus ſecundum Legiſtas, parte 1. cap. 5. quæſt. 3. art. 1. num. 15.
Subſtantia contractus nil aliud eſt quam ipſa diſpoſitio contrahentium, d. art. 1. num. 16.
Rei eſt id quod primum res aliquid eſt, & ponit rem in quidditate, d. art. 1. num. 17.
Subſtantialia contractus ſunt ea, ſine quibus diſpoſitio contrahentium eſſe non poteſt, d. art. 1. num. 18.
Summa deponenda pro extinctione Cenſus ſi non ſit liquida debet ultra depoſitum certæ quantitatis præſtari fideiuſſor de ſupplendo reſiduum ſi quod erit facta liquidatione, parte 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 9. num. 41.
Super, hæc particula, ſignificat qualitatem rei inhærentem, par. 1. cap. 1. q. 3. art. 2. num 8.
Supponere rem Cenſui nil aliud eſt quam illam obligare, par. 1. cap. 2. q. 2. art. 1. num. 2.
Suſceptio caſuum fortuitorum generaliter facta abſque illorum ſpecificatione eſt in iure prohibita, parte 2. cap. 1. q. 3. art. 3. num. 1.
Suſcipiens onus extinguendi Cenſum ab alio impoſitum, illum poteſt redimere, par. 3. cap. 1. q. 3. art. 3. num. 7.
Et redimit tamquam principalis debitor, d. art. 3. nu. 10.
Non tenetur tamen extinguere, niſi cum conditionibus conuentis tempore ſuſceptionis dicti oneris, d. art. 3. num. 11.
Suus, ſua, ſuum. Hoc relatiuum deſignat dominium, & proprietatem, par. 1. cap. 2. q. 1. art. 1. num. 2.

T a

T ACITVRNITAS minoris per quinquennium, poſtquam eſt effectus maior validat contractum nullum ob defectum cuiuſcumque ſolemnitatis etiam de iure Canonico, parte 1. cap. 2. q. 1. art. 2. num. 21. & ſeq.
Limitat. ut d. art. 2. num. 23.

T e

Temporale dicitur id quod eſt breui tempore duraturum, par. 1. cap. 3. q. 1. art. 2. num. 21.
Tempus vendi non poteſt. par. 2. cap. 1. q. 1. art. 2. num. 4.
Tempus faciendæ ſolutionis Cenſus pecuniarij non reperitur in iure determinatum, par. 2. cap 2. q. 4. art. 2. nu. 2.
Tempus adiectum ſolutioni in dubio cenſetur adiectum fauore debitoris, d. q. 4. art. 3. num. 3.
Terminus qui aſſignatur ad deliberandum an quis velit emere ſolet eſſe duorum menſium, par. 2. cap. 1. quæſt. 3. art. 4. num. 11.
Terminus aſſignatus eſt in dubio dierum continuorum non utilium, par. 2. cap. 2. q. 1. art. 2. num. 21.
Maximè quando negotium non tractatur in forma Iudicij, d. art. 2. num. 22.
Tertius comparens in Saluiano impedit immiſſionem, ſi doceat, ſaltem ſummariè & ſemiplenè de iure ſuo, par. 2. cap. 2. q. 5. art 9. num. 86.
Teſtamentum diuerſis reſpectibus dicitur de iure gentium, vel ciuili, par. 1. cap. 1. q. 2. num. 26.

T i

Titulus nullus ex eo quod ſit contra ius non poteſt ex ſubſequente effectu & obſeruantia validari, par. 2. cap. 2. q. 3. art. 9. num. 6.
Titulus quaſi poſſeſſionis iuſtificatur per quales quales probationes, etiam præſumptiuas. par. 2. c. 2. q. 5. art. 4. nu. 29.
Iuſtificatur potius ad colorandam bonam fidem, quam ad probationem tituli, d. art. 4. num. 30.
Dicitur nullus ex pluribus cauſis, par. 2. c. 2. q. 3. art. 9. n. 7.
Differt à cauſa ſoluendi, d. art. 9. num. 28.

T o

Totum integrale deſtruitur deficiente una ex ſuis partibus integralibus, par. 3. cap. 1. q. 1. art. 3. num. 10.

T u

Turbato in iure exigendi Cenſum datur interdictum utile uti poſſidetis, par. 1. cap. 2. q. 5. art. 2. num. 19.
Etiam pro omnibus fructibus decurſis etiam ante petitam manutentionem, d. art. 2. num. 20.
Tutior via eſt ſemper eligenda, par. 2. c. 1. q. 1. art. 3. n. 15.
Tutor poteſt exigere credita ſui pupilli p. 2. c. 2. q. 2. art. 3. n. 10.

Non poteſt reuendere Cenſum ſui pupilli abſque debitis ſolemnitatibus, par. 3. cap. 1. q. 3. art. 7. num. 4.

Tutor exigens abſque ſolemnitatibus annuos Cenſus debitos ſuo pupillo, non dat debitori pleniſſimam liberationem, par. 2. cap. 2. q. 2. art. 3. num. 18. & ſeqq.

V a

VALOR monetæ debet æſtimari iuxta illius curſum, qui eſt in loco celebrati contractus, non autem loci deſtinatæ ſolutionis, par. 2. cap. 2. q. 4. art. 4. num. 39.

Valor fructuum variatur, d. art. 4. num. 1.

Vaſallus non poteſt ſuper re feudali Cenſum imponere, par. 1. cap. 2. q. 2. art. 1. num. 1.

Intellige de Cenſu perpetuo ex quo res ſubiugata remanet perpetuo obligata, d. art. 1. num. 9. & 11.

Limit. ſi in inueſtitura haberet facultatem alienandi, d. art. 1. num. 15.

Limit. ſi imponeret Cenſum ſuper melioramentis per ipſum in dicta re feudali factis, d. art. 1. num. 16.

Non poteſt abſque conſenſu domini alienare rem quam in feudum retinet, d. art. 1. num. 4.

Immo nec hypothecare, d. art. 1. num. 5.

Vaſallus poteſt alienare fructus rei feudalis, d. art. 1. num. 6.

Scilicet fructus à ſolo ſeparatos, d. art. 1. num. 7.

Non poteſt in re feudali præiudicare Domino, nec agnatis in eadem inueſtitura comprehenſis, ſibi tamen poteſt, d. art. 1. num. 12.

Vaſallus non poteſt in re feudali ſeruitutem conſtituere in præiudicium domini, vel agnatorum, d. art. 1. num. 13.

V b

Vbi in iure non reperitur caſus deciſus, proceditur de ſimilibus ad ſimilia, parte 2. cap. 2. quæſt. 4. art. 4. num. 44.

Vbi eſt eadem ratio ibi debet eſſe eadem iuris diſpoſitio, par. 1. cap. 3. q. 2. art. 2. num. 7.

V e

Vendens rem quam habet cum alio communem emptori ignoranti dictam communionem totam cenſetur vendere, par. 1. cap. 2. q. 1. art. 7. num. 6. & 11.

Secus ſi emptor ignorabat dictam communionem, quia tunc cenſetur vendere dumtaxat ius ſuum, d. artic. 7. numero 11.

Vendens rem communem ignoranti dictam communionem tenetur illum certiorare de dicta communione, aliàs ſibi debet imputare damnum quod inde ſenſit, d. art. 6. numero 12.

Vendens prædium, ſi ex illius pretio Cenſum nulliter emat ab ipſo emptore prædij, poteſt dicti prædij fructus licitè percipere, parte 2. cap. 1. q. 1. art. 5. num. 25.

Vendens rem cum pacto de redimendo concepto in rem, & verbis directis poteſt illam redimere à quocumque etiam tertio poſſeſſore, par. 2. cap. 2. q. 1. art. 4. num. 6.

Et abſque dubio quando pro obſeruantia dicti pacti fuit in ſpecie hypothecata res ipſa vendita, d. artic. 4. numero 12.

Venditio ratione incertitudinis rei venditæ vitiatur, par. 1. cap. 1. q. 4. art. 2. num. 4.

Limit. de iure Canonico vbi contractus eſt iuratus, d. art. 2. num. 8. & 10.

Sublimit. vbi certitudo requiritur pro forma, d. art. 2. num. 11.

Rei ſacræ, religioſæ, publicæ, & aliarum quæ non ſunt in commercio noſtro eſt nulla, par. 1. cap. 3. quæſt. 3. art. 1. num. 16.

Certæ partis quotitatiuæ fructuum valet, parte 1. cap. 1. q. 4. art. 2. num. 17.

Venditio facta cum pacto de redimendo eſt vera & perfecta, par. 1. cap. 2. q. 1. art. 5. num. 2.

Etiam quod facultas redimendi ſit perpetua, par. 2. cap. 1. q. 3. art. 7. num. 1.

Cum pacto quod dominium rei non tranſeat in emptorem, niſi ſoluto pretio eſt vera & perfecta, par. 1. cap. 2. q. 3. art. 4. num. 2.

Venditio non valet eo ipſo quod interueniat res & pretium, quia poteſt contingere quod res vendita non ſit in commercio, par. 1. cap. 3. q. 3. art. 1. num. 15.

Venditio iurium eſt de iure valida, par. 2. cap. 1. q. 1. art. 2. num. 10.

Venditio abſque pretio conſiſtere non poteſt, d. q. 1. art. 3. num. 1.

Et illud debet eſſe certum, d. art. 3. num. 2.

Rei alienæ valet & tenet, par. 2. cap. 2. q. 1. art. 1. nu. 11.

Facta à Iudice Iudiciario nomine, cenſetur perinde ac ſi eſſet facta ab ipſa parte, par. 2. cap. 2. quæſt. 1. artic. 4. num. 26.

Et dicitur voluntaria cum voluntariam originem habeat, d. art. 4. num. 27.

Venditio quæ habet principium voluntarium licet fiat à venditore coacto per Iudicis ſententiam dicitur voluntaria, d. art. 4. num. 27.

Venditio rei, & tranſlatio dominij illius ſunt diuerſa, par. 2. cap. 2. q. 1. art. 1. num. 9.

Requirit mandatum ſpeciale, par. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 7. num. 49.

Venditione reſoluta ex pacto legis commiſſoriæ reſtituitur res empta vnà cum fructibus perceptis, parte 2. cap. 1. q. 3. art. 8. num. 5. & ſeqq.

Venditio Cenſus eſt licita ſicut venditiones aliorum iurium, par. 2. cap. 1. q. 1. art. 2. num. 5. & ſeqq.

Etiam cum pacto quod poſſit quandocumque redimi, par. 2. cap. 1. q. 3. art. 7. num. 2.

Cenſus differt à venditione fructuum ratione incertitudinis, par. 1. cap. 1. q. 4. art. 2. num. 18.

Venditio Cenſus poteſt reſcindi ratione nullitatis vbi læſio incidit vltra dimidium iuſti pretij, parte 2. cap. 1. q. 1. art. 3. num. 22.

Fundi cenſiti prætermiſſa denunciatione domini Cenſus, non dicitur perfecta, par. 2. cap. 2. q. 1. art. 4. num. 4.

Immo eſt nulla, d. art. 4. num. 5.

Ex venditione Cenſus ſi venditor non habeat res fructiferas non reſultat contractus venditionis Cenſus, ſed mutui ſub vſuris, par. 1. cap. 3. q. 2. art. 1. num. 4.

Venditor non tenetur in emptorem transferre dominium rei venditæ, ſed dumtaxat illum tradere, par. 2. cap. 2. q. 1. art. 1. num. 10.

Non tenetur de vitio ſuperueniente in re vendita poſt perfectam venditionem, par. 3. cap. 1. q. 1. art. 1. num. 13.

Non certiorans emptorem de rei venditæ qualitate ſibi debet imputare ſi inde aliquod damnum ſenſit, par. 1. cap. 4. q. 1. art. 7. num. 9.

Qui ex pacto tenetur aliquem requirere an velit emere rem debet illum requirere, & curare vt ei præfigatur terminus ad deliberandum, qui ſolet eſſe duorum menſium, par. 2. cap. 1. q. 3. art. 4. num. 11.

Venditor Cenſus non eſt propriè debitor reſpectu ſortis, par. 2. cap. 2. q. 5. in princ. num. 2.

Venditor Cenſus & illius fideiuſſor quo ad emptorem cenſuc ſunt correi debendi, par.2. cap.1.q.2. num.24.

Sed quoquo ad uenditorem cenſuc ipſe fideiuſſor retinet propriam naturam fideiuſſionis, d,q.2. num.25.

Verba legis ſunt capienda in ſpecie, immo in indiuiduo, non in genere, par.1. cap.3.q.3. art.1. num.28.

Debent intelligi in caſu vero non in ficto, par.2.cap.1.q.1. art.7. num.10.

Cui non conueniunt nec eius diſpoſitio poteſt aptari, par.2. cap.2. q.4. art.6. num.35.

Verba debent applicari ad intellectum ſanum & ciuilem, par. 1.cap.3.q.3.art.2. num.5.

Debent intelligi vt excludatur contractuc illicituc, d.art. 2. num.5.

Verba executiua vel obligatiua ſtipulationis, an in aliquem ſint collata quid interſit, parte 2.cap.2.q.2. art.1. num. 38. & ſeqq.

Vide ſupra, in verbo, Ic in quem.

Verborum proprietas, vide ſupra, in verbo, Proprietas.

Verè, hac particula, veritatem & proprietatem ſignificat, par.2. cap.1. q.1. art.7. num.10.

V i

Via executiua non competit, quando inſtrumentum cuius vigore agitur fuit per Iudicis ſententiam vulneratum, par.2.cap.2.q.5. art.6. num.22.

Siue ſit vulneratum per primam, ſiue per alteram ſententiam, d.art.6. num.23.

Non competit contra non nominatum in inſtrumento, d. art.6. num.20.

Non competit quando inſtrumentum ex quo agitur, eſt conditionale, d.art.6. num.24.

Limit. Si citato reo conſtet conditionem fuiſſe purificatam, d, num, 24.

Non competit quãdo fuit cœptum agi via ordinaria, d.art. 6. num.26.

Limit. ſi reuc conuentus via ordinaria fuit contumax, d.artic.6.num.27.

Non competit vigore inſtrumenti de cuiuc nullitate fuit antea cœptum agi via ordinaria, d.art.6. num.29.

Intentata contra vnum coram vno Iudice poteſt contra eandem vel aliam perſonam coram eodem, vel alio Iudice intentari, d.art.6. num.30.

Limit. ſi ex primo iudicio fuiſſet creditori integraliter de ſuo credito ſatisfactum, d.art.6. num.31.

Via executiua pro fructibus cenſus competit non ſolum ei qui cenſum emit, ſed etiam eiuc ceſſionario, d.artic.6. num.7.

Intellige ſi doceat de ceſſione, & de exiſtentia ſui crediti, d.art.6. num.8.

Competit hæredibuc domini cenſus, d.art.6. num.9.

Dummodo doceat ſe eſſe hæredem, d.art.6. num.10.

Competit ei pro quo eius procurator cenſum emit, d.art.6. num.11.

Competit contra hæredes uenditoris cenſus, d.art.6.nu.12.

Dummodo ante executionem liqueat quod ſit hæres, d.art. 6. num.13.

Etiam contra hæredes cum beneficio legis, & inuentarij, d. art.6. num.15.

Intellige quo ad hæredec cum beneficio inuentarij, vt d.artic.6. num.16.

Competit contra fideiuſſorec præſtitoc in contractu cenſuc, d.art.6. num.17.

Et contra eorum hæredes, d.art.6. num.18.

Dummodo liqueat quod ſint hæredes, d.art.6. num.13.

Non competit contra poſſeſſorem prædij oneri cenſus ſubiugati, d.art.6. num.19.

Limit. ſi talis poſſeſſor compareat, & ſuſcipiat in ſe iudicium, d.art.6. num.21.

Non competit ad repetendam ſortem principalem cenſus etiam in ijs caſibus in quibus de iure ſors repeti poteſt, d.art.6. num.25.

Via executiua ſuſpenditur donec pendet iudicium ſuper nullitate vel iniuſtitia cenſus, ſecundum Felician. par.2. cap.2.q.4. art.1. num.1.

Dummodo de nullitate vel iniuſtitia doceatur incontinenti, d.art.1. num.2.

V n

Vna res faciliùs perit, quam pereant plures, par.1. cap.3. q.3. art.1. num.11.

Vnus ex pluribus hæredibuc debitoris cenſus nõ poteſt cogere dominum cenſus vt ſibi reuendat partem illius ſibi iure hæreditario tangentem, par.3. cap.1. q.3. art.2. nu.7.

Vnus ex pluribus hæredibus debitoris cenſus poteſt totum cenſum redimere, d.art.2. num.8.

Vnus ex pluribus condominis Cenſus non poteſt alijs quo ad eorum partem præiudicare, d.q.3. art.7. num.39.

Vnus ex pluribus inſolidum obligatis in contractu cenſuc, ſi partem redimat non remanet liberatus à reſiduo, ſecundum magis communem opinionem, d.q.3. artic.8. num.23.

Niſi redimendo vtatur verbis ex quibus colligi poſſit eum voluiſſe ſe à reſiduo liberare, & dominus cenſus acquieuerit, & non fuerit proteſtatus, d.art.8. num.25.

Etiam ſi alij correi & fideiuſſores non ſint ſoluendo, d.artic.8. num.26.

Secus ſi dominus cenſus recipiat partem cum proteſtatione quod recipit ſine præiudicio ſuæ obligationis inſolidum, d.art.8. num.27.

V o

Voluntas agentis regulatur à poteſtate, parte 1. cap.2. q.1. art.7. num.8.

Votum captandæ alienæ mortis iura abhorrent, par.1.cap.1. q.4. art.3. num.15.

Declar. vt d.art.3. num.21. & ſeqq.

V ſ

Vſufructuarius non eſt dominus rei cuius habet vſumfructum, ſed dicitur dumtaxat habere ius in re, par.1.cap.2. q.3. art.3. num.1.

Dicitur propriè dominus iuris quod habet vtendi & fruendi, d.art.3. num.6.

Non eſt dominus fructuum antequam illoc percipiat, par. 2. cap.2. q.2. art.4. num.9.

Vſufructuarius tenetur recognoſcere omnia onera realia impoſita ſuper re cuius habet vſumfructum, par.2.cap.2. q.3. art.7. num.2.

Intellige de ijs oneribus, quæ debentur ratione fructuum, d.art.7. num.12.

Intellige 2. de ijs oneribus, quæ inhærent rei vti qualitates intrinſecæ, & ſunt perpetua, d.art.7. num.13.

Intellige 3. de ijs oneribus quæ indicuntur à Lege, vel à Principe, d.art.7. num.13.

Limit. in ijs oneribus quæ inſunt ex contractu conſtituentic vſumfructum, d.art.7. num.4.

Vſufructuarius non poteſt alienare ius ipſum vtendi, fruendi, par.1.cap.2. q.3. art.3. num.6. in fine.

Poteſt alienare commoditatem percipiendi fructuc, d.art. 3. num.9.

Nullum habet iuc ſuper fructibus per eum, vel alios eius

nomine

Index verborum, & ſententiarum.

nomine non perceptis, parte 2.cap.2.q.2. art.4. num.9.

Vſufructuarius non poteſt imponere cenſum ſuper re cuius habet vſumfructum, par.1. cap.2. q.3. art.3. num.2.

Poteſt tamen ſuper ipſo vſufructu, d.art.3. num.4.

Poſſidens rem cenſui ſuppoſitam poteſt conueniri à domino cenſus pro illius fructibus, par.2.cap.2.q.3.art.7.nu.9.

Sed repetit à proprietario quidquid ſoluit, d.art.7.nu.11.

Licitè ratione ſui intereſſe percipit reditus à proprietario retinente pretium cenſus reuenditi, par.3. cap.1.q.3.artic.7. num.66.

Vſufructuarius ſolus an poſſit reuendere cenſum cuius habet vſumfructum, & an ipſe recipiat illius pretium, parte 3. cap.1.q.3.art.7.num.55.& 56. & ſeqq.

An ſolus redimat cenſum, an cum proprietario, d.art.7. num.57.

Vſusfructus non extinguitur propter reuenditionem cenſus cuius alter habet vſumfructum, d.art.7. num.60.

Vſura conſiderari non poteſt vbi adeſt gratuita conceſſio, par.1. cap.3. q.1. art.6. num.27.

Eſt de iure Diuino indiſtinctè & abſolutè prohibita, parte 1. cap.3. q.2. art.2. num.3.

Mentalis quo ad Deum non differt à reali, d.art.2. nu.15.

Vſura vſurarum nullo iure debentur inter eoſdem debitorem, & creditorem, par.1.cap.3.q.1.art.5.nu.8.& parte 2. cap.1. q.1.art.5. num.17.

Limit. ſi ſit mutata perſona creditoris vel debitoris, d.par. 1. cap. 3. q.1. art.5. num.9.

Quæ debentur acceſſoriè ad ſortem non exacta ab vſufructuario durante vſufructu tranſeunt iure acceſſionis ad proprietarium, par.2. cap.2. q.2. art.4. num.6.

Quæ peti poſſunt iure actionis non cenſentur remiſſa per receptionem ſortis, parte 3. cap.2. num.18.

Limit. ſi peti poſſunt ſolum per Iudicis officium, d.cap. 2. num.19.

Vſura committitur quando quis redditur ſecurus de lucro vltra ſortem, parte 2. cap.1.q.3. art.7. num.19.

Vſuris via aperiendo non eſt, par.1. cap.3. q.4. num.4.

V t

Vtile per inutile non vitiatur indiuiduis, par.1. cap.3. q.2. art.2. num.11. & par.2. cap.1. q.1. art.6. num.25.

Maximè quando eſt vitium in materia non in forma, d.art. 6. num.27. & 28.

Limit. quando alteratur natura totius contractus, d.art.6. num.26.

Limit. in indiuiduis, parte 2. cap. 1. q.1. art.6. numero 22.

F I N I S.

REFORMATIO CONTRACTVVM
De annuis Cenſibus creandis, alienandis, & redimendis. Et declaratio quarumdam dubitationum deſuper exortarum.

PIVS EPISCOPVS,

Seruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

CVM onus Apoſtolicæ ſeruitutis obeuntes, cognouerimus innumeros celebratos fuiſſe, & indies celebrari Cenſuum contractus, qui nedum non continentur intra limites à noſtris anteceſſoribus eiſdem contractibus ſtatutos, verum etiam quod deterius eſt, contrariis omnino pactionibus, propterea ardentem auaritiæ ſtimulum, Legum etiam Diuinarum manifeſtum contemptum præſeferunt, non potuimus animarum, prout tenemur ſaluti conſulentes, ac piarum mentium petitionibus etiam ſatisfacientes, tam graui morbo, lætiferoq. veneno ſalutari antidoto non mederi.

Hac igitur noſtra Conſtitutione ſtatuimus, cenſum, ſeu annuum reditum creari, conſtituiue nullo modo poſſe, niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, & de ſui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus deſignata ſit.

Rurſum niſi verè in pecunia numerata, præſentibus teſtibus, ac Notario, & in actu celebrationis inſtrumenti; non autem prius, recepto integro, iuſtoq. pretio.

Solutiones quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus.

Conuentiones directè, aut indirectè obligantes ad caſus fortuitos eum, qui aliàs ex natura contractus non tenetur, nullo modo valere volumus.

Quemadmodum nec pactum auferens, aut reſtringens facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam, quia volumus rem ipſam ſemper, & liberè, ac ſine ſolutione laudemij, ſeu quinquageſimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter viuos, quam in vltima voluntate alienari.

Vbi autem vendenda ſit, volumus dominum Cenſus aliis omnibus præferri, eiq. denunciari conditiones quibus vendenda ſit, & per menſem exſpectari.

Pacta continentia moroſum Cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria, ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem cenſui ſubiectam, ſiue aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, ſiue aliunde acquiſitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita ſint, & nulla.

Immo & Cenſum augeri, & nouum creari ſuper eadem, vel alia re in fauorem eiuſdem, aut perſonæ per eum ſuppoſitæ pro cenſibus temporis, vel præteriti, vel futuri, omnino prohibemus.

Sicuti etiam annullamus pacta continentia ſolutiones onerum ad eum ſpectare, ad quem aliàs de iure, & ex natura contractus non ſpectarent.

Poſtremò Cenſus omnes in futurum creandos, non ſolum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, ſed etiam poſſe pro eodem pretio extingui. Non obſtante longiſſimi etiam temporis, ac immemorabili, immo centum, & plurium annorum præſcriptione. non obſtantibus aliquibus pactis directè, aut indirectè talem facultatem auferentibus, quibuſcunque verbis, aut clauſulis concepta ſint.

Cum verò traditione pretij redditus extinguendus erit, volumus per bimeſtre ante id denunciari ei, cui pretium dandum erit, & poſt denunciam, intra annum tamen, etiam ab inuito pretium repeti poſſe. & vbi pretium nec volens intra bimeſtre ſoluat, nec ab inuito intra annum exigatur, volumus nihilominus quandocumque reditum extingui poſſe. præuia tamen ſemper denuncia de qua ſupra, & non obſtantibus his, de quibus ſupra. idq. obſeruari mandamus etiam quod pluries ac pluries denunciatum fuiſſet, nec vmquam effectus ſequutus fuiſſet.

Pacta etiam continentia pretium cenſus extra caſum prædictum, ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam cauſam repeti poſſe omnino prohibemus.

Contractusq. ſub alia forma poſt hac celebrando fœneratitios iudicamus. & ita illis propterea non obſtantibus, quidquid vel expreſsè, vel tacitè contra hæc noſtra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, à fiſco volumus poſſe vendicari.

Hanc autem ſalutiferam ſanctionem nedum in Cenſu nouiter creando, verum etiam in creato quocumque tempore alienando, modo poſt publicationem conſtitutionis creatus ſit, perpetuo, & in omnibus ſeruari volumus.

Declarantes pretium ſemel Cenſui conſtitutum numquam poſſe, ob temporum aut contrahentium qualitatem, ſeu aliud accidens, nec quoad vltimo contrahentes minui, vel augeri.

Et licet Legem ipſam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes in quos ſub alia forma peruenerunt Cenſus, hortamur in Domino, vt ſingulos contractus cenſuræ bonorum Religioſorum ſubiiciant, & animarum ſaluti conſulant.

† Non

Google

Non obſtantibus quibuſuis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, Statutis, & conſuetudinibus, necnon priuilegiis, & litteris, etiam per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac etiam nos ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, necnon irritantibus Decretis ex quauis cauſa, etiam per modum legis vniuerſalis, aut aliàs quomodolibet editis, ſiue in fauorem Vniuerſitatum, Communitatum, Collegiorum, Congregationum, Ciuitatum, & locorum conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, quatenus directè, vel indirectè præſenti noſtræ Conſtitutioni in toto, vel in parte contrarientur, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſq. contrariis quibuſcumque.

Volumus autem, quod præſentes in Cancellaria & acie Campi floræ publicentur, & inter Conſtitutiones Extrauagantes perpetuo valituras conſcribantur.

Et quia difficilè foret præſentes ad ſingula quæque loca deferri; volumus, & etiam declaramus, quod earum tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius Prælati munitis eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ prohibitionis, annullationis, ſtatuti, mandati, iudicij, hortationis, derogationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimonono, quartodecimo Calendas Februarij, Pontificatus noſtri Anno quarto.

Sequuntur declarationes dubitationum deſuper exortarum.

Pius Papa V. Ad futuram rei memoriam.

ET ſi Apoſtolica Sedes magna adhibita induſtria operam dat, omnia perſpicuè promulgare, vix tamen eſt, vt vnquam ſatis queat vſquequaque cauere, quin ſcrupuloſæ quorumdam mentes, nouos illi ſenſus inducant, quorum perplexitate, multi in dubium euocantur.

Pridem enim per Conſtitutionem noſtram de Cenſuum creatione, inter alia voluimus. Cenſus omnes in futurum creandos non ſolum re, in totum, vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum effecta, ad ratam perire, ſed etiam pro eodem pretio extingui poſſe. Ac pacta continentia moroſum Cenſus debitorem, ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, vel ſalaria, & expenſas medio creditoris iuramento liquidandas teneri, aut rem Cenſui ſubiectam, ſiue aliquam eius partem amittere, aut aliud ius, ſiue ex eodem contractu, ſiue aliunde acquiſitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto nulla, atque irrita eſſe. Cenſum autem, ſeu annuum redditum, non niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habetur, ex ſui natura fructifera, atque nominatim certis finibus deſignata ſit. Sed nec Cenſum ipſum, niſi verè in pecunia numerata, præſentibus Notario, & teſtibus in actu celebrationis inſtrumenti; non autem prius, recepto integro, iuſtoq. pretio, creari, conſtituive nullo modo poſſe.

Deinde per dilectum filium Octauium Spinolam Regni Siciliæ Magiſtrum Portulanum hac de cauſa ad nos deſtinatum, accepimus, in dicto Regno Siciliæ ſcrupulum exoriri, an rerum prædictarum infructuoſitas etiam annalis, aut aliàs temporalis intelligatur.

Et an per nullitatem pactorum, & aliorum prædictorum, etiam ius recuperandi, ſiue repetendi impenſas quas litigando contra moroſos prædictos, aut executores ad eorum loca tranſmittendo, aut aliàs ex Iudicum mandato ſubire oportet, auferatur.

Præterea an tam pro ipſis expenſis, quam etiam pro Cenſu recuperando contra tertium poſſeſſorem procedi. Et etiam fideiuſſiones dari, aliave bona pro prædij Cenſu grauati euictione, & ipſius Cenſus ſolutione hypothecari. Denique an Cenſus huiuſmodi ſuper pluribus rebus inter ſe diuiſis conſtitui poſſint.

Poſtremò an ad id quod de pecunia numerata dicitur, prohibeat quo minus in dotium aſſignatione Cenſus creari poſſit.

Nos hæc diſcrimina quantum in nobis eſt tollere cupientes, tenore præſentium declaramus rem infructuoſam, quę tota, vel ex parte infructuoſa perpetuo redditur; non autem ex qua fructus vno, duobus, pluribusve annis, ſiue tempeſtate, ſiue alio caſu non proueniunt, ſalua aliàs iuris communis diſpoſitione, intelligi debere.

Præterea exactionem illarum expenſarum prohiberi, quæ ex pacto, vel conuentione tantum inter contrahentes inita, & inſtrumento Cenſus ſpecialiter appoſitæ refici promittuntur; non autem eæ quæ ex dicti iuris diſpoſitione repetendæ veniunt, & mandato Iudicis adiudicantur.

Ceterum fideiuſſorès dari, aliave bona hypothecari pro prædij Cenſus grauati euictione, aut ſi prædium in alium deuenerit, aut aliquis tertius fideiuſſor interceſſerit, tertium poſſeſſorem, vel eius bona

obligari

obligari minimè prohibemus. Hæc autem omnia pro euictione dumtaxat, non autem ſolutione pœnæ adiudicari poſſe intelligimus.

Poſtremò in dotium aſſignandarum caſu Cenſuum creationem, & Conſtitutionem prædictam reſpectu actualis numerationis coram Notario & teſtibus faciendæ, locum non habere. Sed in hoc caſu Cenſus ipſos etiam pecunia ad manum non habita creari poſſe declaramus.

Denique vt periculis quæ ex tranſportatione pecuniarum frequenter in dicto Regno eueniunt occurratur, permittimus, vt ſi in creatione Cenſus pecuniam ad manum commodè haberi nequierit, illius loco, emptor apocham, ſiue cedulam bancariam idoneam integri pretij venditori in ipſo emptionis actu debeat exhibere.

Conſtitutione noſtra prædicta, tam in caſu dotium, quam cæteris omnibus in ea contentis, in ſuo robore permanentibus.

Volumus autem vt præſentium exempla etiam impreſſa, Notarij publici manu, & Prælati Eccleſiaſtici, eiusve Curiæ ſigillo obſignata, eandem illam prorſus, tam in iudicio, quam extra illud fidem faciant, quam ipſamet præſentia facerent, ſi eſſent exhibita, vel oſtenſa.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub anulo Piſcatoris, die 10. Iulij, 1570. Pontificatus noſtri Anno quinto.

S. D. N. D. SIXTI PAPÆ QVINTI

PROHIBITIO.

Vendendi & alienandi Caſtra, fortalitia, & alia bona quæcumque ſtabilia, & immobilia in Statu Eccleſiaſtico exiſtentia, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia, alijs perſonis quam vaſallis eiuſdem Status.

Et de prohibitione alienandi.

SIXTVS EPISCOPVS

Seruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam,

SOLLICITVDO, paternuſq. affectus, quo Sedis Apoſtolicæ ſubditos proſequimur, nos inducunt, vt ea diligenti cura proſpiciamus, quæ ad illorum conſeruationem, Statuſq. Eccleſiæ vtilitatem, & commodum pertinent. Accepimus ſiquidem, quod in diuerſis Ciuitatibus, Terris, Oppidis, & Caſtris Nobis, & dictæ Sedis temporali ditioni ſubiectis extant ſtatuta prohibentia res, ac bona ſtabilia in forenſes, & non ſubditos alienari.

Nihilominus nonnulli Ciues, & Incolæ Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum huiuſmodi bona ſtabilia, aliis perſonis extraneis vendere, & alienare præſumunt in maximum præiudicium, & damnum Ciuium, & Incolarum prædictorum. Quo circa nos conſiderantes quantum ſtatura præfata vtilia & fauorabilia ſint, quantumque Reipublicæ interſit dicta bona in illius Ciues, & habitatores conſeruari. Motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam: ſed de noſtra mera deliberatione, & certa ſcientia, ſtatuta huiuſmodi, etiam ſi non ſint in vſu, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium de cætero obſeruari mandamus. Et nihilominus, quod perpetuis futuris temporibus, Vniuerſitates, Ciuitates, Collegia, feudatarij quicunque, ac perſonæ cuiuſuis Status, gradus, ordinis, qualitatis, & conditionis exiſtant, etiam ſi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quauis auctoritate, & dignitate, etiam Eccleſiaſtica, quæ ſpecialem, & indiuiduam mentionem, requireret, præditi ſint, nullatenus ſine Noſtra, & Sedis prædictæ licentia, audeant, ſeu præſumant Ciuitates, Oppida, Caſtra, feuda, Iuriſdictiones, ac bona quæcumque ſtabilia, vel immobilia in dicto Statu Eccleſiaſtico exiſtentia cuiuſcumque qualitatis, quantitatis, & valoris, per eos nunc, & pro tempore poſſeſſa vendere, permutare, vltra triennium locare, in emphyteuſim feudum, liuellum, pignus, ſeu præcarium concedere, in aliquam Communitatem, Vniuerſitatem, Collegium, vel perſonam extraneam, ſeu forenſem, quæ nobis, & dictæ Sedi, ratione temporalis iuriſdictionis Status noſtri ſubdita, & ſuppoſita non ſit, vel quæ domicilium legitimè non contraxerit in dicto noſtro Statu cuiuſcumque dignitatis, Status, gradus, conditionis, & qualitatis exiſtat, etiam ſi vt præfertur, Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quauis auctoritate, & dignitate etiam Eccleſiaſtica, quæ ſpecialem, & indiuiduam mentionem requireret præditus ſit. Inſuper quia decens, & conueniens exiſtit, quod ſi vendantur, vel permutentur, ſeu etiam donentur Ciuitates, Caſtra, & Oppida, multò magis fortalitia, id ad notitiam Principis deducatur, & præſertim ſi feuda & iuriſdictiones feudales, ea omnia, nec in exteros, nec in alios quoſcumque, niſi de expreſſa præcedente Noſtra, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis eadem ſupradicta licētia vendi, permutari, vel donari valeant. Neque etiam extraneus, aut ſubditus originarius, bona huiuſmodi in dicto Statu habens, & in eo habitans, ſi ab illo diſcedat amplius ad ipſum non reuerſurus illa retinere poſſit: ſed intra biennium, ex quo ipſe demigrauerit ea vendere, ſeu pro aliis extra dictum Statum exiſtentibus permutare, aut alias transferre in alium immediatè ſubiectum teneatur, auctoritate, & tenore præſentium de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio perpetuo ſtatuimus, & ordinamus. Licitum tamen erit omni dicti Status habitatori, ſiue extraneo, ſiue ſubdito de bonis ſuis in eodem Statu poſitis, vel in conſanguineos, vel in alios de dicto Statu non exiſtentes quocumque alio, quam venditionis, ſeu permutationis, vel donationis titulo diſponere, ac ſuis etiam ab inteſtato hæredibus pariter licebit in illis ſuccedere, qui tamen intra triennium, vel in eundem Statum habitatum veniant, vel bona ipſa in alium, ſeu alios habitatores, & ſubditos vt præfertur, transferant. Quod etiam illis extraneis, ad quos bona huiuſmodi ex quibuſcumque aliis quam venditionis, ſeu permutationis, aut donationis huiuſmodi cauſis peruenerint, illave acquiſiuerint, cenſeatur permiſſum: Bonorum autem præfatorum appellatione, neque cenſus, neque portiones, ſeu loca Montium, nec mulierum dotes; ſed neque Vrbem noſtram, quæ communis patria eſt, cum eius decem paſſuum millia circuitu volumus comprehendi, filij tamen & hæredes dictarum mulierum ſoluto matrimonio, ſi extranei fuerint, aut in eodem Statu ad habitandum, aut vendendum, ſeu permutandum, vt dictum eſt, ſint aſtricti. Decernentes Communitates, Vniuerſitates, Collegia, vel perſonas extraneas, ſeu forenſes huiuſmodi ad dictorum bonorum pro tempore contra earundem præſentium tenorem alienatorum acquiſitiones omnino inhabiles, necnon quoſcumque contractus, venditiones, & alienationes contra huiuſmodi prohibitionem quocumque modo, vel cauſa pro tempore faciendas, nullas & inualidas exiſtere, nullumq. ius per

eas

eas emptoribus attributum eſſe, & attribui poſſe. Necnon omnes ſcripturas deſuper conficiendas, ac inde ſequuta quæcumque nullius roboris vel momenti eſſe, nec ex illis audiri, agi, & excipi poſſe in iudicio, vel extra, ipſa quæ bona alienata ad eos ad quos de iure peruenire debent ſpectare, & pertinere. Sicq. per S.R.E. Card. etiam Legatos, ac Vicelegatos, necnõ Sacri Palatij Apoſtolici Auditores, Gubernatores, ſeu illorum Locatenentes, aliosve Iudices, & Commiſſarios, quauis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere. Necnon irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes eiſdem Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, ac Iudicibus nunc & pro tempore in toto Statu prædicto exiſtentibus, & eorum cuilibet, vt ſtatutum & ordinationem, ac alia præmiſſa perpetuo ab omnibus ad quos ſpectat & pro tempore ſpectabit per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia eis beneuiſa remedia obſeruari faciant, & mandent. Non obſtantibus noſtris de non tollendo iure quæſito, aliiſq. Apoſtolicis Conſtitutionibus, necnon Ciuitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum prædictorum Statutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque alia firmitate munitis, ac etiam immemorabili, & quantocumque tempore pacificè obſeruatis, necnon Ciuilitatibus, Ciuitatumq. iuribus, priuilegiis, exemptionibus, & indultis Apoſtolicis illis, eorumq. dominis prædictis, ac quibuſuis aliis per quoſcumque Rom. Pont. ac nos, & dictam Sedem quomodocumque & quotieſcumque conceſſis, confirmatis, & innouatis, quæ omnia, illorum tenores præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſſis habentes, omnino tollimus, & abrogamus, ceteriſq. contrariis quibuſcumque. Volumus autem eaſdem præſentes, quoniam in Conſiſtorio noſtro, & de conſilio prædicto promulgatæ ſunt, à die datæ ipſarum quoſcumque, tam præſentes, quam abſentes, & vbicumque etiam extra dictum ſtatum exiſtentes perinde obligare, ac ſi cuique ſingulatim intimatæ fuiſſent. Et nihilominus, vt illæ amplius innoteſcant, mandamus eas valuis Eccleſiæ S. Ioan. Lateranen. & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, aliiſq. locis conſuetis appendi, & in libris dictæ Cameræ deſcribi. Ac etiam volumus, vt ipſarum exempla etiam impreſſa edantur, ea quæ Notarij publici manu, & ſigillo cuiuſcumque Curiæ, Eccleſiæ, aut perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignata eam ipſam prorſus fidem vbique locorum in iudicio & extra illud faciant, quam ipſæ præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum mandatorum, Statuti, Ordinationis, Decreti, ſublationis, abrogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ 1585. Kalen. Iulij, Pontificatus noſtri Anno Primo.

✠ Ego Sixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

✠
✠
✠ Ego Io. Anton. Epiſc. Tuſc. Card. Sancti Georgij.
✠
✠
✠
✠ Ego M.S. Card. ab Altaemps
✠ Ego Inn. Aua. Cat. de Arag.
✠
✠
✠ Ego P. Card. Sanctacrucius.
✠ Ego Gulielm. Card. Sirlerus.
✠ F. Mich. Bon. Card. Alex.
✠ Ego Lud. Card. Madrutius.

✠ Ego N. Card. Senonenſis.
✠ Iul. Ant. Sanctorius Card. Seuerina.
✠ P. Card. Cæſius.
✠ Ego Hier. Card. Ruſt.
✠ Ego Io. Hier. Card. Albanus.
✠
✠ P. Card. Deza.
✠ Ego Ant. Card. Carafa.
✠ Io. Ant. Car. SS. Quatuor.
✠ Io. Bapt. Card. S. Marcelli.
✠ Aug. Card. de Verona.
✠ Ego Vin. Card. Montis Regalis.
✠ Ego M. Card. S. Stephani.

✠ Scipio Card. Lancelottus.
✠
✠
✠
✠
✠ Ego Ferd. Cardin. de Medicis.
✠ Phil. Vaſt. Card. Cam.
✠
✠ Ego Vinc. Card. Gonzaga.
✠ Ego Fr. Cardin. Sfortia S. Nicol.
✠
✠ Alex. Card. de Monte alto.

A. de Alexijs.

Regiſtrata apud Io. Baptiſtam Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti 1585. Indictione, 13. Die verò Mercurij 25. menſis Septembris, Pont. Sanctiſs. in Chriſto Patris, & D.N.D. Sixti Diuina prouidentia Papæ V. Anno Primo. Retroſcriptæ literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Eccleſiarum S. Io. Lateranen. Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancell. Apoſt. & in acie Campi floræ, vt moris eſt per nos Ioan. Burlurault, & Franciſcum Baton prælibati Sanctiſs. D. N. Papæ Apoſt. Curſ.

Io. Andr. Panizza Mag. Curſ.

S. D. N. D. CLEMENTIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ VIII.

Innouatio Conſtitutionis fel. record. Sixti Papæ V,

De non alienandis bonis ſtabilibus in Statu Eccleſiaſtico exiſtentibus in forenſes, & in non ſubditos, ac eiuſdem declaratio, & extenſio.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVM decet Pontificem ſuorum Prædeceſſorum Conſtitutiones innouare, ac quandoque eas declarare & extendere, ne illarum obſeruantia propter aliquorum prauam interpretationem retardetur, vel ob hominum malitiam earumdem effectus eludatur. Aliàs ſiquidem *fel. record. Sixtus Papa V.* Prædeceſſor noſter, & ſuorum, ac Sedi Apoſt. ſubditorum conſeruationis, Statusq. Eccleſiæ vtilitati, & commodo proſpiceret, accepto quod in diuerſis Ciuitatibus, Terris, Oppidis, & Caſtris, tunc ipſius Prædeceſſoris, nunc noſtræ, & Sedis Apoſt. temporali ditioni ſubiectis, extabant ſtatuta quædam prohibentia res, & bona ſtabilia in forenſes, & in non ſubditos alienari, quodq. nihilominus nonnullis Ciues, & Incolæ Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum huiuſmodi bona ſtabilia aliis perſonis extraneis vendere, & alienare præſumebant in maximum præiudicium, & damnum Ciuium, & Incolarum prædictorum, conſiderans quantum ſtatuta prædicta vtilia, & fauorabilia eſſent, quantumque Reip. intereſſet dicta bona apud illius Ciues, & habitatores conſeruari, Motu ſuo proprio ſtatuta huiuſmodi etiam ſi non eſſent in vſu de cætero obſeruari mandauit. Et nihilominus quod perpetuis futuris temporibus Vniuerſitates, Ciuitates, Collegia, feudatarij quicumque ac perſonæ cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, qualitatis, & conditionis exiſterent, etiam ſi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quauis auctoritate & dignitate, etiam Eccleſiaſtica, quæ ſpecialem, & indiuiduam mentionem requireret prædíti eſſent, nullatenus ſine eiuſdem Prædeceſſoris, & Sedis prædictæ licentia auderent, ſeu præſumerent Ciuitates, Oppida, Caſtra, Feuda, Iuriſdictiones, ac bona quæcumque ſtabilia, vel immobilia in dicto Statu Eccleſiaſtico exiſtentia cuiuſcumque qualitatis, quantitatis, & valoris eſſent per eos tunc, & pro tempore poſſeſſa, vendere, permutare, vltra triennium locare, in emphyteuſim, feudum, liuellum, pignus, ſeu præcarium concedere, ſeu transferre in aliquam Communitatem, Vniuerſitatem, Collegium, vel perſonam extraneam, ſeu forenſem, quæ ipſi Prædeceſſori, & Sedi prædictæ ratione temporalis iuriſdictionis ſubdita, & ſuppoſita non eſſent, vel quæ domicilium legitimè non contraxiſſet in dicto Statu cuiuſcumque gradus conditionis, & qualitatis exiſteret, etiamſi vt præfertur Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quauis auctoritate, & dignitate etiam Eccleſiaſticá, quæ ſpecialem, & indiuiduam mentionem requireret prædita eſſet. Inſuper quia decens, & conueniens erat, quod ſi venderentur, vel permutarentur, aut etiam donarentur Ciuitates, Caſtra, & Oppida, multò magis fortalitia, id ad notitiam Principis deduceretur, & præſertim ſi feuda, & iuriſdictiones feudales eſſent, ea omnia nec in exteros, nec in alios quoſcumque niſi de expreſſa præcedente dicti Sixti Prædeceſſoris, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis eadem ſupradicta licentia vendi, permutari, vel donari poſſent neque etiam extraneus, aut ſubditus originarius bona huiuſmodi in dicto Statu habens, & in eo habitans ſi ab illo diſcederet amplius ad ipſum non reuerſurus, illa retinere valeret, ſed intra biennium ex quo ipſe demigraſſet, ea vendere, ſeu pro aliis extra dictum Statum exiſtentibus permutare, aut aliàs transferre in alium immediatè ſubiectum teneretur, de Venerabilium fratrum ſuorum S. R. E. Cardinalium conſilio perpetuo ſtatuit & ordinauit, licitũ tamen eſſe voluit omni dicti Status habitatori, ſiue extraneo, ſiue ſubdito de bonis ſuis in eodem Statu poſitis, vel in conſanguineos, vel in alios de dicto Statu non exiſtentes quocumque alio, quam venditionis, ſeu permutationis, aut donationis titulo diſponere, ac ſuis etiam ab inteſtato hæredibus in illis ſuccedere, qui tamen intra triennium, vel in eundem Statum habitatum venirent, vel bona ipſa in alium, ſeu alios habitatores, & ſubditos, vt præfertur transferrent, quod etiam illis extraneis, ad quos bona huiuſmodi ex quibuſcumque aliis, quàm venditionis, ſeu permutationis, aut donationis huiuſmodi cauſis perueniſſent, & qui illa acquiſiuiſſent cenſeretur permiſſum.

Bonorum autem prædictorum appellatione, neque portiones, neque loca Montium, nec mulierum dotes, ſed neque Almam Vrbem, quæ communis patria eſt cum eius ad decem millia paſſuum circuitu comprehendi, filios tamen, & hæredes dictarum mulierum ſoluto matrimonio, ſi extranei forent, aut ad habitandum in eodem Statu, aut ad vendendum, vel permutandum, vt dictum eſt, adſtrictos eſſe voluit, decernens Communitates, Vniuerſitates, Collegia, vel perſonas extraneas, ſeu forenſes huiuſmodi ad dictorum bonorum pro tempore contra dictæ Conſtitutionis tenorem alienatorum acquiſitiones omnino inhabiles, necnon quoſcumque contractus, venditiones, & alienationes contra huiuſmodi prohibitionem quocumque modo pro tempore faciendas nullas, & inualidas exiſtere, nullumq. ius per eas emptoribus attributum eſſe, ſeu tribui poſſe, necnon omnes ſcripturas deſuper conficiendas ac inde ſequuta quæcumque nullius roboris vel momentis eſſe, nec ex illis audiri agi, & excipi poſſe in iudicio, vel extra, ipſaq. bona alienata ad eos, ad quos de iure peruenire debent, ſpectare & pertinere, ac aliàs prout latius in eiuſdem Sixti Prædeceſſoris literis ſub dat. Kal. Iulij Pontificatus ſui, anno primo expeditis continetur.

Cum

Cum autem, ſicut experientia docuit, poſteaquam prædictæ Sixti Prædeceſſoris literæ emanarunt, nonnulli Status noſtri Eccleſiaſtici habitatores & ſubditi prætextu permiſſionis in dicti Sixti Prædeceſſoris literis contentæ, quod nimirum omni dicti Status Eccleſiaſtici habitatori, ſiue extraneo, ſiue ſubdito licitum ſit de bonis ſuis ſtabilibus in eodem Statu Eccleſiaſtico exiſtentibus quocumque alio, quam venditionis, ſeu permutationis, & donationis titulo diſponere, vel in conſanguineos, vel in alios de dicto Statu non exiſtentes, qui tamen intra triennium vel in eundem ſtatum habitatum veniant, vel bona ipſa in alium ſeu alios habitatores, & ſubditos, vt præfertur, transferant, licet iidem habitatores non ignorent in prædicta Sixti Prædeceſſoris permiſſione iuxta veriſimilem illius mentem illos tantum comprehendi, qui in eundem Statum Eccleſiaſticum habitatum, vel venire poſſunt, vel veriſimiliter venturi ſunt; nihilominus dictas Sixti Prædeceſſoris literas perperam interpretantes, illarumq., & aliarum etiam Rom. Pontif. Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutionum contra ipſos quoſuis modo diſponentium effectum eludere conantes, & in illarum fraudem, ſiue amore, ſiue odio in ſuos, & alios moti, ſiue alia quauis ratione ducti de ſuis bonis ſtabilibus in eodem Statu Eccleſiaſtico exiſtentibus, non ſolum in conſanguineos, & alios de dicto ſtatu non exiſtentes priuatos, ſed in quaſcumque etiam Communitates, Vniuerſitates, Collegia, ac etiam in Principes extraneos tam nobis, & eidem Sedi ratione feudi, aut alia quacumque cauſa ſubiectos, quam non ſubiectos, qui videlicet, in propriis ditionibus, vel alibi degentes in eundem Statum Eccleſiaſticum habitatum, vel, vt præfertur, venire non poſſunt, vel veriſimiliter venturi non ſunt, teſtamento codicillis, legato, fideicommiſſo, donatione ex cauſa mortis, vel alia quacumque vltima voluntate liberè diſponere poſſe prætendant, ſeu diſponant, ea forſan intentione, atque conſilio, vt Communitates, Vniuerſitates, Collegia, ac Principes extranei huiuſmodi, ad quas, & quos dicta bona de iure peruenire non poſſunt, & qui alioqui prædictis bonis non indigent, eadem bona in fraudem legis conſequentes illa, vel alia illorum loco perſonis ad dicta bona obtinenda incapacibus, & inhabilibus, via ſcilicet, confidentiaria, aut alia ratione tribuant, & in illas transferant, atque ita euenire poſſit, & eueniat vt dictæ perſonæ incapaces & inhabiles, id quod per ſe, ac directè obtinere non valent per interpoſitam perſonam & indirectè conſequi ſperent, & conſequantur contra veriſimilem dicti Sixti Prædeceſſoris intentionem, qui ex prædictis, atque aliis etiam cauſis animum ſuum tūc mouentibus in permiſſione ſuperius expreſſa de ipſis Communitatibus, Vniuerſitatibus, Collegiis, & Principibus extraneis prædictis ſpecificam mentionem non fecit, ſed illas, & illos in dicta permiſſione non comprehenſas, neque comprehenſos eſſe cenſeri voluit. Nos ad quos potiſſimum ſpectat Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones non ſolum innouare, ſed etiam dubia, quæ ſuper illis emergunt, declarare, & hominum malitiis, ac fraudibus occurrere, attendentes ad noſtrorum, & eiuſdem Sedis ſubditorum quietem, & tranquillitatem, & ad bonorum eorumdem ſubditorum penes ipſos conſeruationem id magis pertinere, necnon etiam ipſius Status noſtri Eccleſiaſtici vtilitati, & commodo, ac etiam ſecuritati maximè conuenire, quibus præcipuè rationibus idem Sixtus Prædeceſſor, vt ſupra dictum eſt, ad præmiſſa ſtatuenda motus fuit, & ad omnem ambiguitatem tollendam, dictam Sixti Prædeceſſoris Conſtitutionem innouemus, declaremus, atque extendamus, & amplienus, ac alia infraſcripta ad Status noſtri Eccleſiaſtici, noſtrorumq., & Apoſtolicæ Sedis ſubditorum commodum, vtilitatem, & ſecuritatem ſpectantia neceſſaria, & opportuna ſtatuamus; his, ac aliis iuſtis, & rationabilibus cauſis adducti ſuper præmiſſis opportunè prouidere volentes, & eiuſdem Conſtitutionis Sixti Prædeceſſoris tenorem, ac ſi ad verbum infererentur præſentibus pro expreſſis habentes, habita ſuper his cum Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus in Conſiſtorio noſtro ſecreto deliberatione matura, de illorum conſilio, & aſſenſu, ac Motu proprio, non ad alicuius Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Conſtitutionem dicti Sixti Prædeceſſoris auctoritate Apoſtolica tenore præſentium innouamus, ac de cetero ab omnibus, ad quos ſpectat, inuiolatè obſeruari volumus. Inſuper de conſilio, & aſſenſu, motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus declaramus quaſcumque Communitates, Vniuerſitates, & Collegia, quæ extra Statum Eccleſiaſticum exiſtunt, & Eccleſiaſtica non ſunt, necnon etiam quoſuis Principes extraneos etiam Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque auctoritate, & dignitate, quæ ſpecialem, & indiuiduam mentionem requireret, præditos, etiam ſi illi aliàs Nobis & dictæ Sedi ratione feudi, aut ex alia cauſa ſubditi ſint, qui nimirum in propriis ditionibus, vel alibi degentes in eundem Statum Eccleſiaſticum, vel habitatum venire non poſſunt, vel veriſimiliter venturi non ſunt, aut ſi aliquando venerunt, vel venient recedere tamen ſolent, & poſtea etiam veriſimiliter non reuerſuri inde receſſerunt, aut recedent, bona aliqua ſtabilia non ſolum in finibus eiuſdem Status Eccleſiaſtici, & iuxta terminos, ac limites ditionum eorumdem Principum, ſed etiam in quacumque alia eiuſdem Status Eccleſiaſtici parte, & in ipſa Vrbe exiſtentia, necnon Cenſus, aliaq. bona ac iura quæ pro ſtabilibus habentur, (non tamen officia Rom. Curiæ, nec portiones, & loca Montium) cuiuſcumque illa quantitatis, qualitatis, & valoris ſint, nullo venditionis, permutationis, donationis, aut alterius contractus, præterquam ex cauſa dotis inter viuos titulo, ac ne quidem ex teſtamento, codicillis, legato, fideicommiſſo, donatione ex cauſa mortis, aut ex alia diſpoſitione in vltima voluntate quorumcumque teſtatorum, aut de bonis ſtabilibus, & aliis ſupradictis contra præmiſſa in ipſorum fauorem aliàs diſponentium facta, vel facienda acquirere, illaq. habere, retinere, & apprehendere hactenus potuiſſe, neque deinceps poſſe.

Et nihilominus Conſtitutionem eiuſdem Sixti Prædeceſſoris ad quæcumque etiam genera cōtractuum, præterquam vt præfertur ex cauſa dotis, & diſpoſitionum inter viuos, ac etiam ad teſtamenta, codicillos, legata, fideicommiſſa, donationes cauſa mortis, & alias vltimas voluntates huiuſmodi, vt præfertur, factas, & faciundas auctoritate Apoſtolica tenore præſentium extendimus, & ampliamus, ac neminem ex

habita-

habitatoribus,& ſubditis Status noſtri Eccleſiaſtici cuiuſcumque ille dignitatis, gradus, ordinis, & conditionis,vt ſupra dictum eſt, fuerit, de ſuis bonis ſtabilibus, & aliis ſupradictis contra formam conſtitutionis dicti Sixti Prædeceſſoris,& præſentis declarationis,& extenſionis noſtræ diſponere potuiſſe,& poſſe, ac ipſas Reſp. Communitates, Vniuerſitates, Collegia, extra dictum Statum Eccleſiaſticum exiſtentia,& non Eccleſiaſtica,necnon Principes extraneos huiuſmodi ad bonorum ſtabilium,& aliorum ſupradictorum acquiſitionem fuiſſe, & eſſe omnino inhabiles,nullumq. ius illis in quos dicta bona iura & alia ſupradicta prætextu eiuſdem permiſſionis hactenus tranſlata fuerunt, ſeu in futurum transferri contigerit, acquiſitum fuiſſe,aut acquiri poſſe, ſed ipſa bona ſtabilia,iura,& alia ſupradicta quo ad diſpoſitiones iam factas ad eos, ad quos illa de iure ſi diſponentes ab inteſtato deceſſiſſent,& diſpoſitiones huiuſmodi factæ minimè fuiſſent peruenire debuiſſent,& deberent,ſpectaſſe,& pertinuiſſe,ac ſpectare,& pertinere, ſeruata in reliquis forma Conſtitutionis eiuſdem Sixti Prædeceſſoris,necnon inſtrumenta,contractus, teſtamenta, legata,codicillos,donationes, & alias quaſcumque diſpoſitiones in illas,& illos quouis titulo, vt præfertur, factas,& faciendas,ſiue etiam Principes prædicti aliquo conſanguinitatis,ſeu affinitatis vinculo ipſis diſponentibus coniuncti ſint,ſiue non,& inde ſequuta quæcumque fuiſſe,& eſſe nulla,& nullas, nulliuſq. roboris,& momenti,ac inſtrumenta,& ſcripturas deſuper edita,& editas, ſiue edenda, & edendas, etiam iuramento vallata,& vallatas ſimiliter fuiſſe & eſſe nulla,ac nullius roboris,& momenti, nullamq. fidem feciſſe,& facere,nec ex illis audiri,agi,& excipi potuiſſe & poſſe in iudicio,& extra.

Et vlterius tabelliones publicos,ac noſtros,& Sedis Apoſtolicæ Notarios etiam ex numero participantium,& alios quoſcumque de huiuſmodi inſtrumentis,& aliis diſpoſitionibus ſupradictis ſe rogare,aut illa conficere nullo modo potuiſſe, & poſſe. Quinimò eos ipſa inſtrumenta,& ſcripturas iam facta, & factas teneri infra menſem à die publicationis præſentium computandum nobis,& Sedi,ac Cameræ Apoſtolicæ reuelare, & cum effectu exhibere.

Habitatores præterea,& ſubditos noſtros prædictos,vt præfertur in futurum diſponentes, pœnas amiſſionis dictorum bonorum & aliorum ſupradictorum,ita quod Sedes,& Camera Apoſtolica eo ipſo poſſit illa propria auctoritate capere,& penes ſe retinere,viuentibus ita diſponentibus; ipſis verò defunctis eadem bona,& alia ſupradicta,de quibus diſpoſitum fuerit ad eos, ad quos de iure, ſi diſponentes ab inteſtato deceſſiſſent,vel diſpoſitiones huiuſmodi ſi factæ non fuiſſent, peruenire debēt,omnino perueniant; tabelliones verò, & Notarios etiam ex numero participantium, & alios quoſcumque prædictos, inſtrumenta,& ſcripturas huiuſmodi conficientes, ſeu iam facta,& factas,vt præfertur,non reuelantes, & exhibentes pœnam quoque falſi, ac priuationis tabellionatus, & Notariatus etiam ex numero participantium huiuſmodi, & aliorum officiorum,quæ obtinent,ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, & alia exercenda, eo ipſo incurrere decernimus.

Cæterum declaramus diſpoſitiones tam factas, quam pro tempore faciendas in earum Rerumpublicarum,Communitatum, Vniuerſitatum, Collegiorum extra Statum Eccleſiaſticum exiſtentium non Eccleſiaſticorum,necnon in Principum extraneorum huiuſmodi fauorem ad quas, & quos tempore obitus diſponentium illorum bona, aliàs de iure ſi diſponentes ipſi ab inteſtato deceſſiſſent peruenire debuiſſent,ſeu deberent, in præſenti noſtra Conſtitutione non eſſe,nec fore comprehenſas; pro ea tamen rata, in qua dictæ Reſpublicæ, Communitates,Vniuerſitates,Collegia, & Principes præfati de iure communi, vel aliàs ab inteſtato tempore mortis dictorum diſponentium,& non ante fuiſſent, & eſſent ſucceſſuri; & tunc quoque volumus ſeruari formam Conſtitutionis dicti Sixti Prædeceſſoris, quod ſcilicet, Reſpublicæ, Communitates,Vniuerſitates,Collegia,& Principes præfati teneantur intra triennium bona ipſa in habitatores dicti Status Eccleſiaſtici transferre.

Volumus autem,vt vnicuique priuato,ſiue noſtro,& Status noſtri Eccleſiaſtico ſubdito, ſiue extraneo liberum,ac licitum ſit,in Alma Vrbe noſtra,quæ communis patria,& nationum omnium domicilium eſt, cum eius ad decem millia paſſuum circuitu,non ſolum officia Romanæ Curiæ,& portiones,ac loca Montium,ſed quæcumque bona ſtabilia,& alia quæ ſtabilium loco habentur,tam ex quocumque genere contractus, quam ex quauis diſpoſitione in vltima voluntate,ac etiam ab inteſtato acquirere, habere,retinere,& apprehendere poſſe, iuxta Conſtitutionis dicti Sixti Prædeceſſoris continentiam & tenorem.

Inſuper, vt malitiis etiam,& fraudibus,quæ in ſimilibus excogitari, aut fieri poſſent,occurramus; Motu,& auctoritate ſimilibus inhibemus quibuſcumque ſubditis Status noſtri Eccleſiaſtici ſupradictis, cuiuſcumque ſimiliter dignitatis,vt præfertur,fuerint,ne de cętero aliquis eorum audeat,vel præſumat ſeſe, aut Ciuitates, Oppida, Terras, Caſtra, fortalitia, Iuriſdictiones, feuda, res, & bona ſtabilia in quacumque eiuſdem Status Eccleſiaſtici parte exiſten. quouis modo ſubmittere,vel ſupponere alicui protectioni, defenſioni,commendationi,ſiue commendigiæ, ſaluæ guardiæ, ſubmiſſioni,ac confederationi, ſeu etiam cuſtodiæ Rerumpublicarum, Communitatum, Vniuerſitatum,Collegiorum extra dictum Statum Eccleſiaſticum exiſtentium,ac Principum extraneorum ſupradictorum cuiuſcumque pariter dignitatis vt præfertur,fuerint,aut eorum Capitaneorum,& militum, ſeu vt ſubmiſſiones,aut alia præmiſſa fiant, auctores eſſe,aut conſenſum præſtare, ſub confiſcationis ipſarum Ciuitatum, Oppidorum, Terrarum, Caſtrorum, Iuriſdictionum feudorum, & bonorum ſtabilium ſupradictorum, & aliorum quorumcumque Cameræ Apoſtolicæ ipſo iure applicandorum,necnon criminis læſæ maieſtatis,& rebellionis in primo capite eo ipſo abſque alia declaratione incurrendis pœnis, quas nihilominus in ſupradictis omnibus caſibus verè,& realiter,& ipſo facto incurriſſe,& incurrere per præſentes declaramus.

Præterea, vt ſubditorum noſtrorum vtilitati, ac Status Eccleſiaſtici tranquillitati magis conſulamus, quod de cętero nullus ex ſubditis Status noſtri Eccleſiaſtici præfatis,aliquas fideiuſſiones,cautiones, pro-

miſſiones,

miſſiones,& obligationes pro Rebuſpublicis,Communitatibus,Vniuerſitatibus,Collegiis, quæ extra Statum Eccleſiaſticum exiſtunt,& Eccleſiaſtica non ſunt,necnon pro Principibus extraneis quibuſcumque ſupradictis,ſeu illorũ,ac alicuius eorum contemplatione, & intuitu, facere,dare,& præſtare,ac aliàs quo quo modo ſeſe, eorumq. Ciuitates, Oppida, Terras, Caſtra, Iuriſdictiones, feuda,res,& bona ſtabilia ſupradicta in quacumque eiuſdem Status Eccleſiaſtici parte, ac in ipſa etiam Vrbe exiſtentia,àciura eidem quouismodo competentia,& alia bona quæ loco ſtabilium habentur,vt præfertur,ad ipſos quouis modo ſpectantia,tam pro eis,& aliquo eorum,ac eorum,vel alicuius eorum intuitu,& contemplatione, ad fauorem quorumcumque extraneorum,vel etiam ſubditorum eiuſdem Status noſtri Eccleſiaſtici,quam pro aliis quibuſuis,& aliorum quorumcumque intuitu,ac contemplatione, ad fauorem,& commodum ipſorummet Principum,extraneorum, & aliorum ſupradictorum obligare, & hypothecare, aut etiam bona quæcumque ſtabilia,& alia ſupradicta in commendam,aut in erectionem commendarum alicui ex militiis regularibus quibus Reges, aut Principes extranei Nobis & Sedi Apoſtolicæ nõ immediatè ſubiecti in adminiſtratores,ſeu Magnos Magiſtros deputati ſunt concedere, aut vt concedantur aliquo modo conſentire ſine expreſſa præcedente Noſtra, & Rom. Pontificis pro tempore exiſtentis licentia, ſub pœna amiſſionis dictorum bonorum contra tenorem præſentium,vt præfertur obligatorum,& conceſſorum eo ipſo ſimiliter incurrenda,& Sedi, ac Cameræ Apoſtolicæ applicanda poſſit,& valeat, ita quod in caſu contrauentionis eidem Sedi,& Cameræ Apoſtolicæ liceat viuentibus ſupradictis,ita obligantibus,& concedentibus dicta bona capere, & penes ſe retinere, illis verò defunctis ad eos, ad quos de iure peruenire debent,omnino perueniant,quodq. tabelliones,& Notarij etiam ex numero participantium,& alij quicumque prædicti ſuper præmiſſis ſcripturas,& inſtrumenta conficientes pœnas priuationis officiorum,quę obtinent,& perpetuæ inhabilitatis ad illa, & alia exercenda eo ipſo incurrant, & nihilominus fideiuſſiones,cautiones,obligationes, hypothecæ,necnon conceſſiones,& conſenſus prædicti per ipſos, vt præfertur,faciendæ & præſtandi reſpectiuè,ſint nullæ,& nulli,ac nullius roboris, & momenti,nec alicui quouis modo proſint,aut ſcripturæ,& inſtrumenta ſimiliter ſuper præmiſſis conficienda fidem faciant,vel ex illis audiri,agi,vel excipi poſſit in iudicio,vel extra perpetuo ſtatuimus,& ordinamus, ſicq., & non aliter per quoſcunque Iudices Ordinarios,& delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales,etiam de Latere Legatos ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,& auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritumq., & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, mandantes eiſdem Legatis,Vicelegatis,Gubernatoribus,ac Iudicibus nunc & pro tẽpore in toto Statu Eccleſiaſtico prędicto exiſtentibus,& eorum cuilibet,vt declarationem,extenſionem,decretum, inhibitionẽ, præceptum, & mandatum, ſtatutum, & ordinationem noſtram huiuſmodi in eodem Statu Eccleſiaſtico ab omnibus, ad quos ſpectat,& ſpectabit perpetuo obſeruari mandent,& faciant,contradictores quoſcumque opportunis iuris & facti remediis appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus noſtra de non tollendo iure quæſito, & quibuſuis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſcumque fideicommiſſis purificatis & purificandis, ac vltimis voluntatibus, donationibus, & pactis quibuſcumque,ac legibus etiam municipalibus,necnon Vrbis, & aliarum Ciuitatum, Terrarum, & locorum Status noſtri Eccleſiaſtici,etiam iuramento confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis, Statutis, & conſuetudinibus, ac priuilegiis, gratiis, & indultis eiſdem Rebuſpublicis, Communitatibus, Vniuerſitatibus,& Collegiis extra dictum Statum Eccleſiaſticum exiſtentibus,& non Eccleſiaſticis, necnon Principibus extraneis,ac etiam militiis præfatis quorumcumque Ordinum regularibus,ac Almæ Vrbi, necnon Populo Rom, & quibuſcumque Ciuitatibus, Terris, & locis Nobis,& Sedi Apoſtolicæ ſubiectis,etiam ſi tales eſſent quæ ſub generali expreſſione non venirẽt: ſed de illis ſpecialis,& indiuidua mentio habenda foret, in genere,vel in ſpetie, & ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis,aliiſq. efficacioribus,& inſolitis clauſulis,ac irritantibus, & aliis decretis in contrarium præmiſſorum hactenus quomodolibet conceſſis,confirmatis,& approbatis. Quibus omnibus & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis,& ad verbum inſertis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſè derogamus, necnon omnibus illis,quæ prædictus Sixtus Prædeceſſor in ſuis literis prædictis voluit non obſtare, cæteriſq. contrariis quibuſcumque.

Volumus autem,vt præſentes, quæ in Conſiſtorio noſtro, & de Fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu prædicto promulgatæ ſunt quoſcumque tam præſentes,quam abſentes,& vbicumque etiam extra Statum noſtrum Eccleſiaſticum exiſtentes, perinde obligent & arctent, ac ſi vnicuique eorum nominatim intimatæ fuiſſent; Et nihilominus,vt illæ magis innoteſcant,mandamus eas Valuis Eccleſiæ S.Io.Lateranen. & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe,& in Acie Campi floræ appendi,& publicari,ac etiam volumus,vt earum exẽplis,etiam impreſſis manu Notarij publici,& ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis,eadem prorſus fides vbique locorum in iudicio,& extra habeatur,quæ ipſiſmet præſentibus haberetur, ſi eſſent exhibitæ,vel oſtenſæ, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtram confirmationis, innouationis, declarationis, extenſionis, ampliationis,decretorum, inhibitionis, præcepti, mandatorum, voluntatem, Statuti, & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ millesimo ſexcenteſimo primo, Pridie Non. Iulij, Pontificatus noſtri Anno Decimo.

✠ Ego

Digitized by Google

✠ Ego Clemens Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

✠

✠

✠ Iul. Ant. Epiſc. Card. Præneſtinus Sanctæ Seuetinæ.

✠ Hiet. Epiſc. Sabinen. Card. Ruſt.

✠

✠ Alex. Epiſc. Alban. Card. Floten.

✠

✠ Ego Ant. Maria Card. Saluiatus, tit. S. Mariæ Tranſtiberim.

✠ Ego Aug. tit. S. Marci Card. Veron.

✠ Ego Sim. Card. de Terranoua, tit. S. Laurenti in Lucina.

✠ Ego Dominicus, tit. S. Chriſogoni Card. Pinellus.

✠ Ego Fr. Hieronym. Card. Aſeulanus, tit. S. Mariæ ſuper Mineruam.

✠ Ego Ant. Maria, tit. S. Prax. Card. Gallus.

✠

✠ Ego Ant. tit. S. Stephani in Monte Cœlio Card. Saulius.

✠ Ego Euangeliſta, tit. S. Matthæi in Merulan, Card. Cuſentinus,

✠

✠ Ego Marianus, tit. SS. Marcellini, & Petri Card. de Cametino.

✠ Ego Fr. Gregorius Cardin. de Mont'Elparo, tit. S. Auguſtini.

✠ Ego Paulus, tit. S. Ceciliæ Presbyter, Cardinal. Sfondratus.

✠ Ego Benedictus, tit. S. Priſcæ Presbyter Card, Iuſtinianus.

✠

✠ Ego Franciſcus, Maria tit. S. Mariæ in Araceli Card. à Monte.

✠ Ego Octauius tit. S. Alexij Presbyter Card, Parrauicinus.

✠ Ego Hiet. Card. Matthæius, tit. S. Pancratij,

✠

✠ Ego Flamin. tit. S. Mariæ de Pace, Card, Platus.

✠

✠ Ego Lutius Card. Saxus, tit. SS. Quiriei, & Iulitæ.

✠ Ego Franeiſeus Maria, tit. S. Bartholomęi in Inſula Card, de Senis.

✠

✠

✠

✠ Ego Camillus, tit. SS. Io. Pauli Preb. Card. Burgheſius.

✠ Ego Cæſar, tit. SS. Nerei, & Achillei, Preb. Card, Baronius.

✠ Ego Laurentius tit. S. Laurentij in Pane & Perna, Presb. Card. Blanchettus.

✠

✠

✠ Ego Franciſcus, tit. S. Thomæ in Parione, Presb, Card. Mantica.

✠ Ego Pompeius, tit. S. Balbinæ Presb. Card. Arigonius,

✠

✠

✠

✠ Ego Dominicus tit. S. Petri in Monte Aureo Presb, Card. Tuſcns.

✠ Ego Arnald. tit. S. Euſebij Card. Oſſatus.

✠ Ego P. Æmilius Presb. Card. S. Marcelli.

✠

✠ Ego Silieius, tit. S. Saluatoris in Lauro Presb. Cardin. Antonianus,

✠ Ego Rob. tit. S. Mariæ in Via Presb. Card. Bellarminus.

✠ Ego Bon. tit. S. Blaxij de Annulo Presb. Cardin, Bonuiſius.

✠

✠

✠ Ego A. S. Laurentij in Damaſo Diac, Card. Montaltus S. R. E. Viceeancell.

✠

✠

✠

✠ Ego Ant. Diac. Card. SS. Quatuor Coron.

✠ Ego P. S. Nieolai in Carcete Diac. Card. Aldobrandin. S. R. E. Cam.

✠ Ego Cynthius Diac. Card. S. Georgij.

✠ Ego Barth. S. Mariæ in Porticu Diac. Card. Cæſius.

✠ Ego A. S. Angeli in foro Piſeario Diac. Cardin. Peretrus.

✠

✠ Ego Io. Baptiſta Sanctę Marię in Coſmedin. Diac. Card, Detus,

M. Veſtrius Barbianus.

A. de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini milleſimo ſexcenteſimo primo. Indictione deeima quarta, die verò ſeptima menſis Septembris, Pont. Sanctiſs. in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis Diuina prouidentia Papæ VIII. Anno Decimo. Retroſcriptæ literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Valuis Baſilicarum S. Io. Lateranen. & S. Petri Principis Apoſtolorũ per nos Catherinum Menandi & Laertium Cecchettum Apoſtolieos Curſores, &c.

Auguſtinus Braccherius Mag. Curſ.

Regiſtrata apud Marcellum Secretarium.

BVL-

BVLLA SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS CLEMENTIS PAPÆ VIII.

Super reductione omnium Cenſuum per quaſcumque Communitates, Vniuerſitates, Status Eccleſiaſtici vltra ſeptem pro centenario impoſitorum poſthac ad rationem ſeptem tantum perſoluendorum.

Clemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

QVAE ad ſubleuationem grauaminum, & commoda populorum noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ ditioni in temporalibus ſubiectorum pertinere dignoſcimus in iis libenter auctoritatis noſtræ partes interponimus, prout æquitate ipſa, & noſtra erga eos paterna charitate ſuadente conſpicimus cum Domino expedire. Sanè non ſine magna animi noſtri moleſtia accepimus pleraſque Communitates, & Vniuerſitates, Ciuitatum, Oppidorum, & locorum Status noſtri Eccleſiaſtici ob varias eorum neceſſitates multos Cenſus vendendo graue æs alienum contraxiſſe; huiuſmodi autem Cenſuum emptores illos ad rationem non ſex vel ſeptem, ſed octo, nouem, vel decem pro quolibet centenario, & anno ferè omnes exigere ſolere. Quare intolerabili onere grauatæ ex reditibus propriis aliquando emptoribus Cenſuum ſatisfacere nequeunt.

Nos igitur in præmiſſis opportunè ratione aliqua ſaltem ex parte prouidere volentes Motu proprio, & ex certa ſcientia omnes & ſingulos Cenſus hactenus ſuper quibuſcumque rebus immobilibus tam Vrbanis, quàm ruſticis in quacumque Prouincia, Ciuitate, Terra, Oppido, Territorio, Diſtrictu, & loco Status Eccleſiaſtici Nobis, & Sedi Apoſtolicæ tàm mediatè, quàm immediatè ſubiectis conſiſtentibus, cuiuſcumque pretij, valoris, qualitatis, quantitatis, & denominationis bona, & Cenſus huiuſmodi extiterint per quaſcumque Communitates, ſeu Vniuerſitates eiuſdem Status, & ditionis, ſeu etiam ſingulares perſonas intuitu tamen illarum, & cum promiſſione indemnitatis ab ipſis Cõmunitatibus, ſeu Vniuerſitatibus, quæ pretia Cenſuum huiuſmodi venditorum in ſuos vſus acceperint facta. ſeptem pro quolibet centenario & anno quocumque modo excedentes hactenus creatos, conſtitutos, impoſitos, & venditos quo ad illorum fructus ex nunc deinceps in futurum perpetuo decurrendos ad rationem ſeptem tantum pro quolibet centenario & anno (ſalua tamen dictos Cenſus redimendi facultate) auctoritate Apoſtolica tenore præſentium reducimus & moderamur, ac ipſas Communitates, & Vniuerſitates Cenſus prædictos ex nunc perſoluendos, & alios pro eis etiam vti principales principaliter & inſolidum, ſeu aliàs quouis modo etiam in forma Cameræ Apoſtolicæ obligatos à ſolutione Cenſuum prædictorum aliàs quam ad rationem ſeptem pro centenario, & anno huiuſmodi ad aliquid vlterius pro fructibus in futurum ſoluendum non teneri, nec ad id vigore quarumcumque obligationum, & quibuſuis iuramentis (quæ ipſis Communitatibus, & Vniuerſitatibus prædictos Cenſus perſoluentibus, vt præfertur, & aliis pro eis etiam dicta forma Cameræ obligatis, harum ſerie relaxamus) ſeu aliàs vallatarum, nec ad illarum obſeruationem, & Cenſuum iam impoſitorum ſolutionem vltra prædictam ſummam ſeptem pro quolibet centenario & anno cogi, aut compelli poſſe declaramus, ac ita per quoſcumque Iudices & Commiſſarios, etiam Palatij Apoſtolici cauſarum Auditores, & S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos, necnon Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ ac Rotæ Auditores, ſeu quoſuis alios Iudices ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, ac definiri, & interpretari debere; irritum quoque decernimus, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac quarumcumque Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, & locorum Statutis, conſuetudinibus, legibus, & naturis etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, necnon obligationibus in ampliori forma, fideiuſſionibus, renunciationibus, ac iuramentis præſtitis, priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis etiam per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros ac etiam nos quibuſcumque tenoribus & formis ac cum quibuſuis clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, necnon irritantibus decretis ex quauis cauſa etiam per modum legis vniuerſalis, aut aliàs quomodolibet editis, ſiue in fauorem Vniuerſitatum, Communitatum, Collegiorum, Congregationum, Ciuitatum, & locorum conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus & ſingulis illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, quatenus directè, vel indirectè præſenti noſtro Motu proprio in toto vel in parte contrarientur ſpecialiter & expreſsè derogamus, ceteriſq. contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 1. Maij, 1592. Pontificatus noſtri Anno I.

M. Veſtr. Barbianus.

Digitized by Google

LVDOVICI CENCII V. I. D. IN TRACTATVM DE CENSIBVS.

PRAEFATIO.

CENSVVM materia licet ampliſſima ſit, & latiſſima, ex quo non tam ad priuatũ, quam ad publicum Ius pertineat, vt animaduertunt *Scribẽtes varijs in locis, & ſignanter Didac. Conar. Var. reſolut. lib. 3. cap. 7. nu. 1. Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſ. art. 2. nu. 8. Ludou. Mol. in ſuo tract. de Contract. par. 2. diſput. 381. nu. 1. Io. Bapt. Lup. ad l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. Comm. 2. §. 2. nu. 54. & ſeq. Brunor. à Sole, in ſuis Quæſt. Legal. q. 1. nu. 1. Federic. Mart. in ſuo tract. de Iure cenſu. c. 2. nu. 1.* & alij paſſim, dum Cẽſum diſtribuunt in publicum, & priuatum. Quia tamen noſtri propoſiti eſt in hoc tractatu non de publico, ſed de priuato cenſu diſſerere, & nõ de quolibet priuati cenſus ſpecie, ſed dumtaxat de Conſignatiuo, vtpotè, qui frequentior, & vſitatior inter homines ſit, & circa quem quotidiè contractus exerceantur, & in foro aſſiduę contentiones exoriantur: ideo, antequam ad ipſam tractationem condeſcendam, operępretium eſſe duxi, vt ordinem, quo in toto hoc Tractatu ſim vſurus, in primis indicarem, & quaſi digito demonſtrarem, cum teſte Baldo in Proœm. Digeſtor. antequam ad ſcientiam perueniatur, bene ſit methodum & ordinem docendi præſcribere.

Opus igitur hoc noſtrum in tres principales partes eſſe diſtribuendum exiſtimaui, ea adductus ratione: quia ſicut ceteræ res humanæ illius ſunt conditionis, vt ortum habeant, vitam, & interitum, eodem etiam modo hunc noſtrum cenſum conſignatiuum ortum, vitam, & interitum habere animaduerti; ortum quidem dum creatur & imponitur; vitam dum in alium transfertur, & penes illius dominium permanet; interitum, dum reſoluitur, & extinguitur. Et propterea, cum cenſus iſte in triplici ſtatu cõſiderari poſſe videatur, videlicet naſcens, viuens, moriens; ideo congruum eſſe arbitratus ſum, vt illius tractationem in tres ſeparatas, & diſtinctas partes ſecarem, & diſtribuerem; Vt in prima parte de iis ageretur, quæ ad ortum, & creationem cenſus pertinere viderentur. In ſecunda de iis, quæ ad illius vitam, & progreſſum attinerent. In tertia, & vltima, de illius extinctione, & interitu tractaretur. Vt autem dilucidiori & faciliori methodo omnia explicarentur, fuit quælibet pars in certa capita diuidenda, & quodlibet caput in quęſtiones, & illæ in articulos, prout occaſio tulit, & res ipſa expoſtulare viſa eſt.

Primam autem partem in quattuor principalia capita diſtinguendam eſſe duxi. In quorum primo quaſi per modum euidentialium, & prolegomenon, agetur de Cenſu ipſo, qui creandus, & conſtituendus eſt.

In ſecundo de perſonis, quæ Cenſum imponere, & conſtituere intendunt.

In tertio de rebus, ſuper quibus Cenſus conſtituendus, & collocandus eſt.

In quarto de ipſamet Cenſus impoſitione, & conſtitutione.

De Cenſu Conſignatiuo.

CAPVT PRIMVM.

HOc primum caput quattuor habet Quæſtiones; quibus vniuerſa, quæ ad huius contractus Cenſualis præcognitionem ſunt neceſſaria, explicabuntur.

In prima afferetur vna Cenſus priuati diuiſio, & eius membra explicabuntur, & aliæ Cenſus conſignatiui ſubdiuiſiones recenſebuntur.

In ſecunda accedendo propius ad rem ipſam, Cenſus conſignatiui originem inueſtigabimus.

In tertia de illius definitione, & Etymologia tractabitur.

In quarta qualis ſit Contractus iſte demonſtrabitur.

De Cenſus priuati diuiſionibus.

QVÆSTIO PRIMA.

Quæſtio iſta quattuor ſimiliter habet articulos.

IN primo diuiditur Cenſus priuatus in reſeruatiuum, & conſignatiuum, & quomodo quilibet conſtituatur, & vnus ab altero differat, aperitur.

In ſecundo ſubdiuiditur Cenſus conſignatiuus

in perpetuum & temporalem, & quomodo vterque conſtituatur breuiter demonſtratur.

In Tertio affertur alia diuiſio Cenſus conſignatiui, vt alter ſit pecuniarius, & alter fructuarius, & de Cenſu fructuario aliqua ſcitu digna referuntur.

In Quarto aſſignatur alia diuiſio Cenſus conſignatiui, quæ ſecatur in realem & perſonalem.

ARTICVLI PRIMI

SVMMARIA.

1 *Cenſus vox, eſt æquiuoca.*
2 *Æquiuoca ſunt diuidenda.*
3 *Cenſus alter publicus, alter priuatus.*
4 *Cenſus priuatus alter retentiuus, alter conſignatiuus.*
5 *Cenſus retentiuus quomodo conſtituatur ſecundum aliquos. horum opinio reprehenditur, num. 7. Saluatur, num. 12.*
6 *Cenſus reſeruatiuus quomodo conſtituatur ſecundum alios, quos Author ſequitur.*
8 *Dominij directi, & vtilis concurſus in eadem perſona, & eiuſdem rei in Iure non conceditur eodem tempore.*
9 *Dominus is verè eſt, qui rei directum habet dominium.*
10 *Quaſi dominus ille dicitur, qui habet dominium vtile.*
11 *Dominus eiuſdem rei eodem tempore quis eſſe non poteſt propriè, & impropriè.*
13 *Cenſus reſeruatiuus capitur pro contractu libellario, & emphyteuticario.*
14 *Contractus emphyteuticus, & libellarius, ex communi vſu loquendi confunduntur, & vnus pro alio vſurpatur.*
15 *Cenſus reſeruatiuus in multis differt ab emphyteuticario, & contractu libellario.*
16 *Cenſu in reſeruatiuo nullum Ius remanet penes eum, qui rem concedit.*
17 *In emphyteuſi transfertur dumtaxat vtile dominium.*
18 *Cenſu in reſeruatiuo ob ceſſationem in ſolutione etiam per mille annos, res non incidit in commiſſum.*
19 *Emphyteuta ceſſans ſoluere Canonem, cadit à Iure ſuo.*
20 *Cenſus reſeruatiuus vt differat à conſignatiuo.*
21 *Cenſus conſignatiuus quomodo conſtituatur.*
22 *Cenſu in conſignatiuo, quid concedatur domino Cenſus.*
23 *Cenſu in conſignatiuo dominium, & poſſeſſio fundi cenſuati, remanet penes imponentem.*
24 *Dominus Cenſus videtur contrahere quandam communionem, & quaſi ſocietatem cum domino fundi cenſiti.*
25 *Dominus Cenſus non retrahit fundum cenſitum ab illius domino venditum.*
26 *Dominus fundi cenſiti, tenetur ad onera realia ratione poſſeſſionis rei impoſita.*
27 *Collecta impoſita ſuper bonis immobilibus ſolui debet pro annuo cenſu, ſed an in loco vbi ſita eſt res ſuppoſita, an vbi eſt deſtinata ſolutio cenſus, reſoluitur num. 29.*
28 *Cenſus dicitur conſiſtere in loco, vbi ſita eſt res ſuppoſita, quia illi res cohæret.*

De Cenſus priuati diuiſione.

ARTICVLVS PRIMVS.

1 QVONIAM † iſta Vox, & iſte terminus Cēſus, eſt æquiuocus, cum de pluribus Cenſuum generibus intelligi poſſit, vt præter alios docet *Federic. Martin. in ſuo tract. de Iure Cenſu. c. 1. & 2. & Gaſp. Roderic. de ann. redit. lib. 1. quæſt. 2.* ideo tractaturus de Cenſu conſignatiuo, neceſſarium exiſtimaui vt illum ab aliis Cenſuum ſpeciebus diſtinguerem.
2 nulli † enim eorum quæ æquiuoca ſunt reſpondere ſimpliciter conuenit, vt admonet *Ariſt. lib. 2. Elenchor. c. 2.* & reaſſumit *Roder. c. d. q. 2. in princ.* Omiſſa autē
3 ea Cenſuum diuiſione, qui † cenſum ſecat in publicum & priuatum, cum non de publico, ſed de priuato ſermo noſter futurus ſit, & ad priuatum veniens, eam dumtaxat priuati Cenſus diuiſionem referendam eſſe ſum arbitratus, per quam Scribentes
4 illum † in conſignatiuum, & reſeruatiuum diſtribuunt. *Conrad. in ſuo tract. de Contract. Quæſt. 72. in 7. Suppoſit. Bened. Bon. de Cenſib. art. 9. num. 25. Ludouic. Molina, in tract. de contract. diſput. 381. num. 2. Ludouic. Lopez, in ſuo Inſtructor, negociant. lib. 1. cap. 54. verſ. Præterea. Menoch. de Præſumpt. lib. 3. Præſumpt. 107. num. 4. & ſeq. Io Bapt. Lup. ad l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. Comm. 2. §. 2. num. 56. Fernand. Rebell. in ſuo tract. de obligat. Iuſtit. lib. 10. quæſt. 1. num. 2. Leonard. Leſſ. de Iuſt. & iure, lib. 2. cap. 22. dubit. 2. nu. 4. Mich. Salon. de contract. & commerc. human. in tit. de Cenſib. art. 1. nu. 2. 10. Azor. Inſtit. Moral. par. 3. lib. 10. c. 2. in princ. Gregor. de Valent. in ſuis Commentar. Theological. tomo 3. Diſput. 5. Quæſt. 22. de Cenſib. puncto 1. verſ. denique notandum. Feder. Martin. d. cap. 2. nu. 18. & ſeq. Roderic. d. Quæſt. 2. lib. num. 1.* hæc enim ad inſtitutum noſtrum maximè conducit, non quod de vtroque membro tractare conſtituerim, ſed vt nonnullis breuiter de Reſeruatiuo Cenſu præcognitis, tractatum de conſignatiuo Deo fauente aggrediamur.
5 Cenſus † autem Reſeruatiuus, vel retentiuus ille dicitur, de quo loquitur *[illegible] in fin. [illegible] per-*
* *mut. & Papa in c. ad audientiam in ext. de præſcr. & in c. conſtitutus, & ibi Gloſ. in verbo [illegible], Abb. & alij, ext. de Religioſ. domib.* & conſtituitur cum quis tradit rem ſuam alicui, transferendo in eum omne dominium directum, & vtile, cum onere quod teneatur ſoluere tradenti ſingulis annis certum quid pro cenſu. *Didac. Couar. Var. Reſolut. lib. 3. cap. 7. nu. 1. verſ. ſic & Cenſus dicitur. Franc. Connan. Comment. Iur. ciuil. lib. 7. cap. 12. num. 11. in fine. Gugliel. Redoan. in ſuo tract. de rebus Eccleſ. non alien. in Rubr. de Conſtit. ann. Cenſ. num. 3. Foller. in ſua Pract. Cenſuali, in verbo, huiuſmodi, nu. 5. Conrad. in d. 7. Suppoſit. Domin. Soto, de Iuſt. & iure, lib. 6. Quæſt. 5. art. 1. Aymo Crau. conſ. 217. num. 4. Menoch. d. Præſumpt. 107. num. 4. & conſ. 983. num. 12. & ſeqq. lib. 10. Vrſill. ad Afflict. Deciſ. 80. num. 5. Iul. Clar. in ſuo Pract. in §. Emphyteuſis, quæſt. 1. verſ. contractum autem. Leonard. Leſ. d. dubitat. 2. nu. 4.*
6 Vel & melius conſtituitur † cum quis tradit rem ſuam

ſuam alicui, transferendo in accipientem omne ius quod ipſe tradens habet, nullo Iure ſibi reſeruato, præterquam recipiendi annuum Cenſum, vt dixit *Bart. in l. 1. §. 1. num 4. ff. de public. & vectigal. Soc. ſen. conſ. 167. ſub num. 6. verſ. tunc dicitur contractus cenſualis, lib. 2. Iaſ. conſ. 63. num. 1. lib. 1. Ruin. conſ. 160. num. 3. 6. & ſeq. lib. 1. Bertachin. in ſuo tract. de Gabell. in Prælud. num. 8. Caſſan. ad conſuetud. Burgund. Rubr. 11. in princ. Aurel. Corbol. in ſuo tract. de Iure emphyteut. Cauſ. 15. ob non ſolut. Canon. limit. 33. num. 1. Brunor. à Sole in ſuis Quæſt. Legal. quæſt. 1. num. 3. Ludouic. Lopez d. cap. 54. verſ. præterea, Ludou. Molina d. diſput. 381. num. 2.*

7 Inaduertenter † enim videntur loquuti illi, qui dixerunt in accipientem transferri dominium directum & vtile, vt animaduertit *Bero. in c. 1. num. 71. ext. de Reſtit. in integr.* exiſtimans impoſſibile eſſe, vt quis eiuſdem rei eodem tempore in alium transfe-
8 rat dominium directum, & vtile, tum quia † cócurſus dominij directi, & vtilis eodem tempore in eadem perſona reſpectu eiuſdem rei in Iure non conceditur, *l. poſſideri, §. ex pluribus, in fine, & ibi Glo. ff. de*
9 *acquir. poſſ. Ruin. conſ. 7. num. 4. lib. 5.* tum quia † ille qui habet directum dominium eſt verè dominus. *Iaſ. in l. traditionibus. num. 10. C. de pact. Franc. Ripa in Rubr. ext. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. num. 42. & ſeq.*
10 ille verò † qui habet vtile dominium dicitur quaſi dominus. *Bald. in c. 1. §. 1. circa princ. de Inueſtit. de re aliena facta, in Vſib. feud. Iaſ. in §. omnium, nu. 61. Inſtit.*
11 *de Action.* & impoſſibile eſt † vt quis eodem tempore eiuſdem rei ſit dominus verè, & non verè, propriè, & non propriè, *l. 1. ff. ſi ager Vectig. vel emphyt. petat. Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua, num. 57. per text. in d. l. poſſideri, §. ex pluribus, ff. de acquir. poſſ.* Niſi
12 dicamus, quod ij, † qui aſſerunt per iſtum contractum transferri in accipientem dominium vtile, & directum, non ſentiunt, quòd eodem tempore ex eodem contractu tráſferatur vtrumque dominium eiuſdem rei, ſed quòd transferatur directum, ſi is qui rem tradit, reſeruato ſibi annuo Cenſu, erat dominus directus: ſi autem tradens erat dumtaxat dominus vtilis, transferatur tantum vtile: ſi autem habebat dominium plenum, transferatur omne Ius, nullo iure penes concedentem remanente. Quod videntur ſenſiſſe *Bon. d. art. 9. num. 25. verſ. ſecundum genus. & art. 13. num. 30. ad fin. & num. 31. Surd. conſ. 162. num. 4. lib. 2. Io. Bapt. Lup. d. §. 2. num. 57.* & ſi qui alij ſunt, qui ſimpliciter dixerunt per hunc contractum transferri in accipientem rem ipſam, non exprimentes quod transferatur directum, vel vtile illius dominium. Omnes tamen in hoc conueniunt, quod per iſtum cótractum quilibet transferat cum ipſa re quam tradit, vniuerſum Ius, quod in ea habet, & ita hunc nodum explicat *Caſſan. d. Rubr. 11. in princ. num. 1.*

13 Licet autem † huius Cenſus Vox & denominatio conueniat etiam contractui Emphyteuticario & libellario, vt auctoritate *Socini ſen. conſ. 50. num. 7. lib. 4.* dicit *Honded. conſ. 81. num. 8. lib. 2.* & placuit *Rolenco d. quæſt. 1. ſub num. 1. verſ. quidam ſunt reditus*
14 *Emphyteutici;* cótractus tamen Emphyteuticus † & libellarius, (qui iuxta communem vſum loquendi non differunt, ſed vnus pro altero promiſcuè vſurpatur *c. 1. Quib. mod. feud. amitt. in vſib. feudor. Bon. in d. tract. de Cenſib. art. 50. num. 80.* & multorum auctoritate dicit *Clar. in d. §. Emphyteuſis, quæſt. 1. num. 1.* refert *Menoch. conſ. 291. ſub num. 7. lib. 3.*) in multis
15 differunt † ab hoc cenſu reſeruatiuo, vt latè proſequitur *Euerard. in ſua Topica Legali in loco ab Emphyteuſi ad Cenſ. num. 2.* & ſequitur *Brunor. à Sole in dd. ſuis Quæſt. Legal. quæſt. 5. per tot. Felician. de Solis in ſuis Commentar. de Cenſib. tom. 1. in Proœm. num. 11. Mich. Salon. in d. ſuo tract. de contract. & comerc. human. in tit. de Cenſib. art. 2. num. 3. & ſeqq. Roderic. in d. ſuo tract. de ann. reditib. lib. 2. quæſt. 22. Federic. Martin. in d. ſuo tract. de Iure Cenſuum, cap. 1. num. 79. & ſeqq. & alij alijs in locis;* duæ autem ſunt præcipuę, & notabiliores differentiæ ſecundum omnes.

16 Vna eſt, † quod in contractu Cenſuali penes eum qui rem tradit, nullum omnino Ius remanet ſuper ipſa re, præterquam ius conſequendi annuam penſionem, & reſponſionem, quam ſibi reſeruat; per
17 contractum † verò Emphyteuticum, & libellarium transfertur dumtaxat vtile dominium, *Menoch. d. conſ. 291. num. 5. & ſeqq.* & alij multi relati à *Feliciano d. nu. 11.* quibus addi poteſt *Leonard. Leſſ. d. dubitat. 2. num. 5. Roderic. d. quæſt. 22. num. 5. & ſeqq. Seraph. deciſ. 1195. num. 1. par. 1.*

Altera verò differentia eſt quã conſiderant communiter *Gloſ. & Doct. in c. conſtitutus, ext. de Religioſ. domib. & in c. ad audientiam, ext. de præſcript.* & maximè *Imol. num. 4. Caſſan. d. Rubr. 11. in princ. num. 5. Aurel. Corbol. d. limitat. 33. Roderic. d. quæſt. 22. num. 9.*
18 *& ſeqq.* & alij alibi, videlicet, † quod in contractu cenſuali ob non ſolutionem Cenſus nunquam res conceſſa incidit in commiſſum, etiam ſi is qui cenſum ſoluere tenetur, ceſſaret per mille annos à ſolutione, vt præter ſupra allegatos dicit *Ruin. conſ. 160. num. 6. & 7. lib. 1. Io. Fab. in §. adeo, num. 13. Inſtit. de locat. Bon. in d. tract. de Cenſib. art. 46. num. 76.*
19 In † Emphyteuſi verò ceſſatio duorum, vel plurium annorum facit rem conceſſam in commiſſum cadere, *l. 2. C. de Iure Emphyt. Auth. qui rem, C. de ſacroſanct. Eccleſ. c. potuit, ext. de locat. & in dd. locis* communiter not. *Scribentes, Bon. d. tract. art. 47. num. 77. Federic. Martin. d. tract. de Iure Cenſu. cap. 1. nu. 197. & c. 7. num. 105. & ſeqq.* & præter iſtos refert alios multos *Felician. in d. Proœm. nu. 17.* & latiſſimè hanc materiam proſequitur *Corbol. d. cauſa 15. ob non ſolut. Canon.*

Vbi conſtituit regulam cum 45. Ampliationibus. 41. Limitationibus & 14. Quæſtionibus.

Differt † autem Cenſus iſte reſeruatiuus à conſi-
20 gnatiuo. Quia in conſtitutione Cenſus Reſeruatiui, vt dictum eſt, transfertur in accipientem omne Ius quod habet tradens, nullo iure penes eum remanente, præter recipiendi annuam penſionem, vt vltra ſupra allegatos, benè dicit *Roderic. dict. quæ-*
21 *ſtione 22. num. 5.* In Cenſu autem † conſignatiuo, (qui ex mente *Marc. Anton. Peregrini conſil. 97. num. quarto, & quinto, libro primo.* dupliciter conſtituitur. Primò, præcedente venditione fundi pro pecunia præſenti, cum retroacceptione eiuſdem rei ad Emphyteuſim & libellum ſub annua penſione ad certam rationem expreſſam pro quolibet centenario, & anno, de quo cum apud nos non ſit in vſu, niſi ſecundum naturam Cenſus reſeruatiui, agere non conſtitui: altero modo conſtituitur, cum quis

imponit & creat ſuper bonis ſuis certam aliquam
penſionem alteri ſoluendam ſecundum *Bon. d. tract.
art. 6. num. 18. & d. art. 9. num. 25. Io. Bapt. Lup. d. §. 2.
num. 58. Ludouic. Lopez, d. cap. 54. verſ. præterea, in fine.*
22 *Mich. Salon. d. art. 3. controuerſ. 1. nu. 1.)* is † ad quem
transfertur Cenſus efficitur quidem dominus, vel
quaſi illius Iuris percipiendi illam annuam penſio-
nem, & reſponſionem conſtitutam, & ſibi aſſigna-
23 tam; Quo † verò ad bona ſuper quibus, vel quo-
rum fructibus penſio ipſa cõſtituta, & impoſita eſt,
nullum Ius acquirit, nec quo ad proprietatem, nec
quo ad poſſeſſionem. *Crauet. 1. conſ. 217 num. 4. verſ. 2.
Conrad. d. quæſt. 72. in 7. ſuppoſit. Foller. in d. verbo, huiuſ-
modi, num. 2. Bon. d. tract. art. 6. nu. 18. & d. art. 9. nu. 25.
Nauar. in ſuo tract. de vſur. nu. 137. Surd. d. conſ. 162.
num. 4. & 8. Stephan. Gratian. deciſ. Marcb. 20. num. 9.
Menoch. d. Præſumpt. 107. num. 5. verſ. 2. & num. 15.
& conſ. 983. num. 16. lib. 10. Soto d. quæſt. 5. art. 1. Ludo-
uic. Molin. d. diſputat. 383 num. 1. Mich. Salon d. contro-
uerſ. 1. num. 1. verſ. 4 ſi proprius, & infra,* vbi hoc plu-
ribus comprobat *Fern. nl. Rebell. d. lib. 10. quæſt. 1.
num. 6. & 9. Leonard. Leſſ. d. dubitat. 2. num. 5. verſ. conſi-
gnatiuus, Io. Guthier. Pract. Quæſt. lib. 2. cap. 168 nu. 6.
Gregor. de Valent. in ſuis Cõment. Theologic. tomo 3.
diſput. 5. quæſt. 22. de Cenſib. punct. 1. in vltimis ver-
bis.* Bene *Roder. c. d. tract. de ann. redit. lib. 1. quæſt. 3.
num. 6. Peregr. conſ. 20. num. 16. lib. 3. plene Ludouicus
Velazquez de Auendan.* poſt hæc ſcripta viſus, *in
ſuo tract. de Cenſib. Hiſpan. cap. 17. num. 9. & ſeqq.*
✱ & dixit *Rota in vna Romana Cenſus 30. Octobris. 1602.
coram Illuſtriſſimo Cardinali Mellino* quæ eſt *poſt tract.
deciſ. 1. num. 2. & in vna Romana nullitatis Cenſus 9.
Decembris 1602. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lance-
lotto,* quæ eſt *ibidem deciſ. 2. num. 5* vbi additur, quod
hoc eſt ex natura contractus cenſualis.

Propter quam rationem *Io. Guthier. d. lib. 2. cap.*
24 *162.* dicebat, quod licet † inter dominum cenſus,
& dominum fundi, ſuper quo cenſus ipſe fundatus,
& collocatus eſt, dici poſſit contracta quædam
25 communio, & ſocietas, ratione † tamen d. commu-
nionis, & quaſi ſocietatis in ijs locis in quibus ex
forma ſtatuti, vel ex conſuetudine præſcripta dare-
tur ſociis ius retrahendi rem ſibi cum venditore
communem, non poſſet retrahere ab emptore fun-
di cenſuati, fundum illum pro eodem pretio, quo
fuit per illius dominum venditus, talia enim ſtatu-
ta, & conſuetudines intelligi debent de ſocietate,
& cõmunione in ipſa proprietate, & dominio, non
autem in fructibus, & reditibus, qualis eſt illa, quæ
ex contractu cenſuali inter emptorem, & vendito-
rem inſurgit. Quam ſententiam amplectitur, &
confirmat *Ludou. de Auendan. d. tract. cap. 86. num.
6. & 7. & cap. 89. num. 10. & 11.*

Et propter eandem rationem *Stephanus Gratian.*
26 *d. deciſ. Marcb. 20 affirmabat,* quod † impoſitor Cen-
ſus teneatur ad collectas, quæ imponuntur ratione
rei, & fructuum, ex fundo ſuper quo cenſum impo-
ſuit, & collocauit, quod placuerat etiam *Nauar. in
d. tract. de vſur. num. 132. & Paulo Comitulo è Societate
Ieſu, Reſponſ. Moral. lib. 3. q. 38. num. 4. & Io. Azor. In-
ſtit. Moral. par. 3. lib. 10. c. 15. verſ. dubia quæſtionis eſt,
Surd. d. conſ. 162. nu. 25. in fine, & ſeqq. lib. 2.* & latè
*Menoch. d. conſ. 983. num. 11. & ſeqq. lib. 10. M. Anton.
Peregrin. conſ. 19. num. 16. & conſ. 20. num. 18. lib. 3.* la-
tè *Io. Franciſ. Leonis, in ſuo Theſaur. fori Eccleſiaſt. par. 2.
cap. 15. de Cenſib. num. 40. cum multis ſeqq.* vbi reſpon-
det contrariis. & alij relati à *Io. Bapt. Coſta, de Portion.
& Rat. q. 170 in princ.* Quibus addi poteſt poſt hæc
ſcripta viſus *Marin. Bonauin. in ſuo tract. de contract.
diſput. 3. q. 4. puncto vnico, num. 30.*

Nec refert quod aliter ſenſiſſe videatur *Boccat.
in ſuo tract. de Cenſib. par. 2. num. 49.* Quem ſequitur
*Alcibiad. Lucarin. I. C. Senenſ. Obſeruat. Practicar. lib. 1.
Academ 5. obſeruat. 3. num 12. & alij* relati à *Io. Bapt.
Coſta, in tract. ſuo de Portion. & Rat. q. 170 in fine,* dum
concludunt dominum Cenſus eſſe ſubiectum colle-
ctis illius loci, in quo ſitus eſt ager ſuper quo Cenſus
27 collocatus eſt. Iſti † enim non ſunt intelligendi de
collectis, quæ imponuntur ratione ipſius agri ſuper
quo fundatus eſt Cenſus, ſed de collectis, quæ im-
ponuntur ſoluendæ, vel generaliter, ratione quo-
rumcumque bonorum immobilium, vel indefinitè
ratione bonorum immobilium: nam cum poſſiden-
tes annuos Cenſus dicantur poſſidere bona immo-
bilia, vt dicemus infra hac eadem *par. 1. cap. 3. quæſt.
1. art. 2.* non videtur incongruum affirmare, quod
teneatur ad collectas debitas ratione ipſorummet
Cenſuum, illas autem ſoluere debent in loco vbi ſi-
28 tus eſt ager cenſui ſuppoſitus, quia † agro cenſus
cohęret, & ratione d. cohærentiæ Iure dici poteſt,
quod ipſe quoque Cenſus ſit de loco, in quo ſitus
eſt ager, cui Cenſus ipſe cohæret, *ex not. infra d. art. 2.
num. 3. & ſeqq.*

29 Ceterum hæc † *Boccat. & Alcibiad.* opinio reddi-
tur valde dubia ex reſolutione facta in *Rota, coram
b. m. Cardinali Lancelotto in vna Auinionenſi, Carpen-
toratenſi, ſeu Cauallicenſi Collectarum, 9. Martij. 16.
Maij & 27. Iunij 1583* quæ in *fine tract. eſt deciſ. 3. per
tot.* vbi cõcluditur, quod collecta ex Cenſu ſolui de-
beat in loco vbi determinata eſt ſolutio reſponſionis,
non vbi ſita ſunt bona Cenſui ſubiugata. Quam
opinionem firmauerat ante *Lud. et. conſ. 10. num. 2. ad
fin. Caſſan. ad Conſuet. Burgund. Rubr. 2. §. 1. in tex. ex
apparitionis le conſiſtion,* quo *num. 20.* refert *Stephan.
Gratian. Diſceptat. Forenſ. tomo 1. cap. 29. num. 2. & ſeq.*
& horum auctoritate eſſe recedendum ab opinione
Boccat. exiſtimo.

ARTICVLI SECVNDI

SVMMARIA.

1 *Cenſus conſignatiuus alter temporalis, alter perpetuus.*
2 *Cenſus ideo dicitur temporalis, quia vitam habet ad tem
pus conſtitutam.*
3 *Cenſus ideo dicitur perpetuus, quia ex ſui natura aptus
eſt habere vitam perpetuam.*
4 *Tam ex parte emptoris cenſus, qui non poteſt paciſci vt
aliquo tempore cenſus redimatur.*
5 *Quam ex parte venditoris, qui cogi non poteſt ad redi-
mendum.*
6 *Cenſus non ideo minus dicitur perpetuus, ex quo redi-
mi poteſt ad libitum debitoris.*
7 *Perpetuum an quid ſit, ſpectatur tempus præſens, non
quod poteſt in futurum contingere.*
8 *De annuis reditibus, qui debentur quouſque volet de-
bitor, iudicatur prout de his, qui in perpetuum de-
bentur.*

9 Pe-

9 *Pecunia eſt de rebus, quæ vſu conſumuntur.*
10 *In contractu Cenſus non conſideratur redditus, qui annuatim ſoluitur, ſed ius illum percipiendi.*
11 *Cenſus temporalis ille eſt, qui conceditur vel ad certum & determinatum tempus, vel*
12 *Ad tempus indeterminatum, puta ad vitam alicuius perſonæ, etiam plurium.*
13 *Conſtitui poteſt tam ad vitam ementis, quàm vendentis.*
14 *Cenſus conſtitutus ad vitam alicuius, dicitur vitalitius, & cur.*

De Cenſu perpetuo, & temporali.

ARTICVLVS SECVNDVS.

POSTQVAM diximus de Cenſu
reſeruatiuo, ea, quæ pro introdu-
ctione materiæ viſa ſunt neceſſa-
ria, conſequens eſt iuxta præmiſ-
ſum ordinem, vt ad cenſum con-
ſignatiuum veniamus, & aliquas
illius diuiſiones afferamus. Qua-
1 rum vna eſt † vt alter ſit perpetuus, alter tempora-
lis, *Conrad. in ſuo tract. de contract. quæſt. 72. in 3. & 4 ſuppoſit. Sot. de Iuſtit. & iure, lib. 6. q. 5. art. 1. Ludouic. Molin. in ſuo tract. de contract. par. 2. diſputat. 383. num. 33. circ. fin. Thom. Boninſig. in tract. de cenſib. cap. 2. ſub num. 13. verſ. quinto, Io. Bapt. Lup. ad l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. Comment. 2. §. 2. num. 59. Mich. Salon. in ſuo tract. de contract. & comerc. human. in tit. de Cenſib. art. 1. ſub num. 2. verſ. denique diuiditur, Federic. Martin. in ſuo tract. de iur. cenſu. cap. 2. num. 13.* Pro cuius diui-
2 ſionis intelligentia ſciẽdum eſt, quod † Cenſus non ideo dicitur temporalis, quia ad libitũ redimi poſſit, cum potius ſit irredimibilis, & ideo ſit permiſſus & licitus, quia nullo tempore redimi poſſit, vt dicemus infra hac eadem *par. 1. cap. 1. q. 4. art. 3.* Sed quia non habet vitam perpetuam, ſed limitatam ex conſenſu contrahentium, vt paulo inferius dicetur.
3 Prout alter † non dicitur perpetuus ex eo quod nullo vnquam tempore redimi poſſit, cũ immò ad voluntatem imponentis ſit redimibilis, vt diſpoſuit *Pius V. in ſua Conſtitutione*, quam edidit ſuper forma creandi cenſus, quem propterea Scribẽtes aliquando redimibilem appellant; ſed quia creatur & im-
4 ponitur, vt perpetuo viuere poſſit, tam † ex parte emptoris cenſus, qui nec tacitè, nec expreſsè poteſt cum illius venditore paciſci, & conuenire vt Cenſus aliquo tempore redimatur, & extinguatur repugnante d. Conſtitutione Piana, & nos infra latè explicabimus *p. 2. c. 1. q. 3. art. 8. & p. 3. c. 1. q. 3. art. 5.*
5 quam † ex parte eius, qui Cenſum impoſuit, & alteri conceſſit, cui licet liberum ſit ſemper & quandocumque illum redimere, & extinguere, vt expreſsè diſponitur *in c. 1. & 2. de emptione, & vendit. inter Extrau. comm. &* per *Pium Quintum in d. ſua Conſtitutione, &* dicit *Pariſ. conſ. 60. num. 13. lib. 1.* & nos dice-
6 mus *d. 2. par. c. 1. q. 3. art. 7.* non ideo minus † dici debet perpetuus, cum conſtituatur vt vitam perpetuam, vel ſaltẽ longiſſimæ durationis habeat, *Rum. conſ. 82. num. 2. & 3. lib. 2.* benè in puncto *Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 14. num. 32. & art. 15. num. 38. verſ. vlter. or. & num. 39. Tiber. Deci in conſ. 59. num. 10 lib. 1. Federic. Martin. in d. ſuo tract. de iur. cenſu. c. 2. nu. 14.* Quibus addo poſt hæc ſcripta viſum *Ludouic. de Auendan. in ſuo Tract. de Cenſib. Hiſpan. cap. 54. nu. 9.* etenim ad effectum, de quo agimus ſufficit, quod ex parte emptoris & domini cenſus, & ex natura ipſius contractus perpetuo viuere poſſit. *arg. l. ſufficit, & ibi not. Iaſ. nu. 2. ff. de condict. indeb. l. iuris peritos, ff. de excuſat. tutor. Gloſ. 1. in c. fin. in verbo, perpetuos, & ibi Gemin. num. 8. de Reſcript. in 6. Bon. d. art. 14. num. 32.*
7 *& d. art. 15. num. 38. in fine.* Nam † ad cognoſcẽdum an quid ſit perpetuum, debet attendi tempus præſens, non quid poſſit in futurum contingere, vt poſt *Cin. in l. vlt. in prima oppoſit. C. de ſentent. paſſ.* dicit *Decian. d. conſ. 59. num. 11. Follei. in ſua pract. cenſu. l. in verbo, huiuſmodi, num. 33. Tiraq. de Retract. lign. §. 1. gloſ. 6. num. 8. in fine. Surd. deciſ. 204. nu. 10.* Vnde cum tempore impoſitionis, & venditionis Cenſus non poſſit taxari, nec præſcribi tempus intra quod redimi, & extingui debeat, ſed illud relinquẽdum ſit in mero arbitrio & voluntate venditoris, abſque
8 dubio dici debet perpetuus, nam † de his annuis redditibus, qui ad beneplacitum debitoris, & donec ipſe volet debentur, iudicatur prout de his, qui debentur in perpetuum. *Rum. d. conſ. 82. num. 3. lib. 2.* cuius authoritate idem dicit *Io. Anton. Canet. ſuper Extrauag. volentes, §. ſucceſſiuè, num. 15. fol. mihi 164.*
Nec ex eo quod Cenſus conſtituatur ſoluendus
9 in pecunia numerata, quæ † eſt de rebus, quæ vſu conſumuntur, *l. rogaſti, ff. ſi certum petat.* ſequitur, quod Cenſus non poſſit dici perpetuus. Quoniam
10 † non debet conſiderari pecunia, quæ ſoluitur, ſed Ius illam percipiendi, quod venditur, & conceditur, vt dicemus infra ſæpius, & maxime *par. 2. cap. 1. q. 1. art. 2.* quod licet ſit redimibile, non propterea deſinit eſſe perpetuum, vt dictum eſt.
Cenſus igitur temporalis, ille dicitur qui ex conuentione contrahẽtium limitatam, & præſcriptam habet durationem, & vitam. Ille autem poteſt
11 duobus modis conſtitui, & imponi. Primò † ad certum, & determinatum tẽpus, puta ad quinque, decem, vel alium certum numerum annorũ. Secundò
12 ad tempus incertũ, & † indeterminatum ex aliquo futuro euentu declarandum, & determinandum, vel ad vitam alicuius certæ, & determinatæ perſonæ, vt diſtinguit *Federic. Martin. in d. ſuo tract. de iur. cenſ. c. 2. nu. 15.* ſiue conſtituatur ad vitam vnius perſonæ, ſiue ad vitam plurium, vt poteſt etiam cum pacto vt vna premoriente, alteri ſuperuiuenti ſoluatur totus & integer, vt credimus *Rud. conſ. 154. lib. 2. & conſil. 207. num. 4. lib. 5. Cumano conſil. 181.* dum loquuntur de huiuſmodi cenſu conſtituto, & vendito ad vitam plurium. Et in puncto confirmat *Ludouicus Auenian. d. tract. cap. 20. num. 6.* Prout
13 conſtitui etiam poteſt & vẽdi duraturus tam † ad vitam ementis, quam ad vitam venditoris, vt declarauit *Paul. Comitol. in ſuis reſpon. Moralib. lib. 3. q.*
14 *25. num. 2.* Et iſte † cenſus appellatur à Doctoribus Vitalitius, vel quia ad vitam recipientis durat. *Ludouic. Molina d. tract. de contract. diſputat. 383. num. 14. Mich. Salon. d. tit. de Cenſib. art. 3. num. 1.* vel quia illo emi ſoleant reditus in annuum victum, vt explicat *Molina d. num. 14.*

De Cenſu Reali, & Perſonali.

ARTICVLVS QVARTVS.

TERTIAM Cenſus conſignatiui
diuiſionem afferunt Scribentes,
1 Quod † alter ſit realis, alter verò
perſonalis, vt aliis omiſſis diui-
dit *Io. Medina in Cod. de rebus per*
vſuram acquiſit. q. 12. Dominic.
Soto de Iuſtit. & iure, lib. 6. q. 5. art.
1. & refert *Federic. Martin. in ſuo tract. de iur. Cenſu,*
cap. 2. num. 16.
2 Realis † cenſus ille eſt, qui imponitur ſuper re
aliqua inmobili, fructifera, & certis finibus deſi-
gnata, puta Prædio, Vinea, Domo, & his ſimilibus,
de quo loquuntur *Martin. V. Calixt. III. Pius V.*
& alij Pontifices, qui ſuper forma creandi Cenſus
Conſtitutiones ediderunt, vel per ſuas Extraua-
gantes hunc contrahendi modum approbauerunt.
Et de quo nos in toto hoc Tractatu acturi ſumus.
3 Perſonalis autem † cenſus eſt, qui ſuper ſola perſo-
na conſtituitur, vt ſupradicti Doctores dicunt.
Iſte autem perſonalis cenſus poteſt duobus mo-
dis inſtitui, & imponi, & quidem Primo, Quando
4 quis obligat † ſe ſimpliciter ad ſolutionem alicuius
certæ annuæ penſionis, vel in pecunia numerata,
vel in fructibus, abſque eo, quod illa annua reſpon-
ſio ſit fundata ſuper aliquo fundo certo, & limita-
to, ſed ſuper ſola ipſiuſmet debitoris obligatione
perſonali, vel adiecta ſimpliciter hypotheca ſuo-
rum bonorum.
5 Secundo † modo conſtituitur Cenſus perſonalis,
quando reſponſio, quæ conceditur fundatur ſuper
aliqua perſona extranea, puta ſerui, vt non obſcu-
rè dixit *Innoc. in c. in Ciuitate, ſub num. 2. ext. de Vſur.*
6 Dummodo † tamen talis perſona ſit vtilis, & indu-
ſtrioſa, & cuius opera ſit commoda, ſecus ſi ſit debi-
lis, inutilis, & infructuoſa, vt declarant *Io. Azor. In-*
ſtit. Moral. p. 3. lib. 10. c. 5. quaſt. 1. verſ. ſecun'o. Mich.
Salon. de contract. & comerc. human. in tit. de Cenſib.
art. 3. controuerſ. 5. nu. 6. & 7. Federic. Martin. d. tract.
c. 4. num. 16. inmotis iis, quæ dicit *ibid. num. 41.*
Sed quoniam de hoc cenſu perſonali ſumus la-
tius dicturi *d. q. 3. art. 6.* vbi diſputabimus An Cen-
ſus perſonalis ex natura contractus ſit licitus, & an
poſt Conſtitutiones Pontificias, & maximè Pij V.
poſſit ſuſtineri ſaltem in ijs locis, vbi dicta Conſti-
tutio nec publicata, nec vſu recepta fuit, ideo ad
ibi dicta recurrendum eſt.

QVÆSTIONIS II.

SVMMARIA.

1 *Origo rei eſt in primis inueſtiganda.*
2 *Cenſus conſignatiuus fuit cognitus ante tempora Mar-*
tini V. ſecundum aliquos.
Sed reprehenduntur, num. 4.
3 *Marcus Anton. Eugenius I. C. Peruſinus laudatur.*
4 *Cenſus conſignatiuus manauit à Conſuetudine.*
5 *Cenſus conſignatiuus fuit cognitus ante Clem. V. vt*
volunt alij.
6 *Clemens V. fuit aſſumptus ad Pontificatum Peruſiæ*
anno 1305.
7 *Clem. Exiui de Paradiſo. §. cumq. annui redditus, de*
verbor. ſignific. Intellectus aliquorum.
8 *Qui intellectus ab Auctore reprobatur.*
9 *Cenſum conſignatiuum fuiſſe cognitum ante Iuſtinia-*
num, voluit alij.
10 *Diſſenſerunt tamen nonnulli.*
11 *Auctor tamen affirmatiuam ſententiam confirmat.*
12 *Conciliantur opiniones diſtinctione.*
13 *Contractus Cenſualis ante Iuſtinianum erat informis.*
14 *Contractus Cenſualis formam recepit à Martino V. &*
à Pio V.
15 *Contractus Cenſualis poteſt dici vno reſpectu de Iure*
gentium, & cur.
16 *Iuris gentium quid eſſe dicitur, etiam quod fuerit adin-*
uentum longè poſt Ciuitates conditas.
17 *Contractus vnus diuerſo reſpectu dici poteſt de Iure*
gentium, & de Iure ciuili.
18 *Acceptilatio quia eſt ab omnibus gentibus recepta, di-*
citur de Iure gentium.
19 *Quia tamen recepit formam à ſtipulatione, dicitur crea-*
tura Iuris ciuilis.
20 *Stipulatio eſt adinuenta de iure ciuili.*
21 *Emphyteuſis diuerſis reſpectibus dicitur creatura Iuris*
gentium, & Ciuilis.
22 *Matrimonium reſpectu coniunctionis maris, & femi-*
næ, dicitur de Iure naturali.
Reſpectu autem conſenſus eſt de Iure gentium, num. 24.
Reſpectu verò ſolemnitatū eſt de Iure poſitiuo, nu. 25.
23 *Matrimonium perficitur conſenſu.*
24 *Contractus ferè omnes ſunt de Iure gentium.*
25 *Teſtamentum diuerſis reſpectibus dicitur vel de Iure*
gentium, vel de Iure ciuili.

De origine Cenſus Conſignatiui.

QVÆSTIO II.

CVM de re quapiam dicturo ne-
fas eſſe videatur origine non re-
petita illotis (vt aiunt) manibus
protinus materiam tractare, vt
dixit *Caius I. C. in l. 1. ff. de orig.*
1 *Iur.* ideo † ſequutus auctorita-
tem, & exemplum illius in l. 2. in
princ. ff. eod. tit. neceſſarium eſſe arbitratus ſum, vt
de Cenſu conſignatiuo tractaturus, in primis, & an-
te omnia illius originem inueſtigarem. In qua qui-
dem indagatione ob varias Scribentium opinio-
nes, difficillimum eſſe exiſtimo aliquid certi conſti-
tuere, nedum de aliquo vero, & determinato illius
contractus initio (cum vſque ab anno 1423. dicere-
tur manaſſe à conſuetudine, cuius initij memoria
non extabat, vt paulò inferius dicemus) ſed an qui-
dem fuerit cognitus ante tēpora Summorum Pon-
tificum, an potius fuerit ex illorum Conſtitutioni-
bus introductus.
Nam aliqui in ea fuerunt opinione, quod con-
tractus iſte eſſet omnino incognitus ante tempora
2 † Martini huius nominis Papæ V. qui Pōtificatum
rexit de anno 1423. Iſte enim Papa per ſuam *Con-*
ſtitutionem, quæ eſt prima ſub tit. de empt. & vendit. in-
ter Extrauag. commun. contractum hunc approba-
uit,

nit, & ſub certa forma ſeruari ſolitū, ſeruari decre-
nit: Cuius Conſtitutionem cōfirmauit Calixtus hu-
ius nominis Papa III. vt apparet *in cap. 2. eod. tit. de*
empt. & vendit. inter Extrauag. commun. & hanc opi-
nionem amplexus fuit *Marcus Antonius Eugenius*
3 *conciuis meus*, † vir vndequaque inſignis, & in pa-
trio Peruſino Gymnaſio Iuris ciuilis primus, dein-
de Iuris Pontificij Interpres celeberrimus, & in
foro Aduocatus eximius & eminentiſſimus, in ſuo
conſ. 100. num. 34. lib. 1. quem ſequitur *Felician. de*
Solis in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. c. 1.
num. 18. & tomo 2. eod. lib. 1. & cap. 1. num. 1. & 2.
Sed hæc opinio eorundem Martini, & Calixti
Conſtitutionibus refellitur, dum in illis aſſeritur
hunc contractum eo tempore fuiſſe valde frequen-
4 tem, & emanaſſe † à rationabili conſuetudine per
tempus immemoriabile, & cuius initij memoria
non extabat obſeruata, & legitimè præſcripta; ex
qua aſſertione ſatis manifeſte conijcitur contra-
ctum iſtum non fuiſſe à dictis Pontificibus introdu-
ctū, ſed longè ante illorū tempora fuiſſe cognitum.

Et propterea alij fuerunt in ea ſententia, quod
5 † contractus iſte fuerit cognitus non ſolum tempo-
re Martini V. & ſic de anno 1423. verum etiam
6 tempore Clementis V. qui † fuit ad Pontificatum
aſſumptus in hac Peruſina Ciuitate de anno 1305.
& regnauit annos octo, menſes decem, & dies vi-
gintiquinque. quam ſententiam amplexi ſunt mul-
ti ex *Interpretibus, in c. in Ciuitate, ext. de Vſur.* moti
per tex. in Clem. Exiui de Paradiſo. §. cumq. annui redi-
tus, de verb. ſignif. vbi idem Clemens V. auctor dictæ
Conſtitutionis de huiuſmodi annuis reditibus men-
7 tionem facit, † cui tex. licet reſpondeat *Eugenius*
d. conſ. 100. num. 34. quem commendat *Felician. d.*
tomo 2. lib. 1. cap. 1. num. 3. quod non loquatur de
Cenſu pecuniario, ſed de annuo reditu, qui ex bo-
nis immobilibus, & eorum fructibus ſingulis annis
8 percipitur. Iſte tamen intellectus † non videtur re-
cipiendus: cum enim ibi Papa generaliter loqua-
tur, debet generaliter intelligi, non autem reſtringi
ad annuos reditus fructuarios, *v. l. 1. §. & gene-*
raliter, ff. de leg. præſt. & maximè quia eadem viget
ratio conſeruandi paupertatem in fratribus Sera-
phici Confeſſoris Franciſci, ab illo Sanctiſſimo Pa-
triarcha tam anxiè affectatam, ſi prohibeantur an-
nui reditus fructuarij, ac ſi prohibeantur pecunia-
rij; per ea, quæ dicentur infra hac *eadem par. cap. 3.*
quæſt. 1. art. 2. Ergo dicendum eſt mentem, & inten-
tionem Clem. V. dum in dicta ſua Conſtitutione
confirmauit paupertatem iniunctam, & impera-
tam fratribus ſub tanto Patriarcha militaturis, &
prohibuit ne habeant annuos reditus, fuiſſe prohi-
bere annuos reditus tam fructuarios, quam pecu-
niarios, per reg. *l. 4. §. toties, ff. de damno infecto*, & per
conſequens quòd in dicta *Clem. Exiui de Paradiſo. §.*
cumq. annui reditus, ſatis clarè colligatur eo tem-
pore fuiſſe cognitum cōtractum iſtum Cenſualem,
per quem iſti annui reditus acquiruntur.

9 Alij verò in ea fuerunt opinione, quod † contra-
ctus iſte fuerit cognitus etiam ante tempora Iuſti-
niani Imperatoris, quam ſentiunt *Anch. conſ. 30.*
num. 6. Couar. Var. Reſolut. lib. 3. cap. 7. num. 3. verſ. 5.
hæc pars, Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann. redit. lib. 3.
quæſt. 3. à num. 7. vſque ad fin. quæſt. & plures alij per
tex. in §. quoniam, verſ. licebit. Auth. Vt hi, qui oblig. ſe
habere perhib. rei minor, vbi Imperator meminit de
emptione annui reditus ex minorum pecuniis fa-
cienda, & per alia iura, cum hac eadem ſententia
pertranſiuit *Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 5.*
num. 17.

10 Et licet † ab ea diſſentiat *Franc. Sarmient. Selectar.*
interpretat. lib. 7. cap. 1. nu. 17. Ludouic. Molina in ſuo
tract. de contract. part. 2. diſputat. 383. num. 8. verſ. cur
11 *autem.* Illa † tamen videtur ſatis probabiliter poſ-
ſe confirmari auctoritate eiuſdem *Iuſtiniani Impe-*
rat. in Nouella 160. de qua meminit *Decian. conſ. 2.*
num. 69. in fine, & num. 70. lib. 1. Felician. in dictis
ſuis Comment. tomo 1. lib. 1. cap. 1. num. 18. ad fin. &
tomo 2. eod. lib. 1. & cap. 1. num. 1. Mich. Salon. in ſuo
tract. de contract. & comerc. human. in tit. de Cenſib.
art. 1. dum tractat de origine Cenſus, & *Gaſp. Rode-*
ric. d. quæſt. 3. num. 7. & ſeq. Cum qua ſententia vi-
detur tranſire etiam *Ludouic. Velazq. de Auend. in*
ſuo tractatu de Cenſib. Hiſpan. cap. 16. num. 1. poſt hæc
ſcripta viſus.

In illa enim *Nouella Conſtitutione Iuſtinianus* recen-
ſet. Quod cum Aphrodienſis Reip. Pater, ideſt de-
fenſor, & Patronus, & Primores eiuſdem Ciuitatis
magnam vim pecuniæ haberent collectam ex lega-
tis eidem Ciuitati factis, ne illa inutilis, & ſterilis
omninò maneret, ſed neceſſitatibus Ciuium, ſalua
ſorte deſeruiret, ſub tali forma illam diſtribuere
ſanxerunt, vt poſſent quicumque vellent illius par-
ticipes fieri, ea lege, vt qui ſortem aliquam recipe-
ret, non compelleretur ad eam reſtituendam, donec
vellet, ſed ita vt, quamdiu illam apud ſe retineret,
certum aliquem annuum reditum Ciuitati pende-
ret. Ex qua hiſtoria videtur ſatis apertè colligi, hūc
Cenſum conſignatiuum longè ante tempora Iuſti-
niani Imperatoris originem, & initium habuiſſe
ponderādo multipliciter verba dictæ Nouellæ Con-
ſtitutionis, prout facit *Roderic. d. num. 7. & ſeqq.*

Ego verò in hac opinionum varietate, ita poſſe,
rem definiri ſum arbitratus; ſi diuerſis reſpectibus,
& reſpectu diuerſorum temporum hunc cōtrahen-
12 di modum conſideremus. Si † enim reſpiciamus
primum illius principium, non improbabiliter dici
poſſe exiſtimo, illum fuiſſe introductum antiquiſſi-
mis tēporibus, exemplo forte d. Reip. Aphrodiſien-
ſis, & continuo vſu ſucceſſiuis temporibus fuiſſe vſu
receptum, non ſolum tempore Martini V. & ante
13 eum Clem. pariter V. verum † etiam ante tempo-
ra Iuſtiniani Imperatoris per iura ſupra allegata;
ſed extitiſſe rudem, & informem, vt ferè omnia in
eorum principio eſſe ſolent, cum non reperiamus
ante Martini V. illi aliquam certam formam fuiſſe
14 datam. Si verò † conſideremus eundem cōtractum
reſpectu eius formæ, quæ dat eſſe rei, *l. Iulianus, ff. ad*
exhiben. cum vulgar. crederem normaliter ſenſiſſe eos,
qui volunt illum fuiſſe introductum tempore Mar-
tini V. Iſte enim Papa hunc contrahendi modum
approbauit, & ſub certa regula, & cum certa for-
ma illum celebrari ſanciuit. Quam poſtea Pius hu-
ius nominis Papa Quintus perfectiori quodammo-
do perpoliuit, & ſeruādam eſſe imperauit per ſuam
Conſtitutionem editam de anno 1568. 14. Cal. Fe-
bruar. quam per aliam ſuam Conſtitutionem pro-
mulgatam die 10. Iunij 1570. occaſione quarun-
dam

Google

✠ Ego Clemens Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

✠

✠

✠ Iul. Ant. Epiſc. Card. Præneſtinus Sanctæ Seuerinæ.

✠ Hier. Epiſc. Sabinen. Card. Ruſt.

✠

✠ Alex. Epiſc. Alban. Card. Floren.

✠

✠ Ego Ant. Maria Card. Saluiatus, tit. S. Mariæ Tranſtiberim.

✠ Ego Aug. tit. S.Marci Card. Veron.

✠ Ego Sim. Card. de Terranoua, tit. S. Laurenti in Lucina.

✠ Ego Dominicus, tit. S. Chriſogoni Card. Pinellus.

✠ Ego Fr. Hieronym. Card. Aſculanus, tit. S. Mariæ ſuper Mineruam.

✠ Ego Ant. Maria, tit. S. Prax. Card. Gallus.

✠

✠ Ego Ant. tit. S. Stephani in Monte Cœlio Card. Saulius.

✠ Ego Euangeliſta, tit. S. Matthæi in Merulan. Card. Cuſentinus.

✠

✠ Ego Marianus, tit. SS. Marcellini, & Petri Card. de Camerino.

✠ Ego Fr. Gregorius Cardin. de Mont'Elparo, tit. S. Auguſtini.

✠ Ego Paulus, tit. S. Ceciliæ Presbyter, Cardinal. Sfondratus.

✠ Ego Benedictus, tit. S. Priſcæ Presbyter Card. Iuſtinianus.

✠

✠ Ego Franciſcus, Maria tit. S. Mariæ in Aracœli Card. à Monte.

✠ Ego Octauius tit. S. Alexij Presbyter Card. Patrauicinus.

✠ Ego Hier. Card. Matthæius, tit. S. Pancratij.

✠

✠ Ego Flamin. tit. S. Mariæ de Pace, Card. Platus.

✠

✠ Ego Lutius Card. Saxus, tit. SS. Quirici, & Iulitæ.

✠ Ego Franciſcus Maria, tit. S. Bartholomęi in Inſula Card. de Senis.

✠

✠

✠

✠ Ego Camillus, tit. SS. Io. Pauli Preb. Card. Burgheſius.

✠ Ego Cæſar, tit. SS. Nerei, & Achillei, Preb. Card. Baronius.

✠ Ego Laurentius tit. S. Laurentij in Pane & Perna, Presb. Card. Blanchettus.

✠

✠

✠ Ego Franciſcus, tit. S. Thomæ in Parione, Presb. Card. Mantica.

✠ Ego Pompeius, tit. S. Balbinæ Presb. Card. Arigonius.

✠

✠

✠

✠ Ego Dominicus tit. S. Petri in Monte Aureo Presb. Card. Tuſcus.

✠ Ego Arnald. tit. S. Euſebij Card. Oſſatus.

✠ Ego P. Æmilius Presb. Card. S. Marcelli.

✠

✠ Ego Silicius, tit. S. Saluatoris in Lauro Presb. Cardin. Antonianus.

✠ Ego Rob. tit. S. Mariæ in Via Presb. Card. Bellarminus.

✠ Ego Bon. tit. S. Blaxij de Annulo Presb. Cardin. Bonuiſius.

✠

✠

✠ Ego A.S. Laurentij in Damaſo Diac. Card. Montaltus S. R. E. Vicecancell.

✠

✠

✠

✠ Ego Ant. Diac. Card. SS. Quatuor Coron.

✠ Ego P. S. Nicolai in Carcere Diac. Card. Aldobrandin. S. R. E. Cam.

✠ Ego Cynthius Diac. Card. S. Georgij.

✠ Ego Barth. S. Mariæ in Portica Diac. Card. Cæſius.

✠ Ego A.S. Angeli in foro Piſcario Diac. Cardin. Perettus.

✠

✠ Ego Io. Baptiſta Sanctę Marię in Coſmedin. Diac. Card. Detus.

M. Veſtrius Barbianus.

A. de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini milleſimo ſexcenteſimo primo. Indictione decima quarta, die verò ſeptima menſis Septembris, Pont. Sanctiſs. in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis Diuina prouidentia Papæ VIII. Anno Decimo. Retroſcriptæ literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Valuis Baſilicarum S. Io. Lateranen. & S. Petri Principis Apoſtolorũ per nos Catherinum Menandi & Laertium Cecchettum Apoſtolicos Curſores, &c.

Auguſtinus Braccherius Mag. Curſ.

Regiſtrata apud Marcellum Secretarium.

BVLLA SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS CLEMENTIS PAPÆ VIII.

Supet reductione omnium Cenſuum per quaſeumque Communitates, Vniuerſitates, Status Ecclefiaſtici vltra ſeptem pro centenario impoſitorum poſthac ad rationem ſeptem tantum perſoluendorum.

Clemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

QVAE ad ſubleuationem grauaminum, & commoda populorum noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ ditioni in temporalibus ſubiectorum pertinere dignoſcimus in iis libeutet auctoritatis noſtræ partes interponimus, prout æquitate ipſa, & noſtra erga eos paterna charitate ſuadente conſpicimus eum Domino expedire. Sanè non ſine magna animi noſtri moleſtia aceepimus pleraſque Communitates, & Vniuerſitates, Ciuitatum, Oppidorum, & locorum Status noſtri Eccleſiaſtici ob varias eorum neceſſitates multos Cenſus vendendo graue æs alienum contraxiſſe; huiuſmodi autem Cenſuum emptores illos ad rationem non ſex vel ſeptem, ſed octo, nouem, vel decem pro quolibet centenario, & anno ferè omnes exigere ſolere. Quare intolerabili onere grauatæ ex reditibus propriis aliquando emptoribus Cenſuum ſatisfacere nequeunt.

Nos igitur iu præmiſſis opportunè ratione aliqua ſaltem ex parte prouidere volentes Motu proprio, & ex certa ſcientia omnes & ſingulos Cenſus hactenus ſuper quibuſcumque rebus immobilibus tam Vrbanis, quàm ruſtieis in quacumque Prouincia, Ciuitate, Terra, Oppido, Territorio, Diſtrictu, & loco Status Ecelcſiaſtici Nobis, & Sedi Apoſtolicæ tàm mediatè, quàm immediatè ſubiectis conſiſtentibus, cuiuſcumque pretij, valoris, qualitatis, quantitatis, & denominationis bona, & Cenſus huiuſmodi extiterint per quaſcumque Communitates, ſeu Vniuerſitates eiuſdem Status, & ditionis, ſeu etiam ſingulares perſonas intuitu tamen illarum, & eum promiſſione indemnitatis ab ipſis Cõmunitatibus, ſeu Vniuerſitatibus, quæ pretia Cenſuum huiuſmodi venditorum in ſuos vſus acceperint facta. ſeptem pro quolibet centenario & anno quocumque modo excedentes hactenus creatos, conſtitutos, impoſitos, & venditos quo ad illorum fructus ex nunc deinceps in futurum perpetuo decurrendos ad rationem ſeptem tantum pro quolibet centenario & anno (ſalua tamen dictos Cenſus redimendi facultate) auctoritate Apoſtolica tenore præſentium reducimus & moderamur, ac ipſas Communitates, & Vniuerſitates Cenſus prædictos ex nunc perſoluendos, & alios pro eis etiam vti principales principaliter & inſolidum, ſeu aliàs quouis modo etiam in forma Cameræ Apoſtolicæ obligatos à ſolutione Cenſuum prædictorum alias quam ad rationem ſeptem pro centenario, & anno huiuſmodi ad aliquid vlterius pro fructibus in futurum ſoluendum non teneri, nec ad id vigore quarumcumque obligationum, & quibuſuis iuramentis (quæ ipſis Communitatibus, & Vniuerſitatibus prædictos Cenſus perſoluentibus, vt præfertur, & aliis pro eis etiam dicta forma Cameræ obligatis, harum ſeriè relaxamus) ſeu aliàs vallatarum, nec ad illarum obſeruationem, & Cenſuum iam impoſitorum ſolutionem vltra prædictam ſummam ſeptem pro quolibet centenario & anno cogi, aut compelli poſſe declaramus, ac ita per quoſcumque Iudices & Commiſſarios, etiam Palatij Apoſtolici cauſarum Auditores, & S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos, necnon Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ ac Rotæ Auditores, ſeu quoſuis alios Iudices ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, ac definiri, & interpretari debere; irritum quoque decernimus, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac quarumcumque Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, & locorum Statutis, conſuetudinibus, legibus, & naturis etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, necnon obligationibus in ampliori forma, fideiuſſionibus, renunciationibus, ac iuramentis præſtitis, priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis etiam per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros ac etiam nos quibuſcumque tenoribus & formis ac cum quibuſuis clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, necnon irritantibus decretis ex quauis cauſa etiam per modum legis vniuerſalis, aut aliàs quomodolibet editis, ſiue in fauorem Vniuerſitatum, Communitatum, Collegiorum, Congregationum, Ciuitatum, & locorum conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus & ſingulis illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, quatenus directè, vel indirectè præſenti noſtro Motu proprio in toto vel in parte contrarientur ſpecialiter & expreſsè derogamus, ceteriſq. contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S.Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 1. Maij, 1592. Pontificatus noſtri Anno I.

M. Veſtr. Barbianus.

LVDOVICI CENCII V. I. D. IN TRACTATVM DE CENSIBVS.

PRAEFATIO.

CENSVVM materia licet ampliſſima ſit, & latiſſima, ex quo non tam ad priuatū, quam ad publicum Ius pertineat, vt animaduertunt *Scribẽtes varijs in locis*, & ſignanter *Didac. Couar. Var. reſolut. lib. 3. cap. 7. nu. 1. Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſ. art. 2. nu. 8. Ludou. Mol. in ſuo tract. de Contract. par. 2. diſput. 381. nu. 1. Io. Bapt. Lup. ad l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. Comm. 2. §. 2. nu. 54. & ſeq. Brunor. à Sole, in ſuis Quæſt. Legal. q. 1. nu. 1. Federic. Mart. in ſuo tract. de Iure cenſu. c. 2. nu. 1.* & alij paſſim, dum Cẽſum diſtribuunt in publicum, & priuatum. Quia tamen noſtri propoſiti eſt in hoc tractatu non de publico, ſed de priuato cenſu diſſerere, & nō de qualibet priuati cenſus ſpecie, ſed dumtaxat de Conſignatiuo, vtpotè, qui frequentior, & vſitatior inter homines ſit, & circa quem quotidiè contractus exerceantur, & in foro aſſiduę contentiones exoriantur: ideo, antequam ad ipſam tractationem condeſcendam, operępretium eſſe duxi, vt ordinem, quo in toto hoc Tractatu ſim vſurus, in primis indicarem, & quaſi digito demonſtrarem, cum teſte Baldo in Proœm. Digeſtor. antequam ad ſcientiam perueniatur, bene ſit methodum & ordinem docendi præſcribere.

Opus igitur hoc noſtrum in tres principales partes eſſe diſtribuendum exiſtimaui, ea adductus ratione: quia ſicut ceteræ res humanæ illius ſunt conditionis, vt ortum habeant, vitam, & interitum, eodem etiam modo hunc noſtrum cenſum conſignatiuum ortum, vitam, & interitum habere animaduerti; ortum quidem dum creatur & imponitur; vitam dum in alium transfertur, & penes illius dominium permanet; interitum, dum reſoluitur, & extinguitur. Et propterea, cum cenſus iſte in triplici ſtatu cōſiderari poſſe videatur, videlicet naſcens, viuens, moriens; ideo congruum eſſe arbitratus ſum, vt illius tractationem in tres ſeparatas, & diſtinctas partes ſecarem, & diſtribuerem; Vt in prima parte de iis ageretur, quæ ad ortum, & creationem census pertinere viderentur. In ſecunda de iis, quæ ad illius vitam, & progreſſum attinerent. In tertia, & vltima, de illius extinctione, & interitu tractaretur. Vt autem dilucidiori & faciliori methodo omnia explicarentur, fuit quælibet pars in certa capita diuidenda, & quodlibet caput in quæſtiones, & illæ in articulos, prout occaſio tulit, & res ipſa expoſtulare viſa eſt.

Primam autem partem in quattuor principalia capita diſtinguendam eſſe duxi. In quorum primo quaſi per modum euidentialium, & prolegomenon, agetur de Cenſu ipſo, qui creandus, & conſtituendus eſt.

In ſecundo de perſonis, quæ Cenſum imponere, & conſtituere intendunt.

In tertio de rebus, ſuper quibus Cenſus conſtituendus, & collocandus eſt.

In quarto de ipſamet Cenſus impoſitione, & conſtitutione.

De Cenſu Conſignatiuo.

CAPVT PRIMVM.

HOc primum caput quattuor habet Quæſtiones, quibus vniuerſa, quæ ad huius contractus Cenſualis præcognitionem ſunt neceſſaria, explicabuntur.

In prima afferetur vna Cenſus priuati diuiſio, & eius membra explicabuntur, & aliæ Cenſus conſignatiui ſubdiuiſiones recenſebuntur.

In ſecunda accedendo propius ad rem ipſam, Cenſus conſignatiui originem inueſtigabimus.

In tertia de illius definitione, & Etymologia tractabitur.

In quarta qualis ſit Contractus iſte demonſtrabitur.

De Cenſus priuati diuiſionibus.

QVÆSTIO PRIMA.

Quæſtio iſta quattuor ſimiliter habet articulos.

IN primo diuiditur Cenſus priuatus in reſeruatiuum, & conſignatiuum, & quomodo quilibet conſtituatur, & vnus ab altero differat, aperitur.

In ſecundo ſubdiuid[illegible]ur Cenſus conſignatiuus

in perpetuum & temporalem, & quomodo vterque conſtituatur breuiter demonſtratur.

In Tertio affertur alia diuiſio Cenſus conſignatiui, vt alter ſit pecuniarius, & alter fructuarius, & de Cenſu fructuario aliqua ſcitu digna referuntur.

In Quarto aſſignatur alia diuiſio Cenſus conſignatiui, qua ſecatur in realem & perſonalem.

ARTICVLI PRIMI

SVMMARIA.

1 *Cenſus vox, eſt æquiuoca.*

2 *Æquiuoca ſunt diuidenda.*

3 *Cenſus alter publicus, alter priuatus.*

4 *Cenſus priuatus alter retentiuus, alter conſignatiuus.*

5 *Cenſus retentiuus quomodo conſtituatur ſecundum aliquos. horum opinio reprehenditur, num. 7. Saluatur, num. 12.*

6 *Cenſus reſeruatiuus quomodo conſtituatur ſecundum alios, quos Author ſequitur.*

8 *Dominij directi, & vtilis concurſus in eadem perſona, & eiuſdem rei in Iure non conceditur eodem tempore.*

9 *Dominus is verè eſt, qui rei directum habet dominium.*

10 *Quaſi dominus ille dicitur, qui habet dominium vtile.*

11 *Dominus eiuſdem rei eodem tempore quis eſſe non poteſt propriè, & impropriè.*

13 *Cenſus reſeruatiuus capitur pro contractu libellario, & emphyteuticario.*

14 *Contractus emphyteuticus, & libellarius, ex communi vſu loquendi confunduntur, & vnus pro alio vſurpatur.*

15 *Cenſus reſeruatiuus in multis differt ab emphyteuticario, & contractu libellario.*

16 *Cenſu in reſeruatiuo nullum Ius remanet penes eum, qui rem concedit.*

17 *In emphyteuſi transfertur dumtaxat vtile dominium.*

18 *Cenſu in reſeruatiuo ob ceſſationem in ſolutione etiam per mille annos, res non incidit in commiſſum.*

19 *Emphyteuta ceſſans ſoluere Canonem, cadit à Iure ſuo.*

20 *Cenſus reſeruatiuus vt differat à conſignatiuo.*

21 *Cenſus conſignatiuus quomodo conſtituatur.*

22 *Cenſu in conſignatiuo, quid concedatur domino Cenſus.*

23 *Cenſu in conſignatiuo dominium, & poſſeſſio fundi cenſuati, remanet penes imponentem.*

24 *Dominus Cenſus videtur contrahere quandam communionem, & quaſi ſocietatem cum domino fundi cenſiti.*

25 *Dominus Cenſus non retrahit fundum cenſitum ab illius domino venditum.*

26 *Dominus fundi cenſiti, tenetur ad onera realia ratione poſſeſſionis rei impoſita.*

27 *Collecta impoſita ſuper bonis immobilibus ſolui debet pro annuo cenſu, ſed an in loco vbi ſita eſt res ſuppoſita, an vbi eſt deſtinata ſolutio cenſus, reſoluitur num. 29.*

28 *Cenſus dicitur conſiſtere in loco, vbi ſita eſt res ſuppoſita, quia illi rei cohæret.*

De Cenſus priuati diuiſione.

ARTICVLVS PRIMVS.

1 QVONIAM † iſta Vox, & iſte terminus Cēſus, eſt æquiuocus, cum de pluribus Cenſuum generibus intelligi poſſit, vt præter alios docet *Federic. Martin. in ſuo tract. de Iure Cenſu. c. 1. & 2. & Gaſp. Roderic. de ann. redit. lib. 1. quæſt. 2.* ideo tractaturus de Cenſu conſignatiuo, neceſſarium exiſtimaui vt illum ab aliis Cenſuum ſpeciebus diſtinguerem.

2 nulli † enim eorum quæ æquiuoca ſunt reſpondere ſimpliciter conuenit, vt admonet *Ariſt. lib. 2. Elencor. c. 2.* & reaſſumit *Roder. d. q. 2. in princ.* Omiſſa autem

3 ea Cenſuum diuiſione, qui † cenſum ſecat in publicum & priuatum, cum non de publico, ſed de priuato ſermo noſter futurus ſit, & ad priuatum veniens, eam dumtaxat priuati Cenſus diuiſionem referendam eſſe ſum arbitratus, per quam Scribentes

4 illum † in conſignatiuum, & reſeruatiuum diſtribuunt. *Conrad. in ſuo tract. de Contract. Quæſt. 72. in 7. Suppoſit. Bened. Bon. de Cenſib. art. 9. num. 25. Ludouic. Molina, in tract. de contract. diſput. 381. num. 2. Ludouic. Lopez, in ſuo Instructor. negociant. lib. 1. cap. 54. verſ. Præterea. Menoch. de Præſumpt. lib. 3. Præſumpt. 107. num. 4. & ſeq. Io. Bapt. Lup. ad l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. Comm. 2. §. 2. num. 56. Fernand. Rebell. in ſuo tract. de obligat. Iuſtit. lib. 10. quæſt. 1. num. 2. Leonard. Leſſ. de Iuſt. & iure, lib. 2. cap. 22. dubit. 2. nu. 4. Mich. Salon. de contract. & commerc. human. in tit. de Cenſib. art. 1. nu. 2. Io. Azor. Inſtit. Moral. par. 3. lib. 10. c. 2. in princ. Gregor. de Valent. in ſuis Commentar. Theological. tomo 3. Diſput. 5. Quæſt. 22. de Cenſib. puncto 1. verſ. denique notandum. Fede. Martin. d. cap. 2. nu. 18. & ſeq. Roderic. d. Quæſt. 2. [illegible] num. 1.* hæc enim ad inſtitutum noſtrum maximè conducit, non quod de vtroque membro tractare conſtituerim, ſed vt nonnullis breuiter de Reſeruatiuo Cenſu præcognitis, tractatum de conſignatiuo Deo fauente aggrediamur.

5 Cenſus † autem Reſeruatiuus, vel retentiuus ille dicitur, de quo loquitur *[illegible] per-*

* *mus. & Papa in c. ad audientiam ext. de præſcr. & in c. conſtitutus, & ibi Gloſ. in [illegible], Abb. & alij. ext. de Religioſ. domi.* & conſtituitur cum quis tradit rem ſuam alicui, transferendo in eum omne dominium directum, & vtile, cum onere quod teneatur ſoluere tradenti ſingulis annis certum quid pro cenſu. *Didac. Couar. Var. Reſolut. lib. 3. cap. 7. nu. 1. verſ. ſic & Cenſus dicitur. Franc. Connan. Comment. Iuris ciuil. lib. 7. cap. 12. num. 3. in fine. Gugliel. Redoan. in ſuo tract. de rebus Eccleſ. non alien. in Rubr. de Conſtit. ann. Cenſ. num. 2. Foller. in ſua Pract. Cenſuali, in verbo, huiuſmodi, nu. 5. Conrad. in d. 7. Suppoſit. Domin. Soto, de Iuſt. & iure, lib. 6. Quæſt. 5. art. 1. Aymo Crau. conſ. 217. num. 4. Menoch. d. Præſumpt. 107. num. 4. & conſ. 983. num. 12. & ſeqq. lib. 10. Vrſill. ad Afflict. Deciſ. 80. num. 5. Iul. Clar. in ſua Pract. in §. Emphyteuſis. quæſt. 1. verſ. contractum autem. Leonard. Leſſ. d. dubitat. 4. nu. 4.*

6 Vel & melius conſtituitur † cum quis tradit rem ſuam

ſuam alicui, transferendo in accipientem omne ius
quod ipſe tradens habet, nullo Iure ſibi reſeruato,
præterquam recipiendi annuum Cenſum, vt dixit
*Bart. in l. 1. §. 1. num. 4. ff. de public. & vectigal. Soc.
ſen. conſ. 167. ſub num. 6. verſ. tunc dicitur contractus
cenſualis, lib. 2. Iaſ. conſ. 63. num. 1. lib. 1. Ruin. conſ. 160.
num. 3. 6. & ſeq. lib. 1. Bertachin. in ſuo tract. de Ga-
bell. in Prælud. num. 8. Caſſan. ad conſuetud. Burgund.
Rubr. 11. in princ. Aurel. Corbol. in ſuo tract. de Iure
emphyteut. Cauſ. 15. ob non ſolut. Canon. limit. 33. num. 1.
Brunor. à Sole in ſuis Quæſt. Legal. quæſt. 1. num. 3. Ludo-
uic. Lopez d. cap. 54. verſ. præterea, Ludou. Molina d. di-
ſput. 381. num. 2.*

7 Inaduertenter † enim videntur loquuti illi, qui
dixerunt in accipientem transferri dominium dire-
ctum & vtile, vt animaduertit *Bero. in c. 1. num. 71.
ext. de Reſtit. in integr.* exiſtimans impoſſibile eſſe, vt
quis eiuſdem rei eodem tempore in alium transfe-
8 rat dominium directum, & vtile, tum quia † cócur-
ſus dominij directi, & vtilis eodem tempore in ea-
dem perſona reſpectu eiuſdem rei in Iure non con-
ceditur, *l. poſſideri, §. ex pluribus, in fine, & ibi Glo. ff. de
9 acquir. poſſ. Ruin. conſ. 7. num. 4. lib. 5.* tum quia † ille
qui habet directum dominium eſt verè dominus.
*Iaſ. in l. traditionibus. num. 10. C. de pact. Franc. Ripa in
Rubr. ext. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. num. 42. & ſeq.*
10 ille verò † qui habet vtile dominium dicitur quaſi
dominus. *Bald. in c. 1. §. 1. circa princ. de Inueſtit. de re
aliena facta, in Vſib. feud. Iaſ. in §. omnium, nu. 61. Inſtit.
11 de Action.* & impoſſibile eſt † vt quis eodem tem-
pore eiuſdem rei ſit dominus verè, & non verè, pro-
priè, & non propriè, *l. 1. ff. ſi ager Vectig. vel emphyt.
petat. Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua, num. 57. per
text. in d. l. poſſideri, §. ex pluribus, ff. de acquir. poſſ.* Niſi
12 dicanius, quod ij, † qui aſſerunt per iſtum contra-
ctum transferri in accipientem dominium vtile, &
directum, non ſentiunt, quòd eodem tempore ex
eodem contractu trãsferatur vtrumque dominium
eiuſdem rei, ſed quòd transferatur directum, ſi is
qui rem tradit, reſeruato ſibi annuo Cenſu, erat do-
minus directus: ſi autem tradens erat dumtaxat do-
minus vtilis, transferatur tantum vtile: ſi autem ha-
bebat dominium plenum, transferatur omne Ius,
nullo iure penes concedentem remanente. Quod
videntur ſenſiſſe *Bon. d. art. 9. num. 25. verſ. ſecundum
genus. & art. 13. num. 30. ad fin. & num. 31. Surd. conſ.
162. num. 4. lib. 2. Io. Bapt. Lup. d. §. 2. num. 57.* & ſi qui
alij ſunt, qui ſimpliciter dixerunt per hunc contra-
ctum transferri in accipientem rem ipſam, non ex-
primentes quod transferatur directum, vel vtile il-
lius dominium. Omnes tamen in hoc conueniunt,
quod per iſtum cõtractum quilibet transferat cum
ipſa re quam tradit, vniuerſum Ius, quod in ea ha-
bet, & ita hunc nodum explicat *Caſſan. d. Rubr. 11.
in princ. num. 1.*

13 Licet autem † huius Cenſus Vox & denomina-
tio conueniat etiam contractui Emphyteuticario
& libellario, vt auctoritate *Socini ſen. conſ. 50. num. 7.
lib. 4.* dicit *Honded. conſ. 81. num. 8. lib. 2.* & placuit *Ro-
derico d. quæſt. 1. ſub num. 1. verſ. quidam ſunt reditus
14 Emphyteutici;* cõtractus tamen Emphyteuticus † &
libellarius, (qui iuxta communem vſum loquendi
non differunt, ſed vnus pro altero promiſcuè vſur-
patur *c. 1. Quib. mod. feud. amittit. in vſib. feudor. Bon.
in d. tract. de Cenſib. art. 50. num. 80.* & multorum au-
ctoritate dicit *Clar. in d. §. Emphyteuſis, quæſt. 1. nu. 1.*
refert *Menoch. conſ. 291. ſub num. 7. lib. 3.*) in multis
15 differunt † ab hoc cenſu reſeruatiuo, vt latè proſe-
quitur *Euerard. in ſua Topica Legali in loco ab Emphy-
teuſi ad Cenſ. num. 2.* & ſequitur *Brunor. à Sole in dd.
ſuis Quæſt. Legal. quæſt. 5. per tot. Felician. de Solis in ſuis
Commentar. de Cenſib. tom. 1. in Proœm. num. 11. Mich.
Salon. in d. ſuo tract. de contract. & comerc. human. in tit.
de Cenſib. art. 2. num. 3. & ſeqq. Roderic. in d. ſuo tract.
de ann. reditib. lib. 2. quæſt. 22. Federic. Martin. in d. ſuo
tract. de Iure Cenſuum, cap. 1. num. 79. & ſeqq. & alij
alijs in locis;* duæ autem ſunt præcipuæ, & notabi-
liores differentiæ ſecundum omnes.

16 Vna eſt, † quod in contractu Cenſuali penes eum
qui rem tradit, nullum omnino Ius remanet ſuper
ipſa re, præterquam ius conſequendi annuam pen-
ſionem, & reſponſionem, quam ſibi reſeruat; per
17 contractum † verò Emphyteuticum, & libellarium
transfertur dumtaxat vtile dominium, *Menoch. d.
conſ. 291. num. 5. & ſeqq.* & alij multi relati à *Feli-
ciano d. nu. 11.* quibus addi poteſt *Leonard. Leſſ. d. du-
bitat. 2. num. 5. Roderic. d. quæſt. 22. num. 5. & ſeqq. Se-
raph. deciſ. 1195. num. 1. par. 1.*

Altera verò differentia eſt quã conſiderant com-
muniter *Gloſ. & Doct. in c. conſtitutus, ext. de Religioſ.
domib. & in c. ad audientiam, ext. de præſcript.* & ma-
ximè *Imol. num. 4. Caſſan. d. Rubr. 11. in princ. num. 5.
Aurel. Corbol. d. limitat. 33. Roderic. d. quæſt. 22. num. 9.
18 & ſeqq.* & alij alibi, videlicet, † quod in contractu
cenſuali ob non ſolutionem Cenſus nunquam res
conceſſa incidit in commiſſum, etiam ſi is qui cen-
ſum ſoluere tenetur, ceſſaret per mille annos à ſo-
lutione, vt præter ſupra allegatos dicit *Ruin. conſ.
160. num. 6. & 7. lib. 1. Io. Fab. in §. adeo, num. 13. In-
ſtit. de locat. Bon. in d. tract. de Cenſib. art. 46. num. 76.*
19 In † Emphyteuſi verò ceſſatio duorum, vel plu-
rium annorum facit rem conceſſam in commiſſum
cadere, *l. 2. C. de Iure Emphyt. Auth. qui rem, C. de ſa-
croſanct. Eccleſ. c. potuit, ext. de locat. & in dd. locis*
communiter not. *Scribentes, Bon. d. tract. art. 47. num.
77. Federic. Martin. d. tract. de Iure Cenſu. cap. 1. nu. 197.
& c. 7. num. 105. & ſeqq.* & præter iſtos refert alios
multos *Felician. in d. Proœm. nu. 17.* & latiſſimè hanc
materiam proſequitur *Corbol. d. cauſa 15. ob non ſo-
lut. Canon.*

Vbi conſtituit regulam cum 45. Ampliationi-
bus. 41. Limitationibus & 14. Quæſtionibus.

Differt † autem Cenſus iſte reſeruatiuus à conſi-
20 gnatiuo. Quia in conſtitutione Cenſus Reſerua-
tiui, vt dictum eſt, transfertur in accipientem omne
Ius quod habet tradens, nullo iure penes eum re-
manente, præter recipiendi annuam penſionem, vt
vltra ſupra allegatos, benedicit *Roderic. dicta quæ-
21 ſtione 22. num. 5.* In Cenſu autem † conſignatiuo,
(qui ex mente *Marc. Anton. Peregrini conſil. 97. num.
quarto, & quinto, libro primo*, dupliciter conſtituitur,
Primò, præcedente venditione fundi pro pecu-
nia præſenti, cum retroacceptione eiuſdem rei ad
Emphyteuſim & libellum ſub annua penſione ad
certam rationem expreſſam pro quolibet centena-
rio, & anno, de quo cum apud nos non ſit in vſu,
niſi ſecundum naturam Cenſus reſeruatiui, agere
non conſtitui: altero modo conſtituitur, cum quis

Digitized by Google

imponit & creat ſuper bonis ſuis certam aliquam
penſionem alteri ſoluendam ſecundum *Bon.d.tract.*
art.6.num.18.& d.art.9.num.25. Io.Bapt.Lup.d.§.2.
num.58. Ludouic.Lopez, d.cap.54.verſ.præterea,in fine.
22 *Mich.Salon.d.art.3.controuerſ.1. nu.1.*) is † ad quem
transfertur Cenſus efficitur quidem dominus, vel
quaſi illius Iuris percipiendi illam annuam penſio-
nem, & reſponſionem conſtitutam, & ſibi aſſigna-
23 tam; Quo † verò ad bona ſuper quibus, vel quo-
rum fructibus penſio ipſa cõſtituta, & impoſita eſt,
nullum Ius acquirit, nec quo ad proprietatem, nec
quo ad poſſeſſionem. *Crauet.1.conſ.217.num.4.verſ.2.*
Conrad.d.quæſt.72.in 7.ſuppoſit.Foller.in d.verbo,huiuſ-
modi,num.2. Bon.d.tract.art.6.nu.18.& d.art.9.nu.25.
Nauar.in ſuo tract. de vſur. nu.137. Surd.d.conſ.162.
num.4.& 8. Stephan.Gratian. deciſ.March.20. num.9.
Menoch. d. Præſumpt.107. num.5. verſ.2. & num.15.
& conſ.983.num.16.lib.10.Soto d.quæſt.5.art.1. Ludo-
uic.Molin. d.diſputat.383 num.1.Mich.Salon d. contro-
uerſ.1.num.1.verſ.4 ſi proprius,& infra, vbi hoc plu-
ribus comprobat *Fernand. Rebell. d. lib. 10. quæſt. 1.*
num.6.& 9.Leonard.Leſſ.d.dubitat.2.num.5.verſ.conſi-
gnatiuus,Io.Guthier. Pract. Quæſt.lib.2.cap.168 nu.6.
Gregor.de Valent. in ſuis Cõmentar.Theologicis.tomo 3.
diſputat.5. quæſt.22 de Cenſib. punct.1. in vltimis ver-
bis. Bene *Roderic.d.tract. de ann.redit. lib.1. quæſt.3.*
num.6. Peregr.conſ.20. num. 16. lib.3. plenè Ludouicus
Velazquez de Auendan. poſt hæc ſcripta viſus, *in*
ſuo tract.tu de Cenſib. Hiſpan.cap.17.num 9. & ſeqq.
* & dixit *Rota in vna Romana Cenſus 30.Octobris.1602.*
coram Illuſtriſſimo Cardinali Mellino quæ eſt *poſt tract.*
deciſ.1.num.2. & in vna Romana validitatis Cenſus.9.
Decembris 1602. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lance-
*lotto,*quæ eſt *ibidem deciſ.2.num.5* vbi additur,quod
hoc eſt ex natura contractus cenſualis.

Propter quam rationem *Io. Guthier. d. lib. 2. cap.*
24 162. dicebat, quod licet † inter dominum cenſus,
& dominum fundi, ſuper quo cenſus ipſe fundatus,
& collocatus eſt, dici poſſit contracta quædam
25 communio,& ſocietas,ratione † tamen d.commu-
nionis, & quaſi ſocietatis in ijs locis in quibus ex
forma ſtatuti,vel ex conſuetudine præſcripta dare-
tur ſociis ius retrahendi rem ſibi cum venditore
communem,non poſſet retrahere ab emptore fun-
di cenſuati, fundum illum pro eodem pretio, quo
fuit per illius dominum venditus, talia enim ſtatu-
ta, & conſuetudines intelligi debent de ſocietate,
& cõmunione in ipſa proprietate,& dominio, non
autem in fructibus, & reditibus, qualis eſt illa, quæ
ex contractu cenſuali inter emptorem, & vendito-
rem inſurgit. Quam ſententiam amplectitur, &
confirmat *Ludo.uic.de Auendan.d.tract.cap.86.num.*
6.& 7.& cap.89.num.10.& 11.

Et propter eandem rationem *Stephanus Gratian.*
26 *d.deciſ.March.20 affirmabat,* quod † impoſitor Cen-
ſus teneatur ad collectas, quæ imponuntur ratione
rei, & fructuum, ex fundo ſuper quo cenſum impo-
ſuit, & collocauit, quod placuerat etiam *Nauar. in*
d.tract.de vſur.num.132.& Paulo Comitulo è Societate
Ieſu,Reſponſ.Moral.lib.3.q.38.num.4.& Io.Azor. In-
ſtit,Moral.par.3.lib.10.c.15.verſ.dubia quæſtionis eſt,
Surd. d.conſ.162. nu.25.in fine,& ſeqq.lib.2. & latè
Menoch.d.conſ.983.num.11.& ſeqq.lib.10. M.Anton.
Peregrin.conſ.19.num.16.& conſ.20.num.18.lib.3. la-
tè *Io.Franciſ.Leonis,in ſuo Theſaur. fori Eccleſiaſt.par.2.*
cap.15.de Cenſib.num.40.cum multis ſeqq. vbi reſpon-
det contrariis.& alij relati à *Io.Bapt.Coſta,de Portion.*
& Rat.q.170 in princ. Quibus addi poteſt poſt hæc
ſcripta viſus *Martin. Bonanin. in ſuo tract.de contract.*
diſput.3.q.4. puncto vnico,num.30.

Nec refert quod aliter ſenſiſſe videatur *Boccat.*
in ſuo tract. de Cenſib. par.2. num.49. Quem ſequitur
Alcibiad. Lucarin.I.C.Senenſ.Obſeruat.Practicar.lib.1.
Academ 5.obſeruat.3. num 12.& alij relati à *Io.Bapt.*
*Coſta,in tract.ſuo de Portion.& Rat.q.170.in fine,*dum
concludunt dominum Cenſus eſſe ſubiectum colle-
ctis illius loci,in quo ſitus eſt ager ſuper quo Cenſus
27 collocatus eſt. Iſti † enim non ſunt intelligendi de
collectis, quæ imponuntur ratione ipſius agri ſuper
quo fundatus eſt Cenſus, ſed de collectis, quæ *im-*
ponuntur ſoluendæ, vel generaliter, ratione quo-
rumcumque bonorum immobilium, vel indefinitè
ratione bonorum immobilium: nam eum poſſiden-
tes annuos Cenſus dicantur poſſidere bona immo-
bilia,vt dicemus infra hac eadem *par.1.cap.3.quæſt.*
1.art.2. non videtur incongruum affirmare, quod
teneãtur ad collectas debitas ratione ipſorummet
Cenſuum,illas autem ſoluere debent in loco vbi ſi-
28 tus eſt ager cenſui ſuppoſitus, quia † agro cenſus
cohæret, & ratione d. cohærentiæ Iure dici poteſt,
quod ipſe quoque Cenſus ſit de loco, in quo ſitus
eſt ager,cui Cenſus ipſe cohæret, *ex not.infra d.art.2.*
num.3.& ſeqq.

29 Ceterum hæc † *Boccat. & Alcibiad.* opinio reddi-
tur valde dubia ex reſolutione facta in *Rota, coram*
b.m. Cardinali Lancelotto in vna Auinionenſi, Carpen-
toratenſi, ſeu Cauallicenſi Collectarum,9. Martij. 16.
Maij & 27.Iunij 1583 quæ in *fine tract.eſt deciſ.3.per*
tot. vbi cõcluditur,quod collecta ex Cenſu ſolui de-
beat in loco vbi destinata eſt ſolutio reſponſionis,
non vbi ſita ſunt bona Cenſui ſubiugata. Quam
opinionem firmauerat antea *Ad.et.conſ.10.num.2.ad*
fin. Caſſan.ad Conſuet. Burgund. Rubr.2. §.1. in tex.ex
apparitione... *num.20.* refert *Stephan.*
Gratian.Diſceptat. Forenſ.tomo 1.cap.29.num.2.& ſeq.
& horum auctoritate eſſe recedendum ab opinione
Boccat. exiſtimo.

ARTICVLI SECVNDI

SVMMARIA.

1 *Cenſus conſignatiuus alter temporalis, alter perpetuus.*
2 *Cenſus ideo dicitur temporalis,quia vitam habet ad tem-*
pus conſtitutam.
3 *Cenſus ideo dicitur perpetuus,quia ex ſui natura aptus*
eſt habere vitam perpetuam.
4 *Tam ex parte emptoris cenſus,qui non poteſt paciſci vt*
aliquo tempore cenſus redimatur.
5 *Quam ex parte venditoris, qui cogi non poteſt ad redi-*
mendum.
6 *Cenſus non ideo minus dicitur perpetuus, ex quo redi-*
mi poteſt ad libitum debitoris.
7 *Perpetuum an quid ſit, ſpectatur tempus præſens, non*
quod poteſt in futurum contingere.
8 *De annuis reditibus, qui debentur quouſque volet de-*
bitor, iudicatur prout de his, qui in perpetuum de-
bentur.

9 Pe-

9 *Pecunia eſt de rebus, quæ vſu conſumuntur.*
10 *In contractu Cenſus non conſideratur redditus, qui annuatim ſoluitur, ſed ius illum percipiendi.*
11 *Cenſus temporalis ille eſt, qui conceditur vel ad certum & determinatum tempus, vel*
12 *Ad tempus indeterminatum, puta ad vitam alicuius perſonæ, etiam plurium.*
13 *Conſtitui poteſt tam ad vitam ementis, quàm vendentis.*
14 *Cenſus conſtitutus ad vitam alicuius, dicitur vitalitius, & cur.*

De Cenſu perpetuo, & temporali.

ARTICVLVS SECVNDVS.

POſtqvam diximus de Cenſu reſeruatiuo, ea, quæ pro introductione materiæ viſa ſunt neceſſaria, conſequens eſt iuxta præmiſſum ordinem, vt ad cenſum conſignatiuum veniamus, & aliquas illius diuiſiones afferamus. Qua-
1 rum vna eſt † vt alter ſit perpetuus, alter temporalis, *Conrad. in ſuo tract. de contract. quæſt. 72. in 3. & 4. ſuppoſit. Sot. de Iuſtit. & iure, lib. 6. q. 5. art. 1. Ludouic. Molin. in ſuo tract. de contract. par. 2. diſputat. 383. num. 13. circ. fin. Thom. Boninſig. in tract. de cenſib. cap. 2. ſub num. 13. verſ. quinto, Io. Bapt. Lup. ad l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. Comment. 2. §. 2. num. 59. Mich. Salon. in ſuo tract. de contract. & comerc. human. in tit. de Cenſib. art. 1. ſub num. 2. verſ. denique diuiditur, Federic. Martin. in ſuo tract. de iur. cenſu. cap. 2. num. 13.* Pro cuius diui-
2 ſionis intelligentia ſciẽdum eſt, quod † Cenſus non ideo dicitur temporalis, quia ad libitũ redimi poſſit, cum potius ſit irredimibilis, & ideo ſit permiſſus & licitus, quia nullo tempore redimi poſſit, vt dicemus infra hac eadem *par. 1. cap. 1. q. 4. art. 3.* Sed quia non habet vitam perpetuam, ſed limitatam ex conſenſu contrahentium, vt paulo inferius dicetur.

3 Prout alter † non dicitur perpetuus ex eo quod nullo vnquam tempore redimi poſſit, cũ immo' ad voluntatem imponentis ſit redimibilis, vt diſpoſuit *Pius V. in ſua Conſtitutione*, quam edidit ſuper forma creandi cenſus, quem propterea Scribẽtes aliquando redimibilem appellant; ſed quia creatur & im-
4 ponitur, vt perpetuò viuere poſſit, tam † ex parte emptoris cenſus, qui nec tacitè, nec expreſsè poteſt cum illius venditore paciſci, & conuenire vt Cenſus aliquo tempore redimatur, & extinguatur repugnante d. Conſtitutione Piana, & nos infra latè explicabimus *p. 2. c. 1. q. 3. art. 8. & p. 3. c. 1. q. 3. art. 5.*
5 quam † ex parte eius, qui Cenſum impoſuit, & alteri conceſſit, cui licet liberum ſit ſemper & quandocumque illum redimere, & extinguere, vt expreſsè diſponitur *in c. 1. & 2. de emptione, & vendit. inter Extrau. comm. &* per *Pium Quintum in d. ſua Conſtitutione, &* dicit *Pariſ. conſ. 60. num. 13. lib. 1.* & nos dice-
6 mus *d. 2. par. c. 1. q. 3. art. 7.* non ideo minus † dici debet perpetuus, cum conſtituatur vt vitam perpetuam, vel ſaltẽ longiſſimæ durationis habeat, *Rum. conſ. 82. num. 2. & 3. lib. 2.* benè in puncto *Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 14. num. 32. & art. 15. num. 38. verſ. vlterior, & num. 39. Tiber. Deci in conſ. 59. num. 10 lib. 1. Federic. Martin. in d. ſuo tract. de iur. cenſu. c. 2. nu. 14.* Quibus addo poſt hæc ſcripta viſum *Ludouic. de Auendan. in ſuo Tract. de Cenſib. Hiſpan. cap. 54. nu. 9.* etenim ad effectum, de quo agimus ſufficit, quod ex parte emptoris & domini cenſus, & ex natura ipſius contractus perpetuo viuere poſſit. *arg. l. ſufficit, & ibi not. Iaſ. nu. 2. ff. de condict. indeb. l. iuris peritos, ff. de excuſat. tutor. Gloſ. 1. in c. fin. in verbo, perpetuos, & ibi Gemin. num. 8. de Reſcript. in 6. Bon. d. art. 14. num. 32.*
7 *& d. art. 15. num. 38. in fine.* Nam † ad cognoſcẽdum an quid ſit perpetuum, debet attendi tempus præſens, non quid poſſit in futurum contingere, vt poſt *Cin. in l. vlt. in prima oppoſit. C. de ſentent. paſſ.* dicit *Decian. d. conſ. 59. num. 11. Foller. in ſua pract. cenſu. l. in verbo, huiuſmodi, num. 33. Tiraq. de Retract. lign. §. 1. gloſ. 6. num. 8. in fine. Surd. deciſ. 204. nu. 10.* Vnde cum tempore impoſitionis, & venditionis Cenſus non poſſit taxari, nec præſcribi tempus intra quod redimi, & extingui debeat, ſed illud relinquẽdum ſit in mero arbitrio & voluntate venditoris, abſque
8 dubiò dici debet perpetuus, nam † de his annuis redditibus, qui ad beneplacitum debitoris, & donec ipſe volet debentur, iudicatur prout de his, qui debentur in perpetuum. *Rum. d. conſ. 82. num. 3. lib. 2.* cuius authoritate idem dicit *Io. Anton. Canet. ſuper Extrauag. Volentes, §. ſin ceſſiuè, num. 15. fol. mihi 164.*

Nec ex eo quod Cenſus conſtituatur ſoluendus
9 in pecunia numerata, quæ † eſt de rebus, quæ vſu conſumuntur, *l. rogaſti. ff. ſi certum petat.* ſequitur, quod Cenſus non poſſit dici perpetuus. Quoniam
10 † non debet conſiderari pecunia, quæ ſoluitur, ſed Ius illam percipiendi, quod venditur, & conceditur, vt dicemus infra ſæpius, & maxime *par. 2. cap. 1. q. 1. art. 2.* quod licet ſit redimibile, non propterea deſinit eſſe perpetuum, vt dictum eſt.

Cenſus igitur temporalis, ille dicitur qui ex conuentione contrahẽtium limitatam, & præſcriptam habet durationem, & vitam. Iſte autem poteſt
11 duobus modis cõſtitui, & imponi. Primò † ad certum, & determinatum tẽpus, puta ad quinque, decem, vel aliũm certum numerum annorũ. Secundò
12 ad tempus incertũ, & † indeterminatum ex aliquo futuro euentu declarandum, & determinãdum, vel ad vitam alicuius certæ, & determinatæ perſonæ, vt diſtinguit *Federic. Martin. in d. ſuo tract. de iur. cenſ. c. 2. nu. 15.* ſiue conſtituatur ad vitam vnius perſonæ, ſiue ad vitam plurium, vt poteſt etiam cum pacto vt vna præmoriente, alteri ſuperuiuenti ſoluatur totus & integer, ſi credimus *Rud. conſ. 154. lib. 2. & conſil. 293. num. 4. lib. 5. Cumano conſil. 181.* dum loquuntur de huiuſmodi cenſu conſtituto, & vendito ad vitam plurium. Et in puncto confirmat *Ludouicus Auendan. d. tract. cap. 20. num. 6.* Prout
13 conſtitui etiam poteſt & vẽdi duraturus tam † ad vitam ementis, quam ad vitam venditoris, vt declarauit *Paul. Comitol. in ſuis reſponſ. Moralib. lib. 3. q.*
14 *25. num. 2.* Et iſte † cenſus appellatur à Doctoribus Vitalitius, vel quia ad vitam accipientis durat. *Ludouic. Molina d. tract. de contract. diſputat. 383. num. 14. Mich. Salon. d. tit. de Cenſib. art. 3. num. 1.* vel quia illo emi ſoleant reditus in annuum victum, vt explicat *Molina d. num. 14.*

ARTICVLI TERTII

SVMMARIA.

1 *Cenſus conſignatiuus alter pecuniarius, alter fructuarius.*
2 *Cenſus pecuniarius eſt cum venditur Ius percipiendi annuam reſponſionem in pecunia numerata.*
3 *Cenſus pecuniarius non poteſt ſolui in alia ſpecie recuſante creditore.*
4 *Aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt.*
5 *Cenſus fructuarius eſt cum venditur Ius percipiendi certam annuam reſponſionem in fructibus.*
6 *Cenſus iſte eſt licitus.*
7 *Limitatur de Iure Regio Hiſpaniæ. & num. 17.*
8 *Etiam poſt Bullam Pij Quinti.*
9 *Cenſus fructuarius non poteſt ſolui in pecunia inuito creditore.*
10 *Fructus in Cenſu fructuario ſolui debent tempore recollectionis ipſorum.*
11 *Debitor Cenſus fructuarij non tenetur fructus aſportare ad domum creditoris.*
12 *Cenſus fructuarij iuſtum pretium, quomodo declarandum ſit.*
13 *Libro officialis publici creditur.*
14 *Pretium rei venditæ, an ſit iuſtum attenditur tempus initi contractus.*
15 *Cenſus fructuarius non debet reduci ad pecuniarium ob augmentum valoris fructuum contingens tractu temporis.*
16 *Princeps poteſt Cenſum fructuarium ad pecuniarium reducere.*
17 *Iuſtitia contractus attenditur iuxta tempus illius celebrationis.*
18 *Recipiens pecuniam pro fructibus ſibi debitis, non præiudicat ſibi in futurum.*
19 *Limit. ſi ex partium conuentione Cenſus fructuarius ſit reductus ad pecuniarium.*

De Cenſu Pecuniario, & Fructuario.

ARTICVLVS TERTIVS.

ALIA ſequitur Cenſus conſignatiui diuiſio, per quam diſtribuitur
1 † in pecuniarium & fructuarium, *Mich. Salon. in ſuo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de Cenſib. art. 1. ſub num. 2. verſ. diuiditur tertio. Federic. Martin. in ſuo tract. de Iur. Cenſu. cap. 2. num. 17. & cap. 4. num. 104. & ſeqq.* & alij plerique ex infra allegandis. Pecuniarius
2 † autem eſt cum venditur Ius percipiendi certam annuam reſponſionem in pecunia numerata, qui
3 † propterea ſolui non poteſt in alia ſpecie, ſi domi-
4 nus Cenſus recuſet, cum regulare ſit, quod † aliud pro alio inuito creditore ſolui non poſſit, *l. 2. §. mutui datio, & ibi Gloſ. dat* concordantes, *ff. ſi cert. pet.* licet eo volente id non cenſeatur prohibitum, dummodo neque maior, neque minor cenſus ſoluatur, *Ioan. Azor. Inſtit. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 20. quæſt. 2.*

5 Fructuarius † verò cenſus eſt cum inter contrahentes expreſsè agitur, vt vendatur & ematur Ius percipiendi certam quantitatem fructuum, id exprimitur in contractu, & ad illud directè, & omnino
6 reſpicit contrahentium intentio, quæ † ſpecies contractus fuit omni tempore habita pro licita à Doctoribus, & ſignanter ab *Innoc. in c. in Ciuitate, ſub num. 2. extr. de Vſur. Laurent. de Rodulph. in tract. de Vſur. quæſt. 13. ſub num. 47. Marian. Socin. ſen. ad Rubr. extr. de Vſur. num. 101. ad medium, verſ. vnde non facit. Nauar. in ſuo tract. de Vſur. num. 104.* qui de communi; *Boccat. in ſuo tract. de Cenſib. par. 2. num. 9. & par. 3. num. 52. Bened. Bon. in ſimili tract. de Cenſib. art. 64. num. 97. Surd. in ſuo tract. de aliment. tit. 9. quæſt. 11. num. 3. Leonard. Leſſ. in ſuo tract. de Iuſt. & Iur. lib. 2. cap. 22. dubitat. 5. num. 36. verſ. notandum tertio, & nu. 37. Gregor. de Valent. Commentar. Theologic. tom. 3. diſputat. 5. quæſt. 22. de Cenſib. punct. 3. per tot. Franciſc. Milanen. deciſ. Regn. Sicil. lib. 2. deciſ. 6. per totum. Federic. Martinenſ. d. cap. 4. num. 104. & ſeq.* vbi alios allegat *Gaſpar. Roderic. in ſuo tract. de ann. redit. lib. 1. quæſt. 12. num. 1.* Et his addi poteſt *Ludouic. Velazq. de Auend. in ſuo tract. de Cenſibus Hiſp. c. 46. num. 9.*
7 Et † licet ipſe id neget licere de iure regio Hiſpanorum, propter expreſſam Regis Conſtitutionem, qua cauetur ne Cēſus iſte in frumēto vel alia ſpecie ſoluendus cōſtituatur; immo etiamſi ab antiquiſſimo tempore foret conſtitutus, reduci debeat ad pecuniarium; Iure tamen noſtro Cenſus iſte permittitur, vt concludunt *prædicti Doctores.* Etiam
8 † poſt *Bullam Pij V.* editam ſuper forma creandi Cenſus, cum de hoc Cenſu fructuario Conſtitutio præfata nihil definierit, vt animaduertit *Io. Azor.*
9 *d. cap. 20. num. 1.* Qui † ſimiliter poterit de conſenſu creditoris ſolui in pecunia numerata, licet ſi ille contradicat, ſit omnino ſoluendus in eadem ſpecie fructuum, in qua conſtitutus, & venditus fuit, *Mich. Salon. d. tit. de Cenſib. art. 3. controuerſ. 1. ſub num. 1. verſic. primo quia ſi communem. Chriſtophor. Tornel. conſ. 48. num. 8. & 9. lib. 1.*

10 Illa † autem quantitas fructuum, quæ in hoc Cenſu fructuario ſolui debet, ſoluenda erit tempore recollectionis, videlicet ſi Cenſus ſit in frumento, illud erit ſoluendum in æſtate tempore triturationis in area; Vinum tempore vindemmiarum in vaſe, ſeu canali, vel vaſa, ſi Cenſus fuerit conſtitutus in vino; ſi verò in oleo tempore recollectionis olei in piſtrino, ſeu molendino, vt per bonas rationes deducit *Boccat. in d. tract. de Cenſib. par. 3. num. 52.*
11 Non † enim debito, tenetur deferre ad domum ſui creditoris dictas quantitates fructuū debitas, etiam quod ſint eiuſdem fori; ſed creditor debet accedere, vel mittere vt à debitore capiat & tollat ſuo proprio ſumptu, & periculo, vt per tex. in *l. 1. §. licet autem, ff. de peric. & commod. rei vendit.* & authoritate *Pauli de Caſt. in l. item illa, in fin. princ. ff. de conſtit. pecun.* dicit *Gaſp. Roderic. in d. ſuo tractatu de ann. redit. lib. 2. quæſt. 6. num. 3. Io. Bapt. Lup. ad l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. comment. 2. §. 1. num. 46.*

Cum autem res quælibet vendi debeat iuſto, & æquabili pretio, idem quoque concludendum eſt, neceſſarium eſſe in venditione huius Cenſus fructuarij, prout etiam requiri in venditione Cenſus pecuniarij dicemus infra, *par. 2. cap. 1. quæſt. 1. artic. 4.*

Ideo

12 Ideo queri poteſt quomodo † cognoſci, & ſtatui poſſit iuſtum pretium huius noſtri Cenſus fructuarij; cum non ſemper idem ſit & vniformis valor fructuum, ſed aliquando pluris, & aliquando minoris valeant, *arg. l. pretia rerum, ff. ad leg. Falcid.* Pro cuius difficultatis reſolutione aduertendum eſt, quod licet Cenſus iſte imponi debeat habita ratione ad communem fructuum æſtimationem, & valorem currentem de tempore impoſitionis illius, ad *Guid. Pap. deciſ. 516. ſub num. 2. Nauar. in tract. de Vſur. num. 120.* iſte tamen valor non conſiſtit in puncto indiuiſibili, nec reſtringendus eſt ad pretium temporis impoſitionis Cenſus, ſed regulandus eſt ex pretio aliquot annorum retro decurſorum, puta decem ex mente *Io. Azor. d. cap. 20. quæſt. 3. & Boccat. d. tract. par. 2. num. 9. verſ. ſed quomodo imponitur* (*Gaſpar* autem *Roderic. d. tract. lib. 1. quæſt. 6. num. 16. & ſeq.* ſentit habendam eſſe rationem ad quindecim, vel viginti annos) vt facto calculo communis pretij dictorum præteritorum annorum, compenſato pretio magno vnius anni cum minore aliorum annorum, reperiatur pretium mediocre, ſecundum quod Cenſus iſte conſtituendus, & vendendus erit. Quod commune, & medium pretium, non erit admodum difficile reperire in iis locis, in quibus eſt de publico deputatus officialis ad adnotandum pretia frumenti, & bladorum currentia in foro publico ſingulis Nundinis, prout contingit in
13 Ciuitate mea Peruſina; cum † libris huiuſmodi officialis ſit adhibenda fides, vt fuit reſolutum in *Rota coram b. m. Cardinali Seraphino deciſ. 1245. num. 8. par. 2.*

Ceterum ſi poſt Cenſus conſtitutionem, & venditionem valor fructuum adeò excreuerit, vt inde reſultet iniquitas, & iniuſtitia contractus, quia fortè excedit pretium in emptionem d. Cenſus erogatum, dubitatum fuit An Cenſus ipſe debeat reduci ad pecuniam numeratam, quæ iuſtè reſpondeat pretio, quo Cenſus ipſe emptus fuit.

In qua quæſtione, quoniam ad cognoſcendum læſionem, & pretij modicitatem in contractu non eſt reſpiciendum tempus præſens, & quanti res ipſa
14 vendita de præſenti valeat, ſed id † tempus, quo contractus fuit celebratus, & iuxta illius temporis valorem res vendita æſtimanda eſt, *l. ſi voluntate, in fine, C. de reſcind. vendit. c. cum dilecti, extr. de empt. & vendit. Gloſ. in c. ad aures, in verbo, aut forte tunc. extr. de reb. Eccleſ. non alien. Bart. in l. 2. num. 16. C. de reſcind. vendit. & ibi Cagnol. num. 218. verſ. non obſtat, & num. 238. Rol. conſ. 59. num. 35. lib. 1. Stephan. Lamberteng. in ſuo tract. de contract. eor. Gloſ. 5. num. 21. Barz. deciſ. 123. num. 10. Honded. conſ. 31. num. 48. lib. 1.*

15 Si † Cenſus iuxta valorem, & æſtimationem fructuum, quæ currebat tempore impoſitionis, & venditionis, bona fide emptus fuit, nec poteſt in d. contractu habita ratione ad illud tempus, conſiderari iniquitas, & iniuſtitia pretij, propter prætenſam iniuſtitiam, & iniquitatem reſultantem ob contingẽs augmentum pretij fructuum, non erit diminuendus, & reducendus ad pecuniarium, ſed ſoluendus prout conſtitutus & venditus fuit, vt poſt diſcuſſionem concludit *Nauar. in d. ſuo tract. de Vſur. nu. 120. ſequitur Boccat. d. par. 2. num. 9. Federic. Martin. d. cap. 4. num. 113.* hanc eandem ſententiam amplectitur *Antonius Monachus deciſ. Lucenſ. 20. num. 7. verſ. neque obſtat;* poſt hæc ſcripta viſus. *Gaſp. Roderic. d. lib. 1. quæſt. 7. num. 23. & ſeq.* reſpectu temporis præteritj, licet *num. 25.* improbet reſpectu temporis futuri. Quod futurum tempus ego acciperem
16 poſtquam forte, Princeps † ſuo Edicto, & Conſtitutione dictam reductionem faciat, quia tunc illam ſeruandam eſſe dicunt etiam *Nauar. & Boccat. locis citatis, & ipſe Roderic. d. quæſt. 7. num. 29.* Et in terminis iſtis poſſent procedere dicta per *Ludouic. de Auend. d. tract. cap. 47.* dum nititur comprobare Cenſus fructuarios eſſe reducendos ad pecuniarios: Fundat. n. ipſe hanc ſuam intentionem ſuper Lege Regia, qua dicta reductio præcipitur: ceſſante. n. Regia Conſtitutione, adhuc viget ratio conſiderata ſupra *num. 13.* cui non bene, meo iudicio, reſpondet *Auend. d. cap. 47. num. 14.* cum nos verſemur circa contractum emptionis & venditionis Cenſus, qui momento explicatur, ſicut emptio & venditio aliarum rerum frugiferarum. Et ideò, ſicut venditiones præfatæ ob augmentum, vel diminutionem contingentem in fructibus, non reſcinduntur, nec reducuntur ad æſtimationem iuxta tempus contin-
17 gentis augmenti, vel diminutionis, ſed † iuſtitia contractus attenditur iuxta tempus venditionis; vt diximus *d. nu. 13.* Ita etiam dicendum eſt in emptione & venditione cenſus fructuarij, quod non debet alterari propter augmentum, vel diminutionem pretij fructuum.

18 Sed poſſet in dubium reuocari An † creditor Cenſus fructuarij recipiendo illũ per aliquod tempus in pecunia numerata, ſibi præiudicet in futurum, quo minus poſſit eum exigere in illa ſpecie, & quantitate fructuum, in qua fuit ab initio conſtitutus, & venditus? Et nullum ſibi facere præiudicium verius eſt, ſi non ſit decurſa legitima præſcriptio, *c. olim cauſam, vbi Gloſ. Abb. & alij, extr. de Cenſib. Bald. in ſuo tract. de præſcript. in 4. par. quartæ part. princip. quæſt. 5. & 7.* & alios refert *Torniel. d. conſ. 48. nu. 7. & verſ. ſed difficultas.* Qui tamen *num. ſeq.*
19 contrarium † firmat, ſi Cenſus fructuarius fuerit de conſenſu ipſarummet partium ad pecuniarium reductus; authoritate *Curtij iunior. conſ. 108. col. 5. nu. 18. & Neuiz. conſ. 11. col. 2. num. 7. in fine.* Ex quibus tamen ſubiungendum videtur, quod apparere debet de expreſſo partium conſenſu, quod fuerit facta huiuſmodi reductio Cenſus de fructuario ad pecuniarium.

ARTICVLI QVARTI

SVMMARIA.

1 *Cenſus alter realis, alter perſonalis.*
2 *Cenſus realis eſt ille, qui imponitur ſuper re immobili.*
3 *Cenſus perſonalis eſt, qui conſtituitur ſuper ſola perſona.*
4 *Cenſus perſonalis conſtituitur vel ſuper ſola perſona imponentis, vel ſuper perſona extranea, puta ſerui.*
6 *Dummodo ſit vtilis, & fructifera.*

De

De Cenſu Reali, & Perſonali.

ARTICVLVS QVARTVS.

TERTIAM Cenſus conſignatiui diuiſionem afferunt Scribentes,
1 Quod † alter ſit realis, alter verò perſonalis, vt alijs omiſſis diuidit *Io. Medina in Cod. de rebus per vſuram acquiſit. q. 12. Dominic. Soto de Iuſtit. & iure, lib. 6. q. 5. art. 1.* & refert *Federic. Martin. in ſuo tract. de iur. Cenſu, cap. 2. num. 16.*

2 Realis † cenſus ille eſt, qui imponitur ſuper re aliqua immobili, fructifera, & certis finibus deſignata, puta Prædio, Vinea, Domo, & his ſimilibus, de quo loquuntur *Martin. V. Calixt. III. Pius V.* & alij Pontifices, qui ſuper forma creandi Cenſus Conſtitutiones ediderunt, vel per ſuas Extrauagantes hunc contrahendi modum approbauerunt. Et de quo nos in toto hoc Tractatu acturi ſumus.

3 Perſonalis autem † cenſus eſt, qui ſuper ſola perſona conſtituitur, vt ſupradicti Doctores dicunt.

Iſte autem perſonalis cenſus poteſt duobus modis inſtitui, & imponi, & quidem Primo, Quando
4 quis obligat † ſe ſimpliciter ad ſolutionem alicuius certæ annuæ penſionis, vel in pecunia numerata, vel in fructibus, abſque eo, quod illa annua reſponſio ſit fundata ſuper aliquo fundo certo, & limitato, ſed ſuper ſola ipſiuſmet debitoris obligatione perſonali, vel adiecta ſimpliciter hypotheca ſuorum bonorum.

5 Secundo † modo conſtituitur Cenſus perſonalis, quando reſponſio, quæ conceditur fundatur ſuper aliqua perſona extranea, puta ſerui, vt non obſcurè dixit *Innoc. in c. in Ciuitate, ſub num. 2. ext. de Vſur.*
6 Dummodo † tamen talis perſona ſit vtilis, & induſtrioſa, & cuius opera ſit commoda, ſecus ſi ſit debilis, inutilis, & infructuoſa, vt declarant *Io. Azor. Inſtit. Moral. p. 3. lib. 10. c. 5. quæſt. 1. verſ. ſecundo. Mich. Salon. de contract. & commerc. human. in tit. de Cenſib. art. 3. controuerſ. 5. nu. 6. & 7. Federic. Martin. d. tract. c. 4. num. 26.* in ſiſtis, quæ dicit *ibid. num. 41.*

Sed quoniam de hoc cenſu perſonali ſumus latius dicturi *d. c. 3. art. 6.* vbi diſputabimus An Cenſus perſonalis ex natura contractus ſit licitus, & an poſt Conſtitutiones Pontificias, & maximè Pij V. poſſit ſuſtineri ſaltem in ijs locis, vbi dicta Conſtitutio nec publicata, nec vſu recepta fuit, ideo ad ibi dicta recurrendum eſt.

QVÆSTIONIS II.

SVMMARIA.

1 *Origo rei eſt in primis inueſtiganda.*
2 *Cenſus conſignatiuus fuit cognitus ante tempora Martini V. ſecundum aliquos.*
Sed reprehenduntur, num. 4.
3 *Marcus Anton. Eugenius I. C. Peruſinus laudatur.*
4 *Cenſus conſignatiuus manauit à Conſuetudine.*
5 *Cenſus conſignatiuus fuit cognitus ante Clem. V. vt volunt alij.*
6 *Clemens V. fuit aſſumptus ad Pontificatum Peruſiæ anno 1305.*
7 *Clem. Exiui de Paradiſo, §. cumq. annui redditus, de verbor. ſignific. Intellectus aliquorum.*
8 *Qui intellectus ab Auctore reprobatur.*
9 *Cenſum conſignatiuum fuiſſe cognitum ante Iuſtinianum, volunt alij.*
10 *Diſſenſerunt tamen nonnulli.*
11 *Auctor tamen affirmatiuam ſententiam confirmat.*
12 *Conciliantur opiniones diſtinctione.*
13 *Contractus Cenſualis ante Iuſtinianum erat informis.*
14 *Contractus Cenſualis formam recepit à Martino V. & à Pio V.*
15 *Contractus Cenſualis poteſt dici vno reſpectu de Iure gentium, & cur.*
16 *Iuris gentium quid eſſe dicitur, etiam quod fuerit adinuentum longè poſt Ciuitates conditas.*
17 *Contractus vnus diuerſo reſpectu dici poteſt de Iure gentium, & de Iure ciuili.*
18 *Acceptilatio quia eſt ab omnibus gentibus recepta, dicitur de Iure gentium.*
19 *Quia tamen recepit formam à ſtipulatione, dicitur creatura Iuris ciuilis.*
20 *Stipulatio eſt adinuenta de iure ciuili.*
21 *Emphyteuſis diuerſis reſpectibus dicitur creatura Iuris gentium, & Ciuilis.*
22 *Matrimonium reſpectu coniunctionis maris, & feminæ, dicitur de Iure naturali.*
Reſpectu autem conſenſus eſt de Iure gentium, num. 24.
Reſpectu verò ſolemnitatū eſt de Iure poſitiuo, nu. 25.
23 *Matrimonium perficitur conſenſu.*
24 *Contractus ferè omnes ſunt de iure gentium.*
25 *Teſtamentum diuerſis reſpectibus dicitur vel de Iure gentium, vel de iure ciuili.*

De origine Cenſus Conſignatiui.

QVÆSTIO II.

CVM de re quapiam dicturo nefas eſſe videatur origine non repetita illotis (vt aiunt) manibus protinus materiam tractare, vt dixit *Caius I. C. in l. 1. ff. de orig.*
1 *Iur.* ideo † ſequutus auctoritatem, & exemplum illius in l. 2. in princ. ff. eod. tit. neceſſarium eſſe arbitratus ſum, vt de Cenſu conſignatiuo tractaturus, in primis, & ante omnia illius originem inueſtigarem. In qua quidem indagatione ob varias Scribentium opiniones, difficillimum eſſe exiſtimo aliquid certi conſtituere; nedum de aliquo vero, & determinato illius contractus initio (cum vſque ab anno 1423. diceretur manaſſe à conſuetudine, cuius initij memoria non extabat, vt paulò inferius dicemus) ſed an quidem fuerit cognitus ante tēpora Summorum Pontificum, an potius fuerit ex illorum Conſtitutionibus introductus.

Nam aliqui in ea fuerunt opinione, quod contractus iſte eſſet omnino incognitus ante tempora
2 † Martini huius nominis Papæ V. qui Pōtificatum rexit de anno 1423. Iſte enim Papa per ſuam *Conſtitutionem, quæ eſt prima ſub tit. de empt. & vendit. inter Extrauag. commun.* contractum hunc approbauit,

uit, & ſub certa forma ſeruari ſolitũ, ſeruari decre-
uit: Cuius Conſtitutionem cõfirmauit Calixtus hu-
ius nominis Papa III. vt apparet *in cap.2. eod.tit.de*
empt.& vendit.inter Extrauag.commun. & hanc opi-
nionem amplexus fuit *Marcus Antonius Eugenius*
3 *conciuis meus*, † vir vndequaque inſignis, & in pa-
trio Peruſino Gymnaſio Iuris ciuilis primus, dein-
de Iuris Pontificij Interpres celeberrimus, & in
foro Aduocatus eximius & eminentiſſimus, in ſuo
conſ.100. num.34. lib.1. quem ſequitur *Felician, de*
Solis in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib.1. c.1.
num.18. & tomo 2.eod. lib.1. & cap.1. num.1. & 2.
Sed hæc opinio eorundem Martini, & Calixti
Conſtitutionibus refellitur, dum in illis aſſeritur
hunc contractum eo tempore fuiſſe valde frequen-
4 tem, & emanaſſe † à rationabili conſuetudine per
tempus immemoriabile, & cuius initij memoria
non extabat obſeruata, & legitimè præſcripta; ex
qua aſſertione ſatis manifeſte conijcitur contra-
ctum iſtum non fuiſſe à dictis Pontificibus introdu-
ctũ, ſed longè ante illorũ tempora fuiſſe cognitum.

Et propterea alij fuerunt in ea ſententia, quod
5 † contractus iſte fuerit cognitus non ſolum tempo-
re Martini V. & ſic de anno 1423. verum etiam
6 tempore Clementis V. qui † fuit ad Pontificatum
aſſumptus in hac Peruſina Ciuitate de anno 1305.
& regnauit annos octo, menſes decem, & dies vi-
gintiquinque. quam ſententiam amplexi ſunt mul-
ti ex *Interpretibus, in c.in Ciuitate, ext. de Vſur.* moti
per tex. in Clem. Exiui de Paradiſo, §. cumq. annui redi-
tus, de verb. ſignif. vbi idem Clemens V. auctor dictæ
Conſtitutionis de huiuſmodi annuis reditibus men-
7 tionem facit, † cui *tex.* licet reſpondeat *Eugenius*
d.conſ.100. num.34. quem commendat *Felician. d.*
tomo 2.lib.1. cap.1.num.3. quod non loquatur de
Cenſu pecuniario, ſed de annuo reditu, qui ex bo-
nis immobilibus, & eorum fructibus ſingulis annis
8 percipitur. Iſte tamen intellectus † non videtur re-
cipiendus: cum enim ibi Papa generaliter loqua-
tur, debet generaliter intelligi, non autem reſtringi
ad annuos reditus fructuarios, *vulg. l.1. §. & gene-*
raliter, ff. de leg.præſt. & maximè quia eadem viget
ratio conſeruandi paupertatem in fratribus Sera-
phici Confeſſoris Franciſci, ab illo Sanctiſſimo Pa-
triarcha tam anxiè affectatam, ſi prohibeantur an-
nui reditus fructuarij, ac ſi prohibeantur pecunia-
rij; per ea, quæ dicentur infra hac *eadem par.cap.3.*
quæſt.1.art.2. Ergo dicendum eſt mentem, & inten-
tionem Clem. V. dum in dicta ſua Conſtitutione
confirmauit paupertatem iniunctam, & impera-
tam fratribus ſub tanto Patriarcha militaturis, &
prohibuit ne habeant annuos reditus, fuiſſe prohi-
bere annuos reditus tam fructuarios, quam pecu-
niarios, per reg. *l.q. §. toties, ff. de damno infecto,* & per
conſequens quòd in dicta *Clem. Exiui de Paradiſo, §.*
cumq. annui reditus, ſatis clarè colligatur eo tem-
pore fuiſſe cognitum cõtractum iſtum Cenſualem,
per quem iſti annui reditus acquiruntur.

9 Alij verò in ea fuerunt opinione, quod † contra-
ctus iſte fuerit cognitus etiam ante tempora Iuſti-
niani Imperatoris, quam ſentiunt *Anch. conſ.30.*
num.6. Couar.Var. Reſolut. lib.3.cap.7.num.3.verſ.5.
hæc pars, Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann redit. lib.3.
quæſt.3.à num.7. vſque ad fin.quæſt. & plures alij per
tex.in §.quoniam, verſ.licebit, Auth.Vt hi, qui oblig. ſe
habere perhib. res minor, vbi Imperator meminit de
emptione annui reditus ex minorum pecuniis fa-
cienda, & per alia Iura, cum hac eadem ſententia
pertranſiuit *Bened.Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art.5.*
num.17.

10 Et licet † ab ea diſſentiat *Franc. Sarmiét. Selectar.*
interpretat. lib.7. cap.1. nu.17. Ludouic. Molina in ſuo
tract. de contract. part.2. diſputat.383. num.8. verſ.cur
11 *autem.* Illa † tamen videtur ſatis probabiliter poſ-
ſe confirmari auctoritate eiuſdem *Iuſtiniani Impe-*
rat. in Nouella 160. de qua meminit *Decian. conſ.2.*
num.69. in fine, & num.70. lib.1. Felician. in dictis
ſuis Comment. tomo 1.lib.1. cap.1.num.18. ad fin. &
tomo 2.eod.lib.1. & cap.1. num.1. Mich.Salon. in ſuo
tract. de contract. & comerc. human. in tit. de Cenſib.
art.1. dum tractat de origine Cenſus, & *Gaſp. Rode-*
ric. d.quæſt.3. num.7. & ſeq. Cum qua ſententia vi-
detur tranſire etiam *Ludouic. Velazq. de Auend. in*
ſuo tractatu de Cenſib. Hiſpan. cap.16. num.1. poſt hæc
ſcripta viſus.

In illa enim *Nouella Conſtitutione Iuſtinianus* recen-
ſet. Quod cùm Aphrodienſis Reip. Pater, ideſt de-
fenſor, & Patronus, & Primores eiuſdem Ciuitatis
magnam vim pecuniæ haberent collectam ex lega-
tis eidem Ciuitati factis, ne illa inutilis, & ſterilis
omninò maneret, ſed neceſſitatibus Ciuium, ſalua
ſorte deſeruiret, ſub tali forma illam diſtribuere
ſanxerunt, vt poſſent quicumque vellent illius par-
ticipes fieri, ea lege, vt qui ſortem aliquam recipe-
ret, non compelleretur ad eam reſtituendam, donec
vellet, ſed ita vt, quamdiu illam apud ſe retineret,
certum aliquem annuum reditum Ciuitati pende-
ret. Ex qua hiſtoria videtur ſatis apertè colligi, hũc
Cenſum conſignatiuum longè ante tempora Iuſti-
niani Imperatoris originem, & initium habuiſſe
ponderãdo multipliciter verba dictæ Nouellæ Con-
ſtitutionis, prout facit *Roderic. d.num.7. & ſeqq.*

Ego verò in hac opinionum varietate, ita poſſe,
rem definiri ſum arbitratus, ſi diuerſis reſpectibus,
& reſpectu diuerſorum temporum hunc cõtrahen-
12 di modum conſideremus. Si † enim reſpiciamus
primum illius principium, non improbabiliter dici
poſſe exiſtimo, illum fuiſſe introductum antiquiſſi-
mis tẽporibus, exemplo fortè d. Reip. Aphrodiſien-
ſis, & continuo vſu ſucceſſiuis temporibus fuiſſe vſu
receptum, non ſolum tempore Martini V. & ante
13 eum Clem. pariter V. verum † etiam ante tempo-
ra Iuſtiniani Imperatoris per iura ſupra allegata;
ſed extitiſſe rudem, & informem, vt ferè omnia in
eorum principio eſſe ſolent, cum non reperiamus
ante Martini V. illi aliquam certam formam fuiſſe
14 datam. Si verò † conſideremus eundem cõtractum
reſpectu eius formæ, quæ dat eſſe rei, *l. Iulianus, ff. ad*
exhiben. cum vulgar. crederem normaliſenſiſſe eos,
qui volunt illum fuiſſe introductum tempore Mar-
tini V. Iſte enim Papa hunc contrahendi modum
approbauit, & ſub certa regula, & cum certa for-
ma illum celebrari ſanciuit. Quam poſtea Pius hu-
ius nominis Papa Quintus perfectiori quodammo-
do perpoliuit, & ſeruãdam eſſe imperauit per ſuam
Conſtitutionem editam de anno 1568. 14. Cal. Fe-
bruar. quam per aliam ſuam Conſtitutionem pro-
mulgatam die 10. Iunij 1570. occaſione quarun-
dam

dam difficultatum excitatarum in aliquibus eius
partibus, declarauit. Quæ ambæ Conſtitutiones
ſunt in *Bullario nouiter impreſſo. inter Bullas eiuſdem
Pontificis, num. 79.* & pro faciliori omnium commo-
ditate habentur impreſſæ ſupra in principio tracta-
15 tus. Supradictis † igitur diuerſis reſpectibus iſte
Cenſualis contractus poteſt dici creatura Iuris po-
ſitiui, tam Ciuilis, quam Canonici, ſed quoniā fuit
hominum moribus receptus, & apud omnes Gentes
in vſu frequenti poſitus, poteſt dici quod ſit de Iu-
re gentium, vt ſentit *Bon. in d. ſuo tract. tu de Cenſib.*
16 *art. 24. nu. 50.* Id enim † Iuris gentium dicitur, quod
omnibus Gentibus conſentaneum & vtile exiſtit,
& hominum intellectui & naturali rationi cōgruit,
etiam quod fuerit adinuentum longè poſt Ciuita-
tes conditas. *Vaſq. declarat. Iur. ciuil. lib. 1. cap. 5. ad
fin. Ant. Pinell. ad Rubr. C. de reſ. ind. vendit. par. 1.
cap. 1. num. 7.* & non diſſenſit *Felician. de Solis, in di-
ctis ſuis Commentar. de Cenſi. tomo 1. lib. 1. cap. 1.
num. 17. ad fin.*
17 Nec † incongruit quòd vnus contractus diuerſis
reſpectibus dicatur creatura Iuris gentium, & Ciui-
lis, nam in multis contractibus id eueniſſe dignoſci-
18 mus. Nam † acceptilatio licet ratione quadam na-
turali apud omnes gentes peræquè videatur rece-
pta, & ideo Iuris gentium eam eſſe dicat *I.C. in l. an
inutilis, §. fin. ff. de acceptil.* latè *Socin. in. ad Rubr. ff.
19 de verb. oblig. num. 153. & ſeq.* Quia † tamen reci-
pit formam à ſtipulatione, qua concipitur, *§. item
per acceptilationem, Inſtit. quib. mod. toll. oblig.* nemo
negauerit verè illam dici poſſe introductam fuiſſe
20 de Iure ciuili, cum † ſtipulatio ſit Iuris Ciuilis, *l. 1.
§. ſi quis ita, & ibi not. Scribent. communiter ff. de verb.
21 obligat.* Hoc † idem dici poteſt de contractu Em-
phyteutico, quod ſit Iuris gentium, quia fuit ab
omnibus vſu receptus, licet fuerit adinuentus, &
formam receperit à Iure ciuili, *§. adeo, & ibi Doctor.
ff. de loc. Bon. d. tract. art. 49. num. 79.* Matrimo-
22 nium † ſimiliter apud Legiſtas reſpectu coniun-
ctionis maris & feminæ eſt de Iure naturali *Inſt. de
iure natur. gen. & ciuili, in princ. l. 1. §. ius naturale,
ff. de Iuſt. & iure, & ius naturale, 1. d. ſtinct.* & compro-
bat *Thom. Sanchez, in ſuo tract. de Matrimon. lib. 2. di-
ſputat. 2, num. 2.* Ratione autem conſenſus, quo
23 † Matrimonium perficitur *l. nuptias, ff. de reg. iur. c.
tua, ext. de ſpons.* dicitur eſſe de Iure gentium, quo
24 † omnes ferè contractus ſunt adinuenti, *l. ex hoc iu-
re, ff. de Iuſt. et iure, l. ius gentium ff. de pact. §. ius au-
tem gentium, Inſt. de Iure natural, gen. & ciuili.* Ra-
25 tione † autem formæ & ſolemnitatum dicitur eſſe
Iuris poſitiui. *Gloſ. & Doctor. Inſtit. de Iure naturali
gent. & ciuili, in princ. vbi Aret. num. 4. & in d. l. 1. §.
ſi quis ita. ff. de verb. obligat.* deducit *Sanchez, d. lib. 2.
diſputat. 5.* vbi docet quæ ſit materia, & quæ forma
Matrimonij.
26 Idipſum † de Teſtamento, licet non ſit contra-
ctus, dicit *Bart. in l. interdum, num. 7. ff. de cond. indeb.
Iulius Clar. in ſua pract. §. Teſtamentum. q. 2. Surd. conſ.
147. num. 8. lib. 1.* & alij multi, quos refert *Fernand.
Vaſq. de ſucceſſ. creation. lib. 1. §. 1. num. 1. verſ. tertio.*
Quod poſſet etiam exemplificari in alijs contracti-
bus, quos ne longior ſim, quam par eſt, miſſos
facio.

QVÆSTIO III.

TErtia ſeſe nobis iuxta præmiſſum ordinem of-
fert quæſtio, in qua de Cenſus conſignatiui
definitione agendum eſt, quæ duobus eſt explican-
da articulis.

In primo videbimus Cenſus Etymologiam.
In ſecundo illius definitionem.

ARTICVLI PRIMI

SVMMARIA.

1 *Definitio vna quid nominis, altera quid rei.*
2 *Definitio quid nominis, eſt oratio interpretatiua ſignifi-
cationis nominis.*
3 *Definitio quid rei, ſubſtantiam rei definitæ demonſtrat.*
4 *Definitio quid nominis, debet præcedere cognitionem,
quid rei.*
5 *Cenſus propriè dicitur à cenſendo, ideſt ab æſtimando.*
6 *Cenſus nomine venit ſolutio, quæ fit Principi in ſignum
ſubiectionis.*
7 *Cenſus nomen fuit applicatum Cenſui conſignatiuo.*
8 *Cenſus vox, ſecundum aliquos impropriè applicatur cen-
ſui conſignatiuo.*
9 *Immo quod propriè defendit Auctor.*
10 *Proprietas vocis, ſumitur à communi vſu loquendi.*
11 *Item ab auctoritate Legiſlatoris.*
12 *Bart. in l. Labeo, num. 4. ff. de ſuppellect. leg. declaratur.
Bart. in l. omnes populi, num. 59. ff. de Iuſtit. & iure,
intellectus.*

De Etymologia Cenſus.

ARTICVLVS PRIMVS.

QVONIAM tam apud Philoſo-
phos, quam apud noſtros Iuriſ-
1 conſultos definitio † eſt duplex,
vna quid nominis, altera quid
rei, vt ex noſtris tradit *Sebaſtian.
Medic. in tractatu de diffinit. q. 2.
num. 3. Cagnol. in l. omnis definitio,
num. 3. ff. de reg. iur. Guerrin. Piſ. in ſuo tract. de feud. in
Præliud. circa definitionem quid nominis, in princ.* & de-
finitio quid nominis, explicat ſonum & ſignifica-
2 tum vocis, & eſt † oratio interpretatiua ſignifica-
tionis vocis *Sebaſtian. Medic. d. q. 2. num. 8. Cagnol. loco
cit. nu. pariter 8.* Definitio † autem quid rei, ſubſtan-
3 tiam, & eſſentiam rei definitæ demonſtrat *Gloſ. &
Doctor. in l. 1. ff. de teſtam. & in d. l. omnis definitio, &
4 alibi* paſſim. & cognitio † quid nominis debet præ-
cedere cognitionem quid rei. *argum. l. 1. in princ. ff.
de orig. iur. & in l. 1. in princ. ff. de pact. Sebaſtian. Me-
dic. d. num. 3.* & pluribus demonſtrat *Cagnol. in d. l.
omnis definitio, num. 10. Ludouic. Lopez, in ſuo Tract. de
contract. lib. 1. c. 54. verſ. igitur.* Ideo nemini mirum
eſſe debet, quod hunc articulum, in quo de Ety-
mologia vocis, Cenſus, agendum eſt præmiſerimus
ſequenti articulo, in quo de illius definitione eſt
pertractandum.

Pro huius autem articuli expeditione præmitten-
dum eſt, quod illa æſtimatio, quæ antiquitus fiebat,
vt ex ea diiudicari poſſet quantum quiſque pro
tributo,

Digitized by Google

tributo, & aliis publicis oneribus ſoluere tenete-
tur, ſecundum veram & propriam vocis ſignifica-
5 tionem Cenſus† à cēſendo, ideſt ab æſtimādo dice-
batur, *l.forma, ff.de Cenſib.* cum aliis adductis per
*Didac.Conar.Variar.reſolut.lib.3.cap.7.num.1. Foller.
in ſua Tract.Cenſuali,in verbo,huiuſmodi,nu.1.& ſeq.
Ludouic.Lopez, d.c.54.poſt princ. verſic.igitur, Bened.
Bon.in ſuo tract.de Cenſib.art.1.num.3. & 4. & in art.
4.num.14.Dominic.Sotô,de Iuſt.& iure,lib.6.q.5.art.
1.verſ.quæſtio præſens. Ludouic. Molina,in ſuo tract.de
Contract.par.2.diſputat.381.num.1. Boninſign.in tract.
de Cenſib. cap.1.num.1.Io.Bapt.Lup.ad leg.2.C.de pact.
inter empt.& vendit.Comment.2.§.2.num.54. Aluar.
Valaſch.in ſuo tract.de iure emphyt.q.32.num.1. Fede-
ric.Martin.in tract.de iure cenſuali,cap.1.num.3. Feli-
cian.de Solis,in ſuis Comment. de Cenſib. tomo 1.in Pro-
æm.num.4. & ſeq.Brunor.à Sole,in ſuis Quæſt.Legalib.
q.1.num.1.& 2.Fernand. Rebell. in ſuo Tract. de obli-
gat.Inſtit. lib.10.q.1.num.1.Leonard.Leſſ. de Iuſtit.&
iure,lib.2.c.22.dubitat.1.nu.1.Mich.Salon. de cōtract.
& commerc. human. in tit. de Cenſib. art.1, num.1. in
princ.Io. Azor.Inſtit.Moral.par.3.lib.10.cap.1.*

6 Quod nomen † fuit deinde accommodatum ad
illam annuam ſolutionem,quæ ſingulis annis ſtata
die inſignum ſubiectionis, & Imperij ſolui conſue-
uit, *c.recipimus, ext.de Priuileg.* In qua ſignificatio-
ne fuiſſe acceptum in Euang. *Matth.cap.22.*cum D.
N.Ieſus Chriſtus fuit interrogatus, an liceret Cen-
ſum dare Cæſari, affirmant aliqui ex ſupracitatis
Doctoribus.

Et inde poſtea factum fuit, vt ab omnibus pro-
7 miſcuè,& indiſtinctè eadem vox † per quandā ſimi-
litudinem cępta fuerit vſurpari, pro annua penſio-
ne, & reſponſione, quam quis ſuper ſuis bonis im-
ponit, & collocat alteri ſoluendam, quem Cenſum
conſignatiuum nuncupari diximus ſupra *q.1.art.1.
nu.21.* vt plerique ex ſupra relatis animaduertunt,
& præter eos *Gregor.de Valent.commentar.Theologi-
cor.tomo 3.diſputat.5.q.22.de Cenſib.puncto 1.in princ.*
8 *Federic.Martin. d.c.1.num.18.* Et licet hæc † vſurpa-
tio impropria, & abuſiua videatur, *Couar.d.cap.7.
num.1. ad fin. Aluar Valaſch.d.q.32. ſub num.7. verſ.
verum,& num.8. poſt princ. in illis verbis, ſed cum di-
xerimus, Surd.conſ 162. num.5. lib.2.* & non diſſen-
tiat *Ioan.Bapt.Lup.d.§.2.num.55.in fine.*

9 Quia † tamen iſte annuus reditus, & hæc annua
reſponſio ab antiquiſſimo tempore fuit ſub nomi-
ne Cenſus appellata, & quidem rectè, vt dicit *Fede-
ric.Martin.d.c.1.* dicendum eſt,quod non impropria
& abuſiua, ſed immo propria ſit huiuſmodi vocis
huius ſignificatio.

10 Regulare † enim eſt,vt verborum proprietas ſu-
matur, & æſtimetur ex communi, & vulgari vſu lo-
quendi, *l.cum de lanionis, §.aſinam molendinariam, ff.
de fundo inſtruc. & inſtrum.leg.l.Labeo,ff.de ſuppellect.
leg.c.ex litteris,ext.de ſpōſal. Rebuff.in Rubr.ff.de ver-
bor.ſignific. verſ.Tertio conſuetudo. Tob.Non.* inſignis
iuris Interpres,& olim conciuis meus, *in §. fin.nu.6.
Inſtit.de obligat,* & pulcrè explicauit Poeta Venuſi-
nus, in ſua Poetica his verſiculis.

*Multa renaſcentur, quæ iam cecidere, cadentq.
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet vſus.
Quem penes arbitrium eſt, & vis, & norma loquēdi.*

vt animaduertebat in propoſito *Felician. de Solis,in
d.Proæmio, num.30.* Quod multò magis dicendum
eſt in caſu noſtro, in quo vox iſta Cenſus, fuit pro
hac annua reſponſione vſurpata,non ſolum ab im-
peritis,& vulgaribus hominibus, ſed etiam ab ipſis
Legumlatoribus. Videmus enim quod Martin.V.&
Calixtus III.in ſuis Conſtitutionibus,in quibus cir-
ca hanc annuam reſponſionem ſtatuerunt, eam ap-
pellauerunt ſub nomine Cenſus, *in c.1. & 2.de empt.
& vendit. in Extrauag. commun.* Idem fecerunt Ni-
col.V.Gregor.III. Pius V. & alij Summi Pontifices,
quotquot ſunt,qui huius annuæ reſponſionis impo-
ſitionem, & venditionem per ſuas Bullas approba-
uerunt,illiq. certam formam præſcripſerunt, hunc
contrahendi modum ſub nomine Cenſus nuncupa-
11 uerunt. nam non eſt nouum proprietatem † vocis
deſumi etiam ab auctoritate Legumlatorum, ſcili-
cet ſi ab eis in aliqua lege, Vox, ſecundum aliquam
ſignificationem capiatur, vt docet *Bart.* quem alij
communiter ſequuntur *in l.omnes populi,num.59. ff.
de Iuſt.& iure.* Vnde neceſſe eſt fateri hanc eſſe pro-
priam huius vocis ſignificationem, ex *not. per Al-
ciat.in lib.1.de verbor.ſignific.col.3.in princ.Rebuff.in
l.Tugurij,ad fin.ff.eod.tit,*

Et per conſequens huic concluſioni nullo modo
repugnat *Bart. in d.l.Labeo, ſub num.4.* vbi videtur
ſentire, quod ex communi vſu loquendi non pro-
pria, ſed impropria verbi ſignificatio deſumatur.
12 eius † enim theorica intelligenda eſt, vt procedat
in communi vſu loquendi vulgi,& priuatorum ho-
minum, non autem de communi vſu loquendi pe-
ritorum,& Legumlatorum, de quo nos loquimur.

Nec etiam dicatur,quod *Bart. in d.l.omnes populi,
num.59.*loquatur dumtaxat quando Iuriſconſultus
in aliqua lege exprimit aliquid eſſe propriè tale, vt
videtur colligi ex legibus ibi ab ipſo allegatis. Hoc
13 † enim *Bart.* non dicit, nec eſt credendum quod
dicere voluerit, eſſet enim contrarius ſibiipſi *in d.l.
Labeo, num.4.* & repugnaret communi illi conclu-
ſioni,quod communis vſus loquendi peritorum tri-
buat proprietatem verbis, vt dictum eſt ex allega-
tis *ſupra, num.10.* & maximè *Non.d.num.6.* quibus
addatur *Alex.conſ.82.num.15.lib.3.*

ARTICVLI SECVNDI

SVMMARIA.

1 *Cenſus conſignatiui noua definitio.*
2 *Ius in definitione Cenſus, ſtat loco generis.*
3 *In Cenſu non venditur annua reſponſio, ſed ius conſe-
quendi illam.*
4 *Finis contractus Cenſualis eſt, percipere annuam pen-
ſionem.*
5 *Reſponſio,hæc vox in definitione comprehēdit tam Cen-
ſum fructuarium, quam pecuniarium.*
6 *Definitio debet conuerti cum ſuo definito.*
7 *In contractu Cenſus non venditur res cenſuata.*
8 *Super, hæc particula ſignificat qualitatem rei inhæ-
rentem.*
9 *Nemo poteſt ſuper re propria ad ſui commodum Ius
creare.*
10 *Cenſum ſuper re propria nemo poteſt ad ſui vtilitatem
imponere.*
11 *Cenſus conſignatiuus in quo differat ab Emphyteuſi.*

12 *Cenſus*

12 *Cenſus acquiritur quocumque titulo habili ad transfe-
rendum dominium, & num. 15.*
13 *Cenſus eſt tranſmiſſibilis ad hæredes actiuè, & paſſiuè.*
14 *Ius Cenſus eſt ceſſibile ex vtraque parte.*
16 *Rei cenſuatæ dominium, & poſſeſſio remanet penes im-
ponentem.*
17 *Definitio, vt bona ſit, quæ requirantur.*
18 *Definitio omnis eſt in iure periculoſa.*
19 *Diſputationes circa definitiones, vt plurimum ſunt
inutiles.*

De Definitione Cenſus.

ARTICVLVS SECVNDVS.

VIDIMVS in præcedenti articulo Etymologiam huius vocis, Cenſus, ſequitur vt ad illius definitionem, quoad quid rei veniamus. Et licet variis modis per Scribentes, tam Iuris Ciuilis, quam Pontificij, & per Summiſtas variis in locis Cenſus definiatur: attamen, quoniam definitiones per eos excogitatæ vel conueniunt tantum Cenſui fructuario, vel non applicantur Cenſui conſignatiuo, de quo nos loquimur, vel minus plenè, & ſufficienter naturam, & quidditatem illius demonſtrant: ideo omiſſis aliorum definitionibus, cogitaui an poſſet nouiter definiri, vel deſcribi potius
1 in hunc qui ſequitur modum. Quod † Cenſus Conſignatiuus ſit. *Ius percipiendi reſponſionem ſuper re alterius, iuſto modo acquiſitum, ad hæredes & ſucceſſores quoſcumque tranſitorium, manente re apud imponentem.* Ex qua, meo quidem iudicio, ſatis clarè, & ſufficienter colligi poteſt, quæ ſit natura, & ſubſtantia huius noſtri Cenſus Conſignatiui; ita breuiter ſingula definitionis verba percurrendo, & ponderando.
2 Dicitur in primis, quod eſt *Ius*, quod † in hac definitione conſideratur non ſolum vti genus, quod tam de reditu iſto, quam etiam de actione, de ſeruitute, de dominio, & aliis à reditu diuerſis prædicatur, vt animaduertit *Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann. reditib. lib. 1. quæſt. 13. num. 24.* ſed etiam ad demonſtrandum eſſentiam & ſubſtantiam rei defini-
3 tæ. Quia † in iſto contractu non conceditur ipſa res, quæ Cenſui ſubiicitur, nec reſponſio, quæ annuatim ſoluitur, ſed Ius percipiendi, & conſequendi illam, vt declarat *Leonard. Leſſ. in ſuo tractatu de Iuſt. & iure, lib. 2. cap. 22. dubitat. 1. num. 2. 10. Azor. Inſtit. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 2. Federic. Martin. d. num. 24. & ſeqq.* Et hanc ſententiam latè comprobant *Iudomitide Aue t. in ſuo tract. de Cenſib. Hiſpan. cap. 17. num. 9. & ſeqq. & Sigiſmundus Scaccia de commerc. & cambio §. 1. q. 1. num. 174. verſ. Et quod in contractu;* poſt hæc ſcripta viſi. & nos dicemus infra *par. 2. cap. 1. quæſt. 1. art. 2. num. 8.*

Et conformatur exemplo hæreditatis, & vſusfructus, nam hæreditas non eſt pecunia, vel bona hereditaria, ſed ſucceſſio in vniuerſum *Ius, l. nihil aliud, 119. ibi Gloſ. ff. de verb. ſignific.* Item vſusfructus non ſunt res ipſæ alienæ, quibus quis vtitur, fruitur, ſed eſt Ius vtendi, fruendi rebus alienis, *Inſtit. de Vſufructu, in princ.* & ſic dici poteſt de aliis ſimilibus.
4 Sequitur in definitione *Percipiendi*, quod † verbum denotat finem, & ſcopum illius Iuris, oſtenditq. Ius illud in perceptione reſponſionis conſiſtere, vt poſt *Conradum* dixit *Federic. Martin. d. cap. 1. num. 33.* vbi per multos numeros demonſtrat, quod per illud verbum, contractus, Cenſus detegitur differre à Mutuo, Pignore, & aliis quibuſdam contractibus. Additur in eadem definitione *Reſponſionem*,
5 vt † in ea comprehendatur tam Cenſus pecuniarius, quam fructuarius, vt de verbo, *Penſionem*, quo in definitione Cenſus vſus fuit. *Roderic. d. quæſt. 3. nu. 5.*
6 *verſ. dixi etiam*, ipſemet aduotauit, definitio † enim debet complecti quamlibet ſpeciem rei definitæ, vt cum ſuo definito conuertatur, iuxta *tex. in l. 1. §. dolum, ff. de dolo. Doctor. in l. omnis definitio, ff. de reg. Iur.* Et propterea iure, & merito, *Felician. de Solis, in ſuis Comment. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. cap. 4. num. 7. & tomo 2. d. lib. 1. & cap. 4. nu. 1.* reprehendebat quoſdam, qui definientes Cenſum, dicebant illum eſſe emptionem, & venditionem, qua emitur, & venditur Ius quoddam præſens ad certos fructus percipiendos, cum definitio iſta non conuertatur cum ſuo definito, ſed conueniat tantum Cenſui fructuario, & non complectatur alias Cenſus conſignatiui ſpecies.

Fuit additum in eadem definitione noſtra verbum, & particula, *Super*, ad demonſtrandum, quod
7 † in contractu Cenſuali non venditur res ipſa, ſuper qua Cenſus conſtituitur, & imponitur, nec transfertur illius dominium, vt diximus ſupra *eod. cap. 1. quæſt. 1. art. 1. num. 23. & ſeqq.* & fuit reſolutum in
✶ Rota ſæpius, & ſignanter *coram Illuſtriſſimo Cardinali*
✶ *Mellino. 30. Octobris 1602. in illa Romana Cenſus*, quæ eſt poſt *Tract. deciſ. 1. num. 2.* & in vna *Romana fideicommiſſi de Iacobatys, 5. Octobris 1608. coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio*; quæ *ibidem* eſt *deciſ. 4. num. 5.* ſed quod per dictam impoſitionem contrahitur ſolum hypotheca ſuper dicta re, vt dicemus infra, hac
8 eadem *par. 1. c. 2. q. 3. art. 1.* Nam illa † particula, ſuper, importat qualitatem quandam rei inhærentem, puta hypothecam, & obligationem bonorum. *Bart. in l. fundus, num. 1. ff. de annu. legat. Roman. conſ. 388. num. 2.* & ibi latè *Mandoſ. Rebuff. in l. appellatione parentis, col. 2. verſic. ſuper hac dictio, ff. de verb. ſignif. Surd. conſ. 112. num. 91. lib. 1.* & ferè in puncto, *conſ. 162. nu. 10 lib. 2. Rota, diuerſ. deciſ. 260. par. 1.*

Diximus in definitione, *Re alterius*, quoniã iſtud Ius, quod per impoſitionem Cenſus contrahitur, eſt reale, vt dicemus infra hac ead. *par. 1. cap. 2. quæſt. 3.*
9 *art. 1.* & nemo † poteſt ſuper re propria Ius reale ad ſui comodum conſtituere, *arg. l. neque pignus, & ibi Gloſ. & Doctor. ff. de reg. iur. l. rem propriam, ff. de verb.*
10 *oblig.* & in puncto, quod † ſuper re propria Cenſus conſtitui non poſſit ad commodum, & vtilitatem ipſiuſmet conſtituentis, voluit *Leonard. Leſſ. d. dubitat. 1. num. 3. Federic. Martin. d. cap. 1. num. 74. & ſeqq.* & fuit dictum in *Rota coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio in vna Romana Cenſus, 26. Nouembris, 1604.*
11 quæ eſt poſt *Tract. deciſ. 5. num. 9.* Et per † hæc verba Contractus Cenſualis diſtinguitur à contractu Emphyteutico, in quo percipitur penſio ex re propria, vt animaduertit *Federic. Martin. d. cap. 1. num. 79. & ſeqq.*

Sequitur in eadem definitione, *Iuſto modo acquiſi-*
12 *tum.* Quia licet † Ius iſtud acquiri poſſit quocunque

Digitized by Google

que titulo habili ad transferendum dominium, vt dicetur infra *par. 2. cap. 1. q. 1. art. 1.* vt tamen acquiſitio dici poſſit legitimè facta, & ſit valida, multæ concurrere debent circumſtantiæ, & à multis abſtinendum eſt pactis illicitis, & reprobatis, vt videbimus latè hac ead. *par. 1. cap. 2. & 3. per tot. & par. 2. cap. 1. quæſt. 3. per totum.*

Subiicitur in definitione. *Tranſitorium ad hære-*
13 *des.* Quoniam Ius † iſtud eſt de ſui natura tranſmiſſibile ad hæredes, tam ex parte imponentis, quàm ex parte acquirentis, & ſic tam actiuè, quam paſſiuè, vt demonſtrabitur infra d. *par. 2. cap. 2. q. 2. art. 1. & 5. num. 36.*

Additur in definitione. *Et ſucceſſores quoſcumque.*
14 Quoniam † Ius iſtud eſt ex parte vtriuſque ceſſibile, vt dicetur infra hac *par. 1. cap. 3. q. 1. art. 6. num. 18. & d. par. 2. cap. 2. quæſt. 3. art. 3.*
15 Nam transfertur, & acquiritur † quocumque titulo ſingulari, puta, Donationis, Ceſſionis legati, & ſimilibus, vt dicemus *d. par. 2. c. 1. q. 1. art. 1. & 2.*

Dicitur vltimo loco *Manente re penes imponentem,*
16 quia † per impoſitionem, & tranſlationem Cenſus, nec poſſeſſio, nec dominium rei Cenſui ſuppoſitæ, & ſuper qua fuit Cenſus conſtitutus, & impoſitus in emptorem, vel alium quemcumque dominum Cenſus transfertur, vt dictum fuit infra hac ead. *quæſt. art. 1. num. 23. & ſeqq.* Ex quibus quàm clariſſimè apparere exiſtimo, quod ſupra conſiderata definitio Cenſus conſignatiui, ſeu magis deſcriptio à nobis nouiter excogitata, naturam, & ſubſtantiã huius noſtri Cenſus plenè & ſufficienter explicat, & complectitur. Non autem arbitratus ſum circa eam pluribus inſiſtendum eſſe, aut inueſtigandum an ſit bona, & concepta iuxta regulas Philoſophorum, relatas per Doctores noſtros in *l. 1. ff. de acquir. poſſ. in d. l. omnis definitio, ff. de reg. iur. Inſtit. de teſtam. in*
17 *princ. & alibi paſſim.* Videlicet, † an conuertatur cum ipſo Cenſu definito. An alteri quam illi conueniat. An contineat genus, & ſpecificas differentias, & alia ſimilia, tum quia perſpectiſſimum ha-
18 beo quod † omnis definitio eſt in Iure periculoſa, & vix eſt, ne qualibet ſubuerti poſſit, vt dicebat *I. C. in d. l. omnis definitio.* Et exclamant vbique Scri-
19 bentes, tum † quia diſputationes quæ circa definitiones fiunt, vt plurimum aut nullã, aut certè modicam afferre ſolent vtilitatem, vt dicebat *Alex. in Rubr. C. de iudic. nu. 1. in fine,* & repetit *Iul. Clar. in ſua Tract. Crimin. §. fin. quæſt. 12. in princ.*

De qualitate Cenſus conſignatiui.

QVÆSTIO IV.

SVPEREST Quarta quæſtio explanãda pro complemento huius primi Capitis, in qua agẽdum eſt de qualitate Cẽſus cõſignatiui, & quinque articulis explicabitur.

Primus, an contractus Cenſus ſit nominatus, vel innominatus.

Secundus, Cenſus imponẽdus qualis eſſe debeat, & quod certus.

Tertius, Cenſus Temporalis an ſit licitus.

Quartus, Cenſus Perpetuus an ſit permiſſus.

Quintus, an in caſibus permiſſis expediat Reipublicæ admittere contractum Cenſualem.

Licet enim circa hanc quæſtionem videatur neceſſaria indagatio an Cenſus fructuarius, & perſonalis ſit licitus, quia tamen de fructuario diximus ſupra *hoc primo c. 1. q. 1. art. 3. dum* Cẽſum conſignatiuum, in pecuniarium, & fructuarium diuiſimus, Tractatus autem perſonalis Cenſus videtur aptiori loco explicandus, dum de bonis ſuper quibus Cenſus imponi, & conſtitui poteſt tractabitur infra hac eadem *1. p. cap. 3. q. 1. art. 6.* ideo ad eum locum hunc articulum reicere conſtitui.

ARTICVLI PRIMI

SVMMARIA.

1 *Contractus Cenſus manauit à conſuetudine.*
2 *Contractus, qui manant à cõſuetudine ſunt innominati.*
3 *Contractus Cenſus eſt nominatus, & infra.*
4 *Emptio, & venditio eſt contractus nominatus.*
5 *Species propriè ineſt ſuo generi.*
6 *Genus verificatur in qualibet eius ſpecie.*
7 *Genus repræſentatur propriè in qualibet eius ſpecie.*
8 *Generis qualitas omnes eius ſpecies qualificat.*
9 *Cenſus acquiritur omni titulo habili ad transferendum dominium.*
10 *Contractus qui habet proprium & ſpeciale nomen, eſt nominatus.*
11 *Stipulatio eſt contractus nominatus.*
12 *In contractu Cenſus non eſt locus pœnitentiæ.*
13 *Pœnitentia non datur in contractu nominato, ſecus in innominato.*

Cenſus an ſit contractus nominatus, vel innominatus.

ARTICVLVS PRIMVS.

IN hoc articulo licet prima conſideratione videretur cõcludendum contractum Cenſualem, de quo agimus, ea ra-
1 tione quia † manauit à conſuetudine per tempus immemorabile obſeruata, & legitimè præſcripta, *c. 1. & 2. de empt. & vendit. inter Extrauag. cõm.* & diximus ſupra hoc *1. c. q. 2.* non nominatum, ſed innominatũ eſſe auctoritate *Bal. in Rubr. C. de rer. permut. num. 2.* dum concludit con-
2 tractum emphyteuticum, & feudalem, quia à conſuetudine manarunt eſſe innominatos.

Contrariam tamen ſententiã veriorem eſſe communiter concludunt Interpretes & ſignanter *Valaſch. in ſuo tract. de iure emphyt. q. 9. num. 1. & 6. Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. c. 2. num. 7. Fernand. Rebell. in ſuo tract. de obligat. Iu-*
3 *ſtit. lib. 10. q. 1. num. 16.* qui contractum † cenſualem eſſe nominatũ affirmant duplici ratione, & quidem Prima, quia iſte contractus eſt ſpecies quædam emptionis, & venditionis, vt dicit *Rebell. d. num. 16.* &
4 propterea ſicut † emptio, & venditio eſt contractus nominatus, *l. Iuris gentium, in princ. ff. de pact.* eodem modo contractus Cenſualis debet eſſe, & cenſeri
5 contractus nominatus, quia † ſpecies propriè ineſt generi, *l. cum quædam, la prima, ff. de legat. 2. Bart. in*

Rubr. ff. ſolut. matrim. num. 12. & ſeqq. Bald. in l. 2. ſub
6 *nu. 2. C. de iur. aur. ann.* & † genus verificatur in qua-
libet eius ſpecie, *Bart. & alij, in l. 1. ff. ſi cert. pet.* & in
7 † qualibet ſpecie verè, & propriè repræſentatur, *l. ſi*
quid earum, §. inter emptū, ff. de leg. 3. & generis quali-
8 tas † omnes eius ſpecies qualificat, *Bero. conſ. 128.*
num. 12. lib. 2.

Ceterum quoniam hæc ratio non eſt generalis,
ſed reſpicit dumtaxat Cenſum, qui alienatur titulo
9 emptionis, & venditionis, Cenſus † autem concedi-
tur, & acquiritur nō ſolum titulo emptionis & ven-
ditionis, verum etiam quolibet alio titulo habili ad
transferendum dominium, vt dicemus infra, *par. 2.*
c. 1. q. 1. art. 1. non videtur quod ex ea de neceſſitate
poſſit inferri, quod contractus Cenſus generaliter
ſumptus ſit contractus nominatus.

10 Quamobrem altera redditur ratio, quia † ſcili-
cet dictus contractus fuit ſortitus proprium, & ſpe-
ciale Cenſus nomen, *arg. d. l. iuris gentium, in princ. ff.*
de pact. Bart. Bald. & alij in d. Rubr. C. de rer. permut.
per quam rationem *Doctor. in Rubr. ff. de verb. oblig.*
maximè *Caſtr. Alex. & Iaſ. & alij communiter*, vt de
communi teſtatur *Ripa, nu. 51. Alciat. nu. 25. Pariſ.*
11 *num. 62. Verius, nu. 251.* probant ſtipulationem † eſ-
ſe contractum nominatum. Propter quā rationem,
cum ſit generalis, complectens omnem Cenſus con-
ſignatiui ſpeciem, transeūdum cenſeo cum hac po-
ſteriori opinione, maximè quia iſtud nomen Cen-
ſus huic contractui propriè conuenire diximus ſu-
pra hoc *1. c. q. 3. art. 1. num. 9. & ſeqq.*

Ex qua vt dicebat *Rebell. vbi ſupra, num. 17.* ſequi-
12 tur † quod in hoc contractu non poſſit eſſe locus
13 pœnitentiæ, quæ in omnibus † contractibus nomi-
natis denegatur. Et regulariter conceditur in inno-
minatis, *d. l. Iuris gentium, in princ. & §. igitur nuda, &*
ibi Bart. & communiter omnes, ff. de pact. l. ſi pecuniam,
ff. de condict. ob cauſ. & Scribentes paſſim alijs in locis.

ARTICVLI SECVNDI

SVMMARIA.

1 *Cenſus conſtitui debet iuxta formam Bullæ Pij V.*
2 *Cenſus conſtitutus aliter, quàm diſponat Bulla Pij V.*
reputatur fœneratitius.
3 *Cenſus conſtitui debet certus, & num. 16.*
4 *Venditio ratione incertitudinis rei venditæ, vitiatur.*
5 *Incerta res poſſideri non poteſt.*
6 *Poſſeſſio omnis transfertur per Conſtitutum.*
7 *Limita, ſi res quam quis conſtituit pro alio poſſidere ſit*
incerta.
8 *Iuramentum habet vim ſpecialis expreſſionis.*
Non tamen ſpecialiſſimæ, & indiuiduæ, num. 13.
9 *Iuramentum in contractu Cenſus non requiritur de ne-*
ceſſitate.
10 *Incertitudo ſuppletur iuramento, quia venit certifi-*
canda arbitrio boni viri.
11 *Iuramentum non ſupplet defectum certitudinis requi-*
ſitæ pro forma.
12 *Forma debet adimpleri ſpecificè, & non per æquipollēs.*
14 *Cenſus certitudo requiritur pro forma.*
15 *Procemium demonſtrat cauſam finalem.*
17 *Venditio certæ partis quotitatiua fructuum valet.*
18 *Venditio Cenſus differt à venditione fructuum ratione*
incertitudinis.

Cenſus qualis eſſe debeat.

ARTICVLVS SECVNDVS.

LICET propoſitus articulus non
magnam habere videatur diffi-
cultatē, & quod poſſit vnico ver-
bo explicari, videlicet quòd Cen-
1 ſus † debeat conſtitui iuxta for-
mam traditā à Pio V. in ſua Bulla
ſuper forma creandi Cenſus, cum
Cenſus ita conſtitutos validos, & legitimos pluries
declarauerit *Rota*, & ſignāter *in vna Romana Cenſus,*
de Caualerijs, 26. Iunij, 1596. corā b. m. Penia. quæ eſt
poſt *Tract. Deciſ. 6. nu. 3.* & in vna *Romana Cenſus 23.*
Iunij, 1608. coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſ. quæ
eſt *ibidem deciſ. 7. in primis verbis*, & in aliis cauſis, &
2 verſa vice ſi Cenſus † aliter cōſtituatur, ſit nullus, &
fœneratitius, vt reſoluit *Rota in vna Leodienſi Cenſus,*
11. Decembris, 1596. coram b. m. Corduba, quæ eſt *ibi-*
dem deciſ. 8. num. 5. cum ita expreſsè reperiatur ſan-
citū in dicta Conſtitutione, in *verſ. Contractusq. ſub*
alia forma poſt hac celebrandos, fœneratitios iudicamus,
quam ſeruandam eſſe ab omnibus, & in quocum-
que loco dicemus infra hac ead. *par. 1. c. 3. quæſt. 1.*
art. 6. num. 38. cum multis ſeqq. Attamen inter alia
quæ Sanctiſſimus ille Pontifex ſeruari mandauit, di-
ſpoſuit etiā in verſ. Immo cenſum augeri, & quod
Cenſus debeat eſſe ſemper idem, ex qua parte non
obſcurè colligi poſſe videtur, quod Cenſus, & an-
nua præſtatio, quæ vendi debet ſit certa, & optima
ſanè ratione, quoniam cum vt plurimum Cēſus iſte
imponatur vendendus, ideo ne dari poſſit de illius
3 nullitate, neceſſe † eſt conſtituatur Cēſus omni cer-
titudine, tam ratione loci, in quo fundatur, vt dice-
mus *d. c. 3. q. 3. art. 1.* quam ratione pretij, quo ven-
ditur, vt videbimus infra *par. 2. c. 1. q. 1. art. 3.* quam
ratione quantitatis ipſius Cenſus, qui conſtituitur,
& vēditur, vt paulò inferius dicetur, aliàs talis ven-
4 ditio eſſet nulla, cum contractus † venditionis ra-
tione incertitudinis vitietur, *l. 3. §. incertam, vbi Bar.*
& communiter alij, ff. de acquir. poſſ. Oſaſch. deciſ. Pede-
mont. 34. num. 32. Magon. deciſ. Lucenſ 20. num. 13. de-
ciſ. 21. nu. 1. Surd. conſ. 168. nu. 48. lib. 2. Prout etiam
5 ratione † incertitudinis rei poſſeſſio non ſuſtinetur.
Dec. conſ. 226. num. 8. Ruin. conſ. 136. num. 8. & conſ.
144. num. 2. lib. 1. Pariſ. conſ. 55. num. 4. & conſ. 59. nu.
22. lib. 1. Et propterea *Tiraq. in ſuo tract. de Cōſtit. poſſ.*
6 *par. 3. limitat. 19. num. 1.* dicebat, quod licet † per
conſtitutum transferatur in Conſtitutarium omnis
poſſeſſio, tam ciuilis, quàm naturalis, *l. quod meo, vbi*
7 *Bart. & alij, ff. de acquir. poſſeſſ.* attamen † quando
res, quam quis alieno nomine ſe poſſi de re conſti-
tuit, eſt incerta, ex tali conſtituto nulla transfertur
poſſeſſio; & hanc opinionem communiter teneri à
Scribenribus teſtatum reliquit *Pariſ. d. nu. 22. Surd.*
conſ. 225. num. 13. lib. 2.

8 Nec obſtat quòd † de Iure Canonico virtute iu-
ramenti ſuſtineatur venditio, non obſtante incerti-
tudine, cum iuramentum habeat vim ſpecialis ex-
preſſionis, *Cephal. conſ. 159. num. 10. & 18. lib. 2. &*
conſ. 558. num. 85. lib. 4. Menoch. conſ. 93. num. 28. &
ſeq. lib. 1.

9 Quoniam præterquam † quod in contractu Cen-
ſus,

Digitized by Google

ſus, prout nec in reliquis non requiritur de neceſſi-
tate Iuramentum, *ad Gabr. de Conſuet. concluſ. 3. in 2.*
limit. num. 24. ita vt indiſtinctè & abſolutè dici poſ-
ſit per iuramentum ſuppleri talem incertitudinis
defectum. reſpondetur etiam, ideo de Iure canoni-
10 co iuramẽtum ſupplere † vitiũ incertitudinis, quia
illa venit poſtea verificanda, & certificanda arbi-
trio boni viri, vt notat *Archidiacon. in cap. ſunt non-*
nulli, 1. quæſt. 1. quem ſequitur, & commendat *Ale-*
xan. in l. 1. num. 28. ad finem, ff. ſoluto matrim. Iaſ. in l.
triticum, num. 4. ff. de verborum obligat. & alij multi
relati à *Seraph. in ſuo tractatu, de priuileg. iuramen. pri-*
11 *uileg. 86. num. 2. & 3.* & propterea † hoc non poteſt
trahi ad illum caſum, in quo certitudo requiritur
pro forma, *Barbat. conſ. 55. lib. 2.* poſt quem *Tiraq. de*
12 *legib. connub. l. fin. Gloſ. 7. nu.* 158. Forma † enim de-
bet adimpleri ſpecificè, & non per æquipollens,
iuxta not. per *Doct. in l. 1. ff. de liber. & poſthum.* ma-
ximè *Iaſ. num. 15. & ſeq. Horat. Carpan. ad Statut. Me-*
diolan. cap. 324. num. 183. & ſeqq. prout per æqui-
pollens adimpleretur, ſi poſſet ſuppleri per Iura-
mentum, vt dixit *Grat. reſponſo 15. num. 15. lib. 1.* &
13 facit, quia licet † Iuramentum habeat vim ſpecifi-
cæ expreſſionis, non tamen habet vim ſpecialiſſi-
mæ, & indiuiduæ, *Tiraq.* poſt alios *ad l. ſi vnquam,*
in Præfatio. num. 30. C. de reuocand. donat. ſed quod
Cenſus, & annua præſtatio, ſeu reſponſio vendenda
14 debeat † eſſe certa, fuit pro forma diſpoſitum à
Pio V. in d. verſ. Immo, & certum augeri, & cap. vt ple-
raque alia, vt dicemus infra, *cap. 1. quæſt. 2.* ſcilicet ad
tollendam omnem vſurariam ſuſpicionem, vt colli-
15 gitur ex Prooemio ipſius, ex quo † cauſa finalis di-
ſpoſitionis elicitur, *Bart. in l. fin. ff. de hæred. inſtit. Ce-*
phal. conſ. 571. num. 50. lib. 4.
16 Meritò dicendum eſt, quòd † ad effectum, vt
conſtitutio, & venditio Cenſus ſuſtineatur, debeat
in ſui principio imponi, & creari certus, argum. *l.*
nec emptio, ff. de contrah. empt. & in puncto dicebat
Anchar. conſ. 30. num. 5. & ſequenti.
17 Nec obſtat quod dicitur eſſe † de iure permiſ-
ſam vẽditionem certæ partis quotitatiuæ fructuum
alicuius prædij, quæ eſt incerta ratione quantita-
tis, propter quam rationem *Gregor. de Valent. Com-*
mentar. Theologic. tomo 3. diſputat. 5. quæſt. 22. de Cenſib.
puncto 3. verſ. ſecundo etiam, poſt *Conrad. de contract.*
quæſt. 79. quem allegat, dicebat poſſe vendi cẽſum
fructuarium incertum ratione quantitatis, quo-
niam ea, quæ dicunt *Conrad. & Gregor.* procedunt
quidem in venditione ipſorummet fructuum, in ca-
ſu autem noſtro non vẽduntur fructus, ſed Ius per-
cipiendi certam penſionem in fructibus; quando
Cenſus, qui conſtituitur eſt fructuarius, vel Ius per-
cipiendi certam penſionem in pecunia numerata,
quando fuit conſtitutus Cenſus pecuniarius. Et
18 maximè † differunt inter ſe venditio fructuum, &
venditio Iuris percipiendi annuam penſionem, &
reſponſionem in fructibus, vel pecunia numerata.
Nam prima ſuſtinetur etiam, quòd non ſit expreſ-
ſa certa quantitas fructuum, qui venduntur, mo-
do exprimatur pars quotitatiua, quæ venit in ven-
ditione. Secunda verò requirit certitudinem quan-
titatis reſponſionis, quæ percipi debet, vt egregiè
docuit *Surd. conſil. 162. numero 24. & ſequenti, libro*
ſecundo.

ARTICVLI TERTII

SVMMARIA.

1 *Cenſus qui conceditur ad tempus certum, ſecundum ali-quos eſt valdè ſuſpectus de vſura.*
2 *Maximè ſi illius emptor intra illud tempus aliquid vl-tra ſortem recipiat.*
3 *Et multò magis ſi breui tempore eſt finiturus.*
4 *Et ab hoc cenſu bene eſt ſe abſtinere.*
5 *Eſt tamen licitus, & num. 9.*
6 *Saltem de rigore iuris.*
7 *Iuſtificatur autem, quia venditor non poteſt cogi ad re-ſtituendum pretium.*
8 *Et pactio contraria eſt illicita.*
9 *Bullæ Pij V. ſuper Cenſibus intellectus.*
10 *Cenſus ad certum tempus conceſſus omni caret ſuſpicio-ne, ſi emptor veriſimiliter in dicto tempore vel vltra ſortem poſſit recipere.*
11 *Emptor Cenſus ad tempus certum conſtituti poteſt ra-tione intereſſe aliquid vltra ſortem percipere.*
12 *Dummodo ab initio tempore venditionis declaretur, quod illud plus datur loco intereſſe.*
13 *Cenſus vitalitius eſt de iure licitus.*
14 *Etiam de Iure Canonico.*
Etiam ad vitam ementis, num. 17.
15 *Votum captandæ alienæ mortis iura abhorrent;*
Et declaratur hoc, vt num. 21. & ſeqq.
16 *Picus Mirandulanus fuit trucidatus à venditore Cen-ſus vitalitij.*
18 *Cenſus vitalitius iuſtificatur ex incertitudine vitæ eius ad cuius vitam emitur.*
19 *Succeſſio filiorum ad bona parentum non improbatur ex eo, quod poſſint mortem illorum appetere.*
20 *Deſcendentes in ſucceſſionibus habent primum locum.*
21 *Votum captandæ mortis ſi non proueniat ex natura actus, ſed ex accidenti, non vitiat diſpoſitionem.*
22 *Votum captandæ mortis non vitiat diſpoſitionem fa-ctam de certis bonis, ſed tantum de omnibus.*
23 *Votum captandæ alienæ mortis non eſt conſiderabile, quando diſpoſitio fit cum conſenſu eius, de cuius mortis captandæ voto agitur.*
24 *Cenſus vitalitius eſt valdè periculoſus.*
25 *Cenſus vitalitius redditur nullus, ſi non adhibeantur debitæ circumſtantiæ.*
26 *Pretium Cenſus vitalitij debet perpetuò acquiri ven-denti.*
27 *Cenſus vitalitij iuſtum pretium quomodo cognoſca-tur.*
28 *Emens Cenſum vitalitium ea intentione, vt aliquid vl-tra ſortem lucretur non eſt tutus in conſcientia, ſed be-ne in foro exteriori.*
29 *Cenſus vitalitius reſcinditur ob læſionem vltra dimi-dium iuſti pretij, ſecus ſi incidat læſio intra dimidium.*
30 *Limit. ſi iſta læſio intra dimidiam contingat ex acci-denti.*
31 *Contractus non ſunt æſtimandi ab euentu.*
32 *Prædia fructifera curſu annorum reddunt ex fructibus, vltra eorum valorem.*
33 *Cenſus ad tempus incertum tunc ſunt liciti, cum incer-titudo pendet à caſu, vel à natura.*
34 *Cenſus conſtitutus pro defenſione Caſtri, tanquam con-ſtitutus ad tempus incertum, extinguitur diruto Ca-ſtro.*

Digitized by Google

Cenſus temporalis an ſit licitus, & de Iure permiſſus.

ARTICVLVS TERTIVS.

FVIT aliquãdo dubitatũ an Cen-
ſus conſignatiuus eſſet de Iure
licitus,& permiſſus, tã ſi ſit tem-
poralis, quam ſi ſit perpetuus,
de vtroque eſt videndum.
Licet autem diſputatio iſta re-
ſpectu Cenſus tẽporalis non mul-
tum facere videatur ad noſtrum inſtitutum, quod
principaliter verſatur circa Cenſum perpetuum.
Nihilominus quia ea, quæ de temporali dicenda
ſunt, videntur etiam poſſe conferre ad declaratio-
nem eorum, quæ de perpetuo dicenda veniunt, id-
circo non ab re me facturum exiſtimaui, ſi aliqua
breuiter de Cenſu temporali in hoc articulo inſe-
rerem, dicturus de perpetuo in ſequenti articulo.
Circa Cenſum autem temporalem licet non de-
1 ſint, qui dicant illum eſſe valde ſuſpectum † de vſu-
raria prauitate, vt *Nauar. in ſuo tract. de vſur. nu. 71. verſ. Quintum*, & alij relati à *Mich. Salon. in ſuo tract. de contract. & cõmerc. buman. in tit. de Cenſib. art. 3. controuerſ. 22. ſub num. 1. verſ. bis tamen non obſtanti-*
2 *bus*. & quòd ſuſpicio † augeatur ſi emptor dicti Cen
ſus in curſu temporis præfixi, aliquid vltra ſortem
recipiat, *Nauar. d. num. 71. Thom. Boninſig. in ſuo tract. de Cenſib. cap. 2. nu. 8. Sot. de Iuſt. et iure, lib. 6. quæſt. 5.*
3 *art. 2. ad fin.* Eoque † magis ſuſpicio creſcat, quo ci-
tius, & breuiori tempore totum pretium, & ſors ip-
ſa integraliter recipitur. *Couar. Var. Reſolut. lib. 3. cap. 7. num. 4. Boniaſig. d. num. 8. Ludouic. Molina, in ſuo tract. de Contract. diſputat. 386. num. 3. verſ. ſi tamen.*
4 Et propterea † conſulant, vt ab hoc contrahendi
modo Chriſtiani homines ſe abſtineant, quin affir-
ment vtile fore illum à Rep. relegare, & abiicere.
Couar. d. num. 4. Boninſig. d. num. 8. Salon. vbi ſupra.
5 Illum tamen † licitum eſſe contendunt *Anchar. conſ. 30. num. 5. & 9. Marian. Soc in. ſen. ad Rubr. ext. de vſur. num. 103. ad med. verſ. ego arbitror. Coarad. in ſuo tract. de Contract. quæſt. 80. per tot*, vbi nonnullis
rationibus id confirmat, *Nauar. d. num. 71. Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. cap. 7. num. 8.* vbi pluribus hoc idem comprobat, &
reſpondet contrariis *Mich. Salon. d. controuerſ. 22.*
maximè *num. 1. & 2.* vbi late hanc ſententiam con-
firmat, & remouet contraria, *Io. Azor. Inſtit. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 4. verſ. altera ſententia, & c. 17. quæſt. 8. per tot.* multos refert *Bernard. Greu. in ſuis annotat. ad Andr. Gail. Pract. Obſeruat. lib. 2. concluſ. 8. num. 2.* Quibus addo poſt hæc ſcripta viſos, *Marti-num Bonacinam, de contract. diſp. 3. q. 4. puncto vnico, num. 17. & Ludouic. de Auend. de Cenſib. Hiſpan. c. 20. num. 22. & ſeqq.* qui hoc comprobat, & reſpondet
cõtrariis. Immò ipſimet *Couar. d. nu. 4. Sot. d. quæſt. 5. art. 2. in 2. concluſ. Boniaſig. & alij*, qui ab hoc con-
6 tractu abſtinendum cõſulunt, illum † de rigore Iu-
ris, & Iuſtitiæ non poſſe reprobari affirmant.
7 Iuſtificatur † autem contractus iſte ex eo potiſſi-
mum quod venditor huiuſmodi Cenſus non tene-
tur, nec aliquo tempore cogi poteſt ſortem, & pre-
tium illius reſtituere, vt fatentur *Couar. d. num. 4. verſ. nam cum venditor, Boer. decis. 44. nu. 37. Boninſig. d. num. 8. Felician. ſub d. num. 18. verſ. neque obſtant. & infra; Emanuel Rodriquez, in ſua Summa Caſuum Conſcientiæ, tomo 1. cap. 44. in princ. & 2. concluſ.* Et
8 propterea † ſi vẽdatur ea lege & pactione, vt lapſo
termino præfixo reſtituenda ſit ſors ipſa principa-
lis, quæ ab initio data fuit, & vlterius pro fructi-
bus dictæ ſortis certum quid, illicitum eſſe contra-
ctum, tamquam in fraudem vſurarum factũ, dedu-
cit *Fernãd. Rebell. in ſuo tract. de obligat. Iuſtit. lib. 10. quæſt. 4. num. 5.* & eſt veriſſimum, quia eo caſu non
cõueniret cum *Conſtitutione Pij V. ſuper forma creandi Cenſus*, ex quo non eſſet conſtitutus, & collocatus
ſuper aliqua re immobili, certa, & fructifera, vt ne-
ceſſe eſſe ex mente *Laurent. de Rodulph. & Medina*,
affirmat *Sigiſm. Scacc.* poſt hæc ſcripta viſus, *de com-merc. & camb. §. 1. q. 1. num. 202. verſ. Extende hoc requiſitis, & num. 243.* ita vt ſi res illa non ſit capax
dicti annui reditus, conſtitutio dicti Cenſus non te-
neat niſi pro ea parte, pro qua res illa ſuppoſita eſ-
ſet capax, vt declarat *Scacc. d. q. 1. num. 200.* ſed tan-
tum ſuper obligatione perſonali impoſitoris Cen-
ſus, & fideiuſſorum, quatenus præſtarentur, quod
non admitti in contractu Cenſus infra demonſtra-
bitur hac eadem *par. 1. cap. 3. quæſt. 1. art. 6.*
Ex alio etiam apparet licitus iſte contrahendi
modus, quoniam Cenſus nullo vmquam tempore
redimi poteſt. Neque hoc repugnat d. Conſtitutio-
ni Pij V. qua reprobantur Cenſus omnes perſona-
9 les, quia † illa loquitur dumtaxat de Cenſibus re-
dimibilibus ad libitum venditoris, iſte autem Cen-
ſus temporalis, de quo agimus, eſt omnino irredi-
mibilis, ita vt nullo vmquam tempore redimi poſſit,
& propterea licet ſit perſonalis, non tamen com-
prehenditur ſub prohibitione d. Bullæ, vt animad-
uertit *Rodriquez, d. cap. 4. in 2. concluſ. Federic. in ſuo tract. de iure Cenſ. cap. 6. num. 214.* poſt *Ludou. Molin. de contract. p. 2. diſput. 382. nu. 4.* quidquid contra-
rium defendere conetur *Auend. d. cap. 20. num. 5. verſ. ad quintum argumentum.*
10 Et abſque dubio licitus † cenſendus erit contra-
ctus iſte, & omnis omnino ceſſabit ſiniſtra vſura-
rum ſuſpicio ſi tẽpore venditionis Cenſus veroſimi-
liter poteſt apparere, quod emptor illius ex futuris
ſolutionibus nil vltra pretium datum ſit receptu-
rus. *Coarad. d. quæſt. 80. in 4. Concluſ. Couar. d. num. 4.*
11 Non erit † tamen reprobandus iſte contractus,
ex eo quod emptor Cenſus curſu temporis præfixi
ſit recepturus aliquid vltra ſortem ratione ſui in-
tereſſe, ob lucrum ceſſans, vel ob damnum emer-
gens, modo arbitrio boni viri intra limites iuſti
moderaminis contineatur. *Couar. d. num. 4. Nauar. d. tract. de vſur. num. 71. Felician. d. num. 18. ad fin.*
12 *Rebell. d. num. 5. verſ. dixi.* Si tamen † hoc intereſſe
in pactum deducatur, & exprimatur quod ob tale
intereſſe ita inter partes fuit conuentum ſi credi-
mus *Lodouico Molina d. diſputat. 386. nu. 2. verſ. neque tunc; & Rebell. d. verſ. dixi, ibi, quod tamen ſemper.*
Circa aliam ſpeciem Cenſus temporalis, qui im-
ponitur, & venditur duraturus ad incertum, & in-
determinatum tempus, & vt plurimum ad vitam
vnius vel plurium perſonarum, vt dictum fuit ſupra
hoc eod. *cap. 1. quæſt. 1. art. 2. num. 12. & ſeqq.* quod
13 † ſit contractus licitus non inuiti fateri debemus,
ita

Digitized by Google

ita enim volu erunt magis commnniter Scribentes. *Oldr. conſ.*207. *Ancbar. d. conſ.* 30. *num.* 5. & 9. *C. ſtr. conſ.* 290. *lib.* 1. *Iaſ. in l.* 1. *num.* 63. *C. de Summa Trin. & fide Cath. Socin. ſen. d. Rubr. ext. de vſur. num.* 103. *in fine*, qui teſtatur de communi, *Natta cõſ.* 498. *nu.* 13. *lib.* 3. *Boer. d. deciſ.* 44. *num.* 35. & *ſeqq. Capic. deciſ.* 159. *num.* 16. *Couar. d. cap.* 7. *num.* 3. *verſ. Item & hæc. Conrad. d. tract. de contract. quæſt.* 81. vbi latiſſimè, *Sot. d. quæſt.* 5. *art.* 2. *concluſ.* 2. & in fine eiuſdem articuli, *Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art.* 14. *nu.* 34. & *ſeq. Ludouic. Molina, d. tract. de cõtract. diſputat.* 388. *Io. Bapt. Lup. ad l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vendit. Comment.* 2. §. 2. *num.* 61. & *Comment.* 3. §. 4. *num.* 96. *Felician. de Solis, in dictis ſuis Commentar. de Cenſib. tomo* 1. *lib.* 1. *cap.* 7. *nu.* 10. vbi hanc concluſionem egregiè comprobat, & à contrariis defendit, & *tomo* 2. *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 5. *verſ. quocirca, & verſ. ex quo infero, Andr. Gail. Pract. Obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 8. *num.* 1. & *ſeq. Gregor. de Valent. Commentar. Theologicor. tomo* 3. *diſputat.* 5. *quæſt.* 22. *de Cenſib. puncto* 4. *in princ.* fuſiſſimè *Surd. in ſuo tract. de aliment. tit.* 9. *q.* 11. *num.* 2. & *per tot.* qui multos referens, de magis communi teſtatur *Brunor. à Sole, in ſuis Quæſt. Legal. quæſt.* 1. *num.* 4. & *ſeqq. Ludouic. Lopez, in ſuo tractatu, de contract. lib.* 1. *cap.* 55. *verſ. tandem*, vbi per tres concluſiones hunc articulum explicat, communem dicit *Mich. Salon. d. tit. de Cenſib. art.* 5. *num.* 3. *verſ. communis autem*, vbi multos allegat, & eam nonnullis rationibus confirmat, & contrariis reſpondet. eandem opinionem dixit communem *Fernand. Rebell. d. lib.* 10. *quæſt.* 4. *nu.* 1. *Paul. Comitol. è Societate Ieſu, in ſuis reſponſ. Moral. lib.* 3. *quæſt.* 25. vbi multos pro vtraque parte congerit, *Leonard. Leſſ. in ſuo tract. de Iuſt. & iure, lib.* 3. *cap.* 22. *dubitat.* 8. *num.* 40. & cum
* ea tranſiuit etiam *Rota in vna Romana Societatum*, 29. *Ianuarij*, 1601. *coram Illuſtriſſimo Cardinali Millino*, quæ poſt *Tract. eſt deciſ.* 9. *n.* 12. Quæ concluſio procedit non ſolum de Iure ciuili, ſed etiam de Iure Canonico. *Bald. in l. ſi pater puellæ, num.* 3. *C. de inoffic. teſtam. Salicet. in l. ſi eo tempore, num.* 3. *C. de vſur.* & *plerique ex iis, quos ſupra citauimus.*

Et cum iſte Cenſus conſtitui, & vendi poſſit, duraturus tam ad vitam emptoris, quã ad vitam venditoris, vt diximus *d. art.* 2. *num.* 13. quod conſtitutus ad vitã venditoris ſit licitus, nulla eſt apud Scribentes controuerſia, vt dicit *Comitol. d. quæſt.* 25. *num.* 4. ſed de conſtituto ad vitam emptoris dat dubitandi occaſionem, *l. fin. C. de pact.* Quia ſcilicet ex eo oriri poteſt deſiderium mortis ipſius emptoris,
15 quod Iura † abhorrent, *l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obligat. c. diſpendia, & c. ne captãda, ext. de conceſſ. prabend.* Immo non improbabilis videtur oriri poſſe ſuſpicandi anſa, ne venditor Cenſus impatiens longioris vitæ emptoris, mortis eius naturalis, diem expectare nequiens, violenta morte il-
16 lius necem procuret, vt contigiſſe Pico † Mirandulano, refert *Surd. d. quæſt.* 11. *num.* 30. *in fine.*
17 Ceterum † quod etiam coſtitutus ad vitã emptoris ſit licitus, expreſsè defendit *Comitol. d. quæſt.* 25. *num.* 3. *Io. Azor. d. lib.* 10. *cap.* 17. *quæſt.* 7. & tacitè ſentiunt omnes illi, qui Cenſum vitalitium licitum eſſe concedunt, & defendunt. Iuſtitia autem huius
18 contractus inde maximè pendet, † quia dubius, & incertus eſt euentus, & finis durationis eiuſmodi Cenſus, *Couar. d. verſ. Item & hæc, Ludouic. Molina, d. diſputatione* 388. *nu.* 1. & 4. *Io. Bapt. Lup. d. Comment.* 3. §. 4. *num.* 96. *Andr. Gail. d. obſeruat.* 8. *num.* 3. *Surd. d. quæſt.* 11. *num.* 2. *Ludouic. Lopez, d. verſ. tandem de vltimo. concluſ.* 2. *verſ. ſed nihilominus, & concluſ.* 3. *Capic. d. deciſ.* 195. *num.* 16. qui refert *Bald.* ita tenentem *conſ.* 334. *lib.* 6. *Fernand. Rebell. d. quæſt.* 4. *num.* 1. *verſ. fundamentum, Io. Azor. d. cap.* 17. *quæſt.* 7. *verſ. ſed communis, Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de annu. redditib. lib.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 5. *Caſtracan. in ſuo tractatu de ſociet. offic. cap.* 4. *num.* 28. 51. & 52. & in terminis dicit *Aucup. d. cap.* 20. *num.* 2. *verſ.* 2.

Nec ex eo quod inſurgere poſſit votum captandæ alienæ mortis, contractus iſte eſt reputandus illicitus, quoniam neque etiam ex eo quod filij poſſint parentibus mortem deſiderare, dum illis ſucce-
19 dere debeant, huiuſmodi † ſucceſſio à legibus im-
20 probatur, immo deſcendentibus † primum locum in huiuſmodi ſucceſſionibus Iura concedunt, §. 1. *Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer.* §. 1. *Auth. de hered. ab inteſt. venient.* Neque ex eo quod proprietarius poſſit deſiderare mortẽ vſufructuarij, vel fideicõmiſſarius mortem hæredis grauati Iura improbant vſusfructus conſtitutionem, & fideicommiſſa, vt conſiderat *Pariſ. conſ.* 1. *num.* 121. *lib.* 1. quem refert *Caſtracan. d. cap.* 4. *num.* 47. vbi hoc obiectum bene tollit, & dictis per eum addi poteſt, quod cum
21 in iſto contractu votum † hoc & deſiderium alienæ mortis non proueniat ex actu ipſo, & ex natura contractus, ſed contingat potius ex accidenti extrinſeco, videlicet ex deprauata hominis voluntate, non poteſt, nec debet influere in ipſum contractum, ita vt illum reddat improbum, & illicitum, vt in puncto reſpondent *Marian. Socin. d. Rubr. ext. de vſur. num.* 103. *verſ. nec deprauata intentio, Surd. d. quæſt.* 11. *num.* 3. *verſ. nec obſtat, & num.* 4. *in fine, & num.* 5. *Felician. de Solis, dd. Commentar. de Cenſib. tomo* 1. *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 19. *verſ. ad quartum*; cum tale vitium non ſit contractus, ſed contrahentium. *Ludouic. Molina d. diſputat.* 388. *in fine*; *Felician. d. c.* 7. *in fine.*
22 Secundò reſpondetur, quod † in hoc vitalitio Cenſu non agitur de diſpoſitione vniuerſali omnium bonorum, nec de hæreditate, ſed de diſpoſitione particulari certorum bonorum, & non per viam vltimæ voluntatis, vnde non poteſt damnari ex eo quod videatur præbere occaſionem alienam mortem appetendi, & deſiderandi: eo enim caſu occaſio deſiderij alienæ mortis nõ habetur in conſideratione, *Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, num.* 4. & 14. *ff. de verb. obligat. Pariſ. conſ.* 26. *nu.* 84. *lib.* 2. *Dec. conſ.* 225. *col. penult. ſub num.* 4. *verſ. concludendo, & conſ.* 655. *num.* 10. *verſ. ſecundo vero, Iaſ. conſ.* 273. *verſ. ſed præmiſſis, & verſ.* 3. *in terminis, lib.* 4. & *ind. l. ſtipulatio hoc modo concepta, num.* 17. *Aimo Crauet. conſ.* 19. *num.* 7. *lib.* 1. *Natta conſ.* 474. *num.* 3. *in fine, & num. ſeq. lib.* 2. *Gozadin. conſ.* 87. *num.* 27. *Rimin. iun. conſ.* 580. *num.* 16. & *ſeqq. lib.* 5. *Tor. Noni. conſ.* 43. *num.* 2. *Andr. Gail. Pract. Obſeruat. lib.* 2. *obſeruat.* 126. *num.* 8. qui teſtatur de communi, *Ruin. conſ.* 7. *num.* 5. & 18. *lib.* 3. & *conſ.* 112. *num.* 8. *lib.* 4. *Rube. Alexandr. conſ.* 95. *ſub num.* 3. *Abb. conſ.* 18. *ſub num.* 3. *lib.* 1. *Peregrin. de fideicom. art.* 51. *num.* 29. & 32. *Menoch.* qui multos congerit *conſ.* 92. *num.* 44.

lib. 1. Surd. d. quaſt. 11. num. 4. & ita in proprijs ter-
minis reſpondet *Gaſp. Roderic. d. quaſt. 5. num. 5.*
Tertiò etiã poſſumus reſpõdere ex mente *Auend.*
d. cap. 20. num. 5. verſ. Ego tamen conſidero: quòd cum
23 in † venditione dicti Cenſus accedat cõſenſus eius,
de cuius mortis voto captando agitur, non poſſit
impugnari ea ratione, quòd præbeat occaſionem
captandæ alienæ mortis. *arg. l. fin. C. de pactis.*
24 Non inficior † tamen quin iſte contrahendi mo-
dus ſit valde periculoſus, & ab eo magis quam fieri
poſſit ſit abſtinendum, tum ad tollendum omnem
peccandi occaſionem, vt dicebat *Surd. d. quaſt. 11,*
num. 20. in fine, tum propter difficultatem contra-
25 hendi cum debitis circumſtantiis, † quæ ſi in illius
celebratione omittantur, contractus redditur nul-
lus, & inualidus. *Tiraq. de retractu conſanguin. §. 1.*
Gloſ. 6. num. 16. Conrad. de contract. quaſt. 81. concluſ. 2.
verſ. & ſi quæras.
26 Requiritur † enim primo pro validitate dicti
contractus, quod pecunia quæ in emptionem huius
Cenſus erogatur, perpetuo vendenti acquiratur, ita
vt nunquam danti veniat reſtituenda. *Couar. d. li-*
bro 3. Var. Reſolut. cap. 7. num. 3. verſ. Item & hæc, &
* dixit *Rota in illa Romana Societatũ, 29. Ianuarij* 1601.
quæ eſt poſt *Tract. deciſ. 9. num. 12. & ſub num. 15.*
Quia ſi ex pacto eſſet aliquãdo reſtituenda empto-
ri, contractus eſſet omnino illicitus. *Dec. conſ. 123.*
col. 2. verſ. tertio in prædicto caſu, Ludouic. Molina d. di-
ſputat. 388. *num. 6. verſ. illud admonuerim, Io. Bapt. Lup.*
d. Comm. 2. § 2. num. 65. Brunor. à Sole, in ſuis Quaſt. Le-
gal. quaſt 1. *num.* 5. qui teſtatur de communi, optimè
comprobat *Surd. d. quaſt. 11. num. 19. Gaſp. Roderic. d.*
quaſt. 5. ſub num. 5. verſ. nec poſſet hic cadere vſura: &
diximus ſupra hoc *eod. art. num. 7.* reſpectu Cenſus,
qui venditur ad certum, & determinatum tempus.
27 Secundò requiritur † vt Cenſus iſte alienetur re-
cepta congrua pecuniarum quantitate, iuxta ea,
quæ poſt alios animaduertunt *Grego. de Valent. in*
ſuis Commentar. Theologic. tomo 3. diſput. 5. quaſt. 22.
de Cenſib. puncto 5. in 1. concluſ. Federic. Martin. in ſuo
tract. de Iure Cenſu. cap. 5. num. 159. & ſeqq. & Rode-
ric. d. quaſt. 5. num. 9.
Nam in primis habenda ratio eſt, vt attẽta æta-
te, & complexione eius ad cuius vitam Cenſus emi-
tur, & quãtitatem pecuniarum, quæ pro dicto Cen-
ſu exponitur, inſurgat veroſimilis coniectura ſuper
Iuſtitia cõtractus, nam minoris valet Cenſus ſi ema-
tur ad vitam ſenis, vel valetudinarij, quàm ſi ema-
tur ad vitam iuuenis, robuſti & ſani, quoniam co
minus valet, quo mors eius, ad cuius vitam emi-
tur, citius timeri probabiliter poteſt, vt animad-
uertit *Ludouicus Molina, dicto numero 6. verſic. illud*
vero, Mich. Salon. d. tit. de Cenſibus, artic. 5. controuerſ.
vnica, num. 2. verſ. ſed quominus, ad fin. Bernard. Greu. ad
Andr. Gail. Pract. Obſeruat. lib. 2. concluſ. 8. num. 8 qui
alios allegat. Vnde ſi is ad cuius vitam Cenſus emi-
tur, ſit adeo iuuenis, vt veriſimiliter poſſit tanto
tempore viuere, quod ex reſponſionibus annuis
eiuſdem Cenſus percipiat tot fructus, & pecunias,
quæ non ſolum aſcendant ad capitale, quod fuit in
emptionem dicti Cenſus erogatum, ſed multo plu-
res, vtique contractus eſſet valde ſuſpectus, non ex
parte ſui, ſed ex intentione expendentis pecunias,
quoniam appareret, quod voluit cum ſuis pecu-
28 niis vltra modum lucrari. Vnde † ſecundum bo-
nam conſcientiam non poſſet illas retinere, licet in
foro exteriori, & iudiciali non poſſet compelli ad
earum reſtitutionem, quia non eſt vſura realis, ſed
mentalis. *Bald. in l. ſi ea pactione, num. 1. & ibi Cin.*
num. 2. Paul. de Caſtro, num. 2. C. de vſur. Idem Bald. in
l. ſi pater puellæ, num. 3. & ibi. Cin. num. 1. Paul. de Ca-
ſtro, num. 2. Iaſ. num. 1. C. de inoff. teſtam. Idem Caſtr.
conſ. 190. ſub num. 4. lib. 1. Dec. d. conſ. 123. col. 2. verſ.
Secundo ad illud. Brunor. à Sole, in dd. ſuis Quaſt. Legal.
quaſt. 1. num. 10. verſ. contrarium, & num. ſeq. Quod
29 ſi † tempore impoſitionis, & venditionis d. Cenſus,
habito reſpectu ad ætatem eius, ad cuius vitã emi-
tur, & ad quantitatem pecuniarum, quæ in illius
emptione erogatur, poſſit inſurgere dubium, & ſu-
ſpicio læſionis vltra dimidium iuſti pretij, vtique
Contractus reſcindi poſſet ex remedio *l. 2. C. de re-*
ſcind. vendit. ſecus verò ſi læſio eſſet citra dimidium
iuſti pretij, *Fulgoſ. in d. l. ſi pater puellæ,* ſequitur *Con-*
rad. d. quaſt. 81. ad fin. 2. concluſ. circa circumſtantiam
Quomodo. Couar. d. cap. 7. num. 3. verſ. Item & hæc,
Surd. d. quaſt. 11. num. 29.
30 Ceterum † ſi is, ad cuius vitam Cenſus compara-
tus fuit, tantum vixit quòd vtilitas quam ex d. Cen-
ſu percepit, exceſſit quãtitatem pecuniarum, quam
in illius emptionem erogauerat, & ſic ab euentu in-
cidat enormiſſima læſio, vtique non poteſt euentus
iſte alterare naturam contractus, nec poteſt eſſe lo-
cus repetitioni ſolutorum, *Oldrad. d. conſ. 207. Bald.*
conſ. 154. lib. 2. & conſ. 210. num. 1. lib. 3. Paul. de Caſtro,
in l. de fideicommiſſo, num. 3. & ibi Iaſ. ſub num. 2. C. de
tranſact. Marian. Soc. in d. Rubr. ext. de vſur. num. 103.
in fine. Natta, conſ. 498. nu. 13. lib. 3. cum alijs cumu-
latis à *Surdo d. quaſt. 11. num. 8, Bernard. Greu. ad Gail.*
d. concluſ. 8. num. 7. Roderic, d. quaſt. 5. num. 5. in fine.
31 Nam † contractus non ſunt æſtimandi ab euentu,
vt ſubiungit *Surd. d. quaſt. 11. num. 9. Idem Surdus cõſ.*
202. *ſub num. 13. verſ. Ratio autem, lib. 2,* & in fo-
rò Iudiciali hanc ſententiam veriorem eſſe con-
firmat *Brunor. à Sole, dicta quaſtione 1. num. 7. & ſeq.*
32 Et bene facit quod † hoc etiam contingere poteſt
in emptionibus prædiorum fructiferorum, ex quo-
rum fructibus multorum annorum, capitur ma-
ior quantitas pecuniarum, quam in eorum emptio-
nem fuerit expenſa, vt in puncto animaduertit *Iun.*
in c. in ciuitate, num. 2. verſ. ſolebat, ext. de vſur.
Marian. Soc. d. num. 103. in fine. Bened. Bon. in ſuo tract.
de Cenſib. art. 14. num. 34. Sequitur, & alios allegat
Martin Bonacin. d. q. 4. puncto vn. § un. 6. verſ. hanc col-
ligunt. Admittunt enim communiter Scribentes,
quod iuſtum pretium prædij fructiferi colligatur ex
fructibus, qui ex eo in viginti annos percipitur,
quando enim in viginti annis fructus prædij æquãt
ſortem, illum eſſe iuſtum dicti prædij pretium con-
cedunt, vt videbimus infra *par. 2. cap. 1. quaſt. 1.*
art. 3. num....
33 Quando † autem Cenſus conceditur ad aliquod
incertum, & indeterminatum tempus ex aliquo fu-
turo euentu, non tamen per alicuius mortem certi-
ficandum ego aliud deſiderarem pro validitate con-
tractus: videlicet quod caſus ille, & futurus euentus
non penderet à voluntate debitoris Cenſus, puta
donec ipſe duxerit vxorem, vel ſub alia conditio-
ne, cuius purificatio & euentus in propria ipſiuſmet
volun-

Digitized by Google

voluntate conſiſteret, quoniam tunc facili negotio poſſet fieri fraus, ex qua reſultaret iniuſtitia contractus, quæ vt ſupra dictum fuit, conſiſtit in incertitudine futuri euentus, ad not. per *Io. Bapt. Lup. d. §. 2. num. 64. verſ. ſed aduertendum*. ſed penderet à natu-
34 ra, vel à fortuna, puta ſi Cenſus † conſtituatur, & aſſignetur pro tuitione, & munitione alicuius Caſtri, vel fortalitij, eo enim caſu videtur impoſitus duraturus donec Caſtrum vel fortalitium in rerum natura perdurauerit, & ſic finis ipſius Cenſus, & illius extinctio pẽdet à caſu & à fortuna: Ruina enim & deſtructio Caſtri, ſeu fortalitij non eſt certa, ſed incerta & indeterminata, pendens à fortuna, vel à natura. Et ideo talem impoſitionem Cenſus eſſe validam, & illum fore ſoluendum, donec Caſtrum ſeu fortalitium reperietur in rerum natura, & non vltra, colligitur ex *Romano conſ. 417. num. 4. Crauet. conſ. 318. num. 18. & conſ. 499. num. 21. lib. 3. Tiraq. in tract. de cauſ. ceſſant. par. 1. num. 217.* dum affirmant ceſſare obligationem ſoluendi Cenſum deſtructo, & penitus eradicato Caſtro, ſeu fortalitio, quod & nos dicemus infra *par. 3. cap. 1. quæſt. 4.*

Et hæc pauca de Cenſu temporali in hoc articulo quaſi digito indicaſſe ſufficiat, cetera namque quæ ad illius iuſtitiam & ſubſtantiam pertinent, ex Doctoribus ſupra allegatis petenda ſunt, qui cumulatiſſimè hanc materiam pertractant.

ARTICVLI QVARTI

SVMMARIA.

1 *Cenſus conſignatiuus perpetuus eſt licitus, & numero 15.*
2 *Etiam in foro Eccleſiaſtico, & de Iure Canonico. Ampliatur, vt habeat locum etiam in Cenſu fructuario, num. 16.*
3 *Conſtitutiones Pontificiæ ſunt ſeruandæ, etiam quod non ſint clauſæ in corpore Iuris.*
4 *Cenſualis contractus eſt vbique gentium receptus, & vſitatus.*
5 *Obſeruantia generalis iuſtificat contractum.*
6 *Etiam quod aliàs de Iure non ſubſiſteret.*
7 *Societates officij ſunt licitæ, propter generalem obſeruantiam.*
8 *Obſeruantia longæua facit licitum id, quod de ſe eſſet illicitum.*
9 *Contractus recepti à viris grauibus, & timoratæ conſcientiæ, reputantur liciti.*
10 *Ceſſat enim in eis omnis praua ſuſpicio vſuræ.*
11 *Conſuetudo contra Ius naturale, & Diuinum, non excuſat.*
12 *Cenſualis contractus eſt ex ſe licitus, & approbatus.*
13 *Conſuetudo longæua habet vim legis.*
14 *Conſuetudo præſumitur introducta ſciente, & patiente Principe.*
17 *Contractus quem faciunt illicita pacta in eo appoſita, non eſt cenſendus illicitus ex ſe.*
18 *Illatio non fit ex diuerſis.*

Cenſus perpetuus an ſit licitus.

ARTICVLVS QVARTVS.

POSTQVAM in ſuperiori articulo vidimus in quibus caſibus ſit licitus Cenſus conſignatiuus ad tempus certũ, vel incertum conceſſus: ſequitur vt videamus an ſit licitus Cenſus perpetuus. In quo Iuris articulo licet non defuerint, qui nõnullis apparentibus rationibus (quas referre, & refellere, non minus inutile, quam laborioſum eſſet) Cenſus huiuſmodi impoſitionem illicitam eſſe, & reprobatam exiſtimauerint, & ab hoc contractu abſtinendũ conſulant, & ſignanter *Gaſp. Caballin. ad Conſtit. Marcb. lib. 1. c. 17. num. 2. verſ. ille*
1 *autem*. Magis † tamen communiter impoſitionem præfati Cenſus licitè fieri poſſe ſenſerunt *Oldrad. cõſ. 207. num. 1. Anchar. conſ. 30. num. 5. & ſeqq. Conrad. in ſuo tract. de contract. q. 72. & q. 75. Pariſ. conſ. 60. nu. 13. lib. 1. Tiraq. de retractu Lignag. §. 1. Gloſ. 6. nu. 15. Barſat. conſ. 214. num. 3. lib. 2.* qui de magis communi teſtatur, prout facit etiam *Ripa lib. 1. Reſpõſ. in tit. de Conſtit. reſponſo 4. num. 6. Decian. conſ. 2. nu. 67. verſ. Secundo, & infra lib. 1. Soto, de Iuſt. & iure, lib. 6. q. 5. art. 1. in 1. & 2. concluſ. Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſi. art. 5. num. 17. in fine, Franc. Viu. in ſua Silua com. Opin. par. 3. opin. 1042.* vbi multos allegat. *Teſſaur. deciſ. 154. num. 1. & 2. Virgin. Boccacc. in ſuo tract. de Cenſib. par. 3. nu. 5. Ludouic. Molina, in ſuo tract. de contract. diſputat. 382. num. 6.* latiſſimè *Felician. de Solis, in ſuis Comment. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. c. 7. num. 2. & ſeqq.* qui ſeptem rationibus hoc confirmat. *Ludouic. Lopez, in ſuo tract. de contract. lib. 1. c. 56.* qui ſatis luculenter eandem ſententiam comprobat, *Fernand. Rebell. in ſuo tract. de obligat. Iuſtit. lib. 10. q. 2. num. 2. Leonard. Leſſ. de Iuſtit. & iure, lib. 2. c. 22. dubitat. 4. nu. 15. Mich. Salon. de contract. & commerc. human. in tit. de Cenſib. art. 3. controuerſ. 2. ſub nu. 2. verſ. oppoſitum*, vbi multos allegat, non ſolum ex numero Doctorum iuris Cęſarei, & Pontificij, ſed etiam ex Theologis, & profitetur eam vti veram, & certiſſimam tenendam eſſe, & *num. 6. verſ.* Secunda concluſio; eandem ſententiam pluribus confirmat *Gregor. de Valent. Commentar. Theologicor. tomo 3. diſput. 5. q. 22. de Cenſib. puncto 1. verſ. hoc poſito, Bernard. Greu. ad Andr. Gail. Practic. Obſeruat. lib. 2. concluſ. 7. num. 3. & ſeq.* vbi plures allegat. *Io. Azor. Inſtit. Moral. par. 3. lib. 10. c. 4. verſ. altera ſententia*, vbi multos hanc opinionem tenentes citat, & affirmat, de ea amplius abſque temeritate, & errore non poſſe; eãdem amplectitur & comprobat *Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann. redit. lib. 1. c. 4. nu. 16. & ſeqq.* Confirmat hoc multis rationibus *Nicolaus Intrigliolus ſuper Bulla de Cenſib. q. 3. per tot. & Martin. Bonacin. in ſuo tract. de contract. diſput. 3. q. 4. puncto vnico num. 13.*

2 Quam † opinionem veram eſſe etiam ſecundum Ius Canonicum ſenſit *Conrad. d. q. 72.* in prima concluſione. Quæ placuit etiam *Nicol. Intriglioi d. q. 3. & Auend. in tract. de Cenſib. Hiſpan. c. 16. num. 12.* vbi illam pluribus comprobat, & reſpondet cõtrariis. & *cap. 19. num. 2. & ſeqq.* Et ex eo maximè conuincitur vera, quòd iſte cenſualis contractus fuit pro li-

cito

cito approbatus à Martino V. Calixto III. Nicolao
V. Paulo III. Pio V. Gregorio XIII. & fortè aliis
Pontificibus,&c. Cenſum impoſitum ante promul-
*gationē Bullæ Pij V. defendit *Rota corā b.m. Penia, in
vna Vrbeuetana Cenſus, 31. Maij, 1591.* quæ eſt poſt
Tract. deciſ. 10. n. 1. Et licet horum Pontificum Cōſti-
tutiones non videantur habere rationē generalem,
ſed fundatæ potius videantur ſuper particulari ra-
tione; videlicet ſuper cōſuetudine locali, præſcripta
etiam per Prælatos, & timoratæ conſcientiæ homi-
nes obſeruata, & ideo nō videantur habere vim le-
gis, vt dicebat *Alciat. conſ. 3. num 20. lib. 1.* nihilomi-
3 nus † illas eſſe omnino ſeruandas tamquā Ius com-
mune, & ligare omnes teneudum eſt, cum ſint pro-
mulgatæ ab iis, qui legis vniuerſalis condendæ fa-
cultatem habebant, & illarum ratio verè ſit gene-
ralis, vt animaduertit *Anchar. d. conſ. 30. num. 1. &
ſeq. Natta conſ. 498. num. 17. in fine, & num. 18. & ſeq.
& num. 23. lib. 3. Ripa d. Reſponſo 4. num. 5. Couar. Var.
reſolut. lib. 3. cap. 7. num. 2. verſ. Sexto, Pariſ. conſ. 75. nu.
26. & 30. lib. 4. Nauar. in ſuo Commentar. de vſur. ſub
num. 106. Teſſaur. d. deciſ. 154. num 2. & ſub num. 4.
Surd. conſ. 162. num. 34. lib. 2.* cum aliis multis relatis à
*Feliciano de Solis, in dd. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo
1. lib. 1. c. 1. num. 19. & cap. 7. num. 2. verſ. Poſtremo.* &
multò magis, quia fuerunt gloſſatæ, & commentatę
à doctiſſimis viris, & de *Extrauag. Martini V. & Ca-
lixti III. dicit Teſſaur. d. deciſ. 154. num. 2.* & de qua-
rum auctoritate multa cumulat *Mich. Salon. d. tit. de
Cenſib. art. 3. controuerſ. 1. num. 1. verſ. denique circa,* vbi
pluribus conuincit has Conſtitutiones vim vniuer-
ſalis legis habere.

4 Et eo † magis reputari debet licitus contractus
iſte Cenſualis, quo fuit receptus & frequētatus non
ſolum per totum ſtatum Eccleſiaſticum, ſed per
5 totum ferè orbem, propter quam generalem † ob-
ſeruantiam illum eſſe licitum iure merito debemus
affirmare, *arg. l. ſi quis fugitiuus, §. apud Labeonem, ff.
de ædilit. edict.* & per hanc rationem ita concludit
Oldrad. d. conſ. 207. num. 7. Grat. conſ. 39. num. 4. lib. 2.
*& cenſuit *Rota in dicta Vrbeuetana Cenſus coram b.m.
6 Penia,* quæ eſt poſt *Tract. deciſ. 10. num. 2.* Nam ob
conſuetudinem contractus, qui ex ſe eſſet illicitus,
reputatur licitus & validus, vt deducit *Io. de Ami-
cis, conſ. 154. num. 18. & ſeq.* & in puncto *Tiraq. de
Retractu conuention. in fine tit. nu. 131. Decian. d. conſ.
2. num. 80. & ſeqq. lib. 1.* vbi bonis rationibus dedu-
cit, propter hanc generalem obſeruantiam non ſo-
lum ſaluari contrahentes à pęnis impoſitis contra
7 vſurarios, ſed etiam validari ipſum contractū. Prout
per eandem rationem *Caſtracan. in ſuo tract. de ſociet.
offic. c. 4. num. 19. & ſeqq.* dicebat eſſe licitum con-
8 tractum ſocietatis officij. Nam obſeruātia † per tot
annos continuata, operatur, vt etiam id quod de
Iure non ſubſiſtit, debeat haberi pro licito, & de fa-
cto obſeruari, *l. qui habebat, §. 1. ff. de manumiſſ. teſtam.
9 & ibi Gloſ. Alex. conſ. 8. num. 2. lib. 6.* Maximè † quia
huiuſmodi contrahendi modus fuit receptus & vſi-
tatus, non ſolum ab hominibus vulgaribus, & ple-
beis, verum etiam à viris grauibus, & timoratæ con-
ſcientiæ, etiam à Prælatis S. R. E. *arg. l. 3. §. fin. cum
ſua Gloſ. ff. de eo quod certo loco, & facit* optimè *Tiraq.
vbi ſupra, num. 132. Iaſ. in l. 1. in 2. lectura, num. 41. in
10 fine, C. de ſacroſanc. Eccleſ.* Ex hoc enim videtur † ceſ-
ſare omnis ſiniſtra ſuſpicio fœnoris, & vſurarum, vt
dicunt *Iaſ. & alij allegati,* & ſequitur *Alciat. d. conſ. 3.
num. 20. arg. c. illo vos, in fine, ext. de pigno. & c. niſi
eſſent, ext. de præbend.* & hanc rationem amplectitur
*etiam *Decian. d. conſ. 2. num. 83.* & ſequitur *Rota in
d. Vrbeuetana Cenſus, num. 3.*

11 Nec obſtat quod † huiuſmodi conſuetudo ver-
ſetur circa materiam vſurariam, & ſic contra Ius
naturale, & Diuinum, & propterea non excuſet, *Be-
ro. conſ. 167. num. 10. lib. 1. & in puncto voluit *Rota in
vna Vrbeuetana Cenſus, corā b.m. Gypſio, 6. Iunij, 1594.*
quæ eſt poſt *Tract. deciſ. 11. num. 2. & ſeqq.* & in ea-
*dem cauſa coram eodem, *13. Februarij, 1595.* quæ
*eſt ibidem *deciſ. 12. num. 3.* & in *d. Romana Societa-
tum, 29. Ianuarij, 1601. coram Illuſtriſſimo Cardinali
Mellino quæ eſt ibidem deciſ. 9. num. 24.* Quoniam re-
ſpondetur, negādo quod nos ſimus in materia vſu-
raria, cum contractus Cenſualis de quo agimus, ſit
ex ſe licitus, & per Summos Pontifices approbatus,
vt in *c. 1. & 2. de empt. & vendit. inter Extrauag. com-
mun. per Martinū V. & Calixtū III.* & per alios, vt di-
12 ctum fuit. Et licet † ex pactis illicitis poſſit aliquan-
do reddi nullus, & fœneratius, hoc tamen non eſt
habendum in conſideratione, ad effectum, de quo
agimus, vt dicemus paulò inferius in reſponſioni-
bus ad contraria. Vltra quam quod ſola longiſſima
conſuetudo huiuſmodi Cenſuales contractus rece-
pta vniuerſaliter ab omnibus credentibus ſe non
facere contractum vſurarium, poſſet contractum
ſuſtinere, & illum licitum efficere, ad doctrin. *Bart.
in l. ſi quis ſit fugitiuus, §. apud Labeonem, num. 1. ff. de
ædilit. edict. Grat. conſ. 39. num. 4. lib. 2. Couar. ad tit. de
ſponſ. par. 2. cap. 7. §. 1. ſub nu. 5.* & diximus *ſupra nu. 5.*

Cum itaque à longiſſimo, immo ab immemora-
bili tempore contractus iſte fuerit ab omnibus fre-
13 quentatus, conſuetudo † iſta tam longo temporis
curſu munita, vim legis habere dēt, *l. de quibus, vbi
Bart. & communiter alij, ff. de legib.* & multo magis
14 † quia præſumitur ita obſeruatum fuiſſe ſciente, &
patiente Summo Pontifice, *Alex. conſ. 24. num. 17.
15 lib. 5.* Quamobrem † ab hac opinione nefas eſt
recedere, cum iam diu in rem trāſiuerit iudicatam,
vt dicit *Tiraq. d. Gloſ. 6. num. 15. Couar. d. c. 7. nu. 3. 10.
Bapt. Lup. ad l. 2. C. de pact. inter emptor. & venditor.
Comment. 2. §. 2. num. 60. in fine, 10. Azor. ind. cap. 4.
16 verſ. altera ſententia* Quæ † amplianda eſt, vt pro-
cedat non ſolum in Cenſu pecuniario, ſed etiam in
fructuario, vt firmant *Mich. Salon. d. controuerſ. 2. nu.
6. in princ. concluſ. Leonard. Leſſ. in ſuo tract. de Iuſtit. &
iure, lib. 2. cap. 22. de Cenſib. diſputat. 5. nu. 36.* & com-
probat *Stephan. Bertrand. conſ. 62. per tot. & ſignan-
ter num. 3. lib. 2.*

Fundamenta autem eorum qui contrariam opi-
nionem aſtruere conati ſunt, poſſunt iudicio meo
facili negotio ferè omnia vnica reſponſione ſub-
17 moueri, quod ſcilicet † maior pars eorū, qui con-
trariam partem tuentur, habuit contractum iſtum
pro illicito, ob iniuſtitiam pactorum, vel pretij in-
teruenientem tempore quo Cenſus alienatur; nos
autem quærimus an ſit licitus contractus iſte reſpe-
ctu ſuimet, ideſt an poſſit licitè conſtitui, & creari,
dummodo ſeruata forma per Summos Pontifices
tradita conſtituatur, & ſic an contractus iſte ſit li-
citus ex ſui propria, & primordiali natura, non au-
tem

tem an reddatur illicitus & fœneratitius ex accidenti; & ob depranatum factum contrahentium,
18 quæ cum ſint diuerſa, non poteſt † de vno ad alterum rectè inferri, *l. Papinianus exuli, ff. de minor. l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poſſeſſ.* Iniuſtitia enim pactorum & pretij interueniens tempore alienationis Cenſus, non poteſt reddere illicitum contractum in genere, ſed dumtaxat illam particularem Cēſus impoſitionem & venditionem, in qua d. iniuſtitia interuenit.

Aliis autem quibuſdā rationibus, quæ pro contraria negatiua opinione ſolent conſiderari, ſigillatim reſpondent *Felician. in dd. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. & cap. 7. num. 3. & Mich. Salon. d. controuerſ. 2. ſub num. 6. verſ. nunc ad argumenta* ad quos ne pigeat recurrere.

ARTICVLI QVINTI

SVMMARIA.

1 *Contractum Cenſualem permittere, quod Reip. non expediat volunt aliqui.*
2 *Contrariam ſententiam probat Auctor.*
3 *Contractus Cenſualis confert ad ſubleuandas pauperum, & maximè negociantium neceſſitates.*
4 *Contractus Cenſus fuit adinuentus pro communi hominum vtilitate.*
5 *Contractus Cenſualis eſt approbatus à Principibus Eccleſiaſticis, & ſecularibus.*
6 *Contractus non ſunt metiendi ab euentu.*
Iniquitas contrahentium non facit vt contractus debeat cenſeri iniquus ex ſe, & ex ſui natura.

An Reip. expediat contractum Cenſualem admittere.

ARTICVLVS QVINTVS.

QVONIAM dici cōſueuit, quod nō omne quod eſt licitum expedit, ſuit propterea dubitatum, an eo ipſo quod cōtractus Cenſualis tam ad tempus vel terminatum, vel indeterminatum, quàm vt debitor perpetuo teneatur, eſt licitus, & de iure approbatus, ſequatur quod Reip. expediat illum admittere. In quo articulo licet non deſint, qui hunc contrahendi modum eſſe deteſtabilem & à Rep. eliminandum dicant, affirmātes quod omnia ferè damna, quæ ex vitio vſuræ pullulat, ex hoc cenſuali contractu proficiſci; & inde exhauriri ampliſſima patrimonia, homines in dies ex alieno grauari, & onerari, multaſq. lites quotidie exoriri aſſerant, indeq. fieri vt multi homines, qui pecuniis affluunt, ceſſent ab honeſtis negociis, & laboribus, multoq. otio torpeant.

2 Ego tamen crediderim Reip. † valdè expedire hunc contrahendi modum non ſolum tolerare, & conniuentibus oculis permittere, ſed etiam expreſsè approbare ad communem hominum vtilitatem, vt aliàs per ſuas *Conſtitutiones* regiſtratas *in c. 1. & 2. de emptione, & vendit. inter Extrauag. comm.* fecerunt,
3 *Martinus V. & Calixtus III.* ſcilicet ad † ſubleuandas quotidianas pauperum, & maximè negociantium neceſſitates, & vt poſſit quilibet ſibi prouidere de pecuniis, quibus propriis indigentiis ſubuenire valeat, cum enim in dies refrigeſcat hominum charitas, & vix vnus inter cētum reperiatur, qui ſine vſuris pecunias indigenti amico mutuari velit, & licet ſalubrius ſit indigenti pecuniis bona vēdere, quam illas ſub vſuris recipere, vt dicit *Salic. in l. fin. §. ipſum autem, C. de bonis, quæ liber.* vbi affirmat quod plures vidit conſumptos, qui contrarium fecerūt; cum tamen aliquando non expediat pro paranda pecunia res ſtabiles vendere, aliquādo etiam non ſit admodum facile emptorem reperire, niſi forte cum maximo detrimento, & iactura rei familiaris, vt animaduertit etiam *Ludouicus de Auend. poſt hæc ſcripta viſus, in ſuo tract. de Cenſib. Hiſpan. c. 38. num. 13.* & vſuræ ſint omni iure prohibitæ. Quis neget valdè expedire Reip. hanc contrahendi ſpeciem admittere? Et hac ratione affirmandum eſt hoc † nego-
4 ciationis genus pro communi hominum vtilitate fuiſſe adinuentum, & introductum, longa præſcriptaq. conſuetudine receptum, per diuerſos Princi-
5 pes † temporales tamquam licitū, & communi vtilitati deſeruiens fuiſſe ſæpè in ſuis ditionibus, & Prouinciis confirmatum pariter & approbatum, & per Summos Pōtifices *in d. Extrauag. 1. & 2. de empt. & vendit.* & aliis eorum Conſtitutionibus licitum, & Iuri conforme declaratum, vt ſcilicet ſubſidio præſentis pecuniæ occurreretur præſētibus Ciuium neceſſitatibus, vt conſiderabat *Fernand. Rebell. in ſuo tract. de obligat. iuſtit. lib. 10. quæſt. 1. num. 22.* & propter eandem rationem *Gaſpar. Roderic. in ſuo tract. de ann. redit. lib. 1. quæſt. 6. nu. 34.* ſentire viſus eſt, quod contractus iſte non ſolum ſit probandus ob publicam vtilitatem, ſed etiam ob hominū neceſſitatem.

Nec debet ab hac opinione nos retrahere, quod ex hoc contractu exoriantur occaſiones depaupe-
6 rationis familiarum, quia licet † iſte idem effectus etiam cum maiore ciuium iactura & detrimento ſequatur ex venditione bonorum immobilium, nemo tamen ſani capitis dixerit contractum emptionis & venditionis eſſe Reip. pernicioſum, & ab ea eliminandum, licet circa illum mille fallaciæ, & dolus multiplex quotidie committatur. vt reſpondet *Io. à Medina, in Codic. de Reſtitut. in cap. de Cenſib.* quo ad eorum emption. ad quintum ſequitur *Felician. in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. cap. 7. nu. 3. verſ. poſtremo denique,* addentes dictam rationem debere potius ſuadere, & mouere Principes, vt in dicto contractu aliquem ponāt modum, quam contractum ipſum conuincere vſurarium, & pernicioſum, cum vt ſupra dictum fuit hac eadem *quæſt. 4. art. 3. num. 35.* contractus non ſint ab euentu accidentali æſtimandi & metiendi. Alia verò incōmoda quæ dicuntur inſurgere ex hoc contractu hominum vitio potius, quam iniquitati contractus tribuenda, & accepto ferenda ſunt. Quis enim ne in honeſtis negotiis prohibet hominibus diuitiis &
7 pecuniis affluentibus † ſe ipſos exerceant? & ſi omnia, quæ hominum culpa vitio vertūtur eſſent damnanda, vtique multa deberent damnari, quæ licet honeſtiſſima & ſancta ſint, eorum tamen occaſione non tamen ab illis oblata, ſed hominum iniquitate

acce-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

accepta vitia committuntur, vt reſpondet *Mich. Salon. in ſuo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de Cenſib. art. 3. controuerſ. 2. num. 6. verſ. in confirmatione.* Et hanc eandem ſententiam reſpondendo contrariis tuetur *Couar. Var. Reſolut. lib. 3. cap. 7. num. 3. verſ. ſecunda ratio.*

Cum autem habeamus Summorum Pontificum, & in primis Pij V. Conſtitutiones, & Principum ſecularium, maximè in Hiſpania & Gallia ſanctiones, quibus datur forma ſeruanda in celebratione huius contractus, tam reſpectu conditionum & pactorum, quam reſpectu certi & determinati pretij, quibus conſtitui, & vendi debeat, huiuſmodi annua reſponſio, non eſt quod Medina, & Felicianus deſiderent.

CAPITIS SECVNDI.

SVMMARIA.

1 *Cognito vno ex contrarijs, cognoſcitur reliquum.*
2 *Intellige reſpectu eorum, quæ ſunt de directo contraria, vel quando contrarietas eſt circa ſubſtantiam, ſecus aliàs.*

De perſonis, quæ Cenſum imponere poſſunt, vel non.

CAPVT SECVNDVM.

1 LICET regulare ſit quod† cognito vno ex contrariis, cognoſcatur & reliquum, *l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. Inſt. eod. tit. in princ. Doctor. communiter in Rubr. ff. de acquir. poſſ. Socin. iun. conſ. 110. num. 9. lib. 2. Roland. à Valle, cōſ. 16. nu. 3. lib. 3.* & propterea videatur ſuperfluum tractare de perſonis, quæ Cenſum imponere non poſſunt, quia eo ipſo quod cognouerimus quæ ſint perſonæ quæ imponendi Cenſum facultatem habent, videatur quod debeat ſequi cognitio earum, quæ illum imponere, & conſtituere nequeunt, nihilominus, vt plenior, & clarior propoſitæ materiæ doctrina haberi poſſit, cum reſpectu perſonarum multa contingant in hoc contractu, circa Cenſus impoſitionem, quæ non ſunt ad inuicem de directo contraria, nec inter ea adeſt diuerſitas circa ſubſtan-
2 tiam, ſed circa accidentia, quibus caſibus † regula ſupradicta non procedit. *Bart. in l. inter ſtipulantem, §. Sacram. num. 4. ff. de verb. obligat. Angel. Aret. in d. princ. Inſt. t. qui ſunt ſui vel alieni iur.* ideo volui aliqua breuiter de vtroque genere perſonarum, nō tamen diſtinctè, & ſeparatim, ſed vt occaſio feret, & ordo mihi propoſitus requirere videbitur permiſcere, & inſerere. Perſonas autem, quæ Cenſum imponere poſſunt, vel non, ſub triplici conſideratione accipiendas eſſe duxi, Aliquæ enim habent dominium plenum rei, ſuper qua Cenſus cōſtituendus eſt. Aliquæ autem habent tantum vtile. Aliquæ tandem habent dumtaxat ius in Re, vel ad Rem. Et propterea Caput iſtud totidem Quæſtionibus explicandum eſſe ſum arbitratus vt in

Prima agatur de iis perſonis, quæ habent dominium plenum, vel ſaltem directum rei ſuper qua Cenſum volunt imponere.

Secunda complectatur eas perſonas, quæ habent dictæ rei ſolum vtile dominium.

Tertia verſetur circa eas, quæ habent dumtaxat ius in re, vel ad rem, citra tamen ius directi, vel vtilis dominij.

Cenſum ſuper re imponere is poteſt, qui eſt illius dominus directus.

QVÆSTIO PRIMA.

QVONIAM ex iis perſonis, quæ in aliqua directum habet dominium, nonnullæ habent dominium perpetuum, aliquæ verò certo caſu reſolubile, vel tempore finitum, aliæ autem licet habeant perpetuum, eſt tamen illis cum alia perſona commune, ideo eſt de omnibus per ſeptem articulos videndum.

Primus erit de eo, qui eſt verè dominus, & habet rerum ſuarum abſolutam & liberam adminiſtrationem. & ibi an quis ſuper re aliena poſſit validè Cenſum imponere.

Secundus de iis, quibus propter ætatem, vel ſexum eſt rerū ſuarū interdicta libera adminiſtratio.

Tertius eſt de iis, qui ratione prodigalitatis prohibentur bona propria liberè adminiſtrare.

Quartus de iis, qui ratione ſubiectionis, & Patriæ poteſtatis non poſſunt liberè contrahere.

Quintus de eo, qui habet rei dominium reſolubile ex pacto, puta emptor cū pacto retrouendendi.

Sextus de eo, cuius dominium finiri debet vel lapſu temporis, vel aduentu conditionis, puta hæres grauatus fideicommiſſo.

Septimus de eo, qui habet rem cùm alio communem.

ARTICVLI PRIMI

SVMMARIA.

1 *Cenſum ſuper re is poteſt imponere, qui eſt illius dominus.*
Amplia 1. etiam quod habeat dictæ rei nudam proprietatem, num. 15.
Amplia 2. etiam quod eius dominium ſit aliquo caſu reſolubile, num. 18. remiſſiuè.
2 *Suus, a, um. hoc relatiuum deſignat dominium.*
3 *Is, ea, id, hoc pronomen eſt relatiuum, & perſonale.*
4 *Impoſitio Cenſus ſuper re arguit quod imponens ſit illius dominus.*
5 *Dominium rei cenſitæ debet eſſe penes imponentem tempore impoſitionis Cenſus.*
6 *Cenſum ſuper re aliena, nemo poteſt imponere.*
7 *Cenſus fundatus ſuper re aliena, eſt nullus.*
8 *Limitatur, ſi accedat conſenſus domini.*
9 *Licet aliqui negent, etiam cum conſenſu domini poſſe imponi.*
10 *Conſentiens imponenti Cenſum ſuper re ſua, poteſt petere releuationem ab imponente.*

11 *Im-*

11\. *Impoſitio Cenſus ſuper re aliena, domino rei non præiudicat.*
12 *Præiudicat tamen imponenti, vt teneatur ad intereſſe.*
13 *Emens ſcienter Cenſum impoſitum ſuper re aliena abſque domini conſenſu, non poteſt ſine peccato fructus percipere.*
Idem ſi ignorauit, & poſtea reſciuit, à die ſcientiæ.
14 *Emens ignoranter Cenſum ſuper re aliena impoſitum, poteſt abſque peccato fructus illius percipere.*
16 *Cenſus non conſtituitur ſuper fructibus rei, ſed ſuper re ipſa.*
17 *Dominus directus poteſt imponere Cenſum ſuper re quam alteri conceſſit in feudum, vel emphyteuſim contra Auendannum.*

Cenſum ſuper re aliena quis poſſit imponere, & quomodo.

ARTICVLVS PRIMVS.

FIRMISSIMA eſt in iure noſtro concluſio, à qua nemo diſ-
1 ſentit, quod † habẽs directum, & plenum rei dominium, poteſt ſuper ea Cenſum imponere, & conſtituere. Quæ fundata eſt ſuper *Conſtitutionibus Martini V. & Calixti III. regiſtratis in c.1. & 2. de emptione & vendit. inter Extrauag. commun. in verbis illis. Super bonis ſuis*, quo ad Conſtitutionem Martini, ponderando illud relatiuum, *ſuis*,
2 quod † dominium, & proprietatem deſignat, *§. ſic itaque. Inſtit. de action. Gloſ. in c. quo iure, in verbo mea, 8. diſtinct. Rim. n. iun. conſ. 392. nu. 38. lib. 4.* Quo verò ad Conſtitutionem Calixti, ponderando ea verba,
3 *Super eorum bonis*, nam illud † Relatiuum, *eorum*, eſt perſonale, *l. 1. §. ſi autem, C. de caduc. tollen. Dec. conſ. 262. num. 1.* & propterea in dicta Conſtitutione deſignat, quod res, ſuper quibus imponendus eſt cenſus pertinere debeat ad ipſammet perſonam, quæ vult Cenſum imponere; & hanc concluſionem benè comprobat *Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. artic. 23. num. 48. & ſeq. Domin. Soto, de iuſt. & iure, lib. 6. quæſt. 5. art. 1. in 2. concluſ. Felician. de Solis, in ſuis Comment. de Cenſib. tomo 1. lib. 2. cap. 2. num. 1. Federic. Martin. in ſuo tract. de iure Cenſu. cap. 4. num. 78.* & illam videtur
* ſimpliciter amplexa *Rota in illa Romana nullitatis Cenſus, 9. Decembris, 1602. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancelotto*, quæ eſt poſt *Tract. deciſ. 2. num. 5.* dum ibi
4 dicitur, quod † impoſitio Cẽſus præſupponit in imponente dominium rei, ſuper qua Cẽſum imponit, *& coram b. m. Cardinali Seraphino deciſ. 242. nu. 5. p. 1.* dum imponentem Cenſum ſuper re, præſupponit illius dominum.
5 Dominium † autem iſtud (cum agatur de ſubiugatione rei certæ, & certis finibus deſignatæ, vt dicemus *inf. hac eadem par. 1. cap. 3. q. 3. art. 1.*) debet probari de ipſo tempore impoſitionis Cenſus, *l. & qua nondum. §. quod dicitur, in princ. ff. de pignor. l. ante omnia. & ibi Gloſ. ff. de probat. Nicol. Intrigliol. ſuper Bulla, de Cenſ. quæſt. 38. num. 13.*
Ex qua concluſione ſequitur reſolutio propoſitæ
6 difficultatis, videlicet † quòd ſuper re alterius nemo poteſt cenſum creare, & conſtituere. *Nauar. in Comment. de vſur. num. 118. & 131. Ludou. Molina, de contract. tomo 2. diſput. 394. n. 9.* quos allegat *Martin. Bonacin. in tract. de contract. diſp. 3. q. 4. puncto vnico, nu. 8. in princ. & in verſ. dixi*, & omnes communiter ad-
7 mittũt cum hac ampliatione, † quòd ſi de facto imponatur, tamquam impoſitus ſine fundo contra *Conſtitut. Pij V. ſuper Cenſib.* impoſitio ſit nulla, vt declarauit *Rota in vna Romana Cenſus, ſeu fideicõmiſſi, de Scalabrinis, coram b. m. Martino Andrea, 22. Maij, 1615. quæ eſt poſt Tract. deciſ. 309. num. 6.*
8 Quod tamen limitandum eſt, † niſi accedat conſenſus domini. *Nauar. de vſur. num. 131. verſ. Quintum, Boccacc. in ſuo tract. de Cenſib. p. 2. num. 69. Molina, de contract. par. 2. diſput. 394. num. 9. Conrad. in ſuo tract. de contract. q. 78. 10. Azor. Inſtit. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 7. q. 7.* & eandem opinionem amplexi ſunt *Ludou. de Auend. de Cenſ. Hiſpan. c. 61. nu. 3. Sigiſmund. Scac. de commerc. §. 1. q. 1. num. 181.* & videtur ſatis
* clarè ſenſiſſe *Rota in vna Romana Cenſus de Iurinis, 28. Aprilis, 1598* quæ eſt poſt *Tract. deciſ. 13. ſub nu. 1.* in illis verbis, *quamuis ſi dominus reclamauerit*, imponens teneatur facere conſentire, &c. à contrario ſenſu, quod ſi dominus non reclamauerit, non teneatur imponens, &c. & ita tenẽdum cenſeo quid-
9 quid † ſuper hoc dubitet *Thom. Boninſig. in tract. de Cenſib. c. 4. num. 9. & Surd. conſ. 318. num. 6. verſi.. ad id, lib. 3.*
10 Verum ſi quis † cõſentiat imponi Cenſum ſuper re ſua, iure poteſt petere releuationem ab imponente, non ſecus ac petere poteſt is, qui pro aliquo fideiuſſit, vel pro eo bona ſua obligauit, petere ab illo, vt ipſum releuet ſine damno, etiam quod tempore fideiuſſionis, & obligationis, nihil fuerit expreſſum, cum hoc ſit de natura fideiuſſionis, & obligationis, *l. Lucius, ff. mãdati, vbi Bal. per illum tex.* hoc expreſsè not. *Neguſ. de pignor. par. 6. membr. 3. num. 45.* & ita in conſentiente imponi Cenſum ſuper re ſua
* dixit expreſsè *Rota in vna Romana releuationis indemnitatis, 4. Februarij, 1602. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancelotto, quæ in fine Tract. eſt deciſ. 14. nu. 4.* Hoc autem quod diximus Cenſum imponi non poſſe ſuper re aliena, niſi conſentiente eius domino, intelligen-
11 dum eſt † reſpectu præiudicij domini rei, quę ſubii-
* citur, vt dixit *Rota in vna Viterbienſi Cenſus, coram b. m. Cardinali Plato, 6. Aprilis, 1590.* quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 15. num. 8.* & in vna *Lauretana pecuniaria, 28. Februarij, 1603. coram b. m. Penia, quæ eſt ibidem, Deciſ. 16. num. 3.* quia etiam res aliena vendi poteſt, *l. rem*
12 *alienam, C. de contrah. emptione*, ſecus autem † reſpectu præiudicij ipſius imponentis, & vendentis, ad effectum, videlicet, vt teneatur ad intereſſe. *Petrus*
* *Caball. conſ. ciuil. 94. num. 4. lib. 1.* & declarauit *Rota in vna Aſſiſienſi Cenſus, 9. Iunij, 1604. coram b. m. Cardinali Pãphilio*, quæ eſt ibidem *Deciſ. 17. nu. 2. & ſ. qq.* & pleniſſimè, & clarius in quodã diſcurſu facto à b. m. *Cardinali Seraphino*, quæ eſt inter eius *Deciſ. par. 1. deciſ. 785. per totum.* qui fuit poſtea confirmatus, & ab obiectis defenſus in eadem *Rota, coram eodem, deciſ. 787. num. 14. & ſeqq.*
Sed circa hunc Cenſum impoſitum ſuper re aliena abſque conſenſu illius domini, dubitant Sribentes, an emptor poſſit fructus illius licitè, & tuta conſcientia percipere. Quę difficultas diſſolui debet

Digitized by Google

13 bet per diſtinctionē. Aut † emptor talis Cenſus tem
pore emptionis ſciebat rem illam ſubiugatam eſſe
alienam, vel poſtea id reſciuit, & eo caſu à die ſcien-
tiæ illum nō poſſe licitè, & abſque onere reſtitutio-
nis fructus & reſponſiones ex dicto Cenſu percipe-
re, dicendum eſt, ſed ad cōtractus reſciſſionem age-
14 re, & pretium repetere debet. Aut verò † emptor
Cenſus tēpore emptionis ignorabat rem illā ſubiu-
gatam non ſpectare iure dominij ad venditorem
Cenſus, nec aliquando id reſciuit, & eo caſu poteſt
licitè & abſque labe peccati fructus dicti Cenſus, &
penſiones annuas exigere & retinere ratione doli,
& fraudis, quam cōmiſit impoſitor Cenſus, qui ven-
dendo cenſum celauit illum eſſe impoſitum ſuper
re aliena, & dominium rei ſubiugatæ ad ſe nō per-
tinere, qui propterea tenetur ad intereſſe, *l. Iulia-
nus. ff. de action. empt.* & ita diſtinguendo concludit
in hac difficultate *Nauar. in d. ſuo Cōmentar. de vſur.
num. 118. q 26.* & poſt eum *Boccacc. in d. ſuo tract.* de
Cenſib. par. 2. nu. 44. quos ſequitur *Io. Azor. d. quæſt. 7.
Leonard. Leſſ. in ſuo tract. de Iuſt. & iure, lib. 2. cap. 22.
dubitat. 2. num. 79. Bonaciu. d. puncto vnico, nu. 8. verſ.
Hinc deduci, Scacc. d. q. 1. num. 170. & q. 7. par. 2. am-
pliat. 17. num. 24.*

Sed quæſtionis eſſe poteſt, an ad effectum, vt quis
poſſit ſuper re quapiam Cenſum imponere, ſatis ſit
quod habeat nudam illius proprietatem, an verò
requiratur quod habeat plenum d. rei dominium.
14 † In qua difficultate, quidquid contrarium ſentiat
Auend. d. tract. cap. 70. num. 4. ſufficere penes impo-
nentem exiſtere nudam proprietatem tenendum
cenſeo ex *Gabiel. Redoan. in ſuo tract. de reb. Eccleſiaſt.
non alienan. in Rubr. de Conſtitut. annu. cenſus, num. 39.
Foller. in ſua Pract. Cenſual. in verbo huiuſmodi, num. 44.
Bon. in d. ſuo tract. de Cenſib. art. 10. num. 26.* Qui licet
dicant eo caſu Cenſus impoſitionem ſuſtineri ſuper
actione perſonali, qua tenetur imponēs; nos autem,
qui Cenſus perſonales eſſe omni iure illicitos & re-
probatos defendimus infra hac eadem *par. 1. c. 3.
q. 1. art. 6* hanc *Redoan. Foller. & Bon.* opinionem cir-
ca validitatem Cenſus recipiendam eſſe exiſtima-
mus, diſcedimus tamen ab eis, dum ſentiunt d. caſu
Cenſum ſuſtineri ſuper ſola obligatione perſonali,
ſed ideo dicimus eo caſu Cenſus impoſitionem eſſe
validam, quia eſt facta iuxta formam *Conſtit. Pij V.
ſuper Cenſib.* videlicet, ſuper re certa fructifera & im-
mobili, quod ſatis eſſe exiſtimamus in propoſito, li-
cet imponens non poſſit ex re illa fructus percipere,
16 cum cenſus † non conſtituatur ſuper fructibus rei,
ſed ſuper re ipſa, quæ ſubiicitur, dummodo ſit cer-
ta, immobilis, & de ſui natura fructifera, vt dicemus
inf. a d. cap. 3. q. 2. Et propterea non videtur fiden-
dum de *Auendano*, dum *d. tract. c. 66. nu. 7. & c. 67.
num. 2.* negat dominum directum poſſe validè Cen-
ſum imponere, ſuper re quam alteri in feudum vel
emphyteuſim conceſſit, ea ratione, quia proprietas
dictæ rei ſit infructifera. Etenim licet fructus illius
non ad dominum directum, ſed ad vaſallum & em-
phyteutam pertineant, non tamen ſequitur quin il-
la ſit de ſua natura fructifera: quid ex prædictis ſa-
17 tis † eſt, ad effectum vt ſuper ea poſſit per dominum
directum validè cenſus imponi & conſtitui.

Sufficit autem ad validitatem contractus cenſua-
lis, vt is qui ſuper re aliqua cenſum creare, & collo-
care intēdit, habeat illius dominium tempore im-
18 poſitionis, licet † poſtea aliquo caſu reſolui contin-
gat, vt dicit *Garz. Maſtrill. deciſ. Regni Sicil. 150. num.
11. & ſeqq. lib. 2.* & nos dicemus infra hac eadem
q. art. 5. & 6. vbi agimus de Cenſu impoſito ab eo
qui rem ſubiectam tenetur retrouendere ex pacto,
& ab hærede grauato, & aliis non habentibus do-
minium perpetuum.

ARTICVLI SECVNDI

SVMMARIA.

1 *Minor dicitur quilibet, qui non exiuit annum XXV.*
2 *Minor non poteſt bona immobilia alienare abſque ſo-
lemnitatibus.*
3 *Minor non poteſt ſuper ſuis bonis imponere Cenſum
abſque ſolemnitatibus.*
4 *Quod procedit maximè in infante.*
*Amplia 2. etiam minor ſi imponat fauore alterius mi-
noris, num. 8.*
*Amplia 3. in filiofam. imponente cum conſenſu Patris.
num. 11.*
Amplia 3. vt reſtituatur in integrum. num. 15.
Limit. 1. ſi adhibeantur ſolemnitates requiſitæ, nu. 17.
*Limit. 2. ſi minor factus maior cenſum ſoluat, num. 21.
& ſequenti.*
*Limit. 3. Si minor tacuerit per quinquennium, poſt-
quam eſt effectus maior, num. 23.*
*Declar. dummodo vltra ſolemnitates, interueniat iuſta
cauſa, num. 27.*
5 *Infans quod videt, ignorat.*
6 *Cenſus impoſitus ab adulto habente curatorem, abſque
eius conſenſu eſt nullus ipſo iure.*
7 *Impoſitus ab adulto carente curatore, reſcinditur per
reſtitutionem in integrum.*
9 *Priuilegiatorum eius eſt melior conditio, qui damnum
patitur.*
10 *Quietantia facta à minore abſque ſolemnitatibus ad
fauorem alterius minoris, eſt valida.*
12 *Patris præſentia in contractu filij integrat illius per-
ſonam.*
13 *Conſenſus patris requiſitus per modum auctoritatis non
integrat perſonam filij ad commodum patris.*
14 *Maximè ſi damnum filij eſt euidens.*
16 *Minor non reſtituitur aduerſus contractum ex quo eſt
effectus locupletior.*
18 *Decretum Iudicis validat Cenſum impoſitum ſuper bo-
nis minorum.*
19 *Decretum Iudicis habet pro ſe præſumptionem, tam
reſpectu ſolemnitatis requiſitæ pro iuſtitia cōtractus,
quam requiſitæ pro validitate Decreti.*
20 *Etiamſi incontinenti fuerit interpoſitum ratione con-
ſuetudinis.*
23 *Taciturnitas minoris per quinquennium, poſtquam eſt
factus maior validat contractum nullum ob defectum
cuiuſcumque ſolemnitatis, & num. 24.*
Etiam de Iure Canonico, ſub. num. 25.
25 *Contrarium volunt multi.*
26 *Prima tamen fallit, ſi in contractu interuenit dolus.*
Vbi an ſufficiat dolus præſumptus, remiſſiuè.
28 *Cenſus impoſitus à minore gratia dotandi ſororem dici-
tur legitimè impoſitus.*
29 *Prout etiam pro ſoluendo acconcio.*

30 Et

30 *Et multò magis ſi aliqua vrgeat neceſſitas.*
31 *Cenſus poteſt imponi ſuper bonis minorum pro ſoluendo eorum ære alieno, maximè ſi creditores vrgeant.*
32 *Cenſus ſuper bonis minorum non poteſt validè imponi pro extinguendo alio Cenſu æquali.*
33 *Cenſus ſuper bonis eccleſiæ non poteſt imponi pro extinguendo alio Cenſu eiuſdem quantitatis.*
34 *Cenſus poteſt imponi ſuper bonis minorum pro extinguenda cenſu maioris quantitatis.*
35 *Cenſus imponi poteſt ſuper bonis Eccleſiæ pro extinguendo Cenſu maioris quantitatis.*
36 *Bona minoris poſſunt alienari pro extinguendo debito ſub vſuris quando fœnus excedit fructus bonorum.*
37 *Cenſus impoſitus pro extinguendis ſocietatibus officij grauioribus, eſt licitus ſuper bonis Eccleſiæ.*
38 *Emptor Cenſus non debet eſſe ſollicitus quod pecunia erogētur in cauſam enunciatā; nec id tenetur probare.*
39 *Maximè ſi ex circumſtantijs poſſit præſumi eſſe factam verſionem in cauſam enunciatam.*
40 *Mulier maior vigintiquinque annis poteſt ſuper ſuis bonis Cenſum imponere abſque aliqua ſolemnitate.*
41 *Mulier minor vigintiquinque annis non poteſt validè ſuper ſuis bonis Cēſum imponere abſque ſolēnitatibus.*
Nec vbi ex ſtatuto in contractibus mulierum requiritur certa forma, ibid.
Ampl. vt non reconualeſcat impoſitio ob ſolutionem cenſus poſtea factam, num. 47.
Limit. ſi illi ſit euidenter vtilis, num. 45.
Puta ſi imponat ꝑ neceſſaria reparatione fundi dotalis, vel alia cauſa reſpiciēte perpetuā illius vtilitatē, n. 46.
42 *Cenſus à muliere etiam minore impoſitus ſuper ſuis bonis cum debitis ſolemnitatibus, valet.*
43 *Maximè ſi non fuerit impoſitus ſuper bonis dotalibus.*
44 *Fideiuſſio facta à muliere abſque ſolemnitatibus eſt nulla, ſi remaneat indotata.*
46 *Cenſus impoſitus à muliere ad rationem octo pro extinguendo Cenſu ad rationem decem, valet.*

Minor, & mulier an poſſint ſuper ſuis bonis Cenſum imponere.

ARTICVLVS SECVNDVS.

PRo reſolutione præſentis articuli præ-
1 mittendum eſt, † minorem ſecundū ius
cōmune, dici quemlibet, qui xxv. annū
non exceſſit, vt poſt multos quos alle-
gat, dicit *Octau. Simoncell. in tract. de decret. in Præfat. n. 9. Dominic. Pic. ad Statut. Vrbis. Gloſ. 5. n. 1.* Hoc præ-
miſſo, conſtituenda eſt regula negatiua, ꝙ minor li-
cet ſit dominus rerum ſuarū, attamen ſicut non po-
teſt bona immobilia alienare abſque ſolēnitatibus
2 † quas enumerat *Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 6. num. 1. & ſeqq.* ita non poteſt abſque di-
3 ctis ſolemnitatibus † cenſum imponere, & conſti-
tuere. *Bald. in l. iubemus nulli, num. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. Pariſ. conſ. 98. nu. 54. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 85. nu. 10. lib. 3. Vincent. Carroc. in ſuo tract. de excuſſ. bonor. par. 2. quæſt. 44. num. 6. Tiraq. de Retractu lignag. §. 1. Gloſ. 6. verſ. ſit item, Simoncell. de Decret. lib. 2. tit. 6. nu. 33. Corbol. de Iure emphyteut. cauſa 14. ob. alienat. irreq. dom. fact. ampliat. 49. num. 4.* & tradiderunt *Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 23. num. 49. in fine, & art. 31. num. 57. Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 2. cap. 2. num. 3. Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann. redit. lib. 1. quæſt. 14. num. 10. vbi de communi.* Quod placuit etiam *Nicol. Intrigl. ſuper Bulla de Cenſib. q. 81. num. 2.* & voluit *Rota coram b. m. Martino Andrea, 22. Iun. 1615. in illa Romana Cenſus, ſeu fideicōmiſſi, de Scalabrinis, quæ eſt poſt Tract. deciſ. 309. nu. 1.*
4 Et quoad † ad infantem, res caret omni prorſus
difficultate, cum Iuris præſumptione intellectum
5 non habeat, ſed quidquid † videt, ignoret. *§. ſed quid diximus, Inſt. de inutil. ſtipulat. l. fin. C. de falſa moneta, l. fin. ff. de iur. & facti ignor. l. fin. ff. rem pupilli ſaluo fore.* Et in his terminis dicit *Ludou. de Auend. in ſuo tract. de Cenſibus Hiſpan. cap. 81. num. 1.* Quo verò ad adultum, iſta concluſio procedit, ſiue habeat Curatorem, ſiue illo careat, &c. cum vtroque iam ſit illi prohibitum ſine ſolemnitatibus res proprias alienare, *Franc. Caldas ad l. ſi curatorem, in verbo Res, nu. 2. C. de in integr. reſtit. minor.* & propterea pro inualiditate Cenſus ab adulto ſuper ſuis bonis abſque ſolemnitatibus impoſiti, reſpondit *Rol. conſ. 54. ſignanter, num. 28. lib. 2.* & concludit *Auend. d. cap. 81. nu. 5. verſ. Hi enim puberes.* vbi tamen diſtinguit, An iſte
6 pubes habeat curatorē: quo † caſu ſi imponat Cen-
ſum ſuper ſuis bonis abſque auctoritate ſui Cura-
toris, impoſitio ſit ipſo iure nulla ab initio: nam ge-
nerale eſt, quòd pubes habēs Curatorem, ſi abſque
eo contrahat, actus ſit ipſo iure nullus. *l. ſi curatorem habens, C. de reſtit. in integr. Odd. in ſuo tract. de reſtit. in integr. p. 1. q. 17. art. 7. num. 64.* An verò Curatorem
7 non habeat: & eo caſu † impoſitio per ipſum abſ-
que Curatore facta, ſit ipſo iure valida, ſed reſcindi
poſſit ope reſtitutionis in integrum. Et ſic quo ad
effectum concluſio in vtroque caſu procedit.
Ampliatur autem hæc concluſio vt procedat
8 etiam † ſi minor imponeret cenſum ad fauorem al-
terius pariter priuilegiati, puta minoris, vel mulie-
ris, cum minor non poſſit nec ad fauorem alterius
minoris bona vendere ſine Decreto, *l. ſi pupillorum, in princ. ff. de reb. cor. l. inter omnes, & ibi Gloſ. C. de Prædi. minor. Bero. conſ. 179. nu. 3. lib. 1. Mantica d. tit. 6. num. 37.* nec ad fauorem alterius minoris ſe obliga-
* re abſque ſolemnitatibus ſtatutariis, vt deducit *Rota in vna Bononienſi Cenſus, 17. Maij, 1608. coram R. P. D. Marco Montio,* quæ eſt poſt Tract. *deciſ. 18. nu. 6. & 7.* Cui ampliationi licet videatur de directo ad-
* uerſari reſolutio facta in *Rota coram R. P. D. Manzanedo in vna Romana Cenſus, 22. Iunij, 1611.* quæ eſt
ibidem deciſ. 19. num. 2. in qua fuit dictum impoſitio-
nem Cenſus factam à minore, ad fauorem alterius
9 minoris eſſe validam, ea ratione, quia † inter duos
pari priuilegio gaudētes potior eſt cauſa damnum
patientis, *arg. c. auditis, ext. de reſtitut. in integr.* cum
aliis apud *Lamberteng. in ſuo tract. de contract. cor. in fine, num. 125. & ſeq.* cum qua videtur ſatis conue-
nire alia reſolutio facta in *ead. Rota* pro validitate
10 † quietantiæ factæ à minore ad fauorē aliorum mi-
norum in vna Firmana reſtitutionis dotis, quæ eſt
poſt *Pic. de contract. deciſ. 57. num. 4.* Attamen aduertendum eſt, quod Rota in d. Firmana præſupponit ſuiſſe adhibitas ſolemnitates requiſitas, in d. autem *Romana* Cenſus tenuit pro validitate Cenſus, non ob ſolam paritatem priuilegij, ſed propter alias vrgentiores rationes, vt ibi patet.
Ampliatur ſecundò ſupra firmata concluſio, vt

procedat etiam in minore exiſtente in patria pote-
31 ſtate. Quoniam ſi ipſe † imponat cenſum ſuper
ſuis bonis in caſibus ſibi permiſſis, de quibus dice-
mus *infra hac ead. quaſt. art. 4.* cum conſenſu ſui pa-
tris, talis impoſitio ob non adhibitas ſolemnitates
requiſitas in alienationibus rerum minorum, erit
inualida, & minus legitimè facta, cum in ſimilibus
alienationibus vltra patris conſenſum, requirantur
etiam de Iure communi aliæ ſolemnitates, vt poſt
multos quos allegat, tradit *Simoncell. in d. tract. de
Decret. lib. 3. tit. 8. inſpect. 1. num. 1. & ſeqq.*

32 Licet enim † præſentia patris ſuppleat ſolemnita-
tes ſtatutarias, cum per conſenſum patris integre-
tur perſona filij, vt poſt *Tiraq. de leg. connub. Gloſ. 6.
num. 5.* & alios dicit *Virgin, Boccac. ad Conſtit. Mar-
chia Gloſ. 3. num. 8. verſ. immo per conſenſum*, & vide-
* tur ſentire *Rota in d. Bononienſi Cenſus*, quæ eſt poſt
Tract. deciſ. 19. num. 9. hæc tamen procedunt non in
alienationibus factis à filiofamilias, ſed in aliis
ſimplicibus obligationibus; in alienationibus au-
tem requiruntur præter patris conſenſum, etiam
aliæ ſolemnitates, vt eſt dictum. Quæ multò magis
habent locum ſi filius cenſum imponeret ad cômo-
dum, & vtilitatem patris conſentientis, maximè ſi
ex forma ſtatuti requireretur conſenſus patris per
33 modum auctoritatis, quia † pater non poteſt ad ſui
ipſius vtilitatem perſonam filij auctorizare, *Socin.
ſen. conſ. 25. num. 8. lib. 4. Iaſ. conſ. 69. in 2. dub. lib. 1. &
in l. pactum. num. 5. C. de Collat. Pariſ. conſ. 97. num. 21.
& ſeq. lib. 3. Tiraq. de leg. connub. Gloſ. 8. num. 115.
Couar. ad Rubr. ext. de Teſtam. par. 3. nu. 7. Guglielm. de
Benedict. ad c. Raynutius, in verbo duas habens filias,
num. 256. eod. tit. Alciat. in tract. de Præſumpt. reg. 1.
præſumpt. 2. num. 5. Clement. de patr. poteſt. cap. 6. ef-
fectu 10. nu. 6. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 308. num. 22. &
ſeq. Gabr. conſ. 167. num. 4. lib. 1. Rimin. iun. Inſt. de do-
nat. in princ. num. 1347.* qui teſtatur *de magis commu-
ni*, ſequitur *Rota in illa Bononienſi Cenſus, 17. Martij,
1608. coram R. P. D. Marcomontio*, quæ eſt poſt *Tract.
deciſ. 19. num. 9.* & in vna *Beneuentana Cenſus, 28. No-
* uembris eiuſdem anni, coram R. P. D. Ottembergio*, quæ
eſt *ibidem deciſ. 20. num. 12.* Maximè quando ex con-
34 tractu filius euidenter læderetur, & damnificare-
tur, cum enim dictum illud quod conſenſus patris
ſuppleat ſolemnitates ſtatutarias, ſit fundatum in
præſumptione quod Pater capiat bonum côſilium
pro filio, non poteſt recipi quando filius eſt in eui-
* denti damno, vt dixit poſt alios *Rota in d. Bononien.
Cenſus, num. 11.* in claris enim non eſt recurrendum
ad coniecturas & præſumptiones, *l. continuus, §. cum
ita, ff. de verbor. obligat.*

35 Ampliatur 3. vt † minori, qui ſuper ſuis bonis
abſque requiſitis ſolemnitatibus Cenſum imponit,
competat beneficium reſtitutionis in integr. non
ſolum ad effectum, vt non teneatur vlterius ad ſolu-
tionem annui Cenſus, & annuę reſponſionis, verum
etiam ad effectum vt abſque eo, quod teneatur em-
ptori Cenſus reſtituere ſortem, liberet ſemetipſum,
& bona ſua ab onere d. Cenſus. *Odd. in ſuo Tract. de
reſtitut. in integr. par. 2. quaſt. 56. num. 46.* poſt multos
36 quos allegat, quæ † tamen in integrum reſtitutio
denegaretur minori, ſi ex dictis pecuniis ad Cen-
ſum receptis eſſet effectus locupletior, quia tunc ta-
lis impoſitio ſuſtineretur, vt pluribus comprobat
*Gaſp. Roderic. in d. ſuo tract. de ann. redit. q. 14. num. 14.
cum multis ſeqq.* & placuit *Rota coram Seraph. deciſ.
1242. nu. 3. verſ. non obſtat. p. 2.* & ſic ceſſat cauſa fina-
lis, ob quam reſtitutio in integrum petita concedi
non debeat, vt firmat idem *Odd. d. tract. q. 47. art. 3.
nu. 11. Roderic. d. q. 14. nu. 38. & ſeqq.* vbi latè proſe-
quitur, & bene demôſtrat onus probandi minorem
eſſe effectum locupletiorê ſpectare ad eum, qui cum
illo contraxit, de qua tamen re videndus eſt *Menoc.
de Præſumpt. lib. 3. præſumpt. 84. per totum.*

Limitatur autem concluſio principalis quod mi-
nor non poſſit ſuper ſuis bonis validè cenſum impo-
37 nere. † Primò ſi in tali impoſitione ſolemnitates re-
quiſitę interuenerint, quia tunc talis impoſitio va-
let, vt concludit *Foller. in ſua Pract. cêſuali, in verbo,
Huiuſmodi, nu. 38. Redoan. de reb. eccleſ. non alien. tit. de
conſtit. ann. Cenſ. nu. 31. & 32.* & poſt iſtos *Auen. d. c.
81 nu. 6.* & illam pro valida, &c. & legitima abſque
difficultate habuit *Rota, coram b. m. Orano, 8. Aprilis,
1598 in vna Romana Cenſus de Pronanis*, quæ eſt in *fi-
38 ne Tract. Deciſ. 21. nu. 1. & 11.* Immo † interuentus
ſolius decreti competentis Iudicis videtur talê im-
poſitionem validare, & legitimam reddere, vt ſenſit
* *Rota in vna Romana nullitatis Cenſus, 8. Nouembris,
1610. coram R. P. D. Pirouano*, quæ eſt ibidem, *deciſ.
39 22. n. 1.* ea † ratione, quia pro decreto præſumitur,
nedum quo ad ſolemnitatem requiſitam pro inſti-
tia contractus, ſed etiam quo ad ſolemnitatê requi-
40 ſitam pro validitate Decreti. Quæ † habent locum
non obſtante breuitate temporis, maximè propter
conſuetudinem, ſecundum opinionem *Rota coram
Puteo, deciſ. 364. nu. 2. lib. 1.* quã amplexi ſunt multi
relati per *Simoncell. d. tract. lib. 3. tit. 8. Gabr. conſ. 127.
nu. 31. lib. 1. Pacific. de Salu. interd. inſpect. 3. c. 2. num.
155. ſecundũ nouam impreſſ.* licet ipſe contrarium de-
fendere conetur. Sed priorem poſt alios latè tuetur
Surd. deciſ. 334. n. 5. verſ. hæc etſi vera ſint, vſque ad fin.

41 Limitatur 2. ſi minor † poſtquã eſt effectus maior
vigintiquinque annis cenſum præfatũ ſoluit, & re-
cognouit, quia ex dicta ſolutione ſubſequuta côua-
lidatur præcedens impoſitio inualida, *l. ſi præteritus,
ff. de bon. poſſeſſ. contra tab. l. ſi proponas. §. 1. ff. de inoffic.
teſtam.* per quę iura *Natta, conſ. 45. n. 10. lib. 1. Menoc.
42 conſ. 561. n. 12. & ſeqq. lib. 6.* ſaltê † prout ex nunc ex
nouo conſenſu *Boccacc. in ſuo tract. de Cenſib. p. 2. nu.
144.* & propterea nô poterit poſtea illũ amplius im-
pugnare, *Dec. conſ. 665. nu. 2. Cran. conſ. 188. nu. 5. Maſ-
card. in ſuo tract. de Probat. vol. 1. concluſ. 915.* & fuit
* in puncto reſolutum *in Rota, in vna Romana Cenſus
coram R. P. D. Manzanedo*, quæ eſt in calce *Tract. de-
ciſ. 19. num. 3.* auctoritate *Cephali, conſ. 51. num. 40. &
ſeq. lib. 1. & Gabr. conſ. 13. num. 13. lib. 1.*

43 Limitatur 3. eadê concluſio † vt nô procedat ſi mi-
nor factus maior vigintiquinque annis, taceat, & à
d. Cenſus impoſitione nô reclamet, nã quidquid di-
cat *Roderic. d. q. 14. nu. 65.* ex dicta taciturnitate per
quinquenniũ, poſt lapſum vigeſimiquinti anni re-
ſultat ratificatio præcedêtis impoſitionis Cêſus nul-
liter factæ in minori ætate, ſaltê ex nouo côſenſu, ita
vt nô poſſit poſtea de illi' nullitate opponere, *l. 1. &
2. C. ſi maior fact. lib. 2. l. fin. C. ſi maior fact. lib. 5. Cran.
conſ. 102. n. 7. lib. 1. Gabr. d. côſ. 34. n. 13. verſ. difficulta-
tem, lib. 1. Pariſ. conſ. 49. nu. 14. & 24. lib. 1. Natta, côſ.
503. num. 14. lib. 3. Menoc. de recuper. poſſeſſ. remed. 15.
nu. 148.*

num.148. Io.de Imola, conſ.148. Alex. Raudenſ. cõſ.10.
nu.126. Achill. Pedroc. conſ.37.n.40. lib.1. Caſar. Barz.
deciſ.75. num.13. & deciſ.96. nu.47. Franc. Cald. ad l.ſi
curatorem, in verbo, infra legitimum tempus, num.21. C.
de reſtit. in integr. min. qui multos allegat, quibus ad-
di poteſt Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib.4.
tit.6. num.65. & Menoch. conſ.439. num.48. lib.5. &
24 conſ.561. num.11. verſ. eſt enim, lib.6. Etiam † quod
eſſet nulla ex defectu cuiuſcunque ſolemnitatis, So-
cin. ſen. conſ.147. col.4. lib.1. Ruin. conſ.146. nu.6. lib.4.
Grat. Reſponſo 47. nu.21. & ſeq. lib.1. Pariſ. d. conſ.49.
num.58. lib.1. & conſ.16. num.92. lib.2. Bero. quæſt.43.
num.4. & ſeq. latè Menoch. d. Remed.15. num.142.
cum multis ſeqq. Gabr. qui de magis cõmuni d. cõſ.13.
num.22. & alios allegat Marc. Anton. Var. Reſolut.
lib.2. reſolut.3. num.20. ad fin. verſ. licet contrarium.
25 Qui † tamen verſ. ſeq. atteſtatur ſecundum verio-
rem, & magis communem opinionem regulam, d.l.
fin. C. ſi maior. fact. habere dumtaxat locum, vbi in
alienatione facta à minore deficeret ſolummodo
Decretum, ſecus ſi deficerent alia ſolemnia, ſed re-
tenta prima, illa procedit etiam de Iure Canonico
in Terris Eccleſiæ. Menoch. d. Remed.15. num.188.
Simoncell. in d. ſuo tract. lib.3. tit.9. num.43.

26 Fallit tamen ſi † in tali impoſitione interuenit
dolus, nã ob dolum excludi dictam ratificationem
reſultatẽ ex taciturnitate quinquennij omnes com-
muniter admittunt. Licet dubitent, an ſufficiat do-
lus præſumptus, vt plenè diſſerit Marc. Anton. d. re-
ſolut.3. num.20. verſ. articulus igitur erit, vbi in verſ.
in hac contrarietate dicit partem affirmatiuam ſibi
magis placere, vti veriorem, cum ſit fundata melio-
ribus rationibus, tum vti magis communem, vt te-
ſtatur Surd. conſ.49. num.43. lib.1. tum quia vidit
illam magis ſeruari in Practica.

Declaratur etiam vno modo generaliter dicta
27 principalis concluſio, quod † in impoſitione Cen-
ſus faciẽda ſuper bonis minorum requiritur etiam
iuſta cauſa, ad Dec. conſ.556. num.3. Oſach. deciſ.167.
quos & alios multos allegat Simon. d. tract. lib.1. tit.
1. num.17. & ſeqq. Iuſta autem cauſa exiſtimare-
28 tur, ſi talis Cenſus impoſitio fuerit vel † cauſa do-
tandi ſororem. Mantica d. tit.6. num.6. maximè ſi fu-
turus maritus recuſaret recipere bona ſtabilia in
dotem; quia tunc poſſent bona ſtabilia vendi, vt
dos detur in pecunia numerata, vt dicit Rota in vna
Romana Caſalis, 3. Aprilis, 1615. coram R.P.D. Du-
29 noz, quæ eſt poſt Tract. deciſ.23. num.4. Vel † cauſa
erogandi pro acconcio, ſeu, vt dicitur, Arredio ſo-
roris, maximè ſi ſumma quæ ad Cenſum accipitur
ſit proportionata dictæ cauſæ acconcij, vt fuit di-
ctum in Rota, in illa Romana Cenſus, 22. Iunij, 1611.
coram R.P.D. Manzanedo, quæ eſt ibidem deciſ.19.
30 num.4. Et † multò magis, ſi alia vrgeat neceſſitas,
cum ob neceſſitatem poſſe ſuper bonis minorũ con-
ſtitui annuos Cenſus, dicat Foller. in ſua Pract. Cen-
ſuali in verbo, huiuſmodi, num.38. & ſeq. Corbol. in d.
cauſa 14. ob alienationem irrequiſ. domin. fact. Ampliat.
49. num.4. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art.31. num.57.
verſ. ſolum igitur, Simoncell. d. tract. lib.2. tit.6. inſpect.
31 3. num.33. Poteſt † dari exemplum ſi vrgeat æs alie-
num minoris, l. magis puto, §. ne paſſim, ff. de reb. cor.
l. ob æs, C. de præd. minor. Pacific. in d. ſuo tract. de Salu.
Interd. inſpect.3. cap.2. num.132. ſecundum nouam im-
preſſionem, & in puncto dixit Rota in vna Romana
Cenſus, 8. Martij, 1610. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lu-
douiſ. quæ eſt poſt Tract. deciſ.24. num.7. & abſquè
dubio ſi creditores inſtarẽt, d. §. ne paſſim. Simoncell.
d. tract. lib.1. tit.1. n.36. Pacific. d. tit.2. nu.134. & ſeqq.

32 Vnde † videtur quod non poſſit ſuper bonis mi-
norum imponi Cenſus, etiam cum debitis ſolemni-
tatibus pro extinguendo alio Cenſu, cum enim mi-
nor non poſſit cogi ad d. Cenſus extinctionem, iux-
ta diſpoſitionem Martini V. & Calixti III. in c.1. & 2.
de empt. & vendit. inter Extrauag. commun. & Pij V. in
ſua Bulla ſuper forma creandi Cenſus, verſiculo, Pacta
etiam, & ita dixit Rota coram b.m. Bubalo, 25. Ianua-
rij, 1591. in vna Romana Cenſus, quæ eſt poſt Tract.
Deciſ.25. num.4. & coram b.m. Cardinali Pamphilio in
vna Foroliuienſi reſciſſionis contractus, 19. Decembris,
1603. quæ ibidem eſt deciſ.26. num.4. huiuſmodi im-
poſitio diceretur facta dumtaxat ex cauſa vtilita-
tis, ob quam ſolam non licet ſuper bonis minorum
Cenſum imponere. Bon. d. tract. art.31. num.57. verſ.
33 ob nullam aliam cauſam. Prout † de Cenſu impoſito
ſuper bonis Eccleſiæ, pro extinguendo Cenſu eiuſ-
dem quantitatis tam reſpectu ſortis, quam reſpectu
fructuũ, quod ſit nulliter impoſitus, eadem ratione
indicauit Rota in vna Romana Inualiditatis Cenſus,
24. Maij, 1591. coram b.m. Cardinali Pamphilio, quæ
eſt poſt Tract. Deciſ.27. num.10. & multò magis erit
nulla impoſitio, ſi Cenſus extinguendus ſit maioris
ſummæ, quam ille qui imponitur, vt dixit ead. Rota
in vna Romana Cenſus de Romulis, coram b.m. Penia,
8. Iunij, 1598. quæ eſt ibid. deciſ.28. num.3. in fine.

34 Ceterum † non poſſet iure impugnari impoſitio
Cenſus facta ſuper bonis minorum pro extinguen-
do Cenſum maioris quantitatis, tam reſpectu ſortis,
quam fructuũ, ex iis quæ tradit Roderic. d. quæſt.14.
35 ſub num.31. ſicut licere † imponere Cenſum ſuper
bonis Eccleſiæ pro liberanda Eccleſia à ſolutione
maioris Cenſus, nõ obſcurè approbauit Rota, in vna
Romana Cenſuum, 23. Iunij, 1600. coram Illuſtriſſimo
Cardinali Mellino, quæ ibid. eſt deciſ.29. ſub num.4. &
dicemus paulò infra de Cenſu impoſito à muliere
ad rationem octo, pro extinguendo alio ad ratio-
36 nem decem. Nam † ſicut licitum eſt alienare bona
minorum pro extinctione debiti, quod habet ſub
vſuris, quando fœnus & vſuræ ſuperant fructus bo-
norum ſtabilium, vt voluit Rota in illa Romana Caſa-
lis, 3. Aprilis, 1615. coram R.P.D. Dunozet, quæ eſt ibi-
dem deciſ.23. num.2. per tex. quem dicit expreſſum
in l. magis puto, §. ne paſſim, ff. de reb. cor. & auctorita-
te Imol. conſ.98. nu.4. & Angel. Aret. cõſ.128. nu.25.
& 26. & Natta conſ.631. num.37. verſ. ex præmiſſis
igitur, ita etiam dicendum eſt, quod liceat ſuper
eiſdem bonis imponere Cenſum pro extinguendo
Cenſu maiori, tam in ſorte quam in fructibus; & fa-
cit commune dictum, de quo teſtatur Decian. conſ.
121. num.55. lib.3. relatus à Mantica d. tit.6. num.63.
quòd minori licita eſt venditio ſuorum bonorum,
etiam ſine ſolemnitatibus, ſi conditionem ſuam fa-
ciat meliorem, quod videtur etiam placuiſſe Me-
noch. conſ.561. num.7. ad fin. lib.6.

Hæc concluſio videtur etiam bene confirmari
ex reſolutione facta in Rota, coram R.P.D. Manzane-
do, 2. Decembris, 1609. in vna Romana Cenſus, quæ eſt
37 poſt Tract. deciſ.30. nu.3. vbi † ſuſtinetur Cenſus im-

 poſitus

poſitus ſuper rebus Eccleſiæ, pro extinguendis ſo-
cietatibus officiorum, ex quo illæ ſunt grauiores
Cenſibus,
38 Neque teneretur emptor cenſus † eſſe ſollicitus
vt pecuniæ converterentur in cauſam expreſſam,
ſed ſoluendo illas liberatur, nec probare verſionem
tenetur, *Dec. conſ. 36. num. 8. verſ. tertiò principaliter*, &
dixit *Rota coram b. m. Bubalo, 23. Ianuarij, 1591. in il-
la Romana Cenſus, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 25. num. 3.
& ſeq.* & facit *Seraph. deciſ. 1187. num. 1. par. 2.* maxi-
39 mè † ſi ex circumſtantiis præſumi poſſit verſionem
fuiſſe factam in cauſam enunciatam, vt bene conſi-
derauit *Rota coram R. P. D. Manzanedo, 22. Iunij,
1611. in illa Romana Cenſus, quæ ibidem eſt deciſ. 19. nu.
4.* licet contrarium affirmet *Roderic. d. quæſt. 14. num.
37. cum multis ſeqq.* vbi admonet emptorem cenſus,
vt ſit cautus, quod pretium Cenſus in minoris vtili-
tatem expendatur, etiam quod impoſitio, & vendi-
tio Cēſus fiat cū Iudicis decreto. & hæc de minore.
40 Quo verò ad mulierem ſi ſit † maior viginti quin-
que annis quod poſſit ſuper ſuis bonis inſpecto iure
communi imponere Cenſum abſque aliqua ſolem-
nitate, nulla poteſt eſſe difficultas, cum in cōtracti-
bus mulierū etiam maritos habentium de iure com
muni nulla requiratur certa forma, aut ſolemnitas,
*l. Velles, C. de reuoc. donat. Pariſ. conſ. 33. nu. 16. & ſeqq.
conſ. 98. num. 61. & conſ. 99. num. 51. lib. 1. Bero. conſ.
176. num. 45. lib. 1. Surd. conſ. 367. num. 9. lib. 3. Carpan.
41 ad Statut. Mediolan. cap. 328. num. 312.* Si vero † ſit
minor vigintiquinque annis, vel in loco contractus
adſit ſtatutum, requirens in contractibus mulierum
certam formam, ſi Cenſum imponat abſque ſolem-
nitatibus, talis impoſitio eſt inualida, vt clarè ha-
betur in *Rota in vna Romana Cenſus, 17. Februarij,
1612. coram R. P. D. Piromano, quæ eſt poſt Tract. deciſ.
42 31. nu. 3.* Prout è contra, † ſi in Cenſus impoſitione
à muliere facta, fuerint adhibitæ ſolemnitates re-
quiſitę, valida erit talis impoſitio, prout talem Cen-
ſum pro legitimè impoſito habuit *Rota in vna Ro-
mana Saluiani interdicti, 11. Ianuarij, 1616. coram R. P.
D. Manzanedo, quæ ibidem eſt deciſ. 32. num. 1.*
43 Et multò † magis ſi cenſus non fuerit impoſitus
ſuper bonis dotalibus, ſed ſuper bonis non dotali-
bus, & propterea mulier non poſſit aliquo modo
remanere indotata, vt ſubiungit *Rota in d. Roma-
na Saluiani interdicti. n. 7.* Quod ſi remaneat indota-
ta penitus, vel dimidia dotis ſibi non ſit ſalua, vide-
44 tur quod cōtractus ſit nullus, prout † nullus eſt con-
tractus fideiuſſionis à muliere celebratus, quando
remanet vel penitus indotata, vel medietas dotis
ſibi non remanet ſalua, etiam quòd interuenerint
omnes ſolemnitates ſtatutariæ, dicit *Teſſaur. deciſ.
223. nu. 9. & 13.* & ſequuta fuit *Rota* ſæpius, & maxi-
mè *in vna Romana fideiuſſionis, 9. Decemb. 1615. coram
R. P. D. meo Vbaldo, quæ eſt poſt Tract. deciſ. 33. num. 3.*
Licet autem contractus Cenſus à muliere celebra-
tus abſque debitis ſolemnitatibus ſit nullus, hoc ta-
45 men fallit † quando d. impoſitio fuit illi euidenter
vtilis, vt pro magis communi dicit *Lāberteng. in d. ſuo
tract. de contract. cor. in fine, nu. 165. & ſeqq.* Poteſt da-
46 ri exemplum † ſi talis Cenſus imponatur ad ratio-
nem octo pro centenario, pro extinguēdo alio Cen-
ſu, qui erat ad rationem decem pro centenario, &
anno, vt fuit reſolutum *in Rota, in vna Macratenſi
Cenſus, 14. Maij, 1614. coram R. P. D. Dunarzet, quæ eſt
poſt Tract. Deciſ. 34. nu.* .. Aliud exemplum poſſet dari
in Cenſu per mulierem impoſito etiam ſuper fundo
dotali pro illius neceſſaria reparatione, vel propter
aliam cauſam reſpicientem perpetuam illius vtili-
tatem, vt plenè deducit *Rota in vna Romana Cenſus,
1. Iunij, 1616. coram R. P. D. meo Vbaldo, quæ eſt ibi-
dem, deciſ. 75. per totum.*
47 Data autem nullitate † impoſitionis, non poſſet
conualeſcere per ratificationem reſultantē ex dicti
Cēſus ſolutione, & recognitione. Quia licet iſta re-
cognitio facta à minore facto maiore, validet Cen-
ſum impoſitum in minore ętate, vt dictum fuit *ſupra
nu. 18. & ſeqq.* quia. ſ. ceſſat ratio imbecillitatis, re-
ſultantis ex minori ætate, in muliere tamen non ad-
mittitur huiuſmodi ratificatio, quia ſemper durat
ratio imbecillitatis reſultantis ex ſexu muliebri, &
propterea ad inducendam ratificationem requiri-
tur eadem ſolemnitas quæ eſt neceſſaria in explica-
tione ipſius actus ab initio, *Carpan. ad Statut. Medio-
lanenſi, cap. 328. num. 8. Seraph. deciſ. 746. num. 1. par.
3. & deciſ. 1242. num. 1. parte 2.*

ARTICVLI TERTII

SVMMARIA.

1 *Prodigus eſt qui nec finem, nec tēpus habet expenſarū.*
2 *Prodigus ſuper ſuis bonis Cenſum imponere non poteſt.*
Ampliat, vt talis impoſitio non firmetur iuramēto, n. 6.
*Limit. antequam illi ſit interdicta bonorum ſuorum ad-
miniſtratio, num. 8.*
3 *Cenſus impoſitio ſpecies eſt alienationis.*
4 *Impoſitio Cenſus procedit à pari cum alienatione rei.*
5 *Prodigus res ſuas non poteſt validè alienare.*
7 *Intellige poſtquā eſt illi interdicta adminiſtratio bonorū.*
9 *Prodigus læſus ex impoſitione Cenſus non reſtituitur.*
*Intellige de Cenſu impoſito ante interdictam admini-
ſtrationem bonorum, num. 11.*
10 *Prodigus ante interdictam ſibi adminiſtrationem non
eſt loco minoris, ſed tantum poſtea.*
12 *Adminiſtratio bonorum tanquam prodigo nemini au-
fertur, niſi cauſa cognita.*
13 *Prodigus cui fuit interdicta adminiſtratio bonorum,
illam non reaſſumit, niſi cauſa cognita.*
14 *Limit. niſi notoriè conſtet illum rediſſe ad bonā frugem.*

Prodigus an ſuper ſuis bonis validè Cenſum imponat.

ARTICVLVS TERTIVS.

1 CIRCA hunc articulum. † An prodigus,
ideſt is, qui nec finē, nec tempus habet
expenſarum, ſed omnia ſua bona diſſi-
pando profundit, *l. 1. C. de curator. fu-
rioſ. Iaſ. in l. is cui bonis, num. 2. ff. de verb.
oblig.* at, poſſit ſuper ſuis bonis validè Cenſum impo-
nere, breuiter agendo, cenſeo eſſe negatiuè conclu-
2 dendum, videlicet, quod † prodigus licet ſit domi-
nus bonorum ſuorum, non poſſit tamen ſuper illis
cenſū imponere, immo quod ſi imponat, impoſitio
3 ſit ipſo iure nulla. Nā cum Cenſus impoſitio ſpēs ſit
alienationis, *Bal. in c. ad audientiā, el 2. nu. 9. de Reſcr.*
Tiraq.

Digitized by Google

Tiraq. de retractu Lignag. §. 1. Gloſ. 6. num. 6. & dixit
Rota in illa Romana inualiditatis Cēſus, 24. Maij, 1591.
coram b.m. Cardinali Pamphylio, quæ eſt poſt Tract. De-
ciſ. 27. num. 1. & coram b.m. Orano, in vna Leodienſi
Cenſus, 29. Ianuarij, 1596. quæ eſt ibidem deciſ. 36. nu. 1.
& in eadem cauſa coram b.m. Corduba, 15. Ianuarij,
1597. ibidem, deciſ. 37. num. 1. & coram Reuerendiſſimo
Sacrato, in vna Romana reſtitutionis dotis, 17. Martij,
4 1600. quæ eſt ibidem deciſ. 38. num. 2. & Cenſum † im-
ponere ſuper re à pari procedat cum ipſamet rei
alienatione, vt clarè dixit Rota coram b.m. Orano, in
vna Peruſina fideicommiſſi de Almericis, 8. Aprilis,
5 1587. quæ ibidem eſt deciſ. 39. num. 2. Sicut † eſt inua-
lidus quilibet cōtractus alienationis à prodigo ce-
lebratus, d.l. is cui bonis. & ibi notant communiter Scri
bentes, ita quoque nulla, & inualida cenſenda erit
6 Cenſus impoſitio, ita † vt nec etiam iuramento fir-
metur, Bald. in d.l. is cui, Crot. conſ. 5. num. 19. Gomez.
in loco infra citando, num. 32. Vincent. de Franch. deciſ.
672. num. 15.

7 Quod † tamen intelligendum eſſe cenſeo, poſt-
quam illi ratione ſuæ prodigalitatis fuit interdicta
adminiſtratio ſuorum bonorum, & propterea Cu-
rator ei datus, d.l. 1. C. de curat. furioſi, §. furioſi. In-
ſtit. de curat. Nam ſicut antequam illi interdicatur
rerum ſuarum adminiſtratio, & ei curator detur,
poteſt validè bona ſua alienare, d.l. is cui bonis, vbi
Ripa, pro communi, num. 37. ff. de verb. oblig. Anton.
Gomez. Var. Reſolut. tomo 2. cap. 14. num. 31. Vinc. de
8 Franch. d. deciſ. 672. num. 2. & 3. eodem † etiam mo-
do conſtitutio Cenſus à prodigo ſuper ſuis bonis fa-
cta, antequam illorum adminiſtratio ſit ei interdi-
cta, & curator datus, ſuſtineri, & pro legitimè facta
haberi debet, vt in terminis dixit Felician. de Solis, in
ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 2. cap. 2. num. 18.

An verò ſi ex tali Cenſus impoſitione ante inter-
dictam ſibi bonorum ſuorū adminiſtrationem pro-
digus læſus fuerit, iure poſſit prætendere in inte-
grum reſtitutionem, Doctor. non conueniunt: Nam
affirmatiuam opinionem amplectitur. Felician. d.
9 num. 18. qui pro ſe multos allegat, Negatiuam † ve-
rò ſentētiam tamquam veriorem & ſecuriorem ſe-
quitur Odd. in ſuo tract. de reſtitut. in integrum. par. 1.
quæſt. 11. art. 4. nu. 9. allegat Paul. de Caſtro, conſ. 248.
ſub nu. 5. verſ. vlterius dico, lib. 2. qui ea ratione mo-
10 uētur, quod † antequam prodigo ſit interdicta ad-
miniſtratio ſuorum bonorum, nō habetur loco mi-
noris, nec illi æquiparatur, niſi poſtquam fuit illi
interdictum ne bona ſua adminiſtret, l. certi condi-
11 ctio, §. quoniā, in fine, ff. ſi cert. pet. Ergo † priuilegium
reſtitutionis in integrū, quod minori competit, non
debet trahi ad prodigum, antequam per interdi-
ctionem adminiſtrationis incipiat gaudere priuile-
gio minorum, & illis æquiperetur, & cum hac opi-
nione tranſit etiam Gomez. d. cap. 14. num. 30.

12 Vt autem hoc obiter annectam, ſicut non † po-
teſt alicui tamquam prodigo auferri & interdici li-
bera bonorum ſuorum adminiſtratio, niſi median-
te Iudicis ſententia, & cauſæ cognitione fuerit talis
pronunciatus, & illi tamquam prodigo fuerit da-
tus Curator, vt volunt communiter Scribentes, in
d.l. is cui bonis, & comprobat Gomez. d. cap. 14. nu. 36.
& plures congerens de communi teſtatur Decian.
13 conſ. 2. num. 10. lib. 3. Eodem † etiam modo ad ef-
fectum vt ad ſuorum bonorum adminiſtrationem
reſtituatur, nō ſufficit quod reſipuerit, & ad bonam
frugalitatem redierit, ſed eſt neceſſaria Iudicis ſen-
tentia. Doctor. in d.l. is cui bonis, vbi Ripa, num. 41. &
Iaſ. num. 16. Bero. qui teſtatur de communi, conſ. 56.
num. 19. lib. 2. Niſi notoriè conſtet illum rediiſſe ad
bonam frugem, vel hoc probetur, vt declarant Iaſ.
& Ripa, in locis nunc allegatis. Decian. d. conſ. 2. nu. 15.
qui plures citat.

ARTICVLI QVARTI

SVMMARIA.

1 *Filiusfamilias habet peculia diuerſi generis.*
2 *Filiusfamilias poteſt validè Cenſum imponere ſuper bonis peculij ſui Caſtrenſis, vel quaſi Caſtrenſis.*
3 *Filiusfamilias in peculio Caſtrenſi, vel quaſi, habetur pro patrefamilias.*
4 *Filiusfamilias, non poteſt validè Cenſum imponere ſuper ſuis bonis profectitijs.*
5 *Pater habet vſumfructum ſuper peculio aduentitio ſui filij.*
Limit. in certis caſibus, num. 7. remiſſiuè.
6 *Filiusfamilias, non poteſt in præiudicium patris Cenſum imponere ſuper aduentitijs, quorum vſusfructus ad patrem ſpectat.*
8 *Filiusfamilias, poteſt ad ſui libitum diſponere de aduentitijs, quorum vſusfructus ad patrem nō pertinet.*
9 *Filiusfamilias, poteſt validè Cenſum imponere ſuper aduentitijs, quorum vſusfructus non ſpectat ad patrem.*
10 *Filiusfamilias obligatur ex quocunque contractu ſine patris conſenſu.*

Filiusfamilias an ſuper ſuis bonis validè Cenſum imponat.

ARTICVLVS QVARTVS.

REVOCATVR in dubium in hoc quar-
to Articulo an filiusfamilias maior vi-
ginti quinque annis poſſit ſuper ſuis
bonis validè Cenſum cōſtituere, & im-
1 ponere. Et cum filiifamilias habeant peculia di-
uerſi generis, l. cum oportet, C. de bon. quæ liber. §. igi-
tur. Inſtit. per quas perſon. nob. acquirit. ideo ex mente
Feliciani de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1.
lib. 2. cap. 2. num. 21. plures ſunt in hoc articulo fa-
ciendæ & conſtituendæ concluſiones.

2 Prima ſit: Quod † filiusfamilias in iis bonis, quæ
poſſidet Iure peculij Caſtrēſis, vel quaſi, poteſt Cen
ſum imponere, & conſtituere, non ſecus ac poſſit
quilibet alius dominus ſuper ſuis bonis propriis, &
ita firmat Felician. d. num. 21. & facit vrgens, & for-
tis ratio, quam conſiderat Ludouicus de Auend. in
ſuo tract. de Cenſib. Hiſpan. cap. 80. num. 7. & 8. Quia
3 † filiusfamilias quo ad peculium Caſtrēſe, vel quaſi
Caſtrenſe, habetur loco patrisfamilias, l. 2. ff. ad Ma-
cedon. l. 2. & 3. C. de Caſtren. pecul. l. fin. C. de inoff. te-
ſtam. Roland. à Valle, conſ. 45. num. 8. lib. 3.

Secunda ſit concluſio: Filiusfamilias in iis bonis
quæ habet iure peculij profectitij, cum pleno Iure
ad patrem ſpectent, d.l. cum oportet, C. de bon. quæ li-

Digitized by Google

ber. & *d.§.igitur. Inſt. per quas perſon.nob. acquiritur*
non poteſt Cenſum imponere & cõſtituere ad præ-
iudiciũ patris, ſed benè ad ſuimet ipſius damnum,
vt de imponente Cenſum ſuper re aliena abſque
conſenſu domini diximus *ſupra hac eadem quaeſt.1.*
art... & concludit *Felician. d.num.21.*
5 Tertia eſt concluſio quod † filiusfamilias ſuper
bonis peculij aduentitij, cuius vſusfructus ad pa-
trem ſpectat, de quo habetur in *d.l.cum oportet, &*
in l.1. & ſeqq. C.eod.tit.in l.1. C.de bon.matern. & in
d.§.igitur. Inſtit. per quas perſon. nob.acquir. non po-
teſt ad præiudicium patris Cenſum imponere, cum
nec etiam poſſit bona illa in patris præiudicium
alienare, *d.l.cum oportet, §.filius autem, C.de bon.ma-*
tern. cum à pari procedant rei alienatio & Cenſus
6 ſuper eã † impoſitio, vt diximus *in præcedenti art.*
num.4. Et in terminis huius ſecundæ concluſionis
puto intelligendum eſſe *Aneud.* dum *in d.cap.80.*
nu.6. ſimpliciter & indiſtinctè cõcludit, quòd filiuſ-
familias ſuper ſuo peculio aduentitio non poſſit Cen-
ſum imponere, vt ſcilicet, loquatur de illo peculio
aduentitio, cuius vſusfructus ad patrem pertinet,
& ad patris præiudicium, cum ad ſuimet præiudi-
cium huiuſmodi Cẽſus impoſitionem validam cre-
dam, iuxta ea quæ ſupra *hac ead.quaeſt.art.1.nu.12.*
diximus de impoſitione Cenſus facta ab eo, qui rei
ſubiugatæ nudam habet proprietatem.
7 Quarta ſit concluſio quod † filiusfamilias in iis
bonis aduentitiis, quorum pater non habet vſum-
fructum, vt contingit in caſibus expreſſis in *Auth.*
excipitur, & ibi Gloſ.& Scribentes not. C.de bonis quæ
8 *liber.* & circa † quæ habet liberã diſponendi facul-
tatem, *Auth.vt lice. matri & auiæ. in princ. l.fin. §.*
filijs, Auth. de bon. quæ liber. Aimo Cravet. conſ.84.
num.9. vbi teſtatur *de communi, & conſ.92. num.1.*
lib.1. Didac. Covar. ad Rubr. ext. de Teſtam. par.3 nu.9.
ad fin. Cephal. conſ.55. num.14. lib.1. Iul.Clar. in ſua
Pract. §.donatio, quaeſt.6. nu.2. verſ. aut quaeris. Aſcan.
Clementin. in ſuo Tract. Patr.poteſt. par.6. effectu 10.
9 *num.11.* Poteſt † tamquam verus dominus Cenſum
imponere, & collocare, per ea quæ dicta ſunt ſupra
hac ead.quaeſt.art.1. & concludit *Felician. d.num.21.*
Cum enim filiusfamilias de Iure communi poſſit
10 regulariter ex quocumque contractu obligari, *l.fi-*
liusfamilias, la ſeconda, ff. de action. & obligat. Gomez.
Var. Reſolut. tomo 2.cap.15. num.11. Cephal. conſ.344.
num.8. & 9. lib.2. non mirum ſi poſſit etiam obli-
gari ex contractu Cenſus.

ARTICVLI QVINTI

SVMMARIA.

1 *Cenſum ſuper re imponere poteſt illius dominus, licet habeat dominium aliquo modo reſolubile.*
2 *Venditio cum pacto redimendi eſt vera, & perfecta.*
3 *Emens cum pacto de retrouendendo, pendente termino facit fructus ſuos.*
4 *Emens cum pacto de retrouendendo, poteſt pendente termino ſuper eu Cenſum imponere.*
5 *Res vendita cum pacto, facta redemptione redit libera ad redimentem.*
6 *Maritus poteſt Cenſum imponere ſuper fundo ſibi in dotẽ dato æſtimato ea æſtimatione, quæ faciat emptionem.*
7 *Fundus datus marito æſtimatus ea æſtimatione, quæ faciat emptionem, efficitur mariti.*
8 *Et ſtat periculo illius.*
9 *Maritus, qui recepit in dotem prædium æſtimatum eu æſtimatione, quæ faciat emptionem, eueniente caſu reſtitutionis dotis, tenetur reſtituere pecunias, non prædium.*
10 *Maritus non poteſt Cenſum imponere ſuper fundo ſibi dato inæſtimato, pro fundo dotali.*
Intellige de impoſitione Cenſus, qui præiudicet vxori, ſecus in ſuimet præiudicium, num.15.
11 *Maritus efficitur dominus prædij ſibi pro fundo dotali, abſque æſtimatione tradito.*
12 *Tale tamen dominium reſoluitur, ſoluto matrimonio.*
13 *Maritus non poteſt alienare prædium, ſibi in dotem traditum pro fundo dotali, abſque æſtimatione.*
14 *Sed verè remanet in dominio vxoris.*

Emens rem cum pacto, & maritus an poſſint Cenſum ſuper bonis creare.

ARTICVLVS QVINTVS.

DVBITATVR in hoc quinto articulo,
an is qui eſt quidem dominus rei, ſed
illius dominium eſt aliquo caſu reſo-
lubile, validè poſſit ſuper ea Cenſum
1 imponere, & creare. In qua † difficul-
tate *ſupra hac eadem q.art.1. in fine*, cum opinione
affirmatiua tranſiuimus, authoritate *Garz. Maſtrilli*
Deciſ. Regni Sicil. 150. num.1. & ſeqq. lib.1. ea potiſ-
ſimum ratione, quod ſatis ſit, quod is qui Cenſum
imponere vult ſit dominus rei ſubiugandę de tem-
pore ſubiugationis. Ex qua concluſione eſt in hoc
articulo inferendum.
Primò ad eum qui emit fundum cum pacto de
2 retrouendendo. Is † enim pendente termino ad
redimendum conceſſo, eſt verè dominus, & hu-
iuſmodi venditio eſt vera, & perfecta venditio. *Ti-*
raq. de Retractu convent. §.2. Gl.1. num.73. verſ. hic au-
tem continuo, & num.74. Iacob. Nouell. in ſuo Tract. de
Iure Protomiſ. §.1. num.142. Corbol. de iure Emphy-
teut. cauſa 14. ob rei alienat. Ampliat. 27. num.3. &
3 † emptor dicto termino durante facit fructus ſuos.
Bero. in c.ad noſtram, num.18. verſ. & in hoc caſu, ext. de
empt. & vẽdit. & poſt multos *Bapt. Aimo, in ſuo tract.*
de alluuion. lib.2. c.10. num.10. Vnde non videtur du-
4 bitandum quin † poſſit ſuper prædio cum dicto pa-
cto acquiſito conſtituere Cenſum validum, & per-
petuum inſpecto tempore impoſitionis, ſed ab euen-
tu temporalem, videlicet, quatenus venditor præ-
dij, vtendo pacto, & facultate ſibi ad redimendum
5 conceſſa, fundum redimat, nam † per huiuſmodi re-
demptionem fundus ille redit ad redimẽtem liber,
& immunis ab omni onere per emptorem durante
termino ad redimendum conceſſo ſuper illo impo-
ſito, *l.3. §.idẽ Marcellus, ff. ut in diem adiect. l.in diem,*
ff. de aqua pluui. arcen. per quæ iura, *Bart. in d.l.in diẽ,*
num.2. quem referunt, & ſequuntur *Fabian. de Monte*
in ſuo tract. de emptione, & vendit. in 4. q.7. q.princip.
ſub num.7. verſ. quarto quaer. Tiraq. vbi ſupra §.3. Gloſ.
1.num.10. & alij paſſim. Secundò infertur ad ma-
ritũ, de quo quæritur an ſuper prædio ſibi pro fun-
do dotali tradito, & conſignato poſſit Cenſum va-

lidè

lide conſtituere, & imponere. In qua dubitatione
duas Concluſiones firmandas eſſe exiſtimaui, vnam
affirmatiuam, negatiuam alteram.
6 Concluſio affirmatiua ſit: Quod † maritus ſuper
fundo, qui fuit ſibi pro dote datus, & conſignatus
æſtimatus, tali æſtimatione, quæ faciat emptionem
poteſt tamquam ſuper re propria Cenſum perpe-
tuo duraturum fundare & collocare. Quæ conclu-
7 ſio videtur optimè comprobari, quia † talis fundus
ita æſtimatus marito datus, fit proprius mariti. *Ro-
lan.à Valle, conſ.64.num.5.lib.4. Bero.conſ.204.nu.15.
lib.1.& conſ.63.num.5.lib.3. Natta, conſ.650.num.3.
lib.4. Tob. Noni.conſ.52.num.5. Hond.conſ.14.num.43.
& conſ.41. num.4. lib.1. & conſ.23. num.13. lib.2.* &
8 † ſtat periculo mariti, *l.eum dotem, C.de iure dot.* &
maritus eueniente caſu reſtituẽdæ dotis tenetur ad
reſtitutionem pecuniæ, *l.quoties, C.eod.* & propterea
ſicut per has rationes poteſt ſuper dicto fundo ſer-
uitutem conſtituere, vt tradit *Bartholom. Veronenſ.in
ſuo tract.de ſeruit.vrban. prædior. cap.14. num.10.* ita
poterit Cenſum imponere, cum Cenſus ſit ſpecies
quædam ſeruitutis, vt dicemus *infra hoc 2. cap. q. 3.
art.1.* Et quilibet dominus poſſit ſuper re propria
Cenſum imponere, vt diximus *ſupra hac ead. quæſt.
articulo 1.*
10 Concluſio negatiua eſt: † Quod maritus non po-
teſt Cenſum perpetuum, & perpetuo duraturũ con-
ſtituere ſuper prædio, quod ſibi datum fuit pro do-
te, inæſtimatum, vel æſtimatum ea æſtimatione, quę
emptionem non facit, ita concludunt *Foller. in ſua
Tract. Cenſ.in verbo, huiuſmodi, num.22. Gugl. Redoan.
de reb.eccleſ.non alien.in tit.de Conſt.ann.Cenſ. num.20.
Boccacc.in ſuo tract.de Cenſib.par.2.num.77. Felician.de
Solis, in ſuis Comment. de Cenſib.tomo 1.lib.2.c.3. num.
13.verſ.ſin vero res, 10. Azor.in Inſtit.Moral.par.3. lib.
10.cap.7. quæſt.6.* Et poſt hæc ſcripta viſi, *Martinus
Bonaccin.de contract.diſput.3.q.4.puncto vnico, nu.10.
Auendan.de Cenſib.Hiſpan. cap.79. num.7.* qui tamen
eo loco debet intelligi de fundo dato in dotem æſti-
mato, ſed ea æſtimatione, quę non faciat emptionẽ;
prout ſeipſum declarat *ſup.num.5.* & rurſus, *n.m.9.*
vbi loquitur de fundo dato in dotem inæſtimato.
Cuius quidem cõcluſionis ea poteſt eſſe ratio, quia
11 licet eo caſu † maritus efficiatur dominus dicti præ-
dij, *l.dote.C.de rei vendicat. Inſtit.de his, quib. alien. li-
cet. vel non, in princ.* & volunt magis communiter
Scribentes, teſte *Alex.in l.paterfamilias, num.6.ff.ad
12 leg. Falcid.* Quia † tamen dominium illius non eſt
perpetuum, ſed reſolubile, & duraturum dumtaxat
donec matrimonium conſtiterit, vt tradit *Gloſ. in d.
princ. Inſti.de his, quib.alien.lic. vel non, in verbo, ipſius,
13 in fine.* Et propterea † maritus non habet faculta-
tem interim illud alienandi, *l.1.ff.de fundo dot. l.1.
C.eod. Fabian.de Monte, d.tract.de empt.& vendit. q.3,
14 c.21.& q.8.num.15.& ſeq.* Cum † re vera tale præ-
dium remaneat in dominio vxoris, *l.in rebus, C.de iu-
re dot.*

Vnde non mirum ſi ſuper eo maritus non poteſt
Cenſum imponere, quod tamen non eſt ita ſimpli-
citer, & indiſtinctè accipiendum, ſed iuxta ea, quæ
diximus *ſupra hac ead.quæſt.art.1.* de eo, qui imponit
Cenſum ſuper re aliena inſcio domino.

ARTICVLI SEXTI

SVMMARIA.

1 *Hæres grauatus poteſt Cenſum imponere ſuper re ſubie-
cta reſtitutioni, non tamen expreſſè alienari prohibita.*
*Non tamen duraturum perpetuo, ſed tantum viuente
hærede, ibid.*
2 *Hæres grauatus non poteſt rem ſubiectam fideicom-
miſſo alienare.*
3 *Valet tamen alienatio, ſed reuocatur purificato fidei-
commiſſo.*
4 *Cenſus impoſitus ſuper re ſubiecta fideicommiſſo, reſol-
uitur purificato fideicommiſſo.*
5 *Cenſus impoſitus ſuper re expreſſè alienari prohibita, eſt
ipſo iure nullus ab initio.*
*Ampl.1. etiam ſi prohibitio ſit facta in contractu in-
ter viuos, num.7.*
*Ampl.2. vt imponens Cenſum ſuper re prohibita alie-
nari, incidat in pœnas impoſitas in caſu alienationis,
num.8.*
Limit.1. ſi prohibitio nõ ſit realis, ſed perſonalis, nu.17.
Limit.2. ſi impoſitio fiat ex cauſa neceſſaria, num.19.
Limit.3. quando prohibitio fuit nuda à cauſa, num.24.
*Limit.4. ſi Cenſus non imponatur ſuper proprietate bo-
norum, ſed ſuper illorum fructibus, num.27.*
*Limit.5. ſi Cenſus imponatur cauſa dotis conſtituendæ,
num.31.*
Limit.6. ſi impoſitio ſit nulla ex aliqua alia cauſa, n.34.
*Limit.7. conſentiente eo, qui eſt vocatus in caſu aliena-
tionis, num.35.*
*Limit.8. ſi imponatur ſuper melioramentis factis in re
alienari prohibita, num.36.*
*Limit.9. ſi tota res ſuper qua Cenſus imponitur non ſit
alienari prohibita, num.38.*
*Limit.10. ſi imponens Cenſum doloſè aſſerat fundum
illum eſſe liberum, & fideicommiſſo non ſubiectum,
num.39.*
*Intellige primo vt dominus Cenſus exiſtens in quaſi
poſſeſſione exigendi Cenſum, ſit manutenendus donec
fideicommiſſarius doceat de iure ſuo, num.40.*
*Intellige 2. vt dicto caſu impoſitor Cenſus teneatur ad
intereſſe, num.41.*
*Intellige 3. vt talis impoſitio præiudicet imponenti, li-
cet non noceat fideicommiſſario, num.44.*
6 *Alienatio rei expreſsè alienari prohibitæ, eſt ipſo iure
nulla ab initio.*
8 *Imponens Cenſum ſuper re expreſsè alienari prohibita,
incurrit pœnam caducitatis impoſitam ob alienatio-
nem.*
9 *Etiam quod poſtea Cenſum redimat ſecundum aliquos,
ſed de veritate infra vſque ad num.15.*
12 *Alienatio rei prohibitæ, per quam non læditur mens te-
ſtatoris, eſt valida.*
13 *Prohibitio alienationis facta in contractu inter viuos,
eſt potentior quam facta in vltima voluntate.*
14 *Prohibitio alienationis facta à teſtatore, debet intelligi
de alienatione libera, non de redimibili.*
16 *Imponens Cenſum ſuper re prohibita alienari, non in-
currit pœnas impoſitas contra alienantem, ſi impoſitio
ſit nulla ex aliqua alia cauſa.*
18 *Prohibitio alienationis facta vni perſonæ, non extendi-
tur ad aliam.*
19 *Impoſitio Cenſus facta ſuper re prohibita alienari, non
eſt*

eſt nulla, ſi fiat ex cauſa neceſſaria.
Puta cauſa reſtaurandi bona hareditaria, ibid.
30 *Vel pro ſoluendo are alieno teſtatoris.*
Intellige in ſubſidium, ſi non extent bona libera, nu.22.
21 *Neceſſitatis cauſa non includitur in prohibitione alienationis.*
23 *Aſſerenti in hareditate non adeſſe bona libera, & alienari non prohibita, incumbit onus id probandi.*
25 *Praceptum teſtatoris de non alienando nudum ab omni cauſa, poteſt impunè ſperni.*
26 *Hareditas per aditionem cenſetur acceptata ſecundum ſuam naturam, & prout iacet.*
27 *Cenſus validè poteſt imponi ſuper fructibus rei expreſsè alienari prohibita.*
28 *Dũmodo exprimatur, quod imponitur ſuper fructibus.*
29 *Dummodo talis impoſitio non ſit perpetua.*
30 *Alienatio fructuum perpetua aquipollet alienationi proprietatis.*
31 *Cenſus poteſt validè imponi ſuper re alienari probibita, vt conſtituatur dos.*
32 *Amplia 1. in omni caſu in quo bona poſſunt alienari cauſa conſtituenda, vel reſtituenda dotis, vel donationis propter nuptias.*
33 *Amplia 2. non ſolum pro ſecuritate dotis, ſed etiam pro ſolutione fructuum Cenſus.*
36 *Conſenſus fideicommiſſarij in conſtitutione Cenſus aquè prodeſt tacitus, ac expreſſus.*
41 *Imponens Cenſum ſuper re expreſsè alienari probibita, tenetur emptori Cenſus ad intereſſe.*
2 *Non ſolum quando expreſsè ſe ad dictam refectionem*
4 *obligauit.*
43 *Sed etiam quando dicta refectio non fuit expreſsè promiſſa.*
45 *Intereſſe autem hoc caſu liquidatur ex inſtrumento impoſitionis Cenſus.*
46 *Et incipit deberi domino Cenſus tantum à die, quo ceſſatum fuit à ſolutione Cenſus.*

Hæres an poſſit Cenſum imponere ſuper re reſtitutioni ſubiecta.

ARTICVLVS SEXTVS.

QVAERVNT Doctores, an hæres grauatus fideicommiſſo poſſit validè Cenſum imponere ſuper rebus reſtitutioni ſubiectis.

Pro cuius difficultatis reſolutione, duas eſſe conſtituendas Inſpectiones principales operæpretium eſſe cenſui.

Prima erit reſpectu hæredis, qui fuit ſimpliciter grauatus de reſtituendo.

Altera reſpectu hæredis, qui non ſolum fuit grauatus fideicommiſſo, ſed etiam expreſsè prohibitus alienari fundum ſuper quo prętendit Cenſum creare, & conſtituere.

In prima inſpectione facienda eſt Concluſio af-
1 firmatiua, vt † poſſit quidem Cenſum imponere ſuper re, quam fuit grauatus reſtituere, non tamen perpetuo duraturum, ſed tantum durante vita ipſius hæredis imponentis, & ita in puncto concludũt *Foller. in ſua Tract. Cenſua. in verbo, huiuſmodi, nu.23. Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art.29. num.55. Boccacc. in ſimili tract. par.2. num.78. Garz. Maſtrill. in Deciſ. Regni Sicil. deciſ.150. num.4. par.2. Felician. de Solis, in ſuis Cõment. de Cenſ. tomo 1. lib.2. c.3. nu.15. Feder. Mart. in ſuo tract. de iure Cẽſu. c.4. n.91.* & poſt hæc ſcripta viſi, *Nicol. Intrigl. ſuper Bulla, de Cenſib. q.29. num.1. Ludouic. de Auend.* loquens de bonis maioratui ſuppoſitis, non tamen expreſsè alienari prohibitis, in *ſuo tract. de Cenſib. Hiſpan. cap.62. num.6.* Et placuit *Rotæ, in vna Romana Cenſus, 17. Martij, 1600. coram b. m. Iuſto quæ eſt poſt Tract. deciſ.40. num.8. &*
2 *ſeq.* Cuius concluſionis ea affertur ratio, quia † licet hæres grauatus non poſſit rem fideicommiſſo grauatam alienare, vt tradunt communiter Scribentes, in *l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de leg.1. in Auth.*
3 *Res quæ, C. commun. de legat. & alibi paſſim,* ſi † tamen res ipſa nõ ſit expreſsè alienari prohibita, valet quidem alienatio, ſed res alienata poteſt poſt mortem hæredis grauati, vel aliter purificato fideicommiſſo per honoratum auocari, & alienatio reſcindi, *l. fin. §. ſin autem ſub conditione, C. eod. tit. Commun. de legat. Paulo de Caſtro, conſ.94. num.1. lib.2. Corn. conſ. 234. num.3. lib.3. Guido Papæ, deciſ.611. nu.1. & ſeqq. Tiraq. de legib. connubial. Gloſ.7. num.57. Mich. Craſſ. in ſuo tract. de ſucceſſion. §. fideicommiſſum. q.56. nu.3. Petro à Petra, de fideicom. & prohibit. alienat. q.3. n.2. Peregr. de fideicom. art.40. n.7.* & propterea reſoluto iure hæredis imponentis Cenſum per purificationẽ fideicommiſſi reſoluitur etiam Cenſus & ius domini illius, & voluit *Intrigliolus, d. q.29. nu.2.* & comprobatur per regulam, *l. vectigali, & ibi Bart. Salic. & alij, ff. de pignor. l. ſi ex duobus, §. fin. ff. de in diem addict.* vt per dictam rationem dixit *Rota in illa Viterbienſi Cenſus, 6. Aprilis, 1590. corã b. m. Cardinali Plato, quæ eſt in fine operis, deciſ.15. num.10. & in vna Romana fideicommiſſo de remedijs, 7. Maij, 1604. coram b. m. Litta, quæ eſt ibidem, Deciſ.41. num.4.* & repetiit *coram eodem, in eadem cauſa, 17. Decembris eiuſdem anni, vt ibidem Deciſ.41. num.1.*

In ſecũda inſpectione licet *Here. Mareſcot. Var. reſolut. lib.2. c.61. num.1. & ſeqq.* conetur per plures rationes deducere impoſitionem Cenſus factam ſuper re expreſsè alienari prohibita, eſſe ab initio va-
5 lidam. Magis † tamen communiter concludunt Scribentes, quod hæres imponendo Cenſum nihil agat, ſed quod huiuſmodi impoſitio ſit ab ipſo initio nulla, vt in terminis dicit *Foller. in d. verbo, huiuſmodi, num.41.* quem refert *Boccacc. d. par.2. num.82.* eandem opinionem amplectitur *Bon. d. tract. de Cenſib. art.30. num.56. Stephan. Gratian. diſceptat. Forenſ. tomo 1. diſceptat.23. num.25. verſ. idem eſt in reb. Felician. in dictis ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib.2. c. 4. num.4.* Et cum iſta opinione tranſit *Auend. d. cap. 62. nu.7.* & fuit ſæpius reſolutũ *in Rota,* & ſignanter *in vna Romana domus de Alexijs, coram b. m. Contucio, 1. Februarij, 1580. quæ eſt in fine Tract. deciſ.43. nu.5. in vna Romana Cenſus Saluiani interdicti, & intereſſe, coram eodem, 18. Februarij, 1585. quæ ibidem eſt deciſ. 44. num.5. & in eadem cauſa coram eod. 29. Martij eiuſdem anni, quæ eſt ibidem, deciſ 45. num.1. & 2. In vna Bononienſi Cenſus coram b. m. Penia, 20. Martij, 1600. quæ ibidem eſt Deciſ.46. num.1. & coram b. m. Cardinali Seraph. pluries,* & ſignanter *deciſ.321. num.1. & 2. deciſ. 757. num.2. & ſeq. & deciſ. 785. & in deciſ. 787. par.1. & alids ſæpè.*

Quæ concluſio comprobatur concludenti ratio-

ne quia prohibitus alienare cenſetur etiam prohibitus Cenſum imponere, vt dixit *Rota in illa Rom. Cenſus, ſeu fideicommiſſi, de Scalabrinis, 22, Maij, 1615. coram b.m. Martino Andrea*, quæ eſt poſt Tractatum,
6 *deciſ. 309, num. 3.* Et propterea † ſicut expreſſa teſtatoris prohibitio alienationis reddit ipſo Iure nullam ab initio alienationem, impedit tranſlationem dominij, & repellit alienantem tamquam indignum à reuocatione rei alienatæ, *Gloſ. 2.* communitet approbata *in l. cum pater, §. libertis, & ibi Doctor.* & præſertim *Paul, de Caſtro, num. 4. ff. de leg. 2. idem Caſtr. in l. peto, §. fratre, num. 2. circa med. ff. eod. Doctor. in d. l. filiusfam. §. diui, ff. de leg. 1. vbi Bart. num. 6. verſ. certe, Paul. de Caſtro, nu. 7. verſ. interdum, Claud. de Seiſell. num. 12. Iaſ. in 1. lect. num. 66.* vbi teſtatur hanc eſſe magis communem, *& in 2. lect. num. 100. Ripa, num. 47. Crot. num. 32. Fernand. Loaz. num. 114. Ruin. conſ. 43. num. 13. lib. 5.* & alij plures quos refert *Tiraq. in d. tract. de legib. connub. Gloſ. 7. nu. 57.* quibus addi poteſt *Craſſ. d. §. fideicommiſſum, quaſt. 56. num. 6. Rimin. iun. conſ. 20. num. 27. lib. 1. Mareſcottus Var. Reſol. lib. 2. c. 61. num. 4. Rota apud Farinac. deciſ. 318. num. 2. par. 1. Seraphin. deciſ. 321. nu. 12. Franciſc. Becc. conſ. 97. num. 6. lib. 1. Petrus à Petra d. q. 3. num. 2. & ſeqq. & q. 6. num. 30.* Etiamſi fiat ab ignorante ignoranti, *Alex. in l. quidam teſtamento, §. fin. ſub nu. 2. ff. ad Trebell. Socin. ſen. conſ. 49. nu. 13. & conſ. 75. num. 17. lib. 1. Corn. conſ. 294. num. 8. verſ. multo autem minus, lib. 3. Surdus conſ. 116. num. 18. lib. 1. & deciſ. 154. nu. 11. Peregr. de fideicom. art. 40. num. 39. verſ. Rurſus textum illum*, qui dicit ab hac opinione in conſulendo & iudicando non eſſe recedendum. Eodem etiam modo dicēdum eſt, quod ſit ab initio nulla ipſo Iure impoſitio Cenſus facta ſuper dicta re expreſsè alienari prohibita, cū Cenſus impoſitio ſit ſpecies alienationis, & à pari procedat, cum ipſa rei alienatione, vt dictum eſt *ſupra hac eadem quaſt. art. 3. num. 3. & ſeq.* Et hanc Concluſionem adeo veram eſſe exiſtimo, vt nefas eſſe credam de illius veritate amplius dubitari, debet tamen nonnullis modis ampliari, limitari, & declarari. Et quidem

7 Ampliatur primò, etiam † ſi prohibitio alienationis non eſſet facta à teſtatore in teſtamento, ſed conuenta inter contrahentes ex pacto in contractu inter viuos, vt fuit reſolutum in *Rota, in vna Romana Cenſus, coram b.m. Fabio, qua eſt poſt Tract. Deciſ. 47. num. 1.*

Ampliatur ſecundò, vt non ſolum ſit nulla impo-
8 ſitio Cenſus, ſed † etiam imponens incurrat pœnas in caſu alienationis impoſitas, vt ſentit *Rota, in vna Romana Vinearū coram b.m. Rubeo, 4. Februarij, 1577. qua poſt Tract. eſt Deciſ. 48. num. 1. & in vna Peruſina hæreditatis de Almericis, 8. Aprilis, 1587. coram b.m. Orano, qua eſt ibid. deciſ. 39. num. 2.* & in aliis cauſis infra mox exprimendis.

Quem incurſum pęnarum, & maximè ſi ſit im-
9 poſita pęna caducitatis non † euitabit hæres, qui per impoſitionem Cenſus cōtrauenit præcepto teſtatoris, vel cōuentioni, ſi poſtea Cenſum redimat, & extinguat, vt viſa eſt ſentire *Rota in illa Romana Cenſus, coram b.m. Fabio, qua eſt poſt Tract. Deciſ. 47. num. 2. & ſeq.* ea ratione, quia ſtatim facta Cenſus impoſitione, & ſic ſequuta alienatione imponens cecidit à commodo contractus, adeò vt non poſſit ex redemptione id quod amiſit recuperare. Cæterum quia quo ad pœnæ euitationem pertinet, Rota diuerſo modo ſenſiſſe viſa eſt, ex quo in ſupra relata cauſa *Peruſina hæreditatis de Almericis, 26. Februarij, 1586. coram eodem b.m. Orano, qua eſt in calce Tractatus deciſ. 49. nu. 20.* ſimpliciter dicit, quod redemptio Cenſus liberat à pœna incurſa, ob illius impoſitionem ab hærede factam, ſuper re comprehenſa ſub prohibitione alienationis. Inueſtigandum eſſe duxi, quomodo hæc quaſi controuerſia componatur, & ſedetur. Et animaduerti quod eadem *Rota* in variis cauſis videtur circa hunc articulum duos conſideraſſe caſus. Primum quando vo-
10 catus † in pœnam alienationis egit pro illius conſequutione, antequam Cenſus fuerit redemptus, & hoc caſu non euitari pœnam iam incurſam & à vocato recognitam, & illi acquiſitam dixit eadem *Rota coram b.m. Cardinali Seraphino deciſ. 794. num. 11.*
11 *verſ. iſta exequutio, par. 1.* Secūdum quando † Cenſus fuit extinctus, & redemptus antequam ad pœnam actum fuerit, & hoc caſu euitari pœnam caducitatis ſenſiſſe videtur eadem *Rota coram eodem Cardinali Seraphino deciſ. 1290. num. 12. par. 2. & coram b.m. Cardinali Plato, in vna Viterbienſi Cenſus, 16. Februarij, 1590, qua eſt poſt Tract. Deciſ. 50. num. 2.* Quæ diſtinctio videtur quod poſſit ea ratione confirma-
12 ri, quoniam † in materia prohibitæ alienationis per teſtatorem debet potiſſimum inſpici mens, & voluntas teſtatoris, adeo quod ſi per alienationem non lędatur mens, & intentio teſtatoris illa valeat, quamuis facta fuerit contra verba expreſſa prohibentia alienationem, vt reſpondit *Angel. conſ. 169. col. 1. & 2.* quem communiter approbari teſtatur *Mandell. Alb. conſ. 97. num. 15.* vbi multos allegat, quod ſatis apte videtur poſſe applicari caſui noſtro, quia licet agamus de Cenſu impoſito ſuper re expreſsè alienari prohibita, & ſic per impoſitionem ſit incurſa pęna impoſita in caſu alienationis, quia tamen ſequuta Cenſus redemptione non videtur per dictam impoſitionem lædi mēs, & voluntas teſtatoris, immo videtur illi omnino, & cumulatè ſatisfieri, cum voluntas teſtatoris, quæ fuit vt bona alienari prohibita conſeruarētur pro fideicommiſſariis, & ad eos tranſeant, poſſit ſuum ſortiri effectum, meritò dicendum videtur, quod non obſtante incurſu pęnæ ſequuto per Cenſus impoſitionem, illa pęna euitetur per redemptionem, & extinctionem Cenſus, qua mediante efficitur vt per impoſitionem non fuerit læſa mens teſtatoris. Verum quia hæc ratio æquè militare videtur ſiue redemptio fiat antequam honoratus agat ad pœnam, & ius ſuum agnoſcat, ac quando redemptio fit poſtquam honoratus ius ſuum recognouit agendo ad conſequutionem pœnæ. Et vtroque caſu videtur etiam militare alia ratio, quam conſiderauit *Rota, in illa Romana Cenſus coram Fabio, qua eſt deciſ. 47. poſt Tract.* ſcilicet, quod ſtatim facta impoſitione Cenſus imponens cadat à commodo contractus, & honorato acquiſitum ſit ius ad pœnam, & per cōſequens non videntur quòd per redemptionem ſequutam poſſit illo iure priuari, & ſic ſupradicta diſtinctio non videatur tollere difficultatem.

Ideo pro conciliatione huius cōtrouerſiæ, ac to-

tius

Digitized by Google

tius materiæ enucleatione, exiſtimabam eſſe ani-
maduertendum, quod *Rota in illa Romana Cenſus co-*
ram Fabio loquitur quidem in expreſſa prohibitio-
ne alienationis, non tamen facta in vltima volun-
tate à teſtatore, ſed facta inter ipſos contrahentes
33 in contractu inter viuos, in qua † attenditur ſolum
factum & ſola contrauentio, ad effectum, vt pœna
cõuenta dici poſſit incurſa, *l.ſi quis maior, C.de tran-*
ſact. In illa autem cauſa *Perusina hæreditatis de Al-*
mericis, 26.Februarij. 1586. loquitur in prohibitio-
34 ne teſtatoris quæ debet † intelligi de alienatione
liberè, & ſimpliciter ab initio facta, nam cum per
eam menti & voluntati teſtatoris contrafiat, & in-
cidatur in pœnam, iuxta not. *in l.1. §.ſi rem depoſi-*
tam. ff.depoſit. & ſi alienans illam recuperet, dica-
tur eam habere ex noua cauſa, *l.ſi à me, ff.ad leg. Fal-*
cid. bene *Dec.conſ* 88 *n.3. ad med.* nõ mirum ſi Ius ꝑ
honorato ſtatim ſequuta alienatione acquiſitum
fuit, non poteſt per redemptionem illi auferri. *arg.*
l.ius noſtrum ff.de reg.iur. Bal.in c.1. num.2. in tit.quid
iuris ſit ſi poſt alienat. vaſalli feud. recuper. in verbo,
feudorum, refert *Dec.d.num.3.verſ.* & per hoc reſpon-
detur, & ſequitur *Cagnol.ad l.2. num.* 174. *C.de pact.*
inter emptor. & vendit. ſecus autem quando aliena-
tio non fuit ab initio ſimplex, & libera, ſed reſolu-
bilis & redimibilis ad nutum, & voluntatem alie-
nantis, nam eo caſu per redemptionem bona dice-
rentur redire ad eorum propriam naturam, & ſunt
apud alienantem in eadem cauſa, & cum eadem
natura & qualitate, prout erant antequam aliena-
rentur, & non iudicatur tamquam res de nouo ac-
quiſitæ, ſed tamquam illæmet, quæ apud eum fue-
rant, vt per *l.ſequitur, §.idem Labeo, ff.de vſucap.* con-
ſiderat *Bald.in d.cap.1. num.2. in fine,* & dicit *Dec.d.*
conſ.88.num.3.verſ. ex quo datur intelligi, & ſequi-
tur *Cagnol. d.num.* 174. Et hanc diſtinctionẽ in pun-
cto amplectitur *Rota in d.Peruſina hæreditatis de Al-*
mericis. 16.Februarij, 1586. dum concludit, quòd
per Cenſus redemptionem euitatur pœna impoſita
contra alienantem, quia licet Cenſus impoſitus à
pari procedat cũ rei alienatione, quia tamen Cen-
ſus eſt redimibilis ad nutum & voluntatem impo-
nentis, per redemptionem pœna euitatur, *vt ibi* di-
citur *num.*21. Quæ tamen diſtinctio non haberet
locum in alienatione facta contra prohibitionem
conuentionalem, & ex pacto, in qua conſideratur
ſolum factum, & per ſimplicem contrauentionem
quis cadit à commodo contractus, vt dicitur *in d.*
Romana Cenſus coram Fabio, quæ eſt poſt Tract. Deciſ.
15 47, *num.2. & ſeq.* Quod etiam videtur † recipien-
dum cum aliquo temperamento, nam licet hoc ve-
rum ſit in prohibitione alienationis conuenta in-
ter ſolos laicos, fallit tamen in cõuentione facta in-
ter Eccleſiam, & laicum. Nã ſi emphyteuta Eccle-
ſiæ imponat Cenſum ſuper re, quam ab Eccleſia re-
cognoſcit cum expreſſa prohibitione de non alie-
nando ſub pœna caducitatis, licet cadat à iure ſuo,
vt dicemus *infra lib. 2.cap, quæſt.* 2. *art.* 2. *num.* 14. at-
tamen ſi Cenſum illum redimat, cum perdictam re-
demptionem res ad priſtinam ſuam naturã redeat,
& Eccleſia nullum ſentiat damnum, de æquitate
pœnam caducitatis euitat; vt non obſcurè ſentit
Rota coram b. m. Cardinali Seraph. d. deciſ. 794. *num.*
13, *& ſeq. & num.* 15. *par.* 2. & conſiderauit *Stephan.*
Gratiani diſcept. Forenſ. tomo 1. *cap.*43. *num.*35. *&*
ſeq. & melius tomo 2. *cap.* 202. *num.*26. *& ſeq.* quæ
æquitas ceſſat in alienatione rei alienari prohibitæ
per laicos, qui tantam æquitatem ſeruare non te-
nentur, quantam Eccleſia, quæ debet eſſe cultrix
pietatis.
16 Quæ † tamen pœna non incurreretur, ſi impoſi-
tio Cenſus fuiſſet nulla ab initio aliqua alia ratio-
ne, quam ex eo quod fuerit facta ſuper re expreſſe
alienari prohibita, vt dicemus *infra num.*34. Limi-
tatur autem principalis concluſio facta in hac ſe-
cunda inſpectione multis modis, & quidem
17 Primò † ſi res ſuper qua fuit impoſitus Cenſus ſit
quidem expreſſe alienari prohibita, ſed alienatio
non ſit realis, ſed perſonalis, nam ſi Cenſus non im-
ponatur à perſona prohibita, ſed ab alia, talis im-
18 poſitio non erit nulla, cum † prohibitio facta vni
perſonæ non extendatur ad aliam. *Roman.conſ.*457.
num. 1. *Socin.ſen.conſ.*163.*num.*4. *lib.*4. *Dec.conſ.*377.
*num.*5. Realis autem prohibitio dicitur, quæ dirigi-
tur ad ipſa bona alienari prohibita, nõ autem quæ
dirigitur ad perſonam. *Curt.iun.conſ.*225.*num.*48 &
* ita in puncto declarat *Rota in cauſa Viterbienſi Cen-*
ſus, 27.Iunij, 1589.*coram b.m. Cardinali Plato, quæ eſt*
*in calce Tract. deciſ.*51. *num.*1. *& ſeqq.*
19 Limitatur ſecũdò, ſi † talis impoſitio Cẽſus fiat ex
cauſa neceſſaria, puta pro reſtauratione & repara-
tione bonorũ hæreditariorum. *Peregr.in ſuo tract.de*
20 *fideicom.art.*50.*nu.*8. vel pro ſoluendo † ære alieno
teſtatoris alienatione prohibẽtis, *l.filiusfamilias, §.*
diui. & ibi not. communiter *Interpretes, ff.de leg.*1.
maxime *Iaſ.in* 1.*lect.nu.*11. *&* 18. *& in* 2.*lect.nu.*14.
& 21. *Crot.num.*3. *Ferdinand.Loaz.nu.*71.*verſ.Sexto*
*nota, & melius, num.*83. *Socin.iun.num.*32. *Peregrin.d.*
*tract.art.*40.*num.*20. *Petr. à Petra d.ſuo tract.de fidei-*
*commiſſ. ex prohibit.alienat. quæſt.*8. *num.*315. & in
his propriis terminis dicit *Federic.Martin. in d. ſuo*
21 *tract.de iure Cenſu. cap.*4. *num.*95. Cauſæ † enim ne-
ceſſitatis non includuntur in prohibitione aliena-
tionis, *l.peto, §.prædium, ff.de leg.*2. & ita fuit con-
cluſum in *Rota coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio,*
* *in vna Romana fideicommiſſi de Iacobatijs, 14.Martij,*
1607. *quæ eſt impreſſa poſt Tract. Deciſ.*52. *per tot.*
22 Quod tamen intelligendum eſt, † vt procedat in
ſubſidium, deficientibus aliis bonis liberis, & reſti-
tutioni non ſubiectis, *l.pater filium,* 36. *in princ. verſ.*
*idem quæſijt. ff.de leg.*3. *Doctor. in d.§.diui, Socin.ſen.*
*conſ.*50. *num.*4. *ad med. verſ. quoniam adhuc, lib.*3. *So-*
*cin.iun.conſ.*28.*ſub nu.*3. *lib.* 2. *Peregr.d.art.*40.*nu.*22.
23 Aſſerenti † autem non adeſſe alia bona libera, in-
cumbit onus probandi, cum fideicommiſſarius ha-
beat ſuam intentionem fundatam in prohibitione,
& fideicommiſſo. *Natta conſ.*238. *num.*6. *verſ. & ſi*
*dicatur, lib.*2. *Gabr.conſ.*158.*ſub num.*7.*lib.*1. ſequitur
*Peregr. d.num.*22. vbi alios allegat.
24 Limitatur tertiò, quando prohibitio † alienatio-
nis fuit nuda ab omni cauſa, tam expreſſa, quam ta-
cita, nam talis prohibitio cum non ſit veſtita ali-
qua legitima cauſa, non habet vim præcepti, ſed
25 ſimplicis conſilij ipſius teſtatoris, quod † poteſt
abſque pœna ſperni ab hærede, *d.l.filiusfamilias, §.*
diui. & ibi cõmuniter *Doctor.ff.de leg.*1. *l.pater filium,*
36. *§.Iulius Agrippa, ff.de leg.*3. cum aliis apud *Petr.*
*à Petra, d.tract.quæſt.*1, *nu.*2, *cum multis ſeqq.* Ergo
hanc

Digitized by Google

hanc rationem poſſe licitè per hæredē imponi Cenſum ſuper re expreſſe alienari prohibita, quando prohibitio eſt nuda, dicebat Herc. d. Mareſcott. Var. Reſolut. lib. 1. cap. 72. nu. 5. vbi num. 6. ampliat etiam
26 ſi hæreditas fuerit adita, quia † per talem aditionem dicta prohibitio cēſetur acceptata ab hærede prout iacet, & ineſt, & ſecundum ſuam naturam, l. in cauſæ, ff. de procurat. latè Natta conſ. 87. num. 4. & ſeq. lib. 1.

27 Limitatur quartò, ſi Cenſus non imponatur ſuper ipſiſmet bonis alienari prohibitis, & illorū proprietate, ſed dumtaxat ſuper illorum fructibus & abſque hypotheca bonorū, ita limitat Foller. in d. ſua Tract. Cenſua. in verbo, huiuſmodi, n. 41. Aurel. Corbol. in ſuo tract. de iure emphyt. can. 14. ob alienat. Irrequiſit. domin. fact. ampliat. 49. nu. 1. & ſeqq. Felician. de Solis, in dd. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 2. lib. 2. cap. 4. num. 4. verſ. ſed antequam, & bene conferunt tradita per Bart. in l. Codicillis, §. inſtituto, num. 4. ff. de leg. 2. Benè faciunt ea quæ de Cenſu impoſito ſuper fructibus & commoditate illos percipiendi ex bonis ſubiectis Maioratui, & expreſsè alienari prohibitis, dicit Auend. d. cap. 62. num. 8. & cum hac limitatione tranſiuit Rota in illa Romana Vinearum de Maximis, 4. Februarij, 1577. coram b. m. Rubeo, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 48. num. 1. & conferunt ea quæ dicentur infra hoc 2. cap. quæſt. 2. art. 2. num. 10.

Hanc autem limitationem intelligēdam eſſe exi-
28 ſtimo vt ſit vera. Primò † dummodo Cenſus expreſsè conſtituatur, & imponatur ſuper ſolis fructibus.
29 Secundò, dummodo † talis conſtitutio Cenſus ſu-
30 per fructibus non ſit perpetua, tū † quia ſi eſſet perpetua æquipolleret alienationi proprietatis. Bart. in d. §. inſtituto, num. 4. plenè Corbol. d. ampliat. 49. nu. 3. tum quia talis impoſitio Cenſus videretur ſortiri potius naturam Cenſus perſonalis, quam realis, vt animaduertit Foller. d. verbo, huiuſmodi, num. 41. Boccacc. in d. ſuo tract. de Cenſib. par. 2. num. 82. & propterea non eſſet aliquo modo recipiendus, vt latè dicemus infra cap. 3. quæſt. 1. art. 6. per tot.

31 Limitatur quintò, ſi Cenſus † imponatur ex cauſa dotis conſtituendæ. Licet enim de hoc dubitaſſe
* videatur Rota in illa Romana Cenſus coram Fabio, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 47. ſub num. 5. Hanc tamen opinionem poſt longā diſcuſſionem firmat Steph. Gratian. diſcept. Forenſ. tomo 1. cap. 43. à num. 27. ad nu. 34. Peregr. d. tract. de fideicommiſſ. art. 42. nu. 96. Federic. Martin. in tract. de iure Cenſu. cap. 4. num. 94.

32 Quam † limitationem admittendam eſſe, & extendendam exiſtimarem ad quemlibet Cenſum, in quo bona alienari prohibita, poſſunt alienari cauſa conſtituendæ, vel reſtituendæ dotis, vel donationis propter nuptias, quos habere quilibet poteſt à Scribentibus in Auth. Res quæ, C. commun. de legat. cōgerit Peregr. d. art. 42. Petr. à Petra, d. tract. quæſt. 8. per tot. & ſignanter à num. 255. vſque ad fin. quæſt. Menoch. de Præſumpt. lib. 4. Præſumpt. 189. num. 5.

33 An autem ſuper re † expreſſe alienari prohibita imponi poſſit Cenſus pro cōſtituenda, vel reſtituenda dote, ita vt res quæ Cenſui ſubiicitur grauetur dumtaxat pro aſſecuratione dotis, reſpectu ſortis principalis; an etiam poſſit obligari pro fructibus d. Cenſus aduenientibus temporibus ſoluendis, dubitat Peregr. d. art. 42. num. 96. ſed quod etiam pro fructibus onerari poſſit videtur inclinare.

34 Limitatur ſextò, † ſi talis Cenſus impoſitio ſit nulla & inualida ob aliquam aliam rationem, quam ex eo, quod ſit facta, ſuper bonis expreſsè alienari prohibitis, puta ex eo quod fuerint adiecta aliqua pacta vſuraria, vel in eius conſtitutione, & venditione nō ſit ſeruata forma Bullæ Pij V. de Cenſib. nam ſtante hac nullitate, non poteſt ex ea reſultare caducitas, nec incurſus alicuius pœnæ. Alex. conſ. 99. nu. 27. lib. 5. Guid. Papæ deciſ. 590. Gabr. cōſ. 88. nu. 10. lib. 1. Cephal. conſ. 375. num. 79. lib. 3. Quorum aucto-
* ritate Rota in propriis terminis in illa Viterbienſi Cenſus, 16. Februarij, 1590. coram b. m. Cardinali Plato, quæ poſt Tract. eſt Deciſ. 50. num. 1.

35 Limitatur ſeptimò ſi ille, † ad cuius fauorē fuerit iniunctum fideicommiſſum, & fuit facta prohibitio alienationis, tali Cenſus impoſitioni conſentiret, nam ob talem conſenſum d. Cenſus impoſitio valida redderetur, ex traditis à Peregr. d. tract. art. 40. num. 82. & in puncto non obſcurè ſenſit Rota in illa Romana releuationis indemnitatis, 4. Februar. 1602.
* coram Illuſtriſſimo Cardinali Lanceloto, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 14. num. 4. & infra, & expreſsè firmauit in vna Romana Saluiani Interdicti, 13. Ianuarij, 1603. coram b. m. Litta, quæ ibidem eſt deciſ. 53. num. 6. & in vna Romana reſtitutionis fructuum corā R. P. D. Ottembergio, 23. Iunij, 1603. quæ eſt ibidem deciſ. 50. num. 1. Et bene faciunt ea, quæ diximus ſupra hac eadem quæſt. art. 1. de validitate Cenſus impoſiti ſuper re aliena cum conſenſu domini ipſius.

Et iſte quidem conſenſus eſt potens ad validan-
36 dum Cenſum non † ſolum quādo expreſsè accedit in ipſomet actu impoſitionis, & vēditionis Cenſus, ſed etiam quādo tacitè reſultat, & elicitur ex præſentia & patientia percipiendi fructus ex tali Cenſu ſuper re expreſſe alienari prohibitæ impoſito, ſi enim is qui in caſu alienationis dictæ rei, habita notitia de dicta impoſitione non reclamet, ſed taceat, & patiatur, vt dominus Cenſus fructus ex eo percipiat, iſte tacitus conſenſus operatur quod dicti fructus non computentur in ſortem, ſed domino Cenſus percipienti acquirantur, licet regulariter deberent imputari vt per diſcurſum deducit Steph. Gratian. diſceptat. Forenſ. d. cap. 43. num. 24. & ſeq.

37 Limitatur octauò, ſi † hæres prohibitus rem alienare, illam meliorauerit, quoniam poſſet ſuper dictis melioramentis Cenſum imponere abſque periculo nullitatis, & incurſus pœnæ; vt fuit de mente Rotæ in vna Romana Cenſus, 15. Ianuarij, 1607. coram b. m. Penia, quæ eſt in calce Tract. deciſ. 55. nu. 6. & benè conferunt ea quæ dicemus infra hoc eodem cap. 2. quæſt. 1. art. 1. num. 16.

38 Limitatur nonò, ſi † fundus ſuper quo Cenſus impoſitus fuerit, non eſſet totus comprehenſus in prohibitione alienationis, quoniam ratione partis non prohibitæ, ſuſtineretur Cenſus, vt latius dicemus infra hac eadem quæſt. art. ſeq. num. 17. & ſeq.

39 Limitatur decimò, ſi † impoſitor & vēditor Cenſus tempore impoſitionis, & venditionis doloſè & fraudulenter aſſeruiſſet prædium illud ſuper quo Cenſum impoſuit eſſe liberum, & alicui fideicommiſſo nō ſubiectum, tali enim caſu ne dolus & fraus illi patrocinetur, & ex ea cōmodum conſequatur, Cēſus eſſet validus, & ſolui deberet, vt auctoritate Tiraq.

Tiraq. de legib. Connub, Gloſ. 8. num. 135. cum ſeq. dixit *Rota in illa Romana Cenſus Saluiani Interdicti, & intereſſe, 29. Martij, 1585. coram b. m. Cantnecio, quæ eſt poſt Tract. Decis. 45. num. 5.* & bene facit alia reſolutio facta in *Rota in vna Romana Cenſus, 17. Aprilis, 1598. coram b. m. Penia, quæ eſt ibidem deciſ. 56. num. 4.*

Declaratur aũt generaliter ſupra firmata principalis concluſio duobus modis, & quidem Primò, quod licet Cenſus impoſitus ſuper re expreſsè alie-
40 nari prohibita, ſit ab initio ipſo Iure nulla, ſi † tamen illius dominus ſit in quaſi poſſeſſione illũ exigendi, non poterit purificato fideicommiſſo retardari ab hęredibus debitoris ſolutio Cenſus ſub prętextu dictę nullitatis, donec fideicommiſſarius concludenter docuerit de fideicommiſſo, & quantum ſe extendat: nam ad effectum excludendi Cenſum, & illum annullandi doceri oportet rem totam ſubiugatam cẽſui eſſe ſubiectam fideicommiſſo, & totam eſſe alienari prohibitã, & probare illius identitatem, vt in propriis terminis dicebat *Rota in vna Romana Cenſus de Carauaſchinis, 24. Nouembr. 1610. coram b. m. Penia, quæ eſt poſt Tract. deciſ. 57. num. 5.*

Secundò generaliter declaratur eadem principalis concluſio, quod licet impoſitio Cenſus facta ſuper re expreſſe alienari prohibita, ſit ipſo Iure
41 nulla. Attamen impoſitor † Cenſus non obſtante dicta nullitate tenetur emptori & domino Cenſus ad refectionem omnium damnorum, & intereſſe, etiam quod ignoraſſet prædium ſuper quo Cenſum conſtituit fuiſſe expreſſe alienari prohibitum, vt declarauit *Rota coram b. m. Cardinali Seraph. deciſ.*
42 *787. per tot. par. 1.* ſiue † ſe ad illorum refectionem in Inſtrumento venditionis Cenſus expreſſe obligauerit, vt dixit *ibi Rota nu, 1. & 2. & coram eodem, deciſ. 785. num. 7. par. 1. & coram b. m. Bubalo in vna Senogallienſi prædij, 24. Nouembris, 1586. quæ eſt poſt*
43 *Tract. deciſ. 58. num. 3. in fine,* ſiue † etiam huiuſmodi refectio non fuerit expreſſe promiſſa & ſtipulata, cum veniat ex legis diſpoſitione, l. Diuus, *ff. qui potiora in pignor. hab.* & tamquam acceſſorium prioris obligationis, vt dicit *Rota in d. Senogallienſi præd. num. 1. & 7.*

Et propterea licet impoſitio præfata ſit nulla, nõ poſſit afferre aliquod præiudicium fideicommiſſa-
44 riis, & vocatis in caſu alienationis, † eſt tamen valida in damnum, & præiudicium ipſiuſmet imponentis, vt dictum fuit per *Rotam coram b. m. Cardinali Seraph. deciſ. 757. num. 2. in fine, & infra, & nu. 7. in fine, & in illa Romana Cenſus de Turinis, 28. Aprilis, 1598. quæ eſt poſt Tract. deciſ. 13. num. 1. & in vna Romana ſocietatis, 9. Maij, 1588. corã b. m. Gypſio, quæ eſt ibidem, deciſ. 59. num. 12. & 13.* & admittitur *in vna Romana Cenſus ſcutorum decem, & octo millium, 9. Iunij, 1608. coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, quæ ibidem eſt deciſ. 66. num. 4. 9. Iunij, 1608.* Et ideo non mirum ſi tenetur ad intereſſe.

45 Hoc † autem caſu intereſſe diceretur liquidatum, & eſſet taxandum ad illam quantitatem, quæ pro Cenſu annuo ſoluendo conuenta fuit, & illius legitima, & concludens probatio, tam reſpectu quantitatis, quã reſpectu temporis haberetur ex ipſomet inſtrumento venditionis Cenſus, vt fuit reſolutum *coram b. m. Cardinali Seraph. deciſ. 372. num. 1. deciſ. 387. num. 6. deciſ. 935. nu. 4. par. 1. & deciſ. 1114. nu. 1. & 2. par. 2. & coram b. m. Bubalo in illa Senogallienſi prædij, 24. Nouembr. 1586. quæ eſt poſt Tract. deciſ. 58. ſub nu. 5. in vna Bononienſi Cenſus, 20. Februarij, 1604. coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, quæ ibidem eſt deciſ. 61. num. 8. & ſeq. in vna Ianuenſi Cenſus, 12. Februarij, 1607. coram R. P. D. Mãzanedo, quæ eſt ibidem, deciſ. 62. num. 4. & in eadem cauſa coram eod. 3. Aprilis, 1609. quæ ibidem eſt deciſ. 63. num. 2.* & ſæpè in aliis cauſis.

46 Iſtud † autem intereſſe in caſibus in quibus deberetur, non inciperet currere à die impoſitionis, & venditionis cenſus, nec à die euictionis, ſcilicet, quo fideicommiſſarius, vel ille, qui in caſu alienationis eſt vocatus incipit habere commoditatem, & vtilitatem ex dicta re, ſuper qua Cenſus impoſitus, & conſtitutus fuerat, ſed à die, quo ceſſatum fuit à ſolutione Cenſus, vt non obſcurè tenuit *Rota coram b. m. Cantnecio in illa Romana Cenſus Saluiani Interdicti, & intereſſe, 18. Februarij, 1587. quæ eſt poſt Tract. deciſ. 44. num. 4.*

ARTICVLI SEPTIMI

SVMMARIA.

1 *Res communis vendi poteſt.*
2 *Et hypothecari.*
3 *Res communis poteſt oneri Cenſus ſubiugari.*
4 *Dummodo ſubiugetur ſola pars imponentis.*
5 *Socius habens rem cum alio communem, non poteſt ſocij partem obligare.*
6 *Vendens rem, quam habet cum alio communem emptori ignoranti dictam communionẽ, totam cenſetur vendere, & num. 11.*
Secus ſi emptor habebat notitiam de dicta communione, quia cenſetur vendere ſolum ius ſuum, ibidem.
7 *Cenſum imponens ſuper re communi, cenſetur imponere dumtaxat ſuper parte ſua.*
Amplia etiam ſi imponens deſignet rem per confinia conuenientia toti rei, num. 9.
Amplia 2. etiam quod imponens aſſerat rem illam ad ſe ſpectare, num. 10.
Declar. Dummodo eius portio ſit capax totius Cenſus, num. 7.
8 *Voluntas agentis regulatur à poteſtate.*
12 *Vendens rem communem ignoranti, tenetur illum certiorare de dicta communione, aliàs ſibi imputet damnum quod inde ſentit.*
13 *In venditione Cenſus dominium rei cenſitæ, non tranſit in dominium emptoris Cenſus.*
14 *Emptor Cenſus acquirit dumtaxat ius exigendi annuam penſionem.*
15 *Ius exigendi Cenſum eſt quid diſtinctum à re ſubiugata Cenſui.*
16 *Subſtantia contractus Cenſualis conſiſtit, vt pars ſubiugantis ſit capax totius Cenſus, non quod totus fundus ſubiugatus ſit imponentis.*
17 *Hæres grauatus de reſtituendo poteſt Cenſum imponere ſuper re reſtituenda, quatenus capit legitima, vel Trebellianica per ipſum detrahenda.*
18 *Ampliatur ex Rota.*
19 *Alienata debent imputari in legitimam & Trebellianicam alienanti debitam.*
20 *Venditio reſoluitur per pretij reſtitutionem.*

21 Por-

21 *Portio rei reſtituendæ quatenus capit legitima & Tre-*
bellianica per hæredem detrahenda, præſumitur capax
totius Cenſus, per ipſum ſuperimpoſiti.

Cenſus ſuper re communi impoſitus an valeat, & pro qua parte.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

PRo reſolutione præſentis articuli fa-
cienda eſt concluſio affirmatiua, quam
pluribus confirmat *Felician. de Solis, in*
Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 2. cap. 3.
num. 21. per tot. & ſequitur *Anend. de Cenſib. Hiſpan. c.*
1 74. *num. 2. & ſeq.* & comprobatur, † quia ſicut res
communis vendi poteſt, *l. falſo, C. de commun. rer. alie-*
2 *nat.* & hypothecari, † *l. ſed, et quo, §. 1. ff. de pign. l. vni-*
3 *ca, C. ſi commun. res pignor. data fuer.* ita etiam † pote-
rit ſuper ea Cenſum ponere, vt per *l. 1. & ibi Doct. C.*
communi diuid. & d. l. Falſo, C. de rer. commun. alien. di-
cit *Rebuf. ad l. rectè dicimus, 25. §. Quintus Mutius, ver*
ſic. octauo, ff. de verb. ſignific. & deducit *Felic. d. nu. 21.*

Quam tamen concluſionem tenendam eſſe ar-
4 bitror, † dummodo Cenſus non ſuper tota re, ſed
dumtaxat ſuper ſola portione imponentis conſti-
tuatur, & collocetur, non etiam ſuper portione ſo-
5 cij, quam † obligare non poteſt, *d. l. vnica, C. ſi com-*
mun. res pignor. data fuer. Neguſ. de pignor. p. 2. mem-
br. 3. num. 36. ſentit in puncto *Felician. d. n. 21. in fine.*

Sed difficultas eſſe poteſt an quis imponēs Cen-
ſum ſuper re quam habet cum alio cōmunem, non
facta declaratione quod illum conſtituat ſuper ſo-
la propria portione; cenſeatur illum impoſuiſſe ſu-
per tota illa re. An verò dumtaxat ſuper ſua pro-
pria rata, & parte.

In qua difficultate licet videatur tranſeundum
cum diſtinctione, quam facit *Bald. in rubr. C. de con-*
trah. empt. num. 6. vbi quærit numquid ille qui ven-
dit rem in dubio videatur vendere iure proprio, an
potius intelligatur vēdidiſſe ius, quod in illa re ha-
6 bet, & reſpondet diſtinguendo, quod † ſi emptor
ignorat qualitatem rei quam emit, cenſeatur ven-
dita tota & integra res; ſi autem emptor ſciebat
qualitatem d. rei venditæ, puta quod non erat intē-
graliter ipſius venditoris, ſed habebat eam cū alio
communem, intelligatur venditum dumtaxat ius
quod venditor in re illa habebat, quam diſtinctio-
nē eſſe magis communiter receptam à Scribētibus,
dicit *Alex. in l. ſi domus, §. fin. nu. 4. ff. de leg. 1.* ſequi-
tur *Iaſ. in l. 1. nu. 21. C. qui teſtam. facere poſſ. Neguſant.*
d. tract. de pignor. par. 2. memb. 3. nu. 14. pluribus com-
probat multos allegans, *Surd. conſ. 13. nu. 29. & ſeq.*
lib. 1. & conſequenter videatur dicendum, quod ſi
emptor Cenſus ignorauit fundum, ſuper quo Cen-
ſus fuit collocatus eſſe communem inter cōſtituen-
tem, & alios cenſeri fundatum ſuper toto fundo; ſi
autem emptor Cenſus ſciebat fundum illum eſſe
communem inter imponentem & alios, intelligi
impoſitum dumtaxat ſuper ea parte, quæ iure do-
minij, & proprietatis ad ipſum imponentem ſpe-
ctabat. Attamen abſque aliqua diſtinctione ſcien-
tiæ, vel ignorantiæ emptoris Cenſus de dicta quali-
tate fundi, ſimpliciter, & indiſtincte tenēdum cen-
7 ſeo, quod † dicta Cenſus impoſitio intelligi debeat
facta dumtaxat ſuper ea portione, & rata fundi,
quæ propria erat ipſius imponentis, & ad eum iure
dominij pertinebat? ſi tamen fructus illius portio-
nis ſatis erant pro ſolutione integri Cenſus, & ita
reperio ſenſiſſe *Hercul. Mareſcott. Var. reſolut. lib. 1.*
8 *cap. 72. num. 1. & 2.* Nam † voluntas agentis regu-
gulatur à poteſtate, vt in his propriis terminis ar-
gumentatur *Rota in illa Peruſina hæreditatis de Al-*
mericis, 8. Aprilis, 1588. coram b. m. Orano, quæ eſt
poſt Tract. deciſ. 39. num. 3. & propterea ſi Cenſus
imponatur ſuper re cuius pars eſt libera imponen-
tis, altera verò obnoxia fideicommiſſo, vel alteri
oneri; cenſetur impoſita ſuper parte libera quate-
nus ſit capax totius Cenſus, vt dixit *Rota, d. num.*
3. & coram eodem in eadem cauſa, 16. Februarij 1586.
quæ eſt ibidem, deciſ. 49. num. 18. & in vna Romana
Cenſus de Palutijs, 20. Nouembris, 1600. coram Reue-
rendiſſimo Sacrato, quæ ibidem eſt deciſ. 64. nu. 1. & ſeq.
& iterum coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio in vna
Romana de Iacobatijs, 12. Maij, 1606. quæ ibidem eſt
deciſ. 65. num. 1. & in vna Romana Cenſus de Curana-
ſchinis, 28. Iunij, 1610. coram b. m. Penia, quæ ibidem
eſt deciſ. 66. ad fin. & ſæpè in aliis cauſis.

9 Quæ concluſio firmiter tenenda eſt, † etiam
quod in fundatione Cenſus res ſuper qua fuit Cen-
ſus collocatus, & conſtitutus fuerit deſignata cum
confinibus conuenientibus toti & integræ rei, *Alex.*
conſil. 54. num. 2. lib. 3. Rube. Alexand. conſil. 99. ſub
num. 2. & voluit in propriis terminis *Rota in dicta*
Romana de Iacobatijs, 26. Nouembris, 1605. coram
Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, quæ eſt poſt Tract. de-
ciſ. 67. num. 4.

10 Ac etiam quod imponens Cenſum † in ipſo actu
impoſitionis, & venditionis aſſereret fundum il-
lum ad ſe ſpectare, & nemini eſſe obligatū, nec ali-
cui fideicommiſſo ſubiectum. Iſta enim aſſertio re-
ſtringi debet ad propriam ſuam portionem, ratio-
ne cuius potuit dicere fundum ad ſe ſpectare, vt
auctoritate *Cum. Socin. & Beninvend. dixit Rota in illa*
Peruſina hæreditatis de Almericis, 8. Aprilis, 1587.
coram b. m. Orano, quæ eſt in calce Tract. deciſ. 39. nu-
mero 5. & 6.

Nec obſtat quod ſupra dicebamus ex *Baldo, &*
communiter aliis, quia meo quidem iudicio maxi-
ma eſt diuerſitatis ratio inter venditionem præ-
dij, & venditionem Cenſus ſuper prædio conſtituti:
11 nam in venditione prædij † vbi emptor ignorat
rei qualitatem, præſumitur quod emptor exiſtimet
totum & integrum prædium eſſe comprehenſum in
venditione, & propterea nō mirum ſi tota res præ-
ſumatur vendita. *Ruin. conſ. 141. num. 7. lib. 1. Bero.*
12 *conſ. 2. num. 13. lib. 1.* Imputare enim † ſibi debet
venditor qui emptorem de rei qualitate, & quod
prædium quod vendebatur non erat totum & in-
tegrum ipſius venditoris, non certiorauit, vt dicit
Paul. de Caſtro, in l. ſerui electione, §. fin. num. 3. ff. de
leg. 1. Surd. d. conſ. 13. num. 29. lib. 1. Aliud eſt in ven-
13 ditione Cenſus, quoniam † per illius venditionem
non transfertur in emptorem dominium rei ſuper
qua Cenſus conſtitutus, & collocatus fuit, ſed illud
remanet penes venditorem Cenſus, vt dictum fuit
ſupra hac eadem par. 1. cap. 1. quæſt. 1. art. 1. num. 23. &
voluit *Rota in illa Romana Cenſus, 3. Decembris co-*

ram b. m. Fabio, quæ eſt poſt Tract, deciſ. 47. num. 4.

14 Sed † transfertur dũtaxat ius percipiendi annuum reditum, & annuam penſionem ſuper fundo impoſitam, vt diximus *d. art. 1. num. 21. & ſeq.* Quod quidem ius eſt quid diſtinctum & ſeparatum ab ipſa re ſubiugata, *Crau. conſ. 217. nu. 4. lib. 2.* & dixit *Rota coram b. m. Cardinali Seraph, deciſ. 794. nu. 6. p. 1. & co-*
* *ram b. m. Iuſto, 17. Martij, 1600. in illa Romana Cenſus, quæ eſt poſt Tract. deciſ. 40. num. 1.* Et propterea
16 in illius venditione non † eſt quærẽdum an res ſubiugata ſit tota, & integraliter eius qui cenſum impoſuit, & vendidit, ſed an portio iure dominij ad ipſum pertinens ſit capax totius Cenſus impoſiti, & venditi, vt conſiderauit *Rota in illa Peruſina hære-*
* *ditatis de Almerieis, 16. Februarij, 1586. quæ eſt ibidem deciſ. 49. num. 18.* cum pro ſubſtantia contractus cenſualis requiratur, vt fundus ſuper quo creatur, & collocatur Cenſus ſit capax reſponſionis, quę ſuper eo imponitur, vt dicemus *infra hac ead. par. 1. cap. 3. quæſt. 2. art. 1.*

Vnde cum in terminis propoſitę difficultatis pręſupponatur quod fundus ſuper quo Cenſus fuit impoſitus, pertineat iure dominij, & proprietatis pro parte ad eum qui Cenſum cõſtituit, & ꝙ dicta portio ſit capax totius & integri Cenſus impoſiti, non eſt aliquo modo neceſſaria diſtinctio ſcientiæ, vel ignorantiæ emptoris Cenſus, quod res illa ſubiugata ſit integraliter ipſius imponentis, vel communem cum alio habeat, cum ſiue ſciat, ſiue ignoret dictam communionem, ſemper ſequatur idem effectus quod emptor Cenſus totam & integram reſponſionem emptam conſequi, & percipere valeat, & in nihilo remaneat deceptus, vel damnificatus, Et ideo cum ſola pars imponentis & fructus illius ſufficiant pro ſolutione totius Cenſus impoſiti, & venditi, illa ſola remanet obligata, & obnoxia pro dicti Cenſus ſolutione, & ſuper illa tantum præſumitur ab initio Cenſum fuiſſe creatum & impoſitum, vt ſupra dictum fuit. Et propterea redditur ſuperflua diſputatio quam facit *Nicolaus Intrigliolus ſuper Bulla de Cenſib, quæſt. 63.* An facta diuiſione bonorum communium, ſuper quibus fuit impoſitus Cenſus, quælibet pars remaneat obligata pro ſolutione dicti Cenſus. Et conſequenter falſa reſolutio affirmatiua per eum facta, cùm non tota res communis, ſed ſola pars imponẽtis cenſeatur Cenſui ſubiugata & ſuppoſita.

Ex qua concluſione inferre poſſumus ad Cenſum impoſitum ab hærede grauato ſuper re prohi-
17 bita alienari. Si enim † ipſe poſſit ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, & alienari prohibitis legitimam, vel Trebellianicam detrahere, imponendo Cenſum, præſumitur ſibi res illas pro ſua legitima, & Trebellianica elegiſſe, vt omnes admittunt, &
* placuit *Rota in illa Romana Cenſus de Palutijs, 20. Nouembris, 1600. quæ in calce Tract. eſt deciſ. 64. num.*
* *4. coram Reuerendiſſimo Sacrato,* & rurſus *coram eodem in alia Romana Cenſus, 10. Iunij, 1613. quæ ibidem*
* *eſt deciſ. 68. num. 6. & coram eodem in vna Romana legatorum de Columna, 27. Ianuarij, 1614. quæ eſt ibidem*
* *deciſ. 69. num. 15. & in vna Romana Saluiani Interdicti, coram b. m. Orano, 18. Maij, 1598. quæ eſt ibidem de-*
* *ciſ. 76. num. 1.* & antea ſenſerat *coram eod. in illa Peruſina hæreditatis de Almericis, 16. Februarij, 1586. quæ ibidem eſt deciſione 49. num. 1. & rurſus in vna Romana retractus domus, 15. Decembris, 1614. coram R. P. D. meo Vbaldo, quæ eſt ibidem deciſ. 71. num. 13. & in vna Romana Saluiani Interdicti, 13. Ianuarij, 1603. coram b. m. Litta, quæ eſt deciſ. 53. num. 5.*

18 Quod extendi etiam debere † ad Cenſum ſuper fundo alienari prohibito impoſitum, ſi ex eius pretio redimatur res per prius ab hærede grauato validè alienata, puta quia tempore alienationis non erat conſumpta legitima & Trebellianica hæredi alienanti debita, apertè colligitur ex reſolutione facta in *Rota coram Reuerendiſſimo Domino Coccino Decano, in vna Romana fideicommiſſi de Marganis, 28. Nouembris, 1608. quæ eſt impreſſa poſt Tract. deciſione 310. per tot.*

19 Nam ſicut † res illa alienari prohibita, & ab hærede alienata, in legitimam, & Trebellianicam ſibi debitam veniebat computanda, & per conſequens alienatio fuit valida; ita quoque *Rota* cenſuit fuiſſe validam dictam Cenſus impoſitionem pro re-
20 demptione dictæ rei; quia † vt dicit *ibi Rota, num. 2.* mediante reſtitutione pretij venditio fuit reſoluta, & res illa fuit fideicommiſſo reſtituta, & Cenſus impoſitus ſubrogatus in locum rei per prius alienatæ.

21 Vbi autem hæres grauatus, † & alienare prohibitus poteſt legitimam & Trebellianicam detrahere, ſi Cenſum imponat, impoſitio dicti Cenſus in dubio dictas quartas excedere non præſumitur, vt di-
* xit *Rota in dicta Romana Cenſus, 10. Iunij, 1613. coram Reuerendiſſimo Sacrato, quæ eſt ibidem deciſ. 68. num. 8.* licèt aliàs dixerit aliter *coram b. m. Cardinali Seraphino, deciſione 321. num. 16. & 17. parte prima.*

Dominus vtilis an Cenſum poſſit imponere.

QVÆSTIO II.

VIDIMVS in præcedenti Quæſtione, an & quibus caſibus dominus directus poſſit ſuper propriis ſuis bonis Cenſum imponere, & conſtituere, ſequitur vt iuxta præmiſſum ordinem videamus de eo qui habet dumtaxat dominium vtile ſuper aliquo fundo, an poſſit ſuper illo Cenſum collocare, & creare, quam Quæſtionem ad duos Articulos reſtringendam duxi.

Primus eſt an vaſallus poſſit ſuper bonis, quæ in feudum retinet.

Secundus, an poſſit emphyteuta ſuper bonis ſibi in emphyteuſim conceſſis.

ARTICVLI PRIMI

SVMMARIA.

1 *Vaſallus non poteſt ſuper re feudali Cenſum creare. Intel-*

Intellige de Cenſu perpetuo, ex quo res ſubiugata remanet perpetuo obligata, num. 9. & 11.
Limit. ſi in Inueſtitura habeat facultatem alienandi, num. 15.
Limit. 2. reſpectu melioramentorum, num. 16.
Limitatur tertiò, reſpectu feudi hereditarij, numero 17.
2 *Supponere rem Cenſui nil aliud eſt, quam illam obligare.*
3 *Impoſitio cenſus eſt ſpecies alienationis, & à pari procedunt.*
4 *Vaſallus non poteſt abſque conſenſu domini alienare.*
5 *Immo nec hypothecare rem feudalem.*
6 *Vaſallus poteſt alienare fructus rei feudalis.*
7 *Intellige de fructibus ſeparatis à ſolo.*
8 *Fructus pendentes in re feudali integrant feudum.*
10 *Vſufructuarius poteſt alienare commoditatem percipiendi fructus.*
12 *Vaſallus non poteſt in re feudali præiudicare domino, nec agnatis; ſed ſibi poteſt.*
13 *Vaſallus non poteſt in re feudali conſtituere ſeruitutem ad præiudicium domini, vel agnatorum.*
14 *Cenſus licet non ſit propriè ſeruitus, habet tamen cum ea ſimilitudinem.*

Vaſallus an poſſit ſuper re feudali Cenſum imponere.

ARTICVLVS PRIMVS.

1 CIRCA hunc articulum negatiua concluſio cõſtituenda † eſt, vt volunt *Ioan. Anton. Cunet. in Extrauag. Volentes, §. ſucceſſiuè, per tot.* & ſignanter *num. 8. & ſeqq. fol. mihi 164. Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 21. n. 46. Felician. de Solis, in ſuis Cõment. de Cenſib. tomo 1. lib. 2. c. 4. n. 19. 10. Azor. Inſtit. Moral. p. 3. lib. 10. c. 7. q. 3. verſ. in hac re,* & poſt hæc ſcripta viſi, *Nicol. Intrigl. ſuper Bulla de Cenſib. q. 26. nu. 2. & ſeqq. Martin. Bonacin. de contract. diſp. 3. q. 4. puncto vnico, nu. 12. Auend. de Cenſib. Hiſp. c. 66. nu. 3. & ſeqq.* & fuit reſolutum in *Rota in vna Romana Cenſus, 3. Iuly, 1589. coram b. m. Orano, quæ eſt poſt Tract. deciſ. 72. numero 1.* & voluit *coram Seraphino deciſ. 894. ad fin. parte prima.*

2 Quæ quidem concluſio eſt optima ratione fundata: nam † cum ſubiugarẽ nõ oneri Cenſus, nil aliud ſit, quam ſupponere, & obligare ipſam, *l. cum de in rem verſo, ff. de vſur.* & nos dicemus *infra hac ead. par.*
3 *1. c. 3. q. 3. art. 1. per tot.* Immo Cenſus impoſitio † ſit ſpecies alienationis, & Cenſus impoſitio à pari procedunt cum rei alienatione, vt dictum fuit *infra hoc*
4 *eod. c. 2. q. 1. art. 13. & ſeq.* ſicut vaſallus † nõ poteſt rem feudalem abſque conſenſu directi domini alienare, vt in *tit. de prohibit. feud. alienat. per Lottharium in c. Imperialem, in princ. & §. 1. de prohib. feud. alienat. per Federic. & in c. fin. qua fuerit 1. cauſa benefic. amitten. & in alijs multis locis, in vſib. feudor. Grat. conſ. 9. nu. 134. lib. 1. Iul. Clar. in ſua Pract. in §. feudum, q. 31.*
5 *in princ.* Immo nil † etiam obligare, & hypothecare *d. c. Imperialem, Aluarott. & communiter alij in c. 1. de alienat. feudi paterni, vt de communi,* alios congerens teſtatur *Clar. d. §. feudum, q. 35,* eadem ratione, nec poterit ſuper eadem re feudali Cenſum imponere.

Nec releuat quod in contractu Cenſus non alienetur res ipſa, nec illius dominium, ſed tãtum concedatur ius percipiendi ſingulis annis annuam reſponſionẽ ex fructibus rei, quæ ſubiicitur, quod vi-
6 detur conceſſum etiam vaſallo † vt de fructibus rei feudalis poſſit diſponere. *Bal. in c. 1. in princ. nu. 8. de ſucceſſ. feud. Io. Fabr. in §. item Seruiana, nu. 31. Inſtit. de action. Curt. iun. in ſuo tract. de feud. p. 4. q. 6. n. 95. verſ. tertiam limitationem. Redoan. de reb. eccleſ. non alien. in tit. de conſtit. ann. cenſ. num. 33.*

7 Quoniam *Bal.* loquitur † de fructibus à ſolo ſeparatis, quo caſu diſponens de fructibus, non cenſetur diſponere de feudo, cum fructus à ſolo ſeparati non ſint pars feudi, neque de feudo, *arg. l. in ædibus, §. ex*
8 *reb. ff. de donat.* vt conſiderat ibi *Bal.* Secus † autem eſt in fructibus non ſeparatis, quia illi integrãt feudum, *l. 2. C. de bon. vacan. lib. 10.* facit *l. fructus pẽdentes, ff. de rei vendic. & l. Meuius, §. pen. ff. de leg. 2.* per quem *tex. Alex. conſ. 208. nu. 2. lib. 2.* Et poſſunt dari in feudum vnâ cum ipſo fundo, vt poſt *Bald. Iacob. de Beluiſ. Martin. Laudenſ. in cap. 1. §. ſciendum, de feudi cognit.* & *Tiraq.* qui iſtos refert *de retr. lign. §. 1. glo. 7. num. 84. & Glo. in d. cap. 1. §. fin. in verbo, cohærentibus,* dicit *Auend. in d. tract. cap. 56. nu. 3. Io. Fabri* autem
9 *Curt. iun. & Redoan.* intelligendi † ſont non de Cenſu perpetuo, & de illa impoſitione per quam res feudalis oneri perpetui Cenſus ſubiiciatur, ſed de alienatione fructuum, quæ fieret duratura durante iure ipſius vaſalli alienantis, quod apparet, cũ mo-
10 ueãtur exemplo vſufructuarij, qui licet † non poſſit alienare ius vtendi, & fruendi, poteſt tamen concedere, & alienare commoditatem percipiendi fructus, *Gloſ. in §. fin. Inſtit. de vſufruct.* vnde non obſtãt.
11 Nam pari modo † ſi vaſallus velit imponere Cenſum duraturum durante iure ſuo, hoc eſſe illi permiſſum dixit *Bon. d. tract. art. 27. num. 54 Foller. in ſua Pract. Cenſuali, in verbo, huiuſmodi, num. 11.* cum talis poſitio ſibiipſi non autem aliis afferat præiudiciũ. *Ludou. Auend. d. tract. cap. 66. num. 4. verſ. Sed adhuc in*
12 *ea dubitatione.* Vaſallus autem † licet non poſſit ſuper re feudali afferre aliquod præiudicium, nec domino directo, nec aliis agnatis in eadem inueſtitura comprehenſis, ſibi tamen ipſi vtique præiudicare poteſt, quod manifeſte apparet in impoſitione ſer-
13 uitutis, quam † non poſſint ad præiudicium directi domini, vel agnatorum ſuper re feudali cõſtituere, poteſt tamen quo ad ſuimet præiudicium. *Bartholom. Veron. de ſeruit. vrban. prædio. c. 14. nu. 3. Rol. conſ. 59. nu. 12. lib. 2.* & volunt communiter *Scribentes,* vt teſtatur *Iul. Clar. d. §. feudum, q. 37.* vbi alios allegat, quibus addatur *Feder. Martin. in ſuo tract. de iure cen-*
14 *ſuum, c. 4. nu. 89.* Licet. n. † Cenſus impoſitio non inducat veram, & propriam ſeruitutem, habet tamen ſimilitudinem, & ſpeciem ſeruitutis, vt dicemus *infra d. quæſt. 3. art. 1.* Vnde poſſumus argumentari ad impoſitionem Cenſus ab impoſitione ſeruitutis, *argum. l. illud, ff. ad leg. Aquiliam.*

Supra firmata autem cõcluſio vno & altero mo-
15 do debet limitari, & quidem primo, quando † in inueſtitura fuit data facultas vaſallo alienandi bona ſibi in feudum conceſſa, eo enim caſu quod poſſit ſuper illis Cenſum perpetuo duraturum imponere, contra *Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua,* &

nonnullos alios defendit *Bon. d. tract. art. 26. num.*
53. verſ. nunc reliquum. Secundò limitatur reſpectu
16 melioramentorum, ſi enim † vaſallus in re feudali
melioraméta fecerit, vtique validè poterit ſuper il-
lis Cenſum etiam perpetuo duraturum imponere,
& conſtituere. *Milanenſ. decis. 8. n. 384. lib. 1.* referant
addentes ad Intrigl. d. q. 26. in littera B, & faciunt ea,
quæ diximus *ſupra hoc 2. cap. quæſt. 1. art. 6. num. 37.* de
hærede grauato fideicõmiſſo meliorante res ſubie-
ctas reſtitutioni, & alienari prohibitus, & dicemus
art. ſeq. de emphyteuta, qui fecit melioramenta ſu-
per re emphyteutica, quod poſſint validè ſuper il-
lis Cenſum perpetuum creare, & conſtituere.
17 Limitatur tertiò, in feudo hæreditario † acquiſi-
to pro ſe, & hæredibus, vt multorum auctoritate fir-
mat *Intrigliol. d. q. 26. num. 12. cum multis ſeqq.*

ARTICVLI SECVNDI

SVMMARIA.

1 *Emphyteuta poteſt ſuper re emphyteutica Cenſum im-*
ponere ſecundum aliquos.
Contrarium volunt alij, num. 6.
Auctor diſtinguendo cõcordat opiniones, n. 7. 11. et 13.
2 *Bona emphyteutica dicuntur eſſe in bonis noſtris quo ad*
dominium vtile.
3 *Bona emphyteutica poſſunt hypothecari ſine conſenſu*
domini.
4 *Emphyteuta bona emphyteutica non poteſt alienare.*
7 *Emphyteuta expreſſè prohibitus alienare, non poteſt*
obligare.
8 *Maximè ſi ſit etiam prohibitus expreſſè hypothecare.*
Emphyteuta poteſt ſuper re emphyteutica Cenſum im-
ponere, quando non eſt expreſſè prohibitus alienare,
d. num. 8.
9 *Intellige duraturum durante iure ipſius.*
10 *Emphyteuta poteſt Cenſum imponere ſuper fructibus,*
non ſuper re ipſa.
11 *In dubio tamen cenſetur impoſitus ſuper ipſa re.*
12 *Emphyteuta poteſt imponere Cenſum ſuper re, quando in*
inueſtitura eſt ſibi data facultas alienandi.
13 *Secus ſi talis facultas ſibi data non fuerit.*
14 *Emphyteuta Cenſum imponens cadit à iure ſuo, quando*
dominus in caſu alienationis ſtipulatus fuit pœnam
caducitatis, ſecus aliàs, num. 15.
16 *Pœna caducitatis incurſa ob impoſitionem Cenſus, an*
per redemptionem euitetur.
17 *Emphyteuta poteſt ſuper melioramẽtis Cenſũ imponere.*

Emphyteuta an ſuper re emphyteutica poſ-ſit Cenſum imponere.

ARTICVLVS SECVNDVS.

IN hoc articulo vario modo ſenſerunt
Doctores noſtri: Nam quod emphy-
1 teuta † ſuper bonis emphyteuticis,
etiam abſque conſenſu domini dire-
cti poſſit Cenſum perpetuo duratu-
rum imponere, tenuit *Foller. in ſua Pract. Cenſuali, in*
verbo, huiuſmodi, num. 21. Gugliel. Redoan. de reb. eccl.
non alien. in tit. de conſtitut. ann. Cenſ. artic. 28. ſub nu.
55. el primo, Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de
Cenſib. tomo 1. lib. 2. c. 4. nu. 5. verſ. quam cum, & tomo
2. eod. lib. 2. & c. 4. nu. 3. Gaſp. Roderic. de ann. reditib.
lib. 1. q. 3. ſub num. 7. verſ. infertur ſecundo. Et poſt hæc
ſcripta viſi, *Nicol. Intrigl. ſuper Bulla de Cenſ. q. 28. nu.*
1. & 7. & Ludou. de Auend. in d. ſuo tract. c. 67. num. 3.
verſ. In Cenſu tamen. Et cum hac ſententia tranſiuit
* etiam *Rota coram b. m. Iuſto, 17. Maij, 1600. in illa Ro-*
mana Cenſus, quæ eſt in fine Tract. deciſ. 40. num. 2. ea
2 ratione quia † bona emphyteutica dicuntur eſſe in
bonis noſtris, vt ibi dicit *Rota*, ſaltem quoad vtile
dominium, quod non dicitur res Eccleſiaſtica, licet
Eccleſiaſticæ cohæreat. *Anchar. conſ. 125. num. 6.*
poſt princ. verſ. ex dictis infero. refert *Surd. deciſ. 160. nu.*
3 *16. verſ. præterea*, & ideo † bona præfata poterunt
hypothecari, etiam ſine domini directi conſenſu.
Gloſ. in l. fin. in verbo, alijs, & ibi Iaſ. pro communi, num.
78. C. de iure emphyteut. Iulius Clar. in ſua Pract. in §.
emphyteuſis, q. 18. Grat. conſ. 55. nu. 14. lib. 1. & alios
congerit *Pacifico in ſuo tract. de Salmano Interd. inſpe-*
ctione 3. cap. 2. nu. 25. & ſeqq. ſecundum poſtremam im-
preſſionem. Surd. d. deciſ. 160. num. 1. & deciſ. 173. num.
12. Mantica, de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 4. num. 24.
& ſeqq. vbi loquitur de emphyſi Eccleſiaſt. & re-
mouet contraria, & *lib. 22. tit. 28. num. 51. & 52.*
4 Ceterum cum emphyteuta † rei emphyteuticæ
alienandæ facultatem non habeat, *l. 2. C. de iure em-*
phyteut. cap. potuit, ext. de locat. Corbol. in ſuo tract. de
iure emphyteut. cauſa 14. ob alienat. irrequiſito domino
5 *fact. in princ. nu. 1.* videtur ſentiendum † quod em-
phyteuta non poſſit ſuper dictis bonis Cenſum im-
ponere, vt affirmat *Boccacc. in ſuo tract. de Cẽſib. p. 2. n.*
76. Corbol. d. cauſa 14. ampliat. 49. n. 1. & ſeq. ſignan-
ter *nu. 16.* Quam ſententiã dicit magis veritati con-
ſonam *Io. Azor. Inſtit. Moral. p. 3. lib. 10. c. 7. q. 4. Mar-*
tin. Bonac. de contract. diſput. 3. q. 4. puncto vnico. n. 12.
Verum enimuero ego in hac controuerſia difficul-
tate crederem quod res poſſint ſedere diſtinctionis
definiri, & componi, multipliciter diſtinguendo, &
6 quidẽ primo. Aut dominus † directus in conceſſio-
ne emphyteuſis, vltra tacitã prohibitionem aliena-
tionis inductam per *d. l. 2. & d. c. potuit*, prouidit ſibi
etiam de expreſſa prohibitione. Aut verò fuit con-
tentus de ſola legali prohibitione. Primò quidem
caſu impoſitio Cenſus ſuper dictis bonis emphyteu-
7 ticis eſt ipſo iure nulla, quia tunc † eſt etiam prohi-
bita hypothecatio, & obligatio eorundem bonorũ,
arg. eorum quæ dicunt *Doctor.* de re prohibita alie-
nari, quod non poſſit hypothecari, & obligari, *in l.*
filiusfam. §. Diui. in 2. extraue Ripa. n. 94. ff. de leg. 1. & alij
referuntur *per Pacif. d. l. 2. nu. 45.* & in puncto ita de-
* clarauit *Rota coram b. m. Litta, 1. Iulij. 1602. in una Ro-*
mana, ſeu Amelphitana Salmanus Interdic. quæ eſt poſt
Tract. deciſ. 70. per tot. & in eadem cauſa, 9. Iunij, 1603.
* *coram b. m. Penia, quæ eſt ibid. deciſ. 74. nu. 2. & ſeqq. &*
* *coram R. P. D. meo Vbaldo in vna Rauennatenſi Cenſus,*
8 *7. Aprilis 1617. quæ ibid. eſt deciſ. 72. n. 1.* Maximè † ſi
ex pacto fuerit etiam prohibita dictorum bonorum
* obligatio, & hypothecatio, vt dixit eadẽ *Rota coram*
R. P. D. Pamphilio in vna Beneuentana Cenſus, 26. Maij,
1614. quæ eſt ibid. deciſ. 76. n. 7. Secũdo verò caſu poſ-
ſit quidem imponi Cenſus ab initio validus, ſed re-
ſoluendus eũ iure ipſius emphyteutæ ex iis, quę poſt
alios dixit *Rol. conſ. 58. n. 10. & ſeq. lib. 2.* Et in termi-
nis huius ſecundi caſus dẽt intelligi ſupra relata re-
ſolutio

ſolutio *Rota* facta *coram Iuſto in illa Romana Cenſus,*
17. Martij, 1600. Et cũ hac diſtinctione vidétur hãc
difficultatem reſoluiſſe *Federic. Martin. in ſuo tract. de*
iure Cenſ. c. 4. nu. 85. & ſeqq. Gaſp. Roderic. de ann. redit.
lib. 1. q. 3. ſub num. 7. verſ. quod limitandum eſt, & ex-
preſsè hanc diſtinctionem amplectitur *Rota coram*
Seraphino, deciſ. 794. nu. 9. & ſeq. par. 1. & deciſ. 1290.
ſub num. 12. & 13. par. 2. & in vna Romana Saluiani
Interd. 12. Nouembris, 1592. coram b. m. Penia, quæ eſt
poſt Tract. deciſ. 77. num. 1. & 2. & in illa Rauennatenſi
Cenſus coram D. meo Vbaldo, quæ eſt deciſ. 75. num. 1.
Dum autem diximus Cenſum impoſitum ab em-
phyteuta, quando non adeſt expreſſa prohibitio
alienationis valere durante iure ipſius emphyteu-
9 tæ, ita accipiendum eſt ſi ius † emphyteutæ, finiatur
ex proprio iure domini directi, puta ob lineam fini-
tam, ob lapſum temporis, vel ex delicto ipſius em-
phyteutæ, (qui poteſt pluribus modis delinquere,
vt latè deducit *Corbol. in d. ſuo tract. de iure emphy-*
teut.) ſecus ſi res emphyteutica reuertatur ad do-
minum directum ex cauſa voluntaria, puta ex do-
natione, vel venditione directo domino facta, ſuc-
ceſſione ex teſtamento, vel ab inteſtato, vel aliter vt
auctoritate *Boer. deciſ. 181. num. 7. Ant. Pinell. in l. 1.*
par. 3. num. 72. C. de bon. matern. & aliorum, dicit *Ro-*
deric. d. quæſt. 3. ſub num. 7. verſ. quod ſublimitandum.
Intrig. d. tract. q. 40. num. 12. & ibi addentes in litera B,
verſ. declaratur ſecundo, alios congerunt, & voluit
Rota coram Seraph. deciſ. 1290. num. 13. & facit *idem*
deciſ. 789. num. 4. & ſeqq. vbi fuit deciſum ſeruitu-
tem impoſitam ab emphyteuta non extingui, niſi
quando dominium vtile conſolidatur cum directo
ex natura emphyteuſis, & ex cauſa neceſſaria, puta
iure prælationis, vel commiſſi, vel finitæ generatio-
nis; ſecus autem ſi ex cauſa voluntaria, ex aliquo
particulari titulo, puta, venditionis, donationis, vel
ſimilis.
Secunda poteſt afferri in ſupra formata difficul-
tate diſtinctio. Aut Cenſus fuit impoſitus ſuper ip-
ſamet re emphyteutica, & impoſitio eſt nulla, & in-
ualida, aut verò non ſuper re, ſed ſuper fructibus il-
10 lius, & conſtitutio Cenſus † ſuſtinetur durante iure
imponentis, vt in Cenſu impoſito ab hærede graua-
to ſuper re reſtitutioni obnoxia, diſtinguit *Rota in*
illa Romana Vinearum de Maximis, 4. *Februarij*, 1577.
coram b. m. Rubeo, quæ eſt poſt Tract. deciſ. 48. num. 2. &
ſeq. & auctoritate *Rotæ* firmat *Stephan. Gratian. di-*
ſcept. Forenſ. tomo 1. cap. 43. num. 21. Card. Mantica, de
tacit. & ambig. convent. lib. 22. tit. 28. num. 50. & an-
tea dixerat *Foller. in ſua Pract. Cenſuali, in verbo, huiuſ-*
modi, num. 21. & 41. & conferunt dicta per *Veronenſ.*
in ſuo tract. de ſeruitute præd. Vrban. cap. 14. num. 2. &
per nos ſupra in præcedenti *quæſt. art. 6. num. 27.* In
11 dubio autem Cenſum † potius præſumi impoſitum
ſuper re ipſa, & ipſius proprietate, quam ſuper fru-
ctibus, defendit *Felician. in dictis ſuis Commentar. de*
Cenſib. tomo 2. lib. 2. c. 4. num. 5.
12 Tertia poteſt conſiderari diſtinctio: Quod † aut
inueſtitura fuit facta cum facultate quod emphy-
teutę liceret bona conceſſa alienare, aut talis facul-
tas non fuit ei attributa: nam primo caſu Cen-
ſus impoſitio eſt licita, ſecundo verò eſt illicita, &
inualida, quod optimè comprobatur ex commu-
13 ni cõcluſione, quod emphyteuta † poſſit bona em-
phyteutica alienare, quando ſibi in inueſtitura
data fuit licentia alienandi, vt pro communi fir-
mat *Corbol. dicta cauſa 14. ob alienat. irrequiſit. dom.*
fact. limit. 1. vbi multos congerit, & benè faciunt
ea, quæ diximus *ſupra art. præcedenti, num. 15.* au-
ctoritate *Bon. in dicto ſuo tract. de Cenſib. art. 26. num.*
53. verſ. nunc reliquum eſt.
Sed præmiſſorum occaſione lubet nõ moleſtam
inſerere dubitationem. Numquid emphyteuta im-
ponens Cẽſum ſuper re emphyteutica abſque con-
ſenſu domini directi cadat à iure ſuo? cuius difficul-
tatis reſolutionem ex iis, quæ mox concluſa ſunt,
petendam eſſe exiſtimo.
Nam in iis caſibus in quibus impoſitio eſt licita,
fruſtra quæritur an emphyteuta à iure ſuo cadat, in
caſibus verò in quibus impoſitio eſt nulla & illici-
14 ta, tũc eſt diſtinguẽdum. Aut in inueſtitura † adeſt
pactum expreſſum de non alienando ſine conſenſu
domini directi, cum adictione etiam pęnę caduci-
tatis in caſu alienationis, & tunc per impoſitionem
Cenſus illum priuari iure ſuo dixit *Gaſp. Roderic. d.*
tract. lib. 1. cap. 3. num. 7. verſ. limita ſecundo, qui alle-
gat *deciſ. 480. num. 1. & 2. par. 1. diuerſ.* ſed magis in
terminis facit reſolutio facta in *Rota coram Seraph.*
deciſ. 794. num. 9. verſ. Neque abſtat, quod aliàs par. 1.
& deciſ. 1290. ſub num. 12. par. 2. Aut verò in inueſti-
15 tura † dominus directus nõ fuit expreſsè ſtipulatus
pęnam caducitatis in caſu alienationis, ſed ſtetit in
puris terminis iuris cõmunis, & eo caſu emphyteu-
ta non cadere à iure ſuo dixit *Rota coram Seraph. d.*
deciſ. 794. diuerſ. neque obſtat. An autem quando in-
16 curritur † pęna caducitatis, poſſit illam euitare per
redemptionem Cenſus videantur ea, quæ diximus
ſupra hoc 2. cap. quæſt. 1. art. 6. num. 5. & ſeqq.
17 Verum ſi emphyteuta † in tali re emphyteutica fe-
cerit melioramenta, quorum fructus ſufficiant pro
Cenſus ſolutione, poſſe omni caſu ſuper illis Cen-
ſum imponere, dicendum videtur ex iis quæ con-
cluſa ſunt *ſupra quæſt. præcedenti, art. 8. num. 37. & hac*
eadem quæſt. art. 1. num. 16.

Cenſum imponere ſuper re an is poſſit qui ius
aliquod in ea, vel ad eam habet, citra ta-
men ius directi, vel vtilis dominij.

QVÆSTIO III.

VIDIMVS in precedentibus quæ-
ſtionibus de iis perſonis, quæ di-
rectum, vel vtile dominium ha-
bent, an & quibus caſibus ſit il-
lis permiſſum Cenſum ſuper ſuis
rebus imponere, & conſtituere.
Sequitur vt congruo ordine in
hac Tertia Quæſtione de illis diſſeramus, quæ nec
directum, nec vtile dominium rei habent; & cum
ex eis aliquæ nullum prorſus ius habeant in re, nec
ad rem, ſed ſimplicem rei adminiſtrationem, & gu-
bernium. Aliquæ verò habent quidem ius reale,
ſed nec plenum, nec liberum. Aliquæ verò nullum
tale ius habent, ſed dumtaxat ſpem certam ad fu-

turam rei acquiſitionē, de ſingulis eſt inueſtigandum per quinque principales articulos.

Primus eſt, An adminiſtratores rerum publicarum poſſint ſuper illis Cenſum imponere.

Secundus, An Clericus beneficiatus ſuper bonis ſuæ Eccleſiæ.

Tertius, An vſufructuarius ſuper bonis, quorum aliena eſt proprietas.

Quartus, An is qui emit rem adiecto pacto, quod non acquirat rei dominium, niſi ſoluto pretio.

Quintus, An fideicommiſſarius ante reſtitutionem fideicommiſſi puri, vel purificati ſibi factam,

ARTICVLI PRIMI

SVMMARIA.

1 *Per cenſus impoſitionem cōſtituitur ius reale ſuper fundo, qui Cenſui ſubijcitur.*
2 *Quod ius licet habeat ſpeciem ſeruitutis.*
3 *Non eſt tamen vera ſeruitus nec realis, nec perſonalis,*
4 *Sed eſt hypotheca.*
5 *Hypotheca contrahitur ſuper re, quando ſuper ea imponitur onus annuæ præſtationis.*
6 *Hypotheca, quæ contrahitur ex impoſitione Cenſus, eſt ſpecialis.*
7 *Et habet maiorem vim, & efficaciam, quam habeat ſimplex hypotheca ordinaria.*
8 *Onus reale ſuper re aliena nemo poteſt conſtituere.*
9 *Cenſum ſuper re aliena nemo poteſt imponere.*
10 *Adminiſtrator bonorum publicorum non poteſt ſuper illis Cenſum imponere.*
Intellige, vt num. 18.
11 *Limit. ſi habeat ſpeciale mandatum ad alienandum, dummodo mandatum ſit factum cum ſolemnitatibus requiſitis in alienatione bonorum Vniuerſitatis, ibid.*
12 *Limita 2. ſi impoſitio fiat cum ſolemnitatibus requiſitis à lege.*
13 *Adminiſtrator rerum publicarum, in alienatione illorum, debet iurare ſe credere alienationem eſſe vtilem.*
14 *In alienatione rerum Vniuerſitatis requiritur decretum Iudicis, præcedente cauſa cognitione.*
15 *In impoſitione Cenſus facienda ſuper bonis Vniuerſitatum, vtile eſt habere licentiam Principis.*
16 *Immo eſt neceſſarium.*
17 *Emptor Cenſus impoſiti ſuper bonis Vniuerſitatum, debet eſſe ſollicitus, vt pecuniæ erogentur in cauſam expreſſam.*
18 *Res quæ ad Vniuerſitates pertinent iure priuati patrimonij non poſſunt ab adminiſtratoribus obligari, nec ſuper illis Cenſus imponi abſque ſolemnitatibus.*

Adminiſtrator bonorum publicorum non poteſt ſuper illis Cenſum imponere.

ARTICVLVS PRIMVS.

1 PRo reſolutione præſentis articuli præmittendum eſt. † Quod per Cenſus impoſitionem conſtituitur Ius reale ſuper fundo, qui dicto oneri ſubiicitur. *Caſſan. ad Conſuetud. Burgund. Rubr. 11. des Cenſes, c. 11. §. 2. nu. 29. §. 4. verbo ſur l'heritage, nu. 1. & ſeqq. & §. 6. in verbo contre l'aſſignal. num. 2. Couar. lib. 3. Variar. Reſolut. cap. 7. num. 6. Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 6. num. 19. latè Io. Anton. Canet. ad Extrauag. Volentes, §. ſucceſſiuè, num. 32. & ſeqq. fol. mihi 166. Aurel. Corbol. de Iure emphyteut. cauſa 14. ob alienation. irrequiſit. dom. factam, Ampliat. 49. num. 3. & ſeqq. Surd. conſ. 162. num. 9. & ſeqq. lib. 2.* multos alios congerit *Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. cap. 4. num. 3. & cap. 8. num. 19. verſ. pro qua ſententia.*

2 Quod † quidē Ius licet habeat aliquam ſpeciem
ſeruitutis. *Marian. Socin. ſen. in Rubr. ext. de vſur. ſub
num. 103. verſ. ſicut ergo bona, Peregr. de fideicommiſſ.
art. 49. num. 68. Vincent. Carrocc. deciſ. 103. Io. Bapt.
Coſta, conſ. 9. num. 2. Canet. vbi ſupra, num. 17.* qui mo-
netur auctoritate *Auchar. conſ. 30. Federic. Martin. in
ſuo tract. de Iure cenſu, cap. 1. num. 77. & cap. 4. nu. 89.
Ludou. de Auend. in ſuo tract. de Cenſib. Hiſpan. cap. 74.*
* *num. 3.* & dixit *Rota coram Illuſtriſſimo Cardinali Mel-
lino, 30. Octobris in illa Romana Cenſus, quæ eſt in fine
Tract. deciſ. 1. num. 4. & coram R. P. D. meo Vbaldo in
illa Romana retractus domus, 15. Decembr. 1614. quæ
ibidem eſt deciſ. 71. num. 10.*

3 Non eſt tamen vera, † nec propria ſeruitus, nec
realis, quia non debetur prædio, nec perſonalis,
quia non debetur à perſona perſonæ, vt *arg. tex. in l.
Caius, ff. de ann. legat.* dicit in puncto *Caſſan. d. §. 2.
num. 29. & §. 6. in d. verbo, contre l'aſſegnal. num. 2.*
comprobat *Felician, in dictis ſuis Commentar. to-
mo 1. lib. 3. cap. vnico, num. 21. verſ. in hac difficulta-*
4 *te, Ludou. de Auend. d. num. 3.* Sed † eſt potius quæ-
dam hypotheca, quæ per impoſitionem Cenſus
contrahitur ſuper fundo qui ſubiicitur, quod cer-
5 tiſſima ratione demonſtratur, quia † vbi ſuper
certa re imponitur onus annuæ præſtationis, eo ip-
ſo res illa cenſetur pro illa præſtatione hypotheca-
ta, *Bart. Bald. & Caſtr. in l. Codicillis, §. inſtituto, ff. de
leg. 2. Roman. conſ. 388. num. 2. & 3. Caſtr. conſ. 334.
num. 1. Crau. conſ. 217. num. 5. verſ. idem volunt,* alios
allegat *Bon. d. tract. de Cenſib. art. 57. num. 88. ad fin.
verſ. nam ſtatim quod onus.* Vnde non poteſt dubita-
ri quin per impoſitionem Cenſus contrahatur hy-
potheca ſuper fundo ſubiugato, vt deducit *Felician.
in dictis ſuis Commentar. tomo 2. lib. 1. cap. 1. num. 6.
M. Antonius Peregr. conſ. 97. num. 8. lib. 1.* & dixit *Ro-
ta coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, 26. Nouembr.
1604. in illa Romana Cenſus, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 5.*
6 *nu. 11.* Et quidem † ſpecialis. *Foller. in ſua Pract. Cen-
ſuali, in verbo, huiuſmodi, nu. 114. Bon.* qui multos al-
legat *d. tract. art. 6. nu. 19.* & videtur ſatis clare com-
probari ex *tex. in c. 1. & 2. de emption. & vend. inter*
7 *Extrauag. comm.* Et quæ habet † maiorem vim effi-
caciam, ac poteſtatem, quam habeat ſimplex & or-
dinaria hypotheca; ex eo quod naſcuntur ex ea ef-
fectus plurimi maximi ponderis, & momenti. quæ
ex ſimplici hypotheca nō oriuntur, vt animaduer-
tit *Couar. d. cap. 7. num. 6.* & refert *Felician. d. tomo 1.
lib. 3. cap. vnico, num. 21. verſ. in hac difficultate, Ioan.
Guttierez, Pract. Quaeſt. lib. 2. cap. 166. num. 4.*

8 Ex quibus ita præmiſſis, ſequitur quod ſicut † ne-
mo poteſt onus reale imponere, & cōſtituere ſuper
rebus alienis, *l. ſi rem alienam, in princ. l. rem alienam,*
9 *ff. de pignorat. action.* ita † nec ſuper illis poteſt Cen-
ſum imponere. *Bald. in c. ad audientiam, il ſecondo,
num. 9.*

Digitized by Google

num. 9. de reſcript. Cranet. conſ. 339. num. 10. lib. 3, &
10 per conſequens adminiſtrator † bonorum publico-
rum non poterit ſuper illis Cenſum imponere. *Ti-
raq. de retractu lignag. §. 1. Gloſ. 6. num. 6. verſ. ſicuti
nec hos reditus annuos.*

Quæ tamen Concluſio nonnullas recipit decla-
rationes neceſſarias, cum certis caſibus poſſit ad-
miniſtrator ſuper bonis publicis à ſe adminiſtratis
valide annuos reditus imponere. Et quidem
11 Primò, ſi habeat † ſpeciale mandatũ ad alienan-
dum bona ſuæ Vniuerſitatis, ſi tamen in deputatio-
ne, & creatione talis adminiſtratoris eſſent adhibi-
tæ ſolemnitates requiſitæ in alienatione bonorum
alicuius Vniuerſitatis: nam ſi iſte Adminiſtrator ita
ſolemniter conſtitutus Cenſum imponat ſuper bo-
nis ſuæ Vniuerſitatis, valida eſt impoſitio, etiã quod
in conſtitutione, & venditione Cenſus non adhi-
beantur ſolemnitates præfatæ, *arg.* eorum, quæ tra-
dunt *Rimin. ſen. conſ. 85. nu. 3. lib. 1. Octauian. Simon-
cell. in ſuo tract. de Decret. lib. 2. tit. 5. inſpect. 4. nu. 49.*
Quod ſi in deputatione talis Adminiſtratoris non
forent adhibitæ ſolemnitates prædictæ, impoſitio &
venditio Cenſus tamquam de facto facta, poſſet im
pugnari. *Surd. conſ. 28. num. 87. lib. 1. Io. Azor. Inſtit.
Moral. par. 3. lib. 10. cap. 7. quæſt. 8.*
12 Secundò valet impoſitio Cenſus, † ſi fiat ſeruata
forma tradita in *l. fin. C. de vendit. rer. Vniuerſit. Ti-
raq. d. verſ. ſicuti nec hos reditus annuos, Nicol. Iutri-*
13 *gliol. ſuper Bulla de Cenſib. q. 30. num.* 1 ſcilicet, † vt
d. Adminiſtrator iuret ſe credere dictam Cẽſus im-
poſitionem eſſe vtilem Vniuerſitati, & quod Iudex
14 † cauſa cognita Decretum interponat. *Alex. conſ. 1.
ſub num. 3. lib. 4. Ruin. conſ. 41. num. 7. lib. 1. Roland.
conſ. 54. num. 10. lib. 2. Franc. Viui. deciſ. 436. num. 1. &
ſeqq.* & ſignanter *nu. 8. lib. 3. Menoch. conſ. 80. nu. 22.
lib. 1.* Et in propriis terminis. *Felician. in dd. ſuis Com-
mentar. tomo 1. lib. 2. cap. 3. num. 4. Roderic. de annu.
reditib. lib. 1. quæſt. 14. nu. 67. verſ. Secundo caſu.* Præ-
15 ter dictas ſolemnitates ſunt † qui dicant eſſe valde
vtile emptori Cenſus, impetrare licentiam à Prin-
cipe ſupremo imponẽdi dictum Cenſum, vt admo-
net *Felician. in dictis ſuis Commentar. tomo 2. lib. 2.*
16 *cap. 3. num. 1.* Alij † autem licentiam hanc eſſe ſim-
pliciter, & præcisè neceſſariam cõtendunt; vt mul-
torum auctoritate demonſtrare conatur *Roderic. ſub
d. verſ. Secundo caſu, ibi contrariam opinionem, & Ca-
ſtill. in ſuo tract. de vſufr. cap. 54. num. 46. & ſeqq. Lu-
dou. de Auend. d. tract. c. 68. num. 5. & 6.* quæ in Sta-
tu Eccleſiaſtico ob expreſſam *Clementis VIII. Conſti-
tutionem, editam ſuper bono Regimine, rectaq. admini-
ſtratione redituum cuiuſcumque communitatis locorum
ditionis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, &c.* eſt omnino re-
cipienda. Hac autem licentia à Principe impetra-
17 ta, obſeruandum eſt præterea, quod † ſi licentia im-
petraretur imponẽdi Cenſum ad effectum erogandi
pecunias in aliquam certam & expreſſam cauſam,
vt pecuniæ ad Cenſum acceptæ erogentur in ean-
dem cauſam; nam ſi cõuertantur in aliam cauſam,
emptor Cenſus nõ eſſet ſecurus, ſed talis impoſitio
poſſet ope reſtitutionis in integrum reſcindi, vt poſt
longam diſputationem concludit *Felician. d. cap. 3.
num. 2. cum multis ſeqq.*

Illud autem nõ exiſtimaui prætermittendum in
hoc articulo, quod dum quærimus an adminiſtra-
tor poſſit imponere Cenſum ſuper bonis ſuæ Vni-
18 uerſitatis, intelligendum † eſt de iis bonis, quæ in
proprio patrimonio Reipub. ſunt, & ab ea non iure
Vniuerſitatis, ſed priuati patrimonij, vt res ſingu-
lorum poſſidentur & fructus ferunt nõ ad commo-
dum cuiuſlibet vti volentis, ſed tantum ad commo-
dum Vniuerſitatis, vt admonet *Felician. d. tomo 1.
lib. 2. cap. 3. ſub num. 2. verſ. quædam autem, Gaſpar.
Roderic. d. lib. 1. quæſt. 14. num. 67.*

ARTICVLI SECVNDI

SVMMARIA.

1 *Clericus non poteſt imponere Cenſum ſuper bonis ſui be-
neficij, niſi ex cauſa, & cum ſolemnitatibus.*
2 *Non ſolum ſuper iis, quæ ſunt cultui diuino dicata.*
3 *Sed nec etiam ſuper temporalibus, & immobilibus.
Limitatur, ſi talis impoſitio fiat cum debitis ſolemni-
tatibus, & ex iuſta cauſa, num. 5.*
4 *Immo nec ſuper eius patrimonio, ad cuius titulum fuit
ad ſacros ordines promotus.*
6 *Alienatio rei Eccleſiæ non valet, niſi fiat ex iuſta cau-
ſa, & cum debitis ſolemnitatibus.*
7 *Cauſæ ob quas licet alienare res Eccleſiæ, ſunt omnes
reducibiles ad vtilitatem Eccleſiæ.*
8 *Iuſta cauſa imponendi Cenſum ſuper bonis Eccleſiæ eſt,
vt extinguatur alius Cenſus maior.*
9 *Secus vt extinguatur Cenſus, eiuſdem quantitatis.*
10 *Impoſitio Cenſus, ſi facta fuerit ex Decreto exequuto-
ris Apoſtolici ex iuſta cauſa, omnia præſumuntur ſo-
lemniter geſta.*
11 *Cenſus impoſitus à Clerico ſuper bonis Eccleſiæ, præiu-
dicat imponenti, non autem ſucceſſori, nec Eccleſiæ,
& ibi reſpondetur obiectis.*
12 *Etiam non adhibitis debitis ſolemnitatibus.*
13 *Extrauag. Ambitioſæ de rebus Eccleſ. alienand. Intel-
lectus.*
14 *Extrauagãs prædicta loquitur de alienatione bonorum,
non de locatione fructuum.*
15 *Cenſus impoſitus à Prælato eſt nullus, ſi Eccleſia velit.*
16 *Cenſum impoſitum abſque ſolemnitatibus, ſi Capitulum
& Prælatus recognoſcat per aliquod tempus, non po-
teſt amplius impugnare.*

Clericus an poſſit ſuper bonis ſui Beneficij Cenſum conſtituere.

ARTICVLVS SECVNDVS.

1 QVOD Clericus † beneficiatus nõ poſſit
ſuper rebus ſuæ Eccleſiæ abſque legi-
tima cauſa vtilitatis, vel neceſſitatis,
& ſine debitis ſolemnitatibus impo-
nere, & conſtituere, eſt abſque diffi-
2 cultate cõcludendum, non † ſolum reſpectu eorum
bonorum, quæ ſunt cultui, & miniſterio diuino de-
dicata, vt ſunt Calices, Patenæ, Vaſa ſacra, & his ſi-
milia, ſuper quibus Cenſus creari, & collocari non
poteſt, tum quia in cõmercio noſtro nõ ſunt, *§. Vni-
uerſitatis, verſ. nullius, & §. ſeq. Inſtit. de rer. diuiſ.* &
alienari, & hypothecari ſunt omnino prohibita, *l.
ſancimus, C. de ſacroſ. eccleſ.* & ideo ſuper illis non po-
teſt

teſt conſtitui Cenſus. *Tiraq. de Retractu Lignag. §. 1. Gloſ. 1, num. 6, verſ. nec qui non poteſt, Ludou. de Auend. in ſuo tract. de Cenſ. Hiſpan. cap. 76. ſub num. 1.* & conferunt ea quæ dicentur *infra hac ead. par. 1. cap. 3. in princ. num. 1.* tum etiam obſtante *Bulla Pij V. ſuper forma creandi Cenſus*, prohibente Cenſum conſtitui, niſi ſuper rebus immobilibus, vel quæ pro immobilibus reputantur, vt dicam *infra cap. 3. quaſt. 1.*

3 Verum † etiam reſpectu temporalium, & immobilium, vt ſunt domus, vineæ, prædia, & alia huius generis. *Gugl. Redoan. in ſuo tract. de reb. Eccleſ. non alienan. in tit. de conſtitut. ann. redit. per totum*, & ſignanter *num. 30. & 31. Foller. in ſua Pract. Cenſuali, in verbo, huiuſmodi, num. 17. Corbol. de iure emphyteut. cauſa 14. ob alienat. irrequiſit. dom. factā. Ampliat. 49. nu. 4. Virgin. Boccacc. in ſuo tract. de Cenſib. par. 2. num. 75. & par. 3. num 64. Io. Azor. Inſtit. Moral. lib. 10. cap. 7. quaſt. 5. Mart. Bonacin. in ſuo tract. de contract. diſput. 3. q. 4. puncto vnico, num. 11.* & fuit ſæpius reſolutum in *Rota*, & maximè *coram b. m. Cardinali Pamphil. 24. Maij, 1591. in illa Romana inualiditatis Cenſus, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 27. num. 2. & coram b. m. Orano, 29. Ianuarij, 1596. in illa Leodienſi Cenſus, quæ eſt ibid. deciſ. 36. num. 2. & in ead. cauſa coram b. m. Corduba, 11. Decembris eiuſdem anni, 1596. quæ ibidem eſt deciſ. 8. nu. 6. & 7. & in eadem cauſa coram eodem, 15. Ianuarij, 1597. ibid. deciſ. 37. num. 2. & coram b. m. Penia, 8. Iunij, 1598. in illa Romana Cenſus de Romulis, quæ eſt ibid. deciſ. 28. nu. 3. & in illa Romana Cenſus, 17. Martij, 1600. coram b. m. Iuſto, quæ eſt ibid. deciſ. 40. num. 5.*

4 Immo nec etiam ſuper bonis ſuis † patrimonialibus ad quorum titulum fuit ad ſacros ordines promotus, niſi ſeruata forma requiſita à *Sacro Concil. Trident. Seſſ. 21. de reformat. cap. 2. ad finem.*

Cum etiam de Iure communi Clerico ſit interdicta alienatio patrimonij ſui, ad cuius titulum fuit ad ordines ſacros ordinatus, vt dicunt Scribentes communiter *in c. tuis, de Præbend.* & refert in puncto *Felician. in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 2. lib. 2. cap. 3. num. 12.* & ſequitur *Ludou. de Auend. in d. ſuo tract. cap. 77. nu. 6.* Iſta autem principalis concluſio

5 limitatur † ſi talis Cenſus impoſitio fiat ſuper rebus profanis & temporalibus Eccleſiæ, ſeruatis debitis ſolemnitatibus, & ex iuſta cauſa: vt in puncto dicit *Ludou. Auend. d. cap. 76. num. 4.* quoniam ſi hæc in alienatione bonorum immobilium Eccleſiæ copulatiuè adhibeantur, valida erit alienatio, quā alio-

6 qui non ſuſtineretur, † cum pro illius validitate copulatiuè requirantur. *Doctor. communiter in l. cum hi, §. eam tranſactionem, vbi Iaſ. num. 2.* teſtatur *de communi, C. de tranſact.* prout etiam *Couar. Var. Reſolut. lib. 1. cap. 17. num. 1. Dec. conſ. 142. nu. 4. & conſ. 174. num. 1.* & voluit Rota in reſolutionibus factis in *cauſa Leodienſi Cenſus* ſupra relatis, *& alijs ſæpè.*

Iuſta autem & legitima cauſa imponendi Cenſum ſuper rebus Eccleſiæ haberetur, ſi talis impoſitio fieret pro illius vtilitate, ad quam videntur om-

7 nes † cauſæ reducibiles, vt probat *tex. in can. ſine exceptione, 12. q. 2. ibi, meliora proſpiciat*, & dicit *Gloſ. 1. in c. nulli, de reb. Eccleſ. non alien.* Et poteſt exempli-

8 ficari, ſi Cenſus † imponatur pro extinguendo Cenſu maioris reſponſionis, quam ſit Cenſus qui imponitur, puta ſi recipiantur ad Cenſum pecuniæ ad rationem ſeptem pro ſingulo centenario & anno pro extinctione Cēſus, qui ſoluebatur ad rationem octo, vt conſiderauit *Rota in illa Romana Cenſus de Romulis, 8. Iunij, 1598. coram b. m. Penia, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 28. num. 3. verſ. ſupradictis, & coram Seraphin. deciſ. 1109. nu. 1. par. 2. & in illa Romana Cenſuum, 23. Iunij, 1600. corā Illuſtriſſimo Cardinali Mellino, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 29. num. 2. & 4. in fine,*

9 *& num. 5. in fine*, ſecus tamen eſſet † ſi Cenſus imponeretur ſimpliciter gratia extinguendi Cenſum priorem eiuſdem quantitatis, tam reſpectu ſortis, quam reſpectu fructuum: nam Eccleſia inuita cogi non poteſt ad extinguendum Cenſum, cum illius redemptio venditori ſit tantum licita, emptori autem prohibita, vt diſponitur in *d. Bulla Pij V.* & in impoſitione vnius Cenſus vt alius extinguatur omnino ſimilis, non dicitur Eccleſia effecta locupletior, vt in puncto dicebat *Rota in illa Romana inualiditatis Cenſus, 24. Maij, 1591. coram b. m. Cardinali Pamphil. quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 27. num. 7. & 9. in fine. & num. 10.*

Licet autem vltra cauſam legitimam pro validitate impoſitionis Cenſus requiratur interuētus de-

10 bitarum ſolemnitatum: attamen ſi talis † impoſitio fiat ex Decreto exequutoris Apoſtolici, in vim litterarum Apoſtolicarum in forma, Si in euidentem expeditatum, omnia cenſebuntur ſolemniter & legitimè geſta. *Nicol. Intrigl. ſuper Bulla de Cenſib. q. 27. nu. 3. cum ſeq.* poſt hæc ſcripta viſus, vt multorū auctoritate comprobauit *Rota coram R. P. D. Manzanedo, 2. Decembr. 1609. quæ eſt in fine Tract. deciſ. 30. n. 1. et per tot.* Ceſſantibus itaque legitima cauſa, & interuentu ſolemnitatum non ſuſtinebitur Cenſus impoſitio facta à Clerico ſuper bonis ſui beneficij.

Hanc autem principalem negatiuam Cōcluſio-

11 nem † intelligunt *Foller. in d. verbo, huiuſmodi, n. 18. & Redoan. d. tit. de conſtit. ann. Cenſ. num. 19. & ſeqq. & ſequitur Felician. in dictis ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 2. cap. 3. num. 10.* vt procedat quidem reſpectu præiudicij Eccleſiæ, ſecus autem reſpectu præiudicij ipſiuſmet Clerici imponentis. Affirmantes quod licet Clericus imponendo Cenſum ſuper bonis Eccleſiæ, non poſſit nec Eccleſiæ, nec ſuis in d. beneficio ſucceſſoribus præiudicare, poteſt tamen ſibimet præiudicium inferre. Et propterea poterit ſuper bonis ſuæ Eccleſiæ imponere Cēſum duraturum eius vita durante. Quam concluſionem fuit etiam amplexus *Ludou. Auend. d. cap. 77. num. 3. verſ. Ideo aliquantulum, & num. 4.* vbi id comprobat pluribus ſimilibus.

12 Et iſta † concluſio eſt in tantum vera, vt eo caſu poſſit Clericus etiam abſque debitis ſolemnitatibus Cenſum præfatum imponere, & conſtituere; vt poſt *Redoan. d. c. num. 19. & 25.* dixit *Auend. d. cap. 77. num. 4. verſ. In eo tamen.*

Et licet contra hanc Concluſionem duo obſtare videantur. Vnum quod ex ea videatur approbari Cenſus perſonalis, dum volūt Clericum eo caſu teneri ad obſeruantiam contractus, & proinde ad ſolutionem annuæ reſponſionis impoſitæ, vnde reſultat perſonalis obligatio. Alterum quod ex mēte *Io. Azor. d. quaſt. 5.* huiuſmodi Cenſus repugnat diſpoſitioni *Extrauag. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. nō alienand.* qua prohibentur res Eccleſiæ vltra triennium alienari, & nemo negauerit quin impoſitio Cenſus ſit

ſpecies

ſpecies alienationis. Qui *textus* vltra *Azor.* ſtringitur, quoniam ibi Papa prohibet non ſolum alienationem proprietatis, ſed etiam fructuum, cum inhibeat ne bona Eccleſiæ locentur ad longius tempus trium annorum, vnde videtur dicendum ex eo cenſeri prohibitam impoſitionem Cenſus, etiam ſuper fructibus, cum talis impoſitio de ſui natura ſit perpetua, vt ſupra ſuo loco diximus.

Iſtis tamen non obſtãtibus non videtur à ſupradicta Concluſione recedendum. Et ad Primum reſpõdetur, quòd non inconuenit quod perſona Clerici imponentis Cenſum, obligetur ad illius ſolutionem, dummodo Cenſus non conſtituatur ſuper ſola Clerici perſona, vt latè demõſtrabitur *infra hac ead. par. 1. cap. 3. quaſt. 3. art. 4.* Nam debetur eo caſu Cenſus ſaltem ratione intereſſe, vt fuit dictum *ſupra hoc 2. cap. quaſt. 1. art. 6.*

23 Ad ſecundum dicitur † diſpoſitionem d. Extrauag. Ambitioſæ procedere quando illa fructuum conceſſio poſſet inferre præiudicium ſucceſſori in beneficio, ſecus quando tenderet dumtaxat in præiudicium illius, qui fructus vltra triennium concederet. Ob quam rationem *Felician. d. num. 10.* licet hanc difficultatem ſenſerit, ea tamen non obſtante, cum ſupradicta opinione pertrãſiuit. Vel aliter eui-
24 tari poteſt diſpoſitio *d. Extrauag.* quod illa † prohibet locari res ipſas Eccleſiæ, non autem fructus & reditus Eccleſiaſticos, vt refert *Couar. Var. Reſolut. lib. 2. c. 16. num. 6. verſ. Sextò viſum eſt.* Quaſi ſolemnitates requiſitæ vigore *d. Extrauag.* reſtringantur ad locationes bonorummet, non aũt redituum, & fructuum illarum: quos propterea locari poſſe etiam vltra triennium abſque dictis ſolemnitatibus ſentiendum ſit. Quod fuit etiam de mente *Feder. de Sen. conſ. 123.* Quem intellectum ſequitur etiam *Aufrid. d. cap. 77. num. 5.* & extendit ad Cenſum conſtituendum non ſuper bonis met Eccleſiæ, ſed ſuper eorum fructibus & reditibus.

25 Verum enimuero ſi Cenſus † fuerit impoſitus non à ſimplici Clerico, ſed à Prælato, vel Capitulo alicuius Monaſterij abſque debitis ſolemnitatibus, licet poſſit Capitulũ & Monaſterium declarare nullam d. impoſitionem, quia tamen habet in ſe implicitum ſtatum validitatis, cum non ſit nulla niſi Eccleſia velit, *Put. deciſ. 310. lib. 1. & deciſ. 365. num. 5. lib. 2. Rota diuerſ. deciſ. 133. num. 12. par. 2. Carol. de Graſſ. in ſuo tract. de except. in 20. except. num. 22.* ſi Ca-
26 pitulum & Monaſterium per aliquod tempus † huiuſmodi Cenſum recognouerit, & illius fructus ſoluerit, non poterit poſtea de illius nullitate opponere, vt dixit *Rota coram Illuſtriſſimo Cardinali Mellino, 23. Iunij, 1600. in illa Romana Cenſuum,* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 29. num. 5.* Nam ſoluendo fructus dicti Cenſus, cẽſetur nullitatem remiſiſſe, quia obſeruantia ſubſequuta videtur animum præcedentem declarare, vt in ſimili dixit *Rota in vna Romana Cenſus, 13. Maij, 1596. coram b. m. Cardin. Blanchet.* quæ eſt *ibidem deciſ. 76. num. 4.* Vel ſaltem emptor talis Cenſus liberatur ab onere reſtituendi fructus ex eo perceptos antequam Eccleſia declarauerit velle illum habere pro nullo, vt dicemus *infra par. 2. cap. 2. quaſt. 4. art. 7.*

ARTICVLI TERTII

SVMMARIA.

1 *Vſufructuarius non eſt dominus rei, cuius habet vſumfructum, ſed habet dumtaxat ius in re.*
2 *Vſufructuarius quod non poſſit imponere Cenſum ſuper proprietate rei, cuius habet vſumfructum.*
3 *Nec ſuper ipſo vſufructu volunt aliqui.*
4 *Contrarium placuit alijs, & Auctori, vbi de ratione.*
5 *In incorporalibus datur propriè dominium.*
6 *Vſufructuarius dicitur propriè dominus iure quod habet vtendi, fruendi re aliena.*
7 *Ius vtendi, fruendi non poteſt ſeparari ab vſufructuario abſque interitu vſusfructus.*
8 *Commoditas percipiendi fructus remanet obligata ex impoſitione Cenſus ab vſufructuario facta.*
9 *Commoditas percipiendi fructus poteſt ab vſufructuario impune alteri concedi.*
10 *Cenſus impoſitus ab vſufructuario reſoluitur, reſoluto iure vſufructuarij.*

Vſufructuarius an poſſit imponere Cenſum ſuper re cuius habet vſumfructum.

ARTICVLVS TERTIVS.

TERTIVS ſequitur articulus in quo oc-
1 currit diſcutiendum. An † vſufructuarius (qui non eſt dominus rei cuius habet vſumfructum, ſed dumtaxat dicitur habere ius in re, vt volũt communiter Scribentes in *l. naturaliter, in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. Boer. deciſ. 28. num. 1. & ſeq. Menoch. de recuper. remed. 1. num. 54. & 69. Caualcan. de vſufruct. mulieri relicto, num. 5. in fine,* vbi multos congerit, & *de communi* teſtatur) poſſit ſuper illa Cenſum validè imponere, & fundare. In quo articulo videbatur
2 eſſe negatiuè reſpondendum, tam † reſpectu proprietatis dictæ rei, quæ ad vſumfructuarium non pertinet, & ideo illam nec alienare, nec ſuper ea Cenſum imponere poteſt, *Bald. in c. ad audientiam, el ſecondo, num. 9. de reſcr.* ſequitur *Tiraq. de retractu lignag. §. 1. Gloſ. 6. num. 6. verſ. nec qui non habet,* & nos diximus *ſupra hoc eod. cap. quaſt. 1. art. 1.* quam reſpe-
3 ctu † ipſiuſmet vſusfructus, quia cum Cenſus impoſitio ſpecies ſit alienationis, vt ſupra ſepius dictum fuit, vtique per illius impoſitionem diceretur alienari vſusfructus, & eius alienatione reſolueretur non ſolum ipſe vſusfructus, *§. finitur, & ibi Gloſ. in verbo, cedendo, Inſtit. de vſufruct.* ſed etiam Cenſuſmet deſuper impoſitus, qui perempto fundo & ipſe pereat neceſſe ſit, ita diſponente *Pio V. in ſua Bulla ſuper forma creandi cenſ.* & nos latè dicemus *infra par. 3. cap. 1. quaſt. 1.*

4 Ceterum † Contrarium fuiſſe reſolutum in Conciſtorio Regni Siciliæ teſtatur *Garz. Maſtrill. in deciſ. d. Regni 92. num. 14. lib. 1.* cum qua opinione ego non inuitus tranſeo, vel ſub ea cõſideratione quod
5 cum in † incorporalibus detur propriè dominiũ, vt *not. Gloſ. & Doct. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poſſeſſ.* maximè *Bart. in 1. oppoſitione. Iaſ. nu. 30. Ripa, num. 26. Socin. iun. num. 41.* qui de communi
6 teſtatur inferentes ad vſufructuarium qui † propte-

rea

rea dicitur propriè dominus illius iuris vtēdi, fruen-
di, & propterea videarur quod poſſit ſuper illo iure
tamquam ſuper re propria Cenſum imponere, vel
quod licet vſufructuarius non poſſit alienare, nec
obligare ipſum vſumfructum, ideſt ius ipſum vten-
7 di, fruēdi, quod ab eo † abſque illius interitu auelli
non poteſt, *d. §. finitur, cum concordantibus ibi per d,
Gloſ. in verbo, cedendo*; & hoc reſpectu non poſſit ſu-
8 per vſufructu formali cenſum imponere, poſſit † ta-
men illū imponere ſuper commoditate percipiendi
fructus, ita vt dicta commoditas cenſeatur obliga-
ta, & ſubiugata durante iure ipſius vſufructuarij,
vt in puncto concludunt *Hoſt. in ſua Summa, in tit. de
Cenſibus, §. quis imponere poteſt. Benedict. Bon. in ſuo
tract. de Cenſib. art. 23. nu. 49. ad finem. Ludou. Auend.
in d. ſuo tract. c. 71. num. 3.* vbi hoc comprobat. Et
pro eadem concluſione bene facit reſolutio *eiuſdem
Auend. cap. 62. num. 8.* vbi concludit, quòd poſſeſſor
bonorum Maioratus, non tamen expreſsè alienari
prohibitorum, poteſt ſuper cōmoditate percipien-
di fructus ex dictis bonis imponere Cenſum dura-
turum durante eius vita: de quo nos *ſup. hoc eod. c. 2.
q. 1. art. 6. num. 27.* Et pro hac concluſione videtur
quòd poſſint adduci dicta per *Neguſ. in ſuo tract. de
pignor. par. 2. memb. 3. num. 9. & ſeqq.* vbi concludit
9 † quod huiuſmodi commoditas & obligari, & hi-
pothecari poteſt, prout etiam vendi, *l. arboribus, §.
vſufructuarius, ff. de vſufr. l. neceſſariò. §. fin. & ibi Gloſ.
ff. de peric. & comm. rei vend. Couar. Var. Reſol. lib. 1.
cap. 8. num. 7. artic. 1. Pinel. ad l. 1. par. 3. num. 38,
C. de bon. mater. Ant. Gomez. Var. Reſolut. tomo 2.
cap. 15. num. 15. Baldum. in ſuo tractatu, de pignor.
cap. 12.*

Iſte tamen Cenſus, vt ſupra ab vſufructuario im-
poſitus, nō durabit perpetuò, ſed duntaxat durante
10 iure ipſius vſufructuarij imponentis, quo † reſolu-
to reſoluetur etiam Cenſus ipſe, & ius emptoris ex
vulgata regula, *l. lex vectigali, ff. de pignor.* vt in
ſimili de hypotheca conſtituta ſuper bonis emphy-
teuticis, quod reſoluatur reſoluto iure emphyteutę,
dicebat *Rota, coram Seraph. decif. 1290. in fine.* & nos
diximus *ſupra hoc eod. cap. quaſt. 2. art. 2.* & de cenſu
conſtituto ſuper re feudali, *d. quæſt. 2. art. 1.* & de
Cenſu impoſito ſuper re Eccleſiæ fuit dictum *in præ-
cedenti articulo*.

ARTICVLI QVARTI

SVMMARIA.

1 *Pactum, quod dominium rei venditæ, non tranſeat in emptorem, niſi ſoluto pretio, validum eſt.*

2 *Venditio facta cum dicto pacto, eſt vera, & perfecta.*

3 *Emptor cum dicto pacto non efficitur dominus, niſi ſoluto pretio, & num. 5.*

4 *Emptor cum dicto pacto, non poteſt ſuper re empta Cenſum validum conſtituere.*

5 *Intellige, vt remaneat obligata res, ſecus tamen vt ipſe teneatur.*

Emptor rei cum pacto, quod non acquirat dominium illius niſi ſoluto integro pretio an poſſit ſuper ea Cenſum imponere ante pretij integram ſolutionem.

ARTICVLVS QVARTVS.

Venit quarto loco propoſitus diſcutien-
dus articulus, in quo diſſerendum eſt de
eo, qui emit fundum, cum expreſſo ta-
men pacto, quod non intelligatur tranſ-
latum dominium in ipſum, donec pretium non ſol-
1 ueretur, (quod quidem pactum † eſſe licitum dicit
*Bald. in rub. C. de contrahen. empt. q. 13. num. 23. Dec.
conſ. 119. num. 4. & conſ. 440. in princ. Tiraq. de retra-
ctu lignag. §. 1. Gloſ. 2. num. 36.* & latius *ſub num. 39.
Io. Bapt. Lup. ad l. curabit, com. 1. §. 7. num. 148. C. de
pactis inter empt. & vendit.* & placuit *Rotæ coram Il-
luſtriſſimo Card. Lancelotto in illa Romana nullitatis
cenſus, 9. Decembris, 1602. quæ eſt poſt Tract. deciſ. 2.
numero 1.*

An talis emptor poſſit ſuper re, quam cum tali
pacto emit cenſum creare, & conſtituere? In quo
2 articulo, licet iſtam † ſit vera & pura venditio, *Co-
uar. Var. Reſol. lib. 3. c. 11. num. 6. in princ.* quia ta-
3 men ante pretij ſolutionem emptor † non efficitur
verus illius rei dominus, *l. quod vendidi. ff. de contrah.
empt. Tiraq. de retractu conuent. ad finem tit. num. 72.
& de retractu lignag. §. 1. Gloſ. 2. num. 43. & ſequenti.*
& dixit *Rota, in vna Romana vineæ de Fabris, coram
Reuerēdiſſimo D. Coccino Decano, 20. Decembris, 1604.
quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 79. num. 17.* videtur neceſſa-
4 ria ſequi concluſio, quod † emptor prædictus ante pre-
tij ſolutionem non poſſit ſuper re illa cenſum con-
ſtituere, & imponere, etenim ex tali impoſitione
conſtituitur ius in re, quæ ſubiicitur, vt diximus ſu-
per hac eadem *quaſt. artic. 1.* quod imponere, & con-
ſtituere is non poteſt, qui non eſt illius dominus, vt
in *d. art. 1.* dictum fuit, & hanc concluſionem latè
nititur comprobare. *Stephan. Gratian. in ſuis deciſ.
March. deciſ. 13. & in ſuis diſceptat. Forenſ. tomo 1.
cap. 175. num. 1. & 14.* affirmans hanc impoſitio-
nem cenſus tamquam factam ſuper re non libera,
& alienari prohibita nullam eſſe, & inualidam.
Quem ſimpliciter ſequitur *Paul. Bellon. in ſuo tract. de
eorum quæ fiunt incontinenti, vel ex interuallo, vi & po-
teſt. lib. 1. cap. 182. nu. 7. poſt hæc ſcripta viſus.* Quam
ſententiam ego quoque tenendam eſſe cenſeo, cum
ea declaratione, quod licet per talem cenſus impo-
ſitionem, res ipſa onere reali nō afficiatur, niſi euen-
tualiter, ideſt quatenus dictus emptor per pretij ſo-
5 lutionem acquiſierit verum † d. rei dominium, &
interim validitas cenſus ſtet in ſuſpenſo, *arg. l. ſi fun-
dus, §. aliena res, ff. de pignor. Neguſ. in ſuo tract. de
6 pign. & hypothec. par. 2. memb. 3. num. 53.* ipſe † ta-
men imponens remanet obligatus ſaltem ad in-
tereſſe, *Petr. Caball. conſ. ciuil. 94. num. 4. lib. 1.* & benè
conferunt ea, quæ ſupra diximus de hærede impo-
nente Cenſum ſuper re expreſsè alienari prohibita,
quod teneatur ad intereſſe, licet impoſitio ſit nul-
la, *hoc 2. cap. q. 1. art. 6. num. 41. & ſeqq.*

ARTI-

ARTICVLI QVINTI

SVMMARIA.

1 *Fideicommiſſum fieri poteſt ex certa die.*
2 *Fideicommiſſarius ante reſtitutionem ſibi ſaltem verbo factam, nullum ius reale conſequitur.*
3 *Habet tamen ius ad rem.*
4 *Fideicommiſſarius poteſt ſuper iure, quod habet ad fideicommiſſum paciſci, & contrahere.*
5 *Fideicommiſſum purum, & purificatum viuente fideicommiſſario, eodem iure cenſetur.*
6 *Fideicommiſſarius tranſmittit fideicommiſſum purum, & purificatum eo viuente.*
7 *Etiam non agnitum.*
8 *Etiam ante factam ſibi verbalem reſtitutionem.*
9 *Fideicommiſſarius quod ante reſtitutionem ſibi factam non poſſit, niſi euentualiter Cenſum imponere, voluit Garz. Maſtrill. & num. 10. & 11.*
12 *Contrarium defendit auctor, quod Cenſus ab initio purè valeat.*
13 *Ea quæ ſunt in bonis noſtris hypothecari ſpecialiter poſſunt.*
14 *Immo etiam ea quæ ſunt dumtaxat debita.*
Immo ea in quibus cōpetit ſolū ius in re, vel ad rē. ibid.
15 *Fideicommiſſarius poteſt cogere hæredem vt reſtituat bona ſubiecta.*
16 *Cenſus impoſitio facta ſuper re aliena, valet ſaltem ad præiudicium imponentis.*

Fideicommiſſarius an ante reſtitutionem ſibi ſaltem verbaliter factam de fideicommiſſo puro, poſſit ſuper eo cenſum imponere.

ARTICVLVS QVINTVS.

SVPERREST vt quintū articulum expediamus, in quo videndum eſt de fideicommiſſario cui fuerit relictum fideicommiſſum purè, vel ſub conditione, quæ ſit purificata vel ex certa
1 die prout † fideicommitti poſſe dicit *Imperat. in §. 1. verſ. poteſt autem. Inſtit. de fideicom. hæredit.* quæ dies venerit, an dictis caſibus, poſſit ante reſtitutionem ſibi nec re, nec verbis factam ſuper re huiuſmodi fideicommiſſo ſuppoſita cenſum imponere.
2 Et licet fideicommiſſarius † ante reſtitutionem ſibi ſaltem verbaliter factam, nullum ius reale habeat in bonis fideicommiſſo ſubiectis, *l. 1. §. reſtituta, ff. ad Trebell. Socin. iun. conſ. 92. num. 7. lib. 1.* nega-
3 ri † tamen non poteſt, quin habeat ſaltem ius ad
4 rem, quod † & alteri cedere, & donare pōt, & alio modo ſuper eo contrahere. *Angel.* & communiter alij *in l. apud, §. vtrum, ff. ad Trebell.* & alios *de communi* teſtantes refert *Mich. Craſſ. in tract. de ſucceſſion. §. fideicommiſſum, quæſt. 44. in fine.* Et motiens tam
5 purum, quām purificatū eo viuēte, quorum † idem eſſe iudicium, multorum auctoritate firmāt *Surdus conſ. 73. num. 4. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 32. num. 5.*
6 ad hæredes † tranſmittit. *Doctor. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. & in l. cum filiofamilias, §. fin. ff. de legat. 1. Dec. conſ. 490. num. 1. Rol. conſ. 46. num. 6.*
7 *lib. 3. Cephal. conſ. 132. nu. 7. lib. 1.* Etiam † non agnitum. *Rim. ſen. conſ. 243. num. 20. & conſ. 269. num. 3. lib. 2. Socin. ſen. conſ. 290. num. 1. verſ. ex qua concluſione, lib. 2. Socin. iun. pro communi, conſ. 129. num. 7. & 15. lib. 1. Phanucc. de Inuentar. hæred. par. 6. num. 72. & ſeq. Rota diuerſ. deciſ. 782. num. 20. par. 1.* & etiam
8 † ante factam ſibi verbalem reſtitutionē, *l. fin. §. 1. ff. de vulg. & pupill. Bart. in d. l. cum filiofam. ſub num. 13. & ibi alij, ff. de leg. 1. Gabr. conſ. 121. num. 21. lib. 1.* Et hæc dederunt anſam dubitandi an fideicommiſſarius ſuper dictis bonis ante factam ſibi reſtitutionē Cenſum valide cōſtituere, & collocare poſſet.
9 In qua † difficultate *Garz. Maſtrill. in deciſ. Regni Sicil. deciſ. 150. num. 20. & ſeq. lib. 2.* in ea fuit ſententia, quod validitas impoſitionis dicti Cēſus pendeat ab euentu futuro, videlicet, quod ſi iſte fideicommiſſarius, facta ſibi reſtitutione, efficiatur verè dominus rerum d. fideicommiſſo ſubiectarum, & illarum realem, & corporalem poſſeſſionem nanciſcatur, valida remaneat cēſus impoſitio, tanquam facta à vero domino, non ſecus ac ſi tempore impoſitionis res illæ fuiſſent in dominio ipſius imponentis, argum. *l. 1. §. 1. & not. ibi per Bart. ff. de pignor. per Paul. de Caſtro, in l. rem alienam, num. 4. ff. de pignor. act. per Neguſ. in ſuo tract. de pignor. & hypothec. par. 8. memb. 3. num. 14. per Menoch. conſ. 77. num. 21. lib. 1.*
10 Interim † verò donec bona illa tranſeant in dominium impoſitoris Cenſus, validitas impoſitionis ſtet in ſuſpenſo, *arg. l. ſi fundus, §. alienares, ff. de pignor. Bart. in l. 2. §. in ſpeciem, ad med. ff. eo. Bar. Bal. & Salic. in l. cum res, C. ſi alien. res pignor. dat. fuer. Neguſ. d.*
11 *tract. par. 2. membr. 3. num. 53.* facta † verò acquiſitione dominij, dicta impoſitio retrotrahatur ad tempus celebrati contractus, cum ſimilis retrotractio poſſit etiam habere locum, quando impoſitor Cenſus tempore impoſitionis nullum habebat ius in re, nec ad rem, illam tamen conditionaliter obligaſſet, & hypothecaſſet, & Cenſui ſubiugaſſet ſub conditione, ſi ſua aliquando efficeretur. *Bart. in l. quoties, ad fin. nu. 4. ff. de nou. Neguſ. d. nu. 53. & par. 3. memb. 1. num. 37. & d. par. 8. memb. 3. num. 15. Surd. conſ. 101. num. 27. lib. 1.* & ita ferè videtur ratiocinari *Maſtrill. vbi ſupra.*
Ego tamen ſimpliciter tranſeo cum opinione af-
12 firmatiua, quod † impoſitio Cenſus à fideicommiſſario, vt ſupra facta, valeat ab initio, & nullo tem-
13 pore ſtet in ſuſpenſo, tum quia poteſt † quis etiam ſpecialiter obligare & hypothecare non ſolum ea quæ habet in bonis ſuis, *l. quæ prædium, C. ſi res alien. pignor. dat. fuer.* cum aliis apud *Neguſ. d. tract. par. 2.*
14 *memb. 3. num. 4.* Verum † etiam ea quæ ſibi ſunt debita, immo, & illa in quibus habet ius in re, vel ad rem, vt per *Neguſ. ibid. num. 6. & 7.* Et propterea
15 iſte fideicommiſſarius, qui poteſt † hæredem grauatum cogere ad faciendam ſibi reſtitutionem bonorum ſubiectorum fideicommiſſo puro, vel purificato, *l. nam quod, §. 1. & l. cogi, ff. ad Trebell.* poterit ſuper illis Cenſum imponere & illa ſpecialiter obli-
16 gare ad fauorem emptoris Cēſus, tum † quia ſi impoſitio Cenſus facta ſuper re omnino aliena valet ad præiudicium imponentis, vt fuit dictum *ſupra hoc eod. cap. 2. q. 1. art. 1.* ergo multò magis debet valere ſi fiat ſuper re in qua imponens habet ius non ſolum conſiderabile, ſed ſuper quo poteſt paciſci, & contrahere, vt dictum eſt.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT TERTIVM.

SVMMARIA.

1 *Res ſacra publica, & his ſimiles in nullius ſunt dominio.*
2 *Cenſus conſtitui non poteſt ſuper rebus, quæ in nullius ſunt dominio, & num. 4.*
3 *Res quæ in nullius bonis ſunt, obligari non poſſunt.*
5 *Cenſus conſideratus ſecundum ius naturæ conſtitui poteſt ſuper qualibet re, ex qua vtilitas haberi poteſt.*
6 *Cenſus ſecundum ius poſitiuum imponi non poteſt, niſi ſuper rebus habentibus qualitates expreſſas in Conſtitutionibus ſummorum Pontificum.*
7 *Cenſus conſtitui debet ſuper re immobili.*
8 *Fundus Cenſus debet eſſe frugifer.*
Fructiferum id dicitur quod de ſui natura eſt aptum ad fructus ferendos, ibid.
9 *Cenſus imponi debet ſuper re certis finibus deſignata.*
10 *Fundus Cenſus debet eſſe liber, & alteri oneri non obnoxius.*

De rebus ſuper quibus Cenſus conſtitui poteſt, vel non.

CAPVT TERTIVM.

POSTQVAM egimus de perſonis, quæ Cenſum imponere poſſunt, vel prohibentur, ſequitur vt iuxta ordinem propoſitũ videamus de rebus ſuper quibus Cẽſus conſtitui, & collocari poteſt. De quibus tractaturi operæpretium eſſe duximus in primis generaliter præmittere, quod in propoſito intelligendum eſt de iis rebus, quæ ſunt in dominio, & commercio noſtro, non autem de iis, quæ vel ſunt in dominio alterius pro quibus ſufficiant ea quæ diximus *ſupra cap. 2. quæſt. 1. art. 1.*
1 vel ſunt in nullius dominio † quales ſunt res ſacræ,
publicæ, & his ſimiles, *§. nullius. Inſtit. de rer. diuiſ. l. 1.*
2 *ff. eod. tit.* quoniam † ſuper illis Cenſus imponi, &
collocari non poteſt, *argum. l. 1. §. eam rem, ff. quæ res*
3 *pignori obligari non poſſ.* Nam † in his, quæ in nullius
bonis ſunt, nulla cadit obligatio, *l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verb. oblig. l. quod nullius, ff. de reg. iur.*
4 Vnde ſuper illis neque † etiam Cenſus fundari &
collocari poterit, vt dicebat *Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 16. num. 40. art. 17. num. 41. art. 18. num. 42. & art. 19. num. 43.* & concludit *Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 2. cap. 3. num. 1.* Vt autem ſciamus qualis debeat eſſe res ſuper qua eſt Cenſus conſtituendus, & collocãdus, aduertendum eſt in primis, quod nos nõ loquimur de Cenſu
5 conſiderato ſecundum ius naturę, † quem conſtitui
poſſe ſuper quibuſcumque rebus, ex quibus vtilitas haberi poteſt nonnulli affirmant, & ſignanter *Gregor. de Valent. Commentar. Theologicor. tomo 3. diſput. 5. quæſt. 22. de Cenſib. puncto 2. in princ. & verſ. & hactenus*, inferentes propterea Cenſum ita conſideratum poſſe imponi etiam ſuper mobilibus, ſuper vniuerſitate bonorum, ſuper rebus incertis, ſuper perſona, de quibus tamen nos infra ſuo loco dicemus; ſed loquimur de Cenſu conſiderato ſecundum
6 ius poſitiuum, & cum † per Conſtitutiones Summo-
rum Pontificũ, & ſignãter *Martin. V. & Calixt. III. in c. 1. & 2. de empt. & vendit. inter Extrau. commun. & Pij V. in ſua Bulla ſuper Cenſib.* ſtatutum reperiatur quas qualitates habere debeat fundus qui Cenſui ſubiugari & ſubmitti debeat, ideo ad illas eſt recurrendum, vt cognoſcamus ſuper quibus bonis creari, & collocari Cenſus poſſet, vt animaduertit *Gregor. de Valent. d. verſ. & hactenus.* Conſtitutionibus autem Pontificiis ſancitum fuit, quod fundus Cenſus quattuor potiſſimum habere debeat qualitates, & circumſtantias,
7 Prima † eſt quod ſit immobilis.
8 Secunda † quod ſit frugifer, id eſt, aptus de ſui
natura ad ferendos fructus, vt declarat *Rebuff. in l. frugum, 77. ff. de verb. ſignif.*
9 Tertia † quod ſit certis finibus deſignatus, ita
enim magis ceſſat ſuſpicio vſurarum, vt ſuo loco dicemus.
10 Quarta † quod ſit liber, & alteri oneri non ob-
noxius, ne ſi imponatur ſuper re non libera, contingat emptorem Cẽſus eludi, & à perceptione reſponſionis annuæ excludi ab eo, qui ſuper illo fundo priora & potiora iura haberet, & conſequẽter Cenſum remanere ſuper ſola obligatione perſonali collocatum, quod non permitti infra latè demonſtrabitur.

Verum quoniam circa quamlibet harum qualitatum multi occurrunt enucleandi articuli, de ſingulis eſt ſuo ordine per quattuor Quæſtiones pertractandum. In quarum

Prima videbimus quomodo procedat, & intelligi debeat illud quod diximus fundum Cenſus debere eſſe immobilem.

In ſecunda explicabimus aliam qualitatem, quæ eſt vt fundus Cenſus debeat eſſe frugifer.

In tertia demonſtrabimus, an de neceſſitate fundus Cenſus debeat certis finibus deſignari.

In quarta & vltima tractabimus de illa qualitate quod fundus Cenſus debeat eſſe liber, & nulli oneri obnoxius,

Cenſus fundari, & collocari debet ſuper re immobili.

QVÆSTIO PRIMA.

HÆC quæſtio eſt ſex principalibus articulis explicanda.

Primus eſt, An Cenſus fundari poſſit ſuper rebus, quæ habentur pro immobilibus.

Secundus, an Cenſus habeatur pro re immobili.

Tertius, an ſuper aliis cenſibus Cenſus fundari poſſit.

Quartus, an ſuper rebus mobilibus cuiuſcumque generis.

Quintus, an ſuper iuribus, & actionibus.

Sextus, an ſuper perſona tam cõſtituentis, quàm alterius cuiuſcumque.

ARTI-

ARTICVLI PRIMI

SVMMARIA.

1 *Cenſus ſuper immobilibus conſtitui poteſt.*
2 *Siue ſint ſoli, ſiue ſint ſupra ſolum.*
3 *Bona immobilia aliqua ſunt ſoli, aliqua ſupra ſolum conſiſtunt, & ibi, quæ illa ſint.*
4 *Immo hoc eſt de ſubſtantia contractus cenſualis.*
5 *Cenſus conſtitui poteſt ſuper rebus, quæ pro immobilibus habentur.*
6 *Cenſus conſtitui poteſt ſuper domibus.*
7 *Molendina quæ ad inſtar nauium ſuper flumina meant pro mobilibus habentur.*
8 *Molendina, quæ ſunt affixa ripis fluminum reputantur immobilia.*
9 *Cenſus conſtitui poteſt ſuper molendinis ripis fluminum affixis.*
10 *Molendina ripis fluminum affixa, poſſunt concedi in emphyteuſim.*
11 *Et in feudum.*
12 *Cenſus conſtitui poteſt ſuper locis montium non vacabilium.*
13 *Loca montium non vacabilium habentur pro immobilibus.*
14 *Cenſus conſtitui poſſunt ſuper reditibus perpetuis ciuitatum, & vniuerſitatum.*

Cenſus conſtitui poteſt ſuper rebus, quæ pro immobilibus habentur.

ARTICVLVS PRIMVS.

1 QVOD Cenſus noſter cõſignatiuus fundari, & collocari poſſit † ſuper rebus immobilibus, nemo eſt qui dubitet cũ hoc ſit per *Conſtitutiones* tam *Martini V. & Calixti III.* quam *Pij V. & aliorum Pontificum* declaratum, & communi Scribentium conſenſu receptum, teſte *Cõrad. in tract. de contract. q. 72. in 5. ſuppoſitione, in fine, & Fernand. Rebell. in ſuo tract. de obligat. iuſtit. lib. 10. c. 6. num. 1.* Quod
2 procedere non ſolum † reſpectu eorum bonorum quæ ſunt ſoli, vt ſunt vineæ, prata, areæ, montes, & his ſimilia, ſed etiam reſpectu eorum quæ ſupra ſolũ exi-
3 ſtunt, † prout ſunt domus, columbaria, molendina, alia & ſimilia, dicit *Auend. in d. ſuo tract. c. 51. nu. 1. 2. & ſeqq.* vbi *num. 8. cum ſeqq.* firmat poſſe Cenſum conſtitui etiam ſuper molendinis.

4 Immo † hoc eſſe de ſubſtantia contractus Cenſualis cẽſuit *Rota in vna Romana pretij Palatij, 15. Ianuarij, 1607. coram b. m. Iuſto, quæ eſt poſt Tractat. de eiſ. 80. n. 1.* ſcilicet, vt excludatur Cenſus perſonalis, vt auctoritate *Nauar. in ſuo Comm. de vſur. nu. 85. & Ludouic. Lopez, in ſuo Tract. de contract. lib. 1. cap. 57. verſ. igitur de prima, cum verſ. ſeq. dixit ibi Rota; num. 2.* Sed quoniam poterat eſſe dubium an conſtitui, &
5 imponi etiam poſſet ſuper iis rebus, quæ † immobilia reputantur, & pro immobilibus habentur, ad tollendam hanc difficultatem *Pius V. in dicta ſua Bulla ſuper forma creandi* Cenſus in hæc verba diſpoſuit in verſ. *Hac igitur noſtra Conſtitutione ſtatuimus Cenſum, ſeu annuum reditum creari cõſtituíve nullo modo poſſe niſi in re immobili, & quæ pro immobili habetur.* Ex qua diſpoſitione inferri poteſt quod Cen-
6 ſus iſte poſſit † imponi ſuper domibus, vt ſenſit *Rota diuerſor. deciſ. 757. num. 3. par. 1.*

Item ſuper molendinis (non illis, quæ ad inſtar nauium ſuper flumina meant, & quaſi ambulant,
7 quæ † mobilia reputat *Tiraq.* poſt alios *de retract. lignag. §. 1. gloſ. 7. num. 92.*) ſed ſuper iis, quæ ſunt af-
8 fixa terræ, & ripis fluminum, (quæ † immobilia cenſuit *Bal. in c. contingit, col. pen. verſ. quæro nunquid molæ, ext. de dolo, & contum.*) ſi credimus † *Felic. de So-*
9 *lis, in ſuis Comment. de Cenſib. tomo 1. lib. 2. cap. 3. nu. 37. verſic. his tamen.* De quibus intellexit *Ludouicus Auend. d. c. 51. n. 8. & ſeqq.* dum firmauit ſuper illis ſenſum imponi poſſe, vt ſemetipſum declarat, *ibi, n. 13.*
10 cum † ſuper illis poſſit etiam conſtitui emphyteuſis ex mente *Aluar. Valaſch. de iure emphyteut. q. 12. nu.*
11 *9. verſ. in molendinis verò.* Et † eadem poſſint in feudum concedi. *Curt. iun. in ſuo tract. de feud. par. 1. q. 6. num. 11.* quem ſequitur *Valaſch. d. verſ. in molendinis*
12 *verò.* ob quam † conſtitutionem farẽdum eſt creari & fundari poſſe Cenſum ſuper locis mõtium non vacabilium, vt dicit *Boniacc. in ſuo tract. de Cenſib. p.*
13 *2. num. 140.* Nam † hæc inter immobilia connumerari deciſum fuiſſe in *Rota coram b. m. Oradino* teſtatur *Hieron. Gabr. conſ. 141. num. 23. lib. 2.*

14 Prout eadem † ratione fundari, & creari poſſe ſuper iure gabellarum, & aliis iuribus perpetuis in aliqua ciuitate exiſtẽtibus firmauit *Ludouic. Molina, in ſuo tract. de contract. par. 2. diſput. 389. num. 3. verſ. quatenus autem.* & latè proſequitur *Felician. d. cap. 3. num. 36. 10. Franc. Leonis in ſuo Teſauro for. Eccleſiaſt. par. 2. cap. 15. de Cenſib. num. 7. ad finem, & Ludou. de Auend. d. tract. cap. 52. num. 1. cum ſeqq.* vbi hoc multipliciter exemplificat. Sed poſſet dubitari an conſtitui poſſit ſuper aliis Cẽſibus, verum quia hoc non tranſit abſque aliquali difficultate, ideo particularem ſuper eo faciendum eſſe articulum exiſtimaui.

ARTICVLI SECVNDI

SVMMARIA.

1 *Annui reditus ex propria vocis ſignificatione non comprehendũtur appellatione mobilium, & immobilium.*
Vnde in legato mobilium non venit Cenſus, num. 7.
2 *Retractus non habet locum in Cenſu vendito.*
3 *Cenſus conſignatiuus eſt ius percipiendi annuam reſponſionem.*
4 *Quod cohæret rei cui Cenſus fuit impoſitus.*
5 *Cohærentia qualificat rem, quæ alteri cohæret.*
6 *Cenſus ratione cohærentiæ habetur pro re immobili.*
Ampl. etiam in materia ſtatutaria, num. 9.
Intellige in Cenſu perpetuo, num. 20. & ſeqq.
Intellige 2. de ipſo iure percipiendi, non de fructibus cenſus, hoc de re cenſuata, num. 25.
Intellige 3. vt ſit verum per improprietatem, num. 30.
10 *Exceptio eſt de regula.*
11 *Alius, a, ud, Iſtud relatiuum implicat ſimilia.*
12 *Et denotat totalem ſimilitudinem.*
13 *Poſſidens annuos reditus perpetuos, liberatur ab onere ſatiſdandi.*
14 *Incapax immobilium non poteſt retinere annuos reditus perpetuos.*

15 *Etiam ſi illi legentur ad alimenta.*
Limit. ſi legentur dumtaxat pro alimentis aliquot annorum, num. 23.
16 *Minor non poteſt alienare annuos redditus abſque ſolemnitatibus à iure requiſitis.*
17 *Minor non poteſt exigere annuos Cenſus abſque Iudicis decreto.*
18 *Minor poteſt reuendere annuum cenſum recipiendo ſortem principalem abſque ſolemnitatibus.*
19 *Gabella ſoluenda pro venditione rerum immobilium, ſolui debet pro venditione Cenſus.*
20 *Perpetuũ dicitur id quod habitu habet vitam perpetuã.*
21 *Temporale dicitur id, quod eſt breui tẽpore duraturum.*
24 *Bart. in l. legatum, num. 1. ff. de cap. dimin. declaratur.*
25 *Fructus Cenſus, qui anno ſingulo percipiuntur, non habentur pro immobilibus.*
26 *Cenſus non eſt res ſuper qua fuit impoſitus.*
27 *Pecunia quæ ex teſtantium diſpoſitione, vel contrahentium conuentione eſt in bonis immobilibus eroganda, poteſt conuerti in emptionem Cenſus.*
28 *Non eſt proprie tale quod habetur pro tali.*
29 *Statutum pœnale, odioſum, & correctorium non comprehendit id quod non eſt proprie tale.*
31 *Iura & actiones non circumſcribuntur loco.*
32 *Donatio facta de bonis exiſtentibus in tali loco, non comprehendit iura & actiones.*
33 *Statutum prohibens alienare bona immobilia in forenſes, non comprehendit alienationem Cenſus.*
34 *Conſtitutiones Sixti V. & Clem. VIII. prohibentes alienare bona ſtabilia exiſtentia in Statu Eccleſiaſtico in eos, qui non ſunt vaſalli S. Sedis Apoſtolicæ, non prohibent alienationes, & impoſitiones Cenſuum ad fauorem non ſubditorum.*

Cenſus redimibilis, an pro re immobili haberi debeat.

ARTICVLVS SECVNDVS.

QVONIAM propoſitæ difficultatis, an ſcilicet Cenſus ſuper Cenſu conſtitui & imponi poſſit, reſolutio ab alterius: videlicet, an cenſus inter immobilia connumeretur, reſolutione pendere videtur, idcirco neceſſarium eſſe ſum arbitratus, vt in primis diſcutiamus. An Cenſus pro immobilibus haberi debeant. In qua difficultate conſti-
1 tuenda eſt concluſio. Quod licet † annui reditus, ex eorum propria natura & ſignificatione nõ comprehendantur inter bona mobilia, vel immobilia, ſed tertiam ſpeciem ab illis diſtinctã, & ſeparatam cõſtituant, cum tam mobilia, quàm immobilia proprie tangi & palpari poſſint, & mobilia de loco ad locum moueri, quæ in annuis reditibus non verificantur, & propterea illos non eſſe proprie inter immobilia, vel mobilia connumerandos, ſed conſtituere tertiam ſpeciem ab illis diſtinctam, dicebat *Federic. Martin. in ſuo tract. de iure Cenſ. cap. 1. nu. 69. & ſeqq. Nicol. Intrigliol. ſuper Bul. de Cenſib. q. 31. num. 3. & ibi addentes* multos congerunt, & multorũ auctoritate voluit *Rota coram b. m. Cardinali Lancelotto in illa Auenionenſi, Carpentaratenſi, ſeu Cauillicenſi collectarum, 9. Martij, 16. Maij, & 27. Iunij 1585. quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 3. in 6. concluſ.*

2 Et propter † eandem, & alias rationes *Ioan. Gutierez, Practicar. Quæſtion. lib. 2. cap. 146. num. 2. & lib. 5. cap. 83. num. 6. & 7.* defendebat quod ius retractus, quod vigore ſtatuti, vel conſuetudinis competit conſanguineis ſuper bonis per conſanguineos venditis non poteſt exerceri ad retrahendum Cenſus huiuſmodi venditos, quam opinionem videntur amplexi etiam *Ludou. Molina, de Contract. p. 2. diſput. 377. Gaſpar. Roderic. in ſuo tract. de ann. reditib. lib. 1. quæſt. 14. ſub num. 7. verſ. vltimo.* & poſt hæc ſcripta viſi, *Intrigliol. d. tract. q. 95. num. 4. & ſeqq. Ludou. Auend. de Cenſib. Hiſpan. c. 89. n. 22.* vbi teſtatur de magis communi, licet quo ad hoc contrarium probauerit. *Federic. Martin. in d. tract. cap. vlt. num. 158. vſque ad fin. capit. & Balthaxar Benedel. in ſuo tract. de iure Prothomiſ. in princ. nu. 62. & ſeq.* qui ea mouetur ratione, quod Cenſus inter immobilia reputentur. Attamen ſuperior ratio, quod ſcilicet iura ideo tertiam conſtituant ſpeciem à mobilibus, & immobilibus, quia neque tangi, neque palpari poſſunt, nec loco circumſcribuntur, non videtur quod
3 adaptari poſſit Cenſui noſtro conſignatiuo, qui † licet ſit ius quoddam percipiendi annuam reſponſionem, vt dictum fuit ſupra *cap. 1. quæſt. 3. art. 2.* & propterea videatur dicendum, quod ſit ius quoddam incorporale abſtractũ & ſeparatum de per ſe, vt poſt *Aret. conſ. 10. & Caſſan.* conſiderauit *Rota in d. cauſa Auenionenſi d. 6. concluſ. verſ. & in annuis.* Nihilominus, quia tale ius non poteſt niſi ſuper re immobili conſtitui, vt diximus ſupra *art. 1.* & latius infra dicetur, & per conſequens rei immobili cohæ-
4 ret, ratione † huius cohærentiæ dicitur conſiſtere in eodem loco, in quo res ipſæ quibus cohæret ſitæ sũt. *Bal. in c. 1. num. 5. in fine, de controuerſ. Inueſtit. inter vaſall. & dniſ. Ripa, in l. fin. num. 2. ff. quod Meturſ. quod, &* alios refert *Gabr. conſ. 141. num. 15. lib. 2. Gaſpar. Roderic. d. tract. de ann. redit. lib. 1. quæſt. 1. num. 8. in fine,* & alios congeſſit *Seraf. Bal. ſic. in ſuo tract. de Salniano interd. ruſſ. ſept. 3. c. ap. 2. num. 22.* ſecundum poſtremam impreſſionem. *Vinc. Carocc. d. tract. num. 6. Alcibiad. Lucarin. Obſeruat. Practic. ſiue Stradem. 32 obſeruat. 3. num. 5. & ſeqq. Surd. deciſ. 204. ſub num. 6. Stephan. Gratian. poſt hæc ſcripta viſus, Diſcept. Forenſ. tomo 7. cap. 585. num. 6. & ſeqq.*

5 Hæc enim † cohærẽtia dat qualitatem rebus quæ alteri cohærent, & ideo res, quæ de ſui natura ſunt mobiles, ſi immobilibus cohærent, reputantur immobilia. *Romanus conſ. 501. num. 36. lib. 1. Menoch. de retinen. poſſeſſ. Remed. 3. num. 184. Claud. Garrigol. de clauſul. inſtrum. clauſula 19. Gloſ. 3. num. 71.* & de mola applicata molendino affixo terræ, dicit *Bal. in l. ſi contingit. col. pen. verſ. quærit aliquid mole, ff. de dolo, & contum.* & refert *Balthaxar Benedel. d. princ. num. 66.*
6 Et propter † hanc rationem Cenſum hunc pro immobili eſſe habendum, poſt *Tiraq.* reſoluit *Rota in d. Auenionenſi, in 6. concluſ. verſ. Secundo mouebantur,* & probant magis communiter *Scribentes per text. in l. Iubemus nulli, vbi Gloſ. & Doctor.* & maxime *Bal. num. 3. C. de ſacroſ. Eccleſ. c. querelam, ext. de elect. Clem. Exiui de Paradiſo, §. cumque annui reditus, de verb. ſignif. Rol. conſ. 54. nu. 6. & ſeqq. & n. 28. lib. 2. Beliſsar. conſ. 13. num. 9. Ruin. conſ. 82. nu. 5. lib. 2. Gabr. d. conſ. 141. num. 14. & ſeqq. lib. 2. Surd. d. deciſ. 204. num. 11. & per tot. Gabr. in tit. de verbor. ſignif. concluſ. 8. nu. 4.*

Tiber.

Tiber. Decian. conſ. 2. nu. 63. & 191. lib. 1. Caſar Barz.
deciſ. Bononienſ. 109. num. 2. & ſeqq. Federic. Martin.
d. tract. de iure Cenſ. cap. 1. num. 99. Boccac. in ſuo tract.
de Cenſib. par. 3. num. 60. & ſeqq. verſ. ſed inter. Thom.
Boninſig. in ſimili tract. cap. 2. num. 3. Carocc. de excuſſ.
bonor. pa. 2. quæſt. 44. num. 1. qui multos allegat. Ti-
raq. de retractu lignag. §. 1. Gloſ. 6. num. 4. & ſeq. Ma-
gon. deciſ. Florent. 107. nu. 8. verſ. & maxime, & nu. 9.
Octau. Simoncell. in ſuo tract. de Decret. lib. 3. tit. 8. In-
ſpect. 7. num. 57. Bened. Bon. in tract. de Cenſib. art. 15.
num. 36. poſt princ. verſ. veriſſima igitur ſententia. Fol-
ler. in ſua Pract. cenſuali, in verbo, huiuſmodi, num. 29.
& ſeqq. Marian. Antonin. Variar. Reſolut. vltim. lib. 2.
reſolut. vlt. caſu 34. in fine. Honded. conſ. 61. num. 35.
lib. 1. Alexan. Ambroſin. deciſ. Peruſ. 11. num. 12. lib. 1.
alios congerit Felician. in ſuis comment. de Cenſib. to-
mo 1. lib. 1. cap. 7. num. 2. & tomo 2. lib. 1. cap. 1. nu. 3.
ad fin. Bernard. Greu. ad Andr. Gail. obſeruat. iuris, lib.
2. concluſ. 10. num. 1. Quibus addi poteſt Ludouic. de
Anend. d. tract. c. 54. num. 4. verſ. Ex quo, & num. 9.
& amplexa etiam fuit Rota in vna Ciuitatis Caſtelli
Cenſus, 29. Maij, 1600. coram b.m. Iuſto, quæ eſt poſt
Tract. Deciſ. 81. num. 7. & in vna Vrbeuetana Cenſus,
16. Decembris, 1594. coram b.m. Cardinali Blanchetto,
quæ ibidem eſt deciſ. 82. num. 11. vbi num. 1. & porto-
7 tam reſoluit Rota, quod † ſub legato pecuniarum
& mobilium non comprehendantur annui Cenſus,
adeo quod legatario non debeatur quidem pecu-
nia reſtituta pro Cenſus redemptione, prout è con-
8 tra † in legato immobilium hos annuos Cēſus con-
tineri conſuluit Gabr. d. conſ. 141. poſt num. 18. & in-
fra lib. 2. Surd. deciſ. 204. num. 7. & ſequitur Alcibiad.
Lucar. d. obſeruat. 3. nu. 8. Et ſi contrarium defendat
Eugen. conſ. 100. lib. 1. eandem ſentētiam quod Cen-
ſus inter immobilia computentur, amplexa fuit Ro-
ta coram Seraphino, deciſ. 224. num. 4. par. 1. coram b.m.
Cardinali Mantica, deciſ. 14. num. 1. & 2. & coram R.
P. D. meo Vbaldo, in vna Anconitana Cenſus. 24. May,
9 1613. quæ ibidem eſt deciſ. 84. num. 23. Etiam † in ma-
teria ſtatutaria, & ſtrictè intelligenda, vt ſentit ea-
dem Rota in vna Bononienſi bonorum de Zanalys, 12.
Decembris, 1614. coram eodem D. meo Vbaldo, quæ eſt
ibidem deciſ. 85. num. 7. quæ etiam ſententia videtur
quod poſſit ſatis clarè comprobari auctoritate tam
Sixti V. in ſua Bulla edita de anno 1585. Kal. Iulij. inci-
pit Sollicitudo, paternuſq. affectus. ſuper prohibitione
alienandi bona quæcumque ſtabilia, & immobilia
in Statu Eccleſiaſtico exiſtentia abſque Sedis Apo-
ſtolicæ licētia aliis perſonis, quam vaſallis eiuſdem
Status, dum à tali prohibitione excipit Cenſus cum
10 † exceptio ſit de regula, l. nam quod liquide. ff. de pen.
legat. quam Clem. VIII. in ſua Bulla innouationis, decla-
rationis, & extenſionis prædictæ Bullæ Sixti V. promul-
gata de anno 1601. Pridie Non. Iulij. vbi in verſ. Inſu-
per de conſilio, & aſſenſu. leguntur hæc formalia ver-
ba. Necnon Cenſus, aliaq. bona, & iura, quæ pro ſtabili-
bus habentur, ponderando illam dictionem, alia,
11 quæ † implicat ſimilia, l. ſi fugitiui, C. de ſeru. fu-
git. Ruin. conſ. 116. num. 17. lib. 2. Afflict. deciſ. 244.
12 num. 1. & † demonſtrat totalem, & omnimodam
ſimilitudinem. Bero. conſ. 41. num. 10. conſ. 51. nu. 29.
lib. 2. Decian. conſ. 54. num. 30. verſ. natura, lib. 2. qua-
rum Bullarum tenor de verbo ad verbum habetur
in princ. Tract. ex quibus videtur, quod non poſſit
probabiliter dubitari quin annui Cenſus debeant
inter immobilia computari. Quæ concluſio poteſt
multipliciter confirmari.
13 Primò, quia † is, qui habet iſtos annuos Cenſus
releuatur ab onere ſatisdandi tamquam poſſidens
immobilia. Bellon. d. conſ. 23. num. 9. Foller. in d. ver-
bo, huiuſmodi, num. 28. Bon. d. tract. de Cenſib. art. 15.
num. 37. Bernard. Greu. ad Gail. d. concluſ. 10. conſide-
rat. 2. per tot. Caſſan. ad conſuetud. Burgun. Rubr. 5.
§. 1. num. 1. Rol. d. conſ. 54. num. 7. lib. 2. Alcibiad.
Lucar. d. obſeruat. 3. num. 13.
14 Secundò, † quia ij, qui ſunt incapaces immobi-
lium, ſunt etiam incapaces horum cenſuum. Anch.
in d. Clem. Exiui de Paradiſo, num. 21. de verb. ſign.
Bellon. d. num. 9. Foller. d. verbo, huiuſmodi, nu. 26. Cor-
bol. de iure emphyteut. cauſa 14. ob alienat. irrequ. dom.
fact. ampl. 49. num. 6. & 7. Rol. d. conſ. 54 num. 8. Al-
15 cib. ad. Lucarin. d. obſeruat. 3. num. 9. Etiam † ſi illis
legentur ad alimenta. Feder. de Sen. conſ. 12. num. 4.
& poſt eum ibidem ad fin. conſil. alter eximius Do-
ctor cuius nomen ignoratur id clarius confirmat,
quos refert & ſequitur Anch. d. num. 21. & alios ci-
tat Bon. d. art. 15. num. 36.
Tertiò comprobatur, quia eadem ratione dicti
16 † annui Cenſus non poſſunt diſtrahi à minoribus
abſque ſolemnitatibus à iure requiſitis in aliena-
tionibus rerum immobilium à minoribus faciēdis.
Bellon. d. conſ. 23. num. 10. Ceph. conſ. 308. nu. 31. lib. 3.
Rol. d. conſ. 54. num. 9. & 28. lib. 2. Bernard. Greu. ad
Gail. d. concluſ. 10. conſiderat. 1 per tot. Carocc. d. q. 44.
nu. 5. & ſeqq. vbi hoc quadrupliciter ampliat, Gaſp.
Roderic. in ſuo tract. de ann. reditib. lib. 1. quæſt. 14.
num. 2. qui alios allegat.
17 Immo † nec poſſunt minores abſque Iudicis de-
creto Cēſus decurſos exigere, & recipere. Simoncell.
d. tract. de decret. lib. 2. tit. 6. inſpect. 3. num. 33. ad fin.
Foller. in d. ſua Pract. cenſuali, in verbo, quæ quidem, nu.
18 69. & ſeq. licet † ſecus ſit quo ad receptionem ſor-
tis principalis pro reuenditione Cenſus, in qua cum
ſit actus neceſſarius non requiri Iudicis decretum,
teſtatum reliquit idem Simoncell. d. tract. lib. 3. tit. 8.
inſpect. 16. nu. 119. & nos dicemus infra par. 3. quæſt.
3. art. 7. num. 5. & ſeqq.
Quartò ad confirmationem eiuſdem principalis
19 Concluſionis non parum facere videtur, quod † in
venditione horum Cenſuum ſit ſoluenda gabella
ſolui ſolita propter venditionem rerum immobi-
lium, vt teſtatur Surd. d. deciſ. 204. per tot. & ſignan-
ter ſub nu. 9. verſ. ſequitur Menoch. Similiter & quin-
tò facit, quia in confiſcatione bonorū immobilium
veniunt etiam iſti annui reditus. Ang. Alex. & alij
in l. ſi conſtante, §. fin. ff. ſol. matrim. Ruin. conſ. 82. nu. 2.
vol. 2. Tiraq. de retractu lignag. §. 1. Gloſ. 6. num. 6. in
fine. Gabr. d. conſ. 141. num. 17. Mynſinger. ſingul. Ob-
ſeru. centur. 1. obſeru. 69. num. 7. Surd. deciſ. 204. nu. 6.
& faciunt multa quæ congerit Intrigl. d. tract. q. 36.
Iſta autem concluſio, vt ſupra multipliciter con-
firmata non eſt ita ſimpliciter, & indiſtinctè acci-
20 pienda, ſed cum aliqua declaratione: videlicet, † vt
ſit vera dumtaxat in iis Cenſibus, & reditibus, qui
ſunt perpetui, id eſt, qui habent ſaltem habitu vi-
tam perpetuam, iuxta ea quæ dicta ſunt ſupra hac
par. 1. cap. 1. q. 1. art. 2. & ita illam intelligit Anch.
in d. Clem. Exiui de Paradiſo, num. 21. in fine, de verb.
 ſignif.

ſignif. Gemin. in c. hoc conſultiſſime, nu. 12. de reb. Eccleſ. non alien, Socin. ſen, in tract. de oblation. in 8. libel. q. 6. num. 7. poſt med, Bellon. d. conſ. 23. num. 9. Tiraq. de retractu lignag, §. 1. Gloſ. 6. nu. 7. Pariſ. conſ. 56. nu. 11. lib. 3. Foller, in d. ſua Pract. cenſuali, in verbo, huiuſmodi, nu. 32. Ant. Gabr. in tit. de verb. ſignif. concluſ. 8. nu. 3. Boccacc. d. tract. de Cenſib. par. 1. num. 50. Franc. Vin. commun. Opin. lib. 2. opin. 683. nu. 1. qui multos congeruut, cum alioquin ſi non ſint perpetui, ſed tem-
31 porales, † id eſt, breui tempore duraturi, *Menoch. de arbitr. iudic. quaſt. centur. 3. caſu 233. num. 2.* pro
32 † immobilibus haberi non debeant, *Feder. de Sen. d. conſ. 12. nu. 5. & poſt eum ibi ille alius Doctor. Anch. d. num. 21. Viu. d. opin. nu. 2. Feder. Martin. d. ſuo tract. de iure cenſu. cap. 1. num. 102. Gaſp. Roder. de annu. reditib. lib. 1. quaſt. 3. num. 10. & quaſt. 14. num. 8. verſ. pro parte vero. Bernard. Greu. ad Gail. 4. cócluſ. 10. nu. 2. & ſeq.* vbi multos allegat. & iuſtificatur quia licet incapacibus immobilium nõ poſſint legari annui reditus, vt ſupra dictum fuit, etiam ad alimen-
33 ta; poſſunt † tamen legari pro alimentis aliquot annorum, & ſic temporaliter duraturi, *Feder. de Sen. d. conſ. 12. & ille alius Doctor poſt eum ibidem. Anch. d. nu. 21.* & alij relati à *Bon. d. tract. de Cenſib. art. 15.*
34 *num. 36.* & ita † intelligi debet *Bart. in l. legatum. num. 1. ff. de cap. dimin.* dum concludit, quod Fratres minores ſunt capaces legatorum eis pro alimentis factorum licet ſint incapaces legatorũ annuorum; Intelligendo ſcilicet, vt ſint capaces non perpetuorum, ſed temporalium aliquot annorum.

25 Secundò declaranda eſt eadẽ concluſio, vt † non ſit intelligenda de fructibus, & reſponſionibus annuis, quæ ſingulo anno ex Cenſu percipiuntur, quas pro immobilibus non reputari dicit poſt alios *Fernand. Rebell. in ſuo tract. de obligation. iuſtit. lib. 10. q. 1. num. 11.* vbi teſtatur *de communi.* ſequitur *Gaſp. Roderic. d. quaſt. 3. num. 11.* & bene deducit *Rota in vna Romana pratenſa executionis cõtractus. 27. Maij. 1594. coram b. m. Litta, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 86. num. 6. & 8.* licet in hoc diſſentire videatur *Feder. Martin. cap. 1. num. 106. & ſeqq.* vbi pluribus comprobat quod fructus Cenſus maturi, ſed non exacti ſint inter immobilia connumerandi. Neque etiam ſit intelligenda pro ipſa re immobili ſuper qua Cen-
26 ſus conſtituitur & imponitur, cum † Cenſus noſter non ſit res ipſa ſuper qua fuit collocatus, ſed quid deſtinctum & ſeparatum ab ea, vt declarauit *Rota coram b. m. Iuſto, in illa Ciuitatis Caſtelli Cenſus, 29. Maij, 1600. quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 81. num. 8.*

Sed intelligenda ſit de iure exigẽdi & percipiendi dictos annuos fructus, & annuas reſponſiones, quod inter immobilia connumeratur, vt ſupra deductum fuit.

Ex qua concluſione infertur Primò, quod pecu-
27 nia, † quæ vel ex teſtantium ordinatione, vel ex contrahentium cõuentione in bonis immobilibus collocari, & erogari debet poteſt in emptionẽ annuorum Cenſuum conuerti, vt pluribus comprobat *Alcibiad. Lucarin. Obſeruat. Practic. lib. 1. Academ. 5. obſeruat. 3. num. 2.* Secundò inferri poteſt ad quæſtionem, an ſtatutum prohibens ne quis poſſit in forenſem alienare rem immobilem habeat locum, in annuo Cenſu fundato ſuper re exiſtenti in territorio ſtatuentium, quod videbatur affirmandum cum ex prædictis Cenſus pro re immobili habeatur. Ceterum, cum iſti Cenſus non ſint propriè bona immobilia, ſed pro immobilibus habeantur, & ſic ſint
28 immobilia impropriè, cum † non ſit propriè tale quod pro tali habetur, *Bar. in l. ſi maritus, §. leges. ff.*
29 *ad leg. Iul. de adult.* non poſſunt † comprehendi ſub ſtatuto pœnali, exorbitanti & correctorio *l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. geſt.* & in puncto dicit *Marc. Ant. Peregrin. conſ. 19. num. 12. & conſ. 20. num. 15. lib. 3.* Nec obſtat quod Cenſus ratione cohærentiæ, quam habet cum fundo in quo eſt conſtitutus, & collocatus dicatur eſſe de loco vbi ſitum eſt prædium illud, vt diximus *ſupra in princ. huius articuli, num. 4. & 5.*
30 quoniam † hoc etiam eſt per improprietatem, quia cum Cenſus noſter nil aliud ſit quam ius percipiendi, &c. vt diximus *ſupra hac par. 1. cap. 1. q. 3. art. 1.* in definitione Cenſus. & voluit *Rota in illa Ciuitatis Caſtelli Cenſus, 29. Maij, 1600. coram b. m. Iuſto, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 81. nu. 7.* non poteſt verè dici quod
31 ſit in loco, & quod loco cohæreat, cum iura † loco non circumſcribantur, *l. Caius, ff. de legat. 2. l. ſi fideicommiſſum, §. tr. ſtatum, ff. de iudic. l. 3. §. incorporales, ff. de acquir. poſſeſſ.* cum aliis apud *Panell. ad Rubr. C.*
32 *de bon. matern. par. 1. num. 10.* & propterea † in donatione bonorum exiſtẽtium in certo loco non veniunt vt multos congerens, probat *Tiraq. ad l. ſi vnquam, in verbo, Bona num. 13. C. de reuoc. donat.* Vnde
33 † concludendum eſt, quod ſub tali ſtatuto Cenſus iſti non cõprehenduntur vt in puncto dixit *Laderch. Imol. conſ. 104. num. 7. nu. 1. & Peregr. d. conſ. 19. num. 8. & ſeqq. & conſ. 20. num. 14. & ſeqq.*

34 Et multò minus † comprehendentur ſub prohibitione *Conſtitutionũ Sixti V. & Clement. VIII.* prohibentium alienari bona ſtabilia exiſtentia intra Statum Eccleſiaſticum in nõ ſubditos eiuſdem Status, de quibus meminimus ſupra, num. 9. cum vt ibi dictum fuit Cenſus ipſi expreſsè à dicta prohibitione excipiantur, & excludantur, & hanc ſententiam cõfirmat *Stephan. Gratian. Diſcept. Forenſ. tomo 3. cap. 420.* poſt hæc ſcripta viſus.

Tertiò ex eadem cõcluſione inferri poteſt, quod ſuper dictis Cenſibus, tamquam ſuper bonis, quæ pro immobilibus habentur, poſſunt alij Cenſus conſtitui, & collocari, de qua tamen illatione, & particulari articulo mox diſſerendum.

ARTICVLI TERTII

SVMMARIA.

1 *Cenſus ſuper Cenſu conſtitui poteſt.*
Contrarium aliqui ſentiunt, num. 4.
Sed prima opinio verior, num. 5.
2 *Cenſus vendi, locari, donari, & alijs titulis in alium transferri poteſt.*
3 *Feudum conſtitui poteſt ſuper Cenſu.*
6 *Cenſus formalis, id eſt, ius percipiendi Cenſum eſt quid frugiferum.*
7 *Cenſus formalis poteſt dici, quod ſit certis finibus deſignatus.*
Et hac certitudo ſufficit vt ſuſtineatur Cenſu ſuper cenſu impoſitus, num. 9.
8 *Cenſus formalis ratione cohærentiæ dici poteſt, quod ſit in loco in quo ſunt res cui cohæret.*

10 Cen-

Digitized by Google

10 *Cenſus ſuper quo fuit impoſitus nouus cenſus, tranſit cum onere noui Cenſus.*

11 *Fundus non liberatur ab onere Cenſus ſuper quo nouus Cenſus conſtitutus fuit, niſi etiam iſte nouus Cenſus extinguatur.*

12 *Cenſus perit perempto fundo in quo conſtitutus fuit.*

13 *Ampl. vt pereat etiam Cenſus nouus ſuper dicto antiquo Cenſu impoſitus.*

14 *Cenſus ſuper Cenſu, quomodo conſtituatur.*

Cenſus ſuper Cenſu an conſtitui, & collocari poſſit.

ARTICVLVS TERTIVS.

SVPEREST tandem vt explicemus, an
Cenſus ſuper alio Cenſu poſſit conſti-
tui, cuius quidē articuli reſolutio non
admodū videtur difficilis ex dictis ſu-
pra in præcedentibus articulis. Nam
cum ex *Bulla Pij V. ſuper Cenſibus*, Cenſus ipſe crea-
ri, & imponi poſſit non ſolum ſuper rebus immobi-
libus, verum etiam ſuper iis quæ pro immobilibus
habentur, vt diximus ſupra *hac quæſt. artic.* 1. & cum
Cenſus perpetui de quibus nos loquimur pro im-
mobilibus habeantur, vt dictum eſt in præcedenti
1 articulo, clara ſequitur concluſio, quod Cēſus † ſu-
per cenſibus conſtitui, & collocari poſſint. quam
concluſionem amplectuntur *Guliel. Redoan. in ſuo tract.
de reb. eccleſ. non alien. in Rubr. de Conſtit. anu. cenſ. num.
55. Nauar. in ſuo Commentar. de vſur. num. 87. Foller. in
ſua Pract. cenſuali, in verbo, huiuſmodi, num. 49. Ludo-
uic. Molina, in ſuo tract. de contract. p. 2. diſput. 389. num.
3. verſ. vtrum autem cenſus. Caſſan. ad Conſuetud. Bur-
gund. Rubr. 11. des cenſes, §. 3. ſub num. 4. verſ. quid
autem ſi cenſuarius, Felician. de Solis, in ſuis Comment.
de cenſib. tomo 1. lib. 2. cap. 3. num. 32. verſ. nono. Fernād.
Rebell. in ſuo tract. de obligat. Iuſtit. lib. 10. q. 10. num. 4.
Leonard. Leſſ. de iuſtit. & iure. lib. 2. cap. 22. Dubit. 12.
num. 77. verſ. vbi notandum. Mich. Salon. in ſuo tract. de
contract. & commerc. human. in tit. de Cenſib. art. 3. con-
trouerſ. 5. num. 17. verſ. ſequitur. Io. Azor. Inſtitut. Mo-
ral. par. 3. lib. 10. c. 7. in 1. q. Alcibiad. Lucarin. Obſeruat.
Pract. lib. 1. Academ. 5. obſeruat. 3. num. 3. Vinc. Carocc.*
poſt longam diſcuſſionem *deciſ. 103. Federic. Martin.
in ſuo tract. de iure cenſu. cap. 4. num. 79. & 83. Io. Fran-
ciſc. Leonis in ſuo Teſauro fori Eccleſiaſt. par. 2. cap. 15.
de cenſib. num. 7.* Quibus addantur poſt hæc ſcripta
viſi, *Nicol. Intriglioli ſuper Bulla, de Cenſ. q. 36. per tot.
Martin. Bonacin. in ſuo tract. de contract. diſput. 3. q. 4.
puncto vnico, num. 16. Ludou. de Auend. de Cenſib. Hi-
ſpan. cap. 54. num. 4.* & poteſt comprobari, quia
2 † Cenſus iſti conſignatiui poſſunt vendi, donari,
locari, in ſolutum dari, & aliis iuſtis titulis in alios
transferri, vt demonſtrabimus *infra par. 2. cap. 1.*
3 *quæſtione 1. artic. 1.* Necnon ſuper † illis poteſt feu-
dum conſtitui, vt pluribus relatis dicit *Surd. deciſ.
204. n. 3.* ergo pari ratione poterit ſuper illis Cen-
ſus imponi, vt argumentatur *Auend. d. c. 54. num. 5.*
quæ rationes licet nō videantur de neceſſitate con-
cludere, ab hac tamen opinione tamquam magis
4 communi non eſt recedendum. Et licet † ab hac
communi concluſione recedere videatur *Boccac. in
ſuo tract. de Cenſib. p. 1. num. 49. & Thom. Boninſign. in
ſimili tract. cap. 4. num. 17.* eo ſub prætextu, quod li-
cet Cenſus iſte habeatur pro re immobili, in eo ta-
men non verificentur ceteræ conditiones, quæ re-
quiruntur in aliquo fundo ad effectum, vt validè
poſſit ſuper eo Cenſus cōſtitui, ſcilicet, quod ſit fru-
gifer, & certis finibus deſignatus. Iſtę tamen eorum
5 conſiderationes non ſunt, meo iudicio, tales, vt † ex
iis recedendum ſit à priori, & communi opinione.
Intelligendo tamen illam non de cenſu materiali,
& annuis reditibus, qui ſoluuntur, ſed de iure exi-
gendi dictos reditus, vt conſiderat etiam *Carocc. d.
deciſ. 103. num. 15.*

6 Hoc † enim ius eſt quidem frugiferum, quoniam
vt experientia demonſtrat, ex eo ſingulis annis cer-
ta, & determinata fructuum quantitas percipitur
ex annuis reſponſionibus ſingulo quoquo anno te-
deuntibus.

7 Eſt † etiam certis finibus deſignatum, quia licet
iura certo loco non circumſcribantur, *l. Caius, ff. de
leg. 2.* & diximus *artic. præcedenti, nu. 31. & ſeq.* quia
tamen ius iſtud cenſuale rei immobili inhæret tam-
quam in ſuo ſubiecto, cum non niſi ſuper re immo-
bili imponi, & conſtitui poſſit, vt diximus *ſupra hac
8 eadem quæſt. art. 1.* ratione huius † cohærentiæ dici-
tur conſiſtere in eodem loco in quo res ipſæ quibus
cohæret ſitæ ſunt, vt dictum eſt *ſupra art. præcedenti,
num. 6. & ſeq. ex Bal. Ripa, Gabr. & alijs*, & ideo cum
iſtud ius ferat fructus, & dici poſſit certis finibus de-
ſignatum, & pro immobili habeatur non eſt abſur-
dum dicere, quod ſuper eo poſſit alius Cenſus im-
poni, & collocari.

9 Nec † dicatur, quod hæc finium deſignatio, cum
ſit impropria, & abuſiua, vt dicunt *Boccacc. & Bo-
ninſign.* in contrarium allegati, & nos diximus *ſupra
in præcedenti artic. num. 30.* non poſſit eſſe ſufficiens
ad effectum, vt ſuper Cenſu cenſus ſuſtineatur, quo-
niam pro ſufficienti ad effectum de quo agitur illam
habuit *Pius V. in d. ſua Bulla*, dum in ea concedit
cenſum imponi, & creari poſſe ſuper rebus, quæ pro
immobilibus reputantur, non obſtante quod in *ea-
dem Bulla* pro forma conſtituiſſet quod Cēſus creari
non poſſit, niſi ſuper re, quæ eſſet certis finibus de-
ſignata, & circumſcripta, & ſic ceſſat inconueniens
quod conſiderabat *Boccacc. d. num. 49.*

10 Bene verum eſt, quod caſu † quo Cenſus ille ſu-
per quo alius Cenſus fuit collocatus venderetur, vel
alio titulo ad alium transferretur, ſemper tranſiret
cum onere ſoluendi iſtum nouū cenſum, prout cum
alienatione rei cenſui ſuppoſitæ tranſire onus ſol-
uendi cenſum dicemus *infra par. 2. cap. 2. q. 3. art. 6.*

11 Neque poſſet † ab illo onere liberari fundus ſu-
per quo fuit impoſitus primus cenſus, ſi etiam ſe-
cundus cenſus ſuper dicto primo cenſu impoſitus
non redimeretur, ſi credere velimus *Ludouico Moli-
na, d. diſputat. 389. num. 3. verſ. vtrum autem.*

Ex cuius dictis poſſumus etiam inferre quod ſi-
12 cut † perempto fundo ſuper quo primus Cēſus fue-
rat collocatus ipſe quoque Cenſus perit, & extin-
guitur, vt fuit diſpoſitum per *Conſtitutiones Mart. V.
& Calixti III. regiſtratas, in c. 1. & 2. de empt. & ven-
dit. inter Extrau. Commun. & Bullam Pij V. ſuper Cen-
ſib.* & nos dicemus latè *infra par. 3. cap. 1. quæſt. 1. ar-
13 tic. 1.* Ita quoque † perire debeat Cenſus ſecundus
ſuper illo primo impoſitus, & conſtitutus, vt ſentit

Digitized by Google

Caroce. d. deciſ. 103. num. 20. quod videtur ſatis iuri conſonum, cum per peremptionem Cenſus ſuper quo erat iſte ſecundus conſtitutus, iſte nouus remaneat ſine ſubiecto, & abſque fundo ex cuius fructibus ſolui poſſit, vt animaduertit *Leonard. Leſſ. dicta dubit. 12. num. 77. ad fin. Martin. Bonacin. d. num. 16. in fine.*

34 Vt † autem hanc noui Cenſus ſuper antiquo impoſitionẽ ad praxim reducamus poterit, vel creari, & conſtitui nouus Cenſus ſuper antiquo, prout *ſupra hac par. 1. cap. 1. quæſt. 1. art. 1. num. 21.* & alteri concedi, vel poterit ſeruari ordo, & modus conſideratus per *Foller. in d. ſua Pract. cenſuali, in verbo, huiuſmodi, num. 49.* & indicat *Bocc. in d. ſuo tract. de Cenſib. par. 1. num. 51.* vt ſcilicet dominus Cenſus vendat alicui partem aliquam dicti ſui Cẽſus antiqui, prout vendi poſſe innuit *Pius V. in d. ſua Bulla, ad finem,* in illis verbis. *Hanc autem ſalutiferam ſanctionem, &c.* nam per iſtam venditionem videtur quaſi ad fauorem noui emptores creari nouus Cẽſus ex antiquo, licet hæc non poſſit propriè, & verè appellari Cenſus conſtitutio: hunc tamen modum communis practica obſeruat.

ARTICVLI QVARTI

SVMMARIA.

1 *Cenſus ſuper rebus mobilibus creari non poteſt,*
Cuiuſcumque ſint generis, num. 7. 9. & ſeqq.
Etiam de iure naturali, & diuino, num. 6.
Declara dupliciter, vt num. 19.
2 *Nullo modo hæc verba habent in ventre negatiuam.*
3 *Negatiua poſita ante verbum, Poteſt, abnegat actum, & potentiam.*
4 *Reddit actum aliter geſtum nullum.*
5 *Niſi, Hæc, particula poſita poſt negatiuam ponit id quod exprimitur in caſu ſequenti.*
8 *Lapilli, & gemmæ fructum de ſui natura non ferunt.*
9 *Frumentum, vinum, oleum, & pecunia conſumuntur ex vſu, & num. 10.*
11 *Cenſus imponitur percipiendus ratione fructuum rei, ſuper qua conſtituitur.*
12 *Pecunia conſumitur diſtractione, & vſu.*
13 *Pecuniæ vſus non poteſt ab ipſa pecunia ſeparari.*
14 *Cenſus conſtitui non poteſt ſuper ſe mouẽtibus, & n. 16.*
15 *Se mouentia veniunt appellatione mobilium.*
16 *Se mouentia licet afferant vtilitatem. Non tamen ferunt fructus ſecundum eorum naturam, num. 18.*
17 *Se mouentium vita non eſt perpetua.*

Cenſus conſtitui non poteſt ſuper mobilibus cuiuſcumque generis.

ARTICVLVS QVARTVS.

1 QVOD † Cenſus creari, & conſtitui minimè poſſit ſuper rebus mobilibus eſt omnino negatiuè concludendum ex *Conſtitutione Pij V.* edita *ſuper forma creandi Cenſus* in illis verbis, *Hac igitur noſtra Conſtitutione ſtatuimus cenſum, ſeu annuum reditum creari, conſtituive nullo modo poſſe niſi ſuper re im-*
mobili, aut quæ pro immobili habeatur. Ponderando
2 in primis illa verba, *Nullo modo,* † quæ habent in
ventre negatiuam, & totum excludunt. *Rebuff. in l.*
Labeo, in fine, ff. de verb. ſignif. Ruin. conſ. 30. num. 30.
3 *lib. 3.* vnde ſuccedit vulgaris regula quod † negatiua poſita ante verbum poteſt, abnegat actum, &
potentiam. *Glo. in c. 1. in verbo, non poteſt, de reg. iur. in*
6. Bar. & alij, in l. Gallus, in princ. ff. de liber. & poſthum.
4 & † reddit actum in contrarium geſtum nullum, &
inualidum. *Bal. in l. 1. n. 46. C. qui adm. & in l. fin. n. 22.*
verſ. Item quando teſtator, C. de fideic. Couar. in c. quamuis, par. 2. §. 4. num. 4. de pact. lib. 6. Secundò pondero
5 particulam, Niſi, † quæ poſita poſt orationem negatiuam & prohibitiuã ponit, & permittit id quod
exprimitur in caſu qui ſequitur, alia autem negat,
& prohibet *Pariſ. conſ. 30. num. 35. lib. 2. Tiber. Decian. conſ. 31. num. 20. lib. 1. Rota diuerſor. deciſ. 460.*
num. 1. & ſeq. par. 1. Cũ itaque in dicta Piana Conſtitutione in caſu poſito & expreſſo poſt dictã particulam, Niſi, cõcedatur creatio, & collocatio Cenſus ſuper rebus immobilibus, & quæ pro immobilibus habentur, ſequitur vt ſit negata, & prohibita
ſuper aliis rebus, quæ non ſunt immobiles, nec pro
immobilibus habentur, & ita per conſequens ſuper
rebus mobilibus. Et hanc ſententiã probauit etiam
Ludou. de Auen. 1. cap. 59. num. 6. & ſeqq. vbi num. 12.
in fine, profitetur hanc eſſe receptiſſimam ſententiam, & illam habet, & hanc ſententiam habet pro
indubitabili *Fernand. Rebell. in ſuo tract. de oblig.*
Iuſtit. lib. 10. quæſt. 6. ſub num. 3. verſ. per ſecundam,
& communem profitetur *Io. Azor. Inſtit. Moral.*
6 *par. 3. lib. 10. c. 9. q. 5. verſ. quarto quæritur,* etiam † de
iure naturali, & diuino ſe mota etiam diſpoſitione
& prohibitione Summorum Pontificum tam *Martini V. & Calixti III.* quam *Pij V.* quod pluribus ibi
comprobat *Azor.* [illegible]
7 Hæc † autem concluſio procedit in quacunque
re mobili, cuiuſcumque ſit generis, ſiue ſit de illis
mobilibus, ex quibus nullus omnino percipi poteſt
fructus licet longiſſimæ ſint ætatis, & durationis, maximiq. valoris, quales ſunt gemmæ, & lapilli, quia
8 cum reditum non ferant † proinde eſt impoſſibile
vt ſuper eorum dominio poſſit ius percipiendi annuam reſponſionem imponi, vt deducit *Ludou. Molina, in ſuo tract. de contract. par. diſput. 389. num. 5.*
9 *verſ. quia verò Cenſus,* ſiue ſint de illis, † ex quibus
percipitur quidem vtilitas, ſed inde ſequitur illarum peremptio, & conſumptio, vt eſt frumentum,
vinum, oleum & his ſimilia, quæ licet vſu poſſint in
ſtatu fructificandi, puta ſi, vinũ, frumentũ, oleum, &c.
expoſitum ſit negociationi & propterea ſuper illis
rectè conſtitui poſſe Cenſum affirmet poſt *Sot.* ab
eo allegatum *Federic. Martin. in ſuo tract. de iure Cen-*
10 *ſuali, c. 4. num. 5. verſ. Secundo,* quia † tamen ſecondum earum naturam nec fructus & reditum ferũt,
nec ſunt apta nata vt ferant, ſuper illis pariter Cenſum conſtitui non poſſe affirmat *Conrad. in ſuo tract.*
de contract. quæſt. 72. in 5. ſuppoſit. verſ. Item in re cuius
11 *vſus;* cum † enim Cenſus imponatur percipiendus
ratione fructuum, & redituum rei quæ ſubiugatur
vtique re perempta, & conſumpta, vel ex ſui natura
infructuoſa exiſtẽte nulli ex ea percipi poſſunt fructus, cum non entium nullæ ſint qualitates, *l. eius*
qui in prouincia, ff. ſi cert. pet. l. 4. §. 1. ibi, non poteſt
eſti-

æſtimari bonitas loci, qui non extat, ff. de act. empt. &
conſequenter, vel ab initio Cenſus creari non po-
tuit, vel eodem tẽpore ortus & interitus illius con-
tingeret, cum ob peremptionem rei ſuppoſitæ ip-
ſum quoque Cenſum extingui ſtatuerit *Pius V. in d.*
ſua Bulla, & nos dicemus *infra latè par. 3. cap. 1. q. 1.*
Quod maximè procedit in pecunia numerata, quæ
præter quam quod eſt de iis rebus quæ vſu conſu-
12 muntur, *l. rogaſti. l. non omnis, ff. ſi cert. pet.* eſt † etiam
ordinata ad diſtractionem, qua diſtractione conſu-
mitur ſi non in ſubſtãtia, ſaltem quoad dominium
reſpectu illius perſonæ, quæ eam præbabuerat, vt
cõſiderat *Conrad. d. 5. ſuppoſitione,* & facit eõcludens
ratio, quam affert *Laurent. de Rodulph. de vſur. par. 2.*
13 *quæſt. 18. num. 57.* quod † ſcilicet vſus pecuniæ non
poteſt ab ipſa pecunia ſeparari, & ſicut vſus pecu-
niæ non poteſt conſumi abſque conſumptione ip-
ſiuſmet pecuniæ, *argum. l. 2. ff. de vſufr. ear. rer. quæ*
vſu conſum. Ita eademmet pecunia conſumi nõ po-
teſt abſque conſumptione vſus illius; quare cõſum-
pta pecunia cum ſuo vſu, impoſſibile eſt vt Cẽſus ex
ea debeatur, vt ex *D. Thom. 2. 2. quæſt. 78. art. 1.* &
alios concludit *Calcan. conſ. 84. num. 1.*
14 Quæ † concluſio procedit etiam in ſe mouenti-
15 bus, nam & hæc † appellatione mobilium conti-
nentur, *l. mouentium, & ibi Bart. & Alc. ff. de verb.*
ſignif. Dec. conſ. 388. col. 1. Pariſ. plenè *conſ. 67. nu. 2.*
16 *lib. 2.* Nam † quamuis ex illis percipi poſſit fructus
& vtilitas citra ipſarum conſumptionem & interi-
tum, vt ex equis vtilitas equitationũ, ex mulis fru-
17 ctus vecturarum, & ſic de ſingulis, quia † tamen
harum rerum vita non eſt perpetua, ſed ſunt de ea-
rum natura breuioris durationis, ſuper illis Cenſus
imponi non poteſt. *Conrad. d. quæſt. 72. in 5. ſuppoſit.*
verſ. ſi igitur in re. Nec repugnat, quod attenta hac
ratione videatur quod non poſſit dari caſus, in quo
Cenſus impoſitio futura ſit licita & legitimè facta,
cum nulla res ſiue ſit mobilis, ſiue immobilis vitam
habeat perpetuam, cũ nihil ſit ſub Sole perpetuum,
l. cum debere, ff. de ſeruit. vrban. præd. Peregr. de fidei-
commiſſ. art. 52. in princ.

Quoniam ad effectum vt licitè Cenſus ſuper ali-
qua re fructifera imponi valeat non repugnat quod
poſſit cõtingere caſus peremptionis illius, ſed quod
caſus ille ſit de neceſſitate intra breue temporis ſpa-
tium euenturus, vt contingit in equo, mulo, & aliis
rebus ſe mouentibus, quarum peremptio, & interi-
tus non ſolum eſt de neceſſitate futurus, prout in
omnibus aliis rebus à natura conſtitutum eſt, ſed
breui etiam tempore de neceſſitate debeat contin-
gere, quæ feſtina peremptio in rebus immobilibus
frugiferis non eſt ſecundum naturam de neceſſita-
te futura, ſed longiorem habent vitam, & duratio-
nem, quod ſatis eſſe vt quid perpetuum dicatur, &
ſuper eo legitimè Cẽſus poſſit collocari fuit dictum
ſupra *hac prima par. cap. 1. q. 1. art. 2.* Præter quam
18 quod † fructus, & vtilitas, quæ ex iſtis ſe mouenti-
bus percipitur non eſt ſecundum eorum propriam
naturam, cum ſuaptè natura hos fructus non ferãt,
ſed requiratur induſtria, & artificium humanum,
quo caſu res non poteſt dici fructifera ad effectum
vt ſuper ea poſſit Cenſus imponi, vt dicemus *infra*
hoc 3. cap. quæſt. 2. art. 1.

Hanc autem principalem Concluſionem in hoc
quarto articulo firmatam quod Cenſus ſuper mo-
bilibus, ſeu ſe mouentibus conſtitui legitimè non
19 poſſit. Declarat † dupliciter *Gregor. de Valent. in*
ſuis commentar. Theologicor. tomo 3. diſput. 5. quæſt. 22.
de Cenſib. puncto 2. & 4. & quidem Primò vt proce-
dat ſecundum ius poſitiuum, ſecus verò ſecundum
naturam ipſius cõtractus Cenſualis, vt proſequitur
d. puncto 2. verſ. & hactenus. Secundò, vt procedat in
Cenſu perpetuo, ſecus autem in temporali, vt de-
clarat *d. puncto 4. verſ. & ſic poſſet admitti.* Sed quo-
niam, vt ſupra dictum fuit mei propoſiti eſt tractare
tantum de Cenſu perpetuo conſtituto ſecundũ for-
mam traditam per Conſtitutiones Pontificias, &
præcipuè à *Pio V. in dicta ſua Bulla ſuper Cenſibus,*
ideo ſuper iſtis declarationibus Gregor. de Valen-
tia diutius inſiſtere operæpretium eſſe non exiſti-
maui properans ad vtiliora, ſed ſatis ſit illas indi-
caſſe, & quaſi digito demonſtraſſe, vt de illarum ve-
ritate aliquis forte curioſior valeat diſſerere.

ARTICVLI QVINTI

SVMMARIA.

1 *Cenſum ſuper iuribus & actionibus perſonalibus poſſe imponi videtur ſentire Bon. de Cenſibus.*
Contraria ſententia eſt verior, num. 4.
Reſpondetur Bon. num. 5. & ſeqq.
2 *Intereſſe non ſolutum ex partium conuentione effici poteſt ſors.*
Declar. vbi num. 6. & ſeqq.
3 *Dotis augmentum efficitur dos.*
Ratio redditur, num. 13.
4 *Cenſus ſuper iuribus & actionibus, conſtitui non poteſt.*
6 *Fructus fructuum, & vſuræ vſurarum non debentur.*
7 *Acceſſiones acceſſionum non debentur.*
8 *Vſuræ vſurarum nullo iure debentur inter eoſdem debitorem, & creditorem.*
9 *Secus ſi ſit mutata perſona creditoris, vel debitoris.*
10 *L. 1. C. de vſur. Intellectus.*
11 *Mercatori debetur intereſſe tã damni emergentis, quam lucri ceſſantis.*
12 *Mercatorum valdè intereſt habere pecunias ſibi debitas ſuo tempore.*
13 *Dos eſt quid vniuerſale, & recipit augmentum, & diminutionem.*
14 *Cenſus ſuper ipſamet iuriſdictione imponi non poteſt.*
15 *Iuriſdictio eſt quid ſeparatum à proprietate.*
16 *Iuriſdictio incumbit ſuper terram ſicut nebula ſuper paludem.*
17 *Iuriſdictio obligari, & hypothecari non poteſt.*
18 *Cenſus ſuper dignitate, & titulo conſtitui non poteſt.*
19 *Dignitatum aliquæ ita cohærent perſonæ, vt ab illa diuelli non poſſint; aliquæ transferuntur de perſona ad perſonam.*
20 *Dignitas non eſt quid immobile, nec pro immobili habetur.*
21 *Fructus iuriſdictionis ſunt mulcta, pœnæ, confiſcationes, & huiuſmodi.*
22 *Cenſus ſuper fructibus iuriſdictionis poteſt legitimè conſtitui.*

Cen-

Digitized by Google

Cenſus ſuper iuribus incorporalibus conſtitui non poteſt.

ARTICVLVS QVINTVS.

1 QVOD † ſuper iuribus, & actionibus
perſonalibus cenſus noſter imponi, &
conſtitui poſſit videtur ſenſiſſe *Bened.
Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 11. nu. 28.*
dum defendit quod cenſus poſſit crea-
ri ſuper pecunia debita pro terminis cenſus decur-
ſis, & non ſolutis (de hac enim loquitur, & agit ibi
Bon. non autem de ipſo iure exigēdi annuum cen-
ſum, & annuam reſponſionē) & ſic ſuper illa actio-
ne, quæ domino cenſus competit pro illiſmet ter-
minis non ſolutis, quod infraſcriptis rationibus ni-
titur comprobare.
2 Prima quia ſicut † intereſſe non ſolutum poteſt
ex partium conuentione effici ſors principalis, ſiue
de ea conuentione fiat publicum documētum, ſiue
in inſtrumento conſcripta non ſit, *l. 1. C. de vſur. l.
quemadmodum, §. Item Labeo, ff. ad leg. Aquil.* & ſic
ſicut pro intereſſe, quod eſt effectū ſors nouum in-
tereſſe deberi poteſt, ita etiam videtur, quod annuę
penſiones, & cenſus decurſi, & ſuo tempore non ſo-
luti poſſint voluntate contrahentium aſſumere na-
turam cenſuum principalium, & ſuper eis nouus
cenſus creari.
3 Secundò mouetur *Bon.* quia † ſicut augmentum
dotis cenſetur eadem dos. *l. inter ſocerum. §. cum in-
ter. ff. de pact. dotal.* eadem ratione videtur, quod ſi
ex terminis Cenſus decurſis, & non ſolutis nouus
Cenſus cōſtituatur, & antiquo applicetur, iſte cen-
ſus nouus debeat iudicari idem Cenſus cum primo.
4 Ceterum † contraria ſententia negatiua eſt om-
nino amplectenda ex *Bulla Pij V. ſuper Cenſibus,* non
ſolum in verſ. *Hac igitur noſtra Conſtitutione, &c.* in-
ducendo, vt ſupra, *artic. proximo, num. 2. & ſeqq.* ſed
etiam in verſ. *Immo & Cenſum augeri, &c.* vbi in for-
tioribus terminis Papa prohibet, ne pro penſioni-
bus iam decurſis & non ſolutis, nouus Cenſus cree-
tur ſuper eodem vel alio fundo, & cum hac ſenten-
tia tranſit *Fernand. Rebell. in ſuo tract. de obligation.
Iuſtit. lib. 10. q. 6. num. 4. verſ. non poteris tamen,* & eam
amplectitur *Eugen. conſ. 100. num. 33. lib. 1.*
Nec obſtant ea quæ in contrarium fuerunt con-
5 ſiderata. Nam † ad *Bon.* reſpondetur, quod illius
auctoritas non poteſt allegari in terminis de quibus
nos agimus, etenim dicta per ipſum tendunt dum-
taxat ad firmandum quod cum pecunia debita pro
fructibus Cenſus maturis, & non ſolutis poſſit emi
nouus Cenſus à priore debitore, de qua re nos dice-
mus *infra par. 2. cap. 1. quaſt. 1. art. 5. num. 16.* non au-
tem ad probandum quod Cenſus poſſit imponi, &
conſtitui ſuper illa actione perſonali, quæ competit
ad illoſmet fructus debitos, & non ſolutos, de quo
nos in hoc articulo dubitamus. & hæc vt apparet
ſunt omnino ſeparata, & diuerſa, vnde non poteſt
de vno ad alterum inferri, *arg. l. naturaliter, §. nihil
commune, ff. de acquir. poſſeſſ. cum vulgar.*
Nec etiam obſtat rationes ſupra ponderatæ.
6 Nam ad Primam reſpondetur quod ſicut † non de-
bentur de iure fructus fructuum, & vſuræ vſurarum,
*l. fin. C. de vſur. l. ſecundus creditor, in fine, C. de pignor.
l. improbare, C. ex quib. cauſ. infam. irrogat. l. ſi non for-
tem, in princ. verſ. ſupra modum, ff. de cond. indeb. Cle-*
7 *ment. 1. de vſur.* Nec † etiam acceſſiones acceſſio-
num, *l. 1. C. de vſur. fiſcal. lib. 10. Gloſ. in l. fin. C. de
Magiſtr. conuent.*
8 Ita quoque nullo Iure permittitur vt inter † eoſ-
dem debitorem, & creditorem intereſſe pro intereſ-
ſe nō ſoluto debeatur etiam ratione lucri ceſſantis.
Rota Genuen. deciſ. 87. nu. 8. verſ. dubitatum, poſt *Dec.
& Stracc.* quos allegat *Ruin. conſ. 55. col. pen. lib. 2.*
quem (relecto *Cugnol. in l. vnica, C. de ſentent. qua pro
eo quod intereſt profer. num. 4.*) commendat *Io. Bapt.
Lup. ad l. 2. comm. 1. §. 6. ſub num. 120. C. de pact. in-
ter empt. & vēdit.* ſequitur *Vinc. de Franch. deciſ. 254.
num. 14.* aſſerens ita ſemper in ſacro conſilio iudi-
catum fuiſſe, prout teſtatur etiam *Milaneuſ. deciſ.
Regni Sicil. lib. 1. deciſ. 8.* ſequitur *Peregr. de iure fiſc.
lib. 6. tit. 7. num. 30. & ſeqq. Honded. conſ. 50. num. 78.*
9 *lib. 1.* Licet † ſecus ſit ſi mutentur perſonæ vel cre-
ditoris, vel debitoris, puta ſi quis pro alio ſoluat de-
bitum, & intereſſe iam maturum, & non ſolutum,
prout ſoluere poteſt, *l. ſoluendo, ff. de neg. geſt.* & po-
ſtea repetat ab eodem principali debitore pro quo
ſoluit: nam illo exiſtente moroſo in reſtituendo de-
betur intereſſe etiam illius quantitatis quæ pro in-
tereſſe ſolutum fuerat, quia quo ad iſtū tertium ſol-
uentem eſt vera ſors tam ſolutum pro capitali, &
principali debito, quam ſolutum pro intereſſe, vt
per *Gloſ. in l. 1. in verbo, vſurarum, ff. de dolo, & in l. ſi
prior. §. 1. in verbo, geſſit, ff. qui pot. in pign. habe.* di-
cit *Vinc. de Franch. d. deciſ. 254. num. 15.* & ſequitur
Peregr. d. tit. 7. num. 33. verſ. præmiſſa tamen, & alij
ſupra relati.
Nec repugnat quod ſaltem ex conuentione id
fieri poſſit, vt dicit ibi *Bon. per l. 1. C. de vſur. & l.
quemadmodū. §. Item Labeo, ff. ad leg. Aquil.* Quoniam
10 † *d. l. 1.* nō loquitur de ſtipulatione vſurarum ſol-
uendarum pro vſuris iam debitis non ſolutis, ſed de
primis vſuris, dicta verò *l. quemadmodum,* ne ver-
bumquidem de intereſſe conuento pro alio inter-
eſſe. immo *ibi, I. C. in verſ. Plane,* negat incertum in-
tereſſe habendum eſſe in conſideratione.
Secundò principaliter reſpondetur ad primam
rationem, quod quatenus admitteretur quod inter-
eſſe pro intereſſe deberi poſſet ſaltem ex conuētio-
11 ne id ſuſtineretur † dumtaxat in Mercatoribus,
quibus debetur intereſſe non ſolum ob damnum,
quod patiuntur, ſed etiam ob lucrum, quod amit-
tunt, ex eo quod ſibi retardatur ſolutio crediti, cum
ipſorum valde interſit habere pecunias ſuo tempo-
re, vt cum illis valeāt negotiari. *Bart. & alij in l. vni-
ca, C. de ſentent. qua pro eo quod inter. profer. Rota Ge-
nuenſ. deciſ. 16. num. 16.* & paſſim admittunt omnes.
Tertiò reſpondetur, & proprius ad rem noſtram,
12 quod aliud eſt † quærere an debeatur intereſſe pro
penſionibus & fructibus Cenſuum debito tempore
non ſolutis, quod forte in mercatoribus, & ſolitis
negotiari permitteretur. Aliud an ſuper illis poſſit
nouus Cenſus imponi, & conſtitui ita vt ex illis no-
ua reſponſio tamquam ex vero & legitimo Cenſu
debeatur, quod omnino repugnat tam Pontificiis
Conſtitutionibus, quam naturæ cōtractus Cenſua-
lis, cum ſuper re, quæ de ſui natura non ſit apta ad
fructus ferendos Cenſus legitimè conſtitui non poſ-
ſit

ſit, vt dicemus *infra hoc cap. 3. quæſt. 2. artic. 1.*
Ad alterum de augmento dotis quod fiat eadem
dos, reſpondetur quod ideo augmentum dotis cen-
13 ſetur eadem dos, quoniam † dos eſt quid vniuer-
ſale, *l. quod dicitur, la prima, ff. de impenſ. in re dotal.*
fact. Bar. & alij communiter in Rubr. ff. ſol. matr. quæ
propterea recipit augmentum, & diminutionem,
& in qualibet re augeri & diminui poteſt; quæ in
Cenſu non verificantur, cum creari, & collocari non
poſſit niſi ſuper rebus immobilibus, vel quæ pro ta-
libus reputantur, vt dictum eſt ſupra hac eadem
quæſt. art. 1. & augmentum vel diminutionem non
recipit propter expreſſam Pij V. prohibitionem.
Vel poſſumus reſpõdere ſecundo modo vt in ter-
tia reſponſione allata ad præcedens augmentum.
Stat igitur firma concluſio, quod Cenſus non poſſit
legitimè, & validè conſtitui ſuper iuribus, & actio-
nibus perſonalibus.
Ex qua non incongrue videtur quod inferri poſ-
ſit ad quæſtionem quã excitauit *Foller. in ſua Pract.*
Cenſuali, in verbo, intra, iuriſdictiones, Cenſus, num. 2. &
ſeqq. An ſcilicet, Cenſus imponi, & conſtitui poſſit
ſuper iuriſdictione, quam reaſſumit *Felician. de So-*
lis, in ſuis comment. de Cenſib. tomo 1. lib. 2. cap. 3. num.
36. in fine, & latius proſequitur *tomo 2. eod. lib. 2.*
cap. 3. num. 21. cum plurib. ſeqq.
14 In qua † quæſtione cõcluſiue procedendo (quid-
quid dixerit *Intrigliolus ſuper Bul. de Cenſib. q. 33.*
num. 6. & ſeq.) in ea ſum opinione, quod Cenſus
ſuper ipſamet Iuriſdictione nullo modo poſſit im-
poni, *ex Foller. d. loco, num. 2. & Felician. d. num. 21.*
15 *verſ. igitur*: nam † iuriſdictio eſt quid intellectua-
le, & non in re, ſed ſupra rem, & perſonam diſtin-
ctum à dominio, & proprietate rei. *Oldr. conſ. 176.*
num. 7. Dec. ad l. 1. num. 44. ff. de iuriſd. omn. iudic. Soc.
conſ. 127. ſub num. 5. lib. 1. Menoch. conſ. 21. nu. 8. lib. 1.
16 & † incumbit ſuper terram ſicut nebula ſuper pa-
ludem. *Bal. in c. 1. num. 7. in fine, de allod. Socin. ſen.*
conſ. 74. num. 2. lib. 1. Natta, conſ. 149. num. 19. Boer.
deciſ. 227. num. 7. & huc pertinet quod dicit *Bart. in*
l. ſi is qui, §. iura prædiorum, num. 2. ff. de pignor. quod
17 iuriſdictio † non poteſt pignori, vel hypothecæ ſu-
bijci, & *Bart.* traditionem eſſe receptiſſimam te-
ſtantur *Iaſ. in §. Item Seruiana, nu. 104. & ibi Gomeſ.*
num. 41. & 42. Inſt. de act. & alij apud *Foller. d. loco,*
num. 2. & Felician. d. num. 21. verſ. igitur.
Ex qua concluſione inferri etiam poteſt quod
18 † nec etiam imponi poterit Cenſus ſuper dignitate
19 & titulo, non ſolum ſuper iis † quæ ex ſui natura
ſunt quid perſonale, & cohærent perſonæ ita, vt de
vna ad aliam, & de vno ſubiecto ad aliud transfer-
ri nequeãt, vt ſunt Dignitas, Doctoratus, Militia, &
ſimiles, ſuper quibus licet ex eis aliquod emolumen
tum percipi ſoleat, Cenſus creari & conſtitui non
poteſt, vt notat *Felician. d. tomo 2. ſup. relat. cap. 3.*
num. 23. & ſeqq. & explicat *Auend. d. tract. de Cenſib.*
Hiſp. c. 55. num. 1. Sed nec etiam ſuper illis dignita-
tibus, quæ licet perſonales ſint, poſſunt tamen de
vna perſona ad aliam titulo ſingulari transferri, &
in priuatorum patrimonium conuerti, & emolu-
mentum afferunt, vt ſunt quædam officia, & quæ-
20 dam dignitates in Vrbe, cum non ſint † res immo-
biles, nec pro immobilibus habeantur, quod pro
ſubſtantiali forma requiritur, ad effectum vt licitè
& validè poſſit ſuper aliqua re Cenſus collocari &
creari, ex *Conſtit. Martini V. Calixti III.* regiſtratis *in*
cap. 1. & 2. de empt. & vendit. inter Extrauag. commu-
nes, & ex *Bulla Pij V. ſup. Cenſib.* & nos diximus *ſup.*
hac prima quæſt. art. 1. Vnde cauendum eſt à *Ludou.*
Auend. dum in *d. cap. 55. num. 7.* contrarium affir-
mat, cum ex ſui natura ſit quid perſonale, vt aduer-
tit *Felician, d. tomo 2. ſupra relat. cap. 3. nu. 23. & ſeqq.*
Ceterum quod ſuper fructibus, & reditibus iuriſ-
21 dictionis, † qui conſiſtunt in mulctis, pœnis, confi-
ſcationibus, & huiuſmodi. *Peregr.* poſt multos quos
allegat in *d. tract. de iure fiſc. lib. 6. tit. 5. num. 43. Fol-*
ler. vbi ſupra, num. 8. Felician. d. cap. 3. tomo 1. num. 36.
22 poſſit validè † & legitimè conſtitui Cenſus, vult
Foller. d. loco. & Felic. d. num. 36. & in effectu etiam
tomo 2. d. num. 21. cum multis ſeqq. & ſequuntur *In-*
trigliol. d. q. 32. num. 8. & Ludou. Auend. d. tract. cap.
52. num. 6. & facit id quod diximus *ſupra hac par. 1.*
cap. 2. quæſt. 2. art. 1. & 2. vaſallum & emphyteutam
poſſe Cenſum imponere ſuper fructibus rei feuda-
lis, & in emphyteuſim acceptæ. *& hac ead. quæſt. 1.*
art. 1. dum diximus poſſe creari ſuper iuribus Ga-
bellarum, & aliis iuribus perpetuis vniuerſitatum.

ARTICVLI SEXTI

SVMMARIA.

1 *Cenſus quando dicatur perſonalis.*
2 *Cenſus perſonalis quod ex natura contractus ſit licitus, ſi perſona ſit vtilis, & frugifera volunt aliqui; & num. 12.*
3 *Alij quod quod ſit licitus ſimpliciter dicunt.*
Contrarium tenent alij magis communiter, & hanc probat auctor, num. 10. & 15.
Ita vt nec per ſententiam Iudicis conſtituatur licitè, num. 52.
Nec per teſtatoris diſpoſitionem, num. 53.
4 *Clericus beneficiatus poteſt Cenſum imponere ſuper fructibus ſui beneficij, obligando ſe ad illius ſolutionem.*
Intellige, vt num. 24.
5 *Hæres grauatus fideicommiſſo poteſt cenſum imponere ſuper rebus reſtitutioni ſubiectis, & perſonaliter obligatur ad Cenſum.*
6 *Proprietarius tenetur actione perſonali ad ſolutionem Cenſus ſuper nuda proprietate impoſiti.*
Intellige, vt num. 26.
7 *Quilibet poteſt annuam penſionem gratis concedere ſub obligatione ſuæ perſonæ.*
8 *Operas ſuas quilibet poteſt ſub certa penſione locare.*
Vide num. 27. & ſeqq.
9 *In contractu Cenſus principalis obligatio conſiſtit in perſona; res autem eſt loco hypothecæ ſecundũ Couar.*
Sed contra, num. 31. & ſeqq.
11 *Cenſus natura eſt, vt ex eo transferatur ius percipiendi annuam penſionem ex re ſui natura fructifera.*
13 *Rei appellatione venit perſona.*
14 *Seruus parit fructus operando.*
15 *Fundus Cenſus debet eſſe frugifer ex ſui natura, non ex accidenti.*
16 *Homo liber non eſt in commercio.*
17 *Homo quilibet ex natura naſcitur liber.*
18 *Perſona hominis liberi principaliter obligari nõ poteſt.*

19 *Ius*

19 *Ius oriens ex Cenſu eſt tranſitorium ad quemcumque, etiam ſingulariſſimum ſucceſſorem.*

20 *Pecunia eſt de rebus, quæ vſu conſumuntur.*

21 *Pecunia pecuniam parere non poteſt ſine labe vſurariâ.*

22 *Impoſitio Cenſus cum obligatione perſonali differt ab impoſitione facta habita relatione ad rem, & eius fructibus.*

23 *Nemo eſt dominus membrorum ſuorum.*

28 *Vſura conſiderari non poteſt vbi eſt gratuita conceſſio.*

29 *Ius patronatus gratis concedi poteſt abſque labe ſimoniaca licet licitè vendi nequeat.*

30 *Contractus Cenſualis ex ſola ſuſpicione redditur ſuſpectus & illicitus.*

32 *Materia in contractu Cenſuali eſt res, non perſona.*

33 *L. fundus. ff. de ann. legat. Intellectus.*

34 *Cenſus perſonalis quod poſt Extrauag. Martini V. & Calixti III. fuerit licitus, volunt aliqui,*

Contrarium eſt verius, num. 37.

35 *Extrauag. 1. & 2. de empt. & vend. Intellectus, & nu. ſeq. ſed reprobatur, num. 37. vbi datur verus intellectus.*

38 *Quod diſpoſitum non reperitur, cenſetur relictum diſpoſitioni iuris communis.*

39 *Cenſus perſonalis poſt Bullam Pij V. in locis vbi ea fuit vſu recepta, eſt omnino illicitus,*

40 *Bulla Pij V. in locis vbi vſu recepta non fuit, omnes ligat ſecundum aliquos, & num. 44. & 49.*

41 *Contrarium aliqui indiſtinctè tenent.*

42 *Nauar. in Comment. de vſur. diſtinguit.*

43 *Cenſus conſtitutus ſuper re mobili non eſt prohibitus de iure naturali vel diuino, ex aliquorum ſententia.*

45 *Prohibitio ne Cenſus fundetur ſuper re mobili eſt fundata ſuper ſuſpicione vſurarum, & num. 48.*

46 *Cauſa finalis diſpoſitionis elicitur ex Proœmio.*

47 *Iuri diuino licet addere pro acquiſitione ſalutis æternæ populorum.*

48 *Bulla Pij V. obligat vbique etiam vbi non fuit promulgata, non obſtante contraria conſuetudine.*

50 *Conſuetudo non ſuffragatur in ijs, quæ ſapiunt vſuram.*

51 *Neque contra ius diuinum.*

52 *Cenſus perſonalis an per Iudicis ſententiam licitè imponatur referuntur opiniones, & concluditur,*

53 *Cenſum perſonalem an poſſit teſtator conſtituere, remiſſiuè,*

54 *Is qui pecuniam ad Cenſum accepit non poteſt illius partem alteri dare, vt partem Cenſus proportionabilem ſoluat, vt aliqui volunt.*

55 *Contrarium volunt alij, & Auctor ſequitur, & nu. 56.*

56 *Rationes affirmatiuæ concluſionis habentur & reſolutio pro affirmatiua,*

Cenſus perſonalis, an ſit licitus.

ARTICVLVS SEXTVS.

VLTIMVS ſupereſt articulus in hac prima quæſtione diſcutiendus, qui verſari debet circa Cenſum perſonalem, † id-
1 eſt, circa annuam reſponſionem, quę in ſola promittentis perſona deriuatur, & pendet ſtans de per ſe, non relata ad aliquā rem, ſed longè diſtans à reali obligatione, vt explicat *Ludou. Auend. de Cenſib. Hiſpan. cap. 25. num. 1. & 3.* In quo articulo eſt breuiter inueſtigandum, an Cenſus poſſit imponi ſuper perſona, & ſic an Cenſus perſonalis ſit licitus. circa quem duæ ſunt neceſſariæ inſpectiones principales.

Prima an ſe mota lege humana, & poſitiua licitè 1
poſſit ſecundum naturam cōtractus conſtitui Cenſus ſuper perſona.

Altera an poſt Conſtitutiones Pontificias tam *Martini V. & Calixti III. regiſtratas, in cap. 1. & 2. de empt. & vend. inter Extrauag. Commun. quam Pij V. ſuper forma creandi Cenſus*, poſſit tanquam licitus ſuſtineri.

Quo ad primam Inſpectionem duplex fuit Scribentium opinio, vna affirmans, quam aliqui ample-
2 xi ſunt, † dummodo perſona ſit vtilis & induſtrioſa, & cuius opera ſit commoda, ſecus ſi ſit debilis, inutilis, & infructuoſa quam tenuit *Ioan. Azor. Inſtitut. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 5. quæſt. 1. verſ. ſecunda ſententia, Feder. Mart. in ſuo tract. de iure Cenſu. c. 4. ſub n. 26.* iunctis dictis, *ibid.* per eū, *n. 41. Mich. Salon. in tract. de contract. & commerc. human. in tis. de Cenſib. art. 3. controuerſ. 5. num. 6. & 7.* Et fortè alij. Plerique tamen
3 † illam amplexi fuerunt ſimpliciter & indiſtinctè, & maximè *Couar. Var. Reſolut. lib. 3. c. 7. nu. 5. verſ. Ego ſane & ſi videā. Sot. de iuſtit. & iure. lib. 6. q. 5. art. 1. in 4. Concluſ.* & illam conſuetudine obſeruari & receptam eſſe in camera Imperiali teſtatur *Andr. Gail. Pract. Obſeruat. lib. 2. obſeruat. 7. num. 13.* de eadē ſententia non eſſe dubitandum dicit *Ludou. Molina, in ſuo tract. de contract. par. 2. diſput. 387. num. 6.* eandem ſententiam probauit *Tiber. Decian. conſ. 2. num. 73. & num. 142. lib. 1. Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de annu. redditib. lib. 1. quæſt. 4. ſub num. 33. verſ. quid dicendum, Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. cap. 8. num. 4.* vbi hanc ſententiam pluribus conatur confirmare, & à contrariis defendere, & communem profitetur, *tomo 2. eod. lib. 1. & cap. 8. num. 1. & ſeqq. Leonard. Leſſ. in ſuo tract. de Iuſtit. & iure, lib. 2. cap. 22. dubitat. 4. num. 16. cum multis ſeqq.* vbi contrariis reſpondet *Mich. Salon. d. controu. 5. num. 2. Io. Azor. d. q. 1. verſ. & ſecunda ſententia, Martin. Bonacin. in tract. de Contract. diſput. 3. q. 4. puncto vnico, ſub num. 3. verſ. Perſonalis*, & alij multi, quos congerit *Sigiſmundus Scacc. de Commerc. §. 1. q. 1. num. 204. verſic. Contrarij*, qui multos in hanc ſententiam congerunt illorum rationes referentes, quæ licet ſint multæ, infraſcriptæ tamen videntur magis vrgere.

4 Prima eſt, quod † Rector alicuius Eccleſiæ poteſt imponere Cenſum ſuper fructibus bonorum ſeu beneficij, obligando ſe ad illius ſolutionem, quo caſu fructus non obligantur in perpetuum, ſed remanet ipſe imponens obligatus. *Foller. in ſua Pract. Cenſuali. in verbo, huiuſmodi, nu. 18. Redoan. de reb. eccleſ. non alienan. in Rubr. de Conſtit. anu. cenſ. num. 19.*

5 Secunda eſt ratio, † quia ſimiliter hæres poteſt ſuper bonis reſtitutioni ſubiectis Cenſum imponere, vt dictum eſt *ſupra cap. præcedenti, quæſt. 1. artic. 6.* non tamen vt bona remaneant affecta, ſed vt oriatur perſonalis obligatio. *Bart. in l. Codicillis, §. Inſtituto, num. 4. ff. de leg. 2. Foller. in d. verbo, huiuſmodi, nu. 41. Bon. in d. ſuo tract. de Cenſib. art. 30. num. 56. verſ. ſi igitur bona.*

6 Tertia affertur ratio, quia † pariter proprietarius imponens Cenſum in fundo, cuius habet nudā proprietatem, remanet perſonaliter obligatus ſi Cenſus

ſus impoſitus non poſſit ex fructibus prædij perci-
pi. *arg. c. illo vos, ext. de pignor. Foller. d. verbo, huiuſ-
modi, num. 44. Bon. d. tract. art. 10. num. 26.*

7 Quartam addunt rationem, quod † quilibet po-
teſt gratis concedere annuam penſionem ſoluen-
dam in pecunia numerata ſub obligatione perſo-
8 nali, & quilibet † poteſt operas ſuas ſub certa pen-
ſione locare, *l. qui operas, l. in operis, ff. locat.*

Quintam ſubnectit rationem *Couar. d. num. 5.*
9 *verſ.* quarto ſi contractum, quod † in conſtitutione
Cenſus res quæ ſubiicitur ſit loco pignoris, & hypo-
thecæ, perſona autem principaliter obligetur, *ar-
gum. l. fundus, quem & ibi Bart. ff. de ann. legat.* quam
rationem probauit etiam *Decian. d. conſ. 2. num. 142.
verſ. præterea, lib. 1. Mich. Salon. d. controuerſ. 5. nu. 12.
verſ. ſequitur ſecunda, ad fin. & infra. & nu. 15. verſ.
ad octauum. Felician. de Solis, dd. commentar. de Cenſib.
tomo 1. lib. 1. cap. 4. num. 4. & 5. verſ. ex quo.* & alij
multi, quos refert *Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann. re-
ditib. lib. 2. quæſt. 19. num. 29. verſ. & quod in rediti-
bus.* quam opinionem ipſe quoque veriorem eſſe
dicit de iure cõmuni ſecluſa *Bulla Pij V. ſuper forma
creandi cenſus.* Cum itaque fundus ſubiugatus ſit lo-
co hypothecæ, & obligatio principalis ſit in perſo-
na, ſequitur quod perempto fundo adhuc pro an-
nui Cenſus ſolutione remaneat obligata perſona
imponentis, & ipſa perſonalis obligatio, *l. creditor
qui non idoneum, ff. ſi cert. pet. l. aduerſus, & ibi Gloſ. Bar.
Bal. & alij, C. de act. & obligat.*

Quibus tamen, & aliis ſimilibus nõ repugnanti-
10 bus contrariam, & † negatiuam ſentẽtiam in hoc
articulo magis communiter tenuerunt Scribentes,
& maximè *Innoc. in c. in ciuitate, num. 2. ad fin. ext. de
vſur. Laur. de Rodulph. in tract. de vſur. par. 2. quæſt. 12.
num. 46. verſ. ſolutio. Marian. Socin. ſen. in Rubr. ext. eod.
tit. de vſur. num. 99. in fine, Foller. in d. verbo, huiuſmo-
di, num. 64. Conrad. in ſuo tract. de contract. quæſt. 74.
Nauar. in ſuo commentar. de vſur. num. 75. Ludouic. Lo-
pez, in ſuo tract. de contract. cap. 54. verſ. quæritur ergo;*
vbi late hũc articulum examinat, & *verſ.* eſt autem
concluſio pro hac negatiua cõcludit, & infra illam
pluribus comprobat, & in *verſ.* ad primum argu-
mentum. & infra contrariis reſpondet. Eandem
ſentẽtiam fuit amplexus *Fernand. Rebell. in ſuo tract.
de obligat. iuſtit. lib. 10. quæſt. 3. num. 1. verſ. negantem,
& num. ſeq.* vbi teſtatur hanc eſſe certam, magis ca-
nonicis ſanctionibus conſentaneam, ac bonis mori-
bus fauentem tum etiam communiorem, ac multo
proinde ſecuriorem, & latè eam comprobat, & à
contrariis defendit; hanc etiam magis communem
profitetur *Ludouic. Molina, d. diſput. 387. nu. 4. verſ.
cõmunior. Felician. de Solis, d. tomo 1. lib. 1. cap. 8. nu. 3.*
vbi quamplures hanc ſentẽtiam amplectentes con-
gerit, & communem dicit, alios refert *Mich. Salon. d.
controuer. 5. nu. 1.* eandem opinionem latè confirmat
*Io. Gutierrez, Pract. Quæſt. lib. 2. cap. 177. num. 7. &
ſeq.* Quam ſententiam poſt hęc ſcripta reperi eam a-
plexos etiam fuiſſe *Nicol. Intrigl. ſup. Bulla, de Cen-
ſib. q. 97. num. 8. & Ludou. Acnud. d. tract. c. 58. nu. 17.
cum multis ſeqq.* vbi latiſſimè illam cõfirmat, & con-
trariis reſpondet, & ab hac nõ eſſe tutum recedere.
ego quoque exiſtimo, infra ſcriptis potiſſimum ra-
tionibus, quas vti vrgentiores operæpretium eſſe
duxi referre.

11 Prima eſt, quia † natura Cenſualis contractus ea
eſt, vt ex eo transferatur ius percipiendi annuam
reſponſionem ex re vtili, & ſui natura fructifera, vt
dicemus infra quæſt. ſequenti, quod non poteſt ve-
rificari in Cenſu conſtituto ſuper perſona, vt dicit
Caſſan. conſ. 63. num. 6. & ſeqq. & deducit latius *Re-
bell. d. quæſt. 3. num. 2. & 3.*

12 Quam rationem † licet conentur euitare *Mich.
Salon. Io. Azor. & Federic. Martin.* citati *ſupra num. 1.*
reſtringentes primam & affirmatiuam ſententiam,
vt procedat dumtaxat quando Cenſus imponere-
tur ſuper perſona vtili & frugifera, puta ſuper per-
ſona, quæ artem aliquam, ſciẽtiam, ſiue induſtriam
habet, aut vires ad aliquẽ laborem vel obſequium,
ex quibus lucra ſibi cõparet affirmantes ex eo Cen-
ſum extingui morte eius ſuper cuius perſona fuerat
impoſitus, & conſtitutus, à qua ſententia non vide-
tur longè abeſſe. *Innoc. in d. c. in ciuitate, ſub d. num. 2.*
dum ſentit poſſe Cenſum imponi ſuper perſona ſer-
ui, tum quia eo caſu Cenſus dicitur impoſitus ſuper
13 re cum † rei appellatione veniant etiam perſonæ,
*l. omnia, §. fin. ff. de leg. 2. l. 1. §. quadrup. ff. de rer. diuiſ.
Alciat. in l. res. in princ. ff. de verb. ſignif.* ac etiam ſu-
14 per re fructifera, ſeruus † enim parit fructus ope-
rando, *§. conſtituitur. Inſtit. de vſufr. §. de iis. Inſtit. per
quas perſ. nob. acquir. l. ſi verbane, ff. de cond. indeb.* Ad-
huc tamen ſtat in ſuo robore hæc prima ratio: quo-
niam ad licite conſtituendum Cenſum non eſt ſatis
15 quod † res ſuper qua Cenſus imponitur poſſit ex ac-
cidenti extrinſeco aliquam afferre vtilitatem, ſed
neceſſe eſt vt ſit apta ferre fructus ſecundum ſuam
propriam, & intrinſecam naturam, vt dicemus *infra
hoc eod. cap. 3. quæſt. 2. art. 1.* quod in perſona etiam
ſerui non verificatur.

Secundò hæc eadem negatiua ſententia confir-
16 matur hac ratione, quia † operæ hominum maxi-
mè liberorum non poſſunt conſiderari tamquam
fructus cum homo liber non ſit in commercio, *l. ſi in
emptione, §. liberum, ff. de contr. empt. l. inter ſtipulan-
tem, §. ſacram, ff. de verb. obligat. §. 1. & 2. Inſtit. de
inutilib. ſtipul.* & hæc ſecunda ratio videtur quod
17 confirmari poſſit ex eo, † quod omnes homines li-
beri à natura procreentur, *l. manumiſſiones. ff. de iu-
18 ſtit. & iure,* vnde eius perſona † principaliter obli-
gari non poteſt, *l. ob æs. & auth. immo. C. de act. &
obligat. l. 2. C. quæ res pignor. oblig. poſſ. c. 2. ext. de pi-
gnor.* ergo nec etiam poterit ſuper ea, vel eius ope-
ris licitè Cenſus collocari, & ita argumentatur *Caſ-
ſan. d. conſ. 63. num. 6. & ſeq.*

Tertia additur ratio, quia iſte cenſualis contra-
19 ctus eius eſt naturæ † vt ex illo conſtituatur ius in
re tranſitorium ad quemcunque etiam ſingulariſſi-
mum ſucceſſorem. *Alc. conſ. 3. num. 18. lib. 1. Cruſet.
conſ. 217. num. 9. lib. 2.* & dicemus *infra par. 2. cap. 2.
quæſt. 3. art. 3.* quod non poſſet contingere ſi conce-
deremus poſſe Cenſum collocari, & conſtitui ſuper
ſola perſona conſtituentis, & hæredibus eius obliga-
ri *Alc. d. conſ. 3. num. 3. & ſeqq.* & deducit clarius
Fernand. Rebell. d. quæſt. 3. num. 5. & 6.

Quarta adiungi poteſt fortis ratio, quia conce-
dere Cenſum perſonalem nil aliud eſt quam obli-
gare perſonam ad annuam penſionem pro vſu pe-
cuniæ, qua Cenſus ille, & annua reſponſio emere-
20 tur; pecunia † autem eſt de rebus, quæ vſu conſu-
muntur,

21 muntur, *l. rogaſti, ff. ſi cert. pet.* cum vulgar. & † eſt ſterilis, nec pecuniam parere poteſt citra labem vſurarum, *l. vſus pecuniæ, ff. de verb. ſignif. Decian. d. conſ. 2. num. 22. lib. 1.* & omnes exclamant, quod ſi concedamus licitè cõſtitui poſſe Cenſum ſuper perſona nil aliud eſſet quam concedere vſuram, quod abſurdiſſimum & impium eſt admittere, per quas rationes cum hac poſteriori negatiua ſententia eſſe tranſeundum arbitror.

Nec obſtant rationes ſupra pro contraria opinione adductæ, quoniã præter quam quod poſſunt omnes vnica reſponſione ſubuerti, conſiderando quod non valet conſequentia poteſt quis ſe aſtringere ſola perſonali obligatione ad aliquid dãdum: ergo poteſt Cenſum imponere, vt ſola ipſius perſona obligetur, vt pro ſolido fundamento aſſerebat
22 *Couar. d. num. 5. in fin.* Aliud † eſt enim imponere Cenſum ſuper fructibus, & reditibus alicuius prędij habendo relationem & reſpectum ad ipſam rem ex qua fructus & reditus percipi debent; aliud obligare perſonam ad dandum etiam cum obligatione & hypotheca bonorum. Nam primo caſu oritur obligatio realis, & ius in re: ſecundo verò caſu oritur principaliter obligatio perſonalis, realis verò eſt ſecundaria & acceſſoria. *Burſ. conſ. 361. num. 2. lib. 4.* & ideo impoſitio Cenſus in primo caſu eſt valida: in ſecundo ſuſtineri non poteſt, quia perſona prin-
23 cipaliter non poteſt obligari, cum nemo † ſit dominus membrorum ſuorum, vt argumentatur *Caſſan. d. conſ. 63. num. 6. & ſeqq. & in catalog. Glor. mundi, par. 12. conſiderat. 99. in 25. limitat. verſ. aduerte tamen ad vnum. & verſ. ſeq. Marian. Socin. ſen. in d. Rubr. ext. de vſur. num. 99.* & bene *Laurent. Calcan. conſ. 85. num. 10. verſ. & ſi quis diceret.*

Reſpondetur etiam pro clariori firmatæ concluſionis veritate demonſtranda ſingulis cõtrariæ opinionis rationibus ſigillatim. &

Ad primam de Rectore Eccleſiæ reſpondetur,
24 quod valde eſt controuerſum, An † is poſſit ſuper bonis ſuæ Eccleſiæ Cenſum conſtituere, & negatiuam ſententiam ſimpliciter, & indiſtincte defendimus *ſupra cap. 2. quæſt. 3. art. 2.* ſed in omnem euentum tenendo aliam opinionem quæ vult, quod licet Clericus nõ poſſit ſuper bonis ſui beneficij Cenſum perpetuo duraturum imponere, poſſit tamen creare duraturum durante eius vita, vt dictum fuit *d. art. 2.* & ſentiunt *Feller. & Redoan.* in contrarium allegati, & ſequitur *Pelician. in dd. ſuis commentarijs de Cenſib. tomo 1. lib. 2. cap. 3. num. 10.* vtique eo caſu non fundatur, neque conſtituitur Cenſus ſuper ſola perſona Rectoris, ſed ſuper bonis ipſius Eccleſiæ, & ſic ceſſat hoc primum fundamentum.

25 Ad ſecundum de hærede, reſpondetur † quod eo quoque caſu Cenſus fundatur ſuper re immobili, quamuis oneri fideicommiſſi ſubiecta, non autem ſuper ſola conſtituentis perſonã; an autem, & quibus caſibus huiuſmodi impoſitio ſit valida dictum fuit *ſupra cap. 2. quæſt. 1. art. 6.* non repeto.

Ad tertium de proprietario ſimiliter reſponde-
26 tur, quod Cenſus † ab eo impoſitus non eſt contra naturam contractus cenſualis, cum proprietarius, qui imponit ſit fundi ſubiugati dominus, & Cenſus ſit fundatus ſuper re de ſui natura fructifera, non autem ſuper ſola perſona cõſtituentis. Potuit enim proprietarius conſtituere ſuper d. ſuo prædio Cenſum licet habeat nudam proprietatem, vt diximus *ſupra d. cap. 2. quæſt. 1. art. 1.* & pro illius ſolutione omnia alia ſua bona obligare, vt latius dicemus *infra hoc eod. cap. quæſt. 3. art. 2.*

Ad quartum vltra reſponſiones conſideratas per *Ludou. de Aecud. d. cap. 58. num. 26. & 29.* qui multipliciter reſpondet, exiſtimo quòd poſſit reſponderi, quod non obſtat id quod dictum fuit de locatione operarum, & gratuita annuæ reſponſionis
27 conceſſione, quoniam † qui locat operas, tenetur operari ad beneficium conductoris, & merces ſoluitur æquiualeus & proportionata ad laborem, & operarum præſtationem at in Cenſu nullæ conſiderantur operæ, quibus Cenſus, qui ſolui debet poſſit proportionari, ſed ſimplex perſonalis obligatio ad ſoluendum, quod quidem ſapit vſuram, cum Cenſus eo caſu non debeatur ratione rei fructiferæ, nec ex fructibus rei certæ, ſed pariatur à pecunia quæ emitur quod concedi non poteſt abſque labe vſuraria, cum pecunia ſit de ſui natura ſterilis, vt dictum eſt.

28 Quando † autem Cenſus, aut penſio gratis conceditur non poteſt cadere ſuſpicio vſuraria. *argum. tex. in c. ſuper eo, ext. de tranſact. c. ſicut Epiſcopum, & ibi Gloſ. 1. q. 2. Alex. Ambroſin. deciſ. Peruſina, 4. nu. 1.* & facit id quod in ſimili notauit *Paul. de Citadin. in ſuo tract. de iure patronat. par. 9. num. 11. in fine,* ſequitur *Redoan. in d. ſuo tract. de reb. Eccleſ. non alien. par. 2.*
29 *cap. 37. num. 13.* quod † licet ius patronatus vendi non poſſit abſque labe ſimoniaca, poteſt tamen licitè & impunè donari, & gratis concedi quod multorum auctoritate comprobant; At quando Cenſus imponitur ſub ſimplici obligatione perſonali, vt vendatur pretio, inſurgit præſumptio, quod talis impoſitio, & conſtitutio fiat in fraudem vſurarum. *Angel. in ſua Summa, in verbo, vſura. verſ. ſeptuageſi-*
30 *mooctauo.* Iſte † autem cenſualis contractus ex ſola præſumptione redditur ſuſpectus imò illicitus, vt colligitur ex *Mariano Soc. d. Rub. ext. de vſur. num. 99. merito, &c.*

Ad quintum & vltimum reſpondetur falſum eſſe id quod *Couar.* ſibi pro ſolido fundamento aſſumit,
31 ſcilicet, quod in hoc contractu † Cenſuali principalis obligatio ſit perſonalis; realis autem acceſſoria, & eum reprehendunt in hoc *Fernand. Rebell. d. lib. 10. quæſt. 1. num. 7. Federic. Mart. in d. ſuo tract. de iure cenſ. cap. 9. num. 50. in fine. Ludou. Aecud. d. tract. cap. 23. num. 16.* & latius *d. cap. 58. num. 30. & cap. 96. num. 8. ſub verſ. Tertio, & nouiter:* ibi, at verò in *Cenſu diuerſum eſt.* & reſpectu Cenſus conſtituti iuxta formam *Bullæ Pij V. Gaſp. Roderic. de ann. reddit. lib. 1. quæſt. 19. num. 11. verſic. ſeptima, & num. 29.* qui multos allegat, mouetur *Rebell. per tex. in cap. 1. & 2. de empt. & vendit. inter Extrauag. commun.* vbi iſte contractus appellatur emptio & venditio, non autem obligatio perſonalis, quod repetit idem *Rebell. quæſt. 3. num. 14. ad fin. verſ. id vero.* & confir-
32 matur quia † fundus non perſona eſt materia, in quo ius exigendi Cenſum conſiſtit, vt dicit *Ioan. Azor. Inſtit. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 4. verſ. Item quia;* & non obſcure declarauit *Fernand. Rebell. d. libro 10. quæſt. 6. num. 11. & 12.* & ad fundum terminatur, vt deducit *Conrad. in d. ſuo tractatu, de contract.*

tract. quæſt. 72. in prima ſuppoſit. in 4. & 5. Corrolar.

33 Nec † obſtat, *l. fundus, ff. de ann. legat.* à *Couar.* in contrarium allegata. Quoniam legatum de quo ibi non erat fundatum, neque radicatũ ſuper fundo. Hæres enim fuerat grauatus ſimpliciter de ſoluendo certum quid anno quolibet, ſed pro ſecuritate legatarij fuerat oppignoratus, & hypothecatus fundus. & ideo non põt ad caſum noſtrũ allegari, in quo fundus eſt fundamentum Cenſus. Has aũt contrarias opiniones nititur conciliare diſtinguendo, *Scacc. d. n. 204. verſ. Breuiter diſtinguo:* quẽ ſufficiat digito demonſtraſſe. & hæc de prima Inſpectione.

Altera ſequitur principalis inſpectio, in qua videndum eſt, an poſt promulgatas Pontificum Conſtitutiones ſit multò magis reprobatus Cenſus perſonalis. In qua ex mente aliquorum videntur diſtinguenda tempora: vnum ſcilicet, ante promulgationem Conſtitutionis *Pij V. ſuper form. celebran. cenſ.* Alterum verò poſt illius promulgationem.

34 Circa primum † tempus *Felician. de Solis, in dd. ſuis comment. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. cap. 8. num. 7. verſ. præterea.* & alij plerique, qui in præcedenti inſpectione Cenſus perſonalis ex natura contractus admittendos eſſe exiſtimarunt in ea fuerunt ſententia, quod ſemota Conſtitutione præfata *Pij V.* licitè poſſit Cenſus perſonalis conſtitui moti hac poriſ-
35 ſimum ratione, quia † etiam ex Conſtitutionibus *Martini V. & Calixti III. relatis in d. c. 1. & 2. de empt. & vendit. inter Extrauag. commun.* videtur permiſſum, vt poſſit conſtitui Cenſus ſuper certis bonis, vt illis pereuntibus maneat nihilominus obligatus venditor ad ſoluendum reditum. quod ex dictis Conſtitutionibus nituntur deducere *Couar. Decian. & Salon. in locis ſupra relatis* ita illas inducendo.
36 ſicut † enim ibi illi Summi Pontifices declarauerunt, quod pereuntibus rebus ſuper quibus Cenſus conſtitutus & collocatus fuerat, venditor cogi non poſſit ad ſolutionem ſortis & capitalis, ſiue pretij, quod à principio datum fuit pro illo emendo, ita etiam ſi ob peremptionem dictarum rerum venditor Cenſus remanere deberet liberatus à ſolutione annuæ reſponſionis, & annui reditus, hoc expreſſiſſent & explicuiſſent, cum autem hoc non determinauerint, cenſentur tamquam certum illum non liberari à ſolutione Cenſus reliquiſſe. Pereuntibus itaque bonis ſuper quibus Cenſus eſt impoſitus obligatio, quæ adhuc remanet pro ſolutione Cenſus, eſt re & effectu perſonalis. ergo videtur quod ſatis clarè inferatur quod poſt dictas Conſtitutiones *Martini, & Calixti*, licite poſſit ſuſtineri Cenſus perſonalis.

37 Ceterum † in hac quoque controuerſia negatiua ſententia tenenda eſt, quam amplexi ſunt *Nauar. in ſuo comment. de vſur. num. 73. in fine, & num. ſeq. Ludou. Lopez. d. lib. 1. cap. 55. ſub princip. verſ. ex quo ſequitur. Ioan. Azor. d. lib. 10. cap. 5. verſ. ſecundo quæritur,* qui pro hac opinione ponderant *tex. in d. Extrauag. 1. & 2. de empt. & vendit.* ex quorum dictis tollitur argumentatio, quam ex dd. Extrauagant. deſumunt *Couar. Decian. & Salon.* quam retulimus in præcedenti.

Conſiderant enim *Nauar. & Azor.* quod Summi Pontifices in dd. eorum Extrauagant. omiſerunt declarare quod perempto fundo Cenſus illius venditor remaneat liberatus ab illius ſolutione, tamquam notiſſimum. tum quia certum eſt quod pereunte re, perit ius quod ſuper illa conſiſtit. *argum. l. creditor qui non idoneum, ff. ſi cert. pet.* & ſic Cenſus ſuper ea conſtitutus. tum quia res empta perit emptori, non venditori, *tot. tit. ff. & C. de pericul. & commod. rei vend.* ergo pereunte re Cenſui ſubiecta, perit Cenſus ipſi emptori illius, & proinde venditor liberatur ab onere & obligatione ſoluendi illum. quam reſpõſionem amplectitur etiam *Federic. Mart. in d. ſuo tract. de iure Cenſu. cap. 4. nu. 57.* Vel poſſumus reſpondere quod non valet conſequentia quam faciunt *Couar. Decian. & Salon. ex dd. Extrauag. 1. & 2. Martin. & Calixt.* non declarauerunt: ergo reliquerunt tamquam certum emptorem Cenſus non liberari à neceſſitate illum ſoluen-
38 di, ſed † conſequentia debet duci non diſpoſuerũt, ergo reliquerunt diſpoſitioni iuris communis, *l. commodiſſime, ff. de liber. & poſthum. cum vulgar.* de iure autem communi pereũte re ſuper qua Cenſus eſt impoſitus, ipſe quoque Cenſus pereat neceſſe eſt, vt mox diximus; & probatur, quia cum pereat fundamentum, & ſubiectum in quo talis Cenſus inhæret & radicatus eſt, debet etiam ſimul perire Cenſus ipſe, *arg. can. cum Paulus. 1. q. 1. merito.*

Circa ſecundum, tempus, & ſic poſt promulgationem *Bullæ Pij V.* Rurſus diſtinguunt aliqui loca in quibus dicta Conſtitutio fuit publicata & vſu recepta à locis in quibus neque publicata, neque
39 vſu recepta fuit. Nam in locis † vbi fuit vſu recepta omnes nemine diſcrepante conſentiunt veriſſimam, & ab omnibus comprobatam eſſe ſententiam quod Cenſus perſonalis ſit omnino illicitus & fœneratitius, prout fuit expreſsè ſancitum ab illo Sanctiſſimo *Papa in d. ſua Bulla, in verſ. Hac igitur noſtra.* ibi. *Niſi ſuper re immobili.* Inducendo, vt fecimus *ſupra hac ead. quæſt. 1. art. 4. num. 2. & ſeqq.* & fatetur ipſemet *Mich. Salon. d. controuerſ. 5. num. 2. verſ. ita colligunt. & num. 9. verſ. ſecunda concluſio.* Quia vt ibi ſubdit, vbi dicta Cõſtitutio recepta eſt, & redacta in vſum, obligat in vtroque foro cum omnibus conditionibus, quas continet, quarum præcipua, & ſolemnis eſt vt non conſtituatur Cenſus niſi in re immobili, certis finibus deſignata, & fructifera; & hanc eandem opinionem confirmat poſt multos quos allegat *Gaſp. Roderic. in d. ſuo tract. de ann. redit. lib. 2. cap. 10. num. 11. verſ. ſeptimo, & num. 29.* & de ea impium eſſet dubitare. In iis autem locis in quibus Conſtitutio præfata nec promulgata, nec vſu recepta eſt an liget & obliget non
40 bene inter ſe conueniunt Scribentes. Nam † partem affirmatiuam indiſtinctè amplectitur, & pluribus nititur comprobare *Surd. conſ. 282. per tot. lib. 2.* ponderando maxime *dictam Conſtitutionem, in verſ. contractus quæ ſub alia forma, &c. vt num. 3. verſ. tertio, & infra, & num. 13.* & placuit *Rotæ in vna Nullius, ſeu Melinicenſi Cenſus, 27 Martij, 1613. coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 87. num. 6.*

41 Econtrario † verò partem negatiuam amplexi ſunt ſimpliciter, & abſque diſtinctione *Teſſaur. deciſ. 154. poſt num. 4. Leonard. Leſſ. in ſuo tract. de iuſtit. & iure. lib. 2. cap. 22. dubitat. 13. num. 98. & ſeq. Ioan. Azor. d. lib. 10. cap. 19. quæſt. 3.* & cum hac videtur

tranſire *Bartolin, ad d. Bull, Pij V, Gloſ.7. Nauar.*
42 † autem *in d. ſuo commentar, de vſur. num,104, &*
ſeqq. hanc controuerſiam definiuit diſtinguendo vt
obliget omnes, & vbique in iis, quæ reſpiciunt de-
clarationem iuris naturalis, vel diuini, vel requi-
runtur ad tollendum imminens periculum, vel ſu-
ſpicionem vſuræ, negat autem omnia diſpoſita in
dicta Cõſtitutione rendere ad declarationem iuris
diuini, vel naturalis, ſiue ad tollendum periculum
vel ſuſpicionem vſuræ vt ratiocinando ex verbis *d.*
Bullæ nititur demonſtrare, quod comprobat etiam
Mich, Salon, d, art.3. controuerſ,4. num,4. verſ. hoc
poſito ſit prima concluſio, & verſ, ſecunda concluſio.
& amplectitur *Surd, conſ.282, num.13. lib.2. Hon-*
ded, conſ,35. num,2, & 3, lib.2. & Federic, Martin. in
d. ſuo tract, de iure Cenſu, cap.4. num.72. & ſeqq. vbi
propterea infert quod in iis locis in quibus dicta
Bulla Pij V, non eſt vſu recepta, non ſit prohibitum
vt Cenſus conſtituatur ſuper rebus mobilibus, &
perſonis, & dictam Bullam non obligare in ea par-
te qua diſponitur vt Cenſus emantur ſuper re im-
43 mobili ſuis finibus deſignata. Quoniam † hæc, di-
cit ipſe, non ſunt iuris naturalis, diuini, vel canoni-
ci, nec vſuræ præſumptionem continent, ſed magis
videntur concernere æquitatem & iuſtitiam publi-
cam humanam, & ciuilem, prudentium tamen iu-
dicio æqua ſunt, & digna, quæ in contractu cenſua-
44 li ſeruentur. Verum † *Boccac, in ſuo tract. de Cenſib.*
par.2, num.208. verſ, igitur Sanctiſſimus. & Paul. Co-
mital, è Societate Ieſu, Reſponſor. Moral. lib.3. quæſt.28.
tenent indiſtinctè, quod hæc Conſtitutio liget om-
nes, & vbique etiam in locis vbi ea non fuerit vſu
45 recepta; mouentur hac ratione † quia contra *Na-*
uar. & Salon. exiſtimant quod omnia diſpoſita per
Pium V. in dicta ſua Conſtitutione tendant ſaltem ad
tollendum periculum & ſuſpicionem vſuræ, & pro
maiori conſeruatione iuris diuini, vel naturalis ne
in hoc contractu per illicitas & prauas pactiones
conturbentur, vt ex eius Prooemio clariſſime colli-
46 gitur, ex quo † cauſa finalis diſpoſitionis elicitur,
l. fin. ff, de hæred, inſtit. l.1. in princ, ff. ad Macedon, &
vtrobique *Bar. Bal. in l. noſtram, num.1. verſ, tu dic, C.*
de teſtam, Alex, conſ.7. num.5, lib.2. Curt, iun. conſ,
20, num.7. verſ. confirmatur tertio. Crauet, conſ.192.
nu.2. & ex illa tota diſpoſitio *d. Bullæ* debet regula-
ri, & omnes clauſulę in ea appoſitæ debent intelligi
& declarari, licet ita intelligendo videatur ex illa-
rum adiectione fuiſſe aliquid iuri diuino additum,
47 nam † pro acquiſitione ſalutis æternæ populorum
permiſſum eſt iuri diuino aliquid addere, *c. vt con-*
ſtitueretur, 50, diſtinct. vbi *Prapoſ, num.4* hoc not. &
deducit *Boccace. d, tract, par, 2. num.13.* Et hanc vl-
timam opinionem ſequitur *Surdus d. conſ, 282. num,*
13, ad fin, verſ, Conſtitutio vero,
48 Quamobrem † ſiue ſequamur diſtinctionem *Na-*
uar. ſiue amplectamur ſententiam *Boccace. & Comi-*
tol. clara ſequitur concluſio, quod dicta Cõſtitutio
obliget etiam in iis locis in quibus non fuit publi-
cata, nec vſu recepta, cum ad dictum effectum ſa-
tis ſit quod fuerit publicata in Vrbe, vt dixit *Mari.*
Antonin, Variar, Reſolut, lib, 1. reſol. vlt, caſu 1. in fine,
Et cum hac ſententia quod ſimpliciter & indiſtin-
49 ctè d. Conſtitutio in † ea parte in qua prohibe-
tur ne Cenſus imponatur niſi in re immobili, ten-
dat ad tollendum imminens periculum, & ſuſpicio-
nem vſuræ poſt multos voluit *Rota in illa Romana*
pretij palatij, 15. Ianuarij, 1607. coram b.m. Iuſto, quæ
eſt poſt Tract. Deciſ, 80, num.6. & ſeq.
50 Nec attendenda † eſſet quæcumque conſuetu-
do, quæ in illis locis in contrarium vigeret. Nam
licet *Mich. Salon. d. art, 3. controuerſ.4. num.7. & in*
controuerſ, 5. num.5. & num.10, verſ. altera pars, vo-
luerit talem conſuetudinem eſſe attendendam re-
ſpectu earum conditionum, quæ per *d. Bullam* re-
quiruntur tantum ad tollendum imminens pericu-
lum, vel ſuſpicionem vſuræ, eius tamen opinio mihi
51 non probatur, cum in iis, quæ † vſuram reſpiciunt
conſuetudo non ſuffragetur tanquam contra ius
diuinum. *Bero. conſ. 167. per tot.* & *ſignanter num.*
10. verſ. non obſtat conſuetudo, lib.1. & fuit dictum in
Rota coram Illuſtriſſimo Cardinali Mellino in illa Ro-
mana ſocietatum, 29. Ianuarij, 1601. quæ eſt in fine
Tract. deciſ.9. num.23. & in d, Romana pretij palatij
coram b.m. Iuſto, quæ eſt ibidem deciſ, 80. num.7. & ſeq.
in quibus in propriis terminis contractus Cenſualis
fuit reſolutum, quod talis contractus non ſuſtinea-
tur ex conſuetudine inductiua vſurarum, tanquam
contraria iuri diuino, ex quibus omnibus remanet
firma concluſio, quod Cenſus perſonalis eſt omni
caſu illicitus, & reprobatus tam ex diſpoſitione iu-
ris poſitiui, quam ex ſuimet natura.

Sed quæſtionis eſſe poteſt, an per Iudicis ſenten-
tiam poſſit huiuſmodi Cenſus perſonalis conſtitui,
puta ſi Iudex ob moram, & contumaciam debi-
toris condemnati in ſoluendo iudicatum illud con-
demnet ad ſoluendum quid annuum. Quam quæ-
ſtionem primus omnium, quos viderim excitauit
Nauar. in d. ſuo commentar. de vſur. num.99. & ſe-
quentibus.
52 In qua † licet ipſe concluſerit cum ea diſtinctio-
ne, quod ſi lis mota fuerit ſuper rebus, quæ conſi-
ſtant in numero, pondere, & menſura, conſtitutio
annuæ penſionis facta per Iudicis ſententiam ſit
inutilis, & cum eo in hoc primo caſu tranſeat, *Boc-*
cace. in d. ſuo tractatu de Cenſib. parte 2. num.4. Crauet.
conſ.693. num.11. & ſeqq. lib.4. Toſſ, ur, deciſ.79. &
deciſ.98. quorum meminit *Felician, in dd, ſuis Com-*
ment. de Cenſib. tomo 2. lib.2. cap.5. num.2. verſ. con-
trarium. ſecus autem ſi lis agitata fuerit ſuper aliis
rebus non mutuabilibus, quo caſu vult ſuſtineri ta-
lem Cenſum iudicialem ſaltem ratione intereſſe,
& in pœnam contumaciæ, cum tunc non videatur
vigere illa vſurarum ſuſpicio, propter quam impro-
batur condemnatio præfata cum petitur res mu-
tuabilis, & cum *Nauar.* in vtroque caſu ſimplici-
ter, & indiſtinctè ſentiat *Boninſign. in ſuo tractatu,*
de Cenſib. cap.17. num.3. E conuerſo autem *Ludouic,*
Molina, in d. ſuo tractatu de contract. par.2. diſput.394.
num.1. verſ. arbitror tamen, videatur in ea reſidere
opinione vt in vtroque caſu talis Cenſus conſtitu-
tio per Iudicis ſententiam facta ſuſtineatur, dum-
modo ceſſet fraus, & ſimulatio, & ea via ex par-
tium conſenſu non perueniatur ad creandum Cen-
ſum perſonalem, aut ſine conditionibus, vt ſit lici-
tus, neceſſariis. *Felician.* verò *in dd. ſuis comment.*
tam tomo 1. libro 2. cap.5. num.13. & ſeqq. quam
tomo 2. d. verſ. contrarium. magis probet quod in
vtroque caſu ſimpliciter, & indiſtinctè ea ſenten-
tiæ

Digitized by Google

tiæ forma iuribus non ſubſiſtat ea ratione, quia in vtroque caſu deficiunt requiſita *Bullæ Pij Quinti*, cum non conſtituatur Cenſus ſuper re immobili, frugifera, & certis finibus deſignata, non ſoluitur pecunia in ipſo actu impoſitionis Cenſus coram teſtibus & notario, ac etiam quia non poteſt Iudex condemnare debitorem, vt quamdiu non paruerit ſententiæ ſoluat vſuras, cum ad officium Iudicis non pertineat poſt condemnationem futuri temporis tractus, vt reſpondit *Papinian. I.C. in l. 1. §. ſocius, ff. de vſur.* Mihi tamen placet opinio *Nauar.* in ſecundo caſu vt dicta Iudicis condemnatio ſuſtineatur non tamen vti Cenſus, cùm deficiant requiſita neceſſaria, ſed ratione intereſſe. quod placuit etiam *Gaſp. Roderic. de ann. reditib. lib. 1. quæſt. 16. num. 22. & ſeq. maximè num. 24.* Quod tamen intelligendum eſſe exiſtimo ſi Iudex per ſuam ſententiam non condemnet debitorem ſimpliciter ad ſoluendum aliquid annuum pro ſumma debita, ſed condemnet ad ſoluendum debitum, & donec ſoluat ad ſoluendum aliquid annuum, quia cum eo caſu non ſit in poteſtate creditoris agere ad illam annuam reſponſionem; ſed ſtet in facultate debitoris liberandi ſe ab illa ſoluendo debitum; talis condemnatio ſuſtinetur, vt in puncto, dicit *Marc. Ant. Peregr. conſ. 97. num. 8. lib. 1.* & confirmat *Ludou. Auend. d. tract. cap.*
53 *40. nu. 9.* & comprobatur ex iis, quæ dicemus † *infra* de annua reſponſione impoſita à teſtatore, *par. 2. cap. 1. quæſt. 1. artic. 1.*

Ex qua principali concluſione videtur etiã oriri occaſio dubitandi, an quis licitè poſſit ex pecunia, quam ad Cenſum accepit dare partem aliquam alicui tertio ea conditione, vt partem quoque proportionabilem Cenſus, & annuæ reſponſionis ſol-
54 uat. In † in qua difficultate partem negatiuã amplexus fuit *Nauar. in d. ſuo Commen. de vſur. num. 113. verſ. decimaquarta;* ſequitur *Fernand. Rebel. d. lib. 10. q. fin. num. 12. verſ. ſexta difficultas, Roder. d. ſuo tract. de ann. redit. lib. 2. q. 13. num. 28. in fine,* vel quia incidat Cenſus perſonalis, vel quia ex mutuo percipiatur lucrum. quam ſententiã enixè defendit etiam *Fab. Turret.* olim conciuis meus I.C. inſignis *conſ. 91. nu. 19. & ſeqq. lib. 1.*

55 Contraria † tamen ſententia placuit *Boccac. d. p. 2. num. 28. & 29.* quem ſequitur *Io. Azor. d. lib. 10. c. 20. quæſt. 4.* vbi eam confirmat *Ludou. Molina, d. diſput. 394. num. 2.* & eius auctoritate *Felician. d. Commentar. tomo 2. lib. 1. cap. 7. num. 5. verſ. denique mouetur,* quem ſequitur *Auend. d. tract. cap. 101. nu. 9. verſ. Aliam quæſtionem.* *Felicianus* autem duabus vrgentiſſimis rationibus hanc ſententiam confirmauit.
56 Prima, † quia iſte cõtractus, qui inter iſtos celebratur non eſt contractus Cenſus, ſed mutui in quo permiſſum eſt pactum & conuentio per quam quis nihil lucretur, ſed ſolum ſe conſeruet indemnem, *c. peruenit, & ibi cõmuniter Doctor. ext. de fideiuſſ. c. prææcarie. 10. quæſt. 2.* Sed iſte mutuans nihil lucratur, ſed ſolum ſe conſeruat indemnem ne ſoluat intereſſe, & reditum pro pecunia quam mutuo dedit merito, &c. Secundam affert rationem, quæ cum præcedenti eſt ſatis affinis, quod iſte mutuans dum paciſcitur vt is, qui partem pecuniæ mutuo accipit, annuum reditum pro illa parte ſoluat, id tantum agit vt liberet ſe à damno emergenti ꝙ patitur dum eſt obligatus ad ſolutionẽ annui cenſus pro ea pecunia, quam alteri mutuo conceſſit: ergo licitè id facit, cum in contractu mutui paciſci liceat, vt mutuans ſecurus ſit, & liber à damno emergenti, vt ex communi concedit idem *Turret. d. conſ. 91. num. 22.* & multorum auctoritate confirmat *Felician. in dd. ſuis Commentar. tomo 1. lib. 1. cap. 3. num. 12.* Et per iſtas rationes ego quoque cum hac affirmatiua opinione tranſeundum cenſeo maximè ſi is qui mutuo pecuniam accepit recognoſcendo bonam fidem eius, qui Cenſum vendidit, & cum eo pretium participauit fateatur pro illa parte Cenſum fuiſſe eius contemplatione, & commodo impoſitum, & venditum, & aſſumat in ſe onus illum ſoluendi, & ad ſui libitum extinguendi, cum eo caſu iſte efficiatur verus debitor Cenſus, vt dicemus *infra parte 2. cap. 2. quæſt. 3. art. 1. num. 6.*

Cum qua reſolutione ſatis videtur conuenire diſtinctio quam conſiderabat *Mich. Salon. d. tit. de Cenſib. art. 3. controuerſ. 24. num. 1.* vbi hanc quæſtionem reſoluebat diſtinguendo, quod aut tempore venditionis Cenſus inter venditorem, & eum cui poſtea dedit aliquam pecuniarum ad Cenſum acceptarum partem actum fuit vt is, qui Cenſum vendere deſtinauerat, venderet illum pro maiori quantitate, quam ipſemet indigeret ad effectum vt de parte pretij inſeruiret amicum, & eo caſu liceat tuta conſcientia dare partem aliquam dictarum pecuniarum amico, qui proportionabile onus reſponſionis in ſe ſuſciperet. ſecus ſi vendidit Cenſum ſimpliciter nulla facta conuentione de partiendis pecuniis, ad Cenſum acceptis, & eo caſu non licere citra vſuram dare partem aliquam dictarum pecuniarum amico onus Cenſus proportionabiliter in ſe ſuſcipiẽti, ne ex mutuo lucrum percipiatur. Mihi tamen abſolutè & indiſtinctè placet ſententia affirmatiua ſi venditor Cenſus tempore quo partẽ pecuniarum amico dedit cum eo egit, & expreſſe conuenit, vt onus Cenſus proportionabiliter ſuſciperet, cum eo caſu nihil ſuſcipiat tamquam lucrum ex mutuo, ſed pro conſeruatione ſuæ indemnitatis, & vt ſit ſecurus, & liber à damno emergenti, quod patitur dum eſt obligatus ad ſolutionem annui reditus, pro eã pecunia quam amico mutuo dedit, quod eſſe licitum ſupra fuit demonſtratum. Submitto me tamen in hoc, & in omnibus determinationi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

Fundus Cenſus debet eſſe frugifer.

QVÆSTIO II.

SECVNDA huius tertij capitis quæſtio, quæ nunc ſequitur verſari debet circa ſecũdam qualitatem, quã debet habere fundus ſuper quo Cenſus eſt creandus, & collocandus, quæ eſt vt ſit aptus de ſui natura ad ferendum fructus, quam in quinque articulos eſſe partiendum duxi.

Primus, eſt eur fundus Cenſus debeat eſſe frugifer, & quando talis dicatur.

Secundus, an contractus ſit in totum nullus, ſi

Digitized by Google

fundus non poſſit ſupportare onus integri Cenſus?

Tertius, ſi fundus ſuppoſitus nō ferat fructus ſufficientes pro integro cenſu, an ille ſit aliunde ſupplendus.

Quartus, an ſuper fundo magni reditus poſſit conſtitui & fundari paruus Cenſus.

Quintus, an ſuper vno & eodem fundo poſſint diuerſis temporibus conſtitui plures Cenſus.

ARTICVLI PRIMI

SVMMARIA.

1 *Fundus Cenſus debet eſſe frugifer.*

2 *Cenſus vt plurimum imponitur, vt alteri mediante pecunia concedatur.*

3 *Æqualitas naturalis rationis exigit, vt valor rei quæ venditur reſpondeat pretio, quo emitur.*

4 *Venditor cenſus ſi res fructiferas non habeat non celebratur contractus venditionis Cenſus, ſed mutui ſub vſuris.*

5 *Conſtitutio Cenſus facta ſuper fundo non fructifero eſt illicita, & vſuraria.*

6 *Fundus Cenſus non ideo debet eſſe frugifer quod in dicto contractu vendantur fructus illius.*

7 *Sed quia emitur ius percipiendi annuam reſponſionem, vel in fructibus illius, vel in pecunia.*

8 *Fructus bonorum ſtabilium taxantur iuxta valorem dictorum bonorum, ad rationem quinque pro quolibet centenario, & anno.*

9 *Cenſus in impoſitione non habetur ratio valoris fundi, ſed tantum fructuum illius.*

10 *Fructiferum id dicitur quod eſt aptum ad fructus ferendos, ſecundum ſui naturam.*

11 *Secus ſi non ex ſui natura, ſed ex humano artificio vtilitatem afferat.*

12 *Cenſus impoſitus ſuper fundo, qui cum effectu fructus non fert, ſi ſit aptus ferre, valet.*

13 *Cenſus validè poteſt imponi ſuper turri, quæ non eſt ſolitu locari, ſi ex illius locatione penſio poſſit percipi.*

14 *Cenſus poteſt imponi ſuper prædio licet non ferat fructum quolibet anno, ſed ſingulo biennio, vel alio tempore.*

15 *Cenſus vt ſuſtineatur tamquam impoſitus ſuper re fructifera ſufficit, quod hanc, vel illam ſpeciem fructuum ferat.*

16 *Fundari poteſt Cenſus ſuper fundo, quem ſola amænitas reddit fructiferum.*

17 *Fundus dicitur frugifer propter ſolam amænitatem.*

18 *Fundus Cenſus debet ferre fructus tam pro Cenſu ſoluendo, quàm pro alijs expenſis faciendis gratia fructuum colligendorum.*

19 *Fructus non poſſunt dici niſi deductis expenſis.*

20 *Fundus vt Cenſui ſubijci poſſit, debet ferre fructus ſufficientes pro ſolutione annuæ reſponſionis, & pro alimentis imponentis, & ſuæ familiæ. Quod tamen Auctor non recipit pro requiſito ſubſtantiali contractus Cenſuali.*

21 *Cenſus ſuper fundo imponendus non poteſt excedere fructus illius fundi.*

22 *Aſſertioni venditoris Cenſus, quod fundus cenſitus ſit frugifer ſtatur donec contrarium probetur.*

23 *Inſtrumentum præſumitur verum, ſolemne, & celebratum de partium conſenſu.*

Fundus Cenſus cur debeat eſſe frugifer, & quando talis dicatur.

ARTICVLVS PRIMVS.

1 QVOD fundus Cenſus † debeat eſſe frugifer ſancinit *Pius V. in ſua Bulla ſuper forma crean. cenſ. in verſ. hic igitur noſtra.* ibi, *de ſui natura fructifera.* & volunt communiter Scribentes, maximè *Foller. in ſua Pract. cenſuali, in verbo, huiuſmodi, num. 45. Nauar. in ſuo Commentar. de vſur. num. 79. & ſeq. Boccacc. in ſuo tract. de Cenſib. par. 2. nu. 100. Ludouic. Lopez. in ſuo tract. de contract. lib. 1. cap. 60. verſ. deinde tum tandem, & verſ. ſeq. Gregor. de Valent. Commentar. Theologicor. tomo 3. diſput. 5. quæſt. 22. de cenſib. puncto 2. verſ. quinto ſequitur. Federic. Martin. in ſuo tract. de iure Cenſu. cap. 4. num. 1. & ſeqq.* & poſt hæc ſcripta viſi, *Ludou. de Auend. de Cenſib. Hiſpan. cap. 53. num. 2. & ſeqq. & Sigiſm. Scacc. de Commerc.* §. 1. q. 1. nu. 177. & nemo eſt qui diſcrepet.

Ceterum de duobus pōt in hoc articulo dubitari; & Primò, Cur requiratur, vt fundus Cēſus ſit frugifer. Secundò, Quando fundus iſtē dicatur frugifer.

Circa primum, ea reddi poteſt ratio cur fundus, in quo Cenſus imponendus, & collocandus eſt, de-
2 beat eſſe frugifer, quia † cum Cenſus conſtituatur vt plurimum, vt nō ſit otioſus, ſed vt alteri mediante pecunia concedatur ei ſuper ſola perſonali obligatione, & abſque aliquo certo fundo creari, & conſiſtere non poſſit abſque vſuræ ſuſpicione, vt deductum fuit ſupra in præcedenti *quæſt. art. 6. per tot.* dēt iſte fundus eſſe frugifer, & capax oneris, quod
3 ſemper eſt imponendum: nam † naturalis rationis æqualitas exigit, vt tāti valeat res, quæ emitur, quanti valet id quod pro ea datur, & econuerſo. *Foller. in d. verbo, huiuſmodi, ſub d. num. 45. verſ. & quo ad primum:* Sed ſi ſupponamus fundum cenſus poſſe eſſe infructiferum, abſque controuerſia inde ſequeretur, quod Cenſus ſuper eo impoſitus nihil valeret, cum ex eo fundo percipi & leuari non poſſet, & per conſequens vēditus deſtitueretur illa naturali equitate æquiualentiæ. meritò concludendum eſt, quod hoc de iure, & ſecundum bonam conſcientiam fieri non poſſit. Quod alia ratione ex mente *Feder. Martin. in ſuo tract. de iure Cenſ. d. c. 4. num. 1. verſ. quarto in*
4 *ſpecie, & nu. 2.* confirmari poteſt, videlicet, quod † ſi venditor cenſus res fructiferas ex quibus cenſū præſtet non hēat non emptionis Cenſus, ſed mutui contractus ſub vſura celebrabitur; quia, vt ibi ſubdit *Martin. d. nu. 2.* Merx, i. ius cenſus percipiēdi ex rebus venditis, deeſt. etenim ius quod in huiuſmodi contractu comparatur non eſt Metaphyſicū, Logicum, & inane, ſed morale, ethicum formatū, vtilitatemq. afferens cuiuſmodi ius vēdere nequit is, qui res fructiferas non hēt. vnde ſequitur quod fundus Cenſus debet eſſe frugifer, & quod in hoc cenſuali cōtractu neceſſarium ſit, vt cēſus ſuper fundo fructifero con-
5 ſtituatur, aliàs † illicita, vſuramq. ſapiens cēſeretur Cenſus conſtitutio, dicebat *Rota in vna Rauennaten. Cenſus, 10. May. 1606. coram R. P. D. Manzanedo, quæ eſt poſt Tract. deciſ. 88. num. 3.*

6 Non † autem ideo requiritur quod fundus Cēſus ſit frugifer, quia in huiuſmodi contractu emantur, & ven-

Digitized by Google

& vendantur fructus ipſius fundi, qui ſubiicitur, vt
latè deducit *Mich. Salon. in ſuo tract. de contract. &
commerc. human. in tit. de Cenſib. art. 1. controuerſ. 1. &
Felician. de Solis, in ſuo Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib.
1. cap. 4. num. 7. verſ. rurſus refellitur, & verſ. deinde
probatur*, & repetit *tomo 2. eod. lib. 1. & cap. 4. num. 1.*
7 Sed † quia emitur & venditor ius, vel percipiendi
illos ſi Cenſus ſit fructuarius, vel percipiendi annuã
reſponſionem extrahẽdam ex fructibus eiuſdem rei
ſubiugatæ ſi Cenſus ſit pecuniarius, vt dictum fuit
ſupra hac ead. par. 1. c. 1. quæſt. 3. art. 2.
Et licet fundus, attento eius valore, & æſtimatio-
ne nõ ſoleat reddere, niſi ad rationem quinque pro
8 centenario, reſpectu † valoris eiuſdem fundi, prout
taxari ſolent fructus bonorum ſtabilium. *Ceph. conſ.
85. num. 26. lib. 1. Caualcan.* qui alios allegat, *de vſufr.
mul. relict. num. 31. in fine, Rota diuerſ. deciſ. 651. num.
2. par. 1.* poteſt tamen, ſuper eo imponi, & vendi
Cenſus cum annua reſponſione ad rationẽ ſeptem,
octo, & decem pro quolibet centenario, & anno, vt
diximus *infra par. 2. cap. 1. q. 1. art. 4. num. 16. & ſeqq.*
dummodo fundus ille reddat tot fructus, qui ſuffi-
ciant pro integra ſatisfactione dictæ annuæ reſpon
ſionis, vt declarat *Scacc. d. q. 1. nu. 300.* Quia in con-
9 ſtituendo, & imponendo Cenſu ſuper re non † eſt
habenda ratio valoris, & æſtimationis ipſius rei ſu-
per qua Cenſus imponitur, & conſtituitur, ſed dum-
taxat fructuum, quos res illa reddit, vel reddere po-
teſt, vt deducit *Martin. Bonacin. de contract. diſput. 3.
q. 4. puncto vnico, num. 20. verſ. Quarto:* nam Conſtitu-
tiones Pontificiæ fructum rei, non pretium, & valo-
rem expendunt, & conſiderant, cum vt dictum eſt
non ematur res ſuper qua Cenſus imponitur, ſed ius
percipiendi Cẽſum ex fructibus illius: & huc reſpe-
xiſſe exiſtimo *Innoc. in c. in Ciuitate, ext. de vſur.* quem
refert, & ſequitur *Gaſp. Caballin. ad Conſtitut. Marcb.
lib. 1. cap. 17. num. 2. verſ. mihi tamen.* dum dicebant
quod Cẽſus debet regulari à fructibus rei ſuper qua
imponitur, & *Mar. Soc. ſen. ad Rubr. ext. de vſur. q. 15.
num. 99:* dum dicit, quod iuſtum annui reditus pre-
tium ſit id quod reſpõdet fructibus fundi, qui oneri
dicti reditus ſubiicitur, & hanc ſententiam ample-
ctitur, & dicit veriorem *Io. Azor. Inſtitut. Moral. par.
3. lib. 10. c. 6. q. 8. Io. Franc. Leonis in ſuo Teſauro fori Ec-
cleſiaſt. par. 2. cap. 1. de Cenſib. num. 59.* & hæc de prima
inſpectione.

Pro reſolutione ſecundæ inſpectionis aduerten-
dum eſt, quod dum *Pius V.* voluit non poſſe creari
Cenſum niſi ſuper re, quæ ferat fructus, non intelle-
xit quod res illa cum effectu, & realiter fructus fe-
rat, ſed dumtaxat, quod ex ſui natura ſit apta nata
ad fructus ferendos quod ſatis expreſſit in illis ver-
10 bis. *Re ſui natura fructifera.* cum † id fructiferũ, ſeu
frugiferum propriè dicatur, quod eſt de ſui natura
aptum ad fructificandum, vt declarat *Rebuff. in l.
frugum. 77. ff. de verbor. ſignif.* & in puncto dicit *Surd.
conſ. 162. num. 18. lib. 2.* Vbi aduertendum eſt, quod
non ſine miſterio *Pius V.* adiecit illa verba. *Re ſui
11 natura*, voluit † enim excludere res illas, quæ non
ex propria earum natura, ſed mediãte humano ar-
tificio afferunt aliquando vtilitatem, vt declarauit
Io. Azor. d. cap. 6. & quæſt. 8.
12 Prout e conuerſo ſi † res aliqua ſit apta nata ſe-
cundum ſui naturam ad fructus ferẽdos, licet ex ea
dominus illius fructus capere non ſit ſolitus, poterit
nihilominus ſuper ea licitè Cenſus conſtitui corre-
ſpondẽs tamen fructibus, qui ex ea percipi poſſent,
13 vt de turri † quæ non ſit ſolita locari, ſi tamen lo-
cari poſſit, & ex dicta locatione percipi aliqua pen-
ſio, quod ſuper ea validus imponatur, & conſtituatur
Cenſus correſpondens penſioni, quæ ex ea percipi
valeret, dixit *Nauar. d. Comment. de vſur. num. 113. q.
13.* quem ſequuntur *Boccacc. in d. ſuo tract. de Cenſib.
par. 2. num. 27. & 100. Io. Azor. d. cap. 6. quæſt. 4. Fer-
nand. Rebell. in ſuo tract. de obligat. Iuſtit. lib. 10. quæſt.
6. num. 6. verſ. nec ita.* Quod placuit etiam *Martino
Bonacin. ſub d. num. 20. verſ. Ex dictis.*
14 Non tamen eſt neceſſe, quod † fundus ſuper quo
Cenſus conſtituendus & collocandus eſt anno ſin-
gulo ferat fructus, ſed ſatis eſt quod illos ferat ſin-
gulo biennio, vel alio tempore ad effectum, vt ſuper
eo Cenſus legitimè collocari queat, nam non eſt ne-
ceſſe vt id ex quo Cenſus venditur eodem omnino
anno, quo eſt penſio ſoluenda pariat vtilitatem, ſed
ſatis eſt vt ex fructu illius vnde Cẽſus venditur poſ-
ſit ſtatis temporibus ſolui penſio, vt animaduertit
*Gregor. de Valent. Comment. Theologicor. tomo 3. diſput.
5. q. 22. de Cenſibus, puncto 2. verſ. ſed neque etiam, Bo-
nacin. d. num. 20. verſ. Addo non opus eſſe*; vbi alios al-
legat. Prout non eſt faciẽda vis, quod res illa, † quæ
Cenſui eſt ſubiugunda hanc vel illam ſpeciem fru-
ctuũ ferat, ſed dumtaxat, vt apta ſit ad producen-
dam aliquam ſpeciem fructuum, qui poſſint me-
diante venditione redigi ad pecuniam, ſi Cenſus
ſit pecuniarius, vel ad aliam ſpeciem fructuum, quæ
pro Cenſu ſolui debet ſi ſit Cenſus fructuarius; vt
expreſsè volunt *Ludou. Molina, in ſuo tract. de cõtract.
par. 2. diſput. 389. ſub num. 4. verſ. non deſinit. Bonnſign.
in tract. de Cenſib. cap. 2. num. 7. & cap. 4. nu. 15. & ſeq.
Nauar. d. tract. de vſur. nu. 120. Fernand. Rebell. d. q. 6.
num. 6. Io. Azor. d. cap. 6. in princ. Bonacin. d. num. 20.
verſ. Rurſus nõ eſt neceſſe.* & non obſcurè viſa eſt ſen-
tire *Rota coram R. P. D. Pamphilio, 26. Mai. 1614. in
illa Beneuentana Cenſus, quæ eſt poſt Tract. deciſ. 76. pau-
lò poſt principium.*
16 Immo † ſi ex ſola prædij amẽnitate poſſit tantus
fructus percipi, qui ſufficiat pro penſionis, & Cen-
ſus ſolutione, poſſe ſuper eo Cenſum imponi, vide-
tur ſentire *Boccacc. d. tract. par. 2. num. 27. & 100. &*
17 *Io. Azor. d. c. 6. in princ.* vbi firmat fundum † dici
frugiferum propter ſolam illius amẽnitatem. per
*l. ſi vſuſfructus, §. vſufructuarius. & l. ſi fundi, ff. de vſu-
fruct. l. competit, in princ. ff. quod vi, aut clam.*
Ceterum aduertendum eſt, quod ad effectum vt
fundus dicatur de ſui natura frugifer, pro fundo
18 alicuius Cenſus, † opus eſt, vt ſit aptus ad ferendum
fructus ſufficientes non ſolum pro ſolutione annuæ
reſponſionis, verum etiam pro omnibus expenſis,
quas fieri neceſſe ſit in excolendo agro, in colligen-
dis fructibus, & his ſimilibus, vt conſiderat *Fernand.
Rebell. d. quæſt. 6. num. 4. verſ. ſecunda, Feder. Martin. in
d. ſuo tract. de iure cenſ. cap. 4. num. 7. & Rota in illa Ra-
uennaten. Cenſus coram R. P. D. Manzanedo, 10. Maij
1606. quæ eſt poſt Tract. deciſ. 88. num. 6.* & repetit *in
eadem cauſa coram eodem, 2. Maij, 1608.* vt *ibidem De-
19 ciſ. 87. per tot.* & ſignanter *num. 5.* ea ratione † quia
fructus non dicuntur niſi deductis omnibus expen-
ſis, *l. diuortio, §. impenſ. ff. ſoluto matrim.* cum aliis

 relatis

relatis per *Rotam d. num.6.* Immo ex mente *Ludou.*
20 *Auend. d. cap. 53. num. 4.* & per diſcurſum, † fructus rei cenſitæ debent non ſolum eſſe maiores, vel reſpondere penſioni & Cenſui impoſito, ſed neceſſarium eſt etiam quòd venditori Cẽſus ex ipſis rebus, ſeu aliis liberis illius remaneant fructus, quibus ſe & familiam congruenter alere poſſit; aliàs Cenſus creatio non ſuſtinebitur, neque Cenſuarius ad eius Cenſus ſolutionem compellendus erit. Quod tamen dictum reſpectu alimẽtorum licet ſit valdè æquum, quia tamen non eſt inde requiſita per *Bull. Pij V. ſuper Cenſib.* non videtur quòd recipiendum ſit pro vno ex requiſitis ſubſtantialibus dicti Contractus.
21 Vnde apparet † malè ſentire *Andr. Facchin. controuer. iur. lib. 2. c. 43. ad fin. verſ. conſtat.* quem ſequitur *Stephan. Gratian. diſceptat. Forenſ. tomo 1. cap. 141. num. 26.* dum affirmant, quod poſſit ſuper aliqua re imponi Cenſus & annua reſponſio, quæ ſuperet annuos fructus, qui ex re illa percipi & haberi poſſũt, & cum hac ſententia tranſiuit etiam *Felician. in dd. Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. cap. 4. num. 7.* maximè *in fine*. Hanc tamen opinionem repræhendit & contrariam latè comprobat *Io. Guttierez, Tract. Quæſt. lib. 2. c. 177. per tot.* & ſignanter *num. 5. verſ. verum, & infra.* & reuera eſt non ſolum repræhendenda, ſed penitus damnanda, & abhominanda, cum eo maximè vitiatur præcipuo fundamento, quod Cenſus perſonales ſint liciti. cuius cõtrarium latè comprobauimus *ſupra hoc cap. 3. quæſt. 1. art. 6.*
22 Bene verum † eſt, quod ſi in inſtrumento impoſitionis, & venditionis Cenſus ennunciauerit venditor fundũ ſuper quo Cenſum impoſuit eſſe frugiferum, & reddere tot fructus, qui ſufficiant ad ſupportandũ onus Cenſus impoſiti, ſtari debet in dubio huic aſſertioni; & Cenſus ſuſtinebitur, vt ſaltem venditor teneatur ad intereſſe. *Auend. d. c. 53. ſub num. 5.* & in puncto voluit *Rota coram R. P. D. Pamphilio, 26. May. 1614. in illa Beneuentana Cenſus, quæ eſt poſt*
23 *Tract. deciſ. 76. num. 4.* cum † inſtrumentum præſumatur verum, ſolemne & de partium conſenſu confectum donec contrarium probetur, vt dicit *Rota d. num. 4. Auctor. Alc. de Præſumpt. reg. 3. præſumpt. 13. Menoc. conſ. 343. num. 2. lib. 4.*

ARTICVLI SECVNDI

SVMMARIA.

1 *Cenſus impoſitus ſuper fundo non capace integri Cenſus, non eſt omnino nullus.*
Limit. ſi emptor Cenſus tempore emptionis ſciuit fundum non eſſe capacem totius Cenſus, num. 12.
2 *Quod ſit vltra modum, reducitur ad modum.*
3 *Vſura eſt de iure diuino abſolutè prohibita.*
4 *Bal. in c. 1. ſub num. 15. de iureiur. declaratur.*
5 *Natta conſ. 498. num. 5. reprahenditur.*
6 *Baldi auctoritas eſt maxima.*
7 *Vbi eadem eſt ratio, ibi debet eſſe eadem iuris diſpoſitio.*
8 *Cenſus impoſitus ſuper duobus prædijs vno perempto ſuſtinetur in alio, ſi ſit capax totius cenſus.*
9 *Societas officij contracta ſuper duobus officijs, vno vendito ſuſtinetur in alio, ſi ſit capax.*
10. *Donatio non inſinuata non annullatur in totum, ſed in exceſſu.*
11 *Vtile per inutile non vitiatur in diuiduis.*
12 *Cenſus de ſui natura eſt diuiduus.*
13 *Emens ſcienter Cenſum impoſitum ſuper fundo non capace totius Cenſus, committit vſuram mentalem.*
14 *Vſura mentalis quo ad Deum non differt à reali.*

Cenſus impoſitus ſuper fundo non capace integri Cenſus, an ſit in totum nullus.

ARTICVLVS SECVNDVS.

FIRMAVIMVS in præcedenti articulo, quod Cenſus conſtitui & collocari non poteſt ſuper re, quæ de ſui natura non ſit apta ad fructus producendum, qui æquent vel ſuperent annuam reſponſionem impoſitam, & malè ſentire eos, qui opinantur poſſe ſuper re imponi annuum Cenſum, qui annuos rei ſubiugatæ fructus ſuperet & excedat. ſequitur vt in hoc articulo videamus, an impoſitio Cenſus facta ſuper fundo, cuius fructus non poſſunt eſſe ſufficientes pro ſolutione integri Cenſus impoſiti & venditi, ſit in totum nulla. An verò dumtaxat pro ea parte, pro cuius ſolutione fructus rei ſuppoſitæ non ſuppetunt.
1 In quo articulo † annullari Cenſum ſolum quo ad eam partem, & ratam, pro qua fundus ſuppoſitus non poteſt onus annuæ reſponſionis ſupportare, firmo & valido remanente contractu, & Cenſus impoſitione pro ea rata, cui fructus rei ſuppoſitæ correſpondent, & quam fundus ſubiugatus ſupportare poteſt, concludendum cenſeo ex *Bal. in c. 1. ſub num. 15. verſ. iſta ſunt quæſtiones. ext. de iureiur.* Vbi quærens an emptio annui reditus ad vitam ſit licita, reſpondet quod ſic, dummodo emptor exceſſiuum fructum non faciat. Poſtea ad propoſitum noſtrum quærit. Quod ſi lucrum ſit exceſſiuum reſcindaturne totus contractus, an verò dumtaxat tantum quantum modum excedit. Et reſpondet concludendo, quod reſcindatur dumtaxat in exceſſu,
2 quia quod † ſit vltra modum reducitur ad modum, & menſuram, *l. rogaſti, §. ſi tibi, ff. ſi cert. pet. l. placuit, ff. de vſur.* Quæ traditio *Bal.* licet iuxta terminos legum quas allegat non videatur recipienda à viris Chriſtianis, qui ſub gremio Sanctæ Romanæ Eccle-
3 ſiæ viuentes tenentur ſeruare ius diuinũ, quo † vſuræ in vniuerſum, ſimpliciter, & indiſtinctè ſunt prohibitæ, iuxta illud Euangel. *mutuum date nihil inde ſperantes*, & probat *Nauar. in ſuo commentar. de Vſur. num. 7. & ſeqq.* & repetit *in ſuo Manuali, cap. 17. num. 207. verſ. & quod vſura;* cui repugnat diſpoſitio dictarum legum permittentium, vt vſuræ exceſſiuæ reducantur ad legitimum modum permiſſum de iure ciuili, quo vſuræ non erant ſimpliciter, & indiſtinctè prohibitæ, ſed vſque ad certum modum permittebantur *tot. tit. ff. & C. de vſur.* & præter cæteros fatetur *Nauar. in d. cap. 17. num. 208. ad fin.* nihilominus in terminis noſtris videtur omnino recipienda, & amplectenda. loquitur † enim *ibi Bal.* retento
4 themate à ſe propoſito, videlicet: in terminis cõtractus emptionis annui reditus, quam licitam eſſe dicit,

cit, & nos probauimus latè *ſupra hac par.1. cap.1.*
quæſt.4. art.3. & 4. & concludit quod ſi in iſto con-
tractu contigat exceſſus non reſcinditur, & annul-
latur totus, ſed reducitur ad modũ licitum. & cum
Bal. videtur concordare etiam *Petr. in l. ſi ea pactio-*
ne, C. de vſur.

5 Et licet † *Natta conſ.498. num.5. lib.3.* præſuppo-
ſito quod contractus, de quo loquitur *Bal. d. nu.15.*
ſit verus contractus emptionis, & venditionis, vi-
deatur intelligere illud dictum *Bal.* cum diſtinctio-
ne, quod ſi exceſſus in pretio ſit vltra dimidium, &
incidat læſio enormiſſima vltra dimidium, ſit ſuc-
currendum læſo per remed. *l.2. C. de reſcind. vendit.*
non exiſtente autem huiuſmodi exceſſiua læſione
ſit ſtandum conuentis. Ego tamen ſecluſa, & cir-
cumſcripta fraude, & certa ſcientia, quod fundus
eſſet incapax totius Cenſus amplector indiſtinctè
concluſionem *Bal.* tum propter ipſius rationes, &
6 auctoritatem, quæ † maxima eſt. *Ruin. conſ.3. nu.18.*
lib.2. & quando eſt fundata lege vel ratione exce-
dit omnem viuẽtem, vt affirmat idem *Ruin. conſ.58.*
num.15. lib.3. tum quia non repugnat menti & in-
tentioni *Pij V. in d. ſua Cõſtitutione ſuper forma creandi*
cenſ. dum diſponit, quod ſi res ſuper qua Cẽſus con-
ſtitutus & collocatus fuit, reddatur infructuoſa in
totum vel pro parte Cenſus, etiam in totum vel pro
parte extinguatur. nam non video quod tetentis
terminis quæſtionis propoſitæ, reddi poſſit conclu-
dens diuerſitatis ratio reſpectu Iuſtitiæ, & validita-
tis contractus quod res ſuppoſita oneri Cenſus non
eſſet ab initio capax totius Cenſus, & integri oneris
impoſiti, vel incapacitas incidat, vel ſuperueniat ex
poſt facto ad effectum, vt contractus in totum vel
7 pro parte ſit inefficax, & inualidus, & ideo † idem
ius in vtroque caſu ſtatui debet. *argum. regulæ, l.4.*
§. toties, ff. de dam. inf. & pro hac concluſione ſatis
videtur facere reſolutio *Rota coram Reuerendiſſimo*
D. Sacrato in vna Romana Cẽſus, 14. Ianuarij, 1602. quæ
eſt poſt Tract. deciſ.90. num.6. dum ibi concluditur,
8 quod † Cenſus impoſitus ſuper duobus fundis vno
deficiente ſuſtinetur in alio ſi ſit capax pro ſuſten-
tatione totius Cenſus, & melius reſolutio facta *in*
eadem Rota coram b.m. Penia, 28. Iunij, 1610. in illa
Romana Cenſus de Carauaſchinis, quæ eſt ibidem deciſ.
66. num.1. vbi fuit reſolutum quod Cenſus impoſi-
tus ſuper fundo partim libero, & partim ſubiecto
fideicommiſſo ſuſtinetur in parte libera ſi erat ca-
pax totius Cenſus, vel ſuper parte Cenſus capace, à
qua non eſt diſſimilis reſolutio facta *coram R.P.D.*
meo Vbaldo, 15. Decembris, 1614. in illa Romana retra-
ctus domus, quæ ibidem eſt deciſ.71. num.12.

Et videtur etiam quod concluſio ſupra firmata
poſſit comprobari ex eo quod dicitur in ſocietate
9 officij, † quæ ſi ſit contracta ſuper pluribus officiis,
ſi alterum vacet ſuſtinetur in alio, quatenus ſit ca-
pax totius ſummæ in ſocietate poſitæ, ſi verò offi-
cium quod remanſit non ſit capax totius ſummæ, ſu-
ſtinetur ſocietas pro rata cuius eſt capax, vt fuit re-
ſolutum in *Rota* ſæpius, & ſignanter *in vna Romana*
ſocietatis offi ij, 28. Ianuarij, 1604. coram Illuſtriſſimo
Cardinali Mellino, quæ eſt impreſſu poſt Tract. Deciſ.91.
per totum.

Et confirmari poteſt exemplo donationis exce-
10 dentis ſummam quingentorum aureorum, † quæ
ſi nõ inſinuetur, prout neceſſarium eſſe ſanciuit *Im-*
perat. in l. ſancimus, C. de donat. non vitiatur in to-
tũ, ſed tantũ in exceſſu, vt ibi expreſsè diſponitur.

11 Nam † in diuiduis, & ſeparabilibus vtile per inu-
tile non vitiatur, *c. vtile, & ibi Din. de reg. iur. in 6.*
Iaſ. per tex. in d. l. ſancimus, in l.2. num.170. C. de iure
emphyteut. Bart. in l. Gracè, §. illud, num.3. ff. de fideiuſſ.
ſed contractus cenſualis eſt de ſui natura diuiduus,
vt latè dicemus *infra par.3. quæſt.3. art.8.* merito, &c.

Ceterum ſi ab initio tempore impoſitionis, &
12 venditionis Cenſus emptor † illius habuiſſet noti-
tiam quod fundus ſubiugatus non ferret tot fru-
ctus, qui eſſent ſatis ad ſolutionem integri Cenſus
ſuper impoſiti, & non obſtante hac ſua notitia &
ſcientia gerens prauam intẽtionem ex datione pe-
cuniæ faciendi lucrum vltra quam permiſſum eſt,
nihilominus Cenſum exceſſiuum emiſſet, non cre-
derem illum eſſe tutum in foro conſcientiæ: quia
13 † licet non committat vſuram formalem, vt dicit
Bald. d. num.15. committit tamen vſuram intentio-
nalem, & mentalem. per ea quæ habentur apud
Syluestr. in ſua Summa, in verb. vſura, el primo, num.1.
14 & alios Summiſtas paſſim, quæ quo † ad Deum à
formali non diſtinguitur, vt dicit *Natta, d. conſ.498.*
num.6. & ſeqq. Calcan. conſ.84. num.1.

ARTICVLI TERTII

SVMMARIA.

1 *Cenſus impoſitus ſuper fundo non capace integri Cen-ſus, quod ſit aliunde ſoluendus volunt aliqui.*
2 *Contraria tamen opinio eſt verior.*
3 *Cenſus deberi non poteſt ex ſola bonorum obligatione.*
4 *Fundus Cenſus ſi pro vno vel pluribus annis fructus non ferat ſufficientes, an Cenſus debeatur. aliqui di-ſtinguunt.*
Affirmatiua ſententia vera eſt, & communis, num.6. & infra.
Ampliatur, num.15.
Declaratur, num.11. & ſeqq.
5 *Ex natura contractus cenſualis ſoluendi eſſent fructus, qui ex re cenſuata colliguntur.*
7 *Cenſus non imponitur ſuper fructibus rei, ſed ſuper ip-ſamet re reſpectu fructuum.*
8 *Fundus de ſui natura frugifer non deſinit eſſe talis ex eo quod per aliquot annos fructus non ferat.*
9 *Sterilitas vnius temporis, cum vbertate alterius com-penſatur.*
10 *Emphyteuta tenetur reſpondere de penſione conſiſtente in fructibus licet bona emphyteutica, aliquo anno fru-ctus non ferat.*
12 *Annua preſtatio debita ex fructibus rei, ſi vno anno fructus ſufficientes non naſcantur, ſoluenda eſt ex fru-ctibus ſequentium annorum.*
13 *Maxime ſi penſio ſit ſoluenda in pecunia.*
14 *Penſio debita ex beneficio eccleſiaſtico pro anno ſterili ſoluenda eſt ex fructibus ſequentis anni vberis.*
16 *Commodum quis ex ſua culpa non debet reportare.*

Fundus

Fundus Cenſus ſi pro aliquo tempore non ferat fructus ſufficientes, an penſio ſit ſoluenda ex fructibus aliorum bonorum.

ARTICVLVS TERTIVS.

IN propoſito articulo duæ ſunt neceſſariæ inſpectiones. Prima eſt quando ab initio tẽpore impoſitionis Cenſus fundus illius in rei veritate non erat capax totius Cenſus. Altera quãdo poſt Cenſus impoſitionem ex accidenti cõtingit, vt pro vno, vel pluribus annis fructus dicti fundi non ſufficiant pro ſolutione integri Cenſus.

In prima inſpectione licet *Guid. Pap. quæſt. 8.* quem refert *Foller. in ſua Pract. cenſuali, in verbo, huiuſmodi, num. 45. & in verbo, tanquam, num. 61. Caſſan. ad conſuetud. Burgund. Rubr. 11. Des Cenſes, §. 2. in princ. Soto, de Iuſtit. & iure, lib. 6. quæſt. 5. art. 1. in 2. corrolar. verſ. ſequitur Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 12. num. 29. verſ. at in caſu noſtro. Petr. Caball. conſil. ciuil.*

1 *94. num. 11. lib. 1.* cenſeant † Cenſum eſſe aliunde ſupplendum ex fructibus aliorum bonorũ vel propter generalem hypothecam cui tempore impoſitionis, & venditionis Cenſus alia bona venditoris Cenſus ſubiiciuntur, vel illa deficiente, ob perſonalem obligationem, qua tenetur imponens. & cum iſtis videatur etiam ſenſiſſe *Rota coram b. m. Penia in vna Romana Cenſus de Cauallerijs, 26. Iunij, 1596. quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 6. num. 1. & ſeqq.*

2 Verior † tamen eſt contraria opinio, quia Cenſus imponi non poteſt ita vt obligetur dumtaxat perſona imponentis, vt latè dictum fuit *ſupra hoc eod. cap. 3. quæſt. 1. art. 6.* quod contingeret ſi pro ea parte pro qua fundus, qui fuit ſubiugatus, non eſt capax, & tempore impoſitionis notum erat contrahentibus, quod non erat capax, eſſet ſoluẽdus Cenſus ex fructibus aliorum bonorum, vt aduertũt *Laurent. de Rodulph. in ſuo tract. de vſur. par. 2. quæſt. 12. num. 46. verſ. ſoluit.* quem refert *Cant. ad Extrauag. Volentes, §. ſucceſſiue, num. 10. fol. mihi 164. Io. Azor. Inſtitut. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 6. verſ. primo quæritur.* vbi teſtatur *de communi*, & comprobat affirmãs hoc non ſolum prohiberi ex diſpoſitione conſtitutionum pontificiarum, ſed etiam repugnare natu-

3 ræ contractus Cenſualis, † quia Cenſus deberi non poteſt, ex ſola omnium bonorum obligatione & hypotheca, vt ſæpius dictum fuit.

Doctores autem pro cõtraria parte allegati non loquuntur de Cenſu conſignatiuo, de quo nos agimus, aliàs malè loquerentur, & contra communem, de qua *d. art. 6. Rota* verò *in d. Romana Cenſus de Cauallerijs* præſupponit rem ſuper qua Cenſus fuerat conſtitutus eſſe de ſui natura aptam ad ſupportandum onus integri Cenſus, ſed fuiſſe antea oneratam alio Cenſu, & ſic ex accidenti illius fructus non poſſe ſufficere ad ſolutionem integri Cenſus & non apparet emptorem ſecundi Cenſus de hoc habuiſſe noticiam, [illegible]

4 In ſecunda † inſpectione, quando fructus rei ſuppoſitæ poſt Cenſus impoſitionem, & venditionem, ex aliquo accidẽti, puta propter incurſum hoſtium, ſterilitatem, vel aliam extrinſecam cauſam pro vno vel pluribus annis non ſufficiunt pro ſolutione totius Cenſus, *Ludou. Molina, in ſuo tract. de contract. p. 2. diſput. 390. num. 6. verſ. contrarium*, tacitè diſtinguit, an caſus propter quem fundus ſubiugatus non fert fructus ſufficientes contingat abſque aliqua culpa & negligentia debitoris Cenſus, ſed ſit merè fortuitus, puta peſtis, belli, grandinis, & ſimiles. An verò contingat ex negligentia debitoris Cenſus qui non curauit fundum oneri Cenſus ſubiugatum coli, vt inde fructus ſolitos poſſet percipere, ſed voluit ceſſare à cultura agri vno anno, vt vberiores ſequenti anno fructus caperet vel alia ſimili cauſa, vt primo caſu Cenſus non ſit ſupplendus: ſecundo verò ſuppleri debeat ea motus ratione, quia emptio Cenſus nil aliud eſt quam emptio iuris ad percipiendam partem fructuum quos res Cenſui obnoxia quotannis reddiderit vel in ipſis fructibus, vel in aliquo

5 æquiualenti: nam † ex natura huius contractus eſt vt ſoluãtur fructus qui percipiuntur ex prædio cenſuato, ſi credimus *Ludou. Lopez. in ſuo tract. de contract. lib. 1. cap. 56. verſ. ſi autem quis ſuſcitetur.* licet, vt ipſe dicit conſuetudo inoleuerit, vt Cenſus ſoluatur in pecunia numerata, ſcilicet ad propulſandum omnis impoſturæ, & fraudis genus, quod aliàs in perſoluendo penſiones in fructibus poſſet contingere, quia fructus aliquãdo valerent pluris aliquando minoris, pecuniæ autem pretium vniforme ſemper exiſtit, & hinc factum eſſe credendũ eſt vt Cenſus, vt plurimum conſtituatur ſoluendus in pecunia numerata, non autem in fructibus. & propterea dicebat *Molina loco ſupra citato*, quod ſicut pereunte etiam caſu fortuito re ſubiugata, debitor Cenſus ex natura contractus deinde non tenetur ad ſolutionem Cenſus, vt nos quoque dicemus *infra par. 3. c. 1. quæſt. 1.* Ita pereuntibus fructibus etiam caſu for- [illegible] non debet teneri debitor [illegible] pro eo tempore ad illius ſolutionem. & cum hac opinione videtur tranſire etiam *Hieron. Gabr. conſ. 47. num. 2. & 3. lib. 2. Gaſpar. Ant. Teſaur. in addit. ad deciſ. Anton. ſui patris, deciſ. 20. ad fin. & Leonard. Leſſ.* quando ex fundo ſuppoſito nulli prorſus percipiũtur fructus, *in ſuo tract. de iuſtit. & iure, lib. 2. cap. 22. in tit. de Cenſib. dubit. 12. num. 82.*

Verum enimuero, † quod immo debitor Cenſus ſimpliciter, & indiſtinctè teneatur ad ſolutionem Cenſus pro eo etiam tempore, quo res ſuppoſita vel nullos prorſus fructus reddit, vel non reddidit ſufficientes pro ſolutione integri Cenſus, & quod omni caſu Cenſus ſit aliunde ſupplendus, tenent communiter Scribentes, *Nauar. d. commentar. de vſur. num. 117. quæſt. 23. & ſeq. Soto, d. lib. 6. de iuſtit. & iure, quæſt. 5. art. 5. poſt med. ante prim. Corrolar. Surd. conſ. 162. num. 15. in fine, & num. 16 & 21. lib. 2.* Idem voluit *Fernand. Rebell. in ſuo tract. de obligation. Iuſtit. lib. 10. quæſt. 10. num. 11. & 12.* ea potiſſimum ratione, quia † Cenſus non imponitur ſuper fructibus ipſius rei, ſed ſuper ipſa re, nec per Cenſum venditur ius ad ipſoſmet numero fructus ex eadem re colligendos (alioquin inuito domino Cenſus non poſſet Cenſuarius de fructibus rei cenſitæ pro arbitratu diſponere comedendo eos, vel alienando) ſed venditur dumtaxat ius ad rem, id eſt, ad conſtitutam Cenſus penſionem ratione rei cenſitæ exigendam, vt comprobat *Felic. de Solis, in ſuis commentar.*

de

de Cenſib. tomo 1. lib. 1. cap. 4. num. 7. eiuſmodi au-
tem ius idem, eodemq. modo perſeuerat, quamdiu
res, quæ fundamentum ipſius iuris eſt extincta re-
manet, tam quando ex dicta re per aliquod tempus
fructus nõ percipiuntur caſu aliquo fortuitu, quam
quaodo id prouenit culpa & facto debitoris Cen-
ſus, merito &c. Et eandem ſententiam amplexi ſunt
etiam *Boccacc. in d. ſuo tract. de Cenſib. par. 2. num. 41.*
& facit *par. 3. num. 70. Io. Azor. d. cap. 6. quæſt. 5. Bo-
ninſign. in tract. de Cenſib. cap. 2. nu. 9. & ſeqq. & cap.
13. num. 1. verſ.* Intellige, qui optima & cõcluden-
ti ratione mouetur, quæ deſeruit etiam ad ſubuer-
tendum fundamentum, quo nituntur *Gabr. & Mo-
lin.* & alij qui cootrarium ſentiunt. Nam de ſub-
ſtantia contractus cenſualis eſt quidem, vt res ſuper
qua Ceoſus fundandus & conſtituendus eſt ſit de
ſui natura fruictifera, id eſt, apta ad fructus feren-
dos, noo autem quod realiter & cum effectu fructus
8 ferat, vt diximus *ſupra art. præced.* Et ideo † quando
fundus ſuper qno Cenſus fuit collocatus eſt de ſui
natura aptus ad ferendum fructus, ſi propter ali-
quod accidens, non tamen perpetuum, fructus per
aliquod temporis ſpacium non reddit, non propte-
9 rea dici poteſt quod † deſierit eſſe de ſui natura fru
gifer, vt declarauit idemmet *Pius V.* io quadam
Bulla quam edidit *ad declarationem Bullæ ſuæ de Cen-
ſib. verſ. nos hæc diſcrimina,* cuius copia habetur im-
preſſa in principio huius noſtri Tractatus. Confir-
matur præterea hæc conclusio forti ratione, quia
ſterilitas vnius temporis cũ vbertate alterius com-
penſari debet, *l. licet, C. locat. cap. propter ſterilitatem,
ext. eod. tit.* quam rationem io propoſito conſidera-
uit *Rota coram b. m. Penia, 31. Maij, 1591. in illa Vrbe-
uetana Cenſus, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 10. num. 5.* Vn-
de non repngnat naturæ contractus cenſualis, vt
etiam pro dicto tempore quo res cẽſita fructus non
tulit, ex fructibus aliorum bonorum Cenſus integer
ſoluatur. Hanc eandem ſententiam tamquam ve-
ram amplectitur idem *Io. Azor. d. cap. 6. quæſt. 6.* eã
ratione, qua mouetur etiam *Rebell. d. quæſt. 6. nu. 11.
& 12.* quam nos *ſupra* retulimus, *num. 7.* eaodem
fuit etiam ſequutus *Ludouic. Lop. loco ſupra citato, cap.
56. verſ. vt autem experiamur, & verſ. verum ad hoc;*
eo fundamento quia cum pretium pecuniæ, quæ
loco fructuum rei ſuppoſitæ pro Cenſo ſoluitur, voi-
forme ſemper exiſtat, ſoluẽdus eſt Cenſus etiam pro
eo tempore quo fundus cenſitus fructus non reddi-
10 dit, quemadmodum † emphyteuta tenetur reſpon-
dere de penſione conſiſtente in fructibus licet bo-
na emphyteutica aliquo anno fructus ſufficientes
noo ferant, vt dicit *Lopez. d. verſ. verum ad hoc. & Fe-
deric. Martin. in ſuo tract. de iure cenſu. cap. 6. nu. 304.*
& hæc ſententia placuit etiã *Vinc. Carocc. in ſuo tract.
de locat. & conduct. par. 4. in tit. de Remiſſ. Mercedis,
quæſt. 8. ſub num. 36. verſ. ſimiliter.* Et poſt hæc ſcri-
pta viſus, *Mart. Bonacin. de Contract. diſput. 3. quæſt. 4.
puncto vnico, num. 27.* Quæ procedit maxime ſi tem-
pore conſtitutionis, & venditionis Cenſus fuerit in-
ter contrahentes conuentum, quod oon obſtante
caſu fortuito ſterilitatis, calamitatis, aut alterius in-
fortunij venditor Cenſus ad annuã penſionem præ-
ſtandam teneatur (quod pactum eſſe licitum vide-
bimus *infra par. 2. cap. 1. quæſt. 3. art. 3.*) & ita con-
cludit *Feder. Martin. d. cap. 6. num. 302.*

Ego autem licet nõ auſim ab hac communi opi-
nione recedere, illam tamen temperãdam eſſe exi-
ſtimarem ex mente *Bero. conſ. 17. nu. 22. & ſeqq. lib. 1.*
qui cum maxima æquitate ſuper iſto articulo ratio-
11 cinando concludit. Quod ſi † ex re ſuppoſita oneri
Cenſus quolibet anno non colliguntur tot fructus,
qui ſufficiant pro totius & integri Cenſus ſolutione,
debitor non remaneat liberatus, ita vt ad ſolutio-
nem vlterius non teneatur, nec etiam debeat ſup-
plere, & ſoluere Cenſum ex fructibus aliorum bo-
norum, ſed ſit expectandus, & facienda illi dilatio
ad ſoluendum donec cum fructibus colligendis ex
eodemmet fundo cenſuato ſequentibus annis poſ-
ſit integralem ſolutiooem, etiam pro tempore præ-
terito facere, & ſic debitor Cenſus non acquirit to-
talem liberationem pro tempore quo ſundus cen-
ſuatus fructus non reddit, ſed dumtaxat dilationem
ad ſoluendũ donec poſſit creditori, & domino Cen-
12 ſus integraliter ſatisfacere. Nam † quando annua
præſtatio eſt facienda ex reditibus rei, ſi vno anno
fructus noo extant, expectanda eſt vbertas anni ſe-
quentis, & ſterilitas cum vbertate eſt compenſan-
13 da, *l. ex eo, ff. de vin. trit. & oleo legat.* Maxime † quan-
do præſtatio conſiſtit io pecunia, *l. firmio, in princ. ff.
quan. dies legat. ced.* vt poſt *Caſtrenſ. dicit Felin. in c. ad
audientiam, el ſecondo, col. 7. num. 17. verſ. ſubdit, Pau.
de reſer.* refert *Gig. in ſuo tract. de penſion. q. 62. num. 7.*
14 Inferens ad eum, † qui tenetur ſoluere penſionem
reſeruatam ſuper fructibus beneficij Eccleſiaſtici,
quod teneatur ex fructibus anni ſequentis vberis
ſoluere penſiones anni præcedentis ſterilis. Iſte au-
tem debitor erit expectandus non ſolum per vnum
annum, ſed etiam per plures donec fundus ille tot
ferat fructus, ex quibus domino Cenſus ſit integra-
liter ſatisfactum de omnibus Cenſibus pro tempo-
re præterito decurſis & nõ ſolutis, argum. notat. per
Bart. & alios communiter *in l. inter ſtipulantem, §. ſa-
cram. ff. de verb. oblig.* vbi *Alex.* teſtatur *de communi.*
15 Et in † tantum creditori Cẽſus ſint obligati fru-
ctus ex prædio cenſuato ſequentibus annis colli-
gendi, vt ex eis ſit facienda ſolutio etiam quod do-
mino fundi cenſuati nihil penitus ex fructibus eiuſ-
dem prædij ſit remanſurum, *l. legatum, 17. §. vini Fa-
lerni, ff. de annu. legat.* & deducit *Bero. d. conſ. 17. nu.
25. in fine, & num. ſeq.*

Et hæc opinio ſatis æqua mihi viſa fuit, & illam
in contingentia facti amplecterer, niſi culpa domi-
ni fundi cenſuati (ex eo forte, quod illum apte dili-
genter, & congruenter non coluit, vel in alio defe-
cit) contigerit quod fructus ſolitos non reddiderit.
Nam ſi in aliquo culpæ debitoris Cenſus aſcribi
poſſit quod fundus ille ſolitos fructus non tulit, cre-
derem, quod ex fructibus aliorum bonorum eſſet
16 ſupplendus & ſoluendus integer Cenſus, ne † ex
propria negligentia, & culpa commodum, & vtili-
tatem ſentiret, contra iuris regulas, *l. ſi hominem, ff.
mand. l. relegatorum, §. poteſt alicui. ff. de interd. & re-
legat.* & deducit *Surd. d. conſ. 162. num. 19. & ſeqq.* &
bene conferunt dicta per *Gig. d. quæſt. 62. num. 8.* &
vult expreſsè poſt alios, quos allegat *Bonacin. d.
num. 27. ad finem.*

ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLI QVARTI

SVMMARIA.

1 *Cenſus paruus ſuper re magni reditus conſtitui non poteſt, ſecundum aliquos.*

Contraria opinio eſt verior, num. 3. & infra vbi contrarijs reſpondetur.

2 *Cenſus non poteſt licitè fundari, niſi proportionatus fructibus rei, quæ ſubijcitur.*

Intellige vt non debeat eſſe minor fructus, quam Cenſus, non quod debeant eſſe æquales, num. 6.

Intellige 2. dummodo fructus rei non multum excedant Cenſus ſoluendos, num. 7.

5 *Cenſus ſequitur conditionem rei ſuper qua imponitur.*

Super re magni reditus imponi ne poſſit paruus Cenſus.

ARTICVLVS QVARTVS.

CIRCA hunc quartum articulum. An ſuper re magni reditus poſſit imponi,
1 & conſtitui paruus Cēſus, † videretur negatiuè reſpondendum. Quia cum Cēſus ita debeat fundari, vt pereunte re cenſuata in totum, vel pro parte ipſe quoque Cenſus debeat in totum, vel pro parte extingui & perire, vt ſanciuit *Pius V. in ſua Conſtitutione ſuper forma creandi cenſ.* Si permitteretur, quod ſuper re magni reditus imponi poſſet paruus Cenſus, facili negocio contingere valeret vt menti, & diſpoſitioni Sanctiſſimi Pontificis fraus fieret. Et quod difficulter dari poſſet caſus in quo emptor Cenſus ſubiturus foret periculum amiſſionis ſui capitalis, niſi in caſu peremptionis totius fundi cenſuati: non enim videtur, quod admiſſa opinione affirmatiua, poſſit contingere quod per peremptionem partis fundi pereat, & extinguatur pars Cenſus, quia ſi fundus eſt minimi reditus, Cenſus verò paruus, quantulacumque pars fundi remaneat, ſatis futura erit pro ſolutione totius Cenſus, quod videtur ſatis abſurdum, & contra Conſtitutionē præfatam. & cum hac opinione videtur tranſire *Nauar. in ſuo Commentar. de vſur. nu. 85. verſ. octaua*, dum colligens conditiones ſeruandas in creatione Cenſus, iuxta diſpoſitionem dictæ Bullæ dicit octauam eſſe, vt res cenſuata reddat tantum, quantus eſt Cenſus imponendus. Ponderando quod licet Papa in dicta ſua Conſtitutione nō exprimat quantæ frugis debeat eſſe res oneri Cenſus ſubiicienda, dicendo tamen quod debeat eſſe frugifera, ſatis videtur ſignificare quod debeat eſſe tantæ, quātus eſt Cen-
2 ſus, cum † nō poſſit Cenſus licitè conſtitui, niſi proportionatus ad fructus, qui ex re ſuppoſita percipiuntur, vel percipi poſſunt. Et cum hac opinione viſa eſt tranſire *Rota coram Illuſtriſſimo Cardinali Mellino, 30. Octobris, 1602. in illa Romana Cenſus, quæ eſt poſt. Tract. deciſ. 1. ſub num. 5. verſ. Et ideo cum Cenſus.*

3 Contrariam † tamen ſententiam amplexus fuit *Conrad. in ſuo tract. de contract. q. 83. concluſ. 3.* vbi expreſsè profeſſus fuit ſuper fundo magni reditus poſſe paruum cenſum conſtitui, & fundari, & rationibus cuiuſdam Doctoris cuius nomē ſupprimit, contrarium ſentientis reſpondet; & ab hac opinione non diſſentit *Ludouic. Lopez. in ſuo tract. de contract. lib. 1. cap. 57. verſ. iam ex hac ſecunda*, vbi alios allegat, & eandem amplectitur, & confirmat *Io. Azor. Inſtit. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 6. verſ. ſecundo quæritur, Felician. de Solis in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. cap. 4. num. 7.* quam opinionem fuit etiam amplexus *Sigiſmund. Scace. de Commerc. §. 1. q. 1. nu. 206. verſ. Ratio iſtius declarationis*, poſt hæc ſcripta viſus. Et ego quoque libenter cum ea pertranſeo, cum non repugnet *Conſtitutionibus Martini V. & Calixti III.* regiſtratis *in c. 1. & 2. de empt. & vendit. inter Extrauag. Commun. & Pij V.* quæ ſimpliciter requirunt quod Cenſus imponatur ſuper re, ſui natura fructifera & quæ fructuum ferat, & ſit certis finibus deſignata, & non diſtinguunt an reditus debeat eſſe maior Cenſu impoſito, vel ſufficiat quod illum æquet. Præter quam quod in contractu Cenſuali non emitur fundus ipſe, qui ſubiicitur, nec illius fructus, ſed tantum ius percipiendi illam annuā penſionem, quæ ſuper dicto fundo imponitur, & conſtituitur, vt dictum fuit *ſupra art. præced. num. 7.*

4 Nec refert † quod hoc caſu difficulter Cenſus poſſit perire, quoniam non conſiderauit *Pius V. in d. ſua Bulla* quod cenſus de neceſſitate eſſet periturus, immo voluit quod eſſet perpetuus; diſpoſuit tamen, quod ſi caſu, & fortè fortuna contingeret perire fundum cēſuatum in totum vel pro parte, cenſus quoque in totum, vel pro parte periret, & ſatis eſt ad effectum vt conſtitutioni præfatæ dicatur ſatisfactum, vt res ſuper qua Cenſus eſt collocandus aptitudine & potentia poſſit perire. Nam Cenſus
5 ipſe † ſequitur conditionem rei ſuper qua fuit conſtitutus, ſi res ipſa in totum vel pro parte pereat, nec debet haberi in conſideratione quod caſus iſte facilè vel difficulter poſſit contingere.

6 *Nauar.* † autem, & *Rota coram Illuſtriſſimo Mellino*, ſupra in contrarium allegati, non intellexerunt, nec ſenſerunt quod Cenſus debeat adæquari fructibus fundi cenſuati, ita vt ſi fundus ſit maioris reditus, quam ſit cenſus imponendus, impoſitio ipſa ſit inualida, ſed tantum quod Cenſus imponendus non ſit maior, quam reditus fundi, vt colligitur ex verbis *Nauar. ibidem.* alioquin iuxta ſubiectam materiam non ſatis aptè diceretur fructifera, & hæc reſponſio ſatis clarè colligitur ex *Io. Bapt. Lup. ad l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. com. 2. §. 2. nu. 80. & ſeqq.* Et hoc amplexus eſt *Martin. Bonacin. de Contract. diſput. 3. q. 4. puncto vnico, nu. 10. verſ. Verum tamen eſt.* Et ſenſit eademmet *Rota coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſ. 5. Decēbris, 1608. in illa Romana fideicommiſſi de Iacobatijs, quæ eſt poſt Tract. deciſ. 4. num. 4.* dum ibi fuit reſolutum quod pro validitate Cenſus requiritur, quod prædij reditus ſuperet, aut æquet Cēſum, & pro hoc allegat *Nauar. d. tract. de vſur. num. 79.*

7 Non tamen † diſplicet ſententia *Ludouic. Lopez. in d. verſ. iam ex hac ſecunda.* vbi hanc affirmatiuam concluſionem veram eſſe fatetur, dummodo fructus rei cenſuatæ non multum excedant penſiones & Cenſus ſoluendos. ſi enim exceſſus eſſet apparenter maximus talis impoſitio non careret ſuſpicione fraudis & intentionis celebrandi contractum Cenſus in fraudem vſurarum, & quod emptor illius

vellet

Digitized by Google

velleteſſe ſecurus de Cenſus perpetuitate, à qua ſuſpicione eſſe omnino cauendum, aliàs diximus.

ARTICVLI QVINTI

SVMMARIA.

1 *Cenſus plures ſuper eodem fundo capace, quod non poſſint diuerſo tempore imponi, volunt aliqui.*
2 *Verior tamen eſt opinio affirmatiua.*
3 *Quam declarat Io. Azor. procedere, dummodo accedat conſenſus domini prioris Cenſus.*
4 *Opinio tamen Azor. reijcitur.*
5 *Impoſitio Cenſus ſuper fundo alio Cenſu onerato etiam ſi non ſit capax vtriuſque cenſus, eſt valida.*
6 *Bulla Pij V. ſuper cenſib. in verſ. Immo & Cenſum, etc. Intellectus.*

An ſuper eodem fundo capace poſſint imponi plures Cenſus.

ARTICVLVS QVINTVS.

REMANET expediendus quintus articulus in quo videndum eſt breuiter. An ſuper eodem fundo capace poſſint diuerſis temporibus validè conſtitui plures Cēſus. In quo licet prima † con-
1 ſideratione videretur amplectenda opinio negatiua, quam tenuit *Surd. conſ. 318. num. 7. verſ. Secundo dico. lib. 3.* ponderando *Bullam Pij V. ſuper Cenſib. in illis verbis. Immo & Cenſum augeri & nouum creari ſuper eadem, vel alia re ad fauorem eiuſdem, aut perſona per eum ſuppoſita pro Cenſibus temporis, vel prateriti, vel futuri omnino prohibemus.* aſſerens quod *ibi* Papa mandat rem iam cenſuatam non poſſe nouo Cenſu obligari, & ſubiici.

2 Attamen † contrariam ſententiam tenuit *Nauar. in ſuo Comment. de vſur. num. 94 Gloſ. 10. in fine, Beninſign. in ſuo tract. de Cenſib. cap. 11. num. 1. Federic. Martin. in ſuo tract. de iure, cenſ. cap. 4. num. 81.* qui ea mouetur ratione quod ſicut vno eodemq. tēpore duos pluresq. Cenſus bonis ſuis imponere quis poteſt, dummodo prædia ad omnes Cenſus ferendos ſint ſufficientia, eodē modo & diuerſis temporibus plures Cenſus rebus ſuis imponere quis valet. cum non poſſit concludens diuerſitatis ratio cōſiderari. eandem ſententiam amplexus fuit *Cardinal. Tolet. in ſua Inſtruct. Confeſſor. lib. 5. cap. 45. verſ. ſecundum refert, &* ſequitur *Io. Franc. Leonis in ſuo Teſſauro, foro Eccleſiaſt. par. 2. cap. is, de Cenſib. num. 60.* & amplexa fuit etiam *Rota in illa Romana Cenſus de Caualleriys, coram b. m. Penia, 26. Iunij, 1596. quæ eſt poſt Tract. deciſ. 62. num. 1.* vbi in caſu magis dubitabili fuit pronunciatus validus quidam Cenſus de nouo ſuper eodem fundo impoſitus licet fundus ille nō eſſet capax totius noui cenſus & ex fructibus illius non poſſet ſolui totus & integer cenſus de nouo impoſitus, ea ratione quia ille nouus cenſus erat impoſitus iuxta formam *Conſtitutionis Pij V.* ſuper re ſui natura fructifera, quæ tempore creationis dicti noui Cenſus credebatur eſſe tanti reditus, qui ſufficeret non ſolum pro ſolutione anterioris Cenſus, ſed etiam alterius poſtmodum de nouo impoſiti. ergo multò magis erit valida impoſitio quando realiter, & cum effectu fructus dicti prædij ſufficiunt pro ſolutione vtriuſque cenſus, vt conſiderauit *Rota coram eodem b. m. Penia, in vna Romana Cenſus, 17. Aprilis. 1598. quæ eſt ibidem deciſ. 56. num. 1.* & antea eandem ſententiam fuit amplexa *Rota coram Seraphino, deciſ. 321. num. 1. & ſeqq. par. 1.*

3 Et licet † *Io. Azor, Inſtit. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 7. quæſt. 2. & Martin. Bonacin,* poſt hæc ſcripta viſus, *in ſuo tract. de contract. diſp. 3. q. 4. puncto vnico, num. 9.* in ea fuerit opinione, quod ad effectum, vt validè poſſit imponi Cenſus ſuper fundo alio cenſu anteriori onerato, requiratur conſenſus domini prioris Cenſus, & ſubdat ibi verſ. quæ res, quid ſi Titius. Quod ſi imponatur abſque tali cōſenſu, impoſitio ſit nulla, ſed nihilominus imponens teneatur ſoluere cenſum vtrique, donec ſecundus emptor reſciat fundū illum eſſe alteri obligatum, quia dolus, & fraus nemini patrocinantur, & ſibi imputare debet impoſitor cenſus, quod illum impoſuit ſuper fundo alteri obligato, & quod propterea emptor ſecūdi Cenſus non tenetur ad reſtituendum fructus ex dicto cenſu perceptos, & exactos, poſtquam autem reſciuit, ad hoc vt licitè poſſit fructus cēſus percipere, vel debet habere conſenſum emptoris prioris cenſus, dummodo fundus ſit capax vtriuſque cenſus, vel; quatenus onus vtriuſque cenſus ſuſtinere nequeat, ſortem repetere.

Hæc tamen reſtrictio & declaratio *Azor. & Bo-*
4 *naccina,* non videtur neceſſaria, quoniam † cum in conſtitutione, & venditione cenſus, non vendatur fundus ipſe cui imponitur cenſus, ſed ius percipiendi annuam reſponſionem ex fructibus dicti fundi, vt dictum fuit *ſupra hac par. 1. cap. 1. quæſt. 3. artic. 2. num. 3.* & alibi ſæpius. & propterea quatenus fructus dicti fundi ſuppetant pro ſolutione non ſolum prioris cenſus, verum etiam poſterioris nōn eſt quid impoſitori vel emptori ſecundi cenſus vitio verti poſſit.

5 Quatenus † verò fructus dicti prędij pro vtriuſque cenſus ſolutione, non ſufficiant, non propterea impoſitio ſecundi Cenſus fuit ab initio nulla, vt dicebat *Azor.* immo valida fuit, vt declarauit *Rota,* maximè *in illa Romana Cenſus de Caualleriys.* ſed conſulitur indemnitati emptoris ſecundi cenſus per remedia conſiderata *ibi* per *Rotam,* & nos dicemus *infra hoc cap. 3. quæſt. 4. num. 10. & ſeqq.*

6 Nec obſtant † verba *Bullæ Pij V.* vt ſupra per *Surd.* conſiderata, quoniam mens Papæ ibi non fuit prohibere impoſitionem noui cenſus ſuper fundo onerato alio antiquiori cenſu, ſed dumtaxat prouidere ne nouus cenſus conſtituatur ſuper eodem vel alio fundo pro cenſibus iam decurſis, & non ſoluris, vel decurrendis ob quos nec augeri poteſt cēſus antea impoſitus, nec imponi nouus, vt declarat *Nauar. d. num. 97. Gloſ. 10. Beninſign. d. cap. 11. num. 2.* ne per cenſuum incrementa ex penſionibus cenſualibus in paupertatem redigantur cenſuum debitores, bonaq. ſua amittant, ſicut ex vſurarum vſuris, atque ex recambiis conſueuerunt redigi, vt animaduertit *Ludou. Molina, in d. ſuo tract. de contract. par. 2. diſput. 390. num. 10. verſ. in ſecunda.*

Fun-

Fundus Cenſus debet eſſe certis finibus deſignatus.

QVÆSTIO III.

PROSEQVENDO ordinē propoſitum offert ſeſe nobis diſcutienda queſtio, an ad validitatem impoſitionis Cenſus neceſſe ſit vt res ſuper qua eſt imponendus & conſtituendus ſit certa, & certis finibus deſignata & demonſtrata. In qua duo ſunt elucidandi Articuli.

Primus eſt, an Cenſus poſſit imponi, & conſtitui ſuper vniuerſitate bonorum.

Secundus, an poſſit imponi ſuper pluribus prædiis diſtinctis & ſeparatis.

ARTICVLI PRIMI

SVMMARIA.

1 *Impoſitio Cenſus ſuper vniuerſitate bonorum non repugnat iuri naturali, & diuino.*

2 *Ius naturale & diuinum eſt immutabile.*

3 *Emptio ratione incertitudinis vitiatur.*

4 *Impoſitio cenſus ſuper vniuerſitate bonorum quod non repugnet naturæ contractus Cenſualis, ſentiunt aliqui.*
Contrarium tenent alij magis communiter, num. 7.
Saluatur prior opinio negatiua, num. 18.
Sed reijcitur ſaluatio, num. 19.

5 *In contractu emptionis, & venditionis requiritur res quæ venditur, & pretium quo venditur, & nil vltra.*

6 *In contractu Cenſus non venditur res ſubiugata, ſed ius percipiendi annuam penſionem.*

7 *Periculum rei emptæ ſpectat ad emptorem.*

9 *Melius eſt incumbere rei, quam in perſonam agere.*

10 *Actio inanis eſt, quam inopia debitoris excludit.*

11 *Facilius perit vna res, quam plures.*

12 *Non eſt eadem ratio Cenſus impoſiti ſuper generalitate bonorum, quæ eſt in impoſito ſuper bonis certis.*

13 *Emens Cenſum fundatum ſuper generalitate bonorum, videtur emere lucrum pecuniarium.*

14 *Emens Cenſum impoſitum ſuper re certa, videtur emere ius conſequendi fructus percipiendos ex illa re.*

15 *Venditio non eo ipſo, quod interueniat res & pretium eſt valida, quia poteſt eſſe quod res vendita non ſit in commercio.*

16 *Res ſacra, religioſa, publica, & his ſimiles inutiliter venduntur.*

17 *Cenſus conſtitutus ſuper vniuerſitate bonorum, eſt de rebus, quæ ex ſui natura non ſunt in commercio.*

20 *Cenſus ex forma Bullæ Pij V. non poteſt conſtitui ſuper vniuerſitate bonorum.*

21 *Vt ſcilicet pereunte fundo cenſus pereat & ipſe; & de eius peremptione cauſtare poſſit.*

22 *Cenſus impoſitus ſuper re non deſignata per confinia, eſt nullus.*

23 *Cenſus ante Bullam Pij V. ex Conſtitutionibus Martini V. & Calixti III. poterat fundari ſuper vniuerſitate bonorum ex mente Couar.*
Sed reſpondetur, num. 31.

24 *Cenſus conſtitui ſuper vniuerſitate bonorum non erat permiſſum per Extrauag. Martini V. & Calixti III.*
Limitatur hæc concluſio, num. 33.

25 *Exprimere eſt verbis declarare, & ſpecificare.*

26 *Expreſſio requiſita à lege debet eſſe in ſpecie.*

27 *Vel in indiuiduo.*

28 *Verba legis ſunt capienda in ſpecie, immo in indiuiduo, non autem in genere.*

29 *Tunc, Iſta particula, deſignat extremitatem temporis.*

30 *Et refertur ad initium actus.*

32 *Caſus omiſſus in diſpoſitione cenſetur relictus ſub diſpoſitione iuris communis.*

34 *Diſpoſitio loquens indefinite dicitur ſpecifica, quando non poteſt verificari niſi in vna re.*

35 *Diſpoſitio dicitur ſpecifica quando ex demonſtrationibus remanet certa, & expreſſa.*

36 *Cenſus dicitur fundatus ſuper re certa, licet deſit ſpecificatio, cum talis ſpecificatio poteſt aliter probari.*

37 *Negatiua probari debet quando affirmatiua probari poteſt aliter, quam per ſcripturam.*

Cenſus an fundari poſſit ſuper vniuerſitate bonorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA propoſitum articulum tres videntur neceſſariæ principales inſpectiones.

Prima eſt. An impoſitio Cenſus facta ſuper vniuerſitate bonorum nulla facta expreſſione alicuius certæ & limitatæ rei, ſuper qua talis Cenſus conſtituatur repugnet iuri naturali, vel diuino.

Secunda. An inſpecta natura contractus cenſualis impoſitio cenſus ſit neceſſario facienda ſuper re certa, ſpecificatis illius confinibus.

Tertia quid ſentiendum ſit de iure poſitiuo, & inſpectis Summorum Pontificum Cōſtitutionibus.

Quo ad primam inſpectionem. Quod impoſitio Cenſus ſuper vniuerſitate bonorum non repugnet iuri naturali, & diuino volunt communiter Theologi, *Laurent. de' Rodulph. in ſuo tract. de vſur.* quem edidit repetendo *c. conſuluit, ext. de vſur. par. 2. quæſt. 13. Conrad. de contract. quæſt. 72. in 3. concluſ. Couar. variar. reſolut. lib. 3. cap. 7. num. 5. Nauar. in ſuo Comment. de vſur. nu. 130. verſ. Tertium. Thom. Bouuſign. in tract. de Cenſib. cap. 4. ſub num. 8.* & confirmatur hac ratione: Quia *Nicolaus* huius nominis *Papa V. in ſua Conſtitutione promulgata in gratiam Alphonſi Regis Aragoniæ* conceſſit vt Inſulę Sicilię & Regni Neapolitani poſſent conſtituere cēſum ſuper omnibus bonis imponentis. ſi enim talis impoſitio & conſtitutio Cenſus pugnaret cum iure diuino, vel naturali, vtique Summus ille Pontifex ſua auctoritate eam non approbaſſet; cum autem dicta impoſitio fuerit aliquando per dictam Bullā approbata tamquam licita, ergo non repugnat iuri naturali, vel diuino,
2 quod † eſt immutabile, *c. penſandum, §. his itaque, 6. diſtinct. §. fin. Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil.* quam concluſionem amplexus etiam fuit *Io. Azor. Inſtit. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 9. verſ. in primis; ſecundum,* & illam confirmat alia ratione. Quia ſcilicet emptio
3 † eſt rei certæ non incertæ: nam ratione incertitudinis

Digitized by Google

diſiis contractus emptionis & venditionis redditur
nullus, *l. 3. §. incertam, ff. de acquir. poſſeſſ. & ibi Bart.
& communiter alij. Tiraq. in ſuo tract. de conſtitut. poſ-
ſeſſ. per dimit. 19. n. 1. Oſaſc. deciſ. Pedemont. 34. n. 23.* In
cenſuali autem contractu, quamuis cõſtituatur ge-
neraliter ſuper omnibus bonis, non emuntur tamen
bona incerta, ſed emitur res certa, videlicet, ius cõ-
ſequendi & percipiendi certam reſpõſionem pretio
venditori dato: ergo non repugnat iuri naturali.

Circa ſecundam inſpectionem. Prima fuit opi-
4 nio, † quod ex natura contractus Cenſualis certitu-
do rei ſuper qua collocandus eſt Cenſus, & illius ex-
preſſio per vocabula & confinia non ſit modo ali-
quo neceſſaria. Immo quod Cenſus imponi poſſit
generaliter ſuper omnibus bonis imponẽtis, & con-
ſtituentis, quam tenere viſus eſt *Abb. in c. in ciuita-
te, num. 8. ext. de vſur. Marian. Soc. ſen. in rubr. ext. eod.
tit. q. 17. num. 101. Domin. Soto, de iuſtit. & iure, lib. 6.
quæſt. 5. art. 1. col. 3. verſ. ex hac ſententia. Burſat. conſ.
214. num. 9. lib. 2. Brunor. à Sole, in ſuis Quæſt. legalib.
quæſt. 4. num. 5. Andr. Gail. Obſeruat. iur. lib. 2. obſer-
uat. 7. num. 13,* & alij plures, quos refert ibi *Bernard.
Greu. in 1. conſiderat. nu. 1. & per Decian. conſ. 2. nu. 71.
& 141. lib. 1.* quibus addi poteſt *Federic. Martin. in
ſuo tract. de iure Cenſu. cap. 4. nu. 10. & 11.* Et pro eâ
adducitur hæc potiſſima ratio. Cenſus vt plurimum
imponitur & conſtituitur vt transferatur titulo em-
ptionis, & venditionis, vt experientia, & communis
vſus demonſtrat, & nos dicemus *infra par. 2. cap. 1.*
5 *quæſt. 1. art. 2.* Sed in † emptione & venditione præ-
ter conſenſum contrahentium nil vltra deſidera-
tur, quam vt reperiatur res quæ venditur, *l. 1. ff. de
contr. empt. Inſtit. de empt. & vendit. in princ. Socin. d.
num. 101.* Et hæc in venditione Cenſus eodem mo-
do reperiuntur ſi vendatur Cenſus impoſitus ſuper
re incerta, & ſuper vniuerſitate bonorum, ac ſi ven-
datur impoſitus ſuper re certa, & certis finibus deſi-
6 gnata, & demonſtrata; quoniam † non venditur res
ſuper qua Cenſus imponitur, ſed ius percipiendi ip-
ſum Cenſum ſuper re impoſitum & conſtitutum, vt
ſæpius diximus & dicemus *infra d. art. 2. num. 8.* Pre-
tium autem eſt pecunia, quæ in emptionem dicti
iuris ſoluitur, & erogatur, merito &c. & cum hac
opinione viſa eſt tranſire *Rota in vna Eugubina Cen-
ſus, 10. Februarij, 1597. coram b.m. Litta, quæ eſt poſt
Tract. Deciſ. 92. num. 7.* & ſequuta fuit *in vna Ciuita-
tis Caſtelli Cenſus, 29. Maij, 1600. coram b.m. Iuſto, quæ
eſt ibidem deciſ. 81. ante num. 1.*

7 Quibus † tamen non obſtantibus contraria ſen-
tentia quod immo ad validitatẽ impoſitionis Cen-
ſus ſecundum illius naturam neceſſe ſit vt fundus
ſuper quo eſt imponendus ſit certus, & certis fini-
bus deſignatus, placuit magis communiter Scriben
tibus. *Caſſan. ad conſuetud. Burgund. Rubr. 4. §. 23.
num. 35. in addit. & Rubr. 11. §. 6. in tex. d. aucune co-
ſe, in addit. in Cathalog. Glor. mund. par. 12. conſiderat.
99. in 25. limitat. verſ. aduerte tamen ad vnum. & conſ.
63. num. 1. & ſeqq. & num. 6. & 9. Calcan. conſ. 85.
ſub num. 10. verſ. & ſi quis diceret. Redoan. in ſuo tract.
de reb. Eccleſ. non alienan. in tit. de conſtitut. ann. cenſ.
num. 48. Nauar. in d. ſuo tract. de vſur. num. 86. Boccacc.
in tract. de Cenſib. par. 3. num. 26. Burſat. d. conſ. 214.
num. 11.* qui contrariam opinionem dicit eſſe extra
terminos iuris, & cõtra communem, *Surd. conſ. 421.
num. 9. lib. 3. Io. Bapt. Lup. ad leg. 2. C. de pact. inter empt.
& vendit. comm. 1. §. 2. num. 63.* vbi teſtatur hãc opi-
nionem eſſe communiter receptam nõ ſolum apud
Canoniſtas, ſed etiam apud ſacros Theologos. *Hon-
ded. conſ. 25. nu. 32. lib. 2. Facchin. controuerſ. iur. lib. 2.
cap. 44. Brunor. à Sole, in dd. ſuis Quæſt. legalib. quæſt. 1.
num. 1, & ſeqq.* & ſignanter *num. 9. Fernand. Rebell.
in ſuo tract. de obligat. iuſtit. lib. 10. quæſt. 6. num. 6. verſ.
per quartam; Leonard. Leſſ. in tract. de Iuſtit. & iure,
lib. 2. cap. 22. dubit. 12. num. 78. Bernard. Greu. ad d. 7.
obſeruat. Gail. conſiderat. 1. num. 3. & ſeqq. Marc. An-
ton. Peregr. conſ. 97. num. 5. lib. 1.* Quam eſt etiam am-
plexus *Ludou. Auend. de Cenſib. Hiſpan cap. 57. nu. 7.
verſ. Rurſus, & infra.* & illam amplexa fuit *Rota in
vna Romana nullitatis Cenſus, 4. Nouembris, 1583. co-
ram b. m. Cantuccio, quæ eſt deciſ. 93. poſt Tract.* vbi
in verſ. & quamuis etiam, dicitur hanc eſſe commu-
niſſimam cõcluſionem. quæ eſt etiam optimis fun-
data rationibus, & quidem

Primò adducitur, quia aliàs ſequeretur, quod
emptor dicti Cenſus nullum ſubiret periculum rei
emptæ, ſed ſemper eſſet tutus, & reditũ ſemper ſal-
8 uum haberet, quod † repugnat diſpoſitioni, *l. 1. C.
de peric. et comm. rei vend. §. cum autem. Inſtit. de empt.
& vendit. cum vulgar.* Quam rationem optimè con-
ſiderauit *Redoan. d. tit. de conſtitut. ann. cenſ. num. 47.*
& ſenſit *Rota in vna Ciuitatis Caſtelli cenſus, 10. Maij,*
1599. *coram Illuſtriſſimo Cardinali Mellino, quæ eſt poſt
Tract. Deciſ. 94. num. 3.* Et licet huic rationi conetur
reſpondere *Couar. d. cap. 7. nu. 6. verſ. quod item,* quod
immo maius periculum ſubeat emptor Cenſus ſi
ſuppoſitis omnibus bonis vẽditor perſonaliter obli-
getur, quam ſi Cenſus imponatur ſuper certo & li-
9 mitato fundo, quia † melius eſt incumbere rei, quã
in perſonam agere, *l. Cautius, ff. de reg. iur.* quando
enim imponitur Cenſus ſuper omnibus bonis cum
obligatione perſonali, poteſt euenire caſus quod
mortuo debitore Cenſus abſque hærede, & bonis,
inane & fruſtratoriũ reddatur illud ius percipiendi
annuum Cenſum & annuam reſponſionem, cum
10 † inanis ſit actio, quam inopia debitoris excludit,
l. nam, & ff. de dolo, c. olim, el ſecondo, ext. de reſtit. ſpol.
quod nõ ita facile euenire poſſe dicit *Couar.* ſi ſuper
re certa, & certis finibus deſignata Cenſus conſti-
tuatur, cum eo caſu poſſit emptor pro conſecutione
annuæ præſtationis agere contra quemcũque etiam
ſingulariſſimum ſucceſſorem ad quem res ipſa ſup-
poſita tranſiret, cum tranſeat ad omnem etiam ſin-
gulariſſimum ſucceſſorem cum ſuo onere. *Craner.
conſ. 217. num. 4. lib. 2.* & nos dicemus *infra par. 2.
cap. 2. quæſt. 1. art. 2. num...* Hæc tamen reſponſio, &
conſideratio *Didaci* non tollit meo quidem iudicio,
præcedens fundamentum, quoniam cum non fun-
dus ſuper quo Cenſus fuit impoſitus, ſed ius perci-
piendi Cenſum impoſitum vendatur, vt ipſemet *Co-
uar.* ibi fatetur, & nos diximus *ſupra ſæpius* & dice-
mus *infra d. par. 2. cap. 1. quæſt. 1. art. 2. num. 8. verſ.
licet enim.* nemo negauerit, quin maius ſubeat peri-
culum emptor Cenſus, ſi emat Cenſum fundatum
in re aliqua certa, & limitata, quam fundatum in
11 vniuerſitate bonorum. Nam præterquam † quod
facilius eſt, vt vna res pereat, quam multæ, & ideo
eo ſecurior erit emptor, quo ius illud à ſe emptum
eſt fundatum ſuper pluribus rebus, dico etiam re-

torquendo propriam rationem contra *Couar.* quod
ſicut emptor Cenſus poteſt agere contra tertium
poſſeſſorem etiam ex titulo ſingulariſſimo quando
Cenſus eſt fundatus ſuper vna re certa & limitata,
pari ratione poterit agere contra tertios poſſeſſo-
res,& ſingulares ſucceſſores quãdo Cenſus eſt con-
ſtitutus ſuper vniuerſitate bonorum: nam per im-
poſitionem Cenſus res cẽſuata afficitur onere reali,
vt dictum fuit *ſupra hac par.1. cap.2. quaeſt.3. art.1.*
& ideo ſi Cenſus fundaretur ſuper omnibus bonis,
omnia & ſingula bona imponentis remanerẽt obli-
gata & affecta dicto oneri reali, & ſuper omnibus
cenſeretur cõtracta ſpecialis hypotheca, vt diximus
d.art.1.num.6.& ſeq. Vnde quo plures ſunt res obli-
gatæ & hypothecatæ ad fauorem emptoris Cenſus
eo eſt cautior,& minus periculũ ſubit,cũ eueniente
caſu,quẽ cõſiderat *Couar.* quod vẽditor Cenſus mo-
riatur abſque hærede,& bonis, ſecurior remaneat
emptor ſi Cẽſus fuiſſet impoſitus ſuper pluribus bo-
nis,quæ ad plures trãſiuiſſent,quam ſi ſuper vno ſo-
lo prædio, quod ad vnius tñ manus veroſimiliter
perueniſſet: ergo reſponſio *Couar.* ſe ipſum deſtruit.

Secunda poteſt afferri ratio pro hac communi
concluſione, quam conſiderauit *Angel. in ſua Sum-
ma, in verbo, vſura, verſ. octuageſimo octauo, & Caſſan.
in d. ſuo tract. Cathalog. Glor. mundi, par.12. conſiderat.
99. Fallens.25. verſ. aduerte tamen ad vnum:* Quod ſci-
12 licet non ſit † eadem ratio in generalitate, quæ eſt
in ſpecialitate: nam cũ Cenſus cõſtituitur,& funda-
tur ſuper vniuerſitate bonorum, maior eſt ſuſpicio
quod cõſtituatur in fraudem vſurarũ, quam ſi con-
ſtituatur ſuper re aliqua certa, & certis finibus de-
13 ſignata: dũ † enim cõceditur ius percipiẽdi & con-
ſequendi Cẽſum ſuper omnibus bonis præſumũtur
cõtrahentes habere reſpectũ ad lucrũ pecuniarũ,&
quod illa generalis ſuppoſitio bonorũ fiat dũtaxat
14 ad aſſecurationẽ crediti, ſecus † aut eſt ſi Cẽſus im-
ponatur ſuper re certa: tunc enim vr̃ vendi ius per-
cipiendi annuam reſpõſionem ob fructus dictæ rei,
vt dictũ fuit *ſup. quaeſt. præced. art.4.* & ſic ceſſat om-
nis praua & ſiniſtra ſuſpicio & præſumptio vſurarũ.

Non obſtant ea, quæ pro contraria parte addu-
cebantur: nam reſpondetur, quod licet verum ſit,
quod in vẽditione Cenſus reperiatur res & pretium
tam quãdo imponitur ſuper omnibus bonis, quam
quando conſtituitur ſuper re certa,& certis finibus
15 deſignata, non propterea ſequitur, quod † ius per-
cipiendi Cenſum fundatum ſuper vniuerſitate bo-
norum, quod vẽditur ſit legitimè fundatum,& im-
poſitum,& quin venditio poſſit eſſe minus legitima
& inualida ob qualitatem inhærentem ipſi rei ven-
ditæ, vt contingit in venditione rei ſacræ, religioſæ,
publicæ,& ſimilis: nam licet in venditione harum
rerum reperiatur res, quæ venditur, & pretium quo
venditur, necnon conſenſus cõtrahentium, non ta-
men ſequitur quod res, quæ venditur ſit talis, quæ li-
16 citè vendi poſſit. Et propterea † ſicut venditio rei
ſacræ, religioſæ, publicæ,& aliarum rerum quæ non
ſunt in commercio noſtro, licet in ſui forma,& figu-
ra appareat habere omnia requiſita, & facta iuxta
regulas iuris; attamen ratione ipſius rei eſt nulla,
*l. ſi in emptione, §. omnium, & ibi Gloſ. & Doctor. ff. de
contr. empt. Fabian. de Monte, in ſuo tract. de empt. &
17 vendit. quaeſt.4. num.1.* eodem † etiam modo dicen-
dum eſt quod ſi vendatur Cenſus conſtitutus ſuper
vniuerſitate bonorum, licet venditio & ſui forma,&
figura videatur legitima, & ſuſtentabilis non ſub-
ſiſtat tamen ratione ipſiuſmet rei vẽditæ, cum Cen-
ſus ita conſtitutus nõ poſſit eſſe in commercio noſtro,
ratione ipſiuſmet Cenſus, vt *ſupra* fuit deductum.
18 Et licet † *Io. Azor. Inſtitut. Moral. par.3. lib.10. c.5.
quaeſt.5. verſ. Caeterum ego quidem,* conetur ſaluare
opinionem affirmatiuam vbi imponeretur cẽſus ſu-
per omnibus bonis ea cõditione, & lege, vt pereun-
tibus ex parte bonis, ex parte deberet perire etiam
Cenſus, quo caſu dicit ipſe non eſſe contra naturam
contractus cenſualis vt conſtituatur Cenſus ſuper
19 omnibus bonis conſtituentis. Mihi † tamen hæc
Azorij traditio non ſatisfacit, quia cum Cenſus im-
ponatur non in qualibet parte rei, ſed in tota re, vt
aliàs dicebat *Rota coram Illuſtriſſimo Cardinali Melli-
no, 30. Octobris, 1602. in illa Romana Cenſus, quae eſt poſt
Tract. Deciſ.1. nu.3.* donec ſupereſt ex re cenſita tan-
ta pars, cuius fructus ſufficiant pro ſolutione totius
Cenſus, nõ poteſt debitor illius ſolutionem effuge-
re, ſed ad illius ſolutionem tenetur, & ideo pereun-
te parte bonorum ſubiugatorum non poterit peti-
re Cenſus pro parte, ſed erit ſoluendus ex fructibus
bonorum reſtatium ſi illi pro ſolutione totius Cen-
ſus ſufficiant, vt dicemus *infra par.3. cap.1. q.1. art.2.*
20 Quo ad tertiam inſpectionem, quod † huiuſmodi
expreſſio confinium requiratur ex diſpoſitione *Bul-
la Pij V.* ſuperuacaneum eſt dubitare, cum hoc ex-
preſſe in ea ſancitum legatur *in verſ. Hac igitur no-
ſtra, &c.* in illis verbis, *& quae nominatim certis fini-
21 bus deſignata ſit:* Scilicet, vt illa perdita, vel pereũte
periret & Cenſus. *Nauar. ind. ſuo Comment. de vſur.
nu.80. & 130.* quem & alios refert *Io. Franc. Leonis in
ſuo Teſauro for. eccleſiaſtic. par.2. c.15. de Cenſib. nu.9.
ad fin.* & de illius peremptione conſtare poſſet, vt di-
xit *Rota coram Illuſtriſſimo Cardinali Mellino, 10. Maij,
1599. in illa Ciuitatis Caſtelli Cenſus, quae eſt poſt Tract.
22 Deciſ.94. num.3.* Et † non facta deſignatione confi-
niũ rei ſubiugatæ Cenſus impoſitionẽ eſſe nullam,
tanquã factã cõtra formã præſcriptã *in d. Bulla,* dixit
*Nauar. in d. ſuo tract. de vſur. nu.86. & 129. Franc. Viu.
deciſ.389.* & poſt eos *Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann.
reditib. lib.2. q.7. n.13.* Quod placuit ẽt *Aued. d.c.37.
n.6. verſ. Sed his oĩbus, & infra.* & declarauit *Rota corã
b.m. Iuſto, 15. Ianuarij, 1607. in illa Romana Pretij Pa-
latij, quae eſt poſt Tract. Deciſ.80. per tot. in vna Bononiẽſi
Cenſus, 10. Iunij, 1611. coram Illuſtriſſimo Card. Lance-
lotto, quae ibidem eſt deciſ.95. nu.6. & in illa Foroliuienſi
Cenſus, 14. Iunij, 1613. corã R.P.D. Buratto, quę ibidem
eſt deciſ.96. nu.1.* Sed difficultas eſſe põt an ante di-
ctã Bullã talis expreſſio cõfinium eſſet neceſſaria ex
Conſtitutionibus Mart. V. & Calix. III. quæ reperiun-
tur regiſtratæ *in c.1. & 2. de empt. & vend. inter Ex-
23 trauag. commun.* In qua † negatiuã ſententiam ſentit
*Couar. d.c.7. n.5. verſ. ego ſ. nec. Roder. d. q.7. nu.13. verſ.
ſed verius eſt.* qui in *fine d. numeri* multos allegat, &
mouẽtur hac potiſſimum rõne: quia ex diſpoſitione
d.c.1. & 2. in vẽditione Cenſus licitũ eſt apponere
pactũ, quod perẽpta re ſuppoſita oneri Cẽſus adhuc
maneat perſonalis obligatio pro ſolutione Cenſus:
ergo præſupponitur ibi quod in impoſitione Cen-
ſus non ſit neceſſaria ſpecificatio rei ſuper qua Cen-
ſus conſtituendus eſt, nec expreſſio confinium illius:

Et

Digitized by Google

Et cum hac ſententia viſus eſt tranſire *Burſat. d. conſ.*
214. num. 9. & Rota in vna Panormitana, ſeu Agrigen-
tina reſciſſionis contractus, 13. Iunij, 1575. coram b.m.
Cardinali Blanchetto, quæ reperitur impreſſa poſt Tract.
Deciſ. 97. num. 2. & coram b.m. Iuſto, 29. Maij, 1600.
in illa Ciuitatis Caſtelli Cenſus, quæ eſt ibid. deciſ. 81.
num. 1. & 5. & coram b.m. Litta, 10. Februarij, 1597.
in illa Eugubina Cenſus, quæ ibidem eſt deciſ. 92. num. 7.
24 Contrariam tamen † ſententiam eſſe exiſtimo ex
eiſdem Extrauagant. 1. & 2. de empt. & vendit. In
quarum prima paulò poſt princ. leguntur hæc for-
„ malia verba. *Bonis in ipſo contractu tunc expreſſis pro*
„ *ipſius Cenſus annui exſolutione in perpetuum obligatis.*
in ſecunda verò pariter poſt principium eadem fe-
rè verba replicãtur. Dum enim ibi diſponitur quod
Cenſus conſtituatur ſuper bonis tunc expreſſis, de
neceſſitate videtur diſpoſitum, quod bona ſuper
quibus eſt collocandus Cenſus ſint certa, & certis
finibus deſignata, & declarata. Ponderando in pri-
25 mis illud verbum, expreſſis, † quod idem eſt ac cla-
ris, & ſpecificatis, *arg. l. ſi ſeruus, ff. de aſſignat. libert.*
& in l. ratum, ff. de ſolut. Bal. in l. fin. col. 2. verſ. ad pri-
mum dico, C. de inſtit. & ſubſtit. & tali expreſſione,
quæ præſeferat ſpecialem & indiuiduam demon-
26 ſtrationem & deſignationem. cum † enim expreſſio
iſta requiratur à lege, debet fieri in ſpecie, *arg. l. 1.*
27 *§. inter filium, ff. de falſ.* Immo † in indiuiduo, *l. quod*
in verum, §. fin. & ibi Gloſ. in verbo, ſpecialiter, ff. de
28 *legat. 1. c. procurator, de elect. in 6.* nam † verba legis
in ſpecie, immo in indiuiduo, non aut in genere
ſunt capienda. *Bart. in l. hoc legatum. in fine, ff. de le-*
gat. 3. & expreſſio, & ſpecificatio præfata vigore di-
ctarum Extrauagant. facienda debet fieri in ipſo
actu impoſitionis, & venditionis Cenſus, vt demon-
29 ſtrat illa particula, tunc, † quæ extremitatem tem-
poris deſignat, *l. 4. §. fin. ff. de cond. & demonſtr. Me-*
noch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 392. & refer-
30 tur † ad initium actus geſti. *Gloſ. in cap. ad aures, de*
reb. eccleſ. non alien. Quod apertius ex dictis iuribus
comprobatur, ponderando quod in illis diſponi-
tur, quod pereuntibus bonis ſuper quibus Cenſus
creatus erat, & ipſe Cenſus perire debeat. quomo-
do enim ſequi poſſet peremptio Cenſus ad perem-
ptionem fundi niſi foret neceſſe fundum eſſe cer-
tum & certis finibus deſignatum? & cum hac ſen-
tentia poſt multos quos allegat, tranſit *Aluar. Va-*
laſcb. in ſuo tractatu, de iure emphyteut. quæſt. 32. num.
10. Caſſan. in Cathalog. Glor. Mundi, par. 12. conſiderat.
99. in 25. Fallent. verſ. aduerte tamen, Surd. conſ. 318.
num. 12. lib. 3.
31 Ad Couar. † autem contrarium ſentientem re-
ſpondetur, quod id quod ipſe ſibi aſſumit ex dd.
Extrauagant. 1. & 2. de empt. & vendit. nullo mo-
do probatur, quia non valet conſequentia, quam
ex dictis iuribus ipſe nititur deſumere. Papa non
prohibuit imponere Cenſum ſuper bonis incertis,
32 ergo permiſit, ſed bene ſequitur, ergo † reliquit di-
ſpoſitioni iuris communis, *l. commodiſſime, ff. de li-*
ber. & poſthum. & nos diximus *ſupra hac par. 1. cap. 3.*
quæſt. 1. art. 6. num. 36. & ſeq. Immo probatur totum
contrarium, inducendo vt ſupra.

Stat igitur firma concluſio, quod Cenſus noſter,
tam ex ſui natura, quã ex diſpoſitionibus Sũmorum
Põtificũ, cõſtituendus eſt ſuper re certa, & limitata.

Hæc tamen concluſio debet vno & altero modo
declarari.

33 Primò, † vt non ſit neceſſaria expreſſio & ſpecifi-
catio confinium, quando is, qui Cenſum imponit in
loco vbi contrahit non habet niſi vnum prædium,
& ſuper illo Cenſum conſtituit: puta Titius cum
in territorio Peruſino nõ haberet niſi vnã domum,
vel vnum prędium, imponeret Cenſum ſuper domo
vel ſuper prædio, quod habet in territorio Peruſi-
no, nã talis impoſitio erat valida, etiam quod non
ſint expreſſa confinia dictæ domus, vel dicti prædij:
34 quia illa † expreſſio loci etiam abſque confinibus
habet vim ſpecialis, & indiuiduæ deſignationis, &
expreſſionis. *argum. §. nominatim. & ibi Gloſ. & Do-*
ctor. Inſtit. de exhæredat. liber. & placuit *Rotæ coram*
Illuſtriſſ. Cardin. Mellino, 10. Maij, 1599. in illa Ciuita-
tis Caſtelli Cenſus, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 94. num. 1.
& coram b.m. Iuſto, 15. Ianuarij, 1607. in illa Roman.
pretij Palatij, quæ ibidem eſt Deciſ. 80. ſub num. 2. & ſe-
quitur *Steph. Gratian. Diſceptat. Forenſ. tomo 1. cap.*
141. num. 14.

35 Secundò declaratur, vt † ſatis dicatur certa res
cenſita ſi ex demonſtrationibus expreſſis poſſit cer-
tificari: puta ſi imponatur Cenſus ſuper quinqua-
ginta tornaturis prædij longè maioris quantitatis,
& maioris numeri perticarum, & maioris menſuræ.
ſi enim exprimatur à quo latere prædij ſint deſu-
mendæ illæ quinquaginta tornaturæ fundus Cen-
ſus ſatis dicetur certus, licet diceretur incertus ſi
non foret expreſſus locus prædij in quo dictæ quin-
quaginta tornaturæ ſuper quibus Cenſus impoſi-
tus fuit, exiſtant. *Purpur. conſ. 505. num. 3. lib. 2. Alex.*
in l. 3. §. incertum, num. 5. ff. de acquir. poſſ. Dec. conſ.
179. col. fin. verſ. vltimo non obſtat. Bero. conſ. 159. nu. 4.
lib. 1. Rimin. iun. conſ. 295. num. 42. verſ. tertio, lib. 3.
Neuiz. conſ. 28. num. 26. & in propriis terminis re-
ſoluit *Rota in vna Imolenſi Cenſus, 28. Februarij, 1608.*
coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, quæ eſt poſt Tract.
Deciſ. 98. num. 2. & 4. & coram Illuſtriſſimo Cardinali
Lancelotto, 10. Iunij, 1611. in illa Bononienſi Cenſus,
quæ ibidem eſt Deciſ. 95. num. 6. & in eadem cauſa co-
ram R.P.D. Piruano, 7. Nouembris, 1611. quæ eſt
ibidem deciſ. 99. per totum.

36 Ceterum † quando conſtat de veritate impoſi-
tionis Cenſus, licet in inſtrumento impoſitionis de-
ficiat ſpecificatio confinium rei ſubiugatæ, nõ pro-
pterea ipſo iure Cẽſus exiſtimari debet nullus, quia
cum dicta ſpecificatio & expreſſio finium poſſit ali-
ter probari, quàm per inſtrumentum, & per ſcriptu-
ram, aſſerenti non fuiſſe demonſtrata & expreſſa
confinia incumbit onus probandi hanc negatiuam
non expreſſionis confinium, aliter quàm per inſtru-
mentum Cenſus, cum ſit fundamentum ſuæ inten-
tionis, vt fuit reſolutum *coram R.P.D. Baratto, 14.*
Iunij, 1613. in illa Forolinienſi Cenſus, quæ eſt poſt Tract.
Deciſ. 96. num. 6. 8. & ſeq. & rurſus *in eadem cauſa co-*
ram eodem, 2. Maij 1614. quæ ibidem eſt Deciſ. 100.
37 *num. 18.* Vbi † enim affirmatiua probari poteſt ali-
ter, quàm per ſcripturam, negatiua nõ dicitur con-
cludenter probata ex ſola ſcripturæ inſpectione, vt
declarat *Bal. in l. fin. num. 7. C. de reb. credit. Iaſ. in l. Te-*
ſtia textores, num. 14. ff. de legat. 1. Rim. conſ. 9. num. 19.
lib. 1. Ceph. conſ. 170. num. 23. lib. 2. Certum autem eſt
iſtam demonſtrationem & expreſſionem confinium

poſſe aliter, quam per ſcripturam probari, vt deducit *Rota in dicta Forolimenſi Cenſus, 14. Iunij, 1613. coram R. P. D. Buratto, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 96. num. 19. & ſeqq.* merito, &c.

ARTICVLI SECVNDI

SVMMARIA.

1 *Cenſus quod valide imponi poſſit ſuper vno fundo certo, & generaliter ſuper omnib. bonis videtur ſētire Rota.*

2 *Contraria opinio verior, & de ratione, num. 10.*

3 *Rota coram Cardinali Mantica, in vna Beneuentana Cenſus, 16. Decembris, 1594. declaratur, & num. 6.*

4 *Super hæc, dictio, importat hypothecam.*

5 *Verba debent applicari ad intellectū ſanum & ciuilem.*

7 *Vtile per inutile non vitiatur.*

8 *Quæ ex abundanti apponuntur non ſolent obeſſe.*

9 *Cenſus impoſitus ſuper certo fundo cum hypotheca generali omnium bonorum imponentis, eſt validus.*

11 *Venditori Cenſus non eſt prohibitum conſtituere plures hypothecas pro ſecuriori exactione Cenſus.*

12 *Cenſus poteſt valide imponi & conſtitui ſuper pluribus fundis certis & limitatis.*
Etiam quod vnus fundus ſit vnius perſonæ, alter verò alterius perſonæ, num. 18.
Dummodo quo ad fundum alienum concurrat conſenſus domini illius, num. 19.

13 *Contrarium in concluſione tenent alij, quando omnes fundi ſunt de ſe capaces totius Cenſus.*

14 *Alij volunt eſſe licitam impoſitionem, tutiorem autem ſi fiat ſuper vno ſolo fundo.*

15 *Vera tamen eſt concluſio indiſtinctè.*

16 *Numerus ſingularis verificatur in pluribus, quando militat eadem ratio.*

17 *Quod non reperitur ſublatum ſtare, non prohibetur.*

20 *Cenſus impoſitus ſuper pluribus prædijs capacibus, cenſetur ſuper omnibus æqualiter impoſitus.*

21 *Onus totius Cenſus impoſitus ſuper pluribus fundis ſuſtinebit vnus fundus, ſi alij non ſint capaces.*

22 *Maximè ſi in conſtitutione & venditione talis Cenſus fuerit adhibita clauſula, coniunctim, diuiſim, & inſolidum, vel alia ſimilis.*

23 *In conſtitutione Cenſus ſuper pluribus fundis vtile eſt exprimere pro quanam rata quilibet fundus oneretur.*

24 *Cenſus poteſt de vno fundo ad alium citra nouationem transferri.*

25 *Maxime ſi adhibeatur Clauſula citra nouationē, &c. vel clauſula ſine præiudicio iurium quo ad alios obligatos.*

26 *Per tranſlationem Cenſus de vno fundo ad alium nihil innouatur quo ad ipſas obligationes in præiudicium venditoris Cenſus & fideiuſſorum.*

Cenſus an fundari poſſit ſuper pluribus fundis.

ARTICVLVS SECVNDVS.

CIRCA hunc ſecundum articulum tres faciendæ ſunt inſpectiones. In quarum Prima videbimus, an Cēſus poſſit conſtitui ſuper vno fundo certo, & generaliter ſuper omnibus bonis imponentis. In ſecunda explicabimus, an imponi poſſit ſuper pluribus fundis certis ſuis finibus deſignatis. In tertia agendū eſt, an Cenſus impoſitus ſuper vno fundo poſſit licite ad aliū transferri citra nouationem tam quo ad obligationem principalis debitoris, quam quo ad hypothecam & fideiuſſores.

Quo ad primam inſpectionem duo videtur conſiderandi caſus. Vnus quando Cenſus imponitur, & conſtituitur ſuper vno fundo certo, & certis finibus deſignato, & generaliter ſuper omnibus bonis conſtituentis. Alter quando imponitur ſuper re certa & limitata, adiecta tamen generali hypotheca ſuper omnibus bonis conſtituentis.

1 In Primo † caſu licet *Rota corā b. m. Cardinali Mantica, deciſ. 202. num. 11.* in ea videatur fuiſſe opinione quod huiuſmodi Cenſus impoſitio valida ſit, & ſuſtineri debeat.

2 Ab hac † tamen opinione receſſit *Nauar. in ſuo Comment. de vſur. num. 129.* quem refert & ſequitur *Boccacc. in ſuo tract. de Cenſib. p. 2. nu. 67.* & cōtrariam ſententiam, videlicet, talē Cenſus impoſitionem eſſe illicitā & inualidam pluribus rationibus cōprobant. Quibus vnam adiungi poſſe exiſtimaui, ſcilicet, quod ſi talis impoſitio ſuſtineretur maximū ſequeretur abſurdum; nā non poſſet dari caſus in quo Cenſus per peremptionem fundi poſſet, niſi cū maxima difficultate perire, quoniam ex generalitate bonorū vix fieri pōt quin remaneat aliqua portio, ſuper qua Cenſus ſuſtineri valeat, & ex cuius fructibus annua reſponſio ſolui nequeat, & hanc opinionem verā eſſe tam *ex Conſtitutione Pij V.* vt placuit etiam *Ludou. Molin. in ſuo tract. de contract. par. 2. diſputat. 389. num. 4. verſ. ſecunda, & Boccac. d. par. 2. num. 36.* quam ex *Conſtitutionibus Mart. V. & Calix. III. regiſtratis in t. 1. & 2. de emot. & venditione. Extrauag. commun.* quam etiam de iure communi ex communi Doctorum ſententia dicebat *Rota coram b. m. Iuſto, 15. Ianuarij 1607.* in vna *Romana Pretij Palatij, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 80. num. 3.* & à qua non eſſe recedendum cenſeo.

Sed difficultas eſt, quomodo ſaluari poſſint à contrarietate ſupra relatæ *Rotæ deciſiones*, quæ inter ſe pugnare videntur, & propterea ego cogitabam quod *Deciſio facta coram Card. Mant.* debeat altero de duobus modis intelligi. Et quidem † Primò, quod licet in Inſpectione Cēſus, de quo in dicta deciſione, Impoſitor vſus fuerit particula, ſuper, tā reſpectu particularis fundi per vocabula, & nomina ſpecificati, quā reſpectu aliorū bonorū ſub generalitate comprehenſorū, cenſerit tā quod Cenſus fuerit duntaxat conſtitutus ſuper illo certo, & limitato, cętera autem bona intelligerentur ex abundanti adiecta pro faciliori Cenſus exactione, & pro illius ſecuriore ſolutione, vt in eadem Deciſ. fuit expreſſè declaratum. & ſic illa particula, ſuper, reſpectu bonorum generaliter obligatorum, & impoſitorum non operatur ius aliquod reale (qualecunque ius, quod ex impoſitione Cenſus conſtituitur fuit dictum *ſupra hoc 1. par. cap. 3. q. 2. art. 1.*) ſed ſimplicem hypothecam pro ſolutione Cēſus ſuper illo fundo certo conſtituti; vt † regulariter ſolet importare, ex notatis per *Bart. in l. Codicillis, § Sempronia, num. 4. ff. de legat. 2.* & alios relatos per *Statil. Pacif. in ſuo tract. de Salatan. interd. inſp. 3. cap. 4. num. 60.* 2. *ſecundum poſitionem expreſſ. Rot. diuerſ. deciſ. 260. p. 1.* & ita dictā deciſionem intelli-

4

intelligit eadem *Rota in dicta cauſa Romana pretij Pa-*
5 *latij coram Iuſto, nu.4.* nam † illa verba & ſuper aliis
bonis,debent applicari ad intellectum ſanum & ci-
uilem. *Rota deciſ.10. num.4. & 5. de teſtam.in antiq.*
& vt excludatur contractus illicitus. *Alex.conſ.191.*
num.6. lib.2. vt in his terminis conſiderauit *eadem*
Rota in vna cauſa Aſſiſienſi Cenſus, 29. Nouemb.1604.
coram b.m. Penia,quæ eſt in fine Tract. deciſ.102.nu.7.
6 *& 8.* Secundò † poteſt intelligi *deciſio facta in di-*
cta cauſa Beneuentana Cenſus coram Mantica, quod in
caſu de quo ibi Cenſus impoſitus ſuper fundo cer-
to, & generaliter ſuper omnibus bonis conſtituen-
tis ſuſtinetur ratione certi corporis,& ſic ratione il-
lius prædij per vocabula,& confinia certa deſigna-
ti & demonſtrati; nam,vt dicit *ibi Rota,* cum certa
7 corpora fuerint expreſſa † vtile per inutile non vi-
tiatur, *l.1.§.ſed ſi mihi, ff.de verb.obligat. cum vul-*
garib. Illa autem verba ſuper omnibus, & quibuſ-
cumque bonis, fuerunt adiecta ex abundanti, pro
8 faciliori Cenſus executione,quæ † autem ex abun-
danti interponuntur obeſſe non ſolent, *l.item ſi, §.*
procuratori,verſ. quid tamen, ff.de negoc. geſt. l.teſta-
mentum, §.non ideo, C.de teſtam. quem intellectum
fuit etiam amplexa *Rota in d.Romana pretij Palatij*
coram Iuſto, ſub d.num.4.

9 In ſecundo † verò caſu huius primæ Inſpectionis
Cenſum dicendum eſſe validum & legitimè conſti-
tutum, docuit *Fernand.Rebell. in ſuo tract.de obligat.*
Iuſtit.lib.10. quæſt.7. num.2. verſ. licitum quoque à
fortiori. Stephan.Gratian.Diſceptat.Forenſ.tomo 1. cap.
141.num.10. & ſeq. & reſoluit *Rota coram b.m. Car-*
dinali Blanchetto, 13.Iunij,1575. in illa Panormitana,
ſeu Agrigentina reſciſſionis cõtractus,quæ eſt poſt Tract.
Deciſ.97.num.2.verſ.quod eo magis,& in vna Beneuen-
tana Cenſus, 29.Martij, 1593. coram b.m. Cardinali
Pamphilio,quæ eſt ibidem deciſ.103. num.14. Differt
10 autem iſte ſecundus caſus à præcedenti,† quoniam
quando imponitur Cenſus ſuper certo fundo,& ge-
neraliter ſuper omnibus bonis conſtituentis, vt in
primo caſu omnia bona dicuntur ſubiugata pro
fundo ipſius Cenſus,non ad faciliorem Cenſus exe-
cutionem, ſed ad magis perpetuandum Cenſum,
quod non admitti diximus *ſupra,* & vult *Ludou.Lo-*
pez. in ſuo tract. de contract. par.1, cap.57. in fine.
Secundo verò caſu Cenſus imponitur ſuper re cer-
ta, & limitata, quæ aſſignatur & conſtituitur pro
fundo Cẽſus,cetera verò bona adiiciuntur pro hy-
11 potheca,& ſecuritate ſolutionis; & non eſt † prohi-
bitum à venditore Cenſus conſtitui plures hypo-
thecas,vel fundos ad aſſecurationem Cenſus,& fa-
ciliorem illius exactionem,vt poſt *Nauar.d.ſuo tract.*
de vſur, num.77. & 135. dicit *Io.Franc.Leonis,in ſuo*
Teſſauro fori Eccleſiaſt. par.2. cap.15.de Cenſib. num.8.
& dixit *Rota per* diſcurſum *in d.Romana pretij Pala-*
tij coram Iuſto, num.4. & ideo in terminis huius ſe-
cundi caſus ceſſat omnino inconueniens conſide-
ratum reſpectu primi caſus,& omnes aliæ rationes
ob quas negant Doctores licitè poſſe conſtitui Cen-
ſum ſuper vna re,& generaliter ſuper omnibus bo-
nis conſtituentis, quoniam quãdo bona ſunt dum-
taxat hypothecata pro ſecuriore ſolutione Cenſus,
nõ autem ſuppoſita pro illius fundo ad peremptio-
nem ſolius fundi, ſuper quo expreſſim,& nomina-
tim Cenſus fuit collocatus, ſequitur etiam perem-
ptio Cenſus, iuxta diſpoſitionem *Bullæ Pij V.* Et
hæc de prima Inſpectione.

Quo verò ad ſecundam breuiter, & reſolutiuè
12 procedendo † facit cõcluſionem affirmatiuã quod
Cenſus poſſit validè cõſtitui, & collocari ſuper plu-
ribus fundis certis,& limitatis,expreſſis tamen om-
nium vocabulis & confinibus. ita concludit *Na-*
uar. in d.ſuo tract. de vſur. num.113. quæſt.15. ſentit
Couar. lib.3. Variar.Reſolut. cap.7. ſub num.6. verſ.
quæritur deinde. Gabr.conſ.47. num.1. verſ.non obſtat,
lib.2. Boccacc.in ſuo tract.de Cenſib. par.1.num.30. Io.
Bapt.Lup.ad leg.2. C.de pact. inter empt. & vendit.
comm.2. §.2. num.67. in fine, Cæſar Barz.deciſ.56. nu.
29.& ſeq. & num.33.& ſeq. Steph.Gratian.Diſceptat.
Forenſ. tomo 1. cap.141. num. 2. hanc eandem opi-
nionem amplexus fuit *Rebell. d.lib.10.quæſt.6.nu.1.*
verſ. cum dicitur; ſentit *Gregor. de Valent. comment.*
Theologicor. tomo 3. diſput.5. q.22. de Cenſib.puncto 2.
verſ.vbi tamen notandum eſt. Et cum hac reſolutio-
ne tranſit etiam *Martin.Bonacin.de Contract.diſput.3.*
q.4. puncto vnico, num.15. verſ. Dicitur.
13 Et † licet *Io.Azor. Inſtitut. Moral. par.3. lib.10.*
cap.5. quæſt.6. verſ.mihi vero. obiter dicat non poſ-
ſe fundari Cẽſum ſuper pluribus prædiis quantum-
uis certis & limitatis, quando vnumquodque ex il-
lis eſt capax totius Cẽſus,maximè cum pacto quod
pereunte vno nihilominus integer Cenſus debea-
14 tur. *& Fernand. Rebell. d.num.1.* licet † hanc affir-
matiuam concluſionem non reprehendat, tutius
tamen credat eſſe ſi ſuper vno tantum prædio Cen-
ſus collocetur; non ſolum quia verba *Conſtitutio-*
nis Pij V. ſuper Cenſib. ſunt concepta in numero
ſingulari, ſed etiã quia plures lites,ac dubia orian-
tur,cum ſuper pluribus rebus,quam cum ſuper vnã
dumtaxat conſtituitur, vt ipſe ibi conſiderat.
15 Non eſt † tamen recedendum à firmata conclu-
ſione quæ placuit etiam *Rotæ in illa Romana Cenſus,*
14.Ianuarij, 1602. coram Reuerendiſſimo D.Serafino,
quæ eſt poſt Tract. Deciſ.90. num.2. vbi reſpondetur
Boccacc. qui contrarium ſenſit, in *d.ſuo tract. de Cen-*
ſib. par.2. num.26.

Nec repugnat *Conſtitutio Pij V.* dum loquitur in
numero ſingulari: Quia non propterea excludit
pluritatem rerum immobilium, ſed dumtaxat res
mobiles ſuper quibus talis impoſitio fieri non po-
teſt repugnante natura contractus, vt dictum fuit
ſupra hoc cap.3.quæſtione prima, articulo quarto. Nam
16 † diſpoſitio loquens de vno habet locum in pluri-
bus quando eadem ratio militat in omnibus, vt col-
ligitur ex *tex. iuncta Gloſ. 1.* communiter recepta, *in*
c.ſi compromiſſarius, de elect.in 6. vbi *Gemin.* id notat.
17 Immo † cum hoc eſſet permiſſum per *dd. Extra-*
uag.1.& 2.de empt.& vendit. in quibus verba *reſpe-*
ctu prædij Cenſui ſubiugandi, ſunt concepta in nume-
ro plurali,nec reperiatur expreſſè diſpoſitum con-
trarium per *Pium V. in d.ſua Bulla,* non eſt à iure
antiquo recedendum, *l. præcipimus, C.de appellat.*
cum vulgar.
18 Quæ † concluſio procedit etiam quod vnus fun-
dus ſit vnius perſonæ,& alter alterius. *Nauar.d.ſuo*
tract.de vſur.num.131. Boccacc.d.tract. par.2.num.68.
19 Dummodo † tamen reſpectu fundi alieni cõcur-
rat conſenſus domini illius,iuxta ea quæ dicta ſunt
hoc eadem par.1. cap.2. quæſt.1. art.1. num.5.

Digitized by Google

Verum enimuero poſſet circa hãc concluſionem dubitari quomodo plures iſti fundi remaneãt obligati pro ſolutione Cenſus, quod videtur neceſſarium inueſtigare ad effectum, quod ſi vnum ex dictis pluribus prædiis ſubiugatis perire contingeret, apparere poſſit an aliqua pars Cenſus, & quanta extinguatur.

In qua difficultate ita breuiter ſtatuendum eſſe
20 arbitror. Quod ſi † ſinguli dicti fundi æqualiter capaces & idonei ad ſupportandum onus, & grauamen Cenſus intelligatur quilibet fundus pro ſua æquali portione oneratus, vt ex multis dicit *Caſar Barz. deciſ.56. num.32.*

21 Quod ſi † ex dictis pluribus fundis vnus ſit idoneus, & capax, alter verò minus idoneus, tunc totus Cẽſus ſuſtineatur ſuper idoneo, quatenus illius fructus ſatis eſſe poſſint ad ſolutionem integri Cenſus, vt fuit reſolutum in *Rota coram b.m. Orano, 3. Iulij, 1589. in illa Romana Cenſus, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 72. num.8.* & nos dicemus *infra par.2. cap.3. quæſt.1.*
22 *art.2.* Id † quod abſque difficultate admittendum eſſet ſi in conſtitutione Cenſus fuiſſet præinſerta clauſula, coniunctim, diuiſim, & inſolidum. *Io. Bapt. Coſta, in ſuo tract. de Ration. ſiue conſiderat. Rota, quæſt. 108. num.16.*

23 Et propterea † eſſet valde expediens ad lites effugiendas declarare & exprimere in ipſo actu impoſitionis & venditionis Cenſus, quænam annuæ reſponſionis portio ſuper ſingulis rebus imponatur, & conſtituatur.

Circa tertiam & vltimam inſpectionem, an Cenſus ſuper vno fundo licitè impoſitus & conſtitutus, poſſit ad alium fundum transferri abſque eo quod Cenſus extinguatur, & abſque eo quod requiratur nouus conſenſus fideiuſſorum tempore emptionis Cenſus præſtitorum, & abſque eo quod fiat, & inducatur aliqua nouatio reſpectu hypothecæ contractæ ad fauorem domini Cenſus; Breuiter, & con-
24 cluſiuè procedendo partem † affirmatiuam tenendam eſſe cenſeo, ſcilicet, poſſe Cenſum de vno fundo ad alium abſque aliqua nouatione transferri. Quam non obſcure fuit amplexa *Rota in vna Romana anterioritatis hypothecæ, 28. Nouembris, 1597. coram b.m. Cardinali Pamphilio, quæ eſt in fine Tract. Deciſ. 104.*

25 Maximè † ſi eadem tranſlatione adhibeantur clauſulæ citra nouationem, &c. citra præiudicium iurium quo ad alios obligatos, &c. vt bene conſiderat *ibi Rota* per diſcurſum. & eandem ſentẽtiam probauit *Statil. Pacific. in ſuo tract. de Salu. Interd. Inſpect. 3. cap.2. num.212. & ſeq. ſecundum vltimam impreſſionem, & Stephan. Gratian. Diſceptat. Forenſ. tomo 1. diſceptat. 113. num. 81.* & eam fuit ſæpius amplexa *Rota*, & ſignanter *in vna Romana Cenſus, 10. Iunij, 1602. coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 105. per tot. & coram eodem in vna Romana Cenſus ſcutorum decem & octo millium, 9. Iunij, 1608. quæ eſt ibid. deciſ. 60. num.2. & 3. & coram Illuſtriſſimo Cardinali Mellino, in vna Romana Cenſus, 26. Nouembris, 1604. quæ ibid. eſt deciſ. 106. num.2.*

26 Nam † per dictam Cenſus tranſlationem de vno fundo ad alium quo ad ipſas obligationes nihil innouatur præter rei mutationem, & non agitur de noua obligatione inducenda, ſed de veteri conſeruanda, vt dicemus *infra par.2. cap.2. quæſt.3. art.5. num.13.* & propterea quo ad præiudicium impoſitoris Cenſus, & fideiuſſorum dicitur remanere ſuper priori fundo, vt declarauit *Rota coram Illuſtriſſimo Ludouiſio, in d. Romana Cenſus, num.4. & ſeqq.* & nos dicemus *d. art.5.*

QVÆSTIONIS IV.

SVMMARIA.

1 *Cenſus fundari non poteſt ſuper fundo non libero.*
Sufficit tamen quod ſit libera tanta pars, quæ poſſit ſupportare Cenſum impoſitum, num.5.
Vel quod reputetur, & credatur liber, num.7.
Vel quando impoſitor aſſeruit fundum eſſe liberũ, nu.8.
2 *Fundus Cenſus per impoſitionem afficitur oneri reali.*
3 *Pactum quod ſi res ſuppoſita detegatur non libera, venditor cenſus nihilominus teneatur ad ſolutionem Cenſus, eſt illicitum.*
4 *Vſuris via aperienda non eſt.*
6 *Cenſus in dubio præſumitur impoſitus ſuper parte libera.*
9 *Emens cenſum ſuper fundo non libero ignoranter, licitè percipit fructus, nec tenetur illos reſtituere.*
10 *Emens ſcienter Cenſum impoſitum ſuper re non libera, non poteſt ſine peccato fructus recipere, & retinere.*
11 *Emptio fundi ſuper quo eſt impoſitus Cenſus, non debet reſcindi propter illud onus.*
12 *Emptor tamen poteſt agere contra venditorem vt rem illam à dicto onere liberet.*
13 *Dominus Cenſus impoſiti ſuper fundo non libero, poteſt agere contra impoſitorem Cenſus ad intereſſe.*
14 *Maximè ſi hoc fuerit promiſſum.*
Etiam ſi ſit promiſſa euictio, & illa non ſequuta, n.16.
Etiam ſi ſint præſtiti fideiuſſores, num.17.
15 *Euictio in contractu Cenſus poteſt licitè promitti.*
18 *Dominus Cenſus poteſt agere contra venditorem Cenſus impoſiti ſuper fundo non libero, vt ipſum liberet à quacumque moleſtia occaſione dicti Cenſus.*
19 *Impoſitor Cenſus tenetur ad quamcumque defenſionem illius.*
20 *Dominus Cenſus impoſiti ſuper fundo non libero, poteſt agere contra venditorem, vt fundum cenſitum liberet, vel faciat conſentire omnem perſonam intereſſe habentem.*
Et vt faciat conſentire omnem perſonam, quæ ſuper dicto fundo habet potiora, vel priora iura. ibid.
21 *Dominus Cenſus impoſiti ſuper fundo non libero, poteſt contra venditorem agere pro recuperatione pretij.*
22 *Contrariũ quo ad pretij reſtitutionẽ videtur sẽtire Rota.*
23 *Sed illa Rotæ deciſio declaratur, & ſaluatur concluſio.*

Fundus Cenſus debet eſſe liber.

QVÆSTIO IV.

INTER alias qualitates, quas ſupra in principio huius tertij capitis, dicebamus eſſe neceſſarias in fundo ſuper quo conſtituendus eſt & collocandus Cenſus: Quarta erat, vt ille eſſet liber, & alteri oneri nõ obnoxius, de qua eſt in hac quarta

ta Quæſtione vnico articulo pertractandum. In
quo eſt conſtituenda concluſio.

1 Quod Cenſus † ſuper fundo non libero, ſed alte-
ri oneri obnoxio conſtitui, & collocari non poteſt,
quæ vt eſt ab omnibus communiter recepta, ita eſt
optima fundata ratione. Cum enim per impoſi-
2 tionem Cenſus conſtituatur † ius reale ſuper fun-
do, qui ſubiicitur, & ille remaneat ſpecialiter obli-
gatus, & hypothecatus pro ſolutione Cenſus deſu-
per impoſiti, *c. 1. & 2. de empt. & vendit. Inter Ex-
trauag. commun.* & dictum fuit *ſupra hac eadem par. 1.
cap. 2. quæſt. 3. art. 1.* ſi res ſuper qua collocandus eſt
Cenſus non ſit libera facili negotio contingere poſ-
ſet, quod emptor Cenſus eluderetur, & remaneret
in damno. excluderetur enim ab eo, qui ſuper re
cenſuata anteriorem vel potiorem haberet hypo-
thecam *ex regula l. potior. ff. qui pot. in pign. hab. Ne-
guſ. in ſuo tract. de pignor. par. 5. memb. 2. num. 1. Ioſeph.
Ludou. deciſ. Peruſ. 45. num. 7. par. 1.* & à venditore
Cenſus forte non poſſet Cenſum exigere propter il-
lius inopiam vel fugã, & ſic propter debitoris ino-
piam remaneret ſibi actio inanis, *cap. olim, el ſecon-
do, ext. de reſtit. ſpoliat. cum vulgar.* Quæ quidẽ Cen-
ſus impoſitio ſuper fundo non libero, neque etiam
licita reddi poſſet adiecto pacto quod vẽditor Cen-
ſus caſu quo res cenſuata detegatur non libera, ſed
alicui oneri obnoxia, nihilominus Cenſum ſoluere
teneatur donec pretium integrum reſtituat. cum
3 † tale pactum ſit illicitum & reprobatum, vt multis
rationibus comprobant *Nauar. in ſuo comment. de
vſur. num. 118. quæſt. 28. & Boccacc. in ſuo tract. de
Cenſib. par. 2. num. 46.* ſed ea videtur potiſſima, quia
ſi tale pactũ reciperetur pro licito, aperiretur ma-
gnum oſtium exercendis vſuris: nam volentes ſub
vſuris pecunias recipere, poſſent conſtituere cenſus
ſuper bonis alteri obligatis, quos poſtea emerent il-
li qui vellẽt exercere vſuras cum ſupradicto pacto,
& ſic ſecurè reciperent vſuras ſub nomine cenſus, &
4 † huiuſmodi oſtium & via nullatenus eſt aperien-
da, *argum. l. conuenire, ff. de pact. dotal. c. ex parte, de
conſuetud.*

Aduertendum tamen eſt, quod ad validitatẽ im-
poſitionis Cenſus factæ iuxta formam *Bulla Pij V.*
ſuper re immobili frugifera, & certis finibus deſi-
5 gnata, non eſt † neceſſe quod tota res illa ſit libera,
& alteri oneri non obnoxia, ſed ſatis eſt quod ſit li-
bera tanta illius portio, cuius fructus ſufficiant ad
ſolutionem integri Cenſus impoſiti: nam tunc im-
poſitio ſuſtinetur in dicta parte libera, vt reſolutum
fuit ſæpius in Rota, & ſignanter *coram b.m. Orano, 16.
Februarij, 1586. in illa Peruſina fideicommiſſi de Alme-
ricis, quæ eſt poſt Tract. deciſ. 49. num. 18. & coram Re-
rendiſſimo D. Sacrato, in vna Romana Cenſus de Pala-
tijs, 20. Nouembris, 1600. quæ ibidem eſt deciſ. 64. num.
1. & 2. & coram Illuſtriſs. Cardinali Ludouiſio, in illa
Romana de Iacobatijs, 26. Nouembris, 1605. quæ eſt ibi-
dem deciſ. 67. num. 1.* & ruſus *in eadem cauſa coram eo-
dem, 12. Maij, 1606. vt ibidem deciſ. 65. num. 1. & co-
ram b.m. Penia, 28. Iunij, 1610. in vna Romana Cenſus
de Carauaſchinis, quæ eſt ibidem deciſ. 66. ad finem, & in
eadem cauſa coram eodem, 24. Nouembris eiuſdem anni,
6 1610. quæ eſt ibidem deciſ. 57. num. 5.* Immo † in du-
bio cenſebitur creatus & conſtitutus Cenſus dum-
taxat ſuper illa parte libera, cum voluntas regule-
tur à poteſtate, vt per hanc rationem, voluit *Rota in
illa Peruſina fideicommiſſi de Almericis, 8. Aprilis,
1587. coram b.m. Orano, quæ eſt ibidem deciſ. 39. nu. 3.* &
ſequuta fuit ſæpius in aliis cauſis, & maximè *in vna
Auximana bonorum, 4. Martij, 1602. coram Illuſtriſs.
Cardinali Mellino, quæ ibidem eſt deciſ. 107. num. 7.* &
conferunt dicta per nos *ſupra quæſt. præceden. art. 5.*
7 Ad effectum † autem validitatis prædictæ non eſt
neceſſe quod fundus Cenſus ſit realiter, & cum ef-
fectu liber à quocumque alio grauamine, ſed ſuffi-
cit quod tempore impoſitionis pro libero reputare-
tur, & crederetur liber ſaltem pro tanta parte cu-
ius fructus ſufficerent pro cenſibus tam anteriori-
bus, quam pro eo qui tunc imponitur, vt fuit reſo-
lutum in *Rota coram b. m. Penia, in illa Romana cenſus
de Canallerijs, 26. Iunij, 1596. quæ eſt poſt Tract. deciſ.
6. per tot. & in vna Romana cenſus de Turinis, quæ eſt
ibidem deciſ. 13. num. 1.*
8 Et multò † magis cenſenda erit valida impoſitio
ſi venditor cenſus tempore impoſitionis aſſeruiſſet
fundum illum eſſe liberum, & alteri oneri non ob-
noxium, vt auctoritate *Tiraq. de legib. connub. Gloſ.
8. num. 135. cum ſeq.* dixit *Rota coram b.m. Cantuccio,
29. Martij, 1587. in illa Romana Cenſus, Saluia. Interd.
& intereſſe, quæ eſt in fine Tract. deciſ. 45. num. 5.*

Quo caſu quod emptor cenſus poſſit illius fructus
in foro iudiciali exigere, non poteſt dubitari ſtante
eius validitate, ſed dubium eſſe poteſt an illos exi-
gendo ſit tutus in foro conſcientiæ, ita vt ad eorum
reſtitutionem non teneatur. In qua difficultate di-
ſtinguunt Doctores, aut tẽpore emptionis dicti cen-
ſus ipſe ignorauit rem ſubiugatam eſſe alteri oneri
9 obnoxiam, & eo † caſu donec reſciuerit onus illud
poſſit licitè & abſque peccato fructus dicti Cenſus
recipere. *Nauar. in ſuo commentar. de vſur. num. 118.
quæſt. 26. Boccacc. in ſuo tract. de cenſib. par. 2. num. 44.
Ludouic. Molina, in ſuo tract. de contract. par. 2. diſputat.
10 394. num. 4.* Aut verò † tempore quo cenſum emit
ſciebat fundum illum nõ eſſe liberum, ſed alio one-
re grauatum, & propterea non eſſe capacem cẽſus,
quem emit, & eo caſu non poſſit abſque peccato, &
neceſſitate reſtituendi cenſum illum percipere. *Na-
uar. d. tract. num. 119. Boccacc. d. par. 2. num. 47.* tacitè
ſentit *Molina, d. num. 4* & cum hac diſtinctione tran-
ſit *Stephan. Gratian. Diſceptat. Forenſ. tomo 1. c. 43. num.
45. & cap. 175. num. 17. & ſeqq. & Deciſ. March. 13.
num. 13. & ſeq.* & illam ego quoque libenter am-
plector.

Retenta autem hac diſtinctione ſequitur conclu-
11 ſio, quod ſicut † ſi dominus fundi cenſuati fundum
illum vendat, licet emptio reſcindi non poſſit pro-
pter illud onus, vt firmat *Ludou. Molina, d. diſputat.
394. num. 6. verſ. deinde.* & nos dicemus *infra par. 2. c.
2. quæſt. 1. art. 1. in fine, ex Io. Guttierez, Tract. Quæſt. c.
12 169. num. 3. lib. 2.* poteſt † tamen emptor agere ad-
uerſus venditorem, & fundum illum ab onere præ-
fato liberet, & ad dictam liberationem faciendam
poterit illum cogere etiam per capturam perſona-
lem, vt conſultus in hac facti ſpecie reſpondit *Ioan.
Bolognet. conſ. 31. per tot.* & placuit *Nauar. d. tract. de
vſur. d. nu. 118. in 27. quæſt. verſ. tum quia venditor. &
Boccacc. d. par. 2. num. 45.* Ita quoque conſulitur in-
demnitati domini Cenſus.

13 Nam † præterquam quod agere poteſt contra
vendi-

Digitized by Google

venditorem Cenſus, vt ſupra ſuper fundo non libe-
ro impoſiti ad intereſſe, iuxta ea, quæ diximus *ſupra*
hac eadem par. 1. cap. 3. quæſt. 1. art. 6. num. 41. & ſeqq.
14 Maximè † quando in inſtrumento véditionis Cen-
ſus fuerunt promiſſa damna & intereſſe, vt fuit re-
ſolutum in *Rota coram Seraphino, deciſ. 787. num. 1. &*
ſeqq. par. 1. non obſtante quod fuerit promiſſa eui-
15 ctio; quæ † etiam in contractu cenſus promitti po-
teſt. *Nauar. d. tract. de vſur. num. 135. verſ. decimum &*
conſ. 9. num. 4. in tit. de cenſib. lib. 3. Boccacc. in d. ſuo
16 *tract. de cenſib. par. 3. num. 70.* & † euictio adhuc ſe-
quuta non fuerit, vt voluit eadem *Rota coram Sera-*
17 *phino, deciſ. 321.* in ſecunda difficultate; vel † dati
fuerint fideiuſſores. *Rot. ibi in tertia difficultate.*
Poteſt etiam aliis multis remediis ſibi, & ſuæ con-
ſcientiæ proſpicere; & maximè
18 Agendo contra venditorem cenſus, † vt ipſum li-
beret à quacumque moleſtia ſibi ſuper dicto cenſu
illata, vt fuit reſolutum *in vna Bononienſi cenſus, 20.*
Maij, 1602. coram Illuſtriſ. Cardinali Mellino, quæ eſt
19 *poſt Tract. deciſ. 108. nu. 1.* Is enim † qui cenſum im-
poſuit & vendidit, tenetur ad illius defenſionem, vt
dicebat eadem *Rota coram b. m. Iuſto, in vna Bono-*
nienſi Cenſus, 12. Decembris, 1602. quæ eſt ibidem, deciſ.
109. num. 7.
Poterit etiam agere contra eundem venditorem
20 cenſus vt † fundum cēſitum liberet, aut faciat con-
ſentire habentem intereſſe, & habētes priora & po-
tiora iura ſuper eodē fundo. *arg. tex. in l. ex his præ-*
dijs, C. de euict. Dec. conſ. 483. num. 18. Oſaſch. deciſ. 24.
num. 4. & ſeq. & faciunt ea, quæ tradit *Alex. conſil.*
63. num. 9. verſ. ex quibus concludo, & num. 10 lib 6. &
in puncto ita dicit *Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann.*
reditib. lib. 2. quæſt. 7. nu. 7. & firmat *Sigiſmund. Scacc.*
de Commerc. §. 1. q. 1. num. 182. & ſeq. poſt hæc ſcri-
pta viſus. & fuit reſolutum in *Rota in illa cauſa Roma-*
na cenſus de Turinis, quæ eſt in fine Tract. deciſ. 13. num.
2. & in illa Romana cēſus de Cauallerijs, 26. Iunij, 1596.
coram b. m. Penia, quæ eſt ibidem deciſ. 6. num. 5. & in-
ter deciſiones diuerſor. deciſ. 586. num. 6. & ſequentibus,
parte 1.
21 Item † poterit agere contra eundem cenſus ven-
ditorem, vt ſibi pretium, quod in dicta emptione
erogauit reſtituat, *l. emptorem, §. qui autem, circa fin.*
ff. de act. empt. per quem *tex.* ita tenuit *Dec. conſ. 102.*
in final. verbis. & in puncto *Nauar. d. num. 118. q.*
27. Boninſign. in ſuo tract. de Cenſib. cap. 16. num. 2. Ste-
phan. Gratian. deciſ. March. 13. num. 18. & ſeqq. vbi hoc
comprobat *Petr. Caball. conſ. ciuil. 94. num. 4. & ſeqq.*
lib. 1. Scacc. d. q. 1. ſub d. num. 182. & placuit *Rota co-*
ram b. m. Penia, in illa Bononiēſi Cēſus, 20. Martij, 1600.
quæ eſt poſt Tract. deciſ. 46. num. 2. & nos dicemus
infra par. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 5. num. 21. licet quo ad
hoc contrarium ſentire videatur *Roderic. d. quæſt.*
7. num. 7.
22 Et † licet hanc pretij reſtitutionem nullatenus
peti, nec concedi debere dixerit *Rota in vna Romana*
Cenſus, 17. Aprilis, 1598. coram b. m. Penia, quæ eſt poſt
Tract. deciſ. 56. num. 1. quando res, quæ ſubiicitur
oneri cenſus eſt tanti valoris, vt omnes obligatio-
nes, & omnia quibus erat ſubiecta ante cenſus im-
poſitionem non conſumerent tot dicti valoris par-
tes, vt non eſſet relictus locus præfato cenſui, cum
eo caſu emptor cenſus nullum patiatur damnum,

23 Ego † tamen hanc *Rotæ* deciſionem vitio Scri-
ptorum fuiſſe alteratam in eo quod *ibi Rota* ad im-
pediendam reſtitutionem ſortis, cōſiderat valorem
fundi, quod non eſſe admittendum cenſeo, cum vt
ſupra dictum fuit *hoc cap. 3. quæſt. 2. art. 1. nu. 8.* cen-
ſus ſit cōmenſurandus fructibus rei ſubiugatæ, non
autem illius pretio, & valori. Et hunc ſenſum ha-
buiſſe *Rotam in d. Romana cenſus, 17. Aprilis, 1598.*
colligo dum excludit reſtitutionē ſortis ex eo quod
Bertolonus emptor cenſus nullum ex dicta impoſi-
tione patiebatur damnum, nec conſtabat Caſale
dicto cenſui ſubiugatum fuiſſe tot obligationibus
obnoxium, & hypothecis grauatum vt dicti cen-
ſus impoſitionem ſuſtinere non poſſet, quæ omnia
videtur potius reſpicere reditus & fructus dicti Ca-
ſalis, iuxta naturam contractus cenſualis, quam il-
lius valorem. Quatenus autem deciſio illa referā-
tur ad fructus ſatis iuridica fuit reſolutio quod pre-
tij reſtitutio concedi non debeat. cum illud repeti
non poſſit quando fructus rei ſubiugatæ ſufficiunt
tam pro oneribus antiquis, quam pro ſolutione
cenſus de nouo impoſiti.

CAPITIS QVARTI

SVMMARIA.

1 *Impoſitio cenſus dicitur legitima, quando eſt facta à*
perſona habili, vel ab inhabili cum debitis ſolemni-
tatibus.
2 *Impoſitio Cenſus ſi ſit facta ſuper re ſtabili, de ſui na-*
tura frugifera, & certa, & in pecunia numerata, eſt
legitima.
3 *Impoſitio cenſus vt dicatur legitima, debet fieri iuxta*
formam Bullæ Pij V.
4 *Inſtrumentum eſt neceſſarium in impoſitione Cenſus.*
5 *Saltem ad effectum vt ex Cenſu agi poſſit in iudicio.*
6 *Impoſitio Cenſus tamquam in facto conſiſtens debet pro-*
bari ab eo, qui illam aſſerit.
7 *Impoſitio cenſus probatur per publicum inſtrumentum.*
8 *Contenta in publico inſtrumento, præſumuntur vera.*
9 *Inſtrumentum publicum transfert onus probandi con-*
trarium in eum, qui inſtrumento contradicit.
10 *Facit probationem manifeſtam notoriam, proba-*
tam, &c.
11 *Facit rem liquidam, & euidentem, & eſt caſus legis.*
12 *Inſtrumentum habetur pro caſu legis.*
13 *Inſtrumentum quod ſit neceſſarium ad probandam cen-*
ſus, impoſitionem videtur.
Contrarium eſt verius, num. 15.
14 *Probationum materia non eſt coanguſtanda.*
16 *Bulla Pij V. non ſe reſtringit ad aliquam ſpeciem pro-*
bationis.
17 *Probatio quæ fit per teſtes eſt ceteris validior, & di-*
gnior.
18 *Impoſitio Cenſus probatur per teſtes.*
19 *Impoſitio Cenſus probatur per confeſſionem partis tam*
iudicialem, quam extraiudicialem.
20 *Confeſſio iudicialis eſt probatio maxima.*
21 *Habet vim publici inſtrumenti.*
22 *Immo eſt efficacior publico inſtrumento.*
23 *Habet executionem paratam.*
24 *Confeſſio iudicialis probat cenſus impoſitionem.*

25 Im-

Digitized by Google

25 *Impoſitio Cenſus probatur per confeſſionem extraiudicialem partis.*

26 *Confeſſio extraiudicialis non facit praiudicium confitenti.*

27 *Fallit de iure Canonico, quo iure plenè praiudicat.*

28 *Dummodo ſit plenè, & legitimè probata.*

29 *Plena probatio dicitur, qua fit per duos teſtes conteſtes.*

30 *Secus ſi teſtes ſint ſingulares.*

31 *Confeſſio debitoris iudicialis, vel extraiudicialis praiudicat ſibi, ſed non alijs.*

32 *Impoſitio Cenſus probatur praſumptionibus, & coniecturis.*

33 *Solutio cenſus in prateritum, facit praſumi cenſum eſſe legitimè impoſitum.*

34 *Promiſſio imponendi Cenſum ſequuta diuturna illius ſolutione, facit praſumptionem legitima impoſitionis.*

35 *Extinctio Cenſus inducit praſumptionem, quod fuerit impoſitus.*

36 *Immo quod fuerit legitimè impoſitus.*

37 *Ennunciatio Cenſus facta in aliquo inſtramento, facit praſumi Cenſum fuiſſe retro impoſitum.*

38 *Ennunciatio facta in inſtrumento vẽditionis fundi quod ille fundus erat oneratus cenſu, facit praſumptionem impoſitionis Cenſus.*

39 *Deſcriptio pradij in aſtimo tamquam grauati Cenſu, inducit praſumptionem quod Cenſus fuerit ſuper eo impoſitus.*

De impoſitione Cenſus, & eius probatione.

CAPVT QVARTVM.

RELIQVVM eſt vt pro complemento huius primæ partis principalis poſtquam egimus de ipſomet Cenſu, de perſonis, quæ illum imponere poſsũt, vel non; De rebus ſuper quib. poteſt imponi, vt iuxta ordinem propoſitum aliqua dicamus de ipſius Cenſus impoſitione, quod in hoc quarto capite breuius quam fieri poterit expediemus. Et licet caput iſtud in duos videtur ſeruandũ quæſtiones, Primam ſ. quando Cenſus impoſitio legitimè facta dici poſſit. Alterã, quibus modis impoſitio iſta probari queat. Quia tamen explicatio primæ quæſtionis videtur ſatis apertè reſultare ex iis, quæ ſupra ſparſim dicta ſunt circa perſonas, quæ Cenſum poſſunt conſtituere vel non, & circa res in quibus imponi & collocari Cẽſus poteſt. Ideo iura eũ breuiter me expediam. Nã quãtum ad perſonas fuit demonſtratum, quod licita

1 † cenſeatur Cenſus impoſitio; ſi ſit facta à perſona habili, & quatenus fieret à perſona inhabili, putà à minore, muliere, prodigo, vel ſimili ſi facta ſit cum ſolemnitatibus à iure requiſitis, vt colligitur ex reſolutione facta *in Rota coram R. P. D. Manzanedo, in vna Romana Saluiana Interdicti, 11. Ianuarij, 1616. quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 32. per tot. & ſupra per integrum Caput Primum.* deductum fuit.

2 Quantum † verò pertinet ad res tunc legitima cenſeatur huiuſmodi impoſitio, ſi appareat Cẽſum fuiſſe impoſitum ſuper re certa, immobili, & de ſui natura fructifera, & in pecunia numerata, vt dice- *Eſt Rota coram b. m. Penia, 29. Nouembris, 1604. in illa Aſſiſienſi Cenſus, quæ eſt poſt Tract. decis. 102. in* ... *In vna Ianuenſi Cenſus, 28. Aprilis, 1608. coram R. P. D. Manzanedo, quæ eſt ibid. deciſ. 110. num. 1. & in vna Romana Cenſus, 23. Iunij eiuſdem anni 1608. coram Illuſtriſ. Cardinali Ludouiſio, quæ ibid. eſt deciſ. 7. in princ. & in vna Imolenſi Cenſus, 28. Februarij eiuſdẽ anni coram*

3 *eodem, quæ ibidem eſt deciſ. 98. in princ.* Et † generaliter legitima reputatur Cenſus impoſitio ſi fiat ſeruata forma *Bulla Pij V. ſuper forma creandi Cenſ.* & adhibitis omnibus circumſtãtiis, & conditionibus per eam requiſitis, vt dixit *Rota coram Illuſtriſ. Cardinali Ludouiſio in illa Romana Cenſus, 26. Nouembris, 1604. quæ eſt poſt Tract. deciſ. 5. in princ. & coram eod. in alia Romana Cenſus, 23. Iunij, 1608. quæ eſt ibid. Deciſ. 7. in princ.* & alia ſeruentur, quæ *ſupra c. 3.* per totum ſeruanda eſſe admonuimus.

4 Ad hoc autem † vt Cenſus impoſitio, ſaltem reſpectu Cenſus imponendi iuxta formam *Conſtitutionis Pij V.* dici poſſit valida, & legitimè facta eſſe de illa neceſſario conficiendum publicum & auctenticum inſtrumentum manu publici Notarij, videtur ſatis manifeſte colligi ex eademmet Bulla in verſic.
„ *Rurſum niſi verè in pecunia numerata præſentibus teſti-*
„ *bus, ac Notario in actu celebrationis inſtrumenti non aut*
„ *prius recepto integrò, iuſtòq. pretio.* ponderando illa verba, *In actu celebrationis inſtrumenti*, quæ cum ſint appoſita in ea parte in qua Papa dat formã ſeruandam circa Conſtitutionem annui Cenſus, ſatis indicare videntur quod inter cetera ad effectum, vt Cenſus licitè & legitimè impoſitus & conſtitutus dici poſſit, ſit neceſſe vt de tali impoſitione conficiatur publicum inſtrumentum manu publici Notarij & coram teſtibus. Quod ea ſaltem ratione videtur neceſſarium, vt ſemper cognoſci, & concludenter demonſtrari poſſit, quod talis Cenſus ſit impoſitus iuxta formam dictæ Pianæ Conſtitutionis. Et hoc in Cenſu imponendo ſecundum dictam Conſtitutionem concedit *Feln. tan. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1, lib. 1. c. 9. num. 8. in fine, & infra. Alcibiad. Lucarin. Obſeruat. Practic. lib. 1. Academ. 5. Obſeruat. 1. num. 4. Stephan. Gratian. Diſceptat. Forenſ. tomo 2. c. 208 num. 7. Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de annu. redit. lib. 1. q. 15. num. 1.* & dicit perſpicuum *Mich. Salon. in ſuo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de Cenſib. art. 3. controuerſ. 24. num. 2.* Quamuis ſeruata dicta *Bulla* id negẽt eſſe neceſſarium, quam ſententiam amplexus etiam fuit *D. Proſp. Farinacc. conſ. 112. num. 4. lib. 2. in criminal. & Io. Azor. Inſtit. Moral. p. 3. lib. 10. c. 19. q. 1.* Ab ea tamen receſſit *Rota* plu-ries, vt videbimus *paulò poſt num. 15. & ſeq.* & illam

5 declarauit *Azor. d. q. 1.* dum dixit † in contractu Cenſus eſſe neceſſariam ſcripturam nõ ad effectum, vt illius conſtitutio, & venditio probari poſſit, ſed vt ex Cenſu in Iudicio agi poſſit. Et ſup. firmatam concluſionem puto poſſe comprobari ex iis, quæ tradit *Ineriglol. ſup. Bull. de Cenſib. q. 5. per tot.* qui licet loquatur de Cenſu imponendo iuxtam *Bullam Nicolai V.* illius tamen rationes adaptari optimè poſſunt, & concludunt etiã in Cenſu imponendo iuxta *Bullam Pij V.* de quo nos loquimur, & hęc circa primam Quæſtionem.

Venio nunc ad ſecundam in qua de probatione

6 huius impoſitionis tractandum eſt: cum † enim impoſitio

poſitio Cenſus in facto conſiſtat probanda eſt ab
illo, qui in ea ſe fundat, *Bened. Bon. in ſuo tract. de Cen-
ſib. art. 33. num. 59.* & dicebat aliàs *Rota in vna An-
conitana Cenſus, 25. Maij, 1598. coram b.m. Corduba,
quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 111. num. 1.* & cum plura ſint
probationum genera, vt præter alios dicit *Maſcard.
in ſuo tract. de Probat. vol. 1. quaſt. 1. num. 2. & ſeqq.*
operæpretium eſſe duxi vt modos quibus probari
poteſt huiuſmodi Cenſus impoſitio inueſtigemus.

Et primum non videtur quod in dubium poſſit
7 reuocari probationem iſtam fieri poſſe † per inſtru-
mentum ſuper dicta Cenſus impoſitione & vendi-
tione confectum manu publici Notarij. *Bon. d. art.
33. num. 59.* & pro indubitabile habuit *Rota* in plu-
ribus cauſis, & ſignanter *in illa Romana Cenſus, 26.
Nouembris, 1604. coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludo-
uiſio, quæ eſt poſt Tract. deciſ. 5. in princ. & in alia Roma-
na Cenſus, 10. Iunij, 1603, quæ eſt ibidem deciſ. 68, nu. 2.*
8 Contenta † enim in publico inſtrumento præſu-
muntur vera. *Socin. ſen. conſ. 213. nu. 7. lib. 2.* vbi mul-
tos allegat. *Abb. in c. 1. ſub num. 5. ext. de fide inſtr.*
9 Et propterea † per exhibitionē publici Inſtrumen-
ti non ſolum transfertur onus probādi contrarium
in aduerſarium, *Specul. in tit. de Probat. §. videndum
reſtat, num. 10. verſ. Item ſi contra reum, Menoch. de*
10 *Præſumpt. lib. 2. præſumpt. 44. num. 3.* Immo † reſul-
tat probatio manifeſta, notoria, probata, & euiden
tiſſima, *Bar. in l. 1. in princ. num. 8. & ibi Iaſ. num. 10.
ff. de non. oper. nunc. Bal. in l. Imperator, la ſeconda, ff.
de ſtat. hom. Tiraq. de Retractu Lign. §. 2. Gloſ. 1, nu. 20.
& ſeq. Crauet. conſ. 56. num. 2. lib. 1. Roſ. à Valle, conſ.*
11 *40, num. 8, & ſeq. lib. 2.* Vbi plus † dicunt quod
Inſtrumentum inducit rem liquidam, & euidētem,
veritatemq. apparentem adeo vt non indigeat di-
12 ſcuſſione, habet vim definitionis, & de † eo iudica-
tur, vt de caſu legis, de quo non venit dubitandum.
firma ſit igitur concluſio quod Cenſus impoſitio per
ipſius impoſitionis inſtrumentum legitimè & con-
cludenter probari poteſt.

13 Sed quæſtionis eſſe poteſt † an talis probatio fie-
ri poſſit per aliud genus probationis, quàm per in-
ſtrumentum. In qua difficultate pro opinione ne-
gatiua videntur ſtare expreſſa verba Pianæ Bullæ,
ſupra relata, *In actu celebrationis Inſtrumenti, &c.*

14 Verum † quoniam probationum materia non
eſt coanguſtanda. *Clem. ſæpe, §. non ſit tamen, de verb.
ſignif. c. interpoſita, in princ. & ibi Gloſ. & Scribentes,
ext. de appellat, Tiber. Decian. conſ. 41. num. 29. lib. 3.*

15 Inde † videtur inferendum quod huiuſmodi Cen
ſus impoſitio nō requirat de neceſſitate ad eius pro-
bationem publicam ſcripturam, quinimmo poſſit
probari abſque ſcriptura, quod non negauit *Ioan.
Azor. d. cap. 19 quaſt. 1.* & probauit *Ludou. de Auend.
de Cenſib. Hiſpan. cap. 84. num. 5. & ſeqq.* vbi reſpon-
det contrariis, & voluit *Rota coram Illuſtriſſimo Car-
dinali Lācelotto, in vna Spoletana Cēſus, 18. Iunij, 1601.
quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 112. num. 4. & coram R.P.D.
Ottembergio in vna Romana Cēſus. 24. Nouembr, 1606.
quæ ibidem eſt deciſ. 113, num. 1.* & ſequuta fuit *coram
R.P.D. Buratto, in vna Forolinienſi Cenſus, 14. Iunij,
1613. quæ eſt ibidem deciſ. 96. num. 12.* & in eadem
cauſa *coram eodem, 2. Maij, 1614. quæ ibidem eſt deciſ.
100, num. 3.* quidquid contrarium ſenſiſſe videatur
ipſamet *Rota* tam *coram R.P.D. Manzanedo in vna
Ianuenſi Cenſus, 28. Aprilis, 1608. quæ eſt ibidem deciſ.
110. nu. 1. & coram b.m. Corduba in vna Anconit. Cen-
ſus, 25. Maij, 1598. quæ ibidem eſt deciſ. 111. ſub num. 1.*

16 Nec debent † facere ſcrupulum illa verba Bullæ,
& in actu celebrationis inſtrumenti, &c. quoniam ibi
Papa non magis includit vnam, quam aliam ſpe-
ciem probationis, vt dixit *Rota coram Seraphino deciſ.
1226. num. 1. par. 2. & coram R.P.D. Buratto in illa
Forolinienſi Cenſus, 2. Maij, 1614. quæ eſt in fine Tract.
deciſ. 100. n. 10. & in vna Romana Cenſus, 24. Nouem-
bris, 1606. coram Ottembergio. quæ eſt poſt Tract. Deciſ.
113, num. 2.* & ibi Papa loquutus fuit habito reſpe-
ctu ad id quod communiter fieri ſolet: nam à com-
muniter accidentibus ſuper creatione & venditio-
ne Cenſus confici cōſueuerunt publica inſtrumen-
ta manu publici Notarij: & leges aptari debent ad
ea quæ frequentius accidunt, *l. nam ad ea. ff. de legib.*
Vnde ſequitur impoſitionem & venditionem Cen-
ſus probari poſſe per omne genus probationum.

Et propterea Primò per teſtes: nam probatio
17 † quæ fit per teſtes eſt non ſolum concludens, ſed
ceteris probationū generibus validior, & dignior.
*Abb. in Rubr. ext. de teſtib. Felin. in Rubr. ext. de fide in-
ſtrum. nu. 1.* latè *Maſcard. in ſuo tract. de Probat. vol. 1.*
18 *quaſt. 5. num. 1. & ſeqq.* vnde etiam † hanc Cen-
ſus impoſitionem per hanc probationis ſpeciem
probari poſſe dicendum eſt, & voluit *Bon. in d. ſuo
tract. de Cenſib. art. 35. num. 61. Federic. Martin. in ſuo
tract. de iure Cenſu. cap. 7. num. 32.* & admittit *Rota in
d. cauſa Forolinienſi Cenſus coram R.P.D. Buratto, 14.
Iunij, 1613. in fine Tract. deciſ. 96. num. 11. & 2. Maij,
1614. ibid. deciſ. 100. nu. 1.* Vnde circa hoc non vide-
tur vlterius immorandum. Secundò impoſitionem
19 Cenſus poſſe † probari per confeſſionem debitoris
annuæ reſponſionis tam iudicialem, quam extraiu-
dicialem poſt *Guid. Pap. quaſt. 24. in princ.* tenuit *Bon.
d. tract. art. 33. num. 59. & art. 39. nu. 65. Federic. Mar-
tin. in d. ſuo tract. de iure Cenſu. cap. 7. num. 27. & ſeqq.
Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann. Reditib. lib. 1. quaſt.
15. num. 24. & ſeqq.* & ſignanter *num. 26.* & ample-
xa fuit *Rota coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancelotto,
18. Iunij, 1601. in illa Spoletana Cēſus. quæ eſt poſt Tract.
Deciſ. 112. num. 3. & coram R.P.D. Ottembergio, 24.
Nouembris, 1606. in illa Romana Cenſus, quæ eſt ibidem
deciſ. 113. num. 3. & 5. & coram R.P.D. Buratto in illa
Forolinienſi Cenſus, 14. Iunij, 1613. quæ eſt ibi. deciſ. 96.
nu. 12. & 2. Maij, 1614. quæ ibidem eſt deciſ. 100. nu. 4.*

De confeſſione iudiciali non videtur dubitādum,
20 cum † ſit probatio maxima ſecundum *Menoch. de
Arbitr. iudic. caſu 268. num. 7.* & latius *de recuper. poſ-
ſeſ. Remed. 1, num. 217. Maranta, de ordin. iudic. par. 6.*
21 *art. 5. num. 21.* & † habeat vim publici inſtrumenti,
l. cum tex la ſeconda, & ibi Bal. in princ. & alij com-
22 muniter, *C. de tranſact.* Immo † ſit probatio effica-
cior publico inſtrumento & omnibus aliis proba-
tionum generibus, *c. 1. de confeſſ. in 6. Canoniſtæ com-
muniter in Rubr. ext. de confeſſ. Maranta, d. actu 4. num.
21. Iaſ. in d. l. cum te, num. 5. & ſeqq. & ibi alleiat.*
23 *num. 8. C. de tranſact.* Et † habeat executionem pa-
ratam, *Galleſ. ad cameral. obligat. par. 2. quaſt. 2. nu. 1.
per tex. in l. proinde §. nouiſſ. ff. ad leg. Aquil. & in l. 1.
ff. de confeſſ.* & colligitur ex reſolutione facta per
Rotam in illa Anconitana Cenſus coram Seraph. deciſ.
35 *1226. par. 2.* & confeſſionem † iudicialem eſſe le-

gitimum

gitimum modum probandi impoſitionem Cenſus,
dicebat *Bon. d. tract. art. 39. num. 65.* Ibi: pro iudica-
to enim cõfeſſus habetur, dummodo id in iure fiat.
25 De confeſſione † extraiudiciali idem cõcluden-
dum eſt ex *Rota in d. Romana Cenſus, 24. Nouembris,
1606. coram R. P. D. Ottembergio, quæ eſt poſt Tract. de-
ciſ. 113. num. 3.* vbi habetur pro legitima probatio,
quæ reſultat ex confeſſione emanata in precibus, &
in inſtrumento extinctionis Cenſus. *& in d. Spoleta-
na Cenſus coram Illuſtriſs. Cardinali Lancelotto, 18. Iu-
nij, 1601. quæ eſt ibid. deciſ. 112. num. 3.* vbi ſimiliter
fuit reſolutum impoſitionem Cenſus intelligi pro-
batam ex confeſſione emanata à debitore in eius
26 teſtamento. Nam † licet dubitent Scribentes, an
inſpecto iure ciuili huiuſmodi extraiudicialis con-
feſſio faciat præiudicium confitenti, per text. *in l.
fin. C. de non numer. pecun. & in c. fin. ext. de confeſſ.* Iu-
27 ris † tamen Canonici æquitate inſpecta plenam fa-
cere probationem volunt communiter Scribentes.
*Didac. Conar. ad c. quamuis, p. 2. §. 4. num. 1. ext. de pact.
Hieron. Gabr. conſ. 40. num. 64. lib. 2. Ioſeph. Ludou. deciſ.
Peruſ. 9. num. 6. par. 1. Maſcard. in d. ſuo tract. de Probat.
vol. 1. concluſ. 347. num. 57.* & ſolet tenere *Rota*, vt di-
citur *deciſ. 4. nu. 1. par. 2. diuerſ. & in vna Romana Cen-
ſus de Comitibus, 31. Maij, 1596. coram b. m. Penia, quæ
reperitur impreſſa poſt Tract. deciſ. 114. num. 1.* Id quod
28 † procederet ſi foret plenè & legitimè probata.
*Grat. Reſponſ. 2. num. 59. lib. 2. Hieron. Gabr. conſ. 71. nu.
18. lib. 1. & d. conſ. 40. num. 65. lib. 2. Seraphino, in ſuo
tract. de Iuram. Priuileg. 24. num. 9.* & placuit *Rota in
d. Romana Cenſus de Comitibus coram b. m. Penia, nu. 3.*
29 Plenè † autem & concludenter probata diceretur
ſi pro ea ſtent duo teſtes conteſtes: plena enim pro-
batio illa dicitur, quæ eſt integra, & facta per duos
teſtes conteſtes. *Doctor. in l. admonendi, ff. de iureiur.
Corn. conſ. 247. ſub n. 11. lib. 2. Rebuff. ad leg. Heremnius,
30 col. 4. ad finem, ff. de verbor. ſignif.* Vnde † probatio
facta per teſtes ſingulares non poterit dici, plena
nec integra ſecundum *Grat. d. reſponſo 2. num. 56. &
59. lib. 2. poſt Dec. ab eo allegatum.*

Dum autem cõcluſum fuit, quod impoſitio Cen-
ſus dicatur plenè, & legitimè probata per confeſ-
ſionem debitoris Cenſus iudicialem vel extraiudi-
31 cialem. Declarandum † eſt hoc procedere in dam-
num & præiudicium ipſius Confitẽtis, ſecus autem
in damnum & præiudicium aliorum ſi non concur-
rant preſumptiones, & adminicula, vt dicit *Stephan.
Gratian. Diſceptat. Forenſ. tomo 1. c. 22. nu. 2. & 4.* Et ad
32 huiuſmodi † probationem faciendam maximi eſ-
ſe momenti præſumptiones & coniecturas, præſer-
tim ſi aliàs ſit difficilis illius probatio, dicit *Calcan.
conſ. 8. nu. 8.* & in puncto. *Bon. in d. ſuo tract. de Cenſib.
art. 40. num. 66.* & abſque dubio ſi ſint plures & vr-
gentes, vt colligitur ex dicta *deciſione* facta *coram
R. P. D. Ottembergio in illa Romana Cenſus, 24. Nouem-
bris, 1606. quæ eſt poſt Tract. deciſ. 113. per tot.*

Inter multas autem coniecturas, & præſumptio-
nes pro valdè vrgenti habent aliqui illam quæ eli-
33 citur † ex eo quod dominus Cẽſus probet ſibi fuiſ-
ſe ſolutas annuas reſponſiones in præteritum: nam
ex tali reſolutione reſultare præſumptionem impo-
ſitionis validè & legitimè, volunt *Crau. conſ. 217. nu.
10. in fine, lib. 2. Marius Antonin. Var. reſolut. lib. 1. re-
ſolut. 44. num. 6.* vbi alios allegat. Verum quoniam
dubitant Scribentes, an hæc probatio præſumpti-
ua ſit releuans tam in iuditio petitorio, quã in poſ-
ſeſſorio, & de hac re dicturi ſumus latius *infra p. 2. c.
2. q. 3. art. 9. et q. 5. art. 1. et 4.* Ideo ad ibi dicta ne pi-
geat Lectorẽ in cõtingentia facti recurſum habere.
34 Aliam † præſumptionem *Rota in illa Forolimenſi
Cenſus, 14. Iunij, 1613. coram R. P. D. Buratto, quæ eſt
poſt Tract. deciſ. 96. nu. 24.* colligebat ex eo quod ap-
parebat de obligatione imponendi Cẽſum per de-
bitorem facta, nam præcedente obligatione impo-
nendi, & ſecuta diuturna Cenſus ſolutione nõ poſ-
ſe dubitari de Cenſus impoſitione, dicit *ibi Rota*.
35 Alia † etiam poteſt conſiderari coniectura & præ-
ſumptio impoſitionis Cẽſus, quæ ducitur ex eo quod
is qui Cenſum ſoluebat illum extinxerit. quam pro
releuanti habuit *Rota in illa Spoletana Cenſus, 18. Iu-
nij, 1601. coram Illuſtriſs. Cardinali Lancelotto, quæ eſt
poſt Tract. deciſ. 112. num. 5. & in illa Romana Cenſus,
24. Nouembris, 1606. coram R. P. D. Ottembergio, quæ
36 eidem eſt deciſ. 113. num. 5.* Ex qua extinctione † re-
ſultat probatio non ſolum ipſius impoſitionis, ſed
etiam quòd impoſitio fuerit legitimè facta, ſeruatis
requiſitis *Bulla Pij V.* vt dixit *Rota in d. Spoletana
Cenſus, num. 5.* & repetitum in *d. Romana Cenſus* in
vltimis verbis.
37 Poſſet etiam † conſiderari alia præſumptio, &
coniectura ad inducendam probationem legitimæ
impoſitionis Cenſus, ſi de tali Cenſu fiat mentio in
alio inſtrumento, quoniam ex dicta enunciatione
concurrentibus aliis adminiculis probari Cenſus
impoſitionem validam & legitimam, tenuit *Rota in
d. Spoletana Cenſus, num. 2.*

Poſſet denique, vt cetera omittam, haberi alia
38 præſumptio & coniectura ſi is † qui dicitur Cenſum
ſuper aliquo ſuo fundo impoſuiſſe, alienãdo talem
fundum aſſereret illum eſſe dicto annuo Cenſu gra-
39 uatum, vel † dum illum in ſuo æſtimo, & cataſtro
deſcribi facit, enunciat illum eſſe dicto oneri Cen-
ſum obnoxium. *Crau. d. conſ. 217. num. 8. & ſub num.
10. lib. 2. Redoan. de reb. eccleſ. non alienãd. in tit. de Con-
ſtitut. ann. cenſ. nu. 73. Bon. in d. ſuo tract. de Cenſib. art.
34. num. 60.* & faciunt dicta per *Maſcard. in d. tract.
de Probat. vol. 1. concluſ. 280.* vbi declarat quomodo
hoc procedat.

*Et per hæc ad laudem Omnipotentis Dei, & eius Glorioſiſſimæ Virginis remanet expedita
hæc Prima Pars huius noſtri Tractatus de Cenſibus.*

LVDOVICI CENCII V. I. D.

IN TRACTATVM DE CENSIBVS.

PARS SECVNDA.

De Progreſſu, & vita Cenſus.

EXPLICITIS iis, quæ circa creationẽ, & impoſitionem Cenſus in mentem venerũt ſequitur, vt de illius vita, & progreſſu diſſeramus. Et quoniã progreſſus iſte duobus potiſſimum reſpectibus cõſiderari poteſt. Vno quidem reſpectu tranſlationis, quæ fit de perſona in perſonam. Altero verò dum poſt factam tranſlationem penes illius dominium permanet & durat, Idcirco hanc ſecũdam partem in duo præcipua capita partiendam & diuidẽdam eſſe exiſtimaui, vt in eorum Primò de iis agatur, quæ in ipſo actu tranſlationis & acquiſitionis Cenſus iam creati & conſtituti contingere poſſe viſa ſunt; in altero verò de iis, quæ occurrere, & contingere poſſunt habita ratione ad Cenſum dum penes illius dominum permanet & reperitur.

Et quia in actu alienationis, & trãſlationis Cenſus multa contingũt, quæ ſcitu digna ſunt, & in hoc primo capite veniunt diſcutienda; Ideo vt ea quæ magis neceſſaria ſunt aliqua methodo, & congruo ordine perſtringam, hoc primũ Caput tribus Quæſtionibus principalibus explicandum eſſe cenſui.

In quarum prima videbimus quo titulo Cenſus noſter in alium transferri licitè poſſit.

In ſecunda, an in alienatione Cenſus poſſit licitè accedere fideiuſſor.

In tertia explicabimus, quæ pacta in illius tranſlatione ſint licita, vel illicita.

Quo titulo Cenſus conſignatiuus poſſit alienari.

QVÆSTIO PRIMA.

PROPOSITA Quæſtio octo explicari debet Articulis.

Primus eſt. Quibus titulus Cenſus alteri concedi poſſit.

Secundus. An titulo vẽditionis.

Tertius. Quod pretium erogandum in emptionem Cenſus debet eſſe certum.

Quartus. Quod pretium Cenſus ſit iuſtum, & in quo conſiſtat illius Iuſtitia.

Quintus. An pretium iſtud poſſit ſolui in alia ſpecie quam in pecunia numerata.

Sextus. An totum & integrum pretium Cenſus ſolui debeat in pecunia numerata.

Septimus. An ſolui debeat integraliter in actu venditionis Cenſus coram Notario; & teſtibus.

Octauus. Quomodo probari poſſit pretium hoc fuiſſe integraliter ſolutum coram Notario, & teſtibus in actu venditionis Cenſus.

ARTICVLI PRIMI

SVMMARIA.

1 *Cenſus non poſſe in alium transferri, niſi titulo venditionis volunt aliqui.*
Contraria opinio verior, num. 2. & ſeq.
2 *Cenſus creatio differt ab illius venditione.*
3 *Cenſus poteſt in alium transferri ex quocumque contractu approbato.*
4 *Cenſus transfertur in alium omni titulo habili ad acquirendum dominium.*
5 *Cenſus donari poteſt.*
6 *Cenſus transfertur titulo tranſactionis.*
7 *Intellige ſi concedatur Cenſus antea conſtitutus, ſecus aliàs.*
8 *Cenſus legari poteſt.*
9 *Siue legetur Cenſus iam conſtitutus, ſiue legetur annua reſponſio tunc impoſita.*
10 *Legatarius licitè poteſt exigere annuam reſponſionem ſibi legatam, ſi hæres aliquid non faciat, vel non ſoluat, ſcilicet, ſi non ſit in eius facultate cogere hæredem vt faciat, vel ſoluat, ſecus aliàs.*
11 *Cenſus transfertur per Iudicis ſententiam.*
12 *Cenſus acquiritur præſcriptione & longa conſuetudine.*
13 *Iura incorporalia præſcribuntur.*
14 *Cenſus non conſtitutus legitimè, nullo temporis curſu præſcribitur.*
15 *Præſtationes annuæ vt præſcriptione acquirantur multa exiguntur, remiſſiuè.*
16 *Cenſus acquiritur, multis alijs modis, & titulis, remiſſiuè.*

Cenſus

Cenſus quibus titulis in alium transferatur.

ARTICVLVS PRIMVS.

QVAMVIS circa hunc primum articulum *Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 2. cap. 5. num. 8.* aſ-
1 ſeueret † Cenſum hunc noſtrum non niſi titulo emptionis, & venditionis creari, & transferri poſſe, & quod contrarium aſſerere ſit in re perſpicua exertire, quam etiam ſententiam amplexus fuit *Fernand. Rebell. in ſuo tract. de obligat. Iuſtit. lib. 10. quæſt. 1. num. 12.* Ego tamen
2 † illos hac in re alluciuari exiſtimo, tum quia creatio, & conſtitutio Cenſus eſt quid diſtinctum & ſeparatum ab illius emptione, & alienatione, vt apertè colligitur *ex cap. 1. & 2. de empt. & vendit. inter Extrauag. Commun.* & ex *Bulla Pij V.* edita ſu-
3 *per forma creandi Cenſ.* tum † quia vt ex infra dicendis apparebit Cenſus transferri in alium poteſt, nõ ſolum titulo venditionis, ſed quolibet alio à iure approbato. *Caſſan. ad Conſuetud. Burgund. Rubr. 11.*
4 *Des Cenſes, §. 2. num. 2.* quia † quot ſunt modi acquirendi rerum dominia, tot ſunt tituli quibus Cenſus conſtituitur & conceditur, vt exorditur *Federic. Martin. c. 3. ſui tract. de Iure cenſuali.* Et hanc ſententiam amplexus eſt etiam *Ludou. de Auend. de Cenſib. Hiſpan. cap. 40. num. 10.*

5 Transfertur autem Primo † titulo donationis. *Io. Azor. Inſtit. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 4. in princ. Feder. Martin. d. c. 3. nu. 2.* Quod contingere poteſt vel cum quis Cẽſum ſuper ſuis bonis impoſitum & creatum alteri donat, *l. ſancimus, §. fin. C. de donat. Gaſp. Roder. in ſuo tract. de ann. reditib. lib. 3. quæſt. 6. num. 3.* vel cum quis Cenſum, quẽ ab altero gratis, vel mediante pecunia acquiſitum habet, alteri gratis cõcedit. vt probatur ex c. ſanè. *12. q. 7. & ibi Gloſ.* & voluerũt *Crau. conſ. 217. num. 4. in fine. lib. 2. Didac. Couar. var. reſolut. lib. 3. cap. 7. num. 3. verſ. quarto omnium, Menoch. de Præſumpt. lib. 4. Præſumpt. 107. num. 8. Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. artic. 25. ſub num. 52. circa med. Ludouic. Molina, in ſuo tract. de contract. par. 2. diſput. 383. num. 1. Foller. in ſua Pract. Cenſuali, in verbo, Huiuſmodi, num. 66.*

6 Item transfertur † titulo tranſactionis, vt dicunt *Crau. d. conſ. 217. num. 4. Menoch. d. Præſumpt. 107. nu. 9. Federic. Martin. d. cap. 3. num. 10.*

7 Quod † intelligendum eſt, quando quis aduerſario ſuo vt à lite diſcedat cedit annuum Cenſum iam conſtitutum, & in eſſe deductum, ſecus ſi debitor non habens præ manibus pecuniam pro ſatisfactione ſui debiti, ſuper quo cũ ſuo creditore litem exercet, cõſtituat ſuper ſuis bonis annuam aliquam reſponſionem, ſoluẽdam ſuo creditori annuatim, donec ſortem principalem ſui debiti ſoluat: iſta enim conuentio eſt omnino illicita ea potiſſimum ratione, quod in illius conceſſione non interuenit pecunia numerata, vt neceſſe eſſe dicemus *infra hac ead. quæſt. artic. 4. & ſeqq.* & ita conſuluit *Felician. in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 2. c. 5. nu. 16.* & ſequitur *Auend. d. tract. c. 42. num. 2. verſ. Aut enim Cenſus à principio.*

8 Item & titulo † legati *Caſſan. ad Conſuetud. Burgũd.*
9 *d. §. 2. num. 2.* Non ſolum † quando dominus Cenſus illum alieni in ſuo teſtamento legat, *l. ex teſtamento, C. de fideic.* & nos dicemus *infra hac 2. par. c. 2. quæſt. 2. art. 6.* Verum etiam, quando quis qui teſtamenti habeat factionem, teſtamẽto, codicillisve, annuum Cenſum rei ſuæ impõnat, illumq. alieni relinquat, vt defendit *Bon. d. art. 25. num. 51. & ſeq. & Gaſp. Roderic. in d. ſuo tract. de ann. reditib. lib. 2. q. 6. num. 2.* & certum eſſe dicit *Auend. d. tract. cap. 3. num. 1. & 3.*

Sed poſſet eſſe difficultas. An per legatarium licitè exigi poſſit annua reſponſio, quã ſibi reliquit teſtator ab hærede præſtanda donec ipſe hæres, quid faciat, vel ſoluat ipſi legatario. circa quam dubitationem licet latè inſiſtat *Federic. Martin. d. c. 3. nu. 24. vſque ad num. 70.* Ego tamen omiſſa diſputatione, in ea ſum ſentẽtia, vt quæſtio iſta ſit fœdere diſtinctio-
10 nis terminãda. Siquidem † eſt in arbitrio ipſius legatarij exigendi ad ſui libitum ſummam legatam, vel arbitratu ſuo cogendi hæredẽ, vt adimpleat, & faciat opus ſibi à teſtatore iniunctum. & eo caſu talis Cenſus, & annua præſtatio tanquam illicita, & à iure reprobata exigi non poteſt. Aut verò confertur in hæredis arbitrium facultas ſe à dictæ annuæ reſponſionis ſolutione ad ſui beneplacitum liberãdi, & eo caſu tale legatum eſt licitum, & exigi poteſt. & cum hac diſtinctione hanc difficultatem reſoluunt *Soc. ſen. conſ. 41. lib. 4. & in l. 2. num. 7. & ſeqq. ff. de lib. & poſt. hær. nom.* vbi teſtatur ſecundum hanc diſtinctionem fuiſſe in Curia Romana iudicatum. ſequitur *Ripa, in l. nemo poteſt, num. 23. ad fin. ff. de leg. 1. Cagnol. ad l. curabit, num. 14. C. de act. empt. Alciat. conſ. 8. num. 7. lib. 1. & Paradox. lib. 5. cap. 20. Conar. d. lib. 3. Var. Reſolut. cap. 1. num. 9. verſ. ſed vbi. Pariſ. conſ. 60. num. 21. lib. 1. Ruin. conſ. 73. num. 3. verſ. quartu, lib. 1. Sim. de Pret. de Interpret. vlt. volunt. lib. 2. Interp. 2. dubit. 2. ſolut. 2. num. 133. & ſeq. Peregr. in ſuo tract. de fideic. art. 11. num. 28. verſ. quam tamen. & conſ. 97. num. 8. verſ. nec quia teſtator, lib. 1. Menoch. cõſ. 441. lib. 5. Surdus, conſ. 23. num. 12. lib. 1.* Quorum auctoritate in contingentia facti ita obtinui in Curia Epiſcopali Ciuitatis Peruſ. coram R.P.D. Alexandro Ambroſin. Foroſempronien. tunc Reuerendiſſimi D. mei colendiſſimi Neapoleonis Comituli, Dei gratia Peruſiæ Epiſcopi Vicario Generali, vt in eius *Deciſ. ſar. Epiſcopali Peruſ. deciſ. 4. nu. 18.* Quibus nunc addo *Gaſp. Roderic. d. tract. de ann. reditib. lib. 3. quæſt. 6. num. 8. & 9.* qui alios allegat, *& Felician. d. Solis, in ſuis Comment. de Cenſib. tomo 2. lib. 2. cap. 5. num. 1. & Ludou. Auend. d. cap. 3. num. 8. & ſeqq.*

11 Transfertur etiam † & alienatur Cenſus per Iudicis ſententiam, ſi credimus *Feder. Martin. d. cap. 3. num. 12.* videlicet, cum reus, per Iudicis ſententiam condemnatur ad ſoluendum, puta mille petita, vel donec mille ſoluerit, annuam reſponſionem præſtandum. Et licet *ibi Martin.* conetur deducere hunc conſtituendi Cenſus modum eſſe licitum & non improbari. Ego tamen ab eo non poſſum non diſcedere per ea quæ diximus *ſupra par. 1. c. 3. q. 1. artic. 6. num. 51.* vbi egimus de hac re.

12 Dubitant autem † nõnulli, an Cenſus acquiratur longa conſuetudine, & præſcriptione. In qua difficultate omiſſa diſputatione breuiter, & concluſiuẽ procedendo partẽ affirmatiuam veriorẽ eſſe exiſtimo, quę placuit ẽt *Feder. Martin. d. c. 4. n. 71.* nã regu-

13 lare eſt, vt † iura (quale eſſe ius exigendi annuam reſponſionem diximus *ſupra par. 1. c. 1. q. 3. art. 2. nu. 2. & 3.*) ſint præſcriptibilia. *Balb. in ſuo tract. de Præſcript. in 4. par. princ. quæſt. 1. & ſeqq.*

14 Quod † tamen intelligendũ eſt de Cenſu legitimè & iuxta formam *Bullæ Pij V.* ſuper re immobili frugifera, & certis finibus deſignata, creato, & conſtituto; ſecus autem ſi Cẽſus de cuius præſcriptione agitur non habeat dictas qualitates, quia tũc tamquam reditus vſurarius nullo temporis curſu etiam longiſſimo, & immemorabili præſcriberetur, vt latè deducit *Gaſp. Roderic. d. ſuo tract. lib. 1. q. 17. nu. 4. cum multis ſeqq. & num. 76. & ſeqq.* Quando diſtinctionem videtur non obſcurè ſenſiſſe *Auend. d. tract. c. 5. num. 3. & ſeqq.*

15 Cum autem † multa requirantur ad effectum vt annuæ præſtationes per longam conſuetudinem & præſcriptionem acquirantur, ad cognoſcendum an præſcriptio in qua quis ſe fundat ſit legitima & illi poſſit ſuffragari, adeundus eſt *Iacob. Venent. in ſuo tract. de ann. præſtat. p. 2. q. 20. et ſeqq.* qui plenè per ſex quæſtiones hoc argumentum magiſtraliter proſequitur. *& Feder. Martin. d. c. 3. nu. 73. vſque ad n. 136.*

16 Transfertur † etiam & alienatur Cenſus multis aliis titulis, vt videre eſt apud *Thom. Bouninſign. in ſuo tract. de Cenſib. cap. 17. num. 1.* & alios ſupra relatos, quos conſultus prætereo, vt proprius ad rem noſtram accedendo videamus, an transferatur titulo venditionis.

ARTICVLI SECVNDI

SVMMARIA.

1 *Cenſum titulo emptionis acquiri non poſſe, ſentiunt aliqui.*
Contraria opinio eſt communis, & tenenda, num. 5. & infra.
Non ſolumquando venditur ab imponente, ſed etiam ab eo qui eſt effectus illius dominus, num. 21.
Dummodo Cenſus ſit certus, num. 15.
Dummodo non adijciantur pacta illicita, vt dicto numero 21.

2 *Emptio & venditio non conſiſtit vbi non adeſt res, quæ venditur, & pretium quo venditur.*

3 *Pecunia cetera res æſtimantur, non ipſa eſt ſuimet æſtimatio.*

4 *Tempus vendi non poteſt.*

6 *Cenſus de venditione debet ſolui gabella, & à quo ſolui debeat.*

7 *Cenſus in venditione reperitur res quæ venditur, & pretium quo venditur.*

8 *In Cenſu non venditur pecunia, quæ annuatim ſoluitur, ſed ius illum percipiendi.*

9 *Ius percipiendi Cenſum eſt quid diuerſum à Cenſu, qui percipitur.*

10 *Venditio iurium eſt de iure permiſſa.*

11 *Cenſus alter materialis, alter formalis.*

12 *Cenſus in venditione non materialis, ſed formalis venditur.*

13 *Cenſus dominus, quod licitè percipiat ex reditu tractu temporis, plus, quam expedit in illius emptione permittitur, & quare.*

14 *Cap. Nauiganti, ext. de vſur. Intellectus.*

16 *Incertitudo rei, vitiat contractum venditionis.*

17 *Cenſus vt licitè vendatur debet eſſe impoſitus ab antiquo, ſecundum aliquos.*

18 *Contraria ſententia, quod poſſit eodem tempore conſtitui, & vendi verior eſt, & communis.*

19 *Et ita obſeruat communis praxis.*

20 *Quæ ab initio ſunt nulli tractu temporis, non conualeſcunt.*

21 *Cenſus vendi poteſt non ſolum ab eo, qui illum impoſuit, verum etiam ab eo, qui eſt effectus illius dominus.*
Dummodo in venditione non adijciantur certa pacta illicita, ibidem.

Cenſus an alienari poſſit titulo venditionis, & an Cenſus de nouo creatus.

ARTICVLVS SECVNDVS.

AN Cenſus noſter poſſit titulo emptionis, & venditionis acquiri, & alienari non benè inter ſe conueniunt Scribentes.
1 Nam † *Couar. Var. Reſolut. lib. 3. cap. 7. num. 3. verſ. quarto*, videtur fuiſſe in ea opinione, quod Cenſus iſte non poſſit per cõtractum venditionis in alium transferri. mouetur Pri-
2 mò, quia non † poteſt dici emptio, & venditio, vbi præter contrahentium conſenſum, non reperitur res, quæ venditur, & pretium quod ſoluitur, *l. 1. C. de contrah. empt. l. fin. C. de fund. patrimol. lib. 10. Fabian. de Monte, in ſuo tract. de empt. & vendit. quæſt. 5. num. 1. & num. 72.* Et hac ratione quod Cenſus vendi non poſſit vbi non adeſt pretium, ſenſit *Rota in vna Eugubina ſeu Peruſina Cenſus, coram b. m. Cardinali Blanchetto, 24. Maij, 1596. quæ eſt poſt tract. decis. 115. num. 1. & 2.* in hoc autem contractu cenſuali licet poſſit conſiderari pretiũ, videtur tamen deeſſe res, quæ venditur, quoniã fundus ſuper quo Cenſus imponitur, & collocatur remanet quo ad dominium & proprietatem penes imponentem, vt dictum fuit *ſupra par. 1. cap. 1. quæſt. 1. art. 1. num. 21. & ſeqq.* Annua verò reſponſio, & annuus Cenſus qui ſoluitur cum conſiſtat in pecunia numerata nec emi, nec
3 vendi poteſt, quia † pecunia adinuenta fuit, vt per eam ceteræ res æſtimarentur, non vt ſit ſui ipſius æſtimatio, *l. 1. ff. de contrah. empt. l. 1. ff. de rer. permut.* merito, &c.

Secundò mouetur *Didac.* Quia certum eſt, quod emptor Cenſus tractu temporis eſt plus percepturus ex reditu empto, quàm ſit pretium, quod pro illo dat, id quod videtur illicitum, cum videatur
4 vendi tempus † contra diſpoſitionem *cap. Nauiganti, cap. conſuluit, cap. fin. ext. de vſur.* Alias rationes referunt *Doctores*, & maximè *Mich. Salon. in ſuo tractatu de contract. & commerc. human. in tit. de Cenſib. art. 3. controuerſ. 2.* & alij aliis in locis: Quas tamen referre omnes plus laboris, & tedij, quam vtilitatis afferret, & ideo illas miſſas facere volui. Cum con-
5 trariam opinionem nimirum † huiuſmodi Cẽſuum alienationes, & tranſlationes licitè fieri poſſe titulo emptionis, & venditionis declaratum fuerit Summorum Põtificum Conſtitutionib. tum *Mart. V. & Calix. III. in c. 1. et 2. de empt. et vẽd. inter Extrauag. communes.*

Digitized by Google

num. Nicol. V. Pij pariter V. & aliorum, & ſic magis
communiter receptum à Scribentibus, & ſignanter
ab *Oldr. conſ. 207. num. 2. & ſeq. Bal. conſ. 210. num. 9.
lib. 3.* vbi dicit emptiones iſtas annuorum redituum
non minus eſſe licitas, quam emptiones iurium per-
cipiendi annuos fructus ex aliquo fundo, eandem
ſententiam amplexi ſunt *Cravet. conſ. 217. num. 4.
lib. 2. Menoch. de Præſumpt. lib. 4. Præſumpt. 107. n. 11.
Ludou. Molina, in ſuo tract. de Contract. p. 2. diſput. 383.
num. 1. Federic. Martin. in ſuo tract. de iure Cenſu, cap. 3.
nu. 137. & ſeqq.* Quam ſententiam amplexus etiam
eſt *Ludou. Auend. de Cenſib. Hiſpan. c. 17. num. 1.* poſt
hæc ſcripta viſus, & alij cõmuniter. & ſit apud om-
nes gentes vſu confirmatum, cum experientia ipſa
demonſtret alienationes & tranſlationes huiuſmo-
di Cenſuum frequentius fieri titulo emptionis, &
6 venditionis, quam alio quocumque. & ideo † ex
iſta vti ex vera & reali venditione deberi gabellam,
voluerunt *Molina, d. tract. diſput. 384. num. 1. & per
tot. Surd. deciſ. 204. Felician. de Solis, in ſuis Commen-
tar. de Cenſib. tomo 1, lib. 2. cap. 6. num. 1. & tomo 2. eod.
lib. 2. & cap. 6. num. 1. Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann.
reditib. lib. 2. quæſt. 5. num. 7.* Quam concluſionem
ſequitur etiam *Ludouicus de Auend. d. tractatu cap.
93. num. 1.* vbi illam aliquot modis ampliat, & de-
clarat. qui alios allegat. Quæ gabella, vt id obi-
ter dicam; ſi per ſtatutum mandans illam ſolui non
exprimatur an ſit ſoluenda ab emptore, an verò à
venditore, ſoluẽda erit ab emptore ſi credimus *Bal.
in l. ſi prædium, col. 2. C. de ædil. action.* quem ſequitur
Roderic. d. quæſt. 4. num. 8. & communem dicit poſt
alios *Ioſ. Lud. deciſ. Peruſ. 113. num. 3. par. 2.* & com-
probatur ex eo quod dicit *Caſſan. ad conſuetud. Bur-
gund. tit. 11. Des Censes, §. 1. in tex. lots, num. 3.* Laude-
mium eſſe ſoluendum ab emptore. Contrarium ta-
men quo ad ſolutionem gabellæ quod non ſit fa-
cienda ab emptore ſolo, ſed ab vtroque æqualiter,
cum contractus emptionis, & venditionis gratia
vtriuſque celebratur nititur comprobare. *Cæpol. in
l. debet autem, num. 3. ff. de ædilit. edict.*

Redeundo autem ad rem noſtram tenendo ve-
ram & communem opinionem, quod Cenſus licitè
vendi & emi poſſit, non obſtant rationes ſupra ex
mente *Couar.* & aliorum partem negatiuam tenen-
tium allegatæ, quiã illis facili negotio reſpõdetur: &
7 Ad primam, quod † etiam in venditione annui
Cenſus reperitur res, quæ venditur, & pretium quod
ſoluitur, vt optimè deducit *Inn. in c. in ciuitate, nu. 2.
ext. de vſur. Oldr. d. conſ. 207. nu. 3. Guid. Pap. in tract.
de vſur. num. 28. Archiepiſc. Florent. in eod. tract. cap. 3.
§. 14. & ſeq. num. 132. & ſeq. Ludou. Molina, d. diſput.
383. num. 11.* & fatetur ipſemet *Couar. d. num. 3. verſ.
ſecundo hos annuos reditus, Mich. Salon. d. controuerſ. 2.
num. 6. verſ. ad quintum. Ioan. Azor. Inſtitut. Moral.
par. 3. lib. 10. cap. 4. in princ. Federic. Martin. d. cap. 3.
num. 39. & ſeq.*

Licet enim annuus Cenſus ſit ſoluendus, & præ-
8 ſtandus in pecunia numerata, non † tamen vendi-
tur ipſa pecunia, nec ille reditus annuus, qui perci-
pitur & leuatur, ſed ius percipiendi illum. *Decian.
conſ. 2. num. 179. lib. 1.* qui multos allegat *Leonard.
Leſſ. in ſuo tract. de Iuſtit. & iure, lib. 2. cap. 22. dubit. 3.
num. 14. Mich. Salon. d. tit. de Cenſib. art. 3. controuerſ. 1.
num. 3. Gregr. de Valent. Commentar. Theologic. tomo 3.
diſput. 5. quæſt. 22. de Cenſib. puncto 1. verſ. & hac cla-
riſſima ratione.* Et hanc ſententiam poſt hæc ſcripta
reperij firmaſſe etiam *Auendanum, d. tract. cap. 17.
num. 9. & ſeqq. & num. 19.* & maximè *num. 20.* &
voluit *Rota in vna Bononienſi Cenſus, 26. Iunij, 1600.
coram b. m. Cardinali Pamphilio, quæ eſt poſt Tract. De-
ciſ. 116. nu. 9. in illa Romana Cenſus, 30. Octobris, 1602.
coram Illuſtriſſimo Cardinali Mellino, quæ ibidem eſt de-
ciſ. 1. num. 2. & coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio,
5. Decembris, 1608. in illa Romana fideicommiſſi de Ia-
9 cobatijs, quæ eſt ibidem deciſ. 4. num. 5.* Quod † quidem
ius eſt quid diuerſum à pecunia, quæ in illius em-
ptionem erogatur. *Marian. Socin. ſen. in Rubr. ext. de
vſur. num. 103. circa med. verſ. nam in talibus contracti-
bus. Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 14. num. 35.
Conrad. de contract. lib. quæſt. 79. concluſ. 3. Couar. ſub d.
nu. 3. Sot. in tract. de Iuſtit. & iure, lib. 6. quæſt. 5. art. 1.
concluſ. 2. & in reſponſion. ad prim. argument. Decian. d.
conſ. 2. num. 179. verſ. præterea, lib. 1. Fernand. Rebell.
in ſuo tract. de obligation. Iuſtit. lib. 10. quæſt. 1. num. 5.
& 11. Ludou. Molina, d. diſput. 383. num. 11. Boninſign.
in ſuo tract. de Cenſib. c. 2. nu. 2. & c. 4. n. 5. Menoch.
d. Præſumpt. 107. ſub num. 11. lib. 4. Ludouic. Lopez, in
ſuo tract. de Contract. lib. 1. cap. 56. verſ. his tamen non
10 obſtantibus.* qui omnes vlterius † dicunt venditio-
nẽ dicti iuris eſſe licitam, & permiſſam, non ſecus ac
venditionem quorumcumque iurium, puta perci-
piendi tributum, percipiendi fructus ex fundo, &
ſimilia, *argum. l. neceſſario, §. fin. ff. de pericul. & com-
mod. rei vend. l. emptor nominis, ff. de hæred. vel action.
vendit. l. verti, C. eod. tit. l. Iubemus, C. de Sacroſ. Ec-
cleſ.* per quem *text.* hoc dicit *Bal. conſ. 154. num. 2.
lib. 2. & d. conſ. 210. num. 1. lib. 3.*
11 Cum enim † Cenſus ſit duplex, vnus formalis, id
eſt, ius percipiendi annuos reditus, alter materialis,
videlicet, ipſemet Cẽſus, & annuus reditus, qui per-
cipitur, & leuatur, vt docet *Conrad. in d. ſuo tract. de
Contract. q. 72. in prima ſuppoſit. verſ. dixi autem notan-
ter, Ludou. Molina, d. diſput. 383. num. 3. Paul. Comitol. è
Societate Ieſu, Reſponſor. Moral. lib. 3. quæſt. 14. num. 7.*
12 dum venditur † Cenſus non venit in venditione
Cenſus materialis, id eſt, ipſa pecunia, quæ ſoluitur,
nec fructus Cenſus, qui percipiuntur, ſed formalis
ſcilicet, ius percipiendi illos quod inhæret rei ſuper
qua Cenſus imponitur, vt dixit *Rota coram b. m. Car-
dinali Pamphilio, 26. Iunij, 1600. in illa Bononienſi
Cenſus, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 116. num. 9.* quod eſſe
quid immobile, & pro immobili reputari deduxi-
mus latè *ſupra par. 1. cap. 3. quæſt. 1. art. 2.*

Ad alterum verò reſpondetur ex mente *Inn. in d.
13 c. in ciuitate, ſub num. 2. de vſur.* quod † non debet
reputari inconueniens, nec illicitum quod emptor
Cenſus tractu temporis plus percipiat ex reditu an-
nuo, quam ſoluerit pro pretio illius, cum idem con-
tingere videamus in emptione aliarum rerum fru-
giferarum, vt conſiderat etiam *Paul. de Caſtro, conſ.
290. num. 4. verſ. quinto, lib. 1, Guido Papa, in ſuo tract.
de vſur. num. 31. verſ. nec obſtat. Sot. d. q. 5. art. 1. in re-
ſponſ. ad prim. argum. Felician. de Solis, d. tomo 1. lib. 1.
cap. 7. num. 3. poſt princ. verſ. in emptione namque. Mich.
Salon. d. controuerſ. 2. nu. 6. verſ. ad vltimum. Io. Azor.
d. lib. 10. cap. 4. quæſt. 3. ad fin. verſ. obijcies. Feder. Mar-
tin. d. cap. 3. num. 163.* Vltra quod in huiuſmodi em-
ptionibus multa poſſunt contingere incommoda

& damna, puta quod res ſuppoſitæ oneri Cenſus in totum vel pro parte pereat & conſequenter hoc ipſum ius quod emitur in totum vel pro parte extinguatur *ex Conſtitutionibus Martini V. Calixti III. & Pij V. Summorum Pontificum*, & aliis incommodis ſubiaceat, vt conſiderat *Fernand. Rebell. d. ſuo tract. de obligat. Iuſtit. lib.* 10. *quaſt.* 2. *num.* 3. propter quæ concludit reddi licitam venditionem talis iuris, etiam quod plus ſit allatura reditus, & fructuum quā ſit pretium, quod erogatur in illius emptionem.

14 Ad † *c. nauiganti* & alia iura in contrarium ponderata reſpondet *Laurent. de Rodulph. in ſuo tract. de vſur. par.* 2. *q.* 11. *num.* 43. quod in illis, ideo prohibetur ne merces vendantur carius ob dilatam ſolutionē pretij, quoniam pro illa ſumma pecuniarum, quæ vltra iuſtum & æquale pretium ſolui contingeret videretur vendi tempus, quod eſt omnino illicitum, & reprobatum: ſed in cōtractu Cenſus vtrumque eſt preſens, ſcilicet, ius conſequendi annuam reſponſionem, quod venditur, & pretium quod ſoluitur, & præſupponimus venditionem fieri iuſto & æquali pretio: ergo nō obſtantibus iis, quæ pro contraria parte ſupra fuerunt deducta, eſt recipienda concluſio, quod Cenſus noſter poſſit in alium transferri titulo emptionis & venditionis, & quod talis venditio ſit licita.

15 Debet † autem in dicta venditione de neceſſitate obſeruari, vt ius quod venditur ſit ad certam & claram reſponſionem. *Anch. conſ.* 30. *n.* 5. & 6. & fuit
16 dictum *ſup. p.* 1. *c.* 1. *q.* 4. *art.* 2. alioquin † ſicut rōne incertitudinis rei quæ venditur, quælibet venditio redditur nulla & inualida. *Doctor. in l.* 3. §. *Incertam, ff. de acquir. poſſeſſ. Pariſ. conſ.* 35. *num.* 11. & *conſ.* 59. *num.* 15. *lib.* 1. ita nulla redderetur impoſitio Cenſus ſi reditus & reſpōſio quæ ſingulis annis percipi debet eſſet incerta, *vt ibi diximus, nu.* 4. & *ſeqq.*

Retenta autem hac communi concluſione, quod Cenſus emi, & vendi poſſit. Reuocatum fuit in dubium per Scribentes, an hoc procedat tantum in Cenſu ab antiquo impoſito, & conſtituto, an verò validè vendi poſſit etiam Cenſus de nouo creatus tempore ipſius venditionis faciendæ.

17 Nam quod ſi Cenſus † eodem tempore conſtituatur & vendatur, venditio ſit inualida, & cōtractus illicitus celebretur, videtur ſentire *Caſtr. in d. conſ.* 290. *ſub num.* 4. *verſ. quinto fortius poſt med. lib.* 1. *Calcan. conſ.* 85. *num.* 9. & *ſub num.* 10. *Alciat. conſ.* 3. *num.* 9. & 18. *lib.* 1. *Sot. d. quaſt.* 5. *art.* 1. & alij relati à *Deciano d. conſ.* 2. *num.* 30. *lib.* 10. Eo enim caſu videtur maior ſubeſſe ſuſpicio vſurarum, quam quando venditur Cenſus ab antiquo impoſitus: vbi enim eodem tempore creatur & venditur Cenſus; Venditor nihil tradit emptori, ſed videtur quod dūtaxat remaneat obligatus ad ſoluendum pro fructibus pecuniarum ipſam pecuniam; ſed quando venditur Cenſus ab antiquo conſtitutus venditor transfert ad emptorem ius exigendi illum & cedendo illud ius liberatur, nec vlterius ſoluit quid pro ſorte à ſe recepta: merito, &c.

18 Ceterum † magis communiter Scribētes contrariam ſententiam amplectūtur *Anch. d. conſ.* 30. *nu.* 5. *Archiepiſc. Florent. in d. ſuo tract. de vſur. cap.* 3. §. 14. *num.* 27. *Marian. Soc. in d. Rubr. de vſur. num.* 103. *circa med. verſ. ego arbitror. Natta, conſ.* 341. *num.* 1. *Cacheran. deciſ. Pedem.* 95. *num.* 7. *Conrad. d. tract. de contract. q.* 79. *in* 8. *concluſ. Couar. d. cap.* 7. *num.* 3. *verſ. ceterum; Foller. in ſua Pract. Cenſuali, in verbo, huiuſmodi, nu.* 65. *Cagnol. ad leg.* 2. *ſub num.* 50. *verſ. pro opinione prima, in fine, C. de pact. int. emptor. & vendit. Bon. in d. tract. de Cenſib. art.* 6. *ſub num.* 18. *verſ. qui annui Cenſus,* & *art.* 22. *num.* 47. *Menoch. d. Præſumpt.* 107. *num.* 1. *Boccacio in ſuo tract. de Cenſib. par.* 2. *nu.* 85. *Boninſign. eod. tract. cap.* 2. *num.* 5. *verſ. quapropter,* & *num. ſeq. Vrſill. ad Affl. deciſ.* 80. *num.* 2. *Ludouic. Lopez. in ſuo tract. de contract. lib.* 1. *cap.* 57. *verſ. his præmiſſis,* & de communi teſtatur *Decian. d. conſ.* 2. *num.* 178. *lib.* 1. *Fernand. Rebell. d. ſuo tract. de obligat. Iuſtit. lib.* 10. *q.* 2. *num.* 4. *verſ. denique non poterunt; Leonard. Leſſ. in ſuo tract. de Iuſtit. & iure, lib.* 2. *cap.* 22. *dubitat.* 4. *num.* 15. vbi hoc comprobat, *Mich. Salon. d. tit. de Cenſib. art.* 3. *controuerſ.* 2. *num.* 6. *verſ. quinto ſatentur* & *verſ. ſeq. Io. Azor. d. lib.* 10. *cap.* 4. *in fine*, vbi multos citat & teſtatur hanc opinionem eſſe veriſſimam; *Gregor. de Valent. in commentar. Theologicor. tomo* 3. *diſput.* 5. *q.* 22. *de Cenſib. puncto* 3. *verſ.* & hac clariſſima ratione.

Qui ferè omnes affirmant non poſſe reddi probabilem rationē diuerſitatis quo ad hunc effectum permiſſæ alienationis inter Cenſum antiquum, & Cenſum de recenti conſtitutum, vt dicit *Decian. d. n.* 178. qui *de communi* teſtatur, quidquid aliter dixerit ibi *n. nu.* 30. pro ratione dubitandi. & ita ex communi
19 Praxi obſeruari aſſerūt, prout † re vera communis Praxis Vrbis & orbis obſeruat, vt in ipſo veſtibulo cōtractus venditionis Cenſus præcedat illius creatio, & conſtitutio, & ſtatim ſequatur venditio.

Quæ opinio videtur comprobari poſſe, quoniam eo ipſo quod Cenſus eſt creatus, & conſtitutus incipit inter immobilia connumerari, & ideo tanquam rem immobilem ſtatim vendi poſſe dicendum & ſentiendum eſt.

Præterea ſi non poſſet vendi niſi Cenſus ab antiquo impoſitus nulla aut certe rara Cenſuum venditio eſſet licita cum ſatis ſit veriſimile etiam Cēſuum antiquorum primam venditionem fuiſſe factam de Cenſu eo tempore creato, & conſtituto, & ſic, vt tenentes negatiuam opinionem prætendūt, nulliter, & ex curſu temporis præfata venditio non potuiſſet
20 reddi licita, & valida; nam quæ † ab initio nulla ſunt ſolo temporis tractu non conualeſcunt, *l. quod initio, ff. de reg. iur.* cum ſimil.

Cum aūt vendi poſſit Cenſus, vt ſupra concluſum
21 fuit, hoc licere debet † nō ſolum ei qui Cēſum conſtituit & impoſuit, verum ēt eis qui Cenſum ab alio conſtitutū, iuſto titulo acquiſiuit, dūmodo illum ſimpliciter, & abſolutè vendat; ſecus aūt ſi vēditio eſſet facienda in certū tempus, vel ad vitam ipſius venditoris, vel emptoris, vt docet *Nauar. in ſuo commentar. de vſur. nu.* 112. Quem intelligendū eſſe exiſtimo, ſi tempore huius vēditionis inter emptorem & venditorem fieret pactum, quod venditor teneretur Cenſum illum intra certū tēpus redimere, quod pactum improbat *Nauar. d. tract. num.* 97. *Gloſ.* 16. ad quem locum ipſemet ſe refert, *d. num.* 112. ſecus autem ſi pactum non eſſet arctatiuum, ſed facultatiuum reponens redemptionem Cenſus in facultate venditoris, nam hoc pactum congruit diſpoſitioni *Pij V. in ſua Bulla de Cenſib.* & Nos dicemus *infra hoc eod. cap.* 1. *quaſt.* 3. *art.* 7.

ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLI TERTII

SVMMARIA.

1 *Venditio abſque pretio conſiſtere non poteſt.*
2 *Et illud debet eſſe certum.*
3 *Pretium Cenſus vendendi debet eſſe certum.*
Intellige de pretio huius, vel illius particularis Cenſus.
4 *Pretium Cenſus in genere ſumpti, quod non poſſit vniforme pro omnibus locis, & pro omni tempore conſtitui, volunt aliqui.*
Contrarium verius, num. 8. & ſeqq.
5 *Æſtimatio rei illa eſt iuſta, quæ valori illius ſecundum tempus præſens commenſuratur.*
6 *Pretia rerum variantur ex multis cauſis.*
7 *Cenſus æſtimari dēt habita ratione nō ſolum ad quātitatem reſpōſionis, ſed ēt ad ſecuritatem fundi ſubiugati.*
9 *In Cenſu non venditur res ſuppoſita, nec illius fructus, ſed ius percipiendi annuam reſponſionem corriſpondentem fructibus illius.*
11 *Pretium cenſus quod debeat eſſe vniforme pro omnibus locis, non expedit ſtatuere.*
12 *Cenſus debet æquare, vel ſaltem non exceedere fructus annuos rei ſubiugatæ.*
13 *Leges adaptantur ijs, quæ frequentius accidunt.*
14 *Occaſio peccandi eſt penitus amputanda.*
15 *Tutior via eſt eligenda in materia concernente peccatum, & fauorem animæ.*
16 *Periculum vbi eſt maius, ibi cautius eſt agendum.*
17 *Homines ſunt valdè proni ad committendum vſuras.*
18 *Quæ ſunt ſpeciali nota digna, niſi ſpecialiter notentur, cenſentur neglecta.*
19 *Bulla Pij V. ſuper Cenſib. in verſ. Rurſum, &c. Intellectus, & num. ſeq.*
21 *Pretij Cenſus taxatio, & conuentio videtur relinquenda arbitrio contrahentium.*

Pretium Cenſus debet eſſe certum.

ARTICVLVS TERTIVS.

FIRMAVIMVS in præcedenti articulo
poſſe Cenſum concedi & transferri in
alium etiam titulo emptionis & venditionis,
ſed quoniā in emptione, & ven-
1 ditione vnum ex ſubſtantialibus eſt † vt conueniatur
de pretio rei vendendæ, *l. 1. l. 2. l. pacta conuenta,*
ff. de contr. empt. l. empti fides. C. eod. tit. neceſſario vi-
dendum eſt de pretio Cenſus. In quo cum multæ
conſiderari poſſint qualitates, & circumſtantiæ, &
2 maximè quod ſit certum, † *l. hac venditio. §. 1. ff. de*
contr. empt. §. Pretiū, & ibi Gloſ. Inſtit. de empt. & ven-
3 *dit. Azo, in ſua Summa. C. eo.* quis † negauerit hoc re-
quiri etiam in venditione annui Cēſus? Quod non
obſcurè expreſſit *Pius V. in ſua Conſtitut. ſuper Cen-*
ſib. dum in *verſ. Declarantes* ſanciuit. *Pretium ſemel*
Cenſui conſtitutum numquam poſſe ob temporum, aut
contrahentium qualitatem, ſeu aliud accidens, nec quo ad
vltimo contrahentes minui, vel augeri.

Quæ concluſio reſpectu huius, vel illius particu-
laris Cenſus venditi procedit abſque difficultate,
ſed dubitatio eſſe poteſt de Cenſu in genere ſum-
pto, an ſcilicet, nullus Cenſus conſtitui, & vendi
poſſit niſi eodem certo, & taxato pretio, ita vt in
quocumque loco & quocumque tempore Cenſus
debeat vniformi, & æquali pretio diſtrahi. Quæ
dubitatio duas habet inſpectiones. Altera eſt, an
ſit poſſibile in contractu Cenſus conſtituere talem
pretij certitudinem, quæ ſemper & omni loco ſit
vniformis. Altera quatenus poſſit, an hoc expediat.

4 Quo ad primam, † quod non poſſit huiuſmodi
vniformitas pretij conſtitui, inde maximè videtur
5 affirmandum, quoniam † ad hoc, vt alicuius rei
iuſta habeatur æſtimatio, hoc in primis obſeruan-
dum eſt, vt commenſuretur valori ipſius rei ſecun-
dum tempus præſens in quo re ipſa venditur, & tra-
ditur, *l. in lege Falcidia, la quarta, in fine, ad leg. Falcid.*
per quem tex. *Soto, de Iuſtit. & iure, lib. 6. q. 4. art. 1.*
6 Cumque † rerum pretia non ſolum pro diuerſitate
locorum, ſed etiam temporum varictur, itemq. pro
copia, vel penuria ementium, aut vendētium, nec-
non mercium, & pecuniæ numeratæ, *l. pretia rerum,*
§. fin. & ibi not. Doctor. ff. eod. tit. ad leg. Falcid. conſe-
quenter ſequi videtur quod certa pretij Cenſus ta-
xatio fieri non poſſit etiam pro certo loco, & pro-
7 uincia, cum † maximè in contractu Cenſus æſtime-
tur non tantum quantitas Cenſus, & reſponſionis
quæ diſtrahitur, verum etiam ſtabilitas, & firmitas
rerum ſuper quarum fructibus conſtituitur, vt ani-
maduertit *Sot. d. lib. 6. q. 5. art. 2. verſ. de pretio autem.*
quibus addi poteſt, quod cum diuerſarum rerum
licet alioquin eiuſdem ſint valoris, impares ſint fru-
ctus, vt experientia ipſa docet: quomodo fieri po-
teſt vt pro omnibus Cenſibus generaliter, & indi-
ſtinctè certum, & vniforme pretium præſcribatur,
in quacumque re illi collocentur & conſtituantur?
& hanc ſententiam amplexus fuit *Federic. Martin.*
in ſuo tract. de iure cenſuali, cap. 5. num. 10.

8 Ceterum † re diligentius perpenſa cōtraria ſen-
tentia mihi verior viſa fuit hac potiſſimum ratione.
9 Quia † cum in contractu Cenſus non vendatur res
ipſa cenſita, nec illius fructus, ſed ius percipiēdi an-
nuam reſponſionem correſpondētem fructibus rei,
quæ Cenſui ſubiicitur, vel ſaltem illis nō minorem.
Io. Bapt. Lup. ad leg. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.
comment. 2. §. 2. nu. 80. & ſeqq. & nos diximus *ſupra*
par. 1. c. 3. q. 2. art. 4. per tot. & ſignanter *nu. 6. Ludouic.*
Velazquez de Auend. de Cenſib. Hiſpan. cap. 17. num 9.
& ſeqq. & ſignanter *num.* 19. & 20. licet propter ra-
tiones ſupra in cōtrarium allegatas non poſſit con-
ſtitui, & taxari certum & vniforme pretium rebus
ſuper quibus imponendus eſt Cenſus, nec illarum
10 fructibus, non † tamen video quid repugnet, quin
licitè ſtatui & decerni valeat, ne ius percipiendi an-
nuum Cenſum & annuam reſponſionem legitimè
conſtitutam ſuper re certa immobili, & frugifera,
vendatur ſemper & vbique eodem certo, & vnifor-
me pretio, puta ad rationem ſeptem, aut octo pro
quolibet centenario & anno, cum ius iſtud non
ſubiaceat variationi pretij rerum ſubiugatarum,
vel illarum fructuum.

Sed maior eſt difficultas circa ſecundam inſpe-
ctionem an expediat huiuſmodi pretij Cenſus vni-
formem, certam & æqualem ſummam præfigere,
11 ſtatuere, & taxare. In qua † pars negatiua videtur
tenenda: licet enim in quibuſdam regionibus ſta-
tutum, & decretum reperiatur ne annuales Cenſus
certam ſummam excedant, & maximè in Hiſpania,

& quibuſdam aliis prouinciis, vt refert *Nauar. in ſuo Commentar. de vſur. num.* 104. & alij alibi, experientia tamen ipſa docemur, quod huiuſmodi taxatio cedit in præiudicium eorum, qui ſimiles Cenſus vendunt: nam in iis locis non reperiuntur qui velint Cenſus hos emere viliori pretio, vt contingit in locis vbi vſu recepta eſt *Bulla Nicol. V.* qua permiſſum fuit vt annualis Cenſus conſtitui & vendi poſſit ad rationem decimæ partis ſortis principalis, ſeu pretij illius, & ſic ad rationem decem pro quolibet centenario & anno.

At in aliis locis, vbi dicta Bulla, vel aliæ Principum Leges, & Conſtitutiones certum annui Cenſus pretium non conſtituerunt reperiuntur pecuniæ ad Cenſum ad rationem quinque, ſex, ſeptem, vel octo pro ſingulo cẽtenario & anno. Vnde apparet quod hæc pretij Cenſus taxatio cedit in certum damnum vendere volentium, & propterea huiuſmodi taxationes pretij non eſſe expedientes, dicebat *Nauar. in ſuo Manuali Confeſſor. cap. 23. num.* 88.

12 Præterea cum † annuæ præſtationes Cenſuales
debeant æquare, vel ſaltem non excedere fructus
annuos, qui percipi poſſunt ex bonis, quæ Cenſui
ſubiiciuntur, vt diximus paulò ſuperius, ſequitur
quod ex taxatione pretij poſſit contingere quod reſponſio annualis futura ſit maior annuo dictorum
bonorum reditu, id quod in materia ſuſpecta vide-
13 tur omnino cauendum. Licet enim † leges adaptari debeant ad ea, quæ ſępius accidunt, non autem
reſpicere ſoleant ea, quæ raro euenire ſolent, & ca-
14 ſus inſolitos, *l. nam ad ea, ff. de legib.* In materia † autem concernente peccatum omnis peccandi anſa,
& materia eſt penitus tollenda, & fauore animæ
actus indifferens de quo poteſt eſſe dubium, an ſit
vſurarius, vel non, debet vſurarius reputari, cum
15 † tutior via ſit eligenda, *c. ineminitate, in fine, & ibi*
not. omnes, ext. de vſur. quia ſi talis actus dubius habeatur pro licito conſulitur bonis, ſi verò habeatur
pro vſurario cõſulitur animæ, vt dicit *Decian. conſ.* 2.
16 *num. 56. lib. 1.* & vbi † maius eſt periculum ibi eſt
cautius agendum, *c. vbi periculum. & ibi Scribent. de*
elect. in 6. in hoc autem contractu cenſuali facile
17 poſſe vſuram committi, & ad eam † committendam valde eſſe pronos homines, ſatis colligitur ex *Proœm. Bullæ Pij V. ſuper Cenſib.* & licet tam graui morbo, lętiferoq. veneno ſalutari antidoto mederi volens idem Sanctiſſimus Pontifex certam formam huic contractui cenſuali pręſcripſerit, certaſq. leges in eo celebrando ſeruandas ſub certa pœna decreuerit, nihil tamen circa certitudinem, & vniformitatem pretij edixit, ſed dumtaxat ſuper illius iuſtitia & numeratione in *verſ. Rurſum niſi vere, &c.* Vnde non obſcure nobis demonſtrauit non fore expediens certum, & vniforme pretium Cenſus pro omni loco, & pro omni tempore definire, & taxare. Non eſt enim veriſimile, quod ille oculatiſſimus, & vigilantiſſimus Paſtor, & Legumlator fuiſſet prętermiſſurus articulũ adeo notabilem & neceſſarium, *argum. tex. in l. item apud Labeonem, 15. §. ait Prætor.*
18 ibi: *ea † enim quæ notabiliter fiunt niſi ſpecialiter notentur videntur quaſi neglectu, ff. de iniur.*

Cui concluſioni non obſtat eadẽ *Conſtitutio Pij V. ad fin. verſ. Declarantes pretium.* cuius verba retulimus *ſupra in princ. huius art. num. 3.* Quoniam *ibi*
19 *Pius V.* † non intellexit de pretio vniuerſali conſtituto Cenſui in omni loco, ſed de pretio, quo venditus fuit Cenſus aliquis particularis, & ſic in terminis concluſionis factæ in *princ. huius art. d. num. 3.*
20 quod quidem † pretium, vt id obiter dicam, prohibuit augeri vel minui reſpectu redemptionis eiuſdem Cenſus per venditorem ipſum faciendæ, vt ſcilicet emptor illius, dum eundem Cenſum reuendit non poſſit augere pretium ſemel conſtitutum, nec venditor dum illum redimit poſſit prætendere velle illum viliori pretio redimere. Non autem quin dominus Cenſus poſſit Cenſum per ſe acquiſitum alteri vendere minori, vel maiori pretio, prout inter contrahentes conuentum fuerit vt per bonas rationes intelligit *Nauar. d. ſuo tract. de vſur. num.* 122. ſequitur & confirmat *Thom. Boninſign. in ſuo tract. de Cenſib. cap. 18. num. 1. & 2.* licet in hoc aliter ſentire videatur *Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 2. c. 1. num. 43.*

21 Quamobrem, vt ad rem noſtram redeamus, † videtur non expedire certum, & vniforme pretium Cenſus præfigere, & taxare, ſed potius hoc relinquendum facultati & arbitrio ipſorum contrahentium vt inter ſe conueniant de pretio ipſius Cẽſus, quemadmodum in aliarũ rerum emptionibus obſeruari, vbi à Principe pretium certum cõſtitutum non fuit, docet *Nauar. in ſuo Manuali Confeſſor. d. c. 23. num. 78. & ſeq. & in d. tract. de vſur. d. num.* 122. quod fuit de mente *Martini V. & Calixti III. in eorum Extrauag.* regiſtratis *in c. 1. & 2. de empt. & vendit. inter Extrau. commun.* nec fuit à *Pio V. in d. ſua Bulla* immutatum.

ARTICVLI QVARTI

SVMMARIA.

1 *Pretium Cenſus debet eſſe iuſtum.*
2 *Aliàs contractus eſſet fœneratitius.*
3 *Pretium Cenſus in locis vbi reperitur per leges taxatum, eſt iuſtum etiam in foro conſcientiæ.*
4 *Iuſtum pretium Cenſus quale ſit varia ſunt Doctorum opiniones.*
5 *Pretium iuſtum Cenſus quod ſit ad rationem decem pro quolibet centenario & anno, volunt aliqui.*
Alij quod iuſtum pretium ſit illud quod in viginti annis æquat ſortem principalem, num. 7.
6 *Pretium iuſtum rei immobilis frugiferæ eſt quod reſpondet illius fructibus viginti annorum.*
8 *Iuſtum pretium Cenſus, ſecundum aliquos, eſt id, quod reſpondet iuſto valori rei ſubijciendæ.*
Hæc tamen opinio repellitur, num. 11. & ſeqq.
9 *Æſtimatio alicuius prædij fieri poteſt multis modis.*
10 *Æſtimatio rei frugiferæ debet fieri habito reſpectu ad illius annuos fructus.*
12 *Onus inhærens rei æſtimandæ, eſt pars pretij illius.*
13 *Cenſus emi poteſt vilius ob pactum reuendendi, quod habet annexum.*
14 *Cenſus pretium quale ſit iuſtum non eſt nec de iure, nec ex Pontificum Conſtitutionibus taxatum.*
Limitatur in Cenſu conſtituto ſuper bonis Vniuerſitatum Status Eccleſiaſtici, vel in quibus ipſæ Vniuerſitates ſunt obligatæ, num. 24.

15 Pro

15 *Pro habẽda declaratione quale ſit iuſtum pretium Cenſus adeundus eſt Princeps.*
16 *Pretium iuſtum Cenſus illud dicitur quod in regione receptum eſt, & vſu frequentatur.*
17 *Intellige dummodo non excedat decem pro quolibet centenario & anno, ſecundum Boccacc.*
Sed hæc limitatio repellitur, num. 19. & ſeq.
18 *Cenſus quòd vendi non poſſit minori pretio quàm ad rationem decem pro centenario, volunt aliqui.*
Contrarium Auctor, num. 20. & ſeq.
19 *Pretia rerum variantur ex variatione locorum, & temporum, & ex alijs circumſtantijs.*
20 *Pretium Cenſus variari poteſt ex varijs circumſtãtijs.*
21 *Remed. l. 2. C. de reſcind. vendit. non habet locum in venditione annui Cenſus.*
Sed debet agi de nullitate contractus, num. 23.
22 *Remed. l. 2. C. de reſcind. vendit. non habet locum vbi pretium rei venditæ eſt certum, & determinatum, ſed tantum vbi eſt arbitrarium.*

Pretium Cenſus debet eſſe iuſtum, & in quo conſiſtat illius Iuſtitia.

ARTICVLVS QVARTVS.

1 QVOD † pretium erogandum in emptionem Cenſus debeat eſſe iuſtum expreſsè ſanciuit *Pius V. in ſua Bulla ſuper Cenſib. verſ. Rurſum niſi verò in pecunia numerata.* ibi *iuſtoq. pretio, &c.* & omnes
admittunt. *Natta conſ. 498. num. 10. lib. 3. Ioan. Bapt. Lup. ad l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. commen. 2. §. 2. num. 72. Soto, in ſuo tract. de iuſtit. & iure, lib. 6. q. 5.*
2 *art. 2.* alias † contractus cenſendus eſſet feneratitius
ſtante maxime pacto de redimendo. *Calcan. conſ. 85. num. 10.* & ſatis clarè expreſſit *Pius V. in d. ſua Conſtitutione.*

Sed difficultas verſatur in declarãdo in quonam
conſiſtat Iuſtitia huius pretij. Et cum in aliquibus
Regionibus per particulares leges fuerit conſtitutum & definitum huiuſmodi pretium, vt animaduertunt *DD.* & ſignanter *Auend. in d. ſuo tract. de*
3 *Cenſib. Hiſpan. c. 32. per tot.* non † poteſt in dubium
reuocari, quin in illis regionibus ſit iuſtum pretium
& ſeruandum etiã in foro conſcientiæ, vt poſt multos dicit *Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann. reddit. lib. 1. q. 6. num. 2. Ludou. Auend. d. c. 32. num. 9.* Vnde difficultas reſtringenda eſt reſpectu illorum locorum
in quibus non reperitur facta huiuſmodi pretij declaratio, & taxatio quale dicatur huius Cenſus iu-
4 ſtum pretium. Circa † quod variæ fuerunt Scribentium opiniones, vt videre eſt apud *Tiraq. de Retract. Lignag. §. 1. Gloſ. 6. num. 17. & ſeqq. Foller. in ſua Pract. Cenſuali, in verbo, Dummodo, n. 1. Boccacc. in ſuo tract. de Cenſib. par. 3. num. 50. Io. Bapt. Lup. d. §. 2. num. 74. & ſeq. Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 2. cap. 1. num. 15. & ſeqq. Fernand. Rebell. in ſuo tract. de obligat. Iuſtit. lib. 10. q. 5. per tot. Leonard. Leſſ. in ſuo tract. de Iuſtit. & iure, lib. 2. cap. 22. dubitat. 14. num. 102. & ſeqq. Mich. Salon. in ſuo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de Cenſib. art. 3. controu. 9. Io. Azor. Inſtitut. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 8. q. 4. Paul. Comitol. è Societate Ieſu, Reſponſor. Moral. lib. 3. q. 28. per tot. Feder. Martin. in ſuo tract. de iure cenſu. cap. 5. vſque ad num. 21. Roderic. d. q. 6. per tot. Andr. Facchin. Controuer. iur. lib. 2. cap. 43. Nicol. Intrigliol.* poſt hæc ſcripta viſus, *ſuper Bulla de Cenſib. quæſt. 45. per tot.* &
alios paſſim.

5 Aliqui † enim ſenſerunt iuſtum pretium Cenſus
eſſe poſſe vſque ad rationem decem pro centenario & anno quolibet, vt ex *Bal. & Pau. de Caſt.* dicit *Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 8. nu. 24. Teſſaur. deciſ. Pedem. 154. num. 1. Tiber. Decian. conſ. 2. nu. 77. lib. 1.* refert alios *Natta, conſ. 498. num. 10. lib. 3. Ioan. Bapt. Lup. d. §. 2. num. 74. Facchin. d. cap. 43. verſ. Iuſtum eſſe pretium, Federic. Martin. d. cap. 5. num. 2.* & in Regno Siciliæ declarauit *Nicol.* huius nominis *Papa V.* per ſuam particularem *Conſtitutionem,* quã fuit pleniſſimè commentatus *Foller. in ſua Pract. Cenſuali, & ibid.* ipſemet not. *in verbo, Dummodo, num. 1. in fine,* & hæc opinio non diſplicuit *Rota coram b. m. Orano, 13. Nouembris, 1589. in vna Forolinienſi Cenſus, quæ eſt poſt Tract. deciſ. 117. num. 8. in fine, & coram b. m. Cardin. Pamphilio, 9. Iunij. 1604. in illa Aſſiſienſi Cenſus, quæ eſt ibidem deciſ. 17. num. 4.* & eandem opinionem
comprobauit *Farinacc. conſ. 54. num. 22. lib. 1. in criminal. Tiraq. d. Gloſ. 6. num. 17. & 19. ad finem. Surd. conſ. 162. num. 34. lib. 2.* Hanc tamen ſententiam multorum auctoritate improbat & reprehendit *Menoch. conſ. 445. num. 11. lib. 5.* vbi *num. 19.* reſpondet rationibus contrarium ſentientium. Alij itaque fue-
6 runt in ſententia, quod ſicut † in emptione & venditione aliarum rerum immobilium frugiferarum
iuſtus valor, & pretium dicitur, quando in viginti
annis illarum fructus æquat ſortem, & quod reſpondet fructibus illarum viginti annorum, *argum. §. ſi verò. & ibi Gloſ. auth. de reb. eccleſ. non alienan. Natta, conſ. 341. num. 10. Crau. conſ. 940. num. 7. lib. 5. Couar. Var. reſolut. lib. 3. c. 9. num. 5. Tiraq. d. Gloſ. 6. num. 19. Ari. Pinel. ad l. 2. C. de reſcind. vendit. par. 3. c. 4. nu. 29. Rota Genuenſ. deciſ. 194. num. 4. Vinc. in tract. de locat. & conduct. par. 1. in tit. de reſcind. locat. num. 5. verſic. Tertia eſt, Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 65. nu. 14. par. 2.*
7 Ita etiam † in venditione annui Cẽſus iuſtum illius
pretium ſit quod in viginti annis æquat ſortẽ principalem, & ſic ad rationem quinque pro quolibet
centenario, & anno, vt refert *Felician. d. c. 1. nu. 16. Io. Bapt. Lup. d. §. 2. nu. 77. Facchin. d. c. 43. verſ. Tertia. Andr. Gail. Practic. Obſeruat. lib. 2. obſeruat. 7. num. 15.* vbi refert ita fuiſſe per *Carolum V. Imperatorem* taxatum, *& Bernad. Greu. ad ipſum d. Obſeruat. 7. conſiderat. 1. de requiſit. 4. num. 14. Federic. Martin. d. c. 5. num. 6. verſ. quinta, Tiraq. d. Gloſ. 6. num. 18.* Et hanc ſententiam receptiſſimam profitetur, & latè comprobat *Auend. d. tract. cap. 31.*

Hęc autem opinio licet quo ad alia bona ſtabilia fructifera magis communiter recipiatur, attamen quoad annuos Cenſus non fuit vſu recepta, cum quotidie videamus Cenſus vendi ad rõnem ſeptem, & octo pro quolibet cẽtenario & anno, cuius differentiæ multarum reddit rationes *Steph. Gratian.* poſt hæc ſcripta viſus, *Diſcept. Forenſ. tomo 3. c. 545. nu. 17.*

Et propterea nonnulli ſenſerunt, quod iuſtum
8 † illius Cenſus pretium ſit id quod reſpondet pretio prædij ſuper quo Cenſus conſtituendus & collocandus eſt. ita viſus eſt ſentire *Innoc. in c. ciuitate, ſub num. 2. ext. de vſur. Calcan. conſ. 84. num. 1. Alciat. conſ. 3. num. 15. & 19. lib. 1. Facchin. d. cap. 43. verſ. ſexta,*

ſexta, Menoch.d.conſ.445.num.10. lib.5.Federic.Marſ. d.cap.5. num.6. verſ. ſexta, Io.Bapt.Lup. d.§.2.nu.79.

9 Iſta autem † fundi cenſiti æſtimatio licet multis modis haberi poſſit, teſte *Abb.in c.in cauſa, num.3. ext.de teſtib. Augel.Aret.in §.ſi quis agens, nu.1.& 2. Inſtit.de act.* latiſſimè *Maſcard.in ſuo tract.de Probat. vol.1. concluſ.650. & ſeqq.* Omnes tamen in hoc conueniunt, quod quomodocumque æſtimatio fiat
10 debeat fieri † habito reſpectu ad fructus & reditus, qui ex re æſtimanda ſingulis annis percipi poſſunt, *l.ſi fundus, in princ. ff.de reb.eor. l.ſi quos, C.de reſcind.vendit. l.ſi fundum.94. ff. de leg.1. Foller. d.verbo, Dummodo, num.17.*

11 Hæc tamen † opinio nõ videtur recipienda, tum quia Conſtitotiones Pontificiæ de materia Cenſus loquentes non pretium & valorem rei ſubiugandæ, ſed illins fructus conſiderant: tum quia in annuo Cenſu non emitur res ipſa ſubiuganda, nec illius fructus, ſed ius exigendi annuum reditum ſuper illa ratione fructuum impoſitum & conſtitutum, vt *ſupra* ſepius fuit dictum, & ſignanter *par.1. cap.1. q.3. art.2. num.3.* tum demum, quia verus rei valor diminuitur, ſi alicui oneri ſit obnoxia, cum dici ſoleat
12 † quod onus eſt pars pretij, *l.fundi partem ibi: ideo vilius fundum vendidiſti: & ibi not. Gloſ.in d.verbo, vendidiſti, & Bal.& Salic.ff.de contr.empt.* eum aliis apud *Tiraq. de Retractu conuent. in Præfat. num.21. verſ.&*
13 *ſemper.* qua ratione † ipſummet Cenſum ob pactum de retrouendendo ad libitum venditoris ex *Bulla Pij V.* de neceſſitate in illius venditione apponendum, vilius emi poſſe dicebat. *Caſſan.conſ.63.num.1. Bor.in ſuo tract.de Cenſib. art.81. num.114. Boninſign. in eod.ſuo tract.cap.4. num.11.& cap.5.num.10.& ſeq.* & poſt alios; quos allegat *Mart. Bonacin. de contract. diſp.3. q.4. puncto vnico, num.7. & Sigiſmund. Scacc. in tract.de Commer. §.1. q.7. par.2. ampl.8.* poſt hæc ſcripta viſi. Vnde non videtur quod in Cenſus impoſitione poſſit, nec debeat haberi ratio veri valoris, & pretij rei ſubiugandæ.

14 Ceterum in tanta Scribentium varietate † cum nec de iure, nec per Pontificum ſanctiones reperiatur defioitum quale ſit iuſtum iſtius Cẽſus pretium & valor, vt dicit *Nauar.in d.ſuo comment.de vſur.num. 138. verſ. decimumoctauum,* Ego dicerem vel eſſe
15 recurrẽdum † ad Principem pro declaratione quale debeat eſſe huius Cenſus pretium, vt admonet *Ripa, lib.1. Reſponſor, in tit. de conſtit. reſponſ.14 num.3.*
16 *& ſeqq.* vel † eſſe ſeruandam conſuetudinem Regionis, in qua Cenſus conſtituẽdus, & diſtrahendus eſt: hæc enim cuiuſlibet rei iuſtum pretium ſolet definire, & præſcribere, *arg.l.pretia rerum, ff.ad leg.Falcid.* vt ſenſit *Couar.Var. Reſolut. lib.3. cap.10.num.2. Bon. d.tract. art.8. num.24.* & alij relati à *Boccacc. d. tract. de Cenſib. par.1. num.35.& par.2. num.50. Federic. Martin.d.cap.5.num.9. Boninſign.d.tract.de Cenſib. cap.5. num.14. Stephan.Gratian.* qui alios allegat *Diſcept.Forenſ.tomo 1. cap.141. num.27.& ſeqq. Felician.de Solis, dd. ſuis Commentar. de Cenſ. tomo 1. lib.2. cap.1. num.15. verſ. conſuetudine vero,* & non videtur improbare *Nauar.d.tract.de vſur.num.104. verſ. vnde quamuis, & nu.138. verſ.decimumoctauum,* ibi: *tum quia pro varietate;* nec videtur diſſentire *Gregor. de Valent. Commentar. Theologic. tomo 3. diſput.5. q.22. de Cenſib. puncto 5. verſ. concluſio ſecunda, & Io.Franc. Leonis, in ſuo Theſauro fori Eccleſiaſt. par.1. cap.15. de Cenſib. num.12. & ſeqq.* & fuit dictum in *Rota coram b.m. Oruno, 17. Nouembris, 1589 in illa Foroliuienſi Cenſus, quæ eſt poſt Tract. Deciſ.117. num.9.& in illa Aſſiſienſi Cenſus coram b.m. Pãph.lio, 9. Iuny, 1604. quæ eſt ibidem deciſ.17. ſub num.3. verſ. minus obſtat.*

17 Et licet † *Boccacc. d.par.1. num.35.* hoc reſtringat dummodo talis conſuetudo nõ excedat, decem pro quolibet centenario & anno, motus auctoritate *Extrauag. Nicol. V.* qui in Conſtitutione, quam edidit ſuper impoſitione & conſtitutione annuorum Cenſuum in Regno Siciliæ definiuit Cenſum poſſe conſtitui dummodo annualis Cenſus decimam partem annualis recepti; ſeu pretij Cenſus non excedat. Ex qua *Extrauag. Sigiſm. Scacc. d.q.7. p.2. ampl.10. nu.81.*
18 affirmabat † quòd Cenſus non poſſit vendi minori pretio, quàm ad rationem decem pro quolibet centenario, & anno; ita vt ſi minori ematur, contractus cenſualis non teneat; ea motus ratione, quia cum *Pius V. in ſua Bulla, de Cenſib.* nihil circa hoc diſponat, videatur reliquiſſe in ſuo robore, *dictam Nico-*
19 *lai V. Conſtitutionem.* Quia † tamen pretia rerum variantur pro varietate gentis terrarum & temporum, vel pro copia, & penuria ementium vel vendentium, aut mercium, vel pecuniæ numeratæ, vt *per tex.in l.pretia rerum, ff.ad leg.Falcid.* dicit in pro-
20 poſito *Nauar. d.tract. de vſur.num.104.* Ideo † non eſt inconueniens, quòd etiam pretium Cenſus variari poteſt, maximè ob maiorem, vel minorem ſecuritatem ementis, cum minori pretio ematur à diuite, quam à paupere & egeno, vt cõſiderat *Boccacc. d.tract. par.2. num.50.* vbi innuit Cenſum conſtitutum à paupere ſolere aliquando emi ad rationem decem vel vndecim pro centenario & anno. Et propterea hanc reſtrictionem non exiſtimo neceſſariam, ſed poſſe Cenſum imponi, & vendi maiori vel minori pretio, quàm decem pro quolibet centenario & anno.

21 Nec aliquid facit allegata *Extrauag. Nicolai V.* quia illa eſt cõſtitutio localis, & reſtricta ad Regna Siciliæ, citra & vltra Pharum, & ad loca in ea expreſſa & ſpecificata, vt colligitur ex pluribus illius partibus: non autem eſt Lex genaralis: vnde non poteſt ex ea deſumi regula generalis, quòd Cenſus non poſſit emi minori pretio, quam ad rationem decem pro quolibet centenario & anno. Et multò minùs, cùm habeamus *Conſtitutionem Martini V.* regiſtratam *in cap.1. de empt.& vendit. inter Extrauag. commun.* qua permittitur vt Cenſus conſtituatur & vendatur ad rationem & pro qualibet marca annui Cenſus, decem, vndecim, tredecim, & quatuordecim marcæ auri, aut plus vel minus, ſecundũ temporis qualitatem, prout ipſi contrahentes intra ſe conueoerint. Quam *Martinianam Conſtitut.* habere vim legis vniuerſalis, multorum auctoritate firmauimus *ſup. par.1. cap.1.& q.4. art.4. num.3.* Et propterea cum dicta Conſtitutio non ſit circa hoc immutata vel alterata per *Pium V. in d.ſua Bulla,* videtur concludendum quòd ſit relicta in ſuo robore, vt argumentabat *Scacc. d.nu.8. de Conſtitut. Nicolai V.* & conſequenter, quòd ex qualitate temporum, vel partium conuentione, & aliis circumſtantiis ſupra conſideratis, concedatur vt Cenſus conſtitui & vendi poſſit minori pretio, quam ad rationem decem

pro

pro quolibet centenario. Stat igitur cōcluſio, quod circa iuſtitiam vel iniuſtiam pretij, Cenſus non poſſit aliqua certa & determinata regula conſtitui; ſed ſeruandam eſſe conſuetudinem regionis; & certum & iuſtum Cenſus pretium eſſe illud, quod loci conſuetudine fuit receptum.

Vnde cum ex conſuetudine ſoleant vendi huiuſmodi Cenſus ad rationem ſeptem vel octo pro quolibet anno, & centenario, tale dicetur iuſtum illorum pretium.

Hinc obiter ſubnectēdum exiſtimaui inferri poſ-
21 ſe, quod † ſtante hac certa pretij Cenſus ex conſuetudine taxatione, ſi in contractu cenſuali incidat læſio vltra dimidium, puta quia vēdatur non iuſto, & communiter recepto pretio, ſed minori vltra dimidium non habebit locum diſpoſitio *l. 2. C. de re-*
22 *ſcind. vend.* quod † procedit dumtaxat in pretio arbitrario; non autem in pretio certo, vt dicit *Couar. d. lib. 3. Var. reſolut. c. 14. nu. 3. verſ. quod & ſi quis*, & ſequitur *Felician. in dd. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. cap. 3. num. 15. & Ludou. Auend. d. tract. c. 36.*
23 *num. 4.* Poterit † tamen eo caſu contractus argui de nullitate, vt bene firmat *Felician. d. lib. 1. cap. 9. num. 12. & lib. 2. c. 1. num. 23. & tomo 2. lib. 2. cap. 1. num. 1.* In quibus locis plures in vtramque partem allegat, & iſtam defendit, licet *d. nu. 1.* teſtetur contrariam eſſe vſu Forenſi receptam, quam confirmat *Auend. d. cap. 36. num. 14. & ſeqq.* Illud etiam prætereundum non exiſtimaui, quod licet regulariter, & certitudinariè non ſit taxatum pretium Cenſuum, hoc
24 † tamen fallit quo ad Cenſus impoſitos ſuper bonis Vniuerſitatum Status & ditionis S. R. E. Sedi Apoſtolicæ immediatè, vel mediatè ſubiectarum, vel in quibus dictæ Vniuerſitates ſunt obligatæ, quoniam iuſtus illorum valor & pretium fuit declaratum, & taxatum per *Clement.* huius nominis *Papam VIII.* ad rationem ſeptem pro quolibet centenario & anno, vt in eius *Bulla reductionis Cenſuum ſub Datum Romæ, prima Maij, 1592. eius Pontificatus anno primo*; cuius Conſtitutionis tenor de verbo ad verbum habetur *in principio huius noſtri Tract.*

ARTICVLI QVINTI

SVMMARIA.

1 *Pretium in emptione & venditione debet conueniri in pecunia numerata.*
2 *Solui tamen poteſt in qualibet ſpecie æſtimata.*
3 *Pretium rei dici poteſt quidquid pro eo datur.*
4 *Pretium Cenſus ex Bulla Pij V. debet conſiſtere in pecunia numerata.*
5 *Aliâs contractus eſt nullus, tam in foro fori, quàm in foro poli.*
6 *Etiam ſi conſiſtat in auro rudi, vel elaborato, non tamen excuſſo cauſa expendendi.*
7 *Et hoc eſt de natura contractus.*
Limitatur in Cenſu conſtituto ante Bullam Pij V. nu. 9.
Sed contraria opinio, quod procedat etiam in Cenſu impoſito ante dictam Bullam, eſt verior, nu. 10. & ſeqq.
Limit. 2. in Cenſu qui alienatur ſine interuentu pretij, num. 12.
Limit. 3. in Cenſu qui conſtituitur in caſu aſſignandæ dotis, num. 13.
8 *Contractus Cenſus non dicitur perfectus antequam ſolutum fuerit pretium in pecunia numerata.*
10 *Contractus Cenſus eſt magis ſuſpectus de vſura, quàm quilibet alius.*
11 *Pretium Cenſus conſtitui debere in pecunia numerata fuit pro forma introductum à Martino V. & Calixto III. ſecundum quorumdam ſententiam.*
14 *Cenſus pro cuius pretio datur in ſolutum quæuis res, eſt nullus.*
15 *Cenſus qui emitur per delegationem nominis debitoris, eſt nullus.*
16 *Cenſus pro cuius pretio dantur fructus aliorum Cenſuum non ſolutorum, eſt nullus.*
17 *Vſuræ vſurarum de iure non debentur.*
18 *Contractus celebratus non ſeruata forma, eſt nullus.*
19 *Emptor Cenſus venditi non ſeruata forma Bullæ Pij V. tenetur imputare in ſortem fructus perceptos.*
20 *Pecuniæ depoſitatæ ne poſſint leuari ſine conſenſu Titij, eo non conſentiēte non poſſunt erogari pro pretio Cēſus.*
21 *Cenſus conſtitutus vt detur venditori prædij loco pretij illius, eſt nullus.*
22 *Limitatur ſi ex inſtrumento venditionis prædij appareat illius pretium fuiſſe integraliter ſolutum.*
23 *Solutio momentanea ſi vtilitatem afferat, eſt conſiderabilis.*
24 *Solutio pretij prædij, & conſtitutio Cenſus, cum illius pretio, ſunt actus ſeparati.*
25 *Vendens prædium ſi ex illius pretio nulliter emat Cenſum ab emptore prædij, poteſt illius prædij fructus percipere.*
26 *Cenſus licitè emi poteſt dando in ſolutum verū creditū.*
27 *Contrarium defendit Felician. in terminis Bullæ Pij V.*
28 *Sed prior opinio placuit multis, & Auctori.*
Neque propterea contractus dici poteſt ſimulatus, num. 31. & ſequenti.
29 *Debitum ex vna cauſa poteſt de conſenſu partium conuerti, vt debeatur ex alia cauſa.*
30 *Actio vna aliquando occultatur celeritate coniungendarum actionum.*
32 *Simulatio non poteſt conſiderari vbi actus habet fomentum ex veritate præcedentis cauſæ.*
33 *Cenſus poſt Bullam Pij V. validè emi poſſe cum pecunia verè debita, voluit Surdus.*
34 *Contraria opinio placuit alijs, & Auctori, num. 35.*
Conciliantur opiniones, vt affirmatiua ſit vera in foro Poli, negatiua in foro Iudiciali, num. 37.
36 *Forma non poteſt impleri per æquipollens.*
38 *Emens Cenſum cum ſuo vero, & reali credito non eſt tutus in foro conſcientiæ ſimpliciter, & indiſtinctè, ſed cum diſtinctione, de qua ibi.*

Pretium Cenſus debet conſtitui in pecunia numerata.

ARTICVLVS QVINTVS.

QVOD pretium erogandum in emptionem annui reditus debeat conſtitui, & conueniri in pecunia numerata, non videtur quod poſſit in dubium reuocari, cum enim hęc non minus ſit ſpecies emptionis & venditionis, quam emptio & venditio quarumcumque aliarum rerum, vt deductum fuit
1 *ſupra hac ead. quæſt. art. 1.* quis dubitet † quin pretium

Digitized by Google

tium debeat conſiſtere in pecunia numerata, *l. 1. ff. de contr. empt. l. 1. ff. de rer. permut.* cum ſexcentis ſimilibus, *Ari. Pinel. ad Rubr. C. de reſcind. vendit. p. 2. cap. 1. num. 10. & ſeq.* Et licet contrariam ſententiam pluribus confirmare tenetur *Ludou. de Auend. in ſuo tract. de Cenſib. Hiſpan. cap. 37. num. 13. & ſeqq.* dicta tamen per ipſum non videtur adaptari poſſe ad deciſionem propoſitæ dubitationis: ipſe enim loquitur de Cenſibus Hiſpaniæ, vbi *Bulla Pij V. ſuper Cenſib.* fuit in hac parte vſu recepta, vt ipſemet profitetur, *ibi num. 23. & ſeqq.* & ſæpius in *d. ſuo tract.* non autem de Cenſu conſtituto & creato ad formã *d. Bulla Pij V.* de quo eſt diſputatio noſtra; vt colligi etiam poteſt ex nono fundamento, quod affert pro ſua opinione, *num. 21.* vbi concludit de Cenſu creato ſecundum ius diuinum & naturale. Cauendum tamen eſt ab eo, dum *d. cap. 37. num. 31.* negat pretij numerationem pro forma requiri à *Pio V. in dicta ſua Bulla*: nam contrarium firmauimus *infra num. 4.* & latius *hac ead. q. 1. art. 6. num. 11. & ſeqq.*

Dubium tamen eſſe poteſt, an ſicut in venditionibus aliarum rerum licet pretium ſit conuentum
2 in pecunia numerata, poteſt † tamen ſolui in quacumque alia ſpecie æſtimata, *l. pretij, C. de reſcind. vendit. Gloſ. in l. 2. § ſine pretio, ff. de contrah. empt. Pinel. ad cap. 1, num. 16. Fab. de Monte, in tract. de empt. &*
3 *vendit. q. 5. nu. 2.* & pretium † dici poteſt quidquid pro re datur, vt per *tex. in l. ſeruorum, §. 1. ff. de ſtatu hom.* dicit *Tiraq. de Retractu Lignag. §. 1. Gloſ. 14. nu. 41.* hoc etiam recipiatur in venditione annui Cenſus, vt in puncto, *Pariſ. conſ. 75. num. 32. lib. 4. Surd. conſ. 162. nu. 39. & ſeq. lib. 2. Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann. reditib. lib. 1. q. 13. num. 3.* Circa quam in terminis *Bulla Pij V. ſuper Cenſib.* nulla poteſt eſſe dubitandi occaſio, cum per eam fuerit expreſsè diſpoſitum, quod pretium Cenſus debeat ſolui in pecunia numerata, & admittunt abſque contradictione
4 Doctores omnes † affirmantes hoc pro forma fuiſſe per dictam Conſtitutionem ſancitum. *Ludou. Lopez. in ſuo tract. de contract. lib. 1. c. 59. verſ. ad hac, & alia. Surd. conſ. 318. num. 8. & ſeq. lib. 3. Bernard. Greu. ad Andr. Gail. Obſeruat. iur. lib. 2. obſeruat. 7. conſiderat. 1. de requiſit. 2. num. 9. & 10.* & placuit *Nicolao Intriglolo ſuper Bulla de Cenſib. q. 97. num. 1. & ſeqq.* Et
5 † ſi pretium Cenſus non ſoluatur in pecunia numerata, contractum eſſe nullum tam in foro exteriori, quam in foro conſcientiæ, dicit *Ludou. Molina, in ſuo tract. de contract. 0. 2. diſput. 390. num. 1. in fine*, etiam
6 † ſi pretium cõſiſtat in auro, vel argẽto rudi, & elaborato, nõ autem coniato & excuſſo gratia expendendi, vt deducit *Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 2, lib. 1. cap. 4. num. 4.* & non diſſentit *Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann. reditib. quæſt. 13. nu. 3. verſ. verum tamen eſt, & infra.* Licet in Cenſibus in Hiſpaniæ, vbi *Bulla Pij V.* in hac parte non eſt vſu recepta, vt dictum eſt, contrarium firmet *Ludouicus Auend. d. tract. cap. 39. num. 4. cum ſeqq.* Interea tis autem iuxta Bullam præfatam non eſt recedendum
7 ab opinione præcedenti, & huc † fortè reſpexit *Felician. in dd. ſuis Commentar. tomo 1. lib. 1. cap. 8. nu. 11. verſ. quarta conditio*, dum dixit hoc eſſe de natura contractus cenſualis; & *Fernand. Rebell. in ſuo tract. de obligat. Iuſtit. lib. 10. q. 1. num. 21.* affirmabat poſt
8 *Bullam Pij V.* non † cenſeri perfectum contractum Cenſus antequam pretium in pecunia numerata ſolutum fuerit. & *Bartholin. ad d. Bullam Gloſ. 6. ad fin. Molina, d. diſput. 390. nu. 1. & Mich. Salon. in ſuo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de Cenſib. art. 3. controuerſ. 7. num. 1.* aſſerebant verba huius Conſtitutionis illud apertè habere, neque debere in alium ſenſum transferri. Et hanc *Pij V. diſpoſitionem* eſſe ad vnguem obſeruãdam, alias Cenſum eſſe nullum declarauit *Rota* ſæpius, & ſignanter *in vna Calaguritana Cenſus, 11. Decembris, 1602. coram b. m. Latta, quæ eſt in fine Tract. deciſ. 118. num. 3. & eadem die coram R. P. D. Sacrato, in vna Romana Cenſus, quæ ibidem eſt Deciſ. 119. in princ. & in illa Romana Pretij Palatij, 15. Ianuarij, 1607. coram b. m. Iuſto, quæ eſt ibidem deciſ. 80. nu. 5. & in vna Aſſiſienſi Cenſus, 5. Maij, 1608. coram R. P. D. Coccino Decano, quæ ibidẽ eſt Deciſ. 120. num. 1. & in alijs cauſis ſæpè.*

Sed dubium verſatur an ante *Bullam Pij V.* huiuſmodi ſolutio pretij Cẽſus eſſet neceſſario facien-
9 da in pecunia numerata: In quo † licet *Surd. conſ. 162. num. 39. lib. 2.* & alij ſupra relati negatiuã ſententiam amplexi videantur, cum datio in ſolutum aliarũ rerum loco pretij obtinere videatur, *l. ſi prædium, C. de euict.* per quem tex. in propoſito, *Pariſ. d. conſ. 75, num. 32. lib. 4.*

Contrariam tamen ſententiã in hoc quoque dubio tenendam eſſe exiſtimo, maximè *ex Conſtitutionibus Martini V. & Calixti III.* regiſtratis *in c. 1. & 2. de empt. & vend. inter Extrauag. Cõmun.* quos Pontifices non eſt credendum perperam, & abſque magna animaduerſione feciſſe mentionem, quod in contractu Cenſus, quẽ ibi confirmauerunt, pretium ſoluebatur in pecunia numerata, propter quam cir-
10 cumſtantiam, in hoc cõtractu, qui † præter ceteros eſt valde ſuſpectus de vſuraria prauitate, ſi credimus *Feliciano, in dd. ſuis Commentar. tomo 1. lib. 1. c. 8. num. 15. verſ. Altera eſt*, omnis penitus videbatur ſublata vſurarum ſuſpicio, vt defendit *Felic. d. c. 8. num. 11. & ſeq.* poſt quem *Rebell. d. lib. 10. quæſt. 1. num. 22.* vbi vrgentibus rationibus hanc partẽ confirmat, & repetit *ibid. q. 6. num. 9. verſ. Dixi*, vbi red-
11 dit rationes cur ita ſancitum fuit. Immo hoc † fuiſſe pro forma ſubſtantiali à *Martino V. & Calixto III.* ſancitum, latè defendit *Felician. d. tomo 1. lib. 2. cap. 5. num. 17. verſ. ſecundo*, hanc eandẽ ſententiam amplexus fuit *Mich. Salon. d. art. 3. controuerſ. 6. nu. 1.* cum qua eſt tranſeundum ea ſaltem ratione, quia cum agamus de materia ſuſpecta, & in qua facilius, quam in aliis contractibus committi poſſunt vſuræ, etiam in caſu dubio ea eſt recipiẽda opinio, quæ eſt tutior & magis fauet animæ, *c. in ciuitate, in fine, & ibi not. Doctor. ext. de vſur.* & nos diximus *ſupra art. ab hinc 2. num. 14. & ſeqq.*

Quæ concluſio ſicut vera eſt in Cenſu emptitio, qui alienatur ex contractu qui pecuniã expoſcit, & de quo loquitur dicta Piana & reliquæ conſtitutio-
12 nes Pontificiæ, ita dicendum eſt † eam non procedere in eo Cenſu, qui alienatur ex iis contractibus, qui pretium non requirunt, puta ex titulo donationis, legati, vel ſimili, vt defendit *Alcibiad. Lucarin. Obſeruat. Pract. lib. 1. Academ. 5. obſeruat. 1. num. 5. & ſeqq.* & clarius eſt quam quod probatione indigeat.
13 Prout † nec etiam procedit in iis Cenſibus qui creantur, & conſtituuntur in dotium aſſignandarum

Digitized by Google

rum caſu, nam tunc Cenſus ipſos etiam pecunia ad manus non habita creari poſſe, & creationem & conſtitutionem prædictam reſpectu actualis numerationis faciendæ non ſubiacere *Conſtitutioni præfatæ Pij V.* & aliorum, declarauit idem *Pius V. in quadam ſua Conſtitutione*, quam ad declarationem dictæ ſuæ Bullæ ſuper Cenſibus promulgauit. *in verſ. poſtremo.* habetur *hæc Conſtitutio* impreſſa de verbo ad verbum *ſupra in principio Tractatus.*

Ex hac concluſione, vt ſupra firmata, ſaltem quo ad Cenſus conſtitutos, iuxta formam *d. Bullæ Pij V.* inferri poteſt ad non nulla, & quidem

14 Primò, † quod Cenſus pro cuius pretio datur in ſolutum aliqua quæuis res ſit omnino nullus, vt dicit *Rebell. d. lib. 10. quæſt. 6. num. 9. Martin. Bonacin. in ſuo tract. de Contract. diſput. 3. quæſt. 4. puncto vnico, num. 21. verſ. tertio.*

15 Prout † etiam nullus eſt ille, qui emitur per delegationem nominum debitorum, vt firmat *Felician. in dd. ſuis commentar. tomo 2. lib. 1. cap. 8. num. 10.*

16 Sicut † etiam eſt nullus ille, in quo loco pretij dantur in ſolutum fructus aliorum Cẽſuum decurſi & non ſoluti. *Nauar. in ſuo comment. de vſur. num. 94. Boccacc. in d. tract. de Cenſib. par. 1. num. 10. & par. 3. num. 36.* ſequitur *Leonard. Leſſ. in ſuo tract. de Iuſtit. & iure, lib. 2. cap. 22. dubitat. 12. num. 87. Felician. in dd. ſuis commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. cap. 9. num. 16. verſ. ſeptimam conditionem. Intrigliol. d. tract. q. 48. num. 1.* quidquid contrariam ſentẽtiam nitatur defendere *Ludou. de Auend. d. tract. cap. 28. nu. 11. & 12.*

Huius autem noſtræ concluſionis licet *Boccacc.*
17 *d. num. 10.* dicat eſſe rationem, quia † vſuræ decurſæ non poſſunt facere alias vſuras, *l. ſi non ſortem. §. 1. ff. de cond. indeb. l. fin. C. de vſur.* hæc tamen ratio, licet in ſe vera ſit, non videtur tamen quod applicari poſſit caſui noſtro, in quo fructus non ſoluerentur ex credito fructuum Cenſus non ſolutorum, ſed ex Cenſu de nouo conſtituto, & vendito; tale autem creditum eſſet pretium huius noui Cenſus venditi. Vera autem ſupra firmatę cõcluſionis ratio eſt, quia per *d. Bullam Pij V.* datur pro forma, quod in Cenſus venditione pretium ſoluatur in pecunia numerata, vt dictum eſt *ſupra, num. 5. & ſeqq.* Vnde cum in caſibus mox ſupra relatis, ſcilicet, quando loco pretij Cenſus dantur in ſolutum aliæ res, nomina debitorum, & fructus aliorum Cenſuum maturati,
18 & non ſoluti non ſeruetur forma; ergo † contractus eſt nullus non ſolum in foro exteriori, & iudiciali, *l. non dubium, C. de legibus. Laderch. Imol. conſ. 184. num. 11. ad med. lib. 1. Aſin. in ſua Praxi Iudi-*
19 *ciar. §. 28. cap. 3. per tot.* Sed † etiam in foro Poli, & animæ, vt multorum auctoritate deducit *Felic. d. c. 8. num. 7. verſ. contra vero.* & aperte colligitur ex eadem met *Bulla Pij V. in verſ. contractuſq. ſub alia forma, &c.* dum ibi indicãtur fœneratitij omnes contractus ſub alia forma celebrati. quem locum ad id bene conſiderauit *Rota coram Reuerendiſſimo P. D. Coccino Decano, 3. Maij, 1608. in illa Aſſiſienſi Cenſus, quæ eſt in fine Tract. deciſ. 120. numero 2.* & ſenſit in *d. Romana Cenſus coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato, 11. Decembris, 1602. quæ eſt ibid. deciſ. 119. nu. 3. & ſeq.* dum declarauit fructus ex Cenſu empto non pecunia numerata tamquam ex contractu vſurario perceptos, non acquiri recipienti, ſed eſſe reſtituendos.

Et licet *Intrigliol. d. q. 48. num. 4. ad fin. & inf.* extendat hanc concluſionem in tantum, vt nec etiam emi poſſit nouus Cenſus ex pecunia paulò ante recepta ex fructibus Cenſus, per rationes *ibi* ab ipſo conſideratas: Ego tamen in hac ampliatione contrarium ſentio ex iis quę dicentur *paulò infra hoc eod. art. num. 22. & ſeqq.*

20 Secundò infertur, quod † ſi pecuniæ fuerint depoſitatæ penes aliquem ea lege & conditione, vt non poſſint ammoueri ſine conſenſu, puta Titij, ſi Titio non conſentiente cõuertantur in emptionem, Cenſus contractus erit nullus ea ratione, quod emptus fuerit Cenſus abſque pretio, vt declarauit *Rota in vna Peruſina ſeu Eugubina Cenſus, 27. Martij, 1596. coram b. m. Cardinali Blãchetto, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 121. per tot. & in eadem cauſa coram eodem, 24. Maij eiuſdem anni, quæ eſt ibidem deciſ. 115. num. 1.*

21 Tertiò infertur, quod † eadem ratione nulla ſit & inualida emptio Cenſus cõſtituti ab eo, qui (cum emit fundum, & non habens pecunias in prompta quibus pretium fundi ſoluat) imponit Cenſum ſuper ſuis bonis, & illum dat venditori prædij loco prætij Cenſus. *Ludou. Lopez.* qui *in ſuo tract. de contract. lib. 1. cap. 59. verſ. ſecundum Corrolarium*, poſt *Garz. & Io. à Medina*, quos allegat, dicit in vim Cenſus hunc contractum non poſſe ſuſtineri, quod placuit etiam *Rotæ in vna Senogallienſi Cenſus, 26. Aprilis, 1597. coram b. m. Penia, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 122. num. 2. & coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancelotto, 9. Decembris, 1602. in illa Romana nullitatis Cenſus, quæ ibidem eſt deciſ. 2. num. 2.* Licet contrarium defendat *Io. Guttierez, Practicar. Quæſt. lib. 2. quæſt. 162. num. 8.* quem ſequitur *Hieron. Ceuallos Pract. Quæſt. commun. contr. commun. q. 163. num. 51.* Licet *Auend. in d. tract. cap. 30.* ſolum dubitet de iuſtitia pretij huius Cenſus, & ad quam rationem conſtitui poſſit, præſupponens contractum ex ſe etiam licitum, vt *ibi ſub num. 2. verſ. prædictis tamen.*

22 Verum † ſi ex ipſomet inſtrumento venditionis prædij appareret de integra pretij illius ſolutione facta in pecunia numerata, licet illico eædem pecuniæ forẽt datæ ad Cenſum ipſimet emptori Cenſus, talis contractus, & conſtitutio Cenſus ſuſtineretur non ſecus ac ſi Cenſus fuiſſet conſtitutus & venditus præſenti pecunia. Nam cum iſta numeratio pecuniæ facta ad computum pretij prædij empti afferat emptori illius vtilitatem & commodum, quia conſequitur liberationem ab obligatione ſoluendi
23 illud pretium, licet † dictæ pecuniæ penes venditorem prædij momento tantum temporis permanſerint, ex iſta tamen momentanea ſolutione dominium acquiſiuit ille, qui ſtatim eas reſtituit ad Cenſum emptori prædij, vt conſiderat *Bar. in l. qui ſic ſoluit. 56. ad fin. verſ. ſecundo caſu. & ibi Paul. de Caſtro, ff. ſolut. Bal. in l. ſi tibi pecuniam, num. 1. verſ. appono. & ibi Alex. num. 5. & Dec. in fine, ff. ſi cert. pet. Iaſ. in l. frater à fratre, nu. 7. ff. de cond. indeb. Imola, in l. ſi quis duos in fine, de ſolut. Gerard. de Petra ſancta, ſing. 26. num. 1.* & propterea potuit illico pecuniam illam re-
24 ſtituere in emptionem Cenſus: nam † iſti duo actus ſolutionis prætij fundi empti, & emptionis Cenſus ſunt conſiderandi tamquam ſeparati, vt dicebat in puncto *Rota coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancelotto, 9. Decembris, 1602. in illa Romana nullitatis Cenſus,*

quæ

quæ eſt *poſt Tract. Deciſ.2. num.3.* & optimè facit alia reſolutio facta in *Rota coram b.m. Cardinali Pamphilio, in vna Bononienſi Cenſus, 24. Aprilis, 1600.* quæ eſt *ibidem deciſ.123. num.4.*

25 In † hoc tamen caſu quatenus Cenſus ſaluari & ſuſtineri non poſſet, liceret tamen venditori prædij percipere eiuſdem prædij fructus pro rata pretij non ſoluti, vel illos excomputare, & compẽſare cum annuis reſponſionibus, quas ex Cenſu ad ſui fauorem conſtituto percepiſſet, pro cõcurrenti tamen quantitate fructuum, quos percipere potuiſſet ex prædio vẽdito ex æquitate, *l. Curabit, C. de act. empt.* & comprobari poteſt ex iis quæ in caſu valde ſimili dixit *Rota in vna Romana nullitatis Cenſus, 5. May, 1597. coram b.m. Corduba,* quæ eſt *poſt Tract. deciſ.124. nu.4. verſ. ſtante ergo. & num. ſeq. & coram Reuerendiſſimo P.D. Sacrato, 11. Decembris, 1602. in illa Romana Cenſus,* quæ *ibidem eſt deciſ.119. num.6.*

Sed poſſet in dubium reuocari an ſit ſatisfactum neceſſitati ſoluendi pretium in pecunia numerata vbi pro pecunia realiter & verè debita daretur in ſolutum & pagamentum Cenſus eo tempore creatus, & conſtitutus.

26 In qua difficultate † ſi inſpiciamus naturam ipſam contractus Cenſualis, Cenſum ita conſtitutum, & venditum licitum eſſe vt fateamur perſuadet auctoritas *Pariſ. d. conſ.75. num.32. lib.4. Ludou. Molina, in d. ſuo tract. de Contract. par.2. diſput.390. num.2. verſ. hunc tamen Cenſum, Foller. in ſua pract. Cenſuali, in verbo, huiuſmodi, num.95. Burſat. conſ.214. num.12. verſ. quarto poterat, lib.2. Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann. reditib. lib.1. quæſt.13. num.4. ad fin.* Cum qua reſolutione tranſit etiam *Auend. d. tract. cap.38. num.7. & ſeqq. & num.17.*

Sed quoniam nos habemus Põtificias Conſtitutiones huic contractui formam dantes, videndum eſt an de iure poſitiuo huiuſmodi venditio Cenſus

27 ſit licita. Et † quo ad Cenſus venditos ante *Bullam Py V.* licet partem negatiuam defendat. *Felician. in d. ſuis Commẽtar. de Cenſib. tomo 1. lib.1. cap.8. num.13.* vbi ponderat *Conſtitutionem Martini V.* regiſtratam *in c.1. de empt. & vendit. inter Extrauag. commun.* & *infra num.14. & ſeq.* vbi multipliciter nititur hanc negatiuam opinionem comprobare, quam confirmat etiam *tomo 2. eod. lib.1. & cap.8. num.7. verſ. quo ad vero.* vbi teſtatur hanc eſſe ma-

28 gis communem, partem tamen affirmatiuam † amplexi ſunt *Pariſ. d. conſ.75. num.33. in fine, & nu.34. lib.4. Natta conſ.1. num.1. lib.3. in tit. de empt. & vendit. Hond. conſ.17. num.22. lib.2. Alcibiad. Lucarin. Obſeruat. Practic. lib.2. Academ.5. obſeruat.1. nu.21. Nicol. Intriglial. d. tract. quæſt.97. num.1.* qui multos allegat. *Paul. Bollon. in ſuo tract. de eorum quæ fiunt in continenti, vel ex interual. vi & poteſt, lib.1. cap.84. num.7.* poſt hæc ſcripta viſi, & placuit *Rotæ coram b.m. Litta, 10. February, 1597. in illa Eugubina Cenſus, quæ eſt in fine Tract. deciſ.92. num.5.* ea potiſſimum

29 ratione, quia † debitũ ex vna cauſa poteſt de conſenſu partium conuerti in debitum ex alia cauſa, & ſic vt id quod debetur ex cauſa mutui, vel alia, incipiat deberi ex alia cauſa, *l. certi condictio, §. depoſui, l. ſingularia, ff. ſi cert. pet. l. ſi ſponſalibus, §.1. ff. de iure dot.* Ita etiam id quod debetur ex vna cauſa, poteſt conuerti vt incipiat deberi ex cauſa Cenſus. *Surd. conſ.162. num.42. lib.2.* quaſi breui manu pecunia ſit reſtituta creditori, & per eum ſoluta venditori

30 Cenſus. *Hond.* in puncto *d. conſ.27. nu.20.* nam † celeritate coniungendarum inter ſe actionum vnam actionem occultari, dicit *Vlpian. in l.3. § fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. & ibi Gloſ. in verbo, occultare,* dat concordantes.

31 Et licet † iſta verſio ex alia cauſa in cauſam Cenſus videatur ſapere ſimulationem, vt in ſimili caſu reſoluit *Rota coram b.m. Penia, 26. Aprilis, 1596. in illa Senogallienſi Cenſus,* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ.122.*

32 *per tot.* Hoc † tamen non videtur poſſe adaptari caſui noſtro, quoniam verſio iſta habet fomentum ex veritate præcedentis cauſæ. *Corn. conſ.241. num.6. & 7. lib.2. Surd. d. num.42.* quod ceſſabat omnino in caſu deciſionis factæ in dicta cauſa Senogallienſi Cenſus.

33 Quo verò ad † Cenſus conſtitutos poſt *Bullam Py V.* licet *Surd. d. conſ.162. num.38. & ſeqq.* nitatur defendere illos poſſe in ſolutum dari pro pecunia verè debita. Quam ſententiam videtur etiam amplecti *Ludou. Auend. d. cap.38. nu.19.* dum in terminis Cenſus creati iuxta formam *Bullæ Py V.* dicit principaliter requiri certitudinem pretij, nempe debiti, pro quo Cenſus creatur, cum ex iuſtitia Sortis iuſtificentur annuæ pẽſiones. Et in *cap.37. nu.18.* dicit quòd Conſtitutiones Pontificiæ, quæ de iuſtitia creationis & conſtitutionis Cenſus meminerũt, principaliter reſpiciunt iuſtitiam pretij, & æquiualentiam Sortis ad penſionem, vt ex ea congruentes reditus naſcantur, & inter contrahentes ſeruetur æqualitas Iuſtitiæ commutatiuæ, venditoriq. Cenſus ex iniuſtitia pretij nullũ præiudicium irrogetur.

34 Contrariam † tamen ſententiam amplexi ſunt *Boccacc. in d. ſuo tract. de Cenſib. par.1. nu.52. & par.3. num.36. Ludou. Molina, d. tract. de Contract. par.2. diſput.390. num.2. Felician. in d. ſuis commentar. tomo 2. lib.1. cap.8. num.7.* vbi latè hanc ſententiam contra *Surd.* tuetur & latius *tomo 1. lib.2. cap.5. num.17. per tot.* eandem amplectitur *Mich. Salon. de contract. & commerc. human. in tit. de Cenſib. art.3. controuerſ. 8. num.1. 10. Azor. Inſtit. Moral. par.3. lib.10. cap.8. q.1. & 3. Fernād. Rebell. in ſuo tract. de obligat. Iuſtit. lib.10. quæſt.1. num.23.* qui eo potiſſimum nititur iuramento, quod iſte contractus non ſit licitus, niſi ſub ſpecie emptionis & venditionis; & quod quãdo datur in ſolutum pro pecunia debita, non celebretur propria emptio & venditio. Et eandem opinionem amplexus etiam fuit *Marc. Bonacin. in ſuo tract. de Contract. diſput.3. q.4. punct. vnic. 2. num.21. verſ.*

35 *Secundo.* Ego † verò licet exiſtimem in puncto iuris poſſe ſuſtineri opinionem affirmatiuam, maximè per rationes conſideratas à *Surdo.* Cum hac tamen poſteriore & negatiua libentius pertranſeo, non quod iſte contractus non poſſit validè celebrari per viam dationis in ſolutum, vt negabat *Rebell.* cuius opinionem reprobauimus *ſupr.* num. ..., ſed ob præciſam Pianæ Conſtitutionis formam, cui

36 † non poſſe per æquipollens ſatisfieri, dicit *Franc. Viu. deciſ.369. num.4.* & paſſim Doctores.

37 Et licet † *Felician. d. cap.8. lib.1. tomo 1. num.18. & ſeqq.* conetur defendere quod negatiua opinio tam ante *Bullam Py V.* quàm poſt illius promulgationem ſit verior non ſolum in foro iudiciali, verum etiam

etiam

Digitized by Google

etiam in foro animæ, & vt dicunt conſcientiæ, attamen alij Doctores frequẽtius eam recipiunt diſtinctionem, quod tam reſpectu Cenſus conſtituti ante *Bullam Pij V.*, quam conſtituti poſt d. Bullam affirmatiua opinio procedat in foro poli, negatiua in foro fori, & iudiciali, ita diſtinguit *Nauar. in ſuo tract. de vſur. num.* 88. *& num.* 121. ſequitur *Bonuſign. in ſuo tract. de Cenſib. cap.* 5. *num.* 6. *Leonard. Leſſ. in ſuo tract. de Iuſtit. & iure, lib.* 2. *cap.* 22. *dubit.* 12. *num.* 8. dum concedit in foro poli poſſe anticipari ſolutionem pretij, licet in foro exteriori propter ſuſpicionem fraudis vſurariæ id non permitti aſſerat. eandem ſententiam ſentire videtur etiam *Honded. d. conſ.* 27. *num.* 23. illam quoque amplexus fuit *Io. Franc. Leonus in ſuo Theſauro for. eccleſiaſtic. par.* 2. *cap.*
38 15. *de Cenſib, num.* 18. cum † hac tamen diſtinctione quod ita demum recipiens annum Cenſum ſolutum pro ſuo vero credito ſit tutus in foro conſcientiæ, ſi creditum erat creatum cum pecunia numerata ex legitima cauſa, & cum homine ſagaci, qui in ſui vtilitatem pecuniam creditam expoſuerat; ſecus ſi creditum fuiſſet creatum in mercibus, vel in pecunia numerata, ad ludendum, aut in alios vſus malos, & prauos conuertenda cum iuuene bona ſua dilapidante, cum hac potiſſimum de cauſa dicat ſtatuiſſe *Pium V. in dicta ſua Bulla*, quod pretium ſolui debeat in pecunia numerata coram Notario, & teſtibus in ipſo actu celebrationis inſtrumenti. quam quidem opinionem non longe à pietate, & mente Pij V. in dicta ſua Bulla eſſe arbitror, & propterea amplectendam.

ARTICVLI SEXTI

SVMMARIA.

1 *Contractus is in dubio celebratus præſumitur, quem contrahentes nominauerunt.*
Limitatur ſi natura contractus repugnet, num. 8.
2 *Contractui nomen cenſetur datum ex voluntate contrahentium.*
3 *Emptio, ne, an permutatio ſit quando datur pecunia numerata & ſpecies, ſpectatur quid pluris valeat pecunia ne, an ſpecies data.*
4 *Emptio quod ſit non permutatio, quando pecunia, & ſpecies, quæ dantur ſunt æqualis valoris, vult Bald.*
5 *Immo quod ſit contractus innominatus, volunt alij communiter.*
6 *Quod ſint duo contractus volunt Alciat. & Pinel.*
Hæc opinio eſt vera quando datur ſpecies inæſtimata, num. 19.
9 *Contractus Cenſus non poteſt ſuſtineri vti permutatio, & ibi de ratione.*
11 *Bulla Pij V. ſuper Cenſibus, in verſ. Rurſum, &c. inducit formam ſubſtantialem.*
12 *Forma cenſetur inducta, quando Lex, vel Conſtitutio percipit aliquid fieri tempore contractus.*
13 *Forma cenſetur inducta ex decreto irritanti.*
14 *Integrum illud dicitur cui nil penitus deeſt.*
15 *Forma eſt præciſè & ad vnguem obſeruanda.*
16 *Formæ omiſſio etiam in qualitate vitiat actum.*
17 *Forma eſt indiuidua, & diuiſio illam corrumpit.*
18 *Pretium in contractu Cenſus debet ſolui integrum in pecunia numerata, aliàs contractus eſt in totum nullus, & num.* 24.
Contrarium tenet Felician, ſed male, num. 25.
20 *Contractus emptionis & venditionis eſt indiuiduus, vt ceteri omnes.*
21 *Amplia. etiam quod contineat plura capitula.*
22 *Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis.*
23 *In factis contra legem ſi non valet quod fit vltra, nec etiam valet quod fit intra.*
25 *Vtile per inutile non vitiatur in ijs quæ ſunt ſeparabilia.*
Maximè quando vitium eſt in materia, non in forma, num. 28.
Limit. quando alteratur natura totius contractus, numero 26.
Limit. 2. *quando vitium eſt in forma, num.* 27.
29 *Emptionis & venditionis integritas & ſubſtantia conſiſtit coniunctim in Re, Pretio, & conſenſu contrahentium.*
30 *Pretium in emptione licet debeat conueniri in pecunia numerata, poteſt tamen ſolui in alia ſpecie æſtimata.*
31 *Cenſus emptus pro perſonis nominandis, non eſt vnius Cenſus, ſed tot ſunt quot perſonæ nominabuntur.*
32 *Cenſus emptus pro perſonis nominandis ſuſtinetur pro ea parte, pro qua nomine vnius fuit ſolutum integrum pretium in pecunia numerata, licet pro alia parte pretium non fuerit ſolutum.*

Pretium Cenſus debet totum & integrum ſolui in pecunia numerata.

ARTICVLVS SEXTVS.

CVM in ſuperiori articulo fuerit abunde demonſtratum quod in contractu Cenſuali pretium ſit non ſolum conueniendum, ſed etiam ſoluendum in pecunia numerata, ſequitur vt videamus, an ſi in emptione Cenſus pretium ſoluatur partim in pecunia numerata, & partim in alia ſpecie æſtimata, contractus ſit validus ſaltem pro ea parte, & rata, pro qua pretium fuit ſolutum in pecunia numerata. Hanc dubitationem poſt alios reaſſumpſit *Felician. de Solis,* & ceteris latius pertractauit *in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 6. vbi illius reſolutionem nititur elicere, ex communibus quibuſdam concluſionibus, quas faciũt Scribentes in illa celebri quæſtione. An quando in alicuius rei emptione pretium ſoluitur partim in pecunia numerata, partim in alia ſpecie cenſeatur celebratus ſolus & ſimplex cõtractus emptionis, & venditionis, an verò contractus permutationis, an denique duplex contractus, videlicet, vnus permutationis, alter verò emptionis, & venditionis. In qua quidem quæſtione licet Doctores maxime ſe torqueant, eam tamen per caſuum conſiderationem explicant. Quos ego breuiter, & reſolutiuè recẽſere decreui, vt ex illis de mente *Feliciani* ad terminos propoſitæ difficultatis de Cenſu empto partim ex pecunia numerata, partim

ex alia ſpecie æſtimata, quid in ea ſentiendum ſit
facilius & clarius deliberare valeamus.

Primus igitur caſus eſt quando conſtat de mente
contrahentium, quod hunc vel illum contractum
1 celebrare voluerint, quod † ex nomine ab eis ex-
preſſo maxime colligi poſſe ſentit *Rota in deciſ. im-*
preſſa poſt Conſil. crimin. Farinacc. lib. 1, deciſ. 54. mul-
tos allegat *Becc. conſ. 53. num. 9. lib. 1. Surd. conſ. 366.*
num. 6. lib. 3. Et eo caſu dicatur vel contractus em-
ptionis & venditionis, vel contractus permutatio-
nis, prout cõtrahentes illum nominauerunt; atten-
ditur enim id quod principaliter agere intendunt
2 contrahentes, & † ab eorum mente nomen, & effe-
ctus contractui datur, vt ex *Bar. & alijs* firmat *Ari.*
Pinel. ad Rubr. C. de reſcind. vendit. p. 2. c. 2. nu. 1. & 2.

Secundus caſus eſt, quando partes non exprimũt
3 nomen cõtractus, quo caſu ad cognoſcẽdum † qua-
lis contractus ſit celebratus, ſpectãdum eſt id quod
pluris valet & eo caſu ſi ſpecies, quæ datur plus va-
let quam pecunia quæ ſoluitur cenſeatur facta per-
mutatio, at verò ſi pecunia ſoluta excedit in valore
ſpeciem, quæ cum ea datur dicatur emptio & ven-
ditio. Ita *Pinel.* ex communi Doctorum ſententia
d. cap. 2. num. 3. Felician. d. num. 6. verſ. vnde ego. qui
multos allegat.

Tertius & vltimus caſus eſt, quando nec partes
contrahentes exprimunt nomen contractus, nec
pretium excedit ſpeciem, nec ab eius valore exce-
ditur, ſed vtrumque ab eadem parte datũ eſt eiuſ-
dem valoris, qui caſus ceteris eſt difficilior, & in eo
4 Doctores in varias iuerunt ſententias. Nam † *Bal.*
in Prælud. feudor. num. 11. fuit in ſententia quod eſ-
ſet ſolus contractus emptionis, & venditionis. Alij
5 † communiter, quos refert *Pinel. d. cap. 2. nu. 5. verſ.*
ſed contrarium voluerant quod ſit ſimplex contractus
6 innominatus. At † *Alciat. in l. 2. num. 30. ff. ſi cert.*
pet. & in l. 2. num. 19. ff. de verbor. obligat. & alij
quos refert & ſequi videtur *Pinel. d. cap. 2. num. 8.*
& ſeq. fuerunt in ea opinione quod duplex ſit con-
tractus, vnus venditionis, & alter permutationis.

His ſic breuiter relatis venio ad propoſitam diffi-
cultatem, An validus ſit contractus Cenſus in quo
pretium ſolutum fuit partim in pecunia numerata,
7 partim in alia ſpecie. In † qua breuiter, & conclu-
ſiue procedendo in ea ſum opinione, quod contra-
ctus ſit in totum nullus, & quod concluſiones ſu-
pra relatæ non poſſint adaptari terminis quæſtio-
nis noſtræ.

Non eſt conſiderabilis concluſio facta in primo
caſu, quia licet contrahentes quando emunt &
vendunt Cenſum partim pecunia numerata, par-
tim cum alia ſpecie æſtimata contractum iſtum no-
minauerint emptionem & venditionem Cẽſus, quia
8 † tamen huiuſmodi denominatio repugnat natu-
ræ, & formæ ſubſtantiali contractus, quem gerunt,
quæ eſt vt totum & integrum pretium ſoluatur in
pecunia numerata, vt diſponit *Pius V. in d. ſua Bul-*
la, & nos ſupra explicauimus, non poteſt aliquo
modo ex denominatione contrahentium contra-
ctus iſte ſuſtineri per regulam, *l. inſulam, 6. ff. de præ-*
ſcript. verb. quam ita intelligit *Dec. in auth. ex teſta-*
mento, num. 6. verſ. ſed certo, C. de collat. & probat
Pinel. d. cap. 2. num. 2.

Nec etiam videtur quod poſſit ſuſtineri ex con-
cluſione quam retulimus ſupra in ſecundo caſu ex
mente Doctorum volentium ſpectandum eſſe id
9 quod plus eſt. Nam quod ex valore † ſpeciei da-
tæ ſuperante valorem pecuniæ, quæ ſoluitur, & nu-
meratur cenſeatur celebratus permutationis repu-
gnat menti contrahentium, & denominationi con-
tractus. Intendunt enim contrahentes emere &
vendere Cenſum, & ita hunc cõtractum nominant,
quam denominationem attendendam eſſe dixi-
mus, vnde non poterit ſuſtineri contractus iſte tam-
quam permutatio, vt placuit etiam *Felician. d. nu. 6.*
verſ. vnde ego. Neque etiam ſuſtineri poteſt vt
10 venditio etiam † quod pecunia, quæ ſoluitur ſupe-
ret pretium, & valorem ſpeciei, quæ datur non ob-
ſtante quod Doctores velint eo caſu intelligi cele-
bratum ſimplicem contractum emptionis & ven-
ditionis: Quia repugnat de diametro *Conſtitutio*
Pij V. in verſ. Rurſum niſi vere, &c. ibi *recepto in-*
11 *tegro, illiuſq. pretio.* In † quibus verbis induci for-
mam certam & ſpecificam ſeruandam in Cenſuali
contractu, deducit *Surd. conſil. 282. num. 6. & ſeq.*
12 *lib. 2.* & colligitur quia † quando Lex, vel Conſti-
tutio præcipit aliquid fieri tempore contractus, ſi
non obſeruetur forma tradita, contractus eſt nullus
ipſo iure, *Cacher. deciſ. Pedem. 65. num. 8.* qui multos
13 alios allegat. Quod † multò magis procedit ob
decretum irritans in fine dictæ Conſtitutionis Pia-
næ appoſitũ. *Nauar. conſ. 1. n. 1. in tit. de empt. & ven-*
dit. lib. 3. cum itaque in d. Bulla detur pro forma
ſubſtantiali vt in contractu Cenſus ſoluatur inte-
grum pretium in pecunia numerata, non eſt poſſi-
bile vt ſuſtineatur, niſi dicta forma fuerit ad vn-
guem obſeruata. *Dec. conſ. 531. num. 2. Becc. conſ. 62.*
num. 42. & ſolutum fuerit integrum pretium in pe-
cunia numerata, quod non poſſet verificari quan-
do pro pretio Cenſus daretur ſpecies aliqua, etiam
14 modici valoris. Integrum † enim eſt illud, cui ni-
hil penitus deeſt. *Menoch.* poſt alios *conſ. 264. num.*
15 *26. lib. 3.* forma † autem eſt præciſe adimplenda.
Alex. conſ. 42. num. 16. lib. 1. Riminald. ſen. conſ. 180.
16 *num. 4.* & † formæ omiſſio etiam in qualitate vel
minima vitiat. *Bal. Imola,* & alij *in l. 1. ff. de liber.*
& poſthum. Butr. in cap. finali, in 7. notab. ext. de re-
ſtit. ſpoliat. Dec. in cap. prudentiam, in 4. not. ext. de offic.
17 *delegat.* Etenim forma † eſt indiuidua, & diuiſio il-
lam corrumpit, vt poſt multos quos allegat firmat
Becc. conſ. 12. num. 30. lib. 1. vbi ex mente *Alberti*
Bruni in tract. de form. ſubiungit quod in iis, quæ
ſunt de forma ſi recedatur à parte, receditur à toto.
18 Vnde † ſi in contractu Cenſus non ſoluatur inte-
grum pretium in pecunia numerata quod pro for-
ma ſubſtantiali vigore d. Bullæ Pianæ requiritur
totus contractus, corruat & reddatur nullus neceſſe
eſt; non obſtantibus iis quæ in contrarium pon-
derat *Felician. d. num. 6. verſ. nec obſtat, & verſ. ſeq.*
quibus paulò inferius reſponſum dabitur.

Non denique aptari poteſt terminis huius con-
tractus Cenſualis cõcluſio relata ſupra in tertio ca-
ſu. Quia ſi velimus amplecti opinionem *Baldi,* quæ
communiter reiicitur, illa repugnat Bullæ Pianæ
cum non impleatur eius forma in ſoluendo integro
pretio Cenſus in pecunia numerata, quæ ad vn-
guem & præciſe eſt ſeruanda, ſi velimus ſequi aliam
opinionem communem quod ſit ſimplex contra-
ctus

ctus innominatus repugnat voluntas & intentio
contrahentium, qui non contractum permutatio-
nis, ſed emptionis, & venditionis inire voluerunt;
ſi verò magis placeat ſententia *Alc. & Pinel.* illa
19 † procedit quando ſpecies datur inæſtimata. At
quando datur pars pretij in pecunia numerata, &
pro alia parte datur ſpecies æſtimata, tunc eſt vni-
cus contractus emptionis, & venditionis, *arg. l. pre-*
tij, C. de reſcind. vendit. & not. per *Pinel. ad d. Rubr. C.*
20 *eod. titulo, par. 2. cap. 1. num. 16.* Qui † contractus
eſt indiuiduus ſicut ceteri omnes, *argum. l. cum duo,*
ff. de in diem addict. l. triticum, ff. de verbor. obligat.
Becc. conſ. 45. num. 34. in fine, lib. 1. Proſp. Paſetb.
21 *conſ. 17. num. 6. & ſeq.* Etiam † quod plura conti-
neat capitula. *Ang. conſ. 145. ſub num. 2. Curt. ſen.*
conſ. 54. num. 4. Becc. d. num. 34. Hieron. Gabr. conſ.
168. quaſt. 2. num. 11. lib. 1. Surd. conſ. 217. num. 9.
lib. 2. & propterea cum pro forma ſit inductum vt
in hoc contractu integrum pretium ſoluatur in pe-
cunia numerata, & prohibitum ſit in illius emptio-
ne ſoluere pretium in alia ſpecie, quam in pecunia
numerata ſi pars illius ſoluatur in alia ſpecie ra-
tione indiuiduitatis formæ, & contractus. vendi-
22 tio præfata tota corruat neceſſe eſt, cum † in in-
diuiduis vtile per inutile vitietur, *l. 1. §. ſed ſi mi-*
hi, ff. de verb. obligat. c. vtile, & ibi Gloſ. Din. & alij,
de regul. iur. in 6. & optimè facit Theorica *Bal. in l.*
quicumque, ſub num. 1. verſ. vnde ſi fit, C. de bon. quæ
liber. vbi firmat quod ſi fiat conceſſio vltra licitum,
non valebit etiam in eo quod licitum eſt, reddit ra-
23 tionem, quia † in factis contra legem ſi non va-
let quod fit vltra, non valet etiam quod fit intra, *c.*
dudum, de reb. eccleſ. non alienan. in 6. ſequitur *Crot.*
conſ. 250. cum duob. ſeqq. lib. 2. refert *Felic. d. num. 6.*
verſ. nec obſtat.
24 Quam † ob rem clara & firma remanet reſolutio
propoſitæ difficultatis. Quod contractus venditio-
nis Cenſus in quo pretium ſolutum fuit partim in
pecunia numerata, & partim in alia ſpecie æſtimata
eſt generaliter & indiſtinctè nullus & inualidus in
totum, quam amplexus fuit *Caſſan. conſ. 63. num. 14.*
vbi illam multipliciter comprobat *Nauar. in ſuo*
Comment. de vſur. num. 78. verſ. quarta ſcilicet, &
conſ. 1. num. 1. lib. 3. in tit. de empt. & vendit. Ludouic.
Molina, in d. ſuo tract. de Contract. par. 2. diſput. 390.
num. 1. Ludou. Lopez. in ſuo tract. de Contract. lib. 1.
cap. 59. poſt princ. verſ. verumtamen. Honded. conſ. 25.
num. 34. lib. 2. & Io. Azor. Inſtitut. Moral. par. 3. lib. 10.
cap. 8. quaſt. 2. & non contradicit *Rota coram b. m.*
Orano, 13. Nouembris, 1589. in illa Foroliuienſi Cenſus,
quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 117. ſub num. 10. verſ. minus*
habita fuit ratio.
25 Nec † ab ea recedendum eſt ob auctoritatem
Boninſig. in ſuo tract. de Cenſib. cap. 5. num. 4. nec ex
traditis per *Felician. d. num. 6. verſ. quam reſolutionem.*
vbi nititur defendere quod ſuſtineatur Cenſus præ-
fatus ſaltem pro ea parte pro qua pretium fuit ſo-
lutum in pecunia numerata, tum quia vtile per inu-
tile non debeat vitiari, tum per *tex. in l. pecunia, 9.*
ff. de vſur. & not. ibi per *Gloſ. & alios.* Quoniam re-
26 ſpondetur Primò, quòd † vbicumque in totum al-
teratur natura contractus, qui geritur, etiam indi-
uiduis vtile per inutile vitiatur, quia eo caſu inter-
eſt partis contrahentis vt contractus non valeat pro
parte, ſed in totum corruat & vitietur, vt poſt *Claud.*
de Seiſell. in tit. qui feud. dar. poſſ. col. 2. verſ. tertio pone,
& infra dicit *Franc. Viu. deciſ. 369. num. 22. lib. 2.* At
in caſu propoſito ſuſtinendo contractum Cenſus, in
quo pretium fuit ſolutum partim in pecunia nume-
rata, partim in alia ſpecie alteratur in totum natu-
ra contractus Cenſualis, quæ eſt vt integrum pre-
tium ſoluatur in pecunia numerata, & intereſt ven-
ditoris Cenſus vt totus contractus vitietur, quia li-
beratur penitus & omnino ab onere ſoluendi fru-
ctus, & annuas reſponſiones ex dicto contractu, me-
rito, &c. Secundò reſpondetur, quòd cum habea-
mus pro forma ſubſtantiali huius Cenſualis contra-
ctus, quod totum & integrum pretium Cenſus ſolui
debeat in pecunia numerata, vt ſupra deductum
27 fuit, ſi † committatur contra dictam formam vtile
per inutile vitiatur, vt fatetur ipſemet *Felic. d. num. 6.*
verſ. nec obſtat, poſt *Alc.* quam allegat *in l. 1. §. ſed ſi*
mihi Pamphilo, in verbo, neque vitiatur vtile, num. 6.
& ſeqq. ff. de verb. oblig. & per conſequens ex vitio
minimæ partis formæ totus contractus vitiatur.
Et licet ibidem *Felician.* ex *Alberico in d. l. pecuniæ,*
28 *ff. de vſur.* neget † hoc procedere quando vitium
non eſt in forma, ſed in materia, quale dicit eſſe in
caſu propoſito in quo contractus, dicit ipſe, habet
integram formam emptionis, & venditionis, vnde
ex accidenti vitiari non debet. Non tamen exiſti-
mo à præcedenti cõcluſione eſſe recedendum. Con-
29 tractus † enim emptionis & venditionis ſubſtantia,
& integritas æquè conſiſtit, & coniunctim requirit
rem, quæ venditur, pretium quo venditur, & con-
ſenſum ipſorum contrahentium. *Gloſ. in l. pacta con-*
uenta, in princ. in verbo, ex pretio, ff. de contr. empt. Rom.
in l. Titia, num. 16. verſ. tu aduerte, ff. ſol. matr. Iaſ. in l.
Iuriſgentium, §. adeo, num. 1. ff. de pact. Bertaz. in tract.
30 *de Clauſul. in Proœm. nu. 18.* & alij paſſim; Licet † au-
tem in emptionibus aliarum rerum ſolui poſſit pre-
tium in aliis rebus æſtimatis, vt dictum fuit ſupra
art. præcedenti, & not. *Fab. de Monte, in ſuo tract. de*
empt. & vendit. quaſt. 5. num. 2. ſpeciali tamen ratio-
ne conſtitutum fuit in contractu Cenſus vt in illius
venditione pro forma ſubſtantiali ſolui debeat in-
tegrum pretium in pecunia numerata, vt dictũ eſt,
& propterea quo ad hoc non ex regulis iuris com-
munis, ſed ex ſua propria forma celebrandus eſt, &
vitium reſpectu ſolutionis pretij, tamquam contra
formam, non contra materiam ipſius, contractum
illum in totum vitiare debet.
31 Hanc † autem Concluſionem limitare debemus
in Cenſu, qui emitur ab aliquo non pro ſe, ſed pro
perſona, & perſonis à ſe nominandis. In tali enim
emptione videtur ab ipſomet principio actũ inter
contrahentes vt ex perſonis nominandis tñ quæli-
bet acquirat de dicto Cẽſu, quantũ portio pecuniæ
quã quælibet ſoluerit capiet, & pro intrãti quãtitate
pretij, quod quælibet verè & realiter ſoluerit in pe-
cunia numerata, & ſic quod tot eſſent venditiones
Cenſus, quot perſonæ ex poſt facto fuerint nomina-
32 tæ. Et † ideo ſi eo caſu totum & integrum pretium
Cenſus, qui fuit emptus non ſolueretur in pecunia
numerata, nõ totus Cenſus emptus redderetur nul-
lus, ſed ſuſtineretur pro ea parte & reſpectu illius
perſonæ, quæ pretium integraliter in pecunia nu-
merata ſoluiſſet. vt declarauit *Rota in vna Romana*

Cenſus, 23. Februarij. 1604. coram Illuſtriſs. Cardinali Ludouiſio, quæ eſt poſt Tract. deciſ. 125. num. 14.

ARTICVLI SEPTIMI

SVMMARIA.

1 *Pretium in contractu emptionis debet conueniri.*
2 *Debet eſſe certum.*
3 *Emptio dicitur valida ſtatim atque de pretio conuentum eſt.*
4 *In emptione poteſt haberi fides de pretio.*
5 *Pretium Cenſus debet ſolui in pecunia numerata coram Notario & teſtibus, aliàs eſt nullus.*
Nec validatur per expreſſam & iuratam renunciationem exceptioni non numeratæ pecuniæ, num. 9.
6 *Forma debet adimpleri.*
7 *Forma legis & conſtitutionis eſt ad vnguem obſeruanda.*
8 *Ius publicum facta priuatorum tolli, & labefactari non poteſt.*
10 *Cenſus in cuius emptione pretium fuit oſtenſum, non autem numeratum eſt nullus.*
11 *Verè, hæc particula veritatem, & proprietatem ſignificat.*
12 *Cenſus cuius pretium fuit verè numeratum ante contractum venditionis, & in ipſo cõtractu traditum coram Notario & teſtibus, eſt validus.*
13 *Pretium Cenſus dicitur ſolutum coram Notario & teſtibus, ſi coram illis tradatur cedula bancaria.*
14 *Cedula bancaria habet vim ſolutionis factæ cum pecunia numerata.*
15 *Cenſus cuius pretium peruenit ad manus venditoris, ſed non in actu venditionis eſt validus, ſecundum aliquos.*
16 *Contrarium voluit Felician. & non diſplicet Auctori. Affirmatiua poteſt recipi in foro conſcientiæ, num. 20.*
17 *Quæ in continenti fiunt, cenſentur ineſſe.*
18 *Verba legis debent intelligi in caſu vero.*
19 *Mercator dans cedulam bancariam ſatisfacit ſuæ obligationi, quandocumque ſoluat ad libitum creditoris.*
20 *In foro conſcientiæ attenditur veritas.*
21 *Forus conſcientiæ regulatur ſecundum naturalem æquitatem.*
22 *Pretium Cenſus dicitur ſolui in pecunia numerata, etiam ſi de mandato venditoris ſoluatur in manibus alterius.*
23 *Immo etiam ſi ſoluatur in manibus veri creditoris venditoris Cenſus.*
24 *Pretium Cenſus poteſt ſolui de pecunia aliena, & ſatiſfit Bullæ Pij V.*
25 *Pretium dicitur ſolutum coram Notario & teſtibus, etiam quando emptor pecunias ſecum reportauit, niſi probetur ita fuiſſe conuentum ante contractum.*
26 *Hoc tamen non procedit in contractu Cenſus, in quo non attenditur an præceſſerit, vel ne conuentio, ſed omni caſu contractus eſt nullus.*
27 *Pretium Cenſus conſtituti in caſu aſſignationis dotis, non eſt de neceſſitate ſoluendum coram Notario & teſtibus.*

Pretium Cenſus ſolui debet coram Notario & teſtibus.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

VIDIMVS in præcedentibus articulis, quod in contractu Cenſuali pro forma illius ſubſtantiali requiritur quod pretium non ſolum conueniatur & conſtituatur in pecunia numerata, verum etiam totum, & integrum numeretur, & quod non ſatis ſit illius formæ ſi loco pretij tradatur aliqua ſpecies æſtimata, ſequitur nũc vt videamus an pretium ſit de neceſſitate ſoluendũ in ipſo limine contractus in actu celebrationis inſtrumenti corã Notario, & teſtibus. In quo articulo licet inſpecta diſpoſitione iuris cõmunis videatur ſentiẽdum quod huiuſmodi ſolutio pretij non ſit de neceſſitate coram Notario & teſtibus facienda cum eo iure validitas contractus emptionis & venditionis, quãtum ad pretium pertinet, non conſiſtat in illius ſolutio-
1 ne, ſed dumtaxat † in illius conuentione, vt ſcilicet, conueniatur inter contrahentes de pretio, *l. 1. l. 2.*
2 *l. pacta conuenta, ff. de contr. empt.* quod † illud ſit certum, *l. hæc venditio, §. 1. ff. eo. §. Pretium. & ibi Gloſ. & Doctor. Inſtit. eo.* & quod conſiſtat in pecunia numerata, *l. 2. in fi. ff. eod. l. empti, C. eo. §. 1. §. Pretium, Inſtit.*
3 *eo.* & ſtatim atque † de eo inter contrahentes conuentum fuit emptio valide contracta dicatur. *Inſt. de empt. & vendit. in princ. Burſat. conſ. 214. num. 11. verſ. 5. lib. 2.* nec eſt neceſſe vt illud in ipſo limine
4 contractus realiter & cum effectu ſoluatur, ſed † citra vitium cõtractus poſſit de eo fides haberi, *l. quod vendidi. 19 ff. de contr. empt. §. vendita vero res. Inſtit.*
5 *de rer. diuiſ.* Attamen † in cõtractu Cenſuali ex eius peculiari, & particulari natura requiri tẽpore quo fit, pretium præſens & numeratum, dicit *Felician. de Solis, in ſuis commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. cap. 8. ſub num. 15. verſ. altera. & tomo 2. lib. 3. cap. vlt. num. 5. ſub verſ. & licet, in mutuo.* & ſpeciali quadam ratione, ſcilicet, ad euitandas fraudes & ſimulatas ſolutiones & omnem prauam vſurarum ſuſpicionem, vt ſanciuit *Pius Quintus in ſua Bulla ſuper Cenſibus, in verſic. Rurſum niſi verè, &c.* quod totum & integrum pretium Cenſus ſolui debeat in pecunia numerata, & quod realiter, & cum effectu numeretur in ipſo actu venditionis Cenſus coram Notario, & teſtibus, vt animaduertit *Boccacc. in ſuo Tract. de Cenſib. par. 1. num. 44. & ſeqq. Felic. de Solis. in dd. ſuis Commentar. tomo 1. lib. 1. cap. 9. num. 10. verſ. Hinc q.*, & dicit *Rota corã b. m. Cardinalis Pamphilio, 29. Martij, 1595.* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 103. n. 8. & corã R. P. D. Manzanedo, 12. Ian. 1607. in vna Rauennatenſi Saluiani Interd.* quę eſt *poſt Tract. deciſ. 126. nu. 8.* poſt alios quos allegat. Immo procedẽdo vlterius declarauit contractus ſub alia forma factos eſſe nullos & feneratitios. Vnde non eſt dubitandum, quod in hoc Cenſuali contractu neceſſariũ ſit, quod pretium ſit præſens, & cum effectu numeretur coram Notario & teſtibus in actu celebrationis inſtrumenti, & venditionem Cẽſus aliter factam eſſe nul-
6 lam, & inualidam. cum † enim hoc fuerit pro forma ſubſtantiali huius contractus diſpoſitum, vt diximus *ſupra artic. præcedenti, num. 11. & ſequentibus,*

debet

debet adimpleri, *Garz. Maſtril. deciſ. Regni Siciliæ deciſ.94. num.3. & ſeqq.* & ſignanter *num.7. lib.1.* licet ipſe loquatur de Cēſu impoſito iuxta formam *Conſtitutionis Nicol. V.* & bene *Mari. Antonin. Variar. Reſolut. lib.1. reſolut.44. num.3.* & bene colligitur ex *Rota in illa Bononiēſi Cenſus, 15. Februarij, 1599. coram b.m. Penia,* quæ eſt *poſt Tract. deciſ.127. ante num.1. & in illa Romana Pretij Palatij. 15. Ianuarij, 1607. coram b.m. Iuſto, quæ eſt ibid. deciſ.80. num.5.* &
7 ſæpè in aliis cauſis. Nam † forma debet præciſe & ad vnguem obſeruari, *l. qui per ſalutem, ff. de inreiur. Doctor. in l.1. ff. de liber. & poſthum. Gloſ. in c.1. ext. de vita, & honeſtate clericor.* & nos diximus *ſupra art. præceden. num.15.*

Et propterea eſt omnino cauendum à *Ludou. Molina, in ſuo tract. de Contract. diſput.390. num.2.* & à *Bartolino, ad Bullam Pij V. ſuper cenſ. Gloſ.7.* dum teſtantur hanc *Pij V. Conſtitutionem* in hac parte non fuiſſe vſu receptam, & à *Ludou. de Auend.* qui in *ſuo tract. de Cenſib. Hiſpan. cap.43. num.9. & ſeqq.* cauillando ſenſum & intentionem *Pij V. in hac ſua Bulla, in verſ. Rurſum niſi verè.* nititur deducere quòd *ibi Pius V.* nullo modo diſponit, in actu venditionis Cenſus requiri pro forma ſubſtantiali actualem & præſentialem numerationem pecuniæ coram teſtibus & notario; & propterea contractum Cenſus celebratum non præſenti pecunia & abſque eo quod pretium Cenſus fuerit realiter & verè ſolutum coram notario & teſtibus in ipſo actu cōtrahendi non eſſe nullum. Nam intellectum per *Auend.* ad dictam particulam Bullæ excogitatum (ipſo tamen *Auend.* tacente) expreſsè reprehendit & confutat *Felic. d. tomo 2. lib.1. cap.8. num.7. verſ. Quo ad primum, & infra.* Licet illud ipſemet *Auend. d. cap.43. num.12.* de *Feliciano* conquerendo, & eum acriter mordendo, nitatur ab impugnationibus & conſiderationibus *Feliciani* defendere.

Non vſus autem *dictæ Bullæ* extra Regnum Hiſpaniæ (ad cuius Procuratorum inſtātiam fuit ſupplicatum ne in dicto Regno in hac parte Bulla præfata admitteretur & reciperetur, vt affirmat ipſe *Auend. cap.37. num.19. & 23.*) allegari non poteſt, per ea quæ diximus *ſup. par.1. cap.3. q.1. art.6. nu.47.* & expreſsè dixit *Rota* in his terminis coram *b.m. Iuſto, 15. Ianuarij, 1607. in illa Romana Pretij Palatij, quæ eſt poſt Tract. deciſ.80. num.6.* Cum itaque fuerit per *dictam Bullam* pro forma introductum, vt pretium Cenſus ſoluatur in pecunia numerata, in actu con-
8 trahendi non poteſt ex partium & † cōtrahentium facto, illi præiudicium generari, *l. ius publicum,* vbi
9 *Gloſ.* dat concordan. *ff. de pactis.* & hinc † contractus aliter celebratus non validaretur per renunciationem expreſsè etiam cum iuramento factam exceptioni non numeratæ pecuniæ. *Felician. de Solis, in dd. ſuis commentar. de Cenſib. tomo 1. lib.1. cap.8. num.15. in princ. & verſ. altera, & tomo 2. lib.3. cap. vlt. num.5. ſub verſ. & licet in mutuo,* & ſequitur *Auend. d. tract. cap.45. num.18.*

10 Vnde † nullus erit Cenſus in cuius emptione pretium fuit ſimpliciter oſtenſum non autem numeratum coram teſtibus, & notario, vt affirmat *Nauar. in d. ſuo Commentar. de vſur. num.88.* ſequitur *Boccace. in ſuo tract. de Cenſib. par.1. num.47. Hond. conſ.25. nu.36. lib.1. Mich. Salon. in ſuo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de Cenſib. art.3. controuerſ.7. num.6.* & bene faciunt ea quæ tradit *Rimin. ſen. conſ.407. per tot.* & ſignanter *num.11. & ſeqq. lib.3.* dum concludit quod contractus præſumatur ſimulatus quo ad numerationem pecuniæ ſi probetur pecuniam fuiſſe ſimpliciter demonſtratā, ſed poſtmodū ab oſtendente ſecum reportatam, & pro ſimulatione & nullitate Cenſus fuit reſolutum in *Rota coram b.m. Iuſto, in vna Romana ſimulationis Cenſus, 6. Aprilis, 1601. quæ eſt poſt Tract. Deciſ.128. num.4. in fine,* & bene faciunt quæ dixit eadem *Rota coram R.P.D. Manzonedo, 7. Maij, 1610. in vna Aſſiſienſi pecuniaria,* quæ eſt *ibidem deciſ.120. num.1. ad fin. & in eadem cauſa coram eodem, 28. Ianuarij, 1611.* quæ *ibidem eſt deciſ. 30. num.3. in fine. & num.5. in fin.* Papa enim *Pius V.* voluit in d. ſua Bulla, in *verſ. Rurſum niſi verè, &c.* quod pretium Cenſus verè ſolueretur coram teſti-
11 bus & notario, quæ particula † *Verè,* importat veritatem numerationis, & effectualē numerationem. *Boccacc. in d. tract. de Cenſib. par.1. num.48.* refert *Marcheſan. in ſuo tract. de commiſſion.* iuxta nouiſſimam impreſſionem, *in cap. de commiſſ. appellat. in cauſ. cameral. obligat. par.1. §.2. num.58.* vnde impropria numeratio & non vera, non ſufficit.

Quæ tamen Conſtitutio Piana non eſt adeo Iudaicè & literaliter intelligēda quin admittat interpretationem ex identitate rationis, & propterea ſi
12 † in venditione Cenſus non numeretur totum & integrum pretium illius coram notario & teſtibus tempore celebrationis inſtrumenti, ſi verè numeratum antea ſit, atque integrum in præſentia tabellionis & teſtium, tradatur venditori Cenſus eſſe ſatisfactum Bullæ, dicit *Ludou. Molina, in d. ſuo tract. de contract. diſput.390. nu.2. verſ. tutum.* qui hanc ſententiam procedere in vtroque foro tam animæ, quam Iudiciali affirmat: quidquid pro contraria opinione illum citet *Martin. Bonacin. in ſuo tract. de Contract. diſput.3. quæſt.4. puncto vnico, num.21. verſ. Ex quo*
13 *deducitur.* Prout † eidem Bullæ eſſe ſatisfactū quo ad hoc vt pretium dicatur ſolutum coram Notario & teſtibus, ſi loco pecuniæ numeratæ tradatur venditori Cenſus Cedula Bancaria pro integro pretio Cenſus, dicit *Steph. Gratian. Diſceptat. Forenſ. tomo 2. cap.87. num.46.* & declarauit *Rota* ſæpius & maxime *coram b.m. Cardinali Pamphil. 29. Martij, 1593. in illa Beneuentana Cenſus,* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ.103.*
14 *num.7. & ſeq.* Nam † cedula Bancaria habet vim ſolutionis factæ in pecunia numerata. *Bart. in l. ſi ſolutum, ff. de ſolut. Put. deciſ.156. lib.1. Rota in d. Beneuentana Cenſus, num.7. & coram eodem b.m. Cardinali Pamphilio, 28 Nouembris, 1597. in illa Romana anterioritatis hypothecæ,* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ.104. num.1. & coram b.m. Iuſto, 9. Aprilis, 1601. in illa Romana Cenſus,* quæ eſt *ibidem deciſ.131. num.2. & coram eodem in eadem cauſa, 18. Martij, 1602. quæ ibidem eſt deciſ.132. num.1.*

An autem dicatur ſatisfactum Bullæ præfatæ ſi conſtaret realiter & cū effectu pretium Cenſus perueniſſe ad manus venditoris illius, licet illud non fuerit numeratum coram Notario & teſtibus, dubi-
15 tant Doctores, & pro † parte affirmatiua videntur facere not. per *Corn. conſ.241. num.7. lib.3.* vbi dicit ſtatuto requirenti pretij numerationem ſatisfieri, ſi prius, vel poſterius interueniat numeratio. &

hanc partem tenuit *Rota coram b.m. Litta, 10. Februa-*
rij, 1597. in illa Engubina Cenſus, quæ eſt *poſt Tract.*
Deciſ. 92. num. 6. vbi atteſtatur ita fuiſſe declaratum
in ſignatura Sanctiſſimi per Gregor. XIII. non ſo-
lum vbi pretium eſſet ſolutum, vel eademmet die
qua Cenſus venditus fuit. *Corn. conſ. 113. num. 2. &*
conſ. 284. in princ. lib. 1. Socin. ſen. conſ. 143. nu. 7. lib. 1.
Sed etiam poſt quattuor vel plures dies, quia nihi-
lominus videretur quod ſolutio dici poſſet facta in
actu venditionis cum cõtractus ſtipulationis & nu-
merationis ſit vnicus, *l. ſi ita, §. fin. & ibi Doctor. ff. de*
nouat. & ſtatim fieri dicatur etiam id quod aliquo
interuallo interiecto fit, *l. quod dicimus, & ibi Gloſ. de*
ſolut. & dicit *Rota coram b.m. Cardinali Pamphilio,*
29. Martij, 1593. in illa Beneuentana Cenſus, quæ eſt *in*
fine Tract. deciſ. 103. num. 11. Pro qua affirmatiua
opinione multum facere videtur auctoritas *Ludou.*
de Auend. d. cap. 43. num. 13. & ſeqq. vbi conatur de-
fendere quòd Cenſus iuſtius formetur ex anticipa-
ta numeratione pecuniarum, ſeu traditione iuſti &
integri pretij, quam ex facta in actu celebrationis
inſtrumenti: quod *ſupra nu. 9. & ſeqq.* conatus erat
comprobare ex eademmet *Bulla Pij V. in verſ. Rur-*
ſum niſi verè. & repetit *infra num. 17.* Quam ſenten-
tiam poſt *Marium Antonin. lib. 1. Var. Reſolut. cap. 44.*
ſequitur etiam *Paulus Bellon. in ſuo tract. de eor. quæ*
fiunt in continen. vel ex interual. cap. 84. num. 6. poſt
hæc ſcripta viſus: vbi pro hac parte allegat reſolu-
tionem factam *in Rota in d. Beneuentana Cenſus*, per
nos ponderatam *ſupra numero 14. in fine.* Partem
16 † tamen negatiuam, defendit *Felic. in dd. ſuis Com-*
mentar. tomo 2. lib. 1. cap. 8. num. 9. dum improbat
Cenſum in quo pecunia numeratur etiam in conti-
nenti, poſt quam contrahentes habuerunt contra-
ctum cenſiticum pro perfecto, etiam antequam di-
17 greſſi ſint ad extraneos actus. Licet † enim ea quæ
in continenti fiunt ipſi actui ineſſe videantur, *l. le-*
cta. ff. ſi cert. pet. hoc tamen eſt fictè, & non verè, vt
poſt alios declarat *Bolognet. in d. l. lecta, num. 31. &*
18 *ſeqq.* verba autem † conſtitutionis debent intelligi
in caſu vero, & non in caſu ficto, *l. 1. §. ſi is qui na-*
uem. ff. de exercit. act. cum vulgar. & faciunt ea quæ
diximus *ſupra hoc & præced. art.* de forma ſubſtan-
tiali huius contractus Cenſualis obſeruanda. Ne-
que obſtat *deciſio Rotæ in illa Engubina Cenſus* pro af-
firmatiua ſententia ponderata, quoniam loquitur
quando de iſta numeratione conſtat per dationem
cedulæ Bancariæ, vltra quod *Rota ibi* non loquitur
deciſiuè, ſed extra dubium de quo *ibi* dubitabatur
in d. Beneuentana Cenſus, dum *Rota* dicit quod ſtatim
dicitur fieri etiã id quod fit poſt aliquot dies, etiam
poſt duos menſes, non loquitur reſpectu pretij nu-
merandi in contractu Cenſus: nam huic neceſſitati
ibi fuerat ſatisfactum per dationem cedulę Banca-
riæ, quæ in ipſo actu contrahendi fuerat venditori
Cenſus conſignata: nam per illius dationem ſatisfit
formæ traditæ per Bullam, vt conſiderat *ibi Rota*, &
nos diximus *paulò ſupra num. 13.* Sed loquitur de nu-
meratione facta à banco & à mercatore, qui cedu-
lam fecerat: nam cùm non requiratur pro forma
ſubſtantiali, vt Bancus, & Mercator qui facit cedu-
19 lam, ſoluat in ipſo actu præſentationis, † ſed dici-
tur ſuæ obligationi ſatisfacere, quandocumque ad
libitum creditoris ſoluat, & dicitur ſtatim ſoluere,
etiamſi poſt aliquot dies, poſtquam ſibi cedula fuit
præſentata, vt experientia demonſtrat: nimirum, ſi
ibi Rota habens rationem ad ſubiectam materiam
affirmat ſolutionem dici factam ſtatim, etiamſi ſit
facta aliquot dies poſt præſentationem cedulæ. Ad
intellectum etiam *Auend.* ad dictum *verſ. Bullæ Pia-*
næ facili negotio reſpondetur ex traditis per *Felic.*
cuius meminimus *ſupra num. 7. in fine.*

20 Bene verum eſt, quod † in foro conſcientiæ, &
animæ in quo ſola veritas attenditur. *Inn. in c. quia*
plerique, de immunit. Eccleſ. Abb. in c. 1. & ibi Dec. in 2.
21 *lect. num. 32. de conſtit.* & † qui regulatur ſecundum
naturalem æquitatem. *Bal. in l. 1. in fine, C. de vectig-*
gal. & commerc. Abb. in c. 1. in fine, ext. de in integr. re-
ſtit. Dec. in c. quia in Eccleſiarum, num. 34. ext. de conſtit.
huiuſmodi affirmatiua opinio ſaluari poſſet ex iis,
& quæ ferè in puncto dixit *Nauar. in d. ſuo tract. de*
vſur. num. 88. verſ. eſt tamen quæſtio quotidiana, & num.
121. quæſt. 31.

Hoc tamen eſt extra omnem difficultatem, quod
Bullæ præfatæ reſpectu ſolutionis faciendæ coram
Notario & teſtibus plenariè dicatur ſatisfactũ ſiue
fiat ſolutio in propriis manibus ipſius venditoris
22 Cenſus, ſiue † de eius mandato & commiſſione in
manu alterius, puta Mercatoris, aut Campſoris, qui
conſtituat creditorem in dicta ſumma ipſum Cen-
ſus venditorem, vt reſoluit *Rota coram b. m. Penia, in*
vna Bononienſi Cenſus, 19. Octobris, 1598. quæ eſt *poſt*
23 *Tract. deciſ. 133. num. 13.* vel ſoluatur † in manibus
eius, qui eſt verus creditor venditoris Cenſus, vt di-
xit eadem *Rota in vna Romana anterioritatis, 12. Mar-*
tij, 1600. coram b. m. Iuſto, quæ eſt *ibidem deciſ. 134.*
num. 4. videtur enim ſolutum in eius manibus pro-
priis & ab eo breui manu traditum eius mandata-
rio, *arg. not. in l. ſingularia, ff. ſi cert. pet.* & conſequen-
ter numeratio & ſolutio legitima, & ſufficiens indu-
citur *Iaſ. in l. qui in aliena, num. 41. ff. de acqur. hæred.*
& in propriis terminis *Bullæ Pij V.* dixit *Rota in di-*
24 *cta Bononienſi. num. 12.* Prout eidem † Bullæ eſſet ad
vnguem ſatisfactum etiam quando emptor Cenſus
ſoluit venditori non proprias, ſed alienas pecunias,
vt in puncto reſpondit *Pariſ. conſ. 75. num. 37. & ſeq.*
lib. 4. nam nil aliud ex forma dictæ Pianæ Conſti-
tutionis in hoc contractu ſpectandum eſt in propo-
ſito, quam vt ad manus venditoris Cenſus realiter,
& cum effectu perueniat totũ & integrum pretium
Cenſus, quem vendidit, vt optimis rationibus fir-
mauit *Rota coram Illuſtriſ. Cardinali Ludouiſio. 23.*
Februarij, 1604. in illa Romana Cenſus, quæ eſt *poſt*
Tract. Deciſ. 125. num. 1.

Ceterum ſi pretium Cenſus fuerit verè & cum ef-
fectu numeratum in ipſo actu venditionis Cenſus,
& in actu celebrationis inſtrumenti, emptor tamen
pecunias illas ſecum reportauerit poteſt dubitari
an cõtractus reddatur omnino nullus, & inualidus.
25 Et licet † in reliquis cõtractibus tunc demum con-
tractus reddatur nullus, ſi probetur quod ante in-
ſtrumenti celebrationem eſſet facta conuentio de
ſtatim reſtituendo pretio ſecus alios. *Aret. Inſtit. de*
literar. obligat. n. 10. Bertaz. in tract. de Clauſul. inſtrum.
clauſ. 34. Gloſ. 8. nu. 3. & in addit. ad cõſ. criminalis pa-
26 *tris, conſ. 544. ad fin. verſ. non reprobantur.* In † hoc ta-
men Cenſuali contractu, in quo requiritur pro for-
ma ipſa numeratio, & quod pretium efficiatur ven-
ditoris

ditoris Cenſus redderetur nullus contractus etiam quod non probaretur dictum pactum & dicta conuentio ex iis, quæ dicit *Bertaz. in dd.* locis auctoritate *Alex. in l. ſingularia, num. 35. ff. ſi cert. pet.* quem allegat *Cardin. Mantica, in ſuo Tract. de tacit. & ambig. conuent. lib. 18. tit. 6. num. 16. in fine, Farinac. in ſua Pract. crimin. in tract. de falſit. & ſimulat. quæſt. 154. par. 4. num. 90.* qui alios allegat. Quæ ſententia placuit etiam *Paulo Bellon. d. tract. lib. 1. cap. 82. num. 5.*

27 Vnum † tamen caſum excipit ab hac generali concluſione ipſemet *Pius Papa V.* in quadam ſua Bulla quam edidit ad declaratione ſuæ Bullæ editæ ſuper forma creandi Cenſus, videlicet, in Cenſu, qui conſtituitur & imponitur in caſu dotium aſſignandarum, vt expreſsè legitur in dicta Bulla declaratoria, impreſſa *ſupra in princ. Tractat. in verſic. Poſtremo in dotium,* & diximus *hac ead. q. art. 5. nu. 13.*

ARTICVLI OCTAVI

SVMMARIA.

1 *Solutio pretij Cenſus quod ſit facta coram Notario, & teſtibus probatur ex fide Notarij, & per diſcurſum.*
2 *Inſtrumentum facit rem certam & manifeſtam.*
4 *Numerauit, hoc verbum ſignificat actum hominis, & realem numerationem.*
5 *Intelligitur de numeratione facta tunc tempore contractus.*
6 *Limit. ſi conſtaret numerationem non fuiſſe factam.*
9 *Gerundia ſonant in factum.*
10 *Participium dans, & ſoluens, reſpicit confeſſionem partis.*
13 *Habuit & recepit, hæc verba prolata à Notario in inſtrumento, probant realem ſolutionem.*
14 *Maximè ſi Notarius addat. habuit & recepit in præſentia mei, & teſtium.*
15 *Habuit & recepit ante præſentem contractum.*
Hæc verba non excludunt ſolutionem factam in ipſo contractu.
16 *Intellige in alijs contractibus non in cōtractu cenſuali, in quo requiritur pro forma ſolutio in ipſo contractu.*
18 *Soluit. Hoc verbum, verificatur in qualibet ſatisfactione.*
19 *Limit. ſi dicatur ſoluit pecuniam, quia verificatur in vera, & reali numeratione.*
20 *Probatio reſultans ex inſtrumento admittit probationes in contrarium.*
21 *Dummodo fiat per probationes concludentiſſimas.*
22 *Vel per teſtes omni exceptione maiores.*
23 *Et de neceſſitate concludentes.*
24 *Pretium Cenſus fuiſſe numeratum coram Notario, & teſtibus; poteſt probari aliunde quam ex inſtrumento Cenſus.*
25 *Realis numeratio probatur ex depoſito facto apud campſorem, qui in ſuo libro ſcribat pro creditore in dicta ſumma venditorem Cenſus.*
26 *Solutionis ſubſtantia conſiſtit in numeratione.*
27 *Numeratio realis in contractu Cenſus non probatur ex ſola confeſſione venditoris Cenſus ex quo illa requiritur pro forma ſubſtantiali, & num. 32.*
28 *Aliud eſt recipere, aliud confiteri ſe recepiſſe.*
29 *Exceptio non numerationis pecuniæ in Cenſu, poteſt opponi non ſolum ab ipſo venditore, ſed etiam à tertio conuento.*
30 *Non obſtante confeſſione receptionis pretij facta à venditore Cenſus.*
31 *Confeſſio debitoris de recepto, probat etiam in caſibus ſuſpectis ex conſuetudine.*
32 *Maximè lapſo biennio.*
33 *Limit. quando ex forma requiritur realis numeratio in ipſo contractu.*
34 *Iuramentum habet vim ſolutionis.*
35 *Non tamen verè, ſed fictè.*
36 *Numeratio in contractu Cenſus debet probari non per fictas, ſed per veras & neceſſarias probationes.*
37 *Confeſſio de recepto probat numerationem, ſi concurran adminicula.*
38 *Limitatur in contractu Cenſus.*

Pretium Cenſus fuiſſe integraliter ſolutum coram Notario & teſtibus, quomodo probetur.

ARTICVLVS OCTAVVS.

OCTAVVS ſupereſt Articulus in quo eſt breuiter videndum quomodo probari poſſit pretium Cenſus fuiſſe integraliter ſolutum in pecunia numerata coram teſtibus & Notario in actu celebrationis inſtrumenti prout neceſſarium eſſe dictum fuit ſupra in præcedentibus articulis.

1 Certa † autem, & ſufficiens probatio illa eſt, quæ oritur ex fide Notarij atteſtantis in inſtrumēto venditionis Cenſus talem numerationem factam fuiſſe. *ad Bar. in l. ſingularia num. 22. ff. ſi cert. pet. Maſcar. in ſuo tract. de Probat. vol. 2. concluſ. 1112. num. 1.* & in puncto probat *Ludou. Velazq. de Auend. in ſuo tract. de Cenſib. Hiſpan. c. 44. num. 1. & Anton. Monach. deciſ.*
2 *Florent. 9. num. 9.* nam † tale inſtrumētum facit rem certam, & manifeſtam. *Bart. in l. 1. in princ. num. 8. ff. de non oper. nunc. Abb. in c. cum dilecti, num. 2. ext. de donat. Alex. conſ. 135. num. 5. lib. 6.* & hanc probationis ſpeciem eſſe releuantem, firmauit *Rot.* ſæpius & ſignanter *coram b. m. Cardinali Mantica deciſ. 302. nu. 1. & 3. coram b. m. Penia, 15. Februarij, 1599. in illa Bononienſi Cenſus*, quæ eſt *ibidem deciſ. 127. nu. 2. & coram eodem in vna Fauētina mutui, 16. Decembr. 1601. quæ ibid. eſt deciſ. 135. nu. 1. & coram Illuſtriſs. Cardinali Ludouiſio in vna Romana Cenſus 23. Februarij, 1604.* quæ eſt *ibidem deciſ. 125. nu. 4. & in alia Romana Cenſus, 23. Iunij, 1608. coram eodem, quæ eſt ibidem deciſ. 7. num. 1. & coram eodem in alia Romana Cenſus, 8. Martij, 1610. quæ eſt ibidem deciſ. 136. num. 2.*

Diceretur autem Notarius fidem facere de reali
3 numeratione, ſi † dicat quod Titius dedit, & numerauit *Bal. in l. ſi ex cautione, num. 10. C. de non num.*
4 *pecun. Alex. conſ. 179. num. 6. lib. 2.* nam verbū † numerauit actum hominis deſignat, id eſt, numerationem, vt dicit *Bal. in d. l. ſi ex cautione, num. 8. Dec.* qui alios allegat *in l. ſingularia, num. 33. ff. ſi cert. pet. & ibi Curt. iun. num. 36. ad med. & Cagnol. in 2. lect. nu. 51.* & ſenſit *Rota coram b. m. Penia, 15. Februarij. 1599. in illa Bononienſi Cenſus*, quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 127.*

num.

num. 1. & coram eodem, 29. *Nouembris*, 1604. *in illa*
Aſſiſienſi Cenſus, quæ eſt *ibidem deciſ.* 102. *num.* 2. &
5 † intelligitur de numeratione facta tunc tempore
contractus. *Bal. d. l. ſi ex cautione, nu.* 10. *Alex. d. conſ.*
179. *num.* 6. *Eman. Coſta, ind. l. ſi ex cautione, limit.* 19.
6 *num.* 8. qui † tamen dicunt hoc non procedere quan
do conſtaret pecuniam verè tempore cõtractus non
interueniſſe, quia tunc verba illa eſſent referenda
ad confeſſionem partium, vt declarat etiam *Surd.*
deciſ. 284. *num.* 11.

7 Quæ † probatio clarior reſultaret ſi Notarius il-
lis verbis, dedit, & numerauit, adderet dictionem
realiter, vel dictionem cum effectu. *Soc. ſen. conſ.* 143.
num. 4. *lib.* 1. *Corn. conſ.* 61. *num.* 13. *lib.* 2. *Bolognete. ad*
dictam l. ſingularia, nu. 110. & placuit *Rota in vna Ia-*
nuenſi Cenſus, 28. *Aprilis*, 1603. *coram R. P. D. Manza-*
nedo, quæ eſt poſt Tract. deciſ. 110. *num.* 3. *& ſeq.* Vel
dictionem manualiter. *Caſtr. d. l. ſingularia, num.* 9.
vel dictionem verè. *Felin. in c. ſi cautio, num.* 50. *ext. de*
fide inſtr. Rota in d. Ianuenſi Cenſus, num. 3. vel dictio-
nes in contanti. *Rota in d. Aſſilienſi Cenſus coram b. m.*
Penia, 29. *Nouembris*, 1604. quæ eſt *poſt Tract. De-*
ciſ. 102. *num.* 2. & abſque dubio ſi adderet illa ver-
ba coram me Notario & teſtibus. *Aret. Inſtit. de li-*
terar. obligat. num. 9. *& in §. actionum, num.* 26. *Inſtit.*
de act. Alex. conſ. 37. *num.* 8. *lib.* 3. *Socin. ſen. d. conſ.*
143, *num.* 1. *lib.* 1. *Maſcard. d. concluſ.* 1112. *num.* 8.
& 13. *Mari. Antonin. Variar. Reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 44.
num. 11. *Mantica, in ſuo tract. de tacit. & ambig. con-*
uention. lib. 18. *tit.* 6. *num.* 4. tunc enim verba dicun-
tur omnino reſtricta ad viſum Notarij & teſtium, &
verificari nullo modo poſſunt in confeſſione par-
tium, vt poſt *Roman. in l. prædia, num.* 4. *ff. de acquir.*
poſſ. dicit *Surd. d. deciſ.* 284. *num.* 7.

Et licet *Proſp. Farinacc. in ſua Pract. Crimin. in tract.*
de falſitat. & ſimulat. quæſt. 154. *par.* 2. *num.* 81. *&*
ſeqq. videatur ſentire, quod non ſit facienda vis in
illis verbis coram me Notario & teſtibus, ſed quod
effectus probationis reſultet ex natura verbi nume-
rauit, quod naturalem, & actualem numerationem
ex ſui propria natura demonſtrat, vt dictum eſt, at-
tamen *Rota* ſæpius ad demõſtrandum quod ex ver-
bis Notarij reſultet probatio verè & effectualis nu-
merationis ponderauit quod Notarius addiderat
illa verba coram me & teſtibus, & ſignanter *coram*
b. m. Penia, 19. *Octobris*, 1598. *in illa Bononienſi Cenſus*,
quæ eſt *poſt Tract. Deciſ.* 133. *num.* 5. *coram b. m. Car-*
dinali Pamphilio, 24. *Aprilis*, 1600. *in illa Bononienſi*
Cenſus, quæ eſt *ibidem deciſ.* 123. *num.* 1. & clarius *co-*
ram b. m. Penia, 16. *Nouembris*, 1601. *in illa Fanentina*
mutui, quæ ibidem eſt deciſ. 135. *num.* 2. vbi *nu.* 3. pon-
derat illa non eſſe verba confeſſionis partium, ſed
verba viſus & ſenſus ipſius Notarij ex *not. per Do-*
ctor. in d. l. ſi ex cautione, C. de non num. pecun. & ex So-
cin. d. conſ. 143. *num.* 1. *lib.* 1. & rurſus *coram R. P. D.*
Manzanedo, 28. *Aprilis*, 1603. *in illa Ianuenſi Cenſus*,
quæ eſt *ibidem deciſ.* 110. *num.* 3. *&* 4. Dicta autem
per *Farinac.* debent intelligi in propriis terminis
in quibus ipſe loquitur, ſcilicet, quod ad effectum, vt
Notarius atteſtans de numeratione poſſit conuinci
de falſitate, & pena falſi teneatur, non ſit neceſſe, vt
affirmet numerationem eſſe factam coram ſe No-
tario, & teſtibus, ſed ſatis ſit ſi ſimpliciter affirmet
de numeratione per ſolum verbum, numerauit, vel
aliud, quod ex ſui natura denotet quod Notarius
viderit actũ numerationis, vt ex ipſiſmet *Farinac.*
verbis ſatis apertè colligitur. non tamen ipſe negat
quin ſi Notarius addat etiam illa verba coram me
& teſtibus. multò clarior appareat verè & effectua-
lis numerationis probatio.

Quæ ſimiliter quam clariſſime inſurgeret ſi No-
tarius in inſtrumento cõfecto ſuper vẽditione Cen-
ſus diceret, quod venditor Cenſus habuit & recepit
ſcuta tot in ſui & teſtium præſentia in prompta pe-
cunia in tot paulis, quæ ad ſe traxit, &c. vt ex not.
per Bart. & Alex. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Criſogonus, ff.
de verb. obligat. dixit *Rota coram b. m. Penia*, 15. *Fe-*
bruarij. 1599. *in illa Bononienſi Cenſus*, quæ eſt *poſt*
Tract. Deciſ. 127. *num.* 2. & repetit *coram eod. in illa*
Aſſiſienſi Cenſus, 29. *Nouembris*, 1604. quæ eſt *ibi-*
dem deciſ. 102. *num.* 1. *& coram Illuſtriſſimo Cardinali*
Lancelotto, 10. *Ianuarij*, 1605. *quæ ibidem eſt deciſ.*
137. *num.* 2.

Prout etiam ex verbis Notarij probata dicere-
tur numeratio pretij in ipſo actu contrahendi ſi in
inſtrumento dixerit Titius habuit & recepit à Sem-
8 pronio † dando & ſoluendo, & ſic ſi loqueretur per
gerundium. *Aret. in d. §. actionum, num.* 28. *Inſtit. de*
act. auctoritate *Bal.* qui hoc affirmat in *d. l. ſi ex cau-*
tione, num. 9. *C. de non numer. pecun. & Felin. in d. c. ſi*
cautio, de fide inſtr. ſequuntur *Bertazol. in ſuo tract. de*
clauſul. inſtrum. Clauſula 31. *Gloſ.* 5. *nu.* 3. *Farinacc. d.*
quæſt. 154. *num.* 72. *Mantica, d. lib.* 18. *& tit.* 6. *nu.* 11.
Maſcard. d. concluſ. 1112. *num.* 18. reddentes ratio-
9 nem, quia † iſta gerũdia ſonant in factum quod ip-
ſius Notarij viſui ſubiicitur. licet cõtrarium teneat
ſi Notarius non vtatur gerundio dando, & ſoluen-
10 do, ſed participio † dante, & ſoluente, cum per illa
participia confeſſionem potius partium, quam ve-
ram numerationem probari velint. *Bald. in d. l. ſi ex*
cautione, num. 8. *& in l.* 2. *§. fin. ff. ſi cert. pet. & in l. ſi*
ex pretio, num. 2. *C. eod. tit. Alex. in d. l. prædia, num.* 4.
ff. de acquir. poſſeſſ. Surd. d. deciſ. 284. *num.* 10. *Berta-*
zol. d. Gloſ. 5. *num.* 1. *Mantica, d. tit.* 6. *nu.* 10. *Maſcard.*
d. concluſ. 1112. *num.* 17. etiam ſi addidiſſet dante,
& ſoluente ex ſua propria pecunia. *Aret. Inſtit. de*
literar. obligat. num. 9. *Alex. in d. l. prædia. num.* 7. re-
fert alios *Bertazol. d. Gloſ.* 5. *num.* 1. vel dante & ſol-
uente in pecunia numerata, vt poſt *Pract. Papienſ.*
dicit *Bertazol. d. num.* 1.

11 Probatio † ſimiliter reſultaret ex inſtrumento ſi
Notarius in eo dixerit quod venditor Cenſus con-
feſſus fuit ſe habuiſſe & recepiſſe ab emptore ſcuta
tot, & habuit & recepit, vtendo illa copula, &, *Aret.*
in d. §. actionum, num. 26. *verſ. ſed ſi inſtrumentum. In-*
ſtit. de act. Quia dicit ipſe, iſta verba non poſſunt
referri ad illud verbum confeſſus fuit, ſed debent
de neceſſitate referri ad actum, qui ſubiicitur viſui
ipſius Notarij. *Farinacc. d. quæſt.* 154. *num.* 66. *Man-*
tica, d. tit. 6. *num.* 4. *Maſcard. d. concluſ.* 1112. *num.* 13.
Sed dubitãt quid ſi Notarius non loquatur per co-
pulam, &, ſed per relatiuum, Quæ, dicendo confeſ-
ſus fuit ſe habuiſſe, & recepiſſe ſcuta tot quæ habuit,
12 & recepit; & † quod eo caſu ex illis verbis non pro-
betur vera numeratio, ſed illa ſint potius referenda
ad confeſſionem partium, quaſi Notarius ſcripſerit
in tertia perſona id quod venditor Cenſus pronun-
ciauit in prima perſona, voluit *Bart. in d. l. ſi ex cau-*
tione,

tione, num. 1. C. de non num. pecun. & ibi Salic. Aret. in d. §. actionem, num. 26. Maſcard. d. concluſ. 1112. *nu.* 13.
12 Alij † autem plures contra *Bart.* fuerunt in ea
opinione, quod hocquoque caſu quando Notarius
vſus fuit relatiuo inducatur probatio realis ſolu-
tionis, & non ſimplicis confeſſionis, & ſignanter *But-*
tr. in d. cap. ſi cautio, ext. de fide inſtrum. num. 12. *& ibi*
Imol. num. 13. *& Felin. num.* 52. & alij quos refert
Maſcar. d. concluſ. num. 14. *& Farinacc. d. q.* 154. *nu.* 67.
cum quibus & ipſe tranſire videtur. Et hæc vltima
opinio videtur ſatis confirmari ex *Gloſ. in d. l. ſi ex*
cautione, in verbo, vel accepit, C. de nō num. pecun. quam
ſequitur *ibi Bal. num.* 7. *& Salic. in* 8. *oppoſit.* dum di-
13 cũt quod hæc ſimplicia verba prolata à † Notario
in inſtrumento, habuit & recepit, probant veram
numerationem, nō autem ſimplicem partium con-
feſſionem, quod placuit etiam *Alex. d. conſ.* 179. *nu.*
3. *lib.* 2. *& Iaſ. in d. l. ſingularia, num.* 48. *ff. ſi cert. pet.* li-
cet contradicãt *Mantica, d. tit.* 6. *num.* 4. *& Maſcard.*
d. concluſ. 1112. *num.* 13. Hoc certè verum eſt quod
illa verba in priuata ſcriptura non probant veram
numerationem. *Bertazol. d. tract. Clauſula* 34. *Glo.* 5.
num. 3. *& in addition. ad conſil. criminalia ſui patris*
conſ. 544. *verſ. ſi autem. Mantica, d. tit.* 6. *num.* 7.
14 Quod † ſi Notarius dictis verbis addat in preſen
tia mei, & teſtium, quod inde reſultet concludens
probatio veræ numerationis, volunt etiam *Maſcard.*
& Mantica, primus *d. num.* 13. alter *d. num.* 4.
15 Sed † quid ſi Notarius illis verbis habuit, & rece-
pit adiungat illa verba ante præſentem cõtractum?
diceturne fieri probatio numerationis? & pro par-
te affirmatiua allegantur multi per *Mari. Antonin.*
Variar. Reſolut. lib. 1. *reſolut.* 44. *num.* 14. & per *Sta-*
phan. Gratian. deciſ. Marchiæ 115. quaſi illa verba an-
te præſentem contractum debeant interpretari an-
te præſentem contractum finitum, & perfectum; ita
vt non excludant quin ſit facta ſolutio in ipſomet
contractu, & dum contrahentes erant in actu con-
16 trahendi. Sed † licet hæc interpretatio poſſet for-
te recipi in aliis contractibus, in quibus non requi-
ritur pro ſubſtantia quod numeratio fiat coram te-
ſtibus & Notario in actu ipſo contrahendi. In hoc
tamen Cenſuali contractu in quo ex forma *Conſtitu-*
tionis Pij V. numeratio debet fieri in ipſomet con-
tractu, ego illam nullo modo admittendam cenſeo,
cum repugnet formæ datæ per d. Bullam quam eſ-
ſe ad vnguem obſeruãdam docuimus ſupra in præ-
cedentibus articulis. prout nec verè illa placuit
Mar. Antonin. d. reſolut. 44. *num.* 15. *verſ. in hoc dubio.*
17 Sed quid ſi † Notarius in inſtrumento Cenſus di-
cat quod emptor Cenſus ſoluit pecuniam, vendito-
ri reſultabitne ex dictis verbis probatio ſolutionis
in prompta & numerata pecunia? hæc difficultas
eſt definienda ex *Bart. in l. ſolutionis, num.* 1. *ff. de ſo-*
lut. qui diſtinguit an Notarius dixerit ſimpliciter
Titius ſoluit, an verò cum adiũcto, ſoluit pecuniam:
18 nam † primo caſu ex dicto verbo non infertur ad
veram, & naturalem ſolutionem in pecunia nume-
rata, quia verbum ſoluit verificatur in qualibet ſpe-
cie ſatisfactionis: ſecundo verò caſu inferatur, quia
19 tunc debet intelligi ratione adiuncti de vera, & na-
turali ſolutione, *l. ſolutum, in princ. ff. de ſolut.* & hanc
diſtinctionem defendit *Soc. ſen. conſ.* 65. *num.* 3. *lib.* 4.
amplectitur *Ripa, vol.* 4. *§. ſoluiſſe, num.* 1. *&* 2. *ff. de re*
iudic. Alc. in l. liberationis, num. 3. *&* 4. *ff. de verbor.*
ſignific. & non diſſentit *Pariſ. conſ.* 107. *num.* 132. *lib.*
2. quos & alios refert *Bertazol. d. Clauſula* 34. *Gloſ.*
5. *num.* 4. *&* 5. Licet autem maxima ſit, & indubi-
tata probatio, quæ ex publico inſtrumento reſul-
20 tat; non † denegatur tamen facultas probandi in
contrarium, & maximè arguendo Notarium de fal-
ſitate. *Bart. & DD. in l. ſingularia, ff. ſi cert. pet.* & alij
relati per *Auend. d. cap.* 44. *num.* 2. & bene faciunt
quæ tradit *Farinacc. in ſua Pract. crimin. in tit. de fal-*
21 *ſit. & ſimul. q.* 156. *nu.* 147. *& ſeqq.* dummodo † pro-
batio iſta fiat per legitimas, veras, & concludentiſ-
ſimas, non autem præſumptiuas, & coniecturales
probationes, vt ſubdunt *Auend. & Farinac. ll. allegg.*
ille *num.* 3. iſte *num.* 148. & dixit *Rota* ſæpiùs, &
ſignanter *in deciſionib. poſt Tract. impreſſis, videlicet,*
deciſ. 7. *num.* 2. *deciſ.* 95. *num.* 12. *deciſ.* 125. *num.* 13. *de-*
ciſ. 133. *num.* 7. *deciſ.* 135. *num.* 5. *& deciſ.* 137. *num.* 7.
22 & factas per † teſtes omni exceptione maiores, nul-
lam prorſus, etiam minimam patientes exceptio-
nem, vt ſexcentorum auctoritate probat *Farinacc. d.*
tract. q. 158. *num.* 92. & dixit eadem *Rota in deciſionib.*
poſt Tract. impreſſis, deciſ. 24. *num.* 4. *deciſ.* 133. *num.* 7.
23 *& deciſ.* 136. *num.* 1. & † de neceſſitate, & conclu-
denter deponentes. *Farinac. d. quæſt.* 158. *num.* 116.
qui multos allegat; & voluit *Rota d. deciſ.* 24. *num.* 6.
& deciſ. 136. *num.* 6. & aliàs ſæpè. Et hæc de pro-
batione quæ fit per publicum Inſtrumentum. Non
enim cenſentur excluſæ aliæ ſpecies probationis.
24 Nam ſi aliunde, † quam ex lectura Inſtrumẽti con-
ſtaret venditorem Cenſus habuiſſe effectualiter in-
tegrum pretium Cenſus, cenſeretur ſatisfactum ne-
ceſſitati ſoluendi illud coram Notario, & teſtibus
in actu celebrationis inſtrumenti, vt fuit reſolutum
in *Rota coram b. m. Penia,* 19. *Octobris.* 1598. *in illa Bo-*
nonienſi Cenſus. quæ eſt *poſt Tract. deciſ.* 133. *num.* 11.
25 vbi *num.* 12. dicitur † quod realis numerationis pro-
batio reſultat ſi conſtet pretium fuiſſe depoſitatum
in banco de conſenſu venditoris Cenſus & campſo-
rem conſtituiſſe illum in ſuo libro creditorem dictæ
ſummæ. quidquid de hoc dubitauerit aliàs eadem
Rota coram eod. b. m. Penia, in eadem cauſa Bononienſi
Cenſus, 15. *Februarij.* 1599. *quæ eſt ibid. deciſ.* 127. *nu.* 1.
Quæ tamen deciſiones poſſent conciliari, conſide-
rando quod reſolutio facta, 19. *Octobr.* 1598. loqua-
tur, & intelligenda ſit, quando penes campſorem &
mercatorem diſponitur pecunia, numerando illam
ipſi mercatori. in *deciſ.* aũt facta, 15. *Februar.* 1599.
dum dubitabatur de releuantia depoſiti, hoc de-
beat intelligi, quando depoſitum non fit numeran-
do pecuniam campſori de cõſenſu venditoris Cen-
ſus; ſed præſentando & conſignãdo illi, & deponen-
do penes eam pecuniam in marſupio, & in ſacculo
26 obſignato. Quo caſu, cum deficiat † probatio ſub-
ſtantiæ ſolutionis, ſcilicet, ipſa numeratio, depoſi-
tum non diceretur releuans, vt bene deducitur ex
dictis per *Tiraq. de retract. con ven.* §. 4. *Glo.* 6. *nu.* 17.
& ſeqq. & ſignanter *num.* 22. & in puncto dicit
Auend. d. c. 44. *num.* 6. Vel, & fortè melius poſſumus
dicere, quòd licet *Rota die* 15. *Febr.* 1599. dubitaue-
rit, an ex depoſito dicatur ſatisfactũ neceſſitate nu-
merandi pecuniam in ipſo actio contrahendi; non
receſſit tamen à reſolutione affirmatiua quam fece-
27 rat *in eadem cauſa die* 19. *Octobr.* 1598. Sed an † ex

ſola

Digitized by Google

ſola confeſſione de recepto facta à venditore Cen-
ſus reſultare poſſit ſufficiens & releuans probatio
dictæ ſolutionis veræ & realis coram Notario, & te-
ſtibus. Negatiuam ſententiam probat *Pariſ. conſ.*
75. num. 33. in fine, lib. 4. Bocaec. in ſuo tract. de Cenſib.
par. 1, num. 46. & ſeq. pluribus confirmat *Felician. de*
Solis, in dd. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. cap.
8. nu. 15. & c. 9. nu. 6. verſ. denique, & nu. ſeq. & num.
10. verſ. hincq. reſpondi, & repetit *tomo 2. lib. 3. cap. fin.*
num. 5. verſ. per confeſſionem, vbi alios refert *Gaſp. Ro-*
deric. in ſuo tract. de ann. reditib. lib. 1. quæſt. 13. ſub
num. 4. verſ. nec proderit ſola, & hoc placuit etiam
Auend. d. cap. 44. num. 10. & latiſſimè *cap. 45. num. 7.*
28 *cũ multis ſeqq.* Nam † aliud eſt recipere, aliud con-
fiteri ſe recepiſſe, *l. ſi ex pretio, & ibi Doctor. C. de non*
num. pecun. Soc. ſen. conſ. 3. num. 11. lib. 1. Maſcard. in d.
ſuo tract. de Probat. vol. 2. concluſ. 1111. n. 6. qui mul-
tos allegat. Quod procedit non ſolum reſpectu ip-
29 ſiuſmet venditoris Cenſus, verum etiam † reſpectu
alicuius tertij poſſeſſoris bonorum cenſitorum, qui
hanc exceptionem non numerationis pretij, tam-
quam intrinſecam, & reſpicientem formalem ſub-
30 ſtantiam contractus, poterit † opponere; non ob-
ſtante confeſſione receptionis pretij à venditore
emanata: vt auctoritate *Fulgoſ. conſ. 133. & 205.* &
Maſcar. de Probat. vol. 1. concluſ. 361. affirmat *Auend.*
d. cap. 45. num. 22.

31 Nec obſtat quod † de conſuetudine vera nume-
ratio pecuniæ probetur ex confeſſione etiam in ca-
ſibus ſuſpectis, *Bal. in l. 2. num. 5. C. ne lic. potent. Pau.*
de Caſt. in l. per diuerſas, num. 12. in fine, C. mandat. Ful-
goſ. conſ. 205. num. 1. verſ. illud etiam ad notandum eſt.
32 Maximè † lapſo biennio. *Fulgoſ. ibi, num. 2. Rota Ge-*
nuen. deciſ. 26 num. 1. & ſeq. tum quia contrariũ pro-
bat *Auend. d. cap. 45. num. 11.* tum ob rationes quas
conſiderat *Roderic. d. num. 4. verſ.* ex quo etiam in-
33 fertur: tum † quoniam hoc poſſet procedere quan-
do præſentia pecuniæ & vera numeratio non requi-
reretur in ipſo actu contrahendi pro forma ſubſtan-
tiali contractus, ſecus quando pro forma requirere-
tur, vt in caſu noſtro, prout deductum fuit in præ-
cedentibus articulis, & faciunt dicta per *Auend. d.*
cap. 45. num. 10. Cui ſimplici confeſſioni de recepto,
nec etiam iuramentũ ipſius cenſuarij præſtaret vim
veræ & efficacis probationis, pretium Cenſus fuiſſe
verè numeratum in ipſo actu contrahendi: quia li-
34 cet † iuramentum habeat vim ſolutionis, *l. iuſiuran-*
dum, l. in bonis. §. quid ſi reus, ff. de iureiur. illud tamen
35 non verè, † ſed fictè procedit. *Bart. in l. qui iuraſſe, §.*
fin. & d. §. quod ſi reus, Seraphin. de Priuileg. Iuramen.
Priuil. 81. nu. 1. in fine, numeratio autem in contra-
ctu Cenſus requiritur non fictè, ſed verè, realiter, &
cum effectu: vnde probari debet non per probatio-
36 nes præſumptiuas, & per coniecturas, † ſed per con-
cludentes, & neceſſarias, vt in puncto concludit *Fe-*
lician. de Solis, in dd. ſuis Comment. tomo 2. lib. 3. c. 4. &
vlt. num. 5. verſ. & licet in mutuo, Auend. d. c. 44. nu. 9.
verſ. Ex qua, & num. 10.

Et licet *Auend. d. tract. c. 45. num. 19.* ea quæ di-
cta ſunt de confeſſione de recepto, quòd non pro-
37 bet numerationem, limitet † ſi concurrant conie-
cturæ, & præſumptiones adminiculantes dictã con-
feſſionem: attamen hæc limitatio mihi non proba-
38 tur † in contractu Cenſus in quo propter peculia-
rem illius naturam requiritur pro forma ſubſtan-
tiali vera & præſentialis pretij numeratio; ego exi-
ſtimo confeſſionem de recepto, quantumuis admi-
niculatam, non inducere releuantem pretij nume-
rationis probationem, ex iis, quæ dicit *Tiraq. in d.*
Gloſ. 6. num. 22. & per ea quæ diximus *ſup. in hoc art.*
& maximè *num. 16. 34. & ſeqq.*

QVÆSTIONIS II.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor accedit cuiuſcumque obligationi.*
2 *Fideiuſſor in contractu Cenſus, ſimpliciter accedere poteſt.*
Quidquid aliqui contrarium teneant, ibi. & num. ſeq.
Ampl. vt teneatur etiam ſi cotractus Cenſus nullus ſit, quando in eum caſum ſe obligauit, num. 4.
Et abſque dubio quando obligauit ſe vti principalis, & inſolidum, num. 5.
3 *Fideiuſſor cur à creditoribus accipiatur.*
6 *Fideiuſſor præſtitus in contractu Cenſus, debet à ſuo principali abſque damno releuari.*
7 *Fideiuſſor pro fideiuſſione facienda poteſt aliquid recipere, & quid.*
8 *Fideiuſſor in contractu Cenſus poteſt ſe obligare pro ſolutione annui reditus, & pro euictione.*
9 *Non autem de ſoluendo cenſu etiam in caſu quo fundus Cenſus periret.*
10 *Fideiuſſor non remanet obligatus, quando obligatio principalis, eſt nulla ipſo iure.*
11 *Etiam ſi obligaret ſe vti principalis.*
12 *Limitatur ſi obligatio principalis non ſit nulla ipſo iure.*
13 *Fideiuſſor in contractu Cenſus non poteſt ſe obligare vti principalem & inſolidum, ſecundum Surd.*
Contraria opinio vti verior defenditur ab Auctore, num. 15.
14 *Fideiuſſor regulariter poteſt ſe obligare vti principalis & inſolidum.*
16 *Cenſus, reſpectu fideiuſſoris, qui ſe vti principalis obligauit, dicitur impoſitus ſuper fundo principalis imponentis.*
17 *Conſentiens alienationi rei propriæ, ſibi præiudicat.*
18 *Et ipſemet rem illam alienare cenſetur.*
19 *Solemnitates requiſitæ à lege in contractu ſunt ſeruandæ à quolibet contrahente.*
20 *Declar. verum in ſolemnitatibus, quæ reſpiciunt perſonas ipſorum contrahentium.*
21 *Obligatio plurium facta inſolidum, quo ad effectum eſt vnica.*
22 *In contractu Cenſus pretium debet ſolui in pecunia numerata.*
23 *Solui tamen poteſt in manibus alterius, quam ipſius venditoris Cenſus.*
24 *Venditor Cenſus & illius fideiuſſor, quo ad emptorem Cenſus ſunt correi debendi.*
25 *Sed quo ad venditorem Cenſus fideiuſſor retinet propriam naturam fideiuſſionis.*
26 *Fideiuſſor Cenſus ſi ſit effectus non ſoluendo, non eſt renouandus.*
Limitatur ſi aliter inter contrahentes ſit conuentum, num. 30.
27 *Fideiuſſor datur ex conuentione, ſi efficiatur minus idoneus, & non ſoluendo, non debet renouari.*

28 Secus

28 *Secus ſi fuerit præſtitus coactè ex officio Iudicis.*
29 *Fideiuſſores nouos dare eſt valdè onerosum debitori.*
30 *Conuentio de renouando fideiuſſores de tempore in tempus, non reprobatur in contractu Cenſus.*

De fideiuſſore in contractu Cenſus adhibendo.

QVÆSTIO II.

1 CVM † regulare ſit quod fideiuſ-
ſor poſſit accedere omnib. obli-
gationibus, *l. 1. & 2. ff. de fide-*
2 *iuſſ. §. 1. Inſtit. eod. tit.* non † vi-
detur dubitandum quin acce-
dere etiam poſſit in contractu
Cenſus. & licet *Nauar. conſ. 9.
num. 3. & 5. lib. 3. in tit. de Cenſib.*
diſtinguat an fideiuſſor præſtetur vt emptor Cen-
ſus fiat ſecurus, quod venditor Cenſus potuit illum
vendere, & quod eſt bene impoſitus, & hoc caſu li-
cita ſit fideiuſſio per rationes quas ipſe conſiderat,
num. 3. aut verò præſtatur pro ſecuritate emptoris,
videlicet, quod tempore debito ſibi annuæ reſpon-
ſiones ſoluentur, & eo caſu fideiuſſoris præſtatio ſit
minus licita, quaſi per eā imponatur aliquod onus
venditori Cenſus, quod per *Bullam Pij V. ſuper Cen-
ſib.* eſt prohibitum, vt ibi per *Nauar. nu. 5.* & ſimi-
liter licet *Ludou. Lopez. in ſuo tract. de contract. c. 57.*
quem refert ſequitur, & comprobat *Mich. Salon. in
ſuo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de Cen-
ſib. art. 3. controuer. 14. num. 1. verſ. docet quarto,* & ple-
nius, *num 6. verſ. ex his fit prima concluſio,* & infra di-
ſtinguant Cenſum qui tempore contractus & impo-
ſitionis illius eſt adeo ſecurus, vt peritorum & pru-
dentum iudicio nullum immineat periculum, vel
non recipiendi annuam reſponſionem, vel pericli-
tationis ipſius Cenſus propter onera cohærentia rei
ſubiugatæ, à Cenſu in quo illius emptor nō habeat
huiuſmodi ſecuritatem; vt primo caſu ſit illicita fi-
deiuſſio, in altero verò poſſit licitè accipi. Attamen
quod ſimpliciter & indiſtinctè accipi poſſit fideiuſ-
ſor in cōtractu Cenſus etiam pro illius ſolutione, di-
cit *Ludou. Molina, in ſuo tract. de contract. par. 2. diſput.
391. num. 1. Felician. de Solis, in ſuis Cōmentar. de Cen-
ſib. tomo 1. lib. 1. cap. 4. num. 3.* refert *Gaſp. Roderic. in
ſuo tract. de annu. reditib. lib. 2. q. 12. num. 9. Martin. Bo-
na*. poſt hæc ſcripta viſus, *in ſuo tract. de contract. di-
ſputat. 3. q. 4. articulo unico, nu. 29.* & ego veriſſimū exi-
ſtimo, quidquid contrarium conetur defendere *Lu-
dou. de Aucnd. de Cenſib. Hiſpan. c. 97. num. 2. 4. & ſeqq.*
etiam quod tēpore impoſitionis & venditionis ven-
ditor haberetur & reputaretur locuples, & ſecurus,
cum ſoleat contingere, & experientia doceat quod
is qui hodie habetur pro diuite ex aliquo accidenti
fiat non ſoluendo, & creditores ſoleant fideiuſſores
3 accipere † dum curant vt diligentius & plenius ſibi
cautum ſit, vt dicit *Imperat. in princ. Inſtit. de fideiuſ-
ſor.*, quia ſcilicet, dum alium pro debitore ſibi obli-
gant hoc maxime proſpiciunt, vt cum facultatibus
lapſus fuerit debitor poſſint ab iis, quos pro eo obli
gauerunt ſuum cōſequi, *§. fin. Inſtit. de replicat.* & ita
viſus, & cōis Praxis approbauit & recepit, cum nul-
lus ferè contractus cenſualis celebretur abſque vno
vel pluribus fideiuſſoribus, vt animaduertit *Bened.
Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 68. num. 101.* & ab iſta
opinione non diſſentit cōmunis Scribentium Scho-
la, qui loquentes de hoc contractu, & de fideiuſſore
in illo præſtito de illius validitate vel Iuſtitia, non
dubitant *Surd. conſ. 318. nu. 6. lib. 3. Felician. d. cap. 4.
num. 3.* & *Rota* ſæpius in pluribus cauſis, & ſignan-
ter *coram Seraph. deciſ. 1187. num. 1. & in vna Anco-
nitana pecuniaria, 7. Februarij, 1611. coram R. P. D. Pi-
rouano,* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 138. per tot.* & vide-
tur quod poſſit concludenter probari ex *tex. in l.
Titius, 81. §. Lucius Titius, ff. de contr. empt.* vbi Scæ-
uola reſpondit iure conſiſtere venditionem, qua ob
certam pecuniam acceptam venditor promittit ex
certo prædio ſe præſtaturum alteri centum millia
modiorum frumenti annua, & venditori teneri ſin-
gulis annis perſoluere eam quantitatem, & tali pro-
miſſioni hypothecam, & fideiuſſores accedere poſ-
ſe. Ex quibus videtur vera concluſio quod indiſtin-
ctè poſſit in hoc contractu fideiuſſor accedere, & il-
lum in iſto contractu efficaciter obligari.
4 Quod adeo verum eſt vt † ſi fideiuſſor obligauerit
ſe hoc expreſsè acto, quod vult teneri etiam quod
contractus ipſe ſit nullus & inualidus, vel reſcinde-
retur ex omni & quacumque cauſa, propter iſtam
generalitatem verborum remaneat obligatus, &
compelli poſſit ad Cēſuum ſolutionem, etiam quod
Cenſus eſſet nullus reſpectu venditoris illius, vt re-
ſoluit *Rota coram b. m. Penia, 20. Martij, 1600. in illa
Bononienſi Cenſus,* quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 46. per tot.*
5 Maxime † ſi ſe obligauit vti principalis, vt fuit di-
ctum *in eadem Rota in vna Tudertina Cenſus, 26. Maij,
1600. coram b. m. Iuſto.* quæ eſt *ibidem deciſ. 139. nu. 4.*
& latius dicemus *infra hac ead. par. 2. cap. 2. quæſt. 3.
art. 2.* Quod tamen non procederet quādo nullitas
contractus reſultaret ipſo iure ab initio per ea quæ
ſtatim ſubiiciam.

Iſte autem fideiuſſor qui acceſſit in cōtractu Cen-
ſus quo ad cōſeruationem indemnitatis gaudet eo-
dem priuilegio, quo gaudent fideiuſſores præſtiti in
6 ceteris contractibus: nam † ſicut illis debetur talis
conſeruatio ex natura contractus, licet ea expreſsè
in ipſo contractu fideiuſſionis promiſſa non fuerit,
*Franc. in c. fin. num. 2. de foro compet. lib. 6. Calcan. conſ.
35. num. 1. Marſil. ad Rubr. C. de fideiuſſ. num. 315. Sim.
de Prēt. conſ. 153. num. 23. lib. 1.* Ita etiam illam de-
beri fideiuſſori, qui acceſſit in contractu Cenſus pro
toto tempore, quo Cenſus vixit, & donec non fuit
extinctus reſoluit *Rota in vna Romana releuationis in-
demnitatis, coram R. P. D. Pamphilio, 14. Nouembris,
1605.* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ 140. num. 2.* Sed an,
7 † præter iſtam promiſſionem conſeruationis poſſit
aliquid accipere vt fideiubeat? Et licet negatiuam
nitatur defendere *Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann.
reditib. lib. 2. quæſt. 12. num. 8. cum multis ſeqq.* ve-
rior tamen & communis eſt affirmatiua. cum per-
miſſum ſit pro fideiuſſione facienda præmium ac-
cipere. *Calcan. conſ. 35. num. 11.* & alij communiter,
vt de communi teſtatur *Roder. d. quæſt. 12. num. 7. &
ſeq. Mantica, in ſuo tract. de tacit. & ambig. conuent.
lib. 6. tit. 6. num. 6.* & ex dictis ibi per eum, *num. 13.*
clare colligitur reſponſio ad ea quæ pro negatiua
opinione allegat *Roderic. d. num. 8. & ſeqq.* hanc
eandem opinionem affirmatiuam poſt multos quos

allegat

allegat ampleƈtitur,& communem dicit *idem Man-*
tica,d.tract.lib.16.tit.3.num.3. Rota diuerſ.deciſ.679.
num.2, par.1. & ita pluries ſenſiſſe *Rotam* colligi-
tur ex reſolutione facta in *cauſa Romana affictus,* 8.
Martij, 1604. *coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio,*
quæ eſt impreſſa *poſt Tract, Deciſ.*141. *num.*1. vbi
dicitur quod fideiuſſor pro tali fideiuſſione præ-
ſtanda poſſit recipere.
8 Aduertendum tamen eſt, quod licet † ſupra dixe-
rimus quod fideiuſſor poteſt indiſtinctè in contra-
ctu Cenſus accedere & ſe obligare, hoc tamen de-
bet ſano modo intelligi,& declarari,vt poſſit qui-
dem ſe obligare & promittere domino Cēſus,quod
ſibi debito tempore annua penſio ſoluetur, item de
immunitate fundi ſuppoſiti tam ratione euictionis,
quam quod ſit liber ab alterius Cenſus onere, tum
demum de indemnitate ab illis damnis,quæ domi-
no Cenſus imminerent ſi contingeret hæc tria ali-
ter ſeſe habere, vt bene declarat *Ludou.Lopez, d.cap.*
53. *verſ. prima ſtatuitur concluſio, & verſ. ſecunda*
concluſio. & confirmat *Mich. Salon, d.controuerſ.*14.
*num.*7, & fuit de mente *Pij V. in d.ſua Bulla de Cenſib.*
prout ipſemet profeſſus fuit & declarauit in alia ſua
Cōſtitutione edita pro declaratione dictæ ſuæ Bul-
læ, quæ eſt impreſſa *in princ, Tract. in verſ. ceterum*
fideiuſſores, &c. Item quod res quæ Cenſui ſubiici-
tur ſit imponētis,& capax oneris, quod imponitur.
Nauar, d.conſ,9, num,3. lib,3. par,1. de Cenſib, Card,
Tolet.in ſua Inſtruct. Confeſſor.lib.5.cap.46.in princ, re-
fert *Ioan.Franc. Leonis in ſuo Teſauro fori Eccleſiaſtic,*
9 *par.2.cap.15. de Cenſib. num.*8. Non autem † ad effe-
ctum vt pereunte fundo ſuppoſito nihilominus ipſe
obligatus maneat,vt declarat *Lopez, vbi ſupra* & ſe-
quitur *Salon,d.controuerſ.14.num,1.verſ.his poſitis.* li-
cet *ibidem , num,7, verſic, Ex hac concluſione* . ab illo
& male diſſentiat:eſt enim hoc contra ſubſtantiam
contractus cenſualis, vt dicemus *infra par.3. cap.1.*
10 *quæſt.2.*& ideo † cum eo caſu obligatio principalis
ſit ipſo iure nulla, obligatio quoque fideiuſſoria,
quæ eſt acceſſoria, *l.fideiuſſor obligari,in princ.* & ibi
omnes, *ff.de fideiuſſ.* erit ſimiliter nulla, *l. cum lex,*
& ibi Doctor. ff.eod,tit. Iaſ.in l.ſi non ſortem, in princ,
ſub num,3, ff.de cond.indeb.Ceph,conſ.437.num.26. &
ſeqq. & conſ.332. num.16. lib.3. Boccac. ad Conſtitut,
March,Gloſ.6.num,173. Steph.Lamberteng. in tract.de
11 *Contract,cor. Gloſ,16, num.10. & ſeqq.* etiam ſi † ſe
obligaſſet vti principalis & inſolidum, *Laurent. de*
Pin.conſ,71, num.2. & ſeqq. Pariſ,conſ.110. num.75,
lib.1, Sforz.Oddo conſ.41, num.23. 24. & ſeqq, lib.1,
12 licet † ſecus ſit quando obligatio principalis non
eſt ipſo iure nulla, vt ſupra dictum fuit,
Verum quia ſupra ſæpius mentionem fecimus de
obligatione fideiuſſoris facta inſolidum cum ſuo
principali non ab re exiſtimaui vt inueſtigemus,an
in hoc contractu Cenſuali permiſſum ſit vt fideiuſ-
ſor obliget ſe vti principalis,& inſolidum. In qua
13 † difficultate licet *Surd.d,conſ.318,num.13, & ſeqq.*
& conſ.421.lib,3. non minus ſubtiliter,quam copio-
ſe,& ingenioſe conetur defendere partē negatiuam
ea ratione,quia fideiuſſor ita promittēdo faceret ſe
correum debendi, *l,reos, §.cum in talibus, ff.de duob,*
reis, cum aliis ab eodem citatis. hoc autem non eſ-
ſe permiſſum in contractu Cenſus dicit *ibi Surd.* niſi
in perſona vtriuſque concurrant qualitates & cir-
cumſtantiæ requiſitæ & neceſſariæ ad conſtituen-
dum Cenſum ex forma *Bullæ Pij V.* videlicet,quod
tam principalis impoſitor Cenſus, quam is, qui vti
fideiuſſor, obligans tamen ſe vti principalis, tali
contractui accedit, proprium prædium ſupponant,
ambo pretium recipiant in quo potiſſimum pro hac
parte magnum facit fundamentum *Surd. conſ.*511.
num.6, & ſeq. lib.4. & alia in dicto contractu in-
teruenient & obſeruentur, ſine quibus contractus
Cenſualis formari licite & legitimè nequit. quam
opinionem auctoritate *Surdi* amplectitur *Andr.*
Fatchin. controuerſ.iur. lib.10. cap.64, & Steph. Gra-
tian.in ſuis Add.t.on.ad Diſceptat.Forenſ.tomo 1.diſce-
ptat.224.num.1.
14 Ceterum cum † de iure permiſſum ſit vt fideiuſ-
ſor poſſit ſe in quolibet contractu obligare vti prin
cipalem & inſolidum cum principali debitore, vt
per diſcurſum deducit *Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de*
ann,reditib.lib.4. quæſt,5. num,7. & ſeqq. non video
cur hoc dici debeat denegatum in contractu Cen-
ſus,cum non repugnet naturæ, & ſubſtantiæ Cēſus,
15 † quod quis in contractu iſto accedat vti fideiuſſor
etiam cum dicta inſolidum obligatione. Quia licet
regulare ſit quod Cenſus fundari,& cōſtitui debeat
ſuper fundo proprio,vt diximus latè *ſupra par.1. c.*
2.quæſt.1,art,1. Ibidem tamen ſubiunximus,& pro-
bauimus poſſe imponi etiā ſuper fundo alieno ac-
cedente conſenſu domini illius. Et hanc opinionem
videtur non obſcurè amplexus *Felician. in ſuis Com-*
ment.de Cenſib. tomo 1.lib.3, cap,3. ſub num.3. & ex-
preſsè ſe vti fuerunt *addentes ad Nicol. Intrigliol. ſu-*
per Bul.de Cenſib.q.60.in littera A.verſ.quibus tamen.
& Ludouic. Auend.d.tract.cap.94.ſub num,1.circa me-
dium,verſ,ſed adhuc. Et propterea cum quis fideiu-
bet in contractu Cenſus obligando ſe vti principa-
lis,& inſolidum cum eo qui ſuper eo proprio fundo
Cenſum imponit & conſtituit,nō poteſt dici, quod
talis Cenſus,etiam reſpectu dicti fideiuſſoris ſit abſ-
que fundo,& quod ſola eius perſona remaneat obli
16 gata. Quoniam † etiam quo ad ipſum fideiuſſorem
Cenſus ille dici poteſt cōſtitutus ſuper fundo prin-
cipalis impoſitoris, qui conſentiens vt Cenſus inſo-
lidum fundetur ſuper proprio fundo, videtur quod
illum eundem fundum voluerit etiam pro eo, qui
in dicto Cenſu acceſſit cum obligatione inſolidum
ſubiicere,& pro fundo Cēſus ſupponere. *arg. l.alie-*
na res, ff.de pignor.act. & ſentit in puncto *Garz. Ma-*
ſtril.deciſ.Regni Siciliæ,141. num,26. & ſeq. lib.2, Et
17 facit id † quod in ſimili videmus, quod cōſentiens
alienationi rei propriæ ſibi quo ad illius proprieta-
tem,& dominium præiudicat. *Tiraq.de Retractu Li-*
gnag.§.1.Gloſ.9.num.135.& ſeq.Surd.conſ.114. num.
18 25, *lib.1,* qui multos allegat, & ipſe † alienare dici-
tur *Dec,in l.fin.num,18.C.de pact. Natta,conſ.552.nu.*
6. lib.3. Hieron. Gabr.conſ.58. num.18. lib.2. Tiraq.d.
Gloſ.9.nu.139.in fine. Neque debet difficultatem fa-
cere ratio conſiderata à *Surdo d.conſ.318. num.13.*
19 quod † in qualibet perſona contrahente ſunt ſer-
uandæ ſolēnitates requiſitæ à lege vel ſtatuto: quo-
20 niam † hoc procedit, quando ſolemnitates reſpi-
ciunt ipſas perſonas contrahentes, quales ſunt ſo-
lemnitates,quæ requiruntur in contractibus mulie-
rum, & minorum & ſimilium perſonarum, quæ ob
imbecillitatem intellectus ſine certis ſolemnitati-

bus

Digitized by Google

bus contrahere prohibentur, ſecus verò quo ad ſo-
lemnitates quæ reſpiciunt effectum obligationis,
quia tũc nõ requiritur in quacumque perſona con-
21 trahente cõcurſus talium ſolemnitatũ: nam † obli-
gatio plurium perſonarũ inſolidum obligatarum,
quo ad effectum eſt vnica obligatio & non ſunt tot
obligationes, quot ſunt perſonæ contrahentium.
*Doctor. in l. 3. §. fin. & in l. eandem, § fin. & ibi Ronche-
gall. ff. de duob. reis.* In contractu autem cenſuali ſo-
lemnitates, à *Surdo* conſideratæ non requiruntur re-
ſpectu perſonæ contrahentis, & inhabilitatis illius,
ſed reſpectu ſolius contractus, & effectus obligatio-
nis, ſcilicet, reſpectu bonorum Cenſui ſubiugando-
rum, quo reſpectu obligatio plurium perſonarum
vnica eſt, vt demonſtrat *Maſtrill. d. deciſ. 141. num. 9.
& ſeqq.* & facit *Ronchegall. d. l. eandem, §. fin. num. 5.*
Ergo Cenſus in quo plures perſonæ inſolidum obli-
gantur tamquam vnicus Cenſus poterit ſuper vno
& eodem fundo legitimè fundari & conſtitui, &
non poterit reſpectu alicuius ex contrahentibus di-
ci conſtitutus abſque fundo, & ſuper ſola obliga-
tione ſuæ perſonæ.

Quo verò ad receptionem pecuniarum animad-
22 uertendum eſt, quòd licet † ſit de ſubſtantia Cen-
ſus, quod illius emptor ſoluat totum & integrum il-
lius pretium in pecunia numerata coram Notario
& teſtibus in actu ipſius venditionis Cenſus, vt de-
creuit *Pius V, in ſua Conſtitutione*, & nos diximus
23 *ſupra hoc eod. 1. cap. quæſt. 1. art. 7.* Non † eſt tamen
neceſſarium vt numeretur in propriis manibus ven-
ditoris Cenſus. Nec *Bulla præfata Pij V.* hoc diſpo-
nit: poteſt enim de eius mandato breui manu al-
teri ſolui, *argum. not.* per Scribentes *in l. ſingularia. ff.
ſi cert. pet*, & nos diximus *d. art. 7.* Quod videtur con-
24 tingere in contractu iſto, quia † licet quo ad empto-
rem Cenſus tam principalis venditor, quam is qui
pro eo vti principalis, & inſolidũ accedit, ſint tam-
quam duo correi debendi, & quilibet teneatur vti
principalis, & inſolidum ad ſolutionem Cenſus, in
quibus terminis ita dicebat *Rota coram b. m. Orano,
8. Aprilis, 1598. in illa Romana Cenſus de Prouanis,*
25 quæ eſt *in fine Tract. deciſ. 21 num. 10.* attamen † re-
ſpectu venditoris Cẽſus iſte, qui fideiuſſit cum prin-
cipali obligatione, & inſolidum eſt verè fideiuſſor,
cum ipſe ex illo contractu nullam ſentiat vtilita-
tem, ſed totus contractus celebretur ad cõmodum,
& vtilitatem principalis venditoris Cenſus, & ad il-
lius manus totaliter, & integraliter pretium Cenſus
perueniat. *Crauet. conſ. 77. num. 3. verſ. hoc ita, lib. 1.
Ceph. conſ. 218. num. 20. & ſeq. lib. 2.* & ita dicebat
in propoſito *Rota coram R. P. D. Manzanedo, in vna
Rauennatenſi Saluiani interdicti, 12. Ianuarij, 1607.
quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 142. num. 12.*

Cum itaque in contractu cenſuali non ſit prohi-
bita præſtatio fideiuſſoris, etiam cum obligatione
inſolidum, poſſet non incongruè dubitari, an ſi ta-
lis fideiuſſor efficiatur minus idoneus, & nõ ſoluen-
do; teneatur debitor Cenſus nouos fideiuſſores ma-
26 gis idoneos præſtare, & renouare? In qua † diffi-
cultate breuiter & concluſiuè procedendo, facio
concluſionem negatiuam ex Theorica *Bart. in l. 3. in
fine, ff. de fideiuſſor. & in l. Prætoriæ, la ſeconda, ff. de*
27 *Prætor. ſtipulat.* vbi cõcludit, quod ſi † fideiuſſor da-
tus ex conuentione, efficiatur non ſoluẽdo, debitor
non tenetur iterum ſatiſdare, & nouos fideiuſſores
idoneos, & ſoluendo præſtare: ſatisfecit. n. ſuæ obli-
gationi, dando primos fideiuſſores. per reg. *l. Bo-
ues, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignific.* Licet ſecus ſit,
28 † ſi primus fideiuſſor fuerit præſtitus coactè officio
Iudicis: quia ſi efficiatur non ſoluendo, cum vigeat
ſemper eadem met ratio æquitatis, quæ à principio
militabat, cogitur debitor alium fideiuſſorem ido-
neum dare: & cum *Bart.* tranſeunt alij multi, quos
recenſet *Surd. conſ. 18. num. 13. lib. 1.* qui hoc mul-
tipliciter confirmat. Vnde cum in hoc cenſuali con-
tractu adhibeantur fideiuſſores, non ex officio Iu-
dicis, ſed ex mera partium conuentione; ſequitur
quòd per prioris præſtationem ſit ſatisfactum obli-
gationi, & non ſint præſtãdi alij in defectum illius.
Quæ concluſio videtur ſecundo loco confirmari ex
Bulla Pij V. ſuper Cenſib. qua reprobantur omnia
pacta, quæ poſſunt quoquo modo grauamen & onus
29 venditori Cenſus iniicere. Vnde † cum dare nouos
fideiuſſores ſoleat eſſe valde onerosũm debitori, *l. ſi
is à quo, §. fin. ff. Vt in poſſeſſ. legat. Bald. in l. 2. C. de hæ-
red. vel act. vend. num. 6.* & ibi *Salic. num. 4. Surd. d.
conſ. 18. num. 13. verſ. Tertium quoque, & deciſ. 279.
num. 13.* Ergo concludendũ eſt, non eſſe cogendum
venditorem Cenſus ad dandum nouos fideiuſſores.
30 Quæ tamen concluſio † limitanda eſt, vt non
procedat, ſi in contractu impoſitionis & venditionis
Cenſus fuiſſet inter contrahentes conuentũ, vt ven-
ditor Cẽſus teneretur certo tempore, puta de trien-
nio in triennium renouare fideiuſſores: quam con-
uentionem eſſe de iure licitam, dicit *Scacc. de Com-
merc. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 8. num. 295.* nam ſi tem-
pore conuento non renouentur, poterit emptor
agere ad damna & intereſſe, & loco illorum ad ſor-
tis reſtitutionem; vt dicit *Rota Diuerſ. deciſ. 741.
num. 1, verſ. Sicut dicimus, par. 1.* & nos dicemus *in-
fra par. 3. cap. 1. q. 3. art. 4. num. 12.*

*De pactis in contractu Cenſus, & illius
venditione prohibitis.*

QVÆSTIO III.

TERTIA principalis ſequitur
quæſtio in hoc primo Capite
diſcutienda: In qua diſſeren-
dum eſt de Iuſtitia vel iniuſti-
tia cõtractus cenſualis reſultan-
te ex pactis quæ in inſtrumento
venditionis Cenſus ſolent ali-
quãdo à cõtrahentibus inſeri. Et licet prima conſi-
deratione quæſtio iſta nõ videatur habere magnam
difficultatem, cum *Pius V. in ſua Conſtitutione edita ſu-
per forma creandi cenſ.* expreſſerit pacta, quæ ſi appo-
nantur in contractũ Cenſus illum reddunt illicitum
& vitioſum, vnde *Ludou. Molina, in ſuo tract. de Con-
tract. par. 2. diſput. 392. num. 2. verſ. arbitror tamen,* &
alij paſſim dicunt, quod omnia pacta quæ ſunt con-
tra dictam Conſtitutionem habentur pro illicitis, &
ſunt reprobata. Quia tamen circa ea, quæ San-
ctiſſimus ille Pontifex *in d. ſua Conſtitutione* genera-
liter ſanciuit multæ exoriuntur difficultates, ideo
tractaturi de pactis, quæ in contractu Cenſus &

eius venditione prohibentur de iis, iuxta ordinem dictæ Bullæ diſſeremus,

Hæc autem diſputatio noſtra eo tendit vt cognoſcamus, an aliquod ex dictis pactis, & quod reddat contractum iſtum nullum & feneratitium, & quod vitietur, & non vitiet contractum. Quod vt facilius peragamus, in primis inueſtigandum eſt generaliter quænam ſint pacta quæ cōtractum hunc vitient, & ipſa quoque vitientur, & quæ ſint quæ licet ipſa vitientur & habeantur pro non appoſitis, contractus tamen ipſe remaneat in ſuo robore perinde ac ſi celebratus fuiſſet abſque dictis pactis, quo peracto ſigillatim diſcurrendum erit ſuper pactis conſideratis per *Pium V. in d. ſua Bulla*, additis tamen aliquibus aliis pactis magis particularibus, & aliis, quæ pro faciliori & clariori huius quæſtionis declaratione, diſcuſſione, & reſolutione neceſſaria videbuntur decem articulis explicanda.

Primus. Quæ ſint pacta, quæ vitiant, & annullant contractum, & itidem quæ vitiantur firmo remanente contractu principali.

Secundus, an & quando pactum de anticipata ſolutione Cenſus facienda ſit licitum.

Tertius, complectetur ea pacta, quę obligant venditorem Cenſus ad caſus fortuitos. de quibus agit *Pius V. in d. ſua Bulla, in verſ. Conuentiones directè aut indirectè*, &c.

Quartus, verſabitur circa pacta quæ reſtringunt facultatem alienandi rem Cenſui ſuppoſitam. de quibus Papa tractat *in d. verſ. Conuentiones. ibi quemadmodum nec pactum*, &c.

Quintus, erit de iis pactis quæ obligant moroſum Cenſus debitorem ad intereſſe vel ad pœnam. de quibus Papa *in verſ. Pacta continentia moroſum*, &c.

Sextus, tractabit de pactis, quæ ad ſolutionem onerum obligant eum, qui nec de iure, nec ex natura contractus ad ea teneretur. de quibus agit Papa *in verſ. ſicut etiam annullamus pacta*, &c.

Septimus, verſabitur circa pacta auferētia facultatem redimendi Cenſum. de quibus tractat Papa, *in verſ. Poſtremo Cenſus omnes ibi non obſtantibus aliquibus pactis*, &c.

Octauus, Complecteretur illa pacta ex quibus venditor Cenſus ſubiicitur neceſſitati extinguendi Cenſum, de quibus habetur in *d. Bulla in verſ. Pacta etiam continentia pretium Cenſus*, &c.

Nonus erit, an dari poſſit cautela pro ſuſtinendo contractu Cenſus in quo ſit appoſitum aliquod pactum illicitum, vel contra ſubſtantiam contractus.

Decimus, an Notarius apponens aliquod pactum illicitum in contractu Cenſus ſit puniendus, & qua pœna,

ARTICVLI PRIMI

SVMMARIA.

1 *Pactum vnum præter, vel contra formam Bullæ Pij V. vitiat totum contractum Cenſualem, ſecundum aliquos.*

2 *Contractus appellatione venit totus contractus, non pactum in eo appoſitum,*

3 *Contractus Cenſualis non totus vitiatur ex pacto vno illicito, ſed tantum in ea parte in qua apparet defectus, ſecundum alios,*

4 *Vtile per inutile non vitiatur in ſeparabilibus.*

5 *Contractus cenſualis, in quo adeſt vnum pactum illicitum vitiatur, quando contrahentes vtuntur dicto pacto illicito.*

6 *Cenſus alienatus titulo oneroſo totus vitiatur ex vno pacto illicito, ſecus ſi alienetur titulo lucratiuo, ſecundum aliquos.*

7 *Bulla Pij V. ſuper Cenſibus in verſ. pacta etiam continentia, &c. Intellectus.*

8 *Bulla Pij V, in verſ. Rurſum niſi verè in pecunia, &c. Intellectus.*

9 *Bulla præfata emanauit ad tollendum vſuras, & earum præſumptiones.*

10 *Ratio legis vbi ceſſat, ibi ceſſat illius diſpoſitio.*

11 *Pactum vnum contra ſubſtantiam contractus, totum contractum vitiat & annullat.*

12 *Nullitas iſta ſanari, & reparari non poteſt per renunciationem d. pacti.*

13 *Pactum vnum contra naturam contractus Cenſualis, non vitiat totum contractum, ſed pactum ipſum vitiatur.*

14 *Pactum vnum contra ſubſtantiam contractus cenſualis non vitiat totum, quando transformat illum in alium contractum ſiue ſit eiuſdem, ſiue alterius nominis.*

15 *Subſtantia rei idem eſt, quod natura rei, ſecundum Philoſophos ſecus quo ad Legiſtas.*

16 *Subſtantia contractus nil aliud eſt, quam ipſa diſpoſitio contrahentium, vel*

17 *Subſtantia contractus eſt id quo primum res aliquid eſt, & ponit rem in quidditate.*

18 *Subſtantialia contractus ſunt ea, ſine quibus diſpoſitio eſſe non poteſt.*

19 *Natura contractus eſt qualitas innata à principio generationis illius, ex qua virtus contractus proficiſcitur, & ſemper ineſſe videtur, niſi per pactum impropriétur, vel*

20 *Natura contractus eſt id, quo primum res talis eſt, & ponit rem in qualitate.*

21 *Naturalia contractus ſunt ea qua inſunt etiam quod à contrahentibus nihil dictum ſit.*

22 *Mutui ſubſtantialia ſunt, vt mutuetur quid conſiſtens in numero, pondere, & menſura, & reddatur idem in genere.*

23 *Mutui naturalia ſunt vt reddatur in eadem bonitate.*

24 *Emptionis & venditionis ſubſtantialia ſunt Res, pretium, & conſenſus contrahentium.*

25 *Emptionis & venditionis naturalia ſunt obligatio de euictione, & vt pretium conſiſtat in pecunia numerata, & num. 28.*

26 *Euictionis obligatio oritur cum ipſomet contractu emptionis, & venditionis eodem tempore.*

27 *Euictionis obligatio poteſt de conſenſu partium remitti.*

28 *Pretium quod in contractu emptionis ſoluatur in pecunia numerata, ſemper inter contrahentes actum præſumitur.*

29 *Pretium in contractu emptionis poteſt de contrahentium conſenſu ſolui in alia ſpecie æſtimata.*

30 *Cognito vno ex contrarijs, cognoſcitur reliquum.*

31 *Pius V. in ſua Bulla de Cenſibus duo facit, videlicet, dat formā cōtractui cenſuali, & reprobat certa pacta.*

32 *Con-*

32 *Contractus Cenſualis ſubſtantialia quæ ſint, & num. 37.*
33 *Pacta contra ſubſtantilia contractus Cenſualis annullant, & vitiant contractum.*
34 *Pacta quæ non ſunt contra ſubſtantiam contractus Cenſualis non vitiant, ſed vitiantur.*
35 *Limita niſi dominus Cenſus velit obſtinatè vti dictis pactis.*
36 *Bulla Pij V. in verſ. contractuſq. ſub alia forma. Intellectus.*

Quæ ſint pacta, quæ appoſita in contractu Cenſuali vitiant, & ipſa quoque vitiantur, & itidem, quæ vitientur & non vitient contractum.

ARTICVLVS PRIMVS.

CVm ex Summorum Pontificum Con-
ſtitutionibus & ſignanter *Pij V. ſuper*
forma creandi Cenſus, quædam pacta in
contractu cenſuali fuerint damnata,
& pro illicitis declarata, & dubitari
poſſit an reddant nullum totum contractum, an ve-
rò annulletur dumtaxat in ea parte, quæ ab illo pa-
cto informatur, & ſic an dumtaxat vitietur pactum
illud, an verò propter illius adiectionem vitietur
totus contractus, idcirco operępretium eſſe duxi, vt
antequam ad aliqua particularia pacta veniamus
in primis hunc modum, & hanc difficultatem expli-
cemus. In qua plures reperiuntur Scribentium
opiniones.

Prima fuit *Boccac. in ſuo tract. de Cenſib. par. 3. num.*
56. & 59. & Ludou. Molina, in ſuo tract. de Contract.
par. 2. diſput. 392. num. 2. verſ. arbitror tamen. Quod
1 vnumquodque † pactum appoſitum in contractu
Cenſus quod ſit contra, vel citra formam traditam
à Pio V. in d. ſua Conſtitutione totum contractum vi-
tiet, illumq. totum Iuris interpretatione fœnerati-
tium reddat, quod nititur cõprobare *Molina*, ex ea-
demmet Bulla, ponderando illam in primis *in verſ.*
Pacta etiam continentia, &c. ibi *contractuſq. ſub alia*
2 *forma*, &c. dicens nomine † contractus ibi non eſſe
intelligendum pactum in contractu appoſitum, ſed
integrum contractum. Secundò ponderat eandem
„ Bullam in eodem verſ. ibi: *& ita illis propterea non*
„ *obſtantibus quidquid vel expreſſè, vel tacitè contra hæc*
„ *noſtra mandata vel dari, remitti, vel dimitti contingat, à*
fiſco volumus vendicari. In quibus verbis nil aliud
ſenſiſſe Summum Pontificem dicit *ibi Molina*, quam
datum pro Cenſu, & penſiones Cenſus ſolutas, aut
dimiſſas, quæ omnia fiſco adiudicantur, ex quibus
infert quod ex vno pacto illicito, & reprobato totus
contractus vitietur. Quod ampliat *Boccac. d. tract.*
par. 2. num. 143. vt in tantum ſit nullus, vt nec etiam
firmetur iuramento.

3 Aliqui † verò fuerunt in ſecunda ſententia, quod
contractus ob aliquod pactũ illicitum non vitietur
totum, ſed dumtaxat in illa parte in qua apparet vi-
tium & defectus, & quod ex dicto pacto informetur
Bal. in l. 1. nu. 4. C. de pignor. & ibi Paul. de Caſtro, nu. 3.
Plot. conſ. 17. num. 17. Rim. ſen. conſ. 91. num. 33. lib. 1.
4 per illam vulgarem regulam, quod † in ſeparabili-
bus vtile per inutile non vitietur, *c. vtile, & ibi Din.*
de reg. iur. lib. 6. & aliis rationibus, hanc opinionem
confirmat *Nicolaus Intrigliol. ſuper Bulla, de Cenſib.*
5 *q. 8. num. 11. cum multis ſeqq.* Niſi † contrahentes
vellent inſtrumento præfato vti in omnibus & per
omnia, prout iacet etiam cum dicto pacto illicito &
reprobato, quia eo caſu ratione dictæ partis illicitæ
totus contractus vitiaretur, vt videtur ſentire *Cra-*
uet. conſ. 189. ſub num. 8. & in his terminis viſa eſt
non obſcurè ſenſiſſe *Rota in vna Romana Cenſus, 11.*
Ianuarij, 1585. coram b. m. Vic. comite, quæ eſt *poſt*
Tract. Decıſ. 143. num. 2.

Tertia opinio eſt eorũ qui diſtinguunt inter Cen-
ſum alienatũ titulo oneroſo, & per ſolutionem pe-
cuniæ, & Cenſum conceſſum alio titulo, puta dona-
6 tionis, legati, vel alio ſimili. vt † in alienato titulo
oneroſo quodlibet pactum contra vel præter for-
mam datam à *Pio V. in d. ſua Bulla* reddat totũ con-
tractum nullum, ſecus verò in Cenſibus alio titulo
conceſſis, & ita diſtinguendo tranſit *Nauar. in ſuo*
Commentar. de vſur. num. 98. Gloſ. 17. ea ratione, quia
7 † Bulla præfata in *verſic. pacta etiam continentia*, &c.
loquitur tantum de contractibus, non autem de
Cenſibus alio titulo conceſſis. in illis verbis. *contra-*
ctuſq. ſub alia forma poſt hac celebrandos, vnde non vi-
detur *Pius V.* damnare creationes, & impoſitiones
Cenſuum etiam redimibilium factas per viam lega-
ti, fideicommiſſi, vel alterius vltimæ voluntatis ſub
alia forma, quam ibi tradita. Immo, nec factas per
viam donationis vel alterius contractus gratuiti,
nec etiam per viam dotis, vel ſponſalitiæ largitatis,
ſeu donationis propter nuptias, licet, vt *Nauar.* ſub-
dit, non ſint contractus gratuiti, ſed tantum factas
per viam emptionis & venditionis, vel per viam al-
terius contractus illi æquipollentis, per quem quis
concedit alicui Cenſum ſuper re ſua cõſtitutum ob
8 receptionem pecuniæ, tum † quia dicta *Piana Conſti-*
tutio in verſ. Rurſum niſi verè in pecunia numerata, &c.
diſponit dumtaxat ſuper iis Cenſibus, qui accepta
pecunia transferuntur, tum quia ratio præſumptio-
9 nis vſurarum, pro † quibus tollendis, & eradicãdis
ab hoc contractu dicta Piana Cõſtitutio emanauit,
ceſſat in iis Cẽſibus, qui alienãtur alio titulo, quam
emptionis, & vẽditionis, vel illi æquipollẽtis, & pro-
10 pterea † ipſa quoque Cõſtitutionis diſpoſitio ceſſa-
re debet, *l. adigere, §. quãuis, ff. de iure patr. cũ vulgar.*
& hãc *Nau.* ſententiã amplexus ẽt fuit *Tho. Boniuſig.*
in ſuo tract. de Cenſib. c. 17. nu. 2. & Leonard. Leſſ. in ſuo
tract. de Iuſtit. & iure, lib. 2. cap. 22. dubit. 12. num. 96.

Ego verò in hac difficultate libenter amplector
quartam opinionem eorũ, qui hanc dubitationem
diſſoluunt aliter diſtinguẽdo, videlicet: An pactum
ſit contra ſubſtantiam, an verò cõtra naturam con-
11 tractus cenſualis: concludentes † quod ſi in cõtra-
ctu Cẽſus, & in inſtrumẽto deſuper celebrato adeſt
dumtaxat vnũ pactũ contra ſubſtantiam cõtractus
ex illo totus contractus vitietur, & reddatur nullus
ab initio. *Gaſp. Roderic. in d. ſuo tr. de ann. redit. lib.*
2. q. 1. nu. 2. quia tale pactũ reſiſtit initio & natiui-
tati contractus, cum ſine ſubſtantia conſiſtere ne-
queat, & ex pacto contra ſubſtantiam contractus in
eo appoſito, contractus efficiatur nullus, *c. fin. ext. de*
cond. appoſ. Couar. in tit. de ſponſal. par. 2. cap. 3. §. 1.
12 *nu. 1. & ſeq.* Quod in tantũ † eſt verũ vt huiuſmodi

nullitas non poſſit ſanari, nec reparari penitentia
vel renunciatione emptoris & domini Cenſus, vt
pluribus, confirmat Felician. in ſuo tract. de Cenſib.
13 tomo 2. lib. 1. cap. 7. num. 4. Si autem † pactum illud
non ſit contra ſubſtãtiam, ſed dumtaxat contra naturam contractus Cenſualis, & eo caſu, ſicut in ceteris omnibus diſpoſitionibus vitiatur pactum ipſum, non autem contractus, quia contractum & illius natiuitatem non impedit, immo pacto prædicto habito pro non appoſito, & ex illo inſtrumento ſublato contractus in reliquis in ſuo robore manet, vt aſſirmat Anch. conſ. 207. num. 3. Cagnol. in l. contractus, num. 70. ff. de reg. iur. Redoan. in ſuo tract. de reb. Eccleſ. non alien. in tit. de caducit. ob inobſeruant. pact. qui eſt omnium vltimus, num. 6. Surd. qui multos allegat conſ. 243. num. 29. lib. 2. & in tract. de aliment. tit. 9. quæſt. 22. num. 34. Ita etiam hoc dicendum ſit in contractu Cenſuali, prout reſpectu illius, ita in puncto, diſtinguunt Felician. in dd. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. cap. 10. num. 28. & ſeq. Honded. conſ. 19. num. 9. & 25. lib. 2. Federic. Martin. in ſuo tract. de iure Cenſu. cap. 6. num. 190. & ſeq. Stephan. Gratian. Diſceptat. Forenſ. tomo 1. cap. 141. num. 20. & 21. Et hanc diſtinctionem amplectitur & explicat Sigiſm. Scacc. de Commerc. §. 1. q. 2. par. 2. ampl. 20. nu. 14. & 15. & cum hac ſententia in effectu tranſiuit etiam Ioan. Guttierez, Pract. Quæſt. lib. 2. cap. 176. licet ipſe Philoſophorum ſententiam ſequutus naturam contractus appellet eam, quam nos ex mente noſtrorum ſubſtantiam nuncupamus, & in eiſdem terminis hanc diſtinctionẽ amplexa fuit ſæpius Rota, & maxime coram Cardin. Seraph. deciſ. 269. num. 1. & ſeqq. par. 1. & deciſ. 1431. num. 1. par. 2. & coram b. m. Cantuccio, 4. Februarij, 1583. in illa Romana nullitatis Cenſus, quæ eſt in fine Tract. deciſ. 144. num. 5. & in alia Romana nullitatis Cenſus coram b. m. Corduba, 5. Maij, 1597. quæ eſt ibidem deciſ. 124. num. 9. verſ. nec obſtat, & coram eodem, 24. Nouembris eiuſdem anni, 1597. in illa Eugubina Cenſus, quæ ibidem eſt deciſ. 145. num. 2. & coram b. m. Cardinali Pamphilio, 26. Iunij, 1600. in illa Bononienſi Cenſus, quæ eſt ibidem deciſ. 116. nu. 1. & in vna nullius ſeu Meluicenſi Cenſus, 27. Martij, 1613. coram Reuerendiſſimo D. Coccino, ibidem deciſ. 87. num. 2. & rurſus in eadem cauſa coram eod. 26. Maij, 1614. quæ eſt ibid. deciſ. 146. num. 1. Hæc autem con-
14 cluſio debet limitari vt † non procedat quãdo pactum appoſitum in contractu Cenſus contra illius ſubſtãtiam poteſt illum transformare in alium contractum ſiue eiuſdem, ſiue alterius nominis, quo caſu ex adiectione dicti pacti nõ vitiaretur totus contractus. Franc. Milanen. in puncto Deciſ. Regni Sicil. lib. 2. deciſ. 2. num. 24. confirmat Federic. Martin. in ſuo tract. de iure Cenſu. cap. 6. num. 183. verſ. nam Bar. aliiq. Doctores, & num. 187. & ſeqq. tangit vnum verbum Gaſp. Roderic. d. tract. de ann. reditib. lib. 2. q. 1. num. 22. Felician. d. cap. 10. num. 25. verſ. hæc tamen. vbi per tex. in l. cum manu ſata. verſ. nemo poteſt, ff. de contr. empt. hanc ſententiam cõfirmat, & acriter impugnat diſtinctionem, quã in hoc iuris articulo faciunt Iaſ. & Dec. qui volunt quod ſi pactum in contractu contra illius ſubſtantiam poteſt eum transformare in alium contractum eiuſdem nominis non vitiet cõtractum per l. vbi ita donatur, ff. de donat. cauſa mort. ſecus autem ſi non poteſt illum transformare in alium contractum eiuſdem nominis per tex. in l. cum precario, ff. de precar. cui tamen textui reſpondent Doctores, vt apud Felician. d. num. 25. ad quem remitto Lectorem, cum à propoſito tractatu hoc alienum videatur.

15 Verum † enimuero licet differentiam quam ſupra fecimus inter pacta quæ ſunt contra ſubſtantiam contractus, & ea quæ ſunt contra naturam illius, videatur repugnare dogmatibus Philoſophorum, qui pro eodem accipiunt naturam, & ſubſtantiam rei, & id quod noſtri Iuris profeſſores appellãt naturã illi dicunt eſſe accidentia, quæ ipſi rei agnaſcuntur, & fluunt à natura rei. Nos tamen qui materias legales pertractamus, & non Philoſophis, ſed legum ſtudioſis ſcribimus, cum noſtris tranſeũdum exiſtimauimus, qui naturam contractus tamquam quid diuerſum ab illius ſubſtantia cõſiderauerunt.

Et licet multi quos refert Aluar. Valaſch. in ſuo tract. de iure emphyteut. q. 4. nu. 10. verſ. ſi vis, & Surd. conſ. 243. num. 29. & 30. lib. 2. & alij aliis in locis declarent, quæ ſint ſubſtãtialia & quæ naturalia contractus, ego tamen materiam perſtringendo, & bre-
16 uiter, & reſolutiuè agendo, dico † quod ſubſtantia contractus nil aliud ſit, quam ipſa diſpoſitio contrahentium. Bal. in repet. l. 1. num. 4. C. de ſacroſ. Eccleſ. per tex. in l. obligationum ſubſtantia, ff. de verb. obligat. Menoch. conſ. 37. num. 4. & ſeqq. lib. 1. vbi latè hanc materiam proſequitur. Vel aliter quod ſub-
17 ſtantia contractus ſit † id quo primum res aliquid eſt & ponit rem in quidditate, vt dicit idem Bal. in l.
18 etiam, nu. 3. C. de execut. rei iudic. & ſubſtãtialia † contractus dicantur ea ſine quibus non poteſt eſſe diſpoſitio, & contractus, Gloſ. in l. pacta conuenta, ff. de contr. empt. Abb. in c. fin. num. 4. ext. de condit. appoſit. Menoch. d. conſ. 37. num. 6. Surd. conſ. 318. num. 26. in fine, ſub qua regula videntur breuiter comprehendi ea quæ latius explicat Hector Felicius in ſuo tract. de ſociet. c. 2. nu. 13. & ſeq. & Felic. d. c. 10. n. 22.

19 Natura † autem contractus ſit qualitas innata à principio generationis illius, ex qua virtus contractus proficiſcitur, & ſemper ineſſe vř niſi per pactum improprietur Bal. in Prælud. Feudor. in 4. diuiſ. nu. 46. refert Franc. Curt. iun. in ſuo tract. de Feud. par. 1. q. 6.
20 nu. 25. Menoch. d. conſ. 37. nu. 21. Vel ſit † id quo primum res talis eſt & ponit rem in qualitate, vt dicit Bal. in d. l. etiam, nu. 3. C. de execut. rei iudic. Naturalia
21 aũt † cõtractus ſint ea, quæ inſunt contractui etiam ſi à partibus nihil dictũ ſit. Surd. d. cõſ. 318. n. 27. cum quibus videntur cõuenire ea, quæ latè cõgerunt Felic. d. nu. 22. & Hector Felic. d. c. 2. nu. 15. per tot. Vt autem hæc quæ dicta ſunt de ſubſtãtia, & natura contractus facilius & dilucidius à Iunioribus percipiãtur aliquot exempla ſubiicere non ab re exiſtimaui.

22 In † mutuo ſubſtantialia ſunt vt mutuetur quid quod conſiſtat in numero, pondere, vel menſura, & reddatur idem in genere, l. 2. in princ. & §. 1. ff. ſi cert. pet. quoniam in his conſiſtit ſubſtãtia, & quidditas mutui, vt ibi dicit I. C. & abſque concurſu prædictorum mutuum conſiſtere non poteſt. Na-
23 turale † autem mutui eſt vt reddatur in eadem bonitate, l. cum quid in princ. & ibi Bart. in vlt. notab. ff. eod. tit. ſi enim redderetur in eodem genere, ſed non in eadem bonitate, non ideo minus eſſet mutuum, quãuis hoc quod debeat reddi in eadẽ bonitate ſit

quali-

qualitas innata contractui mutui in principio ſuæ
generationis, & ſemper ita cautum videatut, vt di-
cit *I. C. in d. l. cum quid.*
24 In contractu † emptionis & venditionis ſubſtan-
tialia ſunt, Res quæ venditur, pretium quo res ven-
ditur, & conſenſus contrahentium, quia iſtis, aut
eorum altero deficiente emptio & venditio conſi-
ſtere non poteſt, *l. 1. & 2. l. nec emptio. ff. de contr. em-
pt. Bal. in l. in ementis, C. eod. tit. Fabian. de Monte, in ſuo
tract. de empt. & vend. q. 5. num. 1. & 72. Federic. Mar-
tin. d. cap. 6. num. 8. cum multis ſeqq.* & nos diximus
vnum verbum *ſupra hoc cap. 1. q. 1. art. 2.* Naturalia
25 † autem eiuſdem contractus emptionis & vendi-
tionis ſunt obligatio pro euictione rei quæ vendi-
tur. *Gloſ. in d. l. pacta conuenta, l. quod ſi nolit, §. quia aſ-
ſidua, ff. de contr. empt. Federic. Martin. d. cap. 6. nu. 16.*
26 *& ſeqq.* Nam † iſta obligatio pro euictione cum
ipſo contractu emptionis, & venditionis & in eius
principio & origine oritur, *l. non dubitatur, C. de euic.
Dec. conſ. 483. num. 15. Curt. iun. conſ. 28. num. 2.* Poteſt
tamen de conſenſu partium remitti, *l. emptorem, §.
fin. ff. de act. empt. Caballin. in tract. de euict. §. 5. nu. 25.*
vbi multos congerie.

Similiter quod in contractu emptionis & vendi-
tionis pretium ſoluatur in pecunia numerata non
27 eſt de ſubſtantialibus dicti contractus, licet † iſta
qualitas ſit innata in principio generationis illius,
& ſemper inter emptorem, & venditorem cautum
cenſeatur, vt pretium ſoluatur in pecunia numera-
ta, *l. 2. in fin. ff. de contr. empt. l. empti. C. eo. tit. §. item pre-*
28 *tium. Inſtit. eo. tit.* de † conſenſu tamen partium pre-
tium ſolui poteſt in aliis ſpeciebus æſtimatis, *l. pre-
tij, C. de reſcind. vendit. Gloſ. 3. in d. l. 2. ff. de contr. empt.
Fabian. de Monte, d. quaeſt. 5. num. 2.* & alia plura ſunt
naturalia contractus emptionis & venditionis, quæ
recenſet, & declarat *Feder. Martin. d. c. 6. à num. 21.
vſque ad nu. 121.* incluſiuè, quæ poſſunt ab iſto con-
tractu remoueri abſque illius vitio.

Sed vt aliquando veniamus ad propoſitum arti-
culum, & declaremus, quæ dicantur ſubſtantialia,
& quæ naturalia in contractu Cenſuali, de quo agi-
mus, & cognoſcamus quando ex aliquo pacto illici-
to totus contractus annulletur & vitietur, omiſſa
prolixa ratiocinatione quam facit *Feder. Martin. in
d. c. 6. nu. 162. & ſeqq.* recurrendum cenſeo ad *Con-
ſtitutionem præfatam Pij V. ſuper Cenſib.* ex qua facili
negotio colligi poterit quæ ſint ſubſtantialia huius
contractus, & conſequenter, quæ non ſint de illius
29 ſubſtantia, cum † cognitio vnius contrarij multum
proficiat ad cognitionem alterius. *Inſtit. de his qui
ſunt ſui vel alien. iur. in princ.* in verſ. *videamus*, vbi *Glo.*
30 dat concordantes. Etenim † duo facit *Pius V. in d.
ſua Bulla*. Primò enim dat formam contractui Cen-
ſuali diſponendo quid ſeruandum ſit vel dum Cen-
ſus creatur & conſtituitur, vel dum ad alium titulo
venditionis transfertur. Secundò improbat non-
nulla pacta, quæ in alienatione, & venditione hu-
ius Cenſus iam creati & conſtituti vitanda eſſe vult.
31 Primum † explicat dum innouando diſpoſita per
*Martin. V. & Calixt. III. in eorum Conſtitutionibus re-
giſtratis in c. 1. & 2. de empt. et vendit. inter Extrauag.
Commun.* vel illis de nouo addendo ſanciuit & ſta-
tuit quod pro forma contractus cenſualis non poſ-
ſit creari niſi ſuper re, quæ ſit immobilis, aut pro im-
mobili habeatur quod nos explicauimus *ſupra par-
te 1. cap. 3. quaeſt. 1.* Item quæ ſit de ſui natura fru-
ctifera, vt diximus *d. cap. 3. quaeſt. 2.* & certis finibus
deſignata; vt explicuimus *d. cap. 3. quaeſt. 3.* & quod
Cenſus ita conſtitutus & creatus nõ poſſit vendi niſi
iuſto pretio conſiſtente in pecunia numerata, &
quod ſoluatur corã Notario & teſtibus in ipſo actu
celebrationis inſtrumenti. Quæ omnia eſſe ſubſtan-
tialia huius contractus dicebat *Surd. d. conſ. 318. nu.
27. lib. 3. Felician. de Solis, in dd. ſuis Comment. de Cenſib.
tomo 1. lib. 1. c. 10. nu. 28.* & firmauit *Rota coram Re-
uerendiſſimo D. Coccino, 26. Maij, 1614. in illa nullius, ſeu
Milnucenſi Cenſus*, quę eſt *poſt Tract. deciſ. 146. num. 3.
& in eadem cauſa coram eodem die 16. Martij, 1615.
quæ eſt ibidem deciſ. 147.* Cetera autem pacta quæ in
dicta Bulla improbantur non tangunt nouam for-
mam huius contractus, cum conſtitutio annullet ſo-
lum pacta, non autem contractum, prout illum an-
nullat quando Cenſus non eſt factus ſuper re im-
mobili frugifera & certis finibus deſignata, & non
venditur pecunia præſenti & numerata, vt animad-
uertit *Guttierez. Practic. Quaeſt. lib. 2. cap. 176. num. 5.
verſ. vel ſecundo, & rectius.* & repetit *Rota in dicta
cauſa Melnicenſi Cenſus, 26. Maij, & 16. Martij*, & in
illa *Rom. Prælationis, 2. Aprilis, 1618. coram R. P. D.*
32 *Dunozet, quæ eſt ibid. deciſ. 308. n. 21.* Quam † ob rem
ea quæ innouata ſunt, & introducta pro forma hu-
ius contractus ſunt ſubſtantialia ita vt quidquid
contra factum fuerit, etiam in minimo tendat ad
perniciem & nullitatem contractus, cum vitium in
forma etiam in minimo vitiet actum. *Bal. Imola, &
alij, in l. 1. ff. de liber. & poſthum.* diximus *ſupra hoc pri-*
33 *mo cap. quaeſt. 1. art. 6. num. 16.* Cetera † verò pacta ſi
adhibeantur non reddunt cõtractum ſceneratitium
& nullum, ſed ipſa vitiantur, & non vitiant, vt ſupra
dictum fuit, faciunt quæ cumulatè, dicit *Andr. Gail.
Practicar. Obſeruat. lib. 2. obſeruat. 4. num. 3. & per tot.*
& in puncto firmauit *Rota in dicta cauſa Melnicenſi
Cenſus, 16. Martij, & 26. Maij.* Niſi dominus Cenſus
vbi obſtinatè velit dicto cõtractu cum omnibus di-
34 ctis pactis: eo † enim caſu contractus ipſe alioquin
vtilis & licitus redderetur inutilis, & illicitus ob di-
ctam pactionem, vt dicit *Borgnin. Caualcan. deciſ. 13.
num. 37. circa med.* refert *Bernard. Gren. de Obſeruat.
Gail lib. 2. concluſ. 4. num. 2.* & optimè faciunt ea quæ
dicemus *infra hac ead. quaeſt. art. 8. num. 31.*
35 Cui † reſolutioni non repugnant illa verba Con-
ſtitutionis Pianæ. Contractuſq. ſub alia forma poſt
hac celebrandos fœneratitios iudicamus, &c. Quo-
niam illa ſunt dumtaxat referenda ad ea quæ dant
formam contractui, non autem ad alia pacta, quæ
non ſunt contra ſubſtantiam, vt deducit *Guttierez.
loco ſupra citato, Gaſp. Roderic. in d. ſuo tract. de ann. re-
ditib. lib. 2. q. 1. num. 7. in fine, Stephan. Gratian. Diſcept.
Forenſ. tomo 1. cap. 141. num. 23. verſ. neque obſtat*, &
aliàs declarauit *Rota coram Seraph. deciſ. 1431. nu. 3.
par. 2. & coram b. m. Cardinali Pamphilio, 26. Iunij,
1600. in illa Bononienſi Cenſus*, quæ eſt *poſt Tract. de-
ciſ. 116. nu. 4.* & optimè deducit *eadem Rota in dicta
cauſa Melnicenſi Cenſus, 26. Maij, 1614. quæ ibidem eſt
Deciſ. 146. verſ. & quod iſte intellectus*, & repetit *in ea-
dem cauſa, 16. Martij, 1615. ibidem deciſ. 147.*
36 Et licet † præter ea, quæ ſupra dicta ſunt requiri
pro forma contractus Cenſualis, & eſſe de illius for-

ma ſubſtantiali; *Surd.d.conſ.318.num.27.* addat alterum, videlicet, quod vẽditori Cenſus liceat quandocumque illum retro emere reſtituto eodem pretio, & quod poſſit rem Cenſui obnoxiam quandocumque ſibi libuerit vendere. & *Felician. d.cap.10. nu.28.* dicat eſſe ſubſtãtiale huius contractus quod dominus Cenſus nõ poſſit aliquo tempore pretium in emptionem Cenſus erogatum repetere, & propterea pacta contraria tamquam contra ſubſtantialia contractus illum vitiare, & reddere nullum & feneratitium, de veritate tamen dictorum per *Surd. & Felician.* videbimus *infra hac ead. quaeſt. art.8. per tot.* dum de dictis pactis ſpecialiter diſſeremus.

ARTICVLI SECVNDI

SVMMARIA.

1 *Anticipata ſolutio quando in contractu Cenſus fieri dicatur, & num.2. & 3.*

4 *Pactum de ſolutione Cenſus anticipatè facienda eſt omnino reprobatum. Contrarium vult Bon. num. 5. & malè.*

Rationes habentur, num.9. & ſeqq.

Limitatur ſecundum aliquos ſi anticipata ſolutio non deducatur in pactum, ſed ſponte fiat, num.12.

Sed limitatio impugnatur, num.14. & 15.

Saluatur, num.16.

6 *Debitum annuum eſt ſoluendum in principio anni.*

7 *Soluens poſt tempus dicitur minus ſoluere.*

8 *Soluens anticipatè dicitur plus ſoluere.*

9 *Anticipata ſolutio in contractu Cenſus facit meliorem conditionem emptoris Cenſus.*

11 *Pactum anticipatæ ſolutionis annullat contractum ipſo facto. Contrarium, num.18. & ſeqq.*

13 *Mutuans ſi recipiat aliquid pro mutuo à ſponte dante, non damnatur.*

17 *Anticipatè ſoluens, an ſoluat ex pacto vel ex mera liberalitate, quomodo cognoſci poſſit.*

19 *Pactum anticipatæ ſolutionis non eſt contra ſubſtantiam contractus Cenſualis.*

20 *Pactum anticipatæ ſolutionis non vitiat contractum, ſed vitiatur.*

De pacto anticipatæ ſolutionis.

ARTICVLVS SECVNDVS.

PRo faciliori & clariori huius articuli reſolutione præmittendum duxi, quod anticipata ſolutio fieri dicitur, Vel
1 † quando Cenſus conſtitutus & impoſitus vt ſoluatur, puta in fine menſis Auguſti, venditur de menſe Ianuarij & in fine aduenientis menſis Auguſti ſoluitur integer Cenſus pro toto anno, licet non eſſet ſoluendus niſi pro rata temporis, & ſic pro octo menſibus. *Ludou. Molina, in ſuo tract. de Contract. par.2. diſput.390. num.4. verſ. hoc ita conſtituto.*

2 Vel † quando totus Cenſus ſoluitur ante venditionem Cenſus, & in actu celebrationis inſtrumenti ſuper dicta venditione conficiendi. *Molina, d.num.4. Thom. Bouniſign. in ſuo tract. de Cenſib. cap.6. num.1.*

3 Siue † ſolutio fiat antequam incipiat currere annus, vel alius terminus ſolutioni præfixus, ſiue poſtquam cœpit currere, ſed nondum eſt completus, vt declarat *Honded. conſ.35. nu.26. verſ. Prima, & nu.27. & ſeqq. lib.2.* & non diſſentit *Fernand. Rebell. in ſuo tract. de obligat. Iuſtit. lib.10. quaeſt.6. num.9. verſ. dictum fuit.*

Hoc præmiſſo deueniendo ad reſolutionem ar-
4 ticuli, licet in eo † *Bened. Bon. in ſuo tractatu de Cenſib. art.7. num.20. & ſeq. & art.85. num.118.* animaduertens, quod debitum quod contrahitur ex con-
5 tractu Cenſuali eſt annuum, & propterea † ſoluendum eſt in principio cuiuſlibet anni, *l. in ſingulos. ff. de ann. legat. l.3. §. quando dies legat. ced. Gloſ. in l. qui hoc anno, ff. de verbor. obligat.* (de qua tamen re, & quo anni tempore Cenſus ſolui debeat nos dicemus latè *infra hac 2. par. cap.2. quaeſt.4. art.2.*) crediderit pactum de ſolutione Cenſus anticipatè facienda non ſolum non eſſe cenſendum illicitum, ſed potius conuenire naturæ dicti contractus, & hanc eſſe certam & ſtatutam ſolutionis Cenſus formam, & ita ſemper fuiſſe ab antiquo obſeruatum. Atta-
6 men † contrariam ſententiam plerique probarunt, quibus ego aſſentior nõ ſolum ob claram & expreſſam *Pij V. diſpoſitionem in ſua Conſtitutione ſuper formã creandi cenſ. in verſ. ſolutiones,* quas vulgo anticipatas, &c. verùm etiam pluribus & vrgentiſſimis rationibus, & fundamentis, & quidem

Primò, quia aliàs contractus careret Iuſtitia reſpectu pretij, nam Cenſus non venderetur iuſto pre-
7 tio, quia † ſicut is qui poſt tempus ſoluit dicitur diminutè, & minus debito ſoluere, *l. ſolidum, ff. de ſolut. l. ſi eui, §. minus, ff. de verb. ſignif. §. fideiuſſores, in fine, Inſtit. de fideiuſſ. §. plus autem. Inſtit. de act.* Ita il-
8 le, † qui ante diem ſoluit dicitur plus debito ſoluere, *l. cum qui, ff. de ann. legat. d. §. fideiuſſores. Inſtit. de fideiuſſ. & d. §. plus autem. Inſt. de act. Rim. ſen. conſ. 194. num.5. lib.1. Tiber. Decian. reſponſ.2. num.204.*
9 *lib.1.* & propterea ratione † dictæ anticipatæ ſolutionis fieret melior conditio emptoris Cenſus, *l. cum qui, §. melior, ff. de in diem addict. Decian. d. num.204.* & per cõſequens pretium Cenſus eſſet diminutum, tum quia Cenſus plus valet propter illam repræſentatam ſolutionem, & nihilominus venditur eodem pretio, quo venderetur ſi ſolutio eſſet facienda aduenientibus temporibus, tum quia emptor Cenſus non ſoluit integrum illius pretium, ſed diminutum in illa parte & quantitate, quam pro anticipata ſolutione penes ſe retinet.

10 Secunda ratione moueor, quia † emptor Cenſus perciperet intereſſe & fructus Cenſus pro quantitate pretij quam verè non numeraſſet, ſed penes ſe retinuiſſet ſub nomine anticipatæ ſolutionis. *Boccac. in ſuo tract. de Cenſib. par.1. num.6. & par.3. num.22.* quod non ſolum eſt prohibitum lege poſitiua, & humana, *l. eos, §. ſi quis autem, C. de vſur.* ſed iniquum & à naturali ratione alienum, *Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib.1. cap.8. num.12.*

11 Tertia additur † ratio, quia vẽditor Cenſus obligaret ſe ad ſoluendum antequam deberet, & ſic vt dictum eſt plus ſolueret, *§. non ſolum, Inſtit. de fideiuſſ.* per quam rationem cum hac ſententia tranſiuit *Felician. d. lib.1. cap.9. num.11. Hond. d. conſ.35. num.32. & ſeqq.*

Digitized by Google

& ſeqq.lib.2. vbi aliis rationibus eandẽ ſententiam confirmat *& num.37.* deducit eam veram eſſe quomodocumque anticipata ſolutio deducatur in pactum, & cum hac opinione tranſiuit etiam *Rota coram b.m.Cardinali Blachetto, 24.Maij, 1596. in illa Eugubina, ſeu Peruſina Cenſus,* quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 115. num.3.* Hanc eandem ſententiam firmat *Mich. Salon. in ſuo tract. de Contract. & commerc. human. in tit. de Cenſib. art.3. controuerſ.12.* & per rationes ſupra relatas dicit contractum Cenſus cum pacto anticipatæ ſolutionis eſſe non ſolum iniuſtũ, ſed etiam nullum & inualidum ipſo facto, quod tamen vltimum non eſſe admittendum, videbimus *in fine huius ſecundi articuli, num.18. & ſeqq.*

12 Et licet † *Bartholm. ad d. Bullam Pij V. Gloſ.9. & Io. Azor. Inſtitut. Moral. par.3. lib.10. cap.9. quæſt.2. Martin. Bonaciu. in ſuo tract. de Contract. diſput.3. q.4. puncto vnico, num.25.* ſenſerint quod ſi dicta anticipata ſolutio non deducatur in pactum neque expreſsè, neque tacitè, ſed fiat ex mera liberalitate, & ſpõtanea voluntate ſoluentis, non ſit reprehendenda tãquam illicita, & feneratitia, quemadmodum ſenſit etiam *Rota coram b.m. Cardin. Pamphilio, 24. Aprilis, 1600. in illa Bononienſi Cenſus,* quæ eſt *in fine Tract. deciſ. 123. num.5. & ſeqq. & coram Illuſtriſs. Cardinali Lancelotto, 10. Iunij, 1611. in alia Bononienſi Cenſus,* quæ eſt
13 *ibidem deciſ.95. num.8.* Prout † non damnatur mutuans ſi aliquid occaſione mutui recipiat à mutuatario ſponte, & ex eius libera, & ſpontanea voluntate ſoluente, iuxta ſententiam *D. Thom. 2. 2. quæſt. 78. art.2. Soto de Iuſtit. & iure, lib.6. quæſt.1. art.2.*

14 Hoc tamen dictum † eſt valdè dubitabile, tum quia eſt de directo contrarium *d. Bullæ Pij V.* qua expreſsè prohibetur non ſolum ne anticipatæ ſolutiones deducantur in pactum, ſed etiam ne fiant, & per conſequens videntur damnari etiã eæ, quæ fierent ex mera, libera, & ſpontanea voluntate ſoluentis: tum etiam quia non probatur auctoritate *D. Thomæ, & Soti* in contrarium allegatorum. Nam
15 † *D. Tho. & Sotus* loquuntur quando datur aliquid ex mera & libera voluntate ob cauſam licitam & permiſſam, & non prohibitam, puta ſi mutuans accipiat quid à mutuatario, non quia mutuauit, nam acciperet ex cauſa prohibita, ſed ex titulo donationis, & tamquam gratuitum donum; nam non eſt prohibitũ donare & mutuãs poterat etiam abſque eo quod mutuũ præceſſiſſet illud donum accipere, vt declarat idem *D. Tho. d. art.2. verſ. quod intelligendum.* Sed ſi fiant ſolutiones anticipatæ à debitore Cenſus non poteſt dici quod fiant ex cauſa licita, & tamquam gratuitum donum, ſed apparet potius quod fiunt ex cauſa Cenſus, & pro ſolutione ſui debiti, quod eſt prohibitum ex d. Bulla, merito dicendum eſt, quod non ſint licitæ etiam quod fiant à ſponte ſoluente.

16 Ceterum † ſi velimus contrariam ſententiam defendere, debemus illam intelligere quando emptor Cenſus non emiſſet illum ea mente, & intentione vt aliquãdo anticipatas ſolutiones reciperet, & eo caſu ſi venditor Cenſus anticipatè ſolueret, poſſet dominus Cẽſus abſque labe recipere, vt declarat *idem D. Tho. d. art.2. verſ. reſpond. dicendum.* & verſ. *ad tertium.* & iuxta iſtos terminos ſunt intelligendæ *Deciſiones Rotæ coram b.m. Pamphilio, & Illuſtriſs. Cardinali Lancel. ſupra allegatæ*: ſecus ſi expreſſa, vel tacita conuentione præcedente huiuſmodi anticipatæ ſolutiones reciperet. & ita hanc difficultatem reſoluit *Nauar. in ſuo Commentar. de vſur. num.24. & Ioan. Azor. d. lib.10. c.9. quæſt.3.*

17 Quomodo † autem cognoſci poſſit an debitor Cenſus ſoluerit ob gratuitum donum, & ob meram liberalitatem, an verò ex pacto præcedente, bene docet *Nauar. d. num.24.* licet dicta per ipſum non videantur aliquo modo adaptari poſſe terminis quæſtionis propoſitæ in qua ſolutio ſemper fit pro extinctione debiti, non autem ob gratuitũ donum, vt ad ſenſum patet & aduertit *Honded. d. conſ.35. num.40. & ſeq. lib.2.*

18 An † autem hoc pactum ſuper anticipata ſolutione facienda ſit contra ſubſtantiam, vel potius contra naturam contractus Cenſualis ita vt appoſitum vitiet contractum vel potius vitietur, facit difficultatem auctoritas *Mich. Salon. in d. ſuo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de Cenſib. art.3. controuerſ.12.* vbi dicit ex tali pacto cõtractum annullari ipſo facto, de qua meminimus *ſupra num.11. in fine.* Veriorem tamen exiſtimo contrariam opinio-
19 nem; nam † tempus ſolutionis fructuum Cenſus anticipatè, vel poſticipatè faciendæ non eſt de forma ſubſtantiali contractus Cenſualis, quia ſiue ſuper hoc paciſcantur contrahentes, ſiue hoc pactũ omittatur expreſſio vel omiſſio eius nõ remouet conſenſum contrahentium à contractu Cenſus, nec facit illum tranſire in aliam ſpeciem contractus, quo caſu dici poſſet quod pactum vitiaret, & nullum redderet contractum, vt poſt alios deducit *Surd. conſ. 243. num.36. lib.2.* vbi multos allegat. & in puncto dixit *Rota coram Seraph. deciſ.269. num.2. & 3. par.1.* ſed eſt potius quid accidentale quod poteſt adeſſe, & abeſſe ab ipſo contractu abſque illius corruptio-
20 ne. Vnde † appoſitum non vitiat contractum Cenſus, ſed vitiatur. *Hond. conſ.17. nu.19. lib.2. Stephan. Gratian. Diſceptat. Forenſ. tomo 1. cap.141. num.23.* & voluit *Rota coram b.m. Cardin. Pamphilio in illa Bononienſi Cenſus, 26. Iunij 1600.* quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 116. num.2. & 3. & coram Illuſtriſs. Cardin. Lancel. 10. Iunij, 1611. in alia Bononienſi Cenſus,* quæ *ibidem eſt deciſ.95. num.9. & in illa Romana prælationis,* quæ eſt *ibid. deciſ.308. num.22.*

ARTICVLI TERTII

SVMMARIA.

1 *Suſceptio caſuum fortuitorum generaliter facta abſque illorum ſpecificatione, eſt in iure prohibita.*
2 *Dictum Doctoris debet intelligi ſecundum legem, quam allegat.*
3 *Pactum liberans emptorem Cenſus indiſtinctè à caſibus fortuitis, eſt illicitum ſecundum aliquos. alij diſtinguunt, vt.*
4 *Pactum liberans emptorem Cenſus à caſibus fortuitis contingentibus circa fructus, ſit licitum in contractu Cenſus.*
5 *Licet contrarium teneat Molina, & malè.*
6 *Limitatur ſi contingat caſus inſolitiſſimus, & qui non fuit excogitatus.*

Digitized by Google

7 *Pactum liberans emptorem Cenſus à caſu contingentè circa fundum ſubiugatum, eſt illicitum.*

Limitatur ſi contingat facto venditoris, num. 14.

8 *Periculum Cenſus ſpectat ad emptorem, non ad venditorem Cenſus, & num. 10.*

9 *Periculum rei venditæ perfecto contractu, ſpectat ad emptorem.*

11 *Bulla Pij V. ſuper Cenſib. in verſ. Conuentiones, &c. quos caſus comprehendat.*

12 *Euictionis obligatio, eſt ex natura emptionis, & venditionis.*

13 *Pactum quod venditor Cenſus teneatur de eius euictione, eſt licitum,*

15 *Damnum pati quis non debet ex facto aduerſarij.*

Pactum quod caſus fortuiti ſpectent ad venditorem Cenſus, an ſit licitum.

ARTICVLVS TERTIVS.

SOLET aliquando inter emptorem & venditorem Cenſus firmari pactum & conuentio quod debitor Cenſus non poſſit pro quolibet caſu fortuito redntionem, vel defaleationem Cẽſus petere, immo periculum caſuum fortuitorum ſpectet ad Cenſus venditorem. fuit dubitatum an huiuſmodi pactum de iure ſubſiſtat.

Iſte articulus duas videtur habere dubitationes. Prima eſt an tale pactum in huiuſmodi contractu cenſitico ſit de iure permiſſum. Secunda quatenus ſit licitum, qui caſus in huiuſmodi conuentione comprehendantur.

Circa primam dubitationem repetio, quod *Pariſ. conſ. 75. num. 31. lib. 4.* affirmat quod eſt de iure permiſſum vt venditor Cenſus ſuſcipiat in ſe omnem caſum fortuitum, mouetur ex *tex. in l. 4. §. quæſitum, ff. ſi quis cantion.* Verum quoniam ibi I. C. non admittit generalem exceptionem, & renunciationem caſuum fortuitorum, ſed requirit ſpecialem expreſſionem, videtur quod hæc *Pariſij* Theorica ſit contra expreſſam *d. §. quæſitum* diſpoſitionem. Vnde *Decian. conſ. 2. num. 144. lib. 1.* per illum met tex. (licet non alleget *in §. quæſitum*, ſed errore forte amanuenſis, alleget *in §. non ſolum*, qui in *d. l. 4.* non reperitur) dicebat ex communi Scribentium ſenten-
1 tia, † quod non eſt prohibitum de iure quod in contractu emptionis & venditionis venditor ſuſcipiat in ſe periculum caſuum, dummodo caſus illi ſpecificentur, vel ſaltem aliqui exprimantur, & poſtea addatur clauſula generalis comprehendẽs omnes alios caſus; licet ſecus ſit quando generaliter tãtum venditor aſſumeret in ſe periculum, & abſque aliqua ſpecificatione, & ſecundum hanc diſtinctionem ipſe *Decian. ibi* intelligit dicta per *Pariſ. d. num. 31.* licet *Pariſ.* vniuerſaliter & per orationem cõceptam verbis vniuerſalibus dicat quod eſt in iure permiſſum, quod venditor Cenſus ſuſcipiat in ſe omnem caſum fortuitum. quod placuit *Federic. Martin. in ſuo tract. de iure cenſ. cap. 6. num. 303.* licet moueatur non vera ratione,

Verum quia *Pariſ. ibi* excipit vnum caſum, & mo-
2 uetur per *tex. in d. §. quæſitum.* videtur, † quod ſit intelligendus iuxta terminos legis, quam allegat ex doctrina *Bart.* & aliorum *in l. Imperatores, ff. de in diem addict.* & quod ſenſus ipſius ibi fuerit quod venditor Cenſus teneatur ad caſus fortuitos quando illos ſuſcepit eo modo, quo de iure & iuxta terminos *d. §. quæſitum*, eſt ſibi permiſſum. & ita ſentiendum exiſtimo in hac prima dubitatione.

3 Circa ſecundam † quamuis *Leonard. Leſſ. in ſuo tract. de Iuſtit. & iure, lib. 2. cap. 22. in tit. de Cenſib. dubit. 22. num. 82.* indiſtinctè teneat huiuſmodi pacta eſſe illicita ſiue reſpiciat caſus contingentes in fructibus, ſiue caſus contingentes in re ipſa cenſua-
4 ta. Ego tamen diſtinguendum cenſeo. Aut † venditor Cenſus ex pacto ſuſcipit in ſe caſus, qui contingere poſſunt ſuper fructibus rei Cenſui ſubiugatæ & illorum recollectione, & huiuſmodi pactum non eſſe de iure prohibitum, facit dictum *Bolognet. conſ. 31. num. 16.* & placuit *Rota coram b. m. Cantuccio, 4. Februarij. 1583. in illa Romana nullitatis Cenſus*, quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 144. num. 1. & coram b. m. Penia, 31. Maij. 1591.* quæ eſt *ibidem deciſ. 10. num. 4.* licet
5 † contrarium affirmet *Ludou. Molina, in ſuo tract. de Contract. par. 2. diſput. 390. num. 6. verſ. contrarium tamen.* nonnullis rationibus, quæ corruunt ex iis quæ nos diximus *ſupra par. 1. cap. 3. quæſt. 2. art. 3.* & propterea non eſt recedendum in hoc caſu ab opinio-
6 ne *Rotæ*, niſi † contingat caſus inſolitiſſimus, qui in ſimplici renunciatione caſuum fortuitorum numquam cenſetur comprehenſus. *Anton. Gomez, Var. Reſolut. tomo 2. cap. 3. num. 19. Soc. ſen. conſ. 123. num. 10. & 11. lib. 4. Surd. conſ. 61. num. 65. & ſeq. lib. 1.*
7 Aut † verò venditor Cenſus ſuſcipit in ſe ex pacto caſus qui poſſunt contingere ſuper re ipſa cenſuata, puta ſi fundus Cenſui obnoxius, caſmate, fulgure, aut alio quouis caſu pereat. & licet *Mich. Salon. in ſuo tract. de Contract. & commerc. human. lib. 10. in tit. de Cenſib. art. 3. controuerſ. 13. num. 1.* affirmet hanc renũciationem caſuum fortuitorum, circumſcripta *Bulla Pij V. ſuper Cenſib.* eſſe de iure in contractu cenſuali permiſſam, & illam nõ repugnare iuri naturali, nec cõtinere proximum periculum vſuræ: attamen tale pactum eſſe reprobatum, & illicitum, voluit *Nauar. in ſuo Commentar. de vſur. num. 90. in 5. Gloſ. Bolognet. in d. conſ. 31. num. 16. Boccac. in ſuo tract. de Cenſib. par. 1. num. 7. & 54. & Ludouic. Molina, d. diſput. 390. num. 6.* Et hanc diſtinctionem comprobat *Sigiſm. Scacc. in ſuo tract. de Commerc. §. 1. q. 1. ſub num. 176. verſ. Et hoc procedit etiam.* & *Rota in illa Romana nullitatis Cenſus coram b. m. Cantuccio, & in illa Vrbeuetana Cenſus coram b. m. Penia. num. 4.* de quibus paulò ſupra mentionem fecimus.
8 Quia † cum Cenſualis contractus ideo ſit licitus, quia eſt conſtitutus & fundatus ſuper prædio & re immobili, vt ſupra dictum fuit *par. 1. cap. 3. quæſt. 1. art. 1.* Caſus ſuperueniens in Cenſu ob peremptionem fundi cenſuati debet pertinere ad emptorem Cenſus, non ad venditorem. *Thom. Boninſign. in ſuo*
9 *tract. de Cenſib. cap. 7. num. 3.* prout † regulare eſt vt perfecta venditione periculum rei venditæ ad em-
10 ptorem, & non ad venditorem ſpectet, per † quam regulam hoc idem reſpectu caſus contingentis ob peremptionem fundi cenſuati quod periculum ſpectet ad emptorem, dicit *Pariſ. d. conſ. 75. nu. 31. lib. 4. & Io. Azor. Inſtitut. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 10. q. 2. Boccac. d. par. 1. num. 7. & 54.*

Et

11 Et † hanc diſtinctionem circa pactum ſuſceptionis caſuum fortuitorum videtur non obſcurè ſenſiſſe *Pius V. in d. ſua Bulla ſuper Cenſibus.* in *verſ. Conuentiones*, &c. dum prohibet dumtaxat conuentiones directè, aut indirectè obligantes ad caſus fortuitos eum qui aliàs ex natura contractus non teneretur, vt animaduertit *Nauar. d. num. 90. & Molina, d. nu. 6.* certum autem eſt quod licet venditor Cenſus non poſſit ex natura contractus Cenſualis teneri ad caſus contingentes in re ipſa ſubiugata, tenetur tamen ad caſus contingentes circa fructus, cum etiam quod fundus cenſuatus pro vno vel pluribus annis ſit redditus infructuoſus nihilominus ad Cenſus ſolutionem teneatur, vt dictum fuit *ſupra par. 1. cap. 3. quæſt. 2. art. 3.* merito, &c.

12 Ex quibus ſequitur quod † cum euictio ſit de natura contractus emptionis, & venditionis. *Gloſ. in l. pacta conuenta, ff. de contr. empt.* & diximus *ſupra hac*
13 *3. quæſt. art. 1. nu. 25.* † pactum quod venditor Cenſus teneatur ad defenſionem Cenſus venditi, & de eius euictione non cenſetur prohibitum etiam poſt dictam Bullam, vt dicit *Nauar. d. tract. nu. 135. Boccac. d. tract. par. 2. num. 70. Boninſegn. d. tract. de Cenſib. cap. 7. num. 1. & 2. Ioan. Azor. d. cap. 10. quæſt. 1. Bolognet. d. conſ. 31. ſub d. num. 16.*

14 Si † autem caſus contingeret in ipſa re obnoxia facto & culpa venditoris Cenſus ipſe teneretur, & ad eum, non autem ad emptorem ſpectaret. licet hoc ſit contra naturam contractus cenſualis, vt ani-
15 maduertit *Bolognet. d. nu. 16.* Iuri † enim conſonum eſt vt ex facto aduerſarij damnum pati quis non debeat, vt per *tex. in l. cum proponas, C. de nautic. fœnor.* & alia inra in propoſito, dicit *Decian. d. conſ. 2. num. 145. lib. 1.*

ARTICVLI QVARTI

SVMMARIA.

1 *Pactum quod res Cenſui ſubiecta indiſtinctè alienari non poſſit, eſt nullum ex Bulla Pij V. & num. 4.*
Secus de iure communi ex Roderico, num. 4. in fine.
2 *Contrarium tamen eſt verius etiam de iure communi ex Nauarro.*
3 *Etiam ſi velit per partes alienare.*
Limitatur ſi pactum concipiatur, vt non poſſit vendi niſi domino Cenſus, num. 7. & ſeqq.
Contrarium tenent aliqui, & malè, num. 6.
9 *Pactum quod res cenſita non poſſit alienari habens clauſulam reſolutiuam contractus, impedit dominij tranſlationem.*
10 *Pactum quod res cenſita non poſſit alienari abſque conſenſu domini Cenſus, vel eo irrequiſito, nō eſt iniquum, nec vſurarium.*
11 *Venditor Cenſus, qui ex pacto tenetur requirere dominum Cenſus, an velit emere debet illum requirere & curare vt illi præfigatur terminus ad deliberandum, qui terminus ſolet eſſe duorum menſium.*
12 *Pactum quod ſi venditor Cenſus vendat rem cenſitam, liceat domino cenſus illam retrahere valet.*
13 *Pactum quod venditor Cenſus non poſſit rem cenſitam vendere, vitiatur & non vitiat contractum.*

De pactis reſtringentibus facultatem alienandi rem Cenſui ſuppoſitam.

ARTICVLVS QVARTVS.

DISPOSVIT *Pius V. in ſua Conſtitutione ſuper for. creandi Cenſus, in verſ. Conuentiones directè*, &c. in illis verbis, „ quemadmodum nec pactum auferens, aut „ reſtringens facultatem alienandi rem „ Cenſui ſuppoſitam, quia volumus rem ipſam ſem„ per liberè, ac ſine ſolutione laudemij, aut quinqua„ geſimæ, aut alterius quantitatis vel rei tam inter vi-
1 uos, quam in vltima voluntate alienari. Quod † in contractu Cenſus inutile ſit & reprobatum omne pactum auferens, aut reſtringens facultatem alienandi rem Cēſui ſuppoſitam. Et licet ibi Papa nullam aliam huius ſuæ diſpoſitionis rationem afferat, niſi quia vult rem ipſam ſemper liberè poſſe alienari, quæ ſola in Principe ſufficit, *§. ſed & quod Principi, & ibi Doctor. Inſtit. de iure natur. gent. & ciuil.* non
2 eſt tamen deſtituta ratione, cum † etiam de iure communi ſepoſita huiuſmodi Bulla pactum hoc reprobatum, & illicitum eſſe videtur colligi ex *tex. in l. nemo, ff. de pact.* cum domino fundi cenſuati liberum eſſe debeat arbitrium de illo ad ſui libitum diſponendi. *l. in re mandata, C. mandat.* & in propoſito de fundo Cenſui ſuppoſito (quod remanere in dominio venditoris Cenſus, diximus *ſupra par. 1. c. 1. quæſt. 1. art. 1. nu. 23.*) dixit *Ludou. Molina, in ſuo tract. de contract. par. 2. diſput. 290. num. 8.* & pluribus confirmat *Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. cap. 10. num. 2.* & dixit *Rota in vna Interanenſi Salmani interd. 14. Nouembris, 1611. coram R. P. D. Manzanedo* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 148. nu. 12.*
3 Etiam † quod velit illam per partes alienare. *Nauar. in ſuo Commentar. de vſur. num. 114. Io. Azor. In-*
4 *ſtit. Moral. par. 3. lib. 10. c. 12. q. 2.* Vnde † non ſine ratione *Pius V. in d. ſua Bulla* pactum per quod talis facultas tollitur, aut reſtringitur improbauit, & damnauit, vt animaduertit *Nauar. d. tract. de vſur. num. 91. in 6. Gloſ. Boccacc. in ſuo tract. de Cenſib. par. 1. num. 8. & 57. Leonard. Leſſ. in ſuo tract. de iuſtit. & iure, lib. 2. cap. 22. de Cenſib. dubitat. 12. num. 83. Mich. Salon. in ſuo tract. de contract. & cōmerc. human. in tit. de Cenſib. art. 3. controuerſ. 15. verſ. oppoſitum*, & in terminis dictæ Bullæ Pianæ *Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann. reditib. lib. 2. quæſt. 9. num. 55.* licet ſemota dicta Bulla in terminis iuris communis id neget, *ibi, num. 7. & ſeq.* & licet *Ludou. Velazq. de Auend. in ſuo tract. de Cenſib. Hiſpan. c. 85. num. 5. & ſeqq.* nitatur confirmare contrariam ſententiam, quòd tale pactum ſit licitum: attamen dum *ibi num. 10.* reſpondet verbis *Bullæ Pij V. ſup. relatis*, videtur tranſire cum hac concluſione, reſpectu Cenſuarij, quòd poſſit rem cenſitam alienare; ſed quod tranſeat in tertiū poſſeſſorem cum onere, & hypotheca ad fauorem domini Cenſus.

Et multò magis damnandum eſſet hoc pactum
5 de non alienando rem ſuppoſitam, ſi † illi alia pactio adiungeretur, quod in euētum in quem ſequatur alienatio in totum, vel pro parte debitor Cenſus teneatur integrum Cenſum redimere: nam pactionem hanc non eſſe recipiēdam immo tamquam inſe-

Digitized by Google

inferentem onus & grauamen ipſi debitori Cenſus,
vel quia arctat illum ad redimendum (quod eſt om
nino prohibitum, vt dicemus *infra hac ead. q. art. 7.*)
vel quia per indirectum impediat liberam faculta-
tem alienandi rem Cenſui ſubiugatam; cenſeri illi-
citam, & cõtineri ſub prohibitione dictæ Bullæ di-
cebat *Nauar. d. ſuo Comment. de vſur. num. 115. quaſt.*
18. & ſequutus fuit *Boceacc. in d. ſuo tract. de Cenſib.*
par. 2. nu. 34. nõ enim dici poſſet facultas alienandi
libera ſi eam ſequi deberet neceſſitas extinguendi
Cenſum. Sed dubitatur quid ſi pactum non ſit ſim-
plex, & indiſtinctum quod venditor Cenſus nõ poſ-
ſit alienare, ſed quod non poſſit alienare in aliam
perſonam quam in ipſum dominum Cenſus. in qua
6 difficultate † licet *Felician. d. cap. 10. nu. 7. & ſub nu. 8.*
nitatur defendere pactum iſtud eſſe illicitũ ea po-
tiſſimum ratione, quia per illud videatur minui li-
bera facultas diſponẽdi de re ſua, grauamenq. ſen-
tiat debitor Cenſus diminuens de pretio rei Cen-
ſui obnoxiæ, quod repugnare dicit non ſolum di-
ſpoſitioni dictæ Bullæ, verum etiam naturæ contra-
ctus Cenſualis, in quo in venditore Cenſus remanet
libera proprietas & dominium rei Cenſui ſuppoſi-
tæ, vt dictum eſt, & hanc ſentẽtiam videturample-
xus *Io. Azor. d. cap. 11. quaſt. 1.* Ego tamen pactum
præfatum eſſe de iure licitum, nec ex forma dictæ
Pianæ Conſtitutionis eſſe prohibitum exiſtimo de
7 iure † quidem per *tex. in l. ſi ſterilis, §. ſi ſibi fundum. ff.*
de act. empt. & in l. qui fundum, la ſeconda, ff. de contr.
empt. In quibus iuribus ex pacto quod non liceat
rem alteri vendere in caſu contrauentionis datur
actio ex empto. probat etiam *tex. in l. ſi ita quis, §.*
ea lege, ff. de verbor. obligat. in l. ea lege, C. de cond. ob
cauſ. Zoannett. in tract. de empt. & vendit. ſub pact. nu.
87. & ſeqq. & fatetur ipſemet *Felician. d. num. 7.* au-
ctoritate *Bal. in l. 1. C. commun. diuid.* & aliorum, quos
congerit *Iaſ. in l. nemo, num. 2. ff. de pact.*
8 Non † etiam repugnat *Conſtitutioni Pij V.* quo-
niam ea prohibet duntaxat ea pacta per quæ re-
ſtringitur facultas alienãdi rem Cenſui ſuppoſitam
quod non poteſt verificari in pacto, de quo agimus
per quod conuenitur, vt poſſit fieri alienatio, ſed in
dominum Cenſus. Immo ex eademmet conſtitutio-
ne pactum iſtud videtur eſſe permiſſum, dum in ea
ſancitur, quod debitor Cenſus volens vendere fun-
dum cenſuatum teneatur denũciare domino Cen-
ſus futuram venditionem, qui volens emere debeat
ceteris præferri, quam ob rem cum pactum hoc de
quo agimus non arctet venditorem Cenſus ad ven-
dendum, nec illum prohibeat quo minus vendere
valeat, non poteſt dici quod repugnet Bullæ Pianæ
& cum illud de iure communi circa alias res ſit per-
miſſum, nec *Felician.* aliquam ſpecialem rationem
afferat cur debeat cenſeri prohibitum in contractu
Cenſuali, concludendum eſt, quod ſit licitum etiam
9 reſpectu rei Cenſui obnoxiæ. Quod † in tantum ve-
rum eſſe exiſtimo, quod ſi tale pactum haberet vel
clauſulam reſolutiuam contractus, & alienationis
alio modo factæ, vel ſpecialem dictæ rei, impediat
tranſlationem dominij in emptorem cum ea ſit na-
tura dictæ clauſulæ reſolutiuæ, prout egregiè dedu-
cit *Rol. conſ. 62. nu. 17. & ſeqq. lib. 2. Oſasch. deciſ. Pedem.*
65. nu. 12. & ſpecialis hypotheca adiecta huic pacto
reſiſtat tranſlationi dominij, vt ex magis communi
dicemus *infra hac 2. par. c. 2. quaſt. 1. artic. 1. num. 2.*
& probat *Auend. dicto tract. cap. 85. num. 12. verſic.*
ſed his.
10 Ex quibus videtur etiam ſequi validum † & lici-
tum eſſe pactum, vel quod venditor Cenſus nõ poſ-
ſit rem ſuppoſitam alienare abſque conſenſu & li-
centia domini Cenſus, vt voluit *Soto in ſuo tract. de*
Iuſtit. & iure, lib. 6. quaſt. 5. art. 2. circa med. verſ. in pri-
mis. & non eſſe vſurarium affirmat *Federic. Martin.*
in ſuo tract. de iure Cenſuali, cap. 6. nu. 378. & ſeq. Vel
quod non poſſit illam vendere non requiſito domi-
no Cenſus, nam hoc etiam pactum nõ eſſe iniquum
affirmat *Leonard. Leſſ. d. c. 22. dubitat. 11. num. 71.* &
quamuis ipſe dicat illud eſſe præter naturam con-
tractus Cenſualis, hoc tamen illi concedendum eſſe
minimè arbitror, cum iudicio meo, ex prædicto pa-
cto non reſtringatur facultas alienandi fundũ cen-
ſitum plus quã fiat ex eademmet *Bulla Pij V.* quo-
niam ſicut ibi Papa poſt factam denunciationẽ do-
mino Cenſus an velit emere fundum Cenſui ſuppo-
ſitum lapſo menſe relinquit in libera facultate debi-
toris Cenſus vendendi rem illam cuicumque vo-
luerit, eodem modo ſtante dicto pacto, præcedente
tamen interpellatione & requiſitione de domino
11 Cenſus an velit emere, † & lapſo termino per Iudi-
cem aſſignato, & præfixo ad deliberandũ an eme-
re velit (qui terminus ſolet eſſe duorum menſium)
erit liberum debitori Cenſus rem illam cuicumque
voluerit vendere, *Doctor. in l. qui Romæ, §. cohæredes,*
ff. de verbor. obligat. Rom. conſ. 27. num. 4. & conſ. 182.
num. 4. & ibi Mandoſ. in vlt. Addit. Zoannett. loco ſupra
citato, num. 87. verſ. vnde pro conciliandis. Nec repu-
gnat ratio quam conſiderat *Ludou. Molina, d. diſput.*
390. num. 8. quod cum venditor Cenſus remaneat
verus dominus fundi cenſuati debeat illi eſſe libera
facultas ad ſui libitum de eo diſponẽdi, *l. in re man-*
data, C. mand. quia hoc procedit nulla præcedente
conuentione in contrarium; aliud autem eſt dicen-
dum, quando contractus ex pacto aliter eſt infor-
matus, vt deducit *Zoannett. d. loco, nu. 88.* ſtante ma-
ximè quod hoc pactum non repugnet Bullæ, & de
iure communi ſit permiſſum, vt ſupra deductũ fuit.
12 Vnde inferri poteſt † quod non improbè pacto
præfato adiicitur conuentio quod ſi contra præmiſ-
ſa dominus fundi cenſuati alteri, quã domino Cen-
ſus fundum illum alienauerit liceat eidem domino
Cenſus eum pro certo inter eos conuento pretio
retrahere, & euincere, vt deducit *Felician. dicto cap.*
10. num. 8. & per nonnullas concluſiones firmat *Lu-*
dou. Auend. d. tract. c. 86. num. 1. verſ. Tertius, & verſ.
Quartus, & nu. 6. vbi hanc reſolutionem confirmat.
hoc ſi quidem videtur congruere menti *Pij V. in d.*
ſua Bulla, dum concedit domino Cenſus, vt in em-
ptione rei cenſuatæ ceteris omnibus emere volenti-
bus anteponatur.
Ceterum ſi contrahentes, non attenta Bullæ pro-
hibitione paciſcantur ſimpliciter, & indiſtinctè
quod debitori Cenſus ſit interdicta libera facultas
13 alienandi rem cenſitam, cum † tale pactum non ſit
contra ſubſtantiam contractus Cenſualis, nec illius
formam reſpiciat ſecundum ea quæ diximus *ſupra*
hac ead. quaſt. art. 1. non vitiabit contractum, ſed ip-
ſum vitiabitur, & de medio tolletur firmo rema-
nente contractu in reliquis, vt fuit de mente *Rota*

Digitized by Google

coram Illuſtriſs. Cardinali Lancelotto, 9. Decembr. 1603. in illa Romana nullitatis Cenſus, quæ eſt poſt Tract. deciſ. 2. num. 7.

ARTICVLI QVINTI

SVMMARIA.

1 *Intereſſe tam damni emergentis, quam lucri ceſſantis de iure paciſci poteſt.*
2 *Lex & ſtatutum exorbitans debet ſtrictè intelligi.*
3 *Bulla Pij V. de Cenſib. in verſ. pacta etiam continentia loquitur tantum de intereſſe lucri ceſſantis, non damni emergentis.*
4 *Ius acquiſitum tollitur difficilius, quam ius quærendũ.*
5 *Pactum de reficiendo intereſſe damni emergentis, eſt licitum in contractu Cenſus.*
6 *Pactum quod venditor Cenſus moroſus teneatur ad intereſſe lucri ceſſantis eſt illicitum, cõtra Couarruuiam.*
7 *Limitatur reſpectu intereſſe intrinſeci.*
8 *Intelligitur, quando tempore venditionis Cenſus conuenitur de intereſſe certo, vel de incerto liquidando per iuramentum emptoris Cenſus.*
9 *Intereſſe verum, & legitimè probatum poteſt dominus Cenſus prætendere ob moram ſibi factam in ſoluendo.*
10 *Bulla Pij V. in verſ. Pacta continentia, &c. non prohibet, quominus petatur intereſſe legitimum; ſed ne ab initio taxetur certa quantitas loco intereſſe.*
11 *Debet reſtringi ad intereſſe quod deduceretur in pactũ, ſecus reſpectu illius quod deberetur ex iuris diſpoſitione, vel taxari deberet per Iudicem.*
12 *Pactum de intereſſe recipiendo non eſt contra ſubſtantiam contractus Cenſualis, & ideo vitiatur, & non vitiat.*
13 *Pactum quod venditor Cenſus moroſus teneatur ad expenſas, de quibus expenſis ſit illicitum.*
14 *Expenſa quæ fiunt in ſcriptura, & rogitu inſtrumenti, pertinent ad emptorem, non ad venditorem.*
15 *Debitor Cenſus non tenetur aſportare annuas penſiones ad domum creditoris.*
16 *Pactum de reficiendis expenſis factis in ſuſtinenda lite pro defenſione Cenſus venditi, non eſt illicitum.*
17 *Pactum quod ob moram debitoris in ſoluendo Cenſum cadat in commiſſum fundus cenſitus, vel eius pars prohibetur.*
18 *Prohibitio huiuſmodi pacti eſt indiſtinctè amplectẽda.*
19 *Limitant aliqui vt ſit licitum inter venditorem Cenſus, & fideiuſſorem, qui pro eo accedit.*
20 *Contrarium tamen etiam in hoc Scribentes communiter recipiunt.*
21 *Pactum quod venditor Cenſus moroſus in ſoluendo teneatur ad aliquam pœnam, eſt prohibitum.*
Limitatur ſi à principio Cenſus ſit venditus pretio viliori, cum pacto quod ſi non ſoluatur debito tempore debeat ſolui pretio iuſto, num. 28.
22 *Pactum in quo debitor Cenſus ob moram in ſoluendo ſubijcit ſe perpetuo carcerari, eſt inutile.*
23 *Debitor Cenſus poteſt ob moram in ſoluendo ſubmittere ſe cenſuris Eccleſiaſticis, & infra.*
24 *Bulla Pij V. in verſ. Pacta etiam continentia, &c. de quibus pœnis loquatur.*
25 *Emptor Cenſus exigens pœnam in caſu moræ commiſſæ in ſoluendo poſt Bullam Pij Quinti ſtipulatam, tenetur ad illius reſtitutionem.*
36 *Stipulatam verò ante Bullam licitè exigit ſi ſit moderata, ita vt non ſit veriſimile illam fuiſſe appoſitam animo fœnerandi.*
27 *Secus ſi ſit immoderata, adeo quod inſurgat ſuſpicio vſurarum.*
29 *Pactum quod ſi debitor Cenſus non ſoluat cõuento tempore teneatur ad duplum, eſt inane.*
30 *Pactum quod ſi debitor non ſoluat tempore debito cenſeatur datus in ſolutum creditori fundus pro iuſto pretio, valet.*
31 *Quod aliqui admittunt in contractu Cenſus.*
32 *Sed in iſto contractu contrarium, eſt verius.*
33 *Pactum, quod ob moram debitoris in ſoluendo, diſtrahi poſſit fundus cenſitus etiam pro ſorte, eſt nullus.*
34 *Pactum quod dominus Cenſus ob moram debitoris in ſoluendo poſſit propria auctoritate capere fructus fundi cenſiti, eſt prohibitum, ſi ſonet in pœnam.*
35 *Secus ſi tendat ad expeditiorem exactionem Cenſus.*
36 *Maximè ſi adſit clauſula precarij.*
37 *Pactum in quo debitor Cenſus in caſu moræ obligat creditori aliqua bona cum licentia diſtrahẽdi, eſt licitum, ſi non ſonet in pœnam.*
38 *Pactum quod debitor Cenſus obligetur ad ſolutionem in forma cameræ non eſt licitum, ſecundum aliquos.*
39 *Contrarium probat Auctor, vbi de ratione.*
40 *Fideiuſſiones & hypothecæ bonorum pro faciliori exactione Cenſus, ſunt licita.*
41 *Conſuetudo obligandi ſe in forma cameræ, eſt fauorabilis tamquam concernens commune bonum.*
42 *Cameralis obligatio defenditur clypeo conſuetudinis.*
43 *Renunciatio priuilegij ſui fori in iure, eſt conceſſa.*
44 *Limitatur 1. ſi priuilegium ſit conceſſum ordini, vt Clerico ne conueniatur coram laico.*
45 *Limitat. 2. ſi ſit conceſſum fauore ipſius Iudicis, vt ne vaſallus conueniatur niſi coram ſuo domino.*
46 *Limitat. 3. niſi priuilegium ſit conceſſum miſerationis gratia, vt ceſſio bonorum.*
47 *Ceſſionis bonorum beneficio regulariter non poteſt renunciari.*

De pactis appoſitis aduerſus debitorem Cenſus moroſum in illius ſolutione.

ARTICVLVS QVINTVS.

SEQVITVR videndum de aliquibus pactis, quę in contractu Cenſus excogitari poſſunt contra debitorem qui moram faciat circa ſolutionem annui Cenſus, & annuæ reſponſionis, *de quibus Pius V. in ſua Conſtitutione ſuper Cenſibus ita*
„ *ſanciunt*. Pacta continentia moroſum Cenſus debi-
„ torem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cam-
„ bium, ſeu certas expenſas, aut ad certa ſalaria, aut
„ ad ſalaria, ſeu expenſas medio iuramento creditoris
„ liquidandas, aut rem Cenſui ſubiectam ſeu aliquam
„ eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem con-
„ tractu, ſeu aliunde acquiſitũ perdere aut in aliquam
„ pœnam cadere ex toto irrita eſſe & nulla. Ex qua
„ Bullæ præfatæ particula elicitur quod *Pius V.* ibi conſiderauit quattuor modis grauari & lędi poſſe debitorem Cenſus ob moram à ſe cõmiſſam in ſoluendo annuas reſponſiones in tempore conuento, ſcilicet, Primò vt teneatur ad intereſſe, & ad cambia,

Digitized by Google

bia: Secundò, quod teneatur ad expenſas, & ſalaria:
Tertiò, quod amittat rem cenſitam, aut aliquã eius
partem: Quartò, quod incidat in aliquam pœnam.
de ſingulis eſt eodem ordine breuiter videndum, &
deinde de aliis quibuſdam pactis & conuentioni-
bus, quæ ſub eadem diſpoſitione contineri, & cum
eadem regula definiri poſſe videbuntur.

Prohibuit itaque primo loco *Pius V.* & annul-
lauit omnia pacta continentia moroſum Cẽſus de-
bitorẽ teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cam-
bium. Pro cuius pacti, & prohibitionis intelligen-
tia præmittendum eſt, quod cum hæc Piana conſti-
1 tutio ſit exorbitans à iure communi, quo † licitum
eſt paciſci tam ſuper intereſſe damni emergentis,
quã ſuper intereſſe lucri ceſſantis, & vtrumque in-
teruueniente mora deberi, & exigi poſſit, vt latè de-
clarat *Nauar. in ſuo Comment. de vſur, nu. 41. & ſeqq.
Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1.
lib. 1. cap. 9. num. 14. Io. Bapt. Lup. ad l. curabit, C. de act.
empt. Comment. 1. §. 6. num. 103. & ſeqq.* & ſignanter
2 *num.* 107. qui alios allegant. Ideo † debet intelligi
ſtrictè, & in caſu ipſo in quo loquitur *l. 3. §. hac ver-
ba, ff. de negoc. geſt. Surd. deciſ. 313. ſub nu. 4* & vt minus
lædat ius cõe, quam fieri poſſit, *c. cũ dilectus, de con-
ſuet. Rom. conſ. 197. num. 2.* refert alios *Surd. deciſ. 167.
3 num. 17.* & propterea † cum loquatur ſolum de in-
tereſſe lucri ceſſantis, & minus læditur ius commune
ſi de eo tantum intelligatur quam ſi trahatur etiam
ad intereſſe damni emergentis: ergo ad illud debet
reſtringi, & quo ad intereſſe damni emergentis de-
bet ius commune remanere in ſuo robore, & in ſua
diſpoſitione, argum. *l. ſancimus, C. de teſtam. l. præcipi-
mus, C. de appellat.* & ita hanc Bullam in hac parte
intelligit *Fernand. Rebell, in ſuo tract. de obligat. Iuſtit.
lib. 10. q. 6. num. 15. in princ.* Et licet ab hac intelli-
gentia videatur recedere *Io. Azor. Inſtit. Moral. par.
3. lib. 10. cap. 13. q. 2.* ea ratione, quia nõ valet conſe-
quẽtia debitor moroſus tenetur reſarcire damnum:
ergo poteſt paciſci, quod probat dando inſtãtiam,
quia debitor tenetur reſarcire expenſas à creditore
factas ob mutuum, & tamen illas non poteſt ex pa-
cto repetere, mihi tamen magis in hoc placet opi-
nio *Rebelli*; tum quia intereſſe damni emergentis
verſatur circa rem acquiſitã, vel quaſi acquiſitam,
vt non obſcurè videtur ſentire *Nauar. in ſuo tractatu,
de vſur. num. 93. verſ. an autem.* clarè *Rebell. d. nu. 15.
in princ.* Intereſſe autem lucri ceſſantis reſpicit &
verſatur circa rem acquirendam, vt ipſi dicunt, &
4 † difficilius tollitur ius acquiſitum & ius in re, quam
ius acquirendum, & ius ad rem. *Dec. conſ. 147. num. 4.
Crau. conſ. 135. ſub n. 7. lib. 1. Ceph. conſ. 58. n. 36. & ſeq.
& nu. 60. & ſeq. lib. 1. Mandoſ. ad regul. Cancellar. in reg.
de nõ iudican. iuxta form. ſupplicat. q. 18. n. 2. & in reg. de
non impetran. benefic. vocant. per obit. Cardin. quæſt. 30.
num.* 6. tum per rationes ſupra conſideratas.

5 Et pactum de † reficiendo intereſſe damni emer-
gentis eſſe in hoc contractu cenſuali licitum, voluit
aliorum auctoritate *Martin. Bonacin. in ſuo tract. de
contract. diſput. 3. q. 4. puncto vnico, num. 38. verſ. Rur-
ſus difficultas.*

6 Quo † verò ad intereſſe lucri ceſſantis licet *Couar.
lib. 3. Var. Reſolut. cap. 4. nu. 6. verſ. octauo infertur.* ibi,
modo ſit in vim annui reditus. exiſtimet pactum de
reficiendo intereſſe lucri ceſſantis ob moram eſſe de
iure licitum. contrariam tamen ſententiam quod
immo tale pactum ſit omnino illicitum, & dicta
Piana Cõſtitutione expreſsè reprobatum, dicit *Boc-
cacc. in ſuo tract. de Cenſib. p. 1. num. 9. & 59. & par. 3.
num. 35. Io. Azor. d. c. 13. q. 1. Gaſp. Roderic. in ſuo tract.
de annu. reditib. lib. 3. q. 8. nu. 22.* & cum qua nos quo-
que tranſeundum eſſe omnino exiſtimamus. Quæ
tamen debet vno & altero modo declarari, Et

7 Primò, an illa † procedat reſpectu intereſſe ex-
trinſeci, id eſt, ſi illud extrinſecus accidat, ſecus
autem ſi ſit intrinſecum, cuius petitionem non eſſe
per dictam Pianam cõſtitutionem interdictum, im-
mo dicti intereſſe intrinſeci pactionem eſſe licitam,
dicit *Ludouic. Molina, in ſuo tract. de Contract, par. 2.
diſput. 390. num. 10. verſ. circa intereſſe.* hoc idem pro-
bat *Mich. Salon. in ſuo tract. de contract. & commerc.
human. in tit. de Cenſib. art. 3. controuerſ. 16. nu. 1. verſ.
poteſt ſecundo modo, Rebell. d. quæſt. 6. num. 15. verſ. cu-
iuſmodi eſt etiam.* vbi hoc exemplis declarat quod ita
approbat *Leonard. Leſſ. in ſuo tract. de Iuſt. & iure, lib.
2. cap. 23. dubit. 12. num. 86.* vt credat quod quo ad
forum poli poſſit etiam exigi intereſſe extrinſecum,
cauſatum ob moram iniuſtam debitoris.

8 Secundò † declarat hanc concluſionem *Felician.
d. cap. 9. num. 14.* quod *Pius V. in ſua Conſtitutione* non
prohibeat ſimpliciter & abſolutè paciſci circa refe-
ctionem intereſſe lucri ceſſantis ob moram debito-
ris, ſed quod prohibeat dumtaxat huiuſmodi pa-
ctiones in duobus caſibus, videlicet, quando à prin-
cipio tempore venditionis Cenſus inter contrahen-
tes conuenit de certa quantitate præſtanda ratio-
ne lucri ceſſantis, vel quando conuenitur de quan-
titate incerta liquidanda ſolo iuramento credito-
ris: his enim duobus caſibus videtur palliari vſura,
quam ab hoc contractu remouere, & eliminare ille
Sanctiſſimus Papa per *d. ſuam Conſtitutionem inten-
9 dit.* Et propterea † ſi dominus Cenſus prætenderet
ob moram ſibi factam in ſoluendo annuam reſpon-
ſionem cẽſualem, ſibi deberi intereſſe, & illud cum
debitis circumſtantiis, & cum requiſitis à *Paulo de
Caſtro, in l. 3. ff. de eo quod certo loco,* communiter re-
cepto, iuſtificaret & liquidaret; vtique non eſſet ac-
cedendus ab hac ſua prætenſione. Nam non diſpo-
10 nit *Pius V. in d. ſua Bulla* † in contractu Cenſus, ob
moram nõ deberi intereſſe verum, & legitimè pro-
batum; ſed dũtaxat, ne ab initio deducatur in pa-
ctum aliqua certa & determinata quãtitas loco in-
tereſſe; & ne illius taxatio & liquidatio relinquatur
arbitrio & iuramento ipſiuſmet creditoris; vt ani-
maduertit *Felician. d. nu. 14.* Quem intellectum ad
d. Bullam non obſcurè videtur ſenſiſſe *Sigiſmund.
Scac. in ſuo tractatu, de Commerc. §. 1. quæſt. 7. par-
te 2. ampliat. 8. numero 296.* maximè *ad finem, in
verſic. Quo ſuppoſito.* Quæ ſanè declaratio videtur
multum amica litteræ dictæ Bullæ, cum de ſalariis
certis, aut liquidandis iuramento creditoris diſpo-
nit, & recedit minus à iure communi, vt diximus *ſu-
pra, num. 1. & ſeqq.* Ex quibus videtur etiam infe-
11 rendum, † quod prohibitio dictæ Bullæ ſit reſtrin-
genda ad intereſſe, quod deduceretur in pactum, &
quod prætendi poſſet, vigore conuentionis initæ in-
ter contrahentes; ſecus autem reſpectu illius quod
deberetur ex Iuris diſpoſitione, vel veniret per Iu-
dicis ſententiam taxandum, vt intelligit *Scac. d. am-
pliat.*

pliat.

ſiliat.8. num.294. & ante eum dixerat *Io. Azor. d.*
cap.13. quæſt.2.

12 Licet † autem hoc pactum ſit reprobatum per
dictam Pianam conſtitutionem, non eſt tamen con-
tra ſubſtantiam contractus Cenſualis, & propterea
ſi fiat illud vitiabitur, firmo remanente cõtractu in
reliquis ex iis, quæ diximus *ſupra hac ead. quæſt. art.*
1. & fuit reſolutum *coram Reuerendiſſimo D. Coccino*
Decano, 16. Martij, 1615. in illa nullius, ſeu Meluicenſi
Cenſus, quæ eſt poſt Tract. deciſ. 147. verſ. quantum atti-
net ad ſecundum: nam in dicta Bulla non diſponi-
tur hoc pro forma, & tale pactum de iure communi
eſt licitum, vt dictum eſt *ſupra*, & deducit *ibi Rota*
multorum auctoritate. & ibi ex mente *Io. Azor. d.*
cap. 13. verſ. mirum non eſt, & verſ. Secundò quæritur.
dicitur, quod dominus Cenſus ob moram debitoris
poteſt agere ad damna, & intereſſe; necnon etiam
ad lucrum ceſſans, ſi probentur requiſita: quia
cum iſtud pactum ſit permiſſum à iure *Bulla Pij*
Quinti, ſolum prohibet in pactum deduci ad eui-
tandas fraudes & præcidendum omnem occaſio-
nem vſuræ.

Prohibet ſecundo loco *Pius V. in d. ſua Bulla* pa-
ctum quod moroſus Cenſus debitor teneatur ad ex-
13 penſas, quod † intelligendum eſt de expenſis, quæ
ex pacto & conuentione tantum inter cõtrahentes
inita & inſtrumento Cenſus ſpecialiter appoſitis re-
fici promittuntur, quales ſunt expenſæ, quæ fiunt in
14 ſcriptura, & rogitu inſtrumenti Cenſus; ad † quas
emptor ipſe, ad quem commodum contractus per-
tinet, & non venditor tenetur, vt poſt alios ſentit
Bonacin. d. puncto vnico, num. 31. Vel quod debitor
15 Cenſus teneatur † aſportare annuas penſiones ad
aliquem locum ſuis expenſis. de quo pacto dicemus
infra hac 2. par. cap. 2. quæſt. 4. art. 5. num. 17. nam au-
tem de iis quæ ex iuris diſpoſitione repetendæ ſunt,
& mandato Iudicis adiudicantur, vt declarauit
idemmet *Pius Quintus, in Bulla* quam promulgauit
ad declarationem *Bullæ ſuper Cenſibus*, quæ habe-
tur impreſſa *in princip. Tract. in verſ. præterea exactio-*
nem, &c.

16 Et hac ratione † *Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib.*
art. 22. num. 47. ad fin. verſ. in qua Cenſuum impoſitione.
dicebat, quod pactum quod ſi lis aliqua ſuper Cen-
ſu inſtituta ſit venditor Cenſus ad omnes expenſas,
& eius quod intereſt teneatur, obligatuſq., & obno
xius ſit eſt licitum, quod placuit etiam *Nauar.*
d. tract. de vſur. num. 135. etiam poſt *dictam Bullam*
Pij Quinti.

17 Reprobat † tertio loco *Pius V. in d. Bulla* pa-
ctum quod debitore Cenſus exiſtente moroſo in ſo-
lutione annuæ reſponſionis rem Cenſui ſubiectam
ſeu aliquam eius partem amittat. Quod pactũ licet
videatur ſimpliciter & abſolutè damnatũ & repro-
batum, non defuerunt tamen qui in certis caſibus
illud eſſe licitum ſint arbitrati. nam *Leonard. Leſſ. d.*
cap. 22. dubit. 11. nu. 68. fuit in opinione hoc pactum
eſſe licitum, ſi ex æquo compenſetur aucto pretio
Cenſus arbitrio prudentis, & ceſſatio in ſoluendo
Cenſu contingat culpa debitoris. *Vrſill.* autem *ad*
Affl. deciſ. 80. nu. 7. ſentit quod ſit licitum ſi reſtrin-
gatur dumtaxat ad ratã pecuniæ exburſatæ in em-
ptionem Cenſus. vt puta ſi ſuper fundo valoris mil-
le creetur & conſtituatur Cenſus, puta ſcutorũ octo,
& vendatur pretio ſcutorum centum adiecto pacto
quod ceſſante debitore in ſolutione Cenſus fundus
incidat in commiſſum, huiuſmodi pactio non ope-
ratur vt totus fundus incidat in commiſſum, ſed de-
bet reſtringi, & intelligi, vt propter moram cadat in
commiſſum dumtaxat pro dictis ſcutis centum ero-
gatis in emptionem Cenſus, & ibi *Vrſill.* vocat in
conteſtem *Iaſ. conſ. 63. lib. 1.*

18 Attamen † quod ſimpliciter & indiſtinctè irri-
tum ſit, & nullum, huiuſmodi pactũ tenendũ cen-
ſeo, tum propter expreſſam dictæ Pianæ Cõſtitutio-
nis diſpoſitionem, tum quia tale pactum repugnat
naturæ contractus cenſualis, vt deducit *Io. Azor. d.*
cap. 13. quæſt. 6. & propterea etiam quod dicta Bulla
non fuiſſet promulgata, & ante illius promulgatio-
nem hanc ſententiam eſſe ſimpliciter amplecten-
dam inſpecto iure antiquo voluerunt poſt *Nauar. d.*
tract. de vſur. num. 93. in 9. Gloſ. & num. 138. verſ. deci-
mum tertium. Fernand. Rebel. d. lib. 10. quæſt. 6. nu. 16.
verſ. vnde clauſula illa. Bon. d. tract. de Cenſib. art. 46.
num. 76. ad fin. verſ. nouiſſimo loco, idem dicemus Fol-
ler. in ſua Pract. Cenſuali, in verbo, huiuſmodi, num. 88.
ad med. & plures congerens, & contrariis reſpondẽs
Felician. in doctiſſimis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1.
cap. 10. num. 11. verſ. econtrario. Ludou. Lopez, in ſuo
tract. de Contract. lib. 1. cap. 60. ad fin. verſ. Præterea,
& illud dubium Federic. Mart. in dicto ſuo tract. de iure
Cenſ. cap. 6. num. 275. & ſeqq. vbi alios allegat, *&*
num. 279. ampliat etiam ſi pactum conciperetur vt
prædium illud cenſeatur venditum pro pretio ipſo
Cenſus. *Mich. Salon. d. tit. de Cenſib. art. 3. controuerſ.*
16. num. 1. verſ. & ex his multa, & latè *controuerſ. 17.*
vbi pluribus hanc ſententiam confirmat, & reſpon-
det contrariis, à qua ſententia nec etiam diſſentit
Io. Guttierez, Pract. Quæſt. lib. 2. cap. 168. num. 2. dum
loquens de lege Regia, quæ pactum iſtud approba-
bat & ſeruari volebat dicit illam eſſe rigidiſſimam,
& proinde non vſitatam, nec executioni traden-
dam, quẽ refert & ſequitur *Hieron. Ceuallos Practic.*
Quæſt. communi. contr. commun. q. 469. num. 8. Eandem
opinionem amplexus fuit *Nicol. Intrigliol. ſup. Bul.*
de Cenſib. q. 55. num. 1. vbi multos allegat *Aluar. Va-*
laſcb. conſultat. tomo 1. conſult. 35. num. 2. Boccacc. in
ſuo tract. de Cenſib. par. 1. num. 60. Gaſp. Roderic. de
ann. redit. lib. 2. q. 1. num. 29. verſ. Decimaquinta, &
q. 2. num. 72. Ludouicus de Auend. de Cenſib. Hiſpan.
c. 90. num. 3. circa med. verſ. Quæ ſententia & reſolutio.
Quia pœna commiſſi in propoſito, quando valor
fundi ſuper quo Cenſus cõſtituitur, eſt maior quam
pretium principale cenſus, iniqua & iniuſta eſt, ma-
ximè in foro conſcientiæ.

Sed dubitari poteſt an ſaltem pactum iſtud ſit li-
citum inter venditorem Cenſus, & eum qui pro illo
in contractu Cenſus fideiuſſor accedit ad fauorem
emptoris, an ſcilicet fideiuſſor poſſit licitè paciſci
cum debitore Cenſus, quod caſu quo ipſe fideiuſſor
ob moram, & ceſſationẽ ipſius debitoris in ſoluẽdo
cogatur ſoluere, ipſe acquirat aliquam ex rebus ip-
19 ſius debitoris? & pro † affirmatiua opinione vide-
tur ſtare Theorica *Bar. in l. quamuis, ff. de ſolut. vbi ſub*
nu. 1. affirmat valere pactum de dando pignore in
ſolutum fideiuſſori, licet nullum eſſet tale pactum ſi
fieret cum creditore de dando illi pignore in ſolu-
tum. quam traditionem communiter amplectuntur

Scribentes, *in l.* 1. *C. de pact. pignor.* vt multis recenſitis, teſtatur *Couar. Var. Reſolut. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 7. *& Ari. Pinel. ad Rubr. C. de reſcind. vendit. par.* 2. *cap.* 1. *nu.* 31.

20 Contrariam † tamen ſententiam amplexus fuit *Gaſp. Roder. in d. ſuo tract. de ann. redditib. lib.* 2. *quaeſt.* 2. *num.* 5. *in fine, cum multis ſeqq. vſque ad num.* 15. vbi pluribus inuehit contra dictam *Bart.* cõcluſionem, hanc eandem ſententiam tenuit, & pluribus confirmauit *Felician. d. cap.* 10. *num.* 14. vbi profitetur opinionem contra *Bart.* videlicet, quod nec etiam reſpectu fideiuſſoris ſit licitum pactum legis commiſſoriæ, eſſe veriorem, & reſpondet cõtrariis, & pro hac opinione conferunt dicta per *Alex. conſ.* 178. *num.* 8. *in fine, lib.* 7. vbi dicit pactum legis commiſſoriæ fuiſſe reprobatum ad effugiendam vſurariam prauitatem, ex not. *per Doct. in c. ſignificãte, de pignor.* & ſentit *Imperat. in d. l.* 1. *C. de pact. pignor.* & ideo cum eadem ratio militet reſpectu fideiuſſoris, quæ militat reſpectu principalis debitoris eadem quoque debet fieri diſpoſitio, vt animaduertunt *Couar. d. cap.* 2. *num.* 8. *verſ. hinc colligitur. Pinel. d. num.* 31. *verſ. ſed longe melius.* quos & alios refert & ſequitur *Felician. d. num.* 14. Quam ſententiam ego quoque exiſtimo veriorem, maxime iuxta terminos dictæ Bullæ *Pii V.* per quam damnatur quælibet pactio ob quam venditor Cenſus ius aliquod amittere poteſt, quæ cum generaliter loquatur debet generaliter intelligi quomodocumque ius illud amittat ſiue cum creditore ipſo, ſiue cum fideiuſſore, *argum. l.* 1. *§. generaliter, ff. de legat. præſtand. cum vulgar.*

21 Prohibet † quarto loco *Pius V. in d. ſua Bulla,* ne inter emptorem & venditorem Cenſus fiat pactio, quod ſi venditor committat moram in ſoluẽdo annuas reſponſiones, teneatur ad aliquam pęnam. & pactum illud eſſe illicitum & reprobatum, dicit *Nauar. d. tract. de vſur. num.* 93. *Gloſ.* 9. & ſequitur *Boccac. in d. ſuo tract. de Cenſib. par.* 2. *num.* 23. & nemo diſ-
22 ſentit, qua ratione inutile † eſſet pactum per quod debitor Cenſus ob moram in ſoluendo obligaret ſe ad carceres publicos, vt plene docet in puncto *Gaſp. Roderic. d. lib.* .. *quaeſt.* 10. *num.* 2. *& ſeqq.* & ſignanter *num.* 4. auctoritate *Couar. Variar. Reſolut. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 7.

23 Non eſt † tamen credendum voluiſſe *Pium V.* prohibere, ne talis debitor Cenſus poſſit ob moram ſe ſubiicere cenſuris, cum cenſuræ non ſint pœnæ ob quas emptor & dominus Cenſus aliquid plus exi-
24 gat, quam ſit eius creditum, de † quibus pęnis temporalibus intellexit *Pius V.* dũ ſoluit obuiare fraudibus vſurarum, vt ex Proœmio Bullæ colligitur. Licet ergo ex parte debitoris cẽſuræ loco pœnæ haberi poſſint, ex parte tamen creditoris, qui nihil ideo plus conſequitur, nihil pœnale talis obligatio continet: alioqui moroſum Cenſus debitorem ſequeretur neque poſſe carceri mancipari ſi quidem carcer loco pœnæ intelligeretur. & hæc ſatis videntur comprobari *ex cap.* 1. *&* 2. *de empt. & vendit. inter Extrauagant. Commun.* in quibus venditores Cenſuum ad illorum ſolutionem pœnis & Cenſuris Eccleſiaſticis ordinarij locorum ſe ſubmittebant, vt legitur ibi. verſ. *quamquam etiam venditores, &c.*

Sed dubitatur an ſi de facto ſimile pactum fuerit inter emptorem & venditorem Cenſus factum, & ſtante mora debitoris dominus Cenſus pœnam illam exegerit, teneatur in foro conſcientiæ illam reſtituere. In qua difficultate Doctores videntur variare, quia *Fernand. Rebel. d. lib.* 10. *quaeſt.* 6. *num.* 16. *ad fin.* credidit dominum Cenſus ſi talem pœnam exigat non eſſe tutum in foro conſcientiæ, ſed teneri ad illam reſtituendam. *Io.* verò *Azor. d. cap.* 13. *quaeſt.* 15. *verſ. quæres.* videtur ſentire licite poſſe dictam pœnam exigi. Ego tamen libenter accedo diſtinctioni quam conſiderauit *Nauar. d. tract. num.*
25 111. *quaeſt.* 10. Vbi diſtinguit, an † Cenſus fuerit cõſtitutus poſt promulgationem dictæ Bullæ *Pii V.* & eo caſu negat pœnam licite exigi poſſe, ſed dominum Cenſus teneri in foro conſcientiæ ad illius reſtitutionem, & in hoc caſu poteſt recipi opinio
26 *Rebelli.* Aut † verò Cenſus fuit conſtitutus ante promulgationem dictæ Bullę, & ſi quidem pœna eſt adeo moderata, vt non ſit veriſimile illam fuiſſe appoſitam animo fœnerandi, & eo caſu iuſte exigi poterit etiam in foro conſcientiæ, & hoc caſu recipi
27 poterit ſentẽtia *Azori.* Secus † verò in caſu contrario quando pœna non eſt moderata, ſed ex ea reſultare poſſit vehemens ſuſpicio vſurarum, vt firmat *ibi Nauar.* qui mouetur pluribus iuribus, quæ non tranſcribo.

28 Firmata † autem concluſio quod pactum continens moroſum Cẽſus debitorem teneri ad aliquam pœnam ſit irritum & nullum, debet limitari vno modo, vt ſcilicet, non procedat quando ab initio fuit venditus pretio minori ſolito, puta ad rationem quattuor vel quinque pro cẽtenario. cum pacto quod ſi non ſoluatur conuento tempore debeat ſolui ad rationem puta ſex, & ſic infra legitimum modum in regione conſuetum: nam cum hæc non ſit pœna, nec vſura, ſed fœnus vberius ratione ſortis, vt dicit *I. C. in l. pecuniæ, §.* 1. *ff. de vſur.* non debet intelligi comprehenſa in hac Bullari prohibitione. & hanc limitationem amplectitur *Gaſpar. Roderic. in d. ſuo tract. de ann. redditib. lib.* 2. *quaeſt.* 14. *nu.* 7. *& ſeq.* dicta ratione quia hæc non eſt mera pœna moræ, vel alia acceſſio vſuræ, ſed legitimus reditus, vt ipſe bene deducit, *num.* 8. *&* 12.

Et hæc ſunt pacta quæ *Pius V. in d. ſua Bulla* contra moroſum debitorem Cenſus fieri prohibuit, & facta declarauit irrita & nulla. Quorum occaſione inferre libuit ad quædam alia pacta, quæ ad reprimendam debitoris Cenſus negligentiam & moram excogitari ſolent, &

29 Primò infertur ad pactum, † quod ſi debitor Cenſus ſtatuto tempore non ſoluat annuas reſponſiones, teneatur ad duplum. quod habuit pro illicito, & per hanc *Pii V.* Conſtitutionem reprobato *Nauar. in d. ſuo tract. de vſur. num.* 136. *Boccacc. in d. ſuo tract. de Cenſib. par.* 2. *num.* 71. & pluribus comprobat *Mari. Antonin. Variar. Reſolut. lib.* 1. *reſolut. vlt. caſu* 1.

Secundò infertur ad aliud pactum quod ceſſante debitore Cenſus in ſolutione annuæ reſponſionis fundus cenſitus intelligatur venditus, & datus in ſolutum domino Cenſus pro iuſto pretio. Quod
30 pactum licet videatur licitum, ex quo † de iure hanc pactionem eſſe permiſſam, dicat *Bartol. in l. quamuis, numero primo, ff. de ſolut. Arius Pinell. ad d. Rubr.*

d. Rubr. C. de reſcind. vendit. par. 2. cap. 1. num. 25. &
Felician. in dd. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1.
31 *cap. 10. num. 12.* vbi multos congerit. & † in pro-
priis terminis cōtractus cenſualis videatur non im-
probare *Foller. in ſua Tract. Cenſuali, in verbo, huiuſ-
modi, num. 88. in fine,* ea ratione, quia ex iſto pacto
non poteſt conſiderari aliqua deceptio, ſeu fraus, &
vendens rem quātum valet non poteſt dici circum-
uentus, & deceptus, & cum eadem opinione tran-
ſeat etiam *Bon. in d. ſuo tract. de Cenſib. art. 84. nu. 117.*
32 Quia † tamen repugnat *dicta Bulla Pij V.* tū quia
iniicit onus & grauamen debitori Cenſus ob mo-
ram commiſſam in ſoluendo, tum quia aufert, vel
ſaltem reſtringit facultatem alienādi fundum Cen-
ſui ſuppoſitum, non debet reputari licitum, nec per-
miſſum. *Boccacc. d. par. 2. num. 86.* & proſequitur *Fe-
lician. d. cap. 10. num. 12.*

Tertiò inferri poteſt multò magis eſſe illicitum
33 pactum † quod exiſtente moroſo venditore Cenſus
fundus cenſitus diſtrahi poſſit non ſolum pro redi-
tibus maturis, & non ſolutis, & intereſſe, ſed etiam
pro recuperando capitali, vt de huiuſmodi pacto
& ſtatuto hoc diſponente contra *Felician. de Cenſib.
tomo 1. lib. 1. c. 10. num. 19.* concludit *Auend. d. tract.
c. 29. num. 14.* cum qua ſententia ego quoque liben-
ter pertranſeo. quidquid & malè defendat *Federic.
Martin. in ſuo tract. de iure Cenſ. cap. 6. num. 272. & ſeq.*

Quartò infertur ad aliud pactū, videlicet, quod
ceſſante debitore Cenſus, vt ſupra, liceat domino
Cēſus capere propria auctoritate fructus fundi ſub-
iugati. Circa quod vt cognoſcamus, an ſit licitum,
an verò comprehenſum ſub prohibitione dictæ Bul
læ, exiſtimo eſſe conſideranda verba quibus illud
conceptum fuit.
34 Si enim † verba pacti ſonent & importent quod
dicta licentia ſit data domino Cenſus in pœnam
moroſitatis & negligentiæ debitoris Cenſus com-
miſſæ in non ſoluendo, & tale pactū eſſe omnino il-
licitū & ſub diſpoſitione & prohibitione dictæ Bul-
læ cōprehenſum nō pōt in dubiū reuocari, cū verba
Bullæ ſint clariſſima, *Boccacc. d. tract. p. 2. n. 72. in fine.*
35 Si † autem verba pacti non ſonent in pœnam, ſed
pactum hoc fuit factum ad expeditiorem & facilio-
rem exactionem Cenſus, & ſicut domino Cēſus con-
ceditur, vt iure medio poſſit intentando remedium
vtilis, *Salu. Interd.* capere poſſeſſionem bonorū ſub-
iugatorū tenendam, & poſſidendā, donec, & quouſ-
que ex fructibus dictorū bonorū fuerit integraliter
ſolutus & ſatisfactus de terminis Cenſus decurſis, &
non ſolutis, vt dicemus *infra hac 2. par. c. 2. q. 5. art. 9.*
eodem ēt modo licere debet hāc facultatē ſibi per
pactū acquirere vt pluribus rationibus probat *Bon.
in d. ſuo tract. de Cenſib. art. 72. num.* 105. quas fuit mu-
tuatas à *Foller.* qui iiſdē & aliis rationibus eandem
ſententiā amplectitur in *d. verbo, huiuſmodi, nu. 112.
& ſeq. Boccacc. d. nu. 72.* latè cōprobat *Feder. Mart. in
d. ſuo tract. de iure Cēſ. c. 6. n. 357. cū multis ſeqq. Felic. de
Solis, in dd. ſuis Cōment. d. lib. 1. c. 10. n. 3. verſ. quo circa.*
36 Cum † qua concluſione eſſet multò magis tran-
ſcenſū ſi ad fauorem domini Cenſus in inſtrumen-
to venditionis illius fuiſſet adiecta clauſula præca-
rij, cuius vigore (quidquid dicat *Gaſp. Roderic. in ſuo
tract. de ann. redditib. lib. 2. q. 7. nu. 17. & ſeq.* hāc clau-
ſulam eſſe ſuperuacuam & vſurariam) poſſe domi-
num Cenſus accipere poſſeſſionem fundi cenſuati
propria auctoritate, & multò magis petere à Iudice
aſſociationem etiam contra ſingularem bonorum
Cenſui ſuppoſitorum poſſeſſorem, reſoluit *Rota co-
ram R. P. D. meo Vbaldo, 13. Iunij, 1611.* quæ eſt *poſt
Tract. Deciſ. 149. num. 2. & 3.* & rurſus *in eadem cauſa
corā eodem, 4. Iulij, 1612.* quæ eſt *ibidem deciſ. 150. nu.
1. & 2.* & nos dicemus *infra d. q. 5. art. 5. nu. 10. & ſeq.*
37 Quintò inferri poſſe exiſtimaui ad † aliud pa-
ctum quod in Cenſus venditione venditor emptori
obliget aliqua bona, quæ dominus Cenſus poſſit di-
ſtrahere ſi debitor tempore conſtituto penſionem
non præſtet; aut creditor damnum patiatur ob ſo-
lutionis tarditatem, de quo pacto mentionem facit
*Federic. Mart. in d. ſuo tract. de iure Cenſ. cap. 6. nu. 269.
& ſeqq.* illudq. licitum eſſe affirmat, quam conclu-
ſionem ego recipiendam eſſe exiſtimo cum diſtin-
ctione, quam fecimus in præcedēti illatione. ſi qui-
dem pactū iſtud ita concipiatur vt ſonet in pœnam
inutile ſit, & illicitum ex *d. Bulla Pij V.* prohibitio-
ne, ſecus aūt ſi pactum illud ideo appoſitū fuiſſe ap-
pareat vt promptior, & expeditior ſit Cēſus exactio.
38 Sextò, & vltimò inferri poſſe videtur ad † aliam
pactionem, vt ſcilicet, debitor Cenſus obligetur ad
ſolutionem annuæ reſponſionis in ampliori forma
Cameræ Apoſtolicæ: videtur enim adiici hæc obli-
gatio in pœnam moræ debitoris in ſoluendo, cū il-
lius vigore ſtrictius, & efficacius obligetur, & præte-
rea videatur renūciare ſuo foro, & ſe, cuilibet Iudi-
ci etiam non ſuo ſubmittere, per quas rationes hunc
obligationis modum illicitum & reprobatum eſſe
arbitratus fuit *Nauar. in d. ſuo Comment. de vſuris nu.
116.* ſequitur *Thom. Boninſign. in ſuo tract. de Cenſib.
cap. 10. num. 3.* & non videtur diſſentire *Bon. d. tract.
de Cenſib. art. 32. num. 58. verſ. at hic dubitatio. Mich.
Salon. d. tract. de Contract. & commerc. human. in tit.
de Cenſib. tit. 3. controuerſ. 16. verſ. quinto iniuſtum.*
39 Verum † quoniam præſcripta iam conſuetudo
per totum ferè orbem obtinuit vt omnes ferè con-
tractus & maximè iſte cenſualis celebretur cum hac
camerali obligatione, vt dixit *Rota in vna Anconita-
na Cenſus, 25. May, 1598. coram b. m. Corduba.* quæ eſt
poſt Tract. Deciſ. 111. num. 5. verſ. ex quibus tollebatur.
Ideo opinio affirmatiua videtur recipienda: nam
iſta ſtrictior obligatio, quæ oritur ex forma Came-
ræ, vel ſimili non tendit ad ſubuertendam diſpoſi-
tionem *Pij V. in d. ſua Bulla,* ſed potius ad confirma-
tionem contractus, iuxta illius formam celebrati, &
ad expeditiorem illius executionem, *arg. tex. in Clem.
1. de conceſſ. præbend.* vt contra *Nauar.* conſiderat
Boccacc. d. par. 2. num. 38. Feder. Mart. d. cap. 6. nu. 350.
40 Ideoq. † & fideiuſſiones, & generales bonorum
obligationis licitè adhiberi poſſe in huiuſmodi cen-
ſualibus cōtractibus, diximus *ſupra hoc 1. cap. quæſt. 2.*
neque enim iſtæ naturam principalis cōtractus im-
mutāt, immo iuxta illius terminos regulantur, *l. cum
principalis, ff. de reg. iur. c. acceſſorium, eod. tit. lib. 6.* &
41 propterea dictā † cōſuetudinem eſſe fauorabilem
tamquam cōmune bonū concernētem, dicebat *Bal.*
42 *in l. de quibus, col. 2. n. 10. ad fin. ff. de legib.* cuius † con-
ſuetudinis Clipeo defendi cameralē obligationem
innuit *Galleſ. ad form. cameral. oblig. p. 1. q. 1. nu. 5. in
fine, et n. 16. in fine,* cū alioquin ſētiat nō decere inter
bonos viros arctioribus obligationum vinculis vti.

L 2 & cum

Digitized by Google

& cum hac poſteriore ſententia tranſit *Io. Azor. d. cap. 13. quaſt. 4.* ea ratione, quia talis obligatio tolleratur à Summo Pontifice, & eſt vſitata in Curia Romana ad maiorem & tutiorem contractus obſeruantiam.

Neque damnari poteſt ex eo quod obligans ſe in forma Cameræ videatur renunciare priuilegio fori ſibi de iure competẽti, & cuilibet Iudici ſe ſubmit-
43 tere, cum † hoc ſit de iure permiſſum, *l. ſi conuenerit, ff. de iuriſd. omn. Iud. c. ſignificaſti. de foro compet. Feder.*
44 *Martin. d. cap. 6. nu. 320. & ſeqq.* Niſi † priuilegium illud reſpiciat fauorẽ ordinis, quale eſt priuilegium, quod fuit cõceſſum Clericis ne conueniatur coram Iudice laico cui nullo modo poteſt Clericus renun-
45 ciare, *c. ſi diligenti, de foro compet.* Vel † reſpiciat fauorem Iudicis propter quem fuit introductũ vt vaſallus domino inuito coram alieno Iudice de feudo litigare nõ poſſit, *c. Imperialem, in fine, de prohib. feud. alienat. per Federic. c. nouit, ext. de iudic.* vnde vaſallus huic priuilegio non poteſt renũciare, vt ratiocinatur *Feder. Martin. d. cap. 6. num. 326. & ſeqq.* vel be-
46 neficio † quod competit miſerationis cauſa, quale eſt beneficium ceſſionis bonorum, *l. 1. pen. & fin. ff. de ceſſion. bonor. Alber. Brun. in ſuo tract. de ceſſion. bonor. q. 1. nu. 1. & 2.* cui non poſſe renunciare Cenſus debitorem, demõſtrat *Gaſp. Roder. in ſuo tract. de ann.*
47 *reditib. lib. 2. q. 10. nu. 12. & ſeqq.* prout † illi regulariter non poteſt renũciari vt poſt multos quos allegat firmat pro magis cõmuni & receptiſſima opinione *Carol. de Graſs. in ſuo tract. de exception. in 17. except. nu. 10.* Concludendum igitur eſt in hoc cenſuali contractu non eſſe habendum pro illicito pactum quo debitor Cenſus obliget ſe aliquo ſtrictiori modo ſed dumtaxat pactum, propter quod ob morã in ſoluẽdo obligat ſe ad aliquã pœnã tẽporalem.

ARTICVLI SEXTI

SVMMARIA.

1 *Pactum quod debitor Cenſus illum ſoluat liberum ab omni onere etiam ab eo, quod ex natura contractus pertinet ad emptorem, eſt illicitum.*
2 *Pactum quod venditor Cenſus illum ſoluat liberum ſimpliciter conceptum, non eſt reprobatum.*
3 *Onera realia ad eum pertinent, qui rei fructus percipit.*
4 *Emptor Cenſus non emit fructus rei ſuppoſitæ, ſed ius percipiendi annuam reſponſionem ex dictis fructibus.*
5 *Emptor Cenſus differt ab emptore fructuũ rei ſuppoſitæ.*
6 *Pactum quod venditor teneatur ad onera, quæ ex natura contractus ſpectant ad emptorem Cenſus, vitiatur & non vitiat.*

De pacto quod ſolutio onerum ad eum ſpectet, ad quem de iure, vel ex natura contractus non ſpectarent.

ARTICVLVS SEXTVS.

ANNVLLAVIT ſimiliter *Pius V. in dicta ſua Bulla* ſuper Cenſib. in verſ. ſicut etiam
„ annullamus pacta continentia ſolutiones
„ onerum ad eum ſpectare, ad quem alias de iure, & ex natura contractus non ſpectarent. Ex qua parte ceperunt Scribentes anſam dubitandi, An ſi inter emptorem, & venditorem Cenſus cõueniatur, quod Cenſus debeat ſolui liber, & exemptus ab omni, & quocumque onere, impoſitione grauamine, &c. tale pactum ſit licitum. Pro cuius dubitationis vera, & clara reſolutione conſideranda ſunt verba, quibus huiuſmodi pactio, & conuentio concepta fuit:
1 ſi † quidem verba pacti canent vt venditor Cenſus illum ſoluere teneatur liberum etiam ab eo onere, quod ex natura contractus pertinere debet ad emptorem, vtique tale pactum eſt omnino illicitum. *Calcan. conſ. 84. num. 3. verſ. item pactum, & conſ. 85. ſub num. 10. Nauar. in Append. lib. 3. in tit. de Cenſib. conſ. 14. num. 1. Hond. conſ. 35. nu. 19. lib. 2. Feder. Mart. in ſuo tract. de iure Cenſ. cap. 6. num. 310.* vbi ad plura infert. *Gaſp. Roder. in ſuo tract. de ann. redit. lib. 2. quaſt. 4. num. 26.* vbi propterea dicit non valere pactum quod debitor Cenſus teneatur exonerare emptorem Cenſus ab omni indictione, decimatione, vel tributo à tiranno iure, vel iniuria imponendo ratione reditus per eum acquiſiti vel poſſeſſi. & expreſſis verbis damnatur à *Pio V. in ſupradicta Bulla* particula.
2 Si † autem cõuentio cõcipiatur ſimpliciter quod Cenſus ſolui debeat liber ab omni & quocumque grauamine & onere, &c. abſque eo quod vel exprimantur illa verba, etiam quod ex natura contractus dictũ onus pertineret ad emptorem Cenſus, vel exprimatur & ſpecificetur onus aliquod, quod ex natura contractus non ad venditorem, ſed ad emptorem pertineat, & taliter concepta pactio nõ eſt illicita, neque reprobata, cum non ſit contra naturam contractus Cenſualis, vt dicit *Nauar. d. conſ. 14. nu. 2. verſ. Secundo, & num. 3.* & fuit dictum in *Rota coram b.m. Cantuccio 14 Februarij, 1583. in illa Romana nullitatis Cenſus.* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 144. num. 1.* & ideo non eſt comprahenſa ſub prohibitione & diſpoſitione *dictæ Bullæ Pij V.* Et hanc diſtinctionem reperio fuiſſe non obſcurè receptam à *Ludouico de Auend. in ſuo tract. de Cenſib. Hiſpan. cap. 28. num. 4. & ſequentibus.*

Nec obſtat id, quod dicit *Boccatr. in ſuo tract. de*
3 *Cenſib. par. 1. num. 71. & ſeqq.* quod † cum ſolutio onerũ realium pertineat ad emptorem, qui percipit fructus, videatur quod in contractu Cenſus onera prædicta pertinere debeant ad illius emptorem; cui videntur venditi fructus prędij ſuppoſiti pro cõcur-
4 renti quãtitate Cenſus impoſiti. Quoniam † falſum eſt in contractu Cenſus vendi fructus rei ſubiugatæ. Emptor enim Cẽſus nõ emit ipſos fructus, ſed dumtaxat ius percipiendi, & conſequendi annuam penſionem, & annuum Cenſum ex reditibus fundi ſup-
5 poſiti, vt ſepius dictum fuit. Inter † emptorem aũt fructuum & emptorem Cenſus multæ ſunt differentiæ, vt notat *Ludou. Lopez. in ſuo tract. de Contract. lib. 1. cap. 60. verſ. ad quartum, & verſ. ſeq. Surd. conſ. 162. per decurſum, lib. 2.* Quarum vna eſt quod emptor fructuum tenetur ad onera; ſecus autem emptor Cenſus, vt latè proſequitur *Surd. d. conſ. num. 7. & ſeqq. vſque ad num. 37.* & ſignanter *nu. 27. & ſeqq.*
6 Licet † autem negari nõ poſſit quin hoc pactũ conceptum vt venditor Cenſus teneatur etiam ad onera, quæ de iure, vel ex natura cõtractus pertineat ad

empto-

emptorem ſit cõtra expreſſam *Pij V.* diſpoſitionem in dicta particula Bullæ quam ſupra retulimus, non tamen eſt contra ſubſtantiam contractus ſiue attendamus tenorem dictæ Conſtitutionis iuxta ea quæ diximus *ſupra hac ead. quæſt. art. 1. num. 33. & ſeqq.* ſiue ſpectemus ius commune cum talis pactio non faciat tranſire contractum cenſualem in aliam ſpeciem contractus, prout requiritur ad effectum, vt dici queat eſſe contra ſubſtantiam contractus, vt diximus *ead. art. 1.* & firmauit *Rota in illa Romana nullitatis Cenſus, 4. Februarij, 1583. coram b. m. Cantuccio,* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 144. nu. 1. & coram Reuerẽdiſſimo D. Coccino, 26. Maij, 1614. in illa nullius, ſeu Meliuicenſi Cenſus,* quæ eſt *ibidem deciſ. 146. verſ. his poſitis.* & propterea vitiabitur & non vitiabit contractum, vt deductum fuit *d. artic. 1. & in puncto* dicit *Auend. d. cap. 28. num. 7.* auctoritate *Io. Guttierez, Practic. Reſolut. par. 2. cap. 176. per totum.*

ARTICVLI SEPTIMI

SVMMARIA.

1 *Venditio cum pacto quod res vendita poſſit, quandocumque redimi, eſt de iure licita.*
2 *Ampl. etiam in venditione annui Cenſus.*
3 *Pactum quod Cenſus poſſit quandocumque redimi in eius venditione, eſt neceſſarium.*
4 *Immo eſt ſubſtantiale in contractu Cenſus.*
5 *Non expreſſum ſubintelligitur.*
6 *Pactum hoc poteſt inſeri etiam in inſtrumento, vel apoca confecta extra inſtrumentum venditionis Cenſus.*
Dummodo fiat incontinenti, vel modico interiecto interuallo, num. 8.
7 *Apoca in qua fit pactum, quod venditor Cenſus poſſit illum redimere, dicitur pars inſtrumenti venditionis.*
9 *Actus qui fiunt vnius contemplatione alterius ſunt correſpectiui non ſolum ſi fiant incontinenti.*
10 *Sed etiam ſi modico interuallo interpoſito.*
11 *Immo etiam ſi fiant poſt longum tempus, & multos annos.*
12 *Etiam ſi fiant in diuerſis ſcripturis.*
13 *Contractus dicitur informari ex pacto poſtea in apoca, vel alio inſtrumento appoſito.*
14 *Pactum quod venditori Cenſus liceat illum redimere poteſt apponi à minore abſque ſolemnitatibus, etiam extra inſtrumentum Cenſus.*
15 *Minor faciens id ad quod de iure tenetur, non dicitur lædi.*
16 *Pactum quodlibet reſtringens facultatem redimendi Cenſum eſt, illicitum & contra ſubſtantiam contractus Cenſualis.*
17 *Pactum auferens venditori Cenſus facultatem redimendi, vel relinquens illam arbitrio emptoris, eſt illicitum.*
18 *Facultas redimendi Cenſum debet eſſe libera debitoris illius.*
19 *Pactum quod Cenſus redimi non poſſit niſi intra certum tempus, eſt illicitum.*
20 *Pactum, quod ſi venditor Cenſus illud redimat intra certum tempus, reſtituat emptori omnes expenſas quos tempore emptionis fecit, eſt illicitum.*
21 *Pactum quod Cenſus non poſſit redimi intra certum tempus, eſt illicitum.*
22 *Pactum ex quo emptor Cenſus ſit ſecurus de lucro vltra ſortem, eſt vſurarium.*
23 *Pactum quod Cenſus redimi non poſſit, niſi poſt certum tempus, eſt illicitum.*
Non eſt tamen vſurarium, num. 25.
24 *Pactum quod venditor non poſſit redimere rem venditam cum pacto, niſi poſt certum tempus, eſt licitum.*
26 *Pactum reſtringens facultatem redimendi Cenſum ad certum tempus, non erat prohibitum ante Bullam Pij Quinti.*
27 *Pactum auferens facultatem redimendi Cenſum appoſitum ad fauorem alterius quam emptoris Cenſus, non eſſe illicitum, volunt aliqui.*
28 *Contrarium probat Auctor.*
29 *Pactum quod volens redimere Cenſum teneatur reſtituere eãdem ſpeciem monetæ quã recepit, eſt illicitum.*
30 *Pactum per quod redimere volens ſubycitur alicui oneri ſoluendi aliquid vltra ſortem, eſt illicitum.*
31 *Pactum quod volens redimere Cenſum teneatur reddere quidquid emptor ſoluit in gabellis, eſt illicitum.*
32 *Siue Cenſus redimatur ſtatim, ſiue ex interuallo. contra Follerium.*
33 *Pactum quod debitor redimens Cenſum reficiat emptori omnes expenſas, eſt illicitum.*
34 *Sunt tamen reficiendæ expenſæ ad quas debitor de iure tenetur.*
35 *Pactum quod in euentum in quo Cenſus redimatur pretium debeat erogari in emptionem bonorum ſtabilium, eſt permiſſum.*
36 *Impedimentum quod de facili tolli poteſt, non dicitur impedimentum.*
37 *Cenſus venditus cum pacto quod in caſu redemptionis pretium debeat reinueſtiri in bonis ſtabilibus, non ſeruato pacto, non dicitur extinctus.*
38 *Pactum quod Cenſus redimi non poſſit non iuſtificatur, etiam quod adijciatur pactum de augendo pretio. contra Felician.*
39 *Pactum reſtringens facultatem redimendi Cenſum licet ſit illicitum, non eſt tamen vſurarium.*

De pactis auferentibus, vel reſtringentibus facultatem redimendi Cenſum.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

CVM ea ſit natura contractus Cenſualis, vt poſſit quandocumque Cenſus redimi, & extingui vt ſancitum fuit per *Extrauag. Martini V. & Calixti III, in c. 1. & 2. de empt. & vend. inter Extrauag. Commun.* & per *Pium V. in ſua Bulla ſuper Cenſib. ſub verſ. Poſtremò Cenſus omnes.* & dixit *Rota coram b. m. Iuſto in vna Romana annuæ reſponſionis, 30. Octobris. 1602. quæ in fine Tract. eſt deciſ. 151. num. 2. & 5.* Hinc eſt quod in venditione, & emptione annui Cenſus inſerere pactum quod poſſit quando-
1 cumque redimi, & extingui, non † ſolum eſt de iure permiſſum, *l. 2. et ibi communiter Scribentes, C. de pact. inter empt. & vendit. Gloſ. & ceteri Interpretes. in c. ad noſtram. de empt. & vendit. c. conqueſtus, ext. de vſur.*
2 *Guido Papa deciſ. 616.* & in † propriis terminis per multa media *Aneb. conſ. 30. num. 9. & ſeqq. Foller. in ſua Pract. Cenſu. in verbo, inſtrumentum gratiæ, num. 5. Soto de Iuſtit. & iure, lib. 6. quæſt. 5. artic. 3. concluſ. 2.*

Digitized by Google

Thom. Boninſign. in ſuo tract. de Cenſib. c. 14. num. 5. Ludou. Molina, in ſuo tract. de contract. par. 2. diſput. 391.
3 num. 5. Immo † eſt etiam neceſſarium, Foller. in d. verbo, Inſtrumentum, nu. 5. Boccacc. in ſuo tract. de Cenſib. par. 2. num. 101. & par. 3. num. 23. & ſeq. Ludou. Lopez. in ſuo tract. de Contract. lib. 1. cap. 59. verſ. circa illam: latè Mich. Salon. in ſuo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de Cenſib. art. 3. controuerſ. 18. nu. 7.
vbi multos congerens teſtatur hãc eſſe communem ſententiam Theologorum, & Iuriſperitorum, & illam pluribus confirmat, & reſpondet contrariis.
4 Immo † eſſe ſubſtantiale in hoc contractu dicit Nicol. Intriglıol. ſup. Bulla de Cenſib. q. 49. num. 3. & ſeqq.
5 in tantum, vt etiamſi † non fuerit expreſſum, nihilominus tacitè ſubintelligatur, vt dicit ibi. Intrigl.
6 ſub num. 8. verſ. Vnde infertur. Inſeri † autem poteſt non ſolum in ipſomet inſtrumento quod ſuper venditione Cenſus celebratur, ſed etiam in apoca confecta extra illud inſtrumentũ. Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 86. num. 119. verſ. diſertiſſimè, ac etiam in alio inſtrumento ſeparato, & confecto ex interuallo poſt Cenſus venditionem. Foller. in d. verb. In-
7 ſtrumentum, ſub nu. 59. verſ. numquid. quia cum † dicta apoca cenſeatur pars dicti inſtrumenti, perinde habetur, ac ſi in ipſo inſtrumento inſerta fuiſſet, vt in puncto dicit Boccacc. d. par. 2. num. 114. Dummo-
8 do † fiat vel incontinenti poſt celebrationem in-
9 ſtrumẽti, vel breui interiecto interuallo, qa † actus, qui fiunt vnius contemplatione, & reſpectu alterius dicuntur inter ſe correſpectiui, non ſolum quando fiunt incontinenti vnus poſt alium, Bal. in l. petens, C. de pact. Dec. conſ. 245. num. 5. conſ. 265. num. 3. verſ. tertio aduertendum. Anton. Gabr. in tit. de Præſumpt. concluſ. 13. num. 4. Hieron. Gabr. conſ. 168. nu. 2. & 11.
10 lib. 1. Sed etiam † ſi fiant modico interpoſito interuallo, puta vnius diei, Cran. conſ. 421. nu. 45. verſ. amplius, lib. 3. poſt Anch. conſ. 434. col. 2. verſ. præterea aduertendum. Gabr. tit. 2 concluſ. 13. num. 5. Immo
11 † etiam poſt lõgum tempus, etiam poſt multos annos. Bon. d. art. 86. num. 119. verſ. & in tantum. motus auctoritate Doctorum, & ſignanter Bal. & Salic. in
12 l. pacta conuenta. C. de contr. empt. Etiam † ſi fiant in diuerſis ſcripturis, Tiber. Decian. conſ. 32. nu. 115. lib. 2. Laderch. Imol. conſ. 143. num. 8. in fine, ubi. 1. qui alios
13 allegant, & propterea † contractus ſuper quo fuit celebratum inſtrumentum dicitur informari ex pacto poſteriori, & ſubſequenti addito in apoca, vel in alio inſtrumento poſtea celebrato, Natta conſ. 527. num. 3. lib. 3.
14 Pactum † autem hoc, de quo agimus, adeo eſt naturale contractui Cenſus, vt ſi ematur per minorem annua reſponſio cenſualis, tale pactum poſſit ad fauorem venditoris apponi abſque decreto Iudicis, & aliis ſolemnitatibus à iure vel ex forma Statutorum requiſitis in alienatione rerum minoris, etiam quod non apponatur in ipſo inſtrumento venditionis Cenſus, ſed in apoca poſtea ex interuallo confecta, vt dicit Foller. in d. verbo. inſtrumentum gratiæ, nu. 59. etiã ſi ex interuallo conficiatur (quidquid contra hoc ſentiat Bon. d. num. 119. ad fin. verſ. per minorem tamen) per rationes quas affert Foller. d. num. 59. quæ militant ſiue pactũ illud fiat modico, ſiue magno interpoſito interuallo, Quia ſcilicet, pactum illud prouenit, & dimanat ex legis diſpoſitione, videlicet, ex dictis Conſtitutionibus Martini V. Caliſti III. & Pij V. & tendit ad validitatem, & executionem contractus Cenſualis, vnde minor apponendo dictum pactum dicitur facere id ad quod de iure
15 tenebatur, & † propterea non poteſt dici læſus, l. inter eos. §. cum inter. & ibi Glo. affert concordantes, ff. de fideiuſſ. hinc videmus, quod vigore dicti pacti tenentur ad recedendum annuos Cenſus nõ ſolum maiores, ſed etiam minores, immo etiam infantes, vt deducit Boccacc. in d. ſuo tract. de Cenſib. par. 2. nu. 103. & nos dicemus infra par. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 7. num. 2. & ſeqq.

16 Ex quibus ſequitur quod † omne pactum reſtringens facultatem hanc redimendi Cenſus ſit omnino illicitum, & contra ſubſtantiam contractus Cenſualis quod expreſsè declarauerunt Martin. V. & Calixt. III. in dictis eorum Extrauagantibus, & clariſſi-
„ me Pius V. in d. ſua Bulla, in verſ. Poſtremo Cenſus omnes. vbi leguntur hæc formalia verba. Sed etiam
„ poſſe pro eodem pretio extingui non obſtãte etiam
„ longiſſimi temporis, ac immemorabili immo cen-
„ tum, & plurium annorum præſcriptione; non obſtantibus aliquibus pactis directè, vel indirectè talem facultatem auferentibus, quibuſcumque ver-
17 bis, aut clauſulis concepta ſint. Et † multo magis cenſeri debẽt illicita pacta quod Cenſus numquam redimi, & extingui poſſit, & quod redemptionis facultas pendeat à voluntate, & arbitrio domini Cenſus. tendunt enim ex diametro cõtra mentem, & diſpoſitionem Pij V. in d. ſua Bulla, & ideo merito illa nulla & inualida eſſe tamquam contra ſubſtantiam cõtractus Cenſualis, dicit Feliciani. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. cap. 7. nu. 15. verſ. deinde, &c. & repetit tomo 2. eod. lib. 1. & cap. 7. num. 1. in princ. & verſ. ſed Franciſco Garzia, in fine, Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann. reditib. lib. 2. quæſt. 1. nu. 19. & declarauit Rota coram Seraphino. deciſ. 1006. num. 1. par. 2. & in vna Romana Cenſus, 11. Ianuarij, 1585. coram b. m. Vicecomite, quæ poſt Tract. eſt Deciſ. 143. num. 2. & confirmauit in vna Romana Cenſus, 21. Octobris, 1605. coram b. m. Iuſto, quæ eſt ibidem deciſ.
18 152. num. 5. Nam † facultas redimendi Cenſum debet pendere à mera & libera voluntate, & arbitrio debitoris Cenſus, vt concludit eadem Rota in vna Fauentina bonorum coram b. m. Corduba, 19. Iunij, 1595. quæ eſt ibidem deciſ. 153. num. 8. & expreſsè diſponit Pius V. in dicta ſua Bulla.
19 Eſt autem † illicitum, & contra ſubſtãtiam contractus cenſualis hoc pactũ non ſolum quando ſimpliciter, & indefinitè tollitur venditori Cenſus facultas, & arbitrium illum redimendi, & extinguendi, verum etiam ſi illa facultas reſtringatur. puta quod illum non poſſit redimere niſi intra certum tempus, Ludou. Velazq. de Anend. in ſuo tract. de Cenſib. Hiſpan. c. 19. n. 10. & ſeq. vbi hoc comprobat, vt dixit Rota in vna Foroliuienſi Cenſus, 13. Nouembris, 1589. coram b. m. Orano, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 117.
20 num. 5. Vel † quòd ſi redimat intra tale tempus, teneatur reſtituere emptori expẽſas omnes ab eo tempore emptionis dicti Cenſus factas, vt per Intrigliolum d. tract. quæſt. 9. num. 7. & ſeqq. Quod tamen intelligendum eſt iuxta ea quæ diximus hac ead. quæſt.
21 art. 5. ſub num. 9. Vel † quod non poſſit redimi intra certum tempus. Couar. lib. 3. Var. Reſolut. cap. 8. num. 8.

Digitized by Google

num.8. Guid. Pap.deciſ.976. in fine. Gaſp.Roder.in d.
ſuo tract. de ann.redit ib. lib.2. quæſt.1. num.14. qui
alios allegat: tum quia reſtringit facultatem redi-
mēdi quod diximus eſſe prohibitum, tum quia do-
minus Cenſus videtur reddi certus de lucro vltra
22 ſortem, † quod tamquam vſurarium videtur om-
nino interdictum. Foller.in d.verbo, Inſtrumētum gra-
tia,num.9. Boceac. d.ſuo tract. par.2. num.102. vel ſi
23 concipiatur aliis verbis,puta † quod Cenſus redimi
non poſſit niſi poſt certum tempus.Cranet.conſ.156.
num.5.lib.2. Decian.conſ.105.num.21.lib.1. Io.Bapt.
Lup.ad l.2.C.de pact. inter empt.& vendit.Comment.2.
§.1.num.42. Menoch. de Præſumpt. lib.3. Præſumpt.
122.num.71.& conſ.445.num.14.lib.5. Conar.d.cap.
8.num.8. Maſcard.in ſuo tract. de Probat. vol.1.con-
cluſ.441. num.6. & concluſ.447.num.14. Io.Azor. d.
cap.17.quæſt.2. verſ.quid dicendum, Cardin.Mantica,in
ſuo tract. de tacit.& ambig. convent. lib.4.tit.31.num.
69.in princ.& lib.8. tit.20. num.26. ad fin.verſ. ſed in
ſacro. refert Stephan.Gratian. Diſceptat.Forenſ.tomo 2.
cap.258. num.17. & ſeqq. Gaſp.Roder.in d.ſuo tract.de
ann.redit. lib.1. quæſt.18. num.30. & lib.2. quæſt.1.
num.14. poſt princ. Quam ſententiam reperio poſt
hæc ſcripta fuiſſe confirmatam à Ludou.de Auend.d.
cap.19.num.5.cum ſeqq. vbi reſpondet contrariis.

24 Quamuis † in venditionibus aliarum rerum hoc
vltimum pactum ſolum abſque aliis adminiculis &
præſumptionibus non ſufficiat ad reddendum con-
tractum illicitum & vſurarium,vt poſt multos dicit
Menoch.d.Præſumpt.122. num.69. & ſeqq. Lup.d.§.1.
num.40. & ſeq. Card.Mantica, d.tit.31.num.33. De-
cian. conſ.2. num.131. lib.1. qui propterea ibi, num.
146. verſ. ſubſequitur. fuit in ſententia,quod valeat
etiam in venditione Cenſus, ſed vt dictum eſt hæc
25 pactio in Cenſu communiter reprobatur, † non ta-
men reddit illum vſurarium,vt animaduertit Rode-
ric. d.num.14.

Hæc autem pacta,quæ non tollūt penitus facul-
tatem redimendi Cenſum,ſed illam dumtaxat re-
ſtringunt licet in Cenſibus conſtitutis poſt Bullam
26 Pij V. ſint illicita & reprobata, in † Cenſibus au-
tem ante dictam Bullam impoſitis nullibi repeti-
tur prohibitum quo minus vendi poſſent appoſito
pacto de retrouendendo certo conſtituto tempore,
vt deducit Leonard.Leſſ. in ſuo tract. de Iuſtit. & iure,
lib.2.cap.22. dubitat.9 num.53.& dubitat.12.in princ.
& expreſsè dixit alios allegans Rota coram b.m I.ſto,
21.Octobris, 1605. in illa Romana Cenſus, quæ eſt poſt
Tract. Deciſ.152. num.3.

Sed poſſet in dubium reuocari,quid ſi huiuſmo-
di pactum non reſpiciat commodum domini Cen-
ſus,ſed alterius extranei & non ſit præciſum,ſed ſub
27 aliquo modo conceptum? Et quod † eo caſu ſit li-
citum videtur ſenſiſſe Rota in illa Vrbeuetana Cenſus,
31.Maij,1591. coram b.m. Penia, quæ in fine Tract. eſt
deciſ.10. num.10. vbi fuit approbatum pactum ap-
poſitum in venditione Cenſus,vt non poſſet redimi
Cenſus pio loco donatus, niſi alius Cenſus æquè
idoneus eidem pio loco donaretur.

28 Ego † tamen in hanc ſententiam libenter non
traho, cum repugnet expreſsè diſpoſitioni, d.c.1.
& 2. de empt.& vend.inter Extr.comm. & Pij V. in d.
ſua Bulla. Nec mihi viſa eſt obſtare auctoritas Rotæ
in d.Vrbeuetana Cenſus,nam ideo ibi Rota reſoluit pro
validitate dicti pacti,quoniam illud non fuit appo-
ſitum dum Cenſus fuit creatus,& prima vice vendi-
tus,ſed quando is, qui iam erat effectus dominus il-
lius, eum pio loco donauit, quo caſu pactum non
debet cenſeri illicitum,cum in alienatione rei pro-
priæ poſſit quilibet apponere legem quam vult, l.in
re mandata, C.mandat.

29 Erit ſimiliter illicitū † vigore eiuſdem Bullæ Pij V.
pactum quod venditor Cenſus volens illum redi-
mere teneatur reſtituere eandem ſpeciem monetæ,
qua emptus fuit Cenſus,vt per bonas rationes pro-
bat Leſſ. d.cap.22. dubitat.8. num.50. & licet Gaſp.
Roderic.de ann. reditib. lib.1. quæſt.18. num.43. nita-
tur contrariam opinionem defendere. Infra tamen,
num.45. & ſeqq. taliter ſuam opinionem temperat,
& reſtringit, vt contraria videatur pro regula reci-
pienda. Et propterea non videtur fidendum de
Martin.Bonacin. in ſuo tract. de Contract. diſput.3. q.4.
puncto vnico. num 35. dum ſimpliciter tranſit cum
ea opinione,quòd liceat hoc pactum apponere,niſi
quando emptor Cenſus probabiliter credat, valo-
rem monetæ eſſe augendum: quo caſu illum pec-
care affirmat, obligando Cenſuarium vt reſtituat
eandem ſpecie monetam.

30 Prout † etiam contra eandem Bullam videtur
omne pactum per quod venditor Cenſus ſubiicitur
neceſſitati aliquid ſoluendi vltra ſortem per eum
tempore vēditionis Cenſus receptam. Roder.d.lib.2.
31 quæſt.1.num.20. Vnde illicita eſt conuentio † quod
venditor Cenſus tempore redemptionis teneatur
reſtituere domino Cenſus,ſi quid ſoluit ratione ga-
bellarum, in locis,in quibus ex huiuſmodi contra-
ctibus iura municipalia gabellam expoſcunt. Alci-
biad.Lucarin.Obſeruat.Practic.lib.1. Academ.5. obſer-
32 uat.2. nu.3 & ſeqq. Et † licet Foller.in d.ſua Pract.
Cenſuali, in verbo, nihil vltra, num.23. & 24 dicat
hoc non procedere ſi Cenſus redimatur ſtatim poſt
venditionem, vel non multo tempore poſt,ex quo
tamen Bulla præfata Pij V. ſimpliciter, & indiſtin-
ctè reprobat huiuſmodi pactum,hanc Foller. diſtin-
ctionem ego non ita facile admitterem. Qua ratio-
33 ne videtur etiam illicitum pactum † quod debitor
Cenſus in caſu redemptionis teneatur reficere & re-
fundere domino Cenſus omnes expenſas,quas fecit
tempore emptionis Cenſus, puta in Notario, pro-
xenetis,& ſimiles,vt dicit Bocat.in d.ſuo tract. ar.2.
num.123. & ſeqq. & licet quo ad hoc contrariam
ſententiam amplectatur Gaſp.Roderic. lib.2. quæſt.4.
num.17. non eſt tamen recedendum à priori, quæ
eſt roborata auctoritate d. Bullæ Pianæ.

34 Intelligendo † tamen,vt non propterea venditor
Cenſus ſit liber ab iis expenſis,ad quas de iure tene-
tur,ſed tantum ne ex pacto arctari,& cogi poſſit vt
omnes expenſas ſolus ſubeat ita vt propterea retra-
hatur à Cenſus redemptione.

35 Neque tamen † eſt illicitum paciſci in Cenſus ven-
ditione,quod ſi contingat Cenſum redimi,pretium
illius debeat reinueſtiri in emptionem bonorum
ſtabilium,vel aliorum Cenſuum pro conſeruatione
illius,puta quia ſit pecunia dotalis. Stephan.Gratian.
Diſceptat. Forenſ. tomo 1. cap.45. num.19. affirmans
pactum iſtud non reſtringere facultatem redimen-
di Cenſum,cum non inducat conditionem, ſed po-
tius modum cum ſit explicandum poſt explicatio-
nem

nem actus. Præterquam quod cum venditor Cen-
36 ſus poſſit de facili huic pacto ſatisfacere, & † impedimentum hoc remouere, non dicitur impedimentum. *Cranet. per Gener. reſp. 1. num. 28. Surd. deciſ. 189. num. 28. Gratian. d. cap. 45. num. 17.*

Quod vltimum pactum adeo licitum eſſe defen-
37 dit ibi *Gratian.* vt affirmet quod † ſi debitor Cenſus dum illum redimit non curat pretium reinueſtiri, & formam pacti ſeruari, non liberetur, & Cenſum non intelligi extinctum.

38 Neque circa † hanc communem concluſionem in hoc ſeptimo articulo firmatam placet diſtinctio quam conſiderauit *Felician. in dd. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. cap. 7. num. 4. verſ. Secundo monetur.* dum diſtinguit inter pactum, quo Cenſus fit ſimpliciter irredimibilis, & pactum quod efficiatur irredimibilis, ſi tamen pretium augeatur. nam dum Summi Pontifices ſtatuerunt Cenſum debere eſſe redimibilem ad voluntatem debitoris, præſupponunt illum fuiſſe venditum iuſto pretio, & nihilominus volunt illum eſſe quandocumque redimibilem, & eſſe illicitam quamcumque pactionem reſtringentem dictam facultatem redimendi. & ita ſentit *Mich. Salon. d. ſuo tract. de Contract. & commerc. human. in tit. de Cenſib. art. 3. controuerſ. 19. num. 6.* vbi exploſa impijſſimi *Caroli Molinæ* damnatæ memoriæ idem quod *Felician.* ſentientis, opinione, tale pactum tamquam illicitum repellẽdum, & dam-
39 nandum demonſtrat. licet † *cont. ouerſ. 20.* defendat illud non eſſe vſurarium. quod vult etiam *Couar. Variar. reſolut. lib. 1. cap. 9. num. 9. verſ. nec opinor. & lib. 3. cap. 8. num. 7. verſ. nec tamen Cenſeo.*

ARTICVLI OCTAVI

SVMMARIA.

1 *Pactum quod dominus Cenſus poſſit pretium Cenſus repetere ad ſui libitum, eſt illicitum.*
Ampliatur etiam quod dictum pactum non ſit deductum in ſtipulationem, ſed dominus Cenſus ſit aliunde ſecurus, num. 5.
Contrarium aliqui, num. 3. & malè.
2 *Emptor tenetur facere pretium venditoris.*
4 *Æqualitas ſeruanda eſt inter emptorem & venditorem, niſi ſubſit ratio diuerſitatis.*
6 *Dominus Cenſus non poteſt licitè percipere fructus ex Cenſu, quando poteſt cogere debitorem ad illum redimendum.*
7 *Pactum quod dominus Cenſus poſſit illius debitorem cogere ad redemptionem inſpecto iure communi, eſt contra ſubſtantiam contractus.*
8 *Pactum quod transformat vnum contractum in aliam ſpeciem, eſt contra ſubſtantiã contractus transformati.*
9 *Pactum quod dominus Cenſus poſſit quandocumque ſortem repetere quod ex diſpoſitione Bullæ Pij V. ſit contra ſubſtantiam contractus Cenſualis, vult Boccarc.*
10 *Contraria opinio eſt verior, & placuit Rotæ.*
11 *Pactum, quod dominus Cenſus poſſit ſortem repetere ſi debitor fideiuſſorem vel fundum non renouauerit, quod ſit licitum, ſentiunt aliqui.*
12 *Aliqui volunt quod ſit licitum, ſi debitori Cenſus non ſit difficile dictam renouationem facere.*
13 *Alij quod ſit ſimpliciter illicitum.*
Immo vſurarium, ibidem.
14 *Aliqui quod ſit iniquum.*
15 *Pactum quod ſi debitor Cenſus eſt moroſus in renouanda fideiuſſione, teneatur ſortem reſtituere, eſt illicitum tamquam contra formam Bullæ Pij V.*
16 *Non tamen eſt vſurarium, & hoc reſpectu dicitur eſſe licitum.*
17 *In contractu attenditur id quod principaliter agitur, non quid in conſequentiam.*
18 *Pactum quod debitor Cenſus ſi ſit moroſus in ſoluendo per aliquot annos teneatur ſortem reſtituere, non eſt vſurarium, nec contra ſubſtantiam contractus.*
19 *Debitor Cenſus qui medio iuramento promiſit ſoluere annuos Cenſus certo tempore aliàs ſortem reſtituere, ſi ſit moroſus poteſt cogi ad reſtituendum ſortem propter virtutem iuramenti.*
Limit. ſi mora ſit commiſſa ab eo qui iurauit, ſecus ſi ab eius ſucceſſore. num. 21.
20 *Ius diuinum eſt potentius iure poſitiuo.*
Iuramentum ſeruari debet etiam quod ſit præſtitum ſuper contractu illicito, puta de ſoluendo vſuras.
22 *Iuramentum ſeruari debet etiam ab heredibus iurantis.*
23 *Iuramentum non ligat animam ſucceſſorum.*
24 *Pactum quod domino Cenſus liceat repetere ſortem dummodo in eam imputet quidquid recepit ex fructibus dicti Cenſus, eſſe illicitum volunt aliqui.*
25 *Contrarium probat Auctor. & infra.*
26 *Solutionis diuiſiones ſolent afferre incommodum recipienti.*
27 *Solutiones particulares nemo inuitus recipere cogitur.*
28 *Emptor perfecto contractu non poteſt pretium repetere à venditore inuito.*
Poteſt tamen ex pacto inter eos hoc firmari.
29 *Contractus à partium conuentione legem accipiunt.*
30 *Pactum addictionis in diem quid ſit.*
31 *Pactum legis commiſſoriæ quid ſit.*
32 *In pacto addictionis in diem reſoluto contractu reſtituitur res, vnà cum fructibus perceptis.*
33 *Venditione reſoluta ex pacto legis commiſſoriæ reſtituitur res empta, vnà cum fructibus.*
34 *Pactum quod debitor Cenſus teneatur illum redimere intra certum tempus, eſt illicitum.*
Ampl. etiam ſi tale pactum non deducatur in ſtipulationem, num. 36.
35 *Limitatur in Cenſu impoſito ſecluſa Bulla Pij V. ſuper Cenſibus.*
37 *Pactum quod debitor Cenſus teneatur infra certum tempus Cenſum redimere, aliàs Cenſus remaneat perpetuus, eſt illicitum.*
38 *Pactum quod debitor Cenſus teneatur Cenſum redimere intra certum tempus, quo elapſo ſit in arbitrio domini Cenſus ſortem repetere, eſt illicitum.*
39 *Non eſt tamen contra ſubſtantiam contractus.*
40 *Non omne pactum quod eſt contra Bullam Pij V. eſt contra ſubſtantiam contractus cenſualis.*
41 *Pactum quod fundus Cenſus ſit locatus domino Cenſus & non poſſit reuocari locatio donec Cenſus non extinguatur, eſt illicitum.*
42 *Non eſt tamen contra ſubſtantiam contractus.*
43 *Pactum quod dominus Cenſus retineat loco pignoris fundum Cenſus pro quantitate reditus venditi, donec Cenſus redimatur, eſt prohibitum.*
44 *Pactum quod dominus Cenſus retineat pignora vendi-*
bilia

Digitized by Google

bilia æquiualentia ſorti, donec Cenſus redimatur, non eſt licitum.

45 *Pignora æquiualentia credito data creditori, cenſentur data in ſolutum pro debito.*

46 *Res prohibita alienari ſub pœna caducitatis ſi detur in pignus pro credito æquali eius valori, incidat in commiſſum.*

47 *Et ſi detur res Eccleſiaſtica, ſubiacet legi prohibenti alienationem rei Eccleſiæ.*

48 *Pacta omnia quæ ſunt illicita in vẽditione Cenſus fundati ſuper re frugifera, ſunt etiam illicita in venditione Cenſus fundati ſuper alio Cenſu.*

49 *Immo quod ſint vſuræ labe inuoluta, vult Felician. Contrarium tamen ibi probat Auctor.*

50 *Cenſualis contractus ſubſtantia conſiſtit, quod pereunte fundo, pereat Cenſus.*

51 *Impoſitio Cenſus ſuper alio Cẽſu, eſt ab omnibus vitãda.*

52 *Pactum imponens neceſſitatem redimendi Cenſum factum inter venditorem, & eum qui pro eo in dicto contractu ſi leiuſſit, non eſt illicitum.*

53 *Fideiuſſor poteſt ſibi per pactum prouidere, vt debitor pro quo fideiuſſit teneatur illum à fideiuſſione eximere, & liberare.*

54 *Bulla Pij V. prohibens pacta inducentia neceſſitatem redimendi Cenſum loquitur inter emptorem & venditorem Cenſus, non in alijs.*

De pactis inducentibus neceſſitatem extinguendi Cenſum.

ARTICVLVS OCTAVVS.

1 PACTVM † quod liceat domino Cen-
ſus ad ſui libitum repetere pretium in
illius emptionem erogatum, & cogere
venditorem ad eius redemptionẽ, fuit
per *Pium V. in ſua Bulla ſuper Cenſib.* ex-
„ preſsè improbatum & declaratum nullum in illis
„ verbis. Pacta etiam continentia pretium Cenſus
„ extra caſum prædictum, ab inuito, aut ob pœnam,
„ aut ob aliam cauſam repetere poſſe omnino prohi-
betur & à Scribentibus communiter, vti tale dam-
natum. *Nauar. in ſuo Commentar. de vſur. num. 97. Gl. 16. & num. 122. in 33. & 34. quæſt. Hieron. Gabr. conſ. 152. num. 5. lib. 1. Dominic. Soto in ſuo tract. de Iuſtit. & iure, lib. 6. quæſt. 5. art. 3. concluſ. 1. Ludou. Lopez. in ſuo tract. de Contract. lib. 1. cap. 60. in princ. Fab. Turret. conſ. 91. num. 19. 15. & ſeq. lib. 1. Andr. Gail. Practic. Obſeruat. lib. 2. Obſeruat. 7. num. 14. Couar. Var. Reſolut. lib. 3. c. 7. num. 3. verſ. ſecunda ratio. & c. 9. num. 5. Io. Bapt. Lup. ad l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. Comment. 2. §. 2. num. 69 Cardin. Mantica, in ſuo tract. de tacit. & ambig. conuention. lib. 4. tit. 31. num. 8. & ſeq.* &
hanc eſſe communem opinionem inter Theologos
affirmat *Mich. Salon. in ſuo tract. de commerc. & contract. human. in tit. de Cenſib. art. 3. controuer. 19. num. 2. verſ. oppoſitum,* vbi illam comprobat, & reſpondet
contrariis *Stephan. Gratian. Diſceptat. Forenſ. tomo 2. cap. 14. num. 2. & ſeqq. Feder. Martin. in ſuo tract. de iure Cenſ. cap. 6. nu. 262.* loquens de Cenſu cõſtituendo
ad formam d. *Bulla Pij V.* & poſt hæc ſcripta viſi,
Nicol. Intriglial. ſuper Bulla de Cenſib. q. 43. per tot. & Ludou. de Auend. in tract. de Cenſib. Hiſpan. c. 10. nu. 2.
Eandem ſentẽtiam fuit ſæpius amplexa *Rota,* & ma-
ximè *in vna Peruſina affictus, 3. Decembr. 1571. coram b. m. Card. Lancelot.* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 154. nu. 2. & coram b. m. Gypſio, 6. Iunij, 1594. in illa Vrbeuetana Cenſus,* quæ eſt *ibidem deciſ. 11. in princ. & in eadẽ cauſa coram eod. 13. Februarij, 1595. quę ibid. eſt deciſ. 12. nu.*
2 1. Cuius † quidem concluſionis ea potiſſima ratio
videtur, quia alias non eſſet emptio Cenſus, ſed pu-
rum & merum mutuum: nam in emptione & vendi-
tione emptor tenetur facere pretium venditoris, *l.
ex empto. §. 1. ff. de act. empt.* Vnde eſſet contra natu-
ram contractus ſi pretium iam venditori ſolutum,
& illi acquiſitum poſſet adhibitum emptoris repe-
ti, *Boccacc. in ſuo tract. de Cenſib. par. 2. num. 3. Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. cap. 10. num. 18. verſ. rurſus, in ea forma contractus.*
3 A qua † communi concluſione licet videatur de
rigore Scholaſtico, & iuris ſubtilitate recedere, *Conrad. in ſuo tract. de Contract. quæſt. 84. concluſ. 5. corollar. 1.* & in via ſpeculatiua, & diſcurrendo probabi-
liter *Leonard. Leſſ. in ſuo tract. de Iuſt. & iure, lib. 2. cap. 22. dubitat. 10. num. 56. & ſeqq.* & fundamento quod
conſiderat etiam *Fernand. Rebell. in ſuo tract. de obligat. Iuſtit. lib. 10. quæſt. 11. num. 3. verſ. quarta difficul-*
4 *tas.* Quod ſcilicet, † ſeruanda ſit æqualitas inter
emptorem & venditorem Cẽſus, & propterea ſicut
venditori conceſſum eſt per Sũmos Pontifices *Martin. V. & Calixt. III.* & confirmatum per *Pium V.* vt
poſſit quandocũque Cenſum redimere, vt diximus
ſupra in præcedenti art. & dicemus *infra* latius *par. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 1.* cur non idem debeat eſſe per-
miſſum emptori Cenſus, vt per pactum poſſit con-
uenire cũ illius venditore, vt ſibi liberè liceat quan-
documque cogere illum ad redimendum? Non eſt
tamen à communi concluſione recedendum, quo-
niam *Conrad. & Leſſ.* profitentur ſe loqui in via ſpe-
culatiua, & diſputatiua & probabiliter. Et reſpectu
huius pacti maxima eſt diuerſitatis ratio inter em-
ptorem & venditorem Cenſus, vt latè demonſtrant
Rebell. & Cardin. Mantica, in locis ſupra proximè citatis. Vnde non eſt inconueniens, quod inter eos in
5 hoc non ſeruetur iſta æqualitas. Quæ † concluſio
adeo eſt vera, vt procedat etiam quod iſtud pactum
non ſit deductum in ſtipulationẽ, ſed dominus Cen
ſus ſit aliunde ſecurus, & certus quod poterit quan-
documque ſortem exigere, vt ex Summa Antonina,
cenſuit *Rota coram b. m. Cardin. Lancel. 3. Decembris, 1571. in illa Peruſina affictus,* quæ eſt *poſt Tract. deciſ.*
6 *154. num. 3.* Hæc † enim certitudo recipiendi & re-
petendi pretium Cenſus ad ſui libitum eſt adeo il-
licita & reprobata, vt dominus Cenſus impediatur
& prohibeatur fructus aliquos ex Cenſu percipere,
& quatenus de facto reciperet teneatur illos in ſor-
tis extenuationem, vel extinctionem imputare, vt
declarauit *Rota corã b. m. Gypſio. 13. Februarij, 1595. in illa Vrbeuetana Cenſus,* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 12. num. 1. & 2.*

An autem pactum iſtud ſit contra ſubſtantiam
contractus Cenſualis, & propterea illum vitiet &
reddat fœneratitium, non leuem habet difficulta-
tem tam inſpecto iure communi, quam inſpecto iu-
re poſitiuo introducto per Conſtitutionem prædi-
7 ctam *Pij V.* Nam † quod inſpecto iure communi
hoc pactum ſit contra ſubſtãtiam contractus Cen-
ſualis, videtur omnino ſentiendum cum *Rota coram*

Seraph.

Seraph.deciſ.269.par.1. & voluit *Felician,de Solis,d.*
cap.10.num,28,& fuit latè confirmatum per *eandem*
Rotam coram Reuerendiſſimo D, Coccino Decano, 16.
Martij,1615. in illa nullius, ſeu Meliuicenſi Cenſus, quę
eſt *ibid.deciſ.147.num.4.verſ,in hoc articulo,* quæ mo-
8 uetur vrgētiſſima ratione, videlicet, quod † pactum
iſtud reducit contractum cenſualem, & illum tranſ-
format in contractum puri, & ſimplicis mutui, vnde
eſt contra ſubſtantiam contractus cenſualis, *Caſtr,*
conſ.312.in princ,lib.1, Natta, conſ.123, num.9, lib.1,
Felician,d,cap.10.num.22,& ſeqq. & nos diximus *ſu-*
pra hac ead, quaeſt.3, artic,1. quod procedere etiam
iuxta *Conſtitutiones Martini V, & Calixti III, regiſtra-*
tas in c.1.& 2.de empt.& vend,inter Extrauag,Comm,
dixit eadem *Rota coram b.m, Corduba, 5.Maij, 1597.*
in illa Romana nullitatis Cenſus, quæ eſt *ibidem Deciſ,*
124.num,9.& coram b.m, Iuſto, 31.Octobris,1605.in
*illa Romana Cenſus,*quæ eſt *poſt Tract, deciſ.152. num.*
9 *7.& 8.* Inſpecta † autem noua forma tradita per d.
Bullam Pianam, licet *Baccace,in d.ſuo tract.de Cenſib.*
par.3.num.7.& ſeqq. & ſignanter *num.15.* multo-
rũ auctoritate nitatur comprobare, quod repugnet
naturæ & ſubſtantiæ contractus Cenſualis, verior
10 † tamen eſt opinio negatiua ex ijs, quæ diximus *ſu-*
pra d, art. 1. & voluit expreſsè *Rota in d, nullius, ſeu*
Meliuicenſi Cenſus proxima allegata, *ſub num.3. verſ.*
Ideo de hoc fuit actum,

Sed dubitant Scribentes, an tale pactum ſit ſal-
tem licitum ſi non concipiatur ſimpliciter, & abſo-
lutè, vt debitor Cenſus teneatur ad Cenſus redem-
ptionẽ, ſed in certo caſu, puta ſi ſit moroſus in ſol-
uendo, vel ſi fideiuſſores, vel fundum certo tempore
11 non renouauerit. & † ſententiam affirmatiuã quod
hoc licitè paciſci liceat, amplexus fuit *Gabr, d.conſ.*
152.num.5.lib,1. Nauar.lib.3, conſ.7, num,6, in tit. de
empt,& vendit, Garz, Maſtrill, deciſ. Regni Siciliæ 95.
num.3.& ſeqq. par.1. Io, Bapt. Lup. d, §, 2. num.69. &
Stephan,Gratian, Diſcept.Forenſ.tomo 2.cap,258.nu.20.
& ſeqq, maximè *num.23.* & ab ea non videtur diſ-
ſentire *Rota coram b. m, Iuſto,27.Octobris, 1605,in di-*
cta Romana Cenſus, quæ eſt *poſt Tract. Deciſ.152.num,*
11. eandem opinionem ſequutus fuit *Ludou.Lopez,*
in d,ſuo tract.de Contract.lib.1, cap.57. verſ.reſolutoriè
igitur.Felician, de Solis, in dd.ſuis Commentar.de Cenſib.
tomo 2.lib.1.cap,7.ſub num.1.verſ. pro qua ſententia, in
fine. & verſ, ſed Franciſco, licet ipſe illam reſtringat,
& intelligat procedere dummodo facilè ſit vendi-
tori Cenſus, & promptum fideiuſſores & fundum
renouare; ſecus autem ſi illi ſit difficile, & onerosũ,
12 & pactum † hoc ex natura contractus non eſſe illi-
citum, dicit *Ludou.Molina.in ſuo tract,de Contract.di-*
ſput,391,ad finem, & non videtur diſſentire *Gaſp, Ro-*
deric,in ſuo tract, de ann,reditib,lib.2,quaeſt.2,num.72.
& pluribus confirmat *Rota coram Reuerendiſſimo P.*
D. Coccino Decano in illa nullius, ſeu Meliuicenſi Cen-
ſus,16,Martij,1615, quæ eſt *poſt Tract,deciſ.147.ſub*
num.6, verſ. ſed iſte non eſt caſus noſter, vbi multorum
auctoritate demonſtrat hanc formam contrahendi
de iure ſuſtineri, quia contractus eſt purus licet ſub
conditione reſoluendus, *l.2. §.ſi in diem, ff.pro em-*
ptor. cum aliis ibi allegatis.

Non tamen deſunt qui contrariam ſententiam
amplectantur aſſerentes pactum iſtud, etiam reſtri-
ctum ad caſum quo debitor Cenſus eſſet moroſus in
13 ſoluendo, eſſe † nõ ſolum illicitum tamquam con-
tra forma dictæ Conſtitutionis Pianæ, vt dicit *Boc-*
cacc.d,par.2.nu,3. ſed etiam vſurarium & iniuſtum.
Felician.d,cap.10. num.18. & illius auctoritate *Ste-*
phan.Gratian.Diſcept.Forenſ.tomo 3.cap.587.num.5.&
Ludou,Velazq.de Auend.d,tract.cap.19.num.13. verſ.
Quorum ſententia. ea potiſſimum ratione, quia licet
pendente conditione de facto peti non poſſit ſors,
ſuſtinetur tamen quaſi mutuũ in illa ſpe quod eue-
niet caſus in quo deficiente conditione peti pote-
rit: talis enim contractus vigore dicti pacti reiicien-
do retro oculos retinet naturam mutui, quod in de-
fectum conuentæ conditionis ſit tantundem in ge-
nere reſtituendum, in quo natura mutui conſiſtit,
l.2.§.mutuum, ff.ſi cert. pet. quod videtur firmari ex
14 eo quod videatur iniquum † pactum quod ſi debi-
tor Cenſus ſit moroſus in renouando fundum, vel
fideiuſſorem, ſors repeti poſſit, *Ludou, Lopez, d.lib.1.*
cap.57, verſ.huicq. affine, & verſ.reſolutoriè igitur, &
infra vſque ad fin.cap. ſequitur *Felician.d,cap.7. num.*
1.verſ.ſed Franciſco Garziæ. Mich. Salon.d.tit.de Cenſib.
art.3.controuerſ.14.n.1. verſ.docet vltimo, vbi eã con-
firmat, & illam probauit *Cardin.Mantica, in d. ſuo*
tract.de tacit.& ambig.conuent.lib.8.tit.22,num.25.&
Io.Guttierez, Tract.Quaeſt,lib.2.c.75.per tot.& Auend.
d.tract.cap,101,num.10. qui hanc opinionem credit
indiſtinctè veram. & *Rota* aliis relatis *in illa nullius,*
ſeu Meliuicenſi Cenſus, 16.Martij, 1615. coram Reue-
rendiſſimo P.D.Coccino Decano, quæ eſt *poſt Tract. deciſ.*
147.num.12.verſ.ſed cum hec opinio. Ego verò in hac
difficultate exiſtimo, quod res poſſit componi ſede-
re diſtinctionis. Vt ſcilicet, hæc poſterior ſententia
ſit vera, & quod pactum hoc, vt ſupra cõceptum di-
ci poſſit illicitum, quia repugnat Summorum Pon-
15 tificum Conſtitutionibus, † quibus definitũ eſt pa-
cta ex quibus, etiam per indirectum, cogi poteſt de-
bitor Cenſus ad illius redemptionem, & extinctio-
nem eſſe illicita, *Felician. d.num.18. Gaſp. Roder, d.*
tract.de ann,reditib.lib.3.q.1.num.5. & 7. ſenſit *Rota*
coram b.m.Cardin.Blanchet. 24.Maij, 1596. in illa Eu-
gubina, ſeu Peruſina Cenſus, quæ eſt *poſt Tract. deciſ.*
115.num.2. & ſequitur in puncto *coram Reuerendiſ-*
ſimo D. Coccino Decano, 27.Martij, 1613. in illa nullius,
ſeu Meliuicenſi Cenſus, qua ibidem eſt deciſ.87. num.3.
16 Prior † verò opinio debeat intelligi quod hoc pa-
ctum ſit licitum, id eſt, non vſurarium, cum non in-
ducat neceſſitatem redimendi præcisè, principali-
ter, & propter ſe, ſed incidenter, & in pœnam moræ;
& ad faciliorem executionẽ ipſius contractus. nam
17 † attendi debet id quod inter partes principaliter
agitur, *l.ſi quis nec cauſam, ff.ſi cert. pet.*

Nec eſt verum quod pendente conditione con-
tractus ſuſtineatur quaſi mutuum in illa ſpe, vt di-
cebat *Felician.* vt bene reſpondet *Rota coram Reue-*
rendiſſimo P.D.Coccino Decano, 16.Martij, 1615. in illa
Meliuicenſi Cenſus, quæ eſt *in fine Tract. deciſ. 147.*
num.13.verſ.hanc tamen rationem. Et hæc intelligen-
tia, & conſideratio clarè deſumitur ex *Rota ibi, num.*
10. vbi loquens de hocmet pacto ſimpliciter, & ab-
ſolute concepto, & concepto in caſum moræ dicit,
quod quando eſt conceptum in caſum moræ ceſ-
ſant duo quæ faciunt contractum illicitum, ſcilicet,
præſumptio mutui, quæ facit contractũ vſurarium,
& ſic pro eodem accipit vſurariũ & illicitum. Non
eſt

eſt etiam contra ſubſtantiam contractus Cenſualis.
Ludou. Molina, in ſuo tract. de Contract. par. 2. diſputat.
391. *ad fin. Gabr. d. conſ.* 152. *num.* 5. *lib.* 1. ſequitur *Ro-
ta coram b. m. Iuſto,* 21. *Octobris,* 1605. *in illa Romana
Cenſus,* quæ eſt *poſt Tract. deciſ.* 152. *num.* 12. *& ſeq.*
Vnde illo reiecto, & vitiato adhuc contractus in ſuo
robore manet, vt conſiderat *Rota ibi. nu.* 15. *& Ro-
der. d. lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 7. *ad finem.*
18 Et † multò minus pactum hoc erit vſurarium &
contra ſubſtantiã contractus ſi non fiat, vt debitor
Cenſus ſimpliciter ob moram teneatur ſortem re-
ſtituere, ſed ob moram aliquot annorum, quia tunc
non cogitur directo & neceſſario redimere, ſed ſub
certa conditione, quam de facili euitare poteſt, &
ad hoc habet notabile aliquot annorum interual-
lum, *Roder. latè d. lib.* 2. *q.* 2. *num.* 67. *& ſeqq.* ſequitur
Ludou. de Auend. d. cap. 101. *num.* 5.
19 Ceterum † ſi pactum iſtud fuerit Iuriſiurandi re-
ligione confirmatum, cum per illud debitor Cenſus
non cogatur præciſè ad reſtitutionem ſortis, ſed in
caſu in obſeruantiæ, videlicet, ſi non ſolnerit con-
uento tempore, vel fideiuſſores, ſeu fundum non re-
nouauerit, prout cum iuramento promiſerat, vti-
que data inobſeruantia promiſſorum, contractus
reſoluitur ex regula *l. ſi quis maior, C. de tranſ.* & con-
tractu reſoluto tenebitur ad reſtitutionem pretij, ſi
ita emptor voluerit. Cum enim tale pactum non ſit
contra ſubſtantiam contractus, vt dictum eſt, ſed
dũntaxat contra ius poſitiuum introductum per
20 Pontificum Conſtitutiones, ſeruãdum † potius eſt
iuramẽtum ad quod iure diuino aſtringimur, quam
ius poſitiuum, etiam quod ſit præſtitum ſuper pa-
cto illicito, puta de ſoluendo vſuras quod eſſe ob-
ſeruandum dicunt *Natta conſ.* 497. *num.* 1. *lib.* 3. *Ne-
uiz. conſ.* 23. *num.* 8. *Hond. conſ.* 17. *num.* 38. *lib.* 2. *Surd.
conſ.* 294. *num.* 9. *& num.* 20. *verſ. Maior. & infra lib.* 2.
& probat tex. *in c. debitores, ext. de iureiur.* & in pa-
cto iurato loquitur *Gabr. d. conſ.* 152. & in his termi-
nis hanc opinionem amplectitur *Gratian. d. cap.* 258.
num. 20. & placuit *Rota coram b. m. Penia,* 31. *Maij,*
1591. *in illa Vrbeuetana Cenſus,* quæ impreſſa eſt *in
fine Tract. Deciſ.* 10. *num.* 7.
21 Quod † tamen ego intelligerem ſi mora fuerit
commiſſa ab ipſomet vẽditore Cenſus, qui iurauit;
ſecus autem ſi mora committatur ab illius hæredi-
bus, vel ſucceſſoribus ſingularibus cum iuramẽtum
ſit perſonale quo ad vinculum ſpirituale, nec tran-
22 ſeat ad hæredes & ſucceſſores iurantis, licet † ipſi
quoque teneantur ſeruare conuentiones & pactum
iuratum ſui Auctoris, vt multorum auctoritate dicit
Seraph. de Priuil. Iuram. Priuileg. 67. *n.* 23. & propte-
23 rea † cũ iuramentum Auctoris non liget animam
ſucceſſorum quo ad ipſos remanet purũ & ſimplex
pactum de extinguendo Cẽſum in caſu moræ, quod
tamquam illicitum, ſed non contra ſubſtantiam
contractus Cenſualis vitiatur, ſed nõ vitiat contra-
ctum, vt ſupra dictum fuit.
Ceterum alia non incõgrua videtur poſſe adiun-
gi dubitatio, an tale pactum quod dominus Cen-
ſus poſſit ad ſui libitum ſortem repetere, reddatur
licitum ſi addatur alia pactio, videlicet, quod caſu
quo dominus Cẽſus ſortem repetat teneatur in eam
imputare quidquid ex dicto Cẽſu vſque ad dictam
24 diem pro annuis reſponſionibus percepit. In † qua
difficultate partem negatiuam veriorem eſſe ſen-
tiunt *Nauar. in ſuis Commentar. de vſur. num.* 122. *q.*
35. *& Boccace. d. par.* 2. *num.* 53. *verſ. trigeſimo quinto,*
tum quod videatur repugnare *Conſtitutioni Pij V.*
prohibenti ſimpliciter & indiſtinctè paciſci ſuper
neceſſitate extinguendi Cenſum, tum quia eo caſu
cõtractus in effectu reſolueretur in ſimplex mutuũ,
& non poſſet dici contractus emptionis, & vendi-
tionis in quo emptor perfecto contractu non poteſt
pretium repetere, vt ſupra dictum fuit, & ita aperi-
retur via fraudandi leges prohibentes vſuras.
Ego verò, vt meum in hac difficultate interpo-
25 nam iudicium, cõtrariam † opinionem de iure ve-
riorem eſſe exiſtimo. Nam certo eſt certius quod ex
huiuſmodi pacto non ſolum nõ inducitur aliqua ſu-
ſpicio vſurarũ, ſed potius excluditur & penitus tol-
litur tam ex parte venditoris Cenſus, quia vigore
dicti pacti pecunia, quam ex pretio Cenſus rece-
perat remanet penes ipſum abſque aliquo onere, &
obligatione ſoluendi annuam reſponſionem, vel
aliquam pecuniarum quantitatem, vltra ſolam &
ſimplicem ſortem, & pretium Cẽſus receptum. Im-
mo ex tali pacto vtilitatem, & commoditatem reci-
piat dum per particulares ſolutiones poteſt pretiũ
reſtituere, vt mox dicemus. Quam ex parte empto-
ris, & domini Cẽſus, ex dicto enim pacto quam cla-
riſſime apparet quod ipſe emendo Cenſum nullum
habuit animum nec intentionem fraudandi leges,
prohibẽtes vſuras, nec aliquod illicitum lucrum ex
ſuis pecuniis faciendi, immo ex tali cõuentione non
modicum reſultat ipſius incõmodum & damnum,
dum repetendo pretium erogatum in emptionem
Cẽſus vult imputare fructus illucuſque perceptos in
ſortem. & pretium quod in emptione Cenſus inte-
grum vnica ſolutione erogauit, & numerauit, im-
putando in ſortem fructus perceptos minutatim, &
26 pluribus ſolutionibus recipit, nam † iſtæ diuiſiones
ſolutionum ſolent incommodum afferre recipienti.
Bar. in l. quidam, num. 2. *&* 3. *ff. ſi cert. pet. Hieron. Gabr.
conſ.* 155. *nu.* 19. *lib.* 2. *Anton. Neguſ. in ſuo tract. de pi-*
27 *gnor. & hypothec. par.* 5. *membro* 3. *num.* 12. & † pro-
pterea nemo illos inuitus cogatur recipere. *Cornu. in
conſil.* 103. *num.* 4. *lib.* 3. *Surd. conſ.* 441. *num.* 35. *lib.* 3.
28 Et licet † emptor non poſſit perfecto contractu
pretium repetere, non eſt tamen inconueniens pa-
ciſci cum venditore, vt de eius conſenſu cogi poſſit
ad illius reſtitutionem computatis fructibus illu-
cuſque perceptis in diminutionẽ, vel extinctionem
ipſius quaſi res vendita permanſerit penes empto-
rem loco pignoris pro ſecuritate pecuniarum ab eo
ſolutarum, quod nec per dictam *Pij V. Conſtitutio-*
29 *nem,* nec alio iure improbatum reperio, & † con-
tractus à cõuentione partium legem recipiunt, *l.* 1.
ff. depoſit. cum vulgar. Et in ſimili videmus, quod in
contractu emptionis & venditionis fuit à iure rece-
30 ptum pactum † addictionis in diem, vt ſcilicet, ſi
quis intra certum tempus obtulit venditori melio-
rem conditionem, diſcedatur ab emptione de quo
pacto loquitur totus *tit. ff. de in diem addict.* ſimili-
31 ter pactum legis † commiſſoriæ, quod eſt cum res
ita venditur, vt ſi pretiũ non ſoluatur in certo con-
uento tempore, res ſit inempta, *l.* 2. *& tot. tit. ff. de
leg. commiſſ.* & in vtroque pacto reſoluta venditione
fructus venditori reſtituuntur, vel cum pretio rece-
pto

Digitized by Google

32 pro compēſantur, vt † in pacto addictionis in diem,
eſt tex. in l. item quod dictum eſt. & in l. imperator. ff. de
33 in diem addict. & † in pacto legis commiſſoriæ, eſt
tex. in l. ſi fundum. ff. de leg. commiſſ. Et propius ad
rem noſtram videtur facere tex. in l. ſi res ita diſtra-
cta. ff. de contr. empt. & in §. pen. Inſtit. de empt. & ven-
dit. In quibus iuribus habetur quod liceat paciſci, vt
ſi emptori diſplicuerit intra certum terminum con-
tractus reſcindatur, & fructus percepti in ſorte an-
numerentur. Quam ob rem cur non licere debeat
in emptione annui Cenſus paciſci cum venditore,
vt emptor poſſit ab emptione recedere, & pretium
repetere imputādo omnes fructus & annuas reſpon
ſiones illueuſque perceptas & exactas in extinctio-
nem, vel diminutionem ſortis? & hanc ſententiam
videntur amplexi Ludou. Lopez, in d. ſua tract. de Con-
tract. lib. 1. cap. 60. in princ. Mich. Salon. d. tit. de Cenſib.
art. 3. controuerſ. 19. num. 2. verſ. appoſitum. Soto de Iu-
ſtit. & iure, d. lib. 6. & q. 5. art. 3. in 1. concluſ. & expreſ-
ſè Gaſp. Roderic. d. tract. de ann. reditib. lib. 2. quæſt. 1.
num. 3. in fine.

34 Eſt ſimiliter illicitum pactum, quod † debitor
Cenſus teneatur illum redimere intra certum con-
uentum tempus, vt dicit Conrad. in ſuo tract. de Con-
tract. quæſt. 84. in 5. concluſ. & Azor. Inſtitut. Moral. par.
3. lib. 10. cap. 17. num. 5. qui dicit huiuſmodi pactum
non eſſe in Republica permittendum cum Cenſus
emuntur, & ſub Pianæ Conſtitutionis prohibitione
eſſe comprehenſum, voluit Rota coram Seraph. deciſ.
269. per tot. par. 1. & coram b.m. Cardin. Blanchet. 19.
Iuny, 1594. in illa Romana Cenſus, quæ eſt impreſſa
poſt Tract. deciſ. 155. num. 1. & coram b.m. Corduba, 5.
Maij, 1597. in illa Romana nullitatis Cenſus, quæ eſt ibi-
dem deciſ. 124. num. 9. verſ. non obſtat quod pactum. &
coram b.m. Orano, 13. Nouembris, 1589. in illa Foroli-
uienſi Cenſus, quæ ibidem eſt deciſ. 117. num. 5. Et licet
35 † Leonard. Leſſ. in ſuo tract. de Iuſt. & iure, lib. 2. c. 22.
dubitat. 9. num. 51. videatur defendere hoc pactum
eſſe licitum & non damnabile, ipſe tamen loquitur
in Cenſu impoſito ſecluſa d. Bulla Pij V. vt colligi-
tur ex ipſomet d. cap. 22. dubitat. 12. in princ. de Cen-
ſu autem impoſito iuxta formam dictæ Bullæ ipſe
nihil loquitur, & ideo non recedendum à firmata
36 concluſione, immo † eſt amplianda, vt procedat
etiam ſi tale pactum non deducatur in ſtipulatio-
nem, ſi dominus Cenſus ſit aliunde certus & ſecu-
rus de futura extinctione, & redemptione Cēſus in-
fra tempus conuentum facienda. B. Anton. in ſua
Summa, par. 2. cap. 8. §. 14. ad finem, & faciunt ea quæ
37 diximus ſupra num. 5. Quod quidem pactum † erit
multò magis illicitum, & reprehenſibile ſi illi adij-
ciatur alia pactio quod ſi intra dictum conuentum
tempus Cenſus non fuerit redemptus & extinctus,
amplius redimi non poſſit, ſed remaneat irredimi-
bilis. Couar. Var. Reſol. lib. 1. c. 9. num. 9. & lib. 3. cap. 8.
num. 7. Fernand. Rebel. d. ſuo tract. de oblig. Iuſtit. lib.
10. q. 6. Cardin. Tolet. in ſua Inſtruct. Confeſſor. lib. 1. c.
48. verſ. ſolet tertium, in fine, refert Io. Franc. Leonis in
ſuo Teſauro fori Eccleſiaſt. p. 2. c. 15. de Cenſib. num. 61.
verſ. Primo. Hæc enim pactio repugnat tam diſpo-
ſitioni c. 1. & 2. de empt. & vend. inter Extrauag. Com-
mun. in quibus ita demum contractus iſte Cenſua-
lis approbatur ſi Cenſus vēdatur redimibilis, quam
dictæ Bullæ Pij V. Quia eodem tempore includit
vel neceſſitatem redimendi, vel irredimibilitatem
Cenſus, quorum vtrumque per dictam Conſtitutio-
nem reprobatur.

38 A quo † pacto nō multum videtur differre aliud
pactum quod venditor poſſit Cenſum redimere in-
tra certum tempus, quo elapſo, & non facta redem-
ptione exinde ſit in arbitrio, & poteſtate domini
Cenſus repetere ſortem, & pretium Cenſus, cum vt
ſupra dictum fuit, debeat eſſe in arbitrio venditoris
redimere Cenſum, non autem in arbitrio emptoris.
Rota coram b.m. Corduba, 19. Iunij, 1595. in illa Fauen-
tina bonorum, quæ eſt impreſſa in fine Tract. deciſ.
153. num. 8.

Licet autem hoc pactum cogens debitorē Cen-
ſus ad redimendum intra aliquod tempus repugnet
39 de directo Bullæ Pij V. & ſit illicitum, non † eſt ta-
men contra ſubſtantiam contractus Cenſualis, ita
vt illud reddat nullū & fœneratitium, vt vult Boc-
cacc. in d. ſuo tract. de Cenſib. par. 3. num. 55. & ſentit
Rota coram b.m. Orano, 13. Nouembris, 1589. in illa Fo-
roliuienſi Cenſus, quæ eſt in eod. Tract. deciſ. 117. num.
40 5. & 6. non † enim valet conſequentia hoc pactum
eſt improbatum à Pio V. in ſua Bulla: ergo eſt contra
ſubſtantiam contractus Cenſualis, vt diximus ſupra
hac ead. quæſt. 3. art. 1.

41 Pactum ſimiliter quod fundus † Cenſui obnoxius
intelligatur locatus domino Cenſus, & non poſſit
reuocari locatio donec Cenſus nō redimatur, tam-
quam cogens in quandam neceſſariam conſequen-
tiam, & per indirectum ad Cenſus redemptionem
eſt omnino illicitum, vt voluit Felician. de Solis, in
dd. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 2. lib. 1. cap. 10. num.
1. recedens à contraria ſententia, quam fuerat am-
plexus tomo 1. eod. lib. 1. & cap. 10. num. 13. verſ. igitur
ſcita. & pro inualiditate pacti expreſsè reſoluit Ro-
ta coram b.m. Cantuccio, 4. Februarij, 1583. in illa Ro-
mana nullitatis Cenſus, quæ eſt in fine Tract. deciſ. 144.
42 num. 4. Ceterum † cum iſtud pactum non reſpiciat
formam huius contractus traditam & innouatam
per Pium V. in d. ſua Bulla, & de iure communi non
eſſe improbatum facilè colligi poſſit ex iis, quæ tra-
dit Decian. loquens de valdè ſimili pacto conſ. 2. nu.
147. lib. 1. & ſic non ſit contra ſubſtantiam, ſed con-
tra naturam huius contractus, cum non reſpiciat ip-
ſum contractum Cenſus, ſed locationem ſi appona-
tur non vitiat contractum, ſed ipſum vitiatur, iuxta
ea quæ diximus ſupra hac ead. quæſt. 3. art. 1. & ex-
preſsè fuit dictum in dicta Romana nullitatis Cenſus
coram b. m. Cantuccio, num. 4. & ſequenti.

Eadem ratione quod induat quandam neceſſi-
43 tatē redimendi Cenſum habeatur pro illicito † pa-
ctum quod dominus Cenſus retineat loco pignoris
fundum ipſius debitoris fruendū vſque ad concur-
rentem quantitatem reditus donec Cenſus redima-
tur, vt tuto ſine procraſtinatione annuas penſiones
percipiat, Gaſp. Roder. in d. ſuo tract. de ann. reditib. lib.
2. quæſt. 11. num. 4. & ſeqq. de quo etiam pacto (quod
anticreſis appellatur, vt dicit ibi Roder. num. 1.) lo-
quitur etiam Feder. Martin. in ſua tract. de iure cenſ.
cap. 1. nu. 124. & ſeqq. & ſignanter num. 148. & ſeq.

44 Et multò magis eſt illicitum † pactum quod do-
minus Cenſus retineat pignora pretioſa, & vendi-
bilia æquiualentia ſorti principali, & pretio quo
Cenſus emptus fuit donec Cenſus redimatur, Gaſp.

Roder.

Digitized by Google

Roder. d. quæſt. 11. *num.* 40. tum quia emptor Cenſus eo caſu videtur ſortem penes ſe habere, cum tantumdem bonorum debitoris vendibilium habeat, 45 vt in ſimili dicitur, quòd † ſi debitor tradat creditori ſuo pignora æquiualentia credito ita vt non ſit ſpes luitionis, illa cenſeatur dediſſe in ſolutum pro credito. *Neguſ. de pignor. par.* 3. *membro* 1. *num.* 27. *Bal. in l. voluntas, num.* 9. *C. de fideic. Alex. in l.* 1. *§. per ſeruum, num.* 8. *ff. de acquir. poſſeſſ. Tiraq.* qui multos allegat *de Retractu Lignag. in Præfat. ſub num.* 36. *Soc. in d. §. per ſeruum, num.* 11. *&* 12. atteſtans de communi, & ſequenda in iudicando.

46 Ita † vt ſi res datæ pro pignore ſint prohibitæ alienari ſub pęna caducitatis, per talē traditionem incidant in pœnam commiſſi, perinde ac ſi eſſet facta formalis alienatio. *Corbul. in ſuo tract. de iure emphyteut. cauſa* 14. *ob alienat. irreq. dom. fact. limit.* 37. *num.* 47 6. & † ſubiaceant diſpoſitioni prohibenti alienationem rerum eccleſiaſticarum. *Redoan. in ſuo tract. de reb. eccleſ. non alien. quæſt.* 2. *cap.* 6. *nu.* 2. *verſ. ſed hoc intellige, & num. ſeqq.* tum quod per indirectum ex dicto pacto reſultet neceſſitas redimendi Cenſum dum venditor illius debeat carere commodo pignorum & ſoluere fructus Cenſus.

Supra firmata autem principalis concluſio quod pactum aſtringens debitorem Cenſus ad illius redemptionem, & extinctionem ſit illicitum & reprobatū debet vno modo ampliari, & altero limitari.

48 Ampliatur quidem † vt habeat locum non ſolum, quando venditur Cenſus fundatus ſuper re immobili, frugifera, & certis finibus deſignata, iuxta formam *Bullæ Pij V.* verum etiam dum venditur Cenſus fundatus ſuper antiquo Cenſu (quod fieri poſſe diximus *ſup. p.* 1. *c.* 3. *q.* 1. *art.* 3.) nam neque etiam in venditione huius noui Cēſus poſſe hanc pactionem inferentem onus & neceſſitatem redimendi adſcribi, affirmat *Felician. in dd. ſuis Commentar. de Cenſib.* 49 *tomo* 2. *lib.* 1. *cap.* 7. *nu.* 3. immo illam † eſſe illicitam, & vſuræ labe inuolui exiſtimat, ac proinde reditus perceptos eſſe per dominum Cenſus imputandos in ſortem principalem dicit: quoniam vt ipſe ſubiungit redimendi facultas, nec abſoluta, nec conditionata, & in particularem caſum & euentum reſtricta committi poteſt, nec vnquam debitor cogi ad redimendum, quod etiam ex *Bulla Pij V.* eſt diſpoſitum, quæ *Feliciani* ſententia in eo quod dicit hoc pactum vſuræ labe inuolui, & implicari repugnat iis, quæ firmauimus *ſupra hac ead. q.* 3. *art.* 1. multorum auctoritate, quod pacta contra hanc *Pij V.* prohibitionem non ſunt contra ſubſtantiā contractus cenſualis, nec vſuraria, licet ſint illicita, dum verò dicit hoc pactum eſſe illicitum veriſſimum puto, & alia 50 vrgenti ratione cōfirmatur. Cum † enim ex ſubſtantia contractus cenſualis ſit vt pereunte fundo Cenſus, vel eo infructuoſo reddito, pereat etiam Cenſus ita diſponente *Pio V. in d. ſua Bulla*, & nos dicemus *infra p.* 3. *c.* 1. *q.* 1. *&* 2. vtique tale pactum dici debet illicitum, & reprehenſibile, & omnino contrarium intentioni *Pij V.* & naturæ contractus cenſualis. Ex tali enim pacto illicitum grauamen venditori huius noui Cenſus reſultare poteſt, videlicet, quod teneatur illum redimere non obſtante quod ob extinctionem, & redemptionem prioris, & capitalis Cenſus, iſte nouus Cenſus tamquam remanſus abſque fundo, ampliùs non debeatur, nec quo ad ſortem, nec quo ad fructus, vt dicemus *infra d. par.* 3. 51 *quæſt.* 1. Cauere † igitur quilibet debet ne nouum Cenſum ſuper antiquo impoſitum emat, ſed potius partem antiqui Cenſus acquirat quod fieri poſſe admonuimus *ſupra par.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 1. *artic.* 3. *numero* 14.

Limitatur autem ſupra firmata principalis con- 52 cluſio, vt † non procedat ſi tale pactum fiat non inter emptorem, & venditorem Cenſus, ſed inter venditorem, & illos, qui pro eo in tali venditione fideiuſſerunt. *Gaſp. Roder. in d. ſuo tract. de ann. reditil. lib.* 2. *quæſt.* 13. *nu.* 24. *in fine, & num.* 28. *in princ.* & faciunt optimi textus *in l. Lucius, ff. mand. in l. ſi pro eo. C. eo. tit. & in c. fin. & ibi Scribentes, & Gloſ. ext. de fideiuſſ.* 53 In quibus Iuribus deciditur, † quod fideiuſſor poteſt ſibi per pactum prouidere, & proſpicere, vt debitor pro quo fideiuſſit teneatur illum à tali fideiuſſione eximere & liberare.

54 Neque obſtat *Bulla Pij V.* quoniam † illa debet intelligi ne debitor Cenſus poſſit cogi ad redimendum Cenſum à domino illius, non autem ab aliis perſonis, vt declarat *Felician. in dd. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo* 1. *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 17. *& Stephan. Gratian. in ſuis Diſceptat. Forenſ. tomo* 1. *cap.* 49. *num.* 15. *&* 16.

ARTICVLI NONI

SVMMARIA.

1 *Proteſtatio facta à contrahentibus de communi conſenſu in ipſo cōtractu ad limitandam illius obligationem, præſeruat ius proteſtantis.*

2 *Proteſtatio facta in actu venditionis Cenſus, quod cenſeatur impoſitus iuxta formam Bullæ, præſeruat illum à nullitate reſultante ob non ſeruatam formam dictæ Bullæ.*

3 *Intellige ſi ſit concepta verbis amplis, & prægnātibus.*

4 *Ampl. etiam ſi defectus ſit circa actualem numerationem pretij Cenſus.*

5 *Sed aliqui contrarium tenent.*

6 *Cautela ad tollendam difficultatem, vt adeatur ſignatura ſanctiſſimi, ante tamen latam ſententiam declaratoriam nullitatis non poſtea.*

7 *Limit.* 1. *Si talis proteſtatio ſit concepta ſimpliciter, & non verbis prægnantibus.*

8 *Proteſtatio contraria facto non prodeſt.*

9 *Fictio eſt aſſumere pro vero id quod eſt veritati contrarium.*

10 *Fingere nemo poteſt abſque legis auctoritate.*

11 *Proteſtatio in contractu Cenſus non prodeſt quando contrahentes vtuntur contractu Cenſus indiſtinctè, & cum nullitate.*

De effectu proteſtationis, quod contrahentes intendunt contrahere iuxta formam Bullæ Pij V.

ARTICVLVS NONVS.

NONVS fuit propoſitus diſcutiendus articulus, an in venditione Cenſus poſſit adhiberi aliqua cautela per quam ſaluetur cōtractus cēſualis à vitio nullitatis reſultātis ex eo, quod

in illo fuerit appoſitum aliquod pactum contra for-
mam Conſtitutionis *Py V, ſuper Cenſib*, & contra
ſubſtantiam contractus Cenſualis, & quoniam ad
hunc effectum fuit excogitata quædam proteſtatio,
quod contrahentes intẽdunt contrahere iuxta for-
mam dictæ Bullæ, qua vt plurimum Notarij in in-
ſtrumentis ſuper Cenſuum venditione celebrandis
1 vti ſolent, videndum eſt de effectu illius, nam † re-
gulare eſt quod proteſtatio ſi fiat in ipſo contractu
ad limitãdam illius obligationem, & illi ambæ par-
tes conſentiant, præſeruet Ius proteſtantis, vt apud
Scribentes eſt notiſſimum, *Bar. in l. non ſolum, §. mor-
te, num. 24. ff. de nou. oper. nunciat.* vbi *Alex. num. 13.
cum ſeq.* & alij communiter. *Abb. in c. cum M. Ferra-
rienſis, ſub num. 15. de Conſtitut. Alex. conſ. 27. num. 4.
lib. 4. Put. deciſ. 32. num. 3. lib. 2.* & propter hanc pro-
2 teſtationem † præſeruari cõtractum Cenſualem non
obſtantibus aliquibus pactis illicitis in eo appoſitis
fuit ſæpius reſolutũ in *Rota*, & ſignanter *coram b. m.
Orano, 13. Nouembris, 1589. in illa Forolunienſi Cenſus*,
quæ eſt *in fine Tract. deciſ. 117. num. 3. verſ. præſertim,
& num. 4. coram b. m. Cardinali Pamphilio, 29. Martij,
1593. in illa Beneuentana Cenſus*, quæ eſt *ibidem deciſ.
103. num. 1. & 2. coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato,
14. Ianuarij, 1602. in illa Romana Cenſus. quæ ibidem eſt
impreſſa Deciſ. 90. num. 1. & coram b. m. Cardinali Pam-
philio, 9. Iunij, 1604. in illa Aſſiſienſi Cẽſus, quæ eſt ibi'.
deciſ. 17. nu. 1. & coram R. P. D. Manzanedo, 28. Apri-
lis, 1608. in illa Ianuenſi Cẽſus, quæ ibidem eſt deciſ. 110.
num. 7. & coram Illuſtriſſimo Cardin. Lancelotto, 10. Iu-
nij, 1611. in illa Bononienſi Cenſus, quæ ibidem eſt deciſ.
95. num. 10.* & alias ſepius. In quibus ex aliis cauſis
fuit dictum dictam proteſtationem operari validi-
tatem cõtractus, perinde ac ſi fuiſſet celebratus ſine
illis pactis, & in omnibus & per omnia iuxta for-
mam & tenorem præfatæ Pianæ Conſtitutionis.

3 Hæc tamen † concluſio non eſt ita ſimpliciter in-
telligenda, ſed quod procedat dumtaxat ſi proteſ-
ſtatio fuerit cõcepta verbis ampliſſimis, & pregnan-
tiſſimis, puta quod ſi quid in illo contractu conti-
netur quod Conſtitutioni *Pij V.* repugnet, id omne
volunt haberi pro non appoſito, & econerſo. ſi quid
in dicto contractu deficiat ad implendam formam
dictæ Bullæ id volunt haberi pro appoſito, & adie-
cto, redigentes totum contractum, & ſingula in eo
contenta ad verum ſenſum, & tenorem dictæ Con-
ſtitutionis, quia iuxta illius formam ſe velle contra-
here, & non alias, aliter, nec alio modo, declarauc-
runt, & declarant. & talis proteſtatio propter vni-
uerſalitatem, amplitudinem, & prægnantiam ver-
borum, quibus concepta eſt, totam obligationem,
& contractum limitat, & redigit, ac ſi eſſet factus,
& celebratus iuxta formam & ad limites præfatæ
Conſtitutionis, vt declarat *Hieron. Gabr. conſ. 47. nu.
7. & 8. lib. 2.* ſenſit *Surd. conſ. 318. num. 24. verſ. quod
ſi a'i er, lib. 3.*

4 Etiam quod † contractus eſſet nullus ob non ſer-
uatam formam dictæ Bullæ circa requiſitam nume-
rationem pretij in promptu, & numerata pecunia
coram Notario & teſtibus in ipſo actu celebratio-
nis inſtrumenti, vt fuit dictum in *Rota coram R. P. D.
Manzanedo, 28. Aprilis, 1608. in illa Ianuenſi Cenſus*,
quæ eſt impreſſa *poſt Tract. Deciſ. 110. num. 5.* Verum
5 † quoniam quo ad hoc vitium reſpectu veræ nume-
rationis pecuniæ in ipſo actu contrahendi, & reſpe-
ctu aliorum quæ requiruntur tempore contractus
Rota viſa eſt ſentire hanc proteſtationem etiam am-
pliſſimis verbis conceptam non ſuffragari ad libe-
randum cõtractum à vitio nullitatis inde reſultan-
tis, & maxime *29. Martij, 1593. coram b. m. Cardin.
Pamphilio, in illa Beneuẽtana Cenſus*, quæ eſt *poſt Tract.
Deciſ. 103. num. 5.* & videtur ſenſiſſe, *9. Decembris,
1602. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancelotto in illa Ro-
mana nullitatis Cenſus*, quæ eſt *ibidem deciſ. 2. num. 8.*

6 Propterea † ad tollendam omnem difficultatem
bonum eſſet recurrere ad ſignaturam Sanctiſſimi,
vt conſulit *R. P. D. Io. Bapt. Marcheſan. in ſuo tract. de
Commiſſion. iuxta nouiſſimam impreſſionem, Par. 1.
Capit. de ſignat. Gratia diuerſa. nu. 175. & ſeqq. & cap.
de commiſſ. appellat. in cauſ. obligat. Cameral. §. 2. num.
49.* vbi inſerit formam commiſſionis, *& num. 58.* di-
cit ante latam ſententiam ſuper nullitate dicti Cen-
ſus aliqua cõcurrente cauſa ſolere per Papã ſignari
huiuſmodi commiſſiones ſanatorias, vt apparet in
d. Beneuentana Cenſus coram b. m. Cardin. Pamphilio. li-
cet poſt latam ſententiam declaratoriam nullitatis
Cenſuum, tales nullitates Papa ſanare non ſoleat,
cum Papæ mens, & intentio ſemper ſit tertio nolle
ius quæſitum auferre, niſi expreſſis verbis regulæ
deroget, vt in puncto dicit *Marcheſ. d. cap. de ſignatur.
Grat. num. 481. & d. §. 2. num. 91. & ſeq.* Vbi admo-
net dominos procuratores, & partes vt ſint ſolertes
in porrigendo tales commiſſiones ſanatorias nulli-
tatum Cenſus ante latam ſententiam, quia poſtea
erit difficilis gratiæ impetratio.

7 Si vero † proteſtatio non concipiatur verbis am-
pliſſimis & prægnãtibus, ſed cõtrahentes proteſten-
tur ſimpliciter, quod volunt, & intẽdunt cõtrahere
iuxta formam Conſtitutionis *Pij V.* & quod cõtra-
ctus intelligatur factus & celebratus iuxta formam
illius, & vlterius nõ progrediantur, huiuſmodi pro-
teſtatio non ſuffragatur, nec ſaluat cõtractum à vi-
8 tio nullitatis. tum quia † proteſtatio eſt contraria
facto, *l. cum plures, §. locator horrei, ff. locat.* tum quia
talis proteſtatio nil aliud efficit, niſi quod fingit
contractum illum, qui Bullæ cõtrariatur, cenſeri fa-
ctum, & celebratum iuxta formam Bullæ, & illi con-
9 uenire, fingere † autem nil aliud eſt quam aſſumere
pro vero id quod veritati contrariatur, *Doctor. in l. ſi
10 is, qui pro emptore, ff. de vſucap.* Homo autem † abſ-
que legis auctoritate fingere non poteſt, vt ibi dicũt
Interpretes communiter, & ſignanter *Bar. num. 24.
Iaſ. num. 175.* & alij omnes; ergo non poterunt con-
trahentes efficere, vt ille contractus, qui de directo
contrariatur Bullæ, illi conueniat & cenſeatur fa-
ctus, & celebratus iuxta illius normam, & ita con-
cludunt *Boceac. in ſuo tract. de Cenſib. par. 2. num. 138.
& ſeq. & Surd. d. conſ. 318. num. 22. lib. 3.*

Supra firmata autem concluſio, quod proteſta-
tio in ampliſſima forma & prægnantiſſimis ver-
bis concepta liberet contractum Cenſus à nullita-
te reſultante ex eo quod contrahentes adiecerint
aliquod pactum contra ſubſtantiam cõtractus Cen-
ſualis debet vno modo limitari vt non procedat
11 † ſi emptor, & dominus Cenſus vſus fuerit, con-
tractu illo; cum illis pactis, quia eo caſu dicta pro-
teſtatio non ſuſtineret contractum illicitum & nul-
lum ob dicta pacta, vt poſt *Boccacc. in ſuo tractatu,*
de

Digitized by Google

de Cenſib. par. 1. num. 95. & par. 2. num. 138. & ſeqq. dicit *Hector Felic. in tract. de Societat. cap. 29. num. 54.* vt viſa eſt ſentire *Rota coram b. m. Vicecomite, 11. Ianuarij, 1585. in illa Romana Cenſus*, quæ reperitur *in calce Tract. decſ. 143. num. 2.* Nam illa proteſtatio deſeruit ad ſuſtinendum Cenſum, non autem pacta illicita, & Bullæ contraria; quæ vult haberi pro non appoſitis, vt dicit *Rota coram Illuſtriſs. Cardinali Lancel. 9. Decembris, 1602. in illa Romana nullitatis Cenſus*, quæ eſt *ibidem deciſ. 2. num. 9.* & propterea quatenus proteſtans vti velit pactis præfatis proteſtatio non poteſt illi ſuffragari, nec contractum Cenſus ſuſtinere, & à nullitate ſaluare.

ARTICVLI DECIMI

SVMMARIA.

1 *Notarius ſcribens in contractu Cenſus aliquod pactum illicitum poteſt puniri, non tamen pena falſi, ſed alia.*

2 *Limitatur ſi in loco contractus vigeret conſuetudo apponendi talia pactu illicita in contractu Cenſus, quia tunc nulla pœna punitur.*

3 *Conſuetudo etiam irrationabilis excuſat à delicto, & à dolo.*

4 *Et conſequenter à pœna delicti.*

De pœna infligenda Notario ſcribente in contractu Cenſus pactum illicitum.

ARTICVLVS DECIMVS.

VLTIMVS ſupereſt articulus in hac tertia quæſtione explicandus. An ſi Notarius in inſtrumento quod conficit ſuper coutractu cenſuali ſcribat aliquam pactionem, & conuentionem illicitam, & quæ ſit contra ſubſtantiam contractus, ſit aliqua pęna dignus.

1 In qua difficultate † eſt breuiter affirmatiuè reſpondendum ex Theorica *Bart. in l. 1. verſ. nemo ad tertiam, C. de petit. bonor. ſublat. lib. 10.* vbi tradit hãc regulam quod Notarius ſcribens inſtrumentum ſuper re illicita incidit in pęnam, quam eſſe ab omnibus approbatam, dicit *Auguſt. de Arim. ad Angel. de Malefic. in verbo, falſario, num. 46.* ſed an puniatur pœna falſi Doctores non cõueniunt: attamen magis communiter tenetur quod non pęna falſi, ſed periurij, infamiæ, & priuationis officij plectatur, vt poſt multos dicit *Proſp. Farinacc. in ſua Pract. Criminali, in tract. de falſitat. & ſimulat. quaeſt. 154. num. 16. Andr. Gail. Obſeruat. lib. 2. obſeruat. 4. num. 2.*

2 Si tamen † in loco vbi illud inſtrumentum confectum fuit vigeret conſuetudo apponendi & ſcribendi in ſimilibus inſtrumentis cenſualibus talia pacta, quamuis illicita Notarius excuſaretur à dicta

3 pœna. Nam † conſuetudo etiam irrationabilis excuſat à delicto, dolo, & culpa. *Gloſ. in c. cum venera-*

4 *bilis, in verbo, migraſſe, ext. de conſuet.* & ſignanter † à pœna falſi, vt pluribus confirmat *Farinacc. in dicta ſua Practic. Quaeſt. 85. num. 11. & ſequentibus*, & in propoſito, ita firmat *Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. cap. 10. num. 30.*

De reſpicientibus Cenſum poſtquam eſt in eſſe deductus, & alteri iuſto titulo acquiſitus.

CAPVT SECVNDVM.

SECVNDVM ſequitur Caput principale huius ſecundæ Tractatus noſtri partis, in quo agendum propoſuimus de nonnullis, quæ conſideranda veniunt circa Cenſum, de quo agimus, donec ille eſt penes eũ, qui iuſto titulo illum acquiſiuit. quod iuris argumentum, vt aliqua methodo, vt cepimus, proſequamur multas eſſe neceſſarias indagationes credidimus; eas tamen ad infraſcriptas quinque redigendas eſſe ſumus arbitrati. vt

In prima agamus de nonnullis, quæ circa fundum Cenſui ſuppoſitum & illius occaſione conſiderari, & contingere poſſunt.

In ſecunda, de iis, quæ reſpiciunt perſonam eius, cui annua reſponſio, & annuus Cenſus debetur.

In tertia, de iis, quæ accidunt circa perſonam illius, qui ad Cenſus ſolutionem tenetur.

In quarta, de nonnullis reſpicientibus ſolutionem Cenſus.

In quinta, de actionibus, & remediis quibus Cenſus & annua reſponſio debita exigi poteſt.

De fundo Cenſus & illum reſpicientibus.

QVÆSTIO PRIMA.

QVONIAM in contractu cenſuali fundus ipſe ſuper quo Cenſus creatus & cõſtitutus fuit, poteſt duplici reſpectu cõſiderari, vno quidem habita relatione ad tempus quo Cenſus conſtituitur, & ſuper eo fundatur, & collocatur. altero verò habita relatione ad tempus poſtquam Cenſus fuit creatus, & fuit ad alium tranſlatus, & penes eum, qui iuſto titulo illum acquiſiuit permanet. & cum de fundo cenſito iuxta primam conſiderationem fuerit abunde Tractatum *ſupra par. 1. cap. 3. per tot.* reſtat vt aliqua de illo dicamus, iuxta ſecundam conſiderationem, quod in hac prima Quæſtione eſt quattuor Articulis explicandum.

In primò videbimus, an dominus fundi cenſuati poſſit illum ſuo arbitratu alienare.

In ſecundò agemus, de denunciatione per dominum fundi cenſuati facienda domino Cenſus ſuper futura fundi alienatione.

In tertiò, Diſſeremus de iure prælationis quod dominus Cenſus habet in alienatione fundi cenſuati.

In quartò, De iure retrahendi dictum fundũ domino Cenſus competente, quatenus omiſſa denunciatione ſit venditus.

ARTICVLI PRIMI
SVMMARIA.

1 *Hypotheca impedit dominij tranſlationem.*
2 *Maximè ſi ſit ſpecialis.*
3 *Fundus Cenſus quod alienari non poſſit, videtur tenendum.*
4 *Gregor. de Valentia negat in perſonam à qua ſit difficile exigere Cenſus annuos, in alias concedit.*
5 *Auctor indiſtinctè affirmatiuè concludit.*
6 *Quilibet eſt rei ſuæ moderator, & arbiter.*
7 *Vbi eſt caſus legis, non cadit dubitatio.*
8 *Hypotheca non reſiſtit venditioni, ſed tranſlationi dominij.*
9 *Venditio rei, & tranſlatio dominij illius ſunt diuerſa.*
10 *Venditor nõ tenetur transferre in emptorem dominium rei venditæ, ſed dumtaxat illam tradere.*
11 *Res aliena vendi poteſt.*
12 *Emens fundum cenſuatum ignoranter non agit ad reſciſſionem contractus, ſed pro liberatione à dicto onere.*
13 *Ex venditione fundi cenſuati non extinguitur cenſus.*

Fundus Cenſus, an ab eius domino vendi poſſit.

ARTICVLVS PRIMVS.

FVIT *ſupra parte 1. c. 1. quæſt. 1. art. 1. nu. 23.* multorum auctoritate concluſum, quod ex cõſtitutione, & creatione Cenſus conſignatiui de quo agimus, dominium rei, quæ Cenſui ſubijcitur, & ſubiugatur non tranſit in emptorem Cenſus, ſed penes imponentem remanet cum onere tamen expreſſæ, & ſpecialis hypothecæ ad fauorem domini Cenſus, vt diximus *d. par. 1. c. 2. q. 3. art. 1.* Vnde inſurgit occaſio dubitandi. An dominus fundi cenſuati poſſit illum arbitratu ſuo vẽdere, In qua difficultate pars negatiua videtur ea ratione tenenda, quia cum dictus fundus, vt dictum eſt ſit affectus onere ſpecia-
1 lis hypothecæ ad fauorem domini Cenſus, & † hypotheca impediat dominiũ rei hypothecatæ tranſlationem. *Grat. conſ. 95. num. 12. lib. 1. Soc. iun. conſ. 18. in fine. lib. 2. Ceph. conſ. 397. num. 85. lib. 3. Franc. Bec. conſ. 80. num. 7. lib. 1. Boer. deciſ. 282. num. 53. Crau. conſ.*
2 *381. num. 2. lib. 3.* & † abſque dubio ſi talis hypotheca fuerit ſpecialis, *l. ſi creditor, §. fin. ff. de diſtr. pignor. Caſſan. ad Conſuetud. Burgund. Rubr. 11. Des Cenſes. §. 6. num. 10. Anton. Neguſ. in tract. de pignor. & hypothec. par. 2. membro 1. num. 5. Vinc. de Franch. deciſ. Neapol. 355. num. 5. Hieron. Gabr. conſil. 66. num. 10. lib. 1.* & pro magis communi *Peregrin. in ſuo tract. de fi-*
3 *deicom. art. 51. num. 77.* videtur, quod † ratione dictæ hypothecæ impediatur fundi illius alienatio, ſaltem valida.
4 *Gregor.* † autem *de Valentia Comment. Theologic. tomo 3. diſput. 5. q. 22. de Cenſib. puncto 7. in princ.* conſiderando æquitatem naturalem negat rem cenſuatam alienari poſſe abſque conſenſu domini Cenſus, & illius dominium transferri in aliquem alium, à quo difficile ſit, & periculoſum pẽſiones extorquere, fieret enim eo caſu iniuria domino Cenſus, concedit autem irrequiſito domino Cẽſus dictam alienationem in aliquem à quo æquè tuto recipi poſſint penſiones cenſuales cum nullum periculum inde immineat emptori Cenſus.
5 Ego † verò partem affirmatiuam indiſtinctè te-
6 nendam eſſe cenſeo, tum † quia quilibet eſt rei ſuæ moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. mand. l. ſed & ſi lege, §. cõſuluit, ff. de petit. hæred. Rol. à Valle, conſ. 35. num. 8. lib. 3.* tum auctoritate *Pij V. in ſua Bulla*
,, *ſuper Cenſib.* qua legũtur hęc formalia verba, Quem-
,, admodum nec pactum auferens, aut reſtringens fa-
,, cultatem alienandi rem Cenſui ſuppoſitam, quia
,, volumus rem ipſam ſemper ac liberè & ſine ſolutio-
,, ne laudemij, ſeu quinquageſimæ, ſeu alterius quantitatis vel rei, tam inter viuos, quam in vltima voluntate alienari. Propter quam Pianam Conſtitutionem *fuit ſupra hac eadem par. 2. cap. 1. quæſt. 3. art. 4.* demonſtratum, nec etiam pacto fieri poſſe, vt facultas iſta auferatur, aut reſtringatur domino talis fundi. & hanc eandem opinionem amplexa fuit *Rota coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato, 14. Ianuarij, 1602. in illa Romana Cenſus,* quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 90. num. 11.*

Vnde cum hunc articulum habeamus reſolutum per dictam Pontificiam Conſtitutionem, omnis ceſ-
7 ſare debet dubitatio, quæ penitus ceſſat † vbi habemus caſum legis. *Gloſ. in l. ancillæ, C. de furt. Amb. conſ. 371. num. 4. Dec. conſ. 452. ad fin. Crau. conſ. 273. num. 7. verſ. circa quartam.*

Neque in hac parte conſtitutio illa continet aliquid exorbitans à iure communi, dum diſponit rem Cenſui ſuppoſitam poſſe alienari, quod videtur repugnare iis, quæ ſupra diximus de natura hypothecæ, maximè ſpecialis, quia licet verum ſit quod talis hypotheca impediat tranſlationem dominij rei hypothecatæ, non tamen ſequitur quin res illa vendi,
8 & validè alienari poſſit, nam † hypotheca non reſiſtit venditioni, & alienationi, ſed tantum trãſlatio-
9 ni dominij, quæ † tamquã diuerſa conſiderauit *Bar. in l. cum lex, num. 1. ff. de fideiuſſ.* quem ſequuta fuit *Rota coram Cardin. Seraph. deciſ. 787. nu. 13. p. 1.* Ven-
10 ditor † enim non tenetur dominium rei venditæ transferre in emptorem, ſed dumtaxat ad rei vẽditæ traditionem, *l. ex empto. in princ. ff. de act. empt. l. 1. ff. de rer. permut. l. traditio. ff. de acquir. rer. dom.* Vnde
11 † etiam rem alienam vendi poſſe reſpondit *I. C. in l. rem alienam, ff. de contr. empt. & Imper. in l. cum res, C. de probat. & ibi not. Gloſ. Afflict. deciſ. 40. num. 3.* & alij paſſim.
12 Neque † is, qui talem fundum cenſuatum emit onus hoc ſuper impoſitum neſciens, poterit cognita veritate agere ad contractus reſciſſionem, ſed agendum illi erit, vt venditor rem illam à dicto onere liberet, & pro liberatione redimat Cenſum præfatum & interim ſoluat Cenſus decurſos, & decurrendos vſque ad effectualem Cenſus redemptionem, vt docet *Io. Guttierez, Practic. Quæſtion. lib. 2. c. 169 num. 3.* quem refert, & ſequitur *Hieron. Ceuallos Practic. Quæſtion.*

ſtion. Commun. contra Commun. Quæſt. 469. nu. 8. & *Io. Bologuet. conſ. 31.* & nos diximus *ſup. par. 1. cap. 3. q. 4. num. 20. & 21.*

13 Sequuta † autem fundi Cenſuati alienatione, non propterea Cenſus deſuper impoſitus, & conſtitutus extinguitur, ſed tranſit cum ipſo fundo in illius emptorem, etiam onus ſoluendi annuam reſpõſionem. vt auctoritate *Couar. Var. Reſolut. lib. 3. cap. 7. nu. 10.* dixit *Rota in illa Romana Cenſus, 14. Ianuarij, 1602. coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato*, quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 90. num. 5.* & nos dicemus *infra hoc eod. cap. 2. quæſt. 3. art. 6. num. 3.*

ARTICVLI SECVNDI

SVMMARIA.

1 *Dominus Cenſus non poteſt venditionem fundi cenſiti impedire, nec ex ea laudemium prætendere.*

2 *Qui in vno grauatur, in alio debet releuari.*

3 *Ius, & Beneficium quod domino Cenſus concedit Bulla Pij V. vt in venditione fundi cenſiti alijs præferatur, eſt fundatum optimis rationibus.*

4 *Pactum quod ſi dominus fundi cenſuati velit vendere illum, teneatur requirere dominum Cenſus, valet.*

5 *Emphyteuta volens vendere melioramenta facta in re emphyteutica, tenetur requirere dominum directum.*

6 *Beneficium prælationis quod ex Bulla Pij V. datur domino Cenſus, eſt æquum, & rationabile. contra Nauar. & Molinam.*

7 *Onus impoſitum domino fundi Cenſui ſuppoſiti, vt debeat denunciare domino Cenſus illius venditionem, eſt introductum pro forma.*

8 *Denunciatio omitti non poteſt à domino fundi cenſuati, etiam quod dominus Cenſus aliunde ſciat futuram illius venditionem.*

Ampliatur ſiue ſit vendendus integer fundus Cenſui ſuppoſitus, ſiue illius pars, num. 10.

Ampliatur 2. vt ſit facienda cuicumque domino Cenſus, quocumque titulo illum acquiſierit, num. 13.

9 *Denunciatio quæ non requiritur ad effectum inducendæ ſcientiæ, ſed ad effectum, vt quid fiat, vel non fiat, eſt facienda etiam habenti ſcientiam.*

11 *Diſpoſitum de tota re habet locum in parte illius.*

12 *Cenſus non imponitur ſuper aliqua parte fundi, ſed ſuper integro fundo.*

14 *Hæres repræſentat perſonam defuncti.*

15 *Denunciatio debet fieri domino Cenſus cum omnibus conditionibus quibus venditio fieri debet.*

16 *Immo cum inſertione inſtrumenti ſuper dicta venditione conficiendi.*

17 *Denunciatio futuræ venditionis fundi cenſuati debet fieri ab emptore, non à venditore.*

18 *Dominus fundi cenſuati non ſtatim poſt factam denunciationem poteſt vendere, ſed debet per menſem expectare dominum Cenſum.*

19 *Emphyteuta volens vendere melioramenta, quæ fecit in re emphyteutica, debet poſt denunciationem factam domino directo, per duos menſes expectare.*

20 *Menſis quo dominus Cenſus debet expectari poſt denunciationem antequam fiat venditio eſt dierum continuorum, non vtilium.*

Non tamen computabuntur dies quo dominus Cenſus eſſet impeditus, num. 23.

21 *Terminus in dubio eſt dierum continuorum, non vtiliũ.*

22 *Maximè quando negotium non tractatur in forma Iudicij.*

24 *Menſis quot dierum eſſe debeat.*

De denunciatione facienda domino Cenſus, de venditione facienda fundi Cenſuati.

ARTICVLVS SECVNDVS.

SANCIVIT *Pius V. in ſua Bulla ſuper Cenſib.* quod dominus fundi cenſuati poſſit illum, tam inter viuos, quam in vltima voluntate liberè alienare, abſque ſolutione laudemij, ſeu quinquageſimæ, ſeu alterius quantitatis, vel rei, vt dictũ fuit in præcedenti articulo. Verum quoniam ex hoc videbatur reſultare non modicum grauamen contra eum qui ſuper dicto fundo Cenſum conſtitutum, &
1 fundatum habebat, tum † quia non obſtante dicto iure quod in re illa habebat dominus Cenſus non poteſt aliqua ratione eiuſdem rei venditionem impedire, nec ex tali venditione aliquod prætendere laudemium, vt conſiderat *Ludou. Molina, in ſuo tract. de Contract. par. 2. diſput. 372. num. 6. poſt princ. verſi. quin hodie. & diſput. 390. num 8. verſ. longè vero maiori.* tum quia tenetur Cenſum quandocumque reuendere, vt animaduertit *Thom. Boninſign. in ſuo tract. de Cenſib. cap. 9. num. 1. & ſeq.* Ideo idem San-
2 ctiſſimus & Iuſtiſſimus Põtifex cognoſcens † æquum eſſe vt qui in vno granatur in alio releuetur, *l. cum qui, in princ. & ibi Bart. Iaſ.* & alij communiter, *ff. de i reiur.* in duobus itidem dominum Cenſus releuare voluit. Primò, ſcilicet, vt debitor Cenſus volens vendere fundum cenſuatum teneatur denunciare domino Cenſus futuram dictæ rei venditionem. Secundò, vt ipſi in dicta venditione ceteris omnibus emere volentibus præferatur diſponendo per hæc
„ formalia verba. Vbi autem vendenda ſit volumus
„ dominum Cenſus omnibus alijs præferri, eiq. de-
„ nunciari conditiones quibus ſit vendenda. Et cum
3 † hæc diſpoſitio ſit fundata optima ratione, videlicet, ſuper iure quod dominus Cenſus habet in illa re vendenda ad fauorem, & releuamen ipſius, vt dixit *Rota coram Seraph. deciſ. 1474. num. 4. par. 2.* & repetiit *coram Illuſtriſs. Cardin. Ludouiſio, in vna Romana prælationis, 19. Nouembris, 1604.* quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 156. nu. 6.* Et non repugnet iuri communi, quia
4 † ſi pacto fieri poteſt, vt quoties dominus fundi cenſuati voluerit illum vendere teneatur id denunciare domino Cenſus, & illi potius, quam alteri pro eodem pretio vendere, argum. *l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de verb. oblig.* per quem tex. *Bald. in l. 1. poſt princ. C. Comm. vtriuſ.* & alij relati à *Tiraq. de Retractu Lignag. in Præfat. ſub num. 15. verſ. nam & ſi valet.* Ergo & multò magis id fieri potuiſſe Legiſlatoris auctoritate, & Summi Pontificis Conſtitutione dicendum eſt. prout in puncto probauit *Io. Guttierez, Practic. Quæſt. lib. 2. c. 167. nu. 1.* & confirmatur per *tex. in l. fin. §. 1. C. de iure emphyt. & in c. potuit, in princ. ext. de*
5 *locat.* in quibus iuribus diſponitur, † quod ſi emphyteuta velit vendere melioramenta, quę fortè fecit ſuper bonis, quæ in emphyteuſim retinet, nõ poteſt ſuo arbitratu, ſed tenetur requirere dominum

directum denunciando illi pretium, quod verè ab
aliis peteipere poteſt, & illum emere volentem om-
nibus aliis præferre, cuius diſpoſitionis exemplo
poſſumus uon inueriſimiliter affirmare fuiſſe per
Pium V. ſancitum, vt in venditione fundi Cenſuati
ſit neceſſaria denunciatio futuræ venditionis do-
minò Cenſus, & illũ eſſe omnibus aliis præferẽdum.
6 Ex quibus † ſatis manifeſtè apparere existimo
qnod onus iſtud denunciandi, & priuilegium præ-
lationis in venditione facienda eſt æquum, & ratio-
nabile, & non iure improbari à *Nauar. in ſuo Com-
ment. de vſur. num. 92. in 7. Gloſ.* dum dicit grauamen
hoc iuſtè potuiſſe omitti, cum nullo alio iure pro-
betur, & pet illud contractum iſtum de Cenſuali ef-
fici emphyteuticarium. & à *Ludou. Molina, d. diſput.
390. num. 8. verſ. vtrum autem.* dum aſſerit onus hoc
eſſe maximũ & poſſe principes ſeculares tuta con-
ſcientia non velle admittere, vt eorum ſubditi in
contractu merè ſeculari, qualis eſt Cenſualis, tanto
ſubiaceant grauamini. quod dixerat antea *d. di-
ſputat. 372. num. 6. verſ. verum autem quando.*

De iſto autem onere denunciandi, & priuilegio
prælationis eſt in hac quæſtione diſſerendum, de
primo in præſenti, de altero in ſequenti articulo.

Quantum autem pertinet ad onus denuncian-
7 di, hoc ſtatuendum eſt † illud fuiſſe introductum
pro forma, vt dixit *Rota coram Illuſtriſſimo Cardinali
Mellino, 31. Ianuarij, 1601. in vna Romana Vineæ,* quæ
eſt impreſſa *poſt Tract. Deciſ. 157. num. 3.* & antea di-
xerat *coram Seraph. deciſ. 1474. num. 3. par. 2.* & pro-
8 pterea denunciationem † præfatam omitti nõ poſ-
ſe, etiam quod dominus Cẽſus haberet aliunde no-
titiam & ſcientiam de futura dicti fundi venditio-
ne, nam eo etiam caſu eſſe neceſſariam ſpecificam
& formalem denunciationem, voluit *Rota* in dictis
reſolutionibus factis *coram Seraph. & Illuſtriſſ. Ludo-
uiſ.* mox relatis, & firmauit *coram eodem Illuſtriſſimo
Cardinali Ludouiſ. in vna Romana Vineæ, 26. Iunij,*
1609, quæ eſt *ibidem. deciſ. 158. num. 8.* Quod non
9 caret ratione, † quia cum denunciatio prædicta re-
quiratur non ad effectum dumtaxat quod dominus
Cenſus ſciat quod fundus cenſuatus eſt vendendus,
& de dicta futura vẽditione ſcientiam, & notitiam
habeat, ſed vt poſſit deliberare, & declarare an ve-
lit ipſe emere vel non, non ſufficit quod ipſe domi-
nus Cenſus aliunde futuram venditionem ſciat, im-
mo nec quod venditio fuerit facta ipſo præſente,
ſed pro validitate venditionis requiritur & eſt ne-
ceſſaria ipſa denũciatio, iuxta Theoricam *Bar. in l.
denunciaſſe, §. quid ergo. ſub num. 3. verſ. in iſto caſu.*
quem §. legit vnà cum *l. qui vxori, ff. ad leg. Iul. de
adult.* & illam Scribentes communi voto amplexi
ſunt, vt teſtatur *Rim. iun. conſ. 510. num. 67. & 68.
lib. 5.* vbi alios allegat, & in puncto refert *Caſſan. ad
Conſuetud. Burgund. Rubr. 11. Des Cenſes, §. 4. in tex. de
dan. quarante. num. 1.* Quæ concluſio habet locum
10 † non ſolum quando eſt vendenda tota res oneri
Cenſus ſuppoſita, verum etiam ſi ſit vendenda ali-
qua illius pars, & voluit *Io. Azor. in ſuo tract. Inſtit.
Moral. par. 3. lib. 10. cap. 11. quæſt. 2. verſ. ceterum.* ea
11 ratione, quia lex † ſtatuens aliquid de toto habet
quoque vim in parte eius, *l. quæ de tota, ff. de acquir.
hæred.* & poteſt comprobari alio fundamento, quia
12 † Cenſus non cenſetur impoſitus & conſtitutus ſu-
per aliqua parte fundi cenſuati, ſed ſuper toto, &
integro, vt diximus ſupra auctoritate *Rotæ in vna
Romana Cenſus, 30. Octobris, 1602. coram Illuſtriſſimo
Cardinali Mellino, quæ in fine Tract. eſt deciſ. 1. num. 3.*
& propterea quælibet pars illius cenſetur affecta ad
fauorem domini Cenſus, ita vt nulla eius pars alie-
nari poſſit non facta dicta denunciatione. Quæ fie-
13 ri † debet cuicumque domino Cenſus, vt declara-
uit *Rota in illa Rom. prælationis coram R. P. D. Duno-
zet, 26. Iunij, 1617,* quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 307. nu. 4.*
ſiue ipſe Cenſum emerit à primo illius venditore,
14 ſiue ſit illius hæres, † qui perſonam eius repræſen-
tat. *Auth. de iureiur. à mor. præſtit. in princ.* ſiue etiam
emptori Cenſus titulo aliquo ſingulari ſucceſſerit,
quia Cenſus tranſit cum ſuo priuilegio, & benefi-
cio, vt dicebat *Io. Azor. d. lib. 10. cap. 12. verſ. quæres
an etiam.*

15 Hanc † autem denunciationem faciendam eſſe
non ſolum cum conditionibus, quibus venditio fie-
ri debet, vt diſponit *Pius V. in dicta ſua Conſtitutione,
in verſ. ſupra allegat.* & non obſcurè ſenſit *Rota co-
ram R. P. D. meo Vbaldo, 15. Decembris, 1614. in illa
Romana Retractus domus,* quæ eſt *in fine Tract. deciſ.*
16 *71. num. 1.* Sed † etiam cum inſertione totius inſtru-
menti ſuper dicta venditione conficiendi & cele-
brandi relicta copia domino Cenſus denunciato,
exiſtimo per tex. *in Clem. cauſam, & ibi Gloſ. de elect.*
& alia apud *Caſſan. d. §. 4. in tex. Sara denonce. n. 1. et 2.*

Verum enimuero circa hanc denunciationem,
quæret forte quiſpiam à quonam ſit facienda. An
à domino fundi cenſuati vendere volente, an verò
17 ab eo qui illum emere vult & intendit, & cum † hoc
Papa in dicta ſua Conſtitutione non declaret, ſed
impersonaliter loquatur, videtur quod ſit potius fa-
cienda ab ipſo emere volente, quam ab alio, quia
magis ſua, quam venditoris intereſt rem non retra-
hi, vt conſiderauit *Rota coram Illuſtriſſimo Cardinali
Ludouiſio, 19. Nouembris, 1604. in illa Romana præla-
tionis,* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 156. num. 9.*

18 Facta autem † denunciatione cum ſuis qualita-
tibus, & circumſtantiis, non tamen poterit domi-
nus fundi cenſuati ſtatim fundum illum vendere,
ſed ex forma eiuſdem Conſtitutionis debebit per
menſem expectare dominum Cenſus vt deliberet
& declaret an velit necne fundũ illum emere. quod
videtur mutuatus *Pius V.* & tex. *in l. fin. §. 1. C. de*
19 *iure emphyt. & ex c. potuit, ext. de locat.* In † quibus
poſtquam fuit diſpoſitum quod emphyteuta volẽs
vendere melioramenta ſi quæ fecit in & ſuper bo-
nis quæ in emphyteuſim retinet, teneatur requirere
dominum directum an emere velit, & illum ceteris
præferre, dicitur quod adhuc emphyteuta tenetur
per duos menſes expectare dominum directum.
Sed *Pius V,* dictum terminũ legalem duorum men-
ſium reſtrinxit ad vnum menſem dumtaxat.

Circa quem menſem poſſet dubitari an eſſe de-
20 beat vtilis, an verò continuus. Et † quod debeat
eſſe dierum continuorum Cenſeo ex *Rebuf. in tract.
de Nominat. quæſt. 11. num. 6. verſ. tertio quæro. Boſſ. in
ſua Pract. crimin. in tit. de Iniur. num. 25.*

21 Nam † in dubio quilibet terminus cenſetur con-
tinuus *Soc. conſ. 118. num. 6. lib. 4. Tiraq. de Retr. li-
gnag. §. 1. Gloſ. 11. num. 21. Bard. in ſuo tract. de tem-
por. vtil. vel contin. cap. 8. num. 1. Phanucc. de Inuentar.*

hæred.

Digitized by Google

hered. par.1. num.19. Io.Bapt.Bocci. de ſtatutar. Vrb. præſcript. Gloſ.2. num.19. Aſin.in ſua prax.iudiciar.in princ.cap.8. num.17. & ſeqq. & §.12. cap.1. Et maxime cum negotium hoc non tractetur in forma iu-
22 dicij, † quo caſu tempus deberet eſſe vtile. *Alex. conſ.114. per tot.lib.5.* & in puncto ita in hoc articulo reſpondit *Io.Azor.d.lib.10.cap.12.verſ.quæres an Primus.* vbi ſubdit, quod fortaſſe domino Cenſus
23 legitimè impedito intra mẽſem, † dies, qui durante legitimo impedimento elabi contigerit, non computabuntur. Quot autem dierum debeat eſſe menſis iſte non videtur facile reſolui poſſe. certant enim
24 inter ſe Scribentes an † menſes debeant eſſe omnes prout currunt, vt voluit *Boccacc. d.Gloſ.2. num.18. Bard.d.tract.cap.2. ſub num.2. Bertuz. in ſuo tract. de Clauſul.inſtrum.Clauſula 41. Gloſ.3.ſub num.6.* An verò omnes debeant eſſe triginta dierum, vt ſentiunt multi relati à *Luca Pet.in ſua Pract.Capitolin.For. lib. 5. cap.12.num.8.* Nec defuerunt qui alias opiniones excogitarunt, vt latè demonſtrat *Marian. Socin.ſen. in cap.ſacro, num.240. cum multis ſeqq. vſque ad num. 150. de ſent.excomm.* Mihi aũt pro reſolutione propoſitæ dubitationis, valde placet diſtinctio quam magis communiter afferunt Scribentes diſtinguentes: An ſimus in caſu, in quo à Lege, Conſtitutione, vel ab homine non fuerit ſtatutum, nec expreſsè diſpoſitum, à quonam tempore incipiat menſis. An verò ſimus in caſu, in quo id diſpoſitum & expreſsè determinatum reperiatur: Vt primo caſu menſis aſſumatur vel pro duodecima parte anni, vt poſt *Gloſ.* & communiter *DD. in cap.quam ſit, §.electus, in verbo, menſem, de elect.in 6. & Bald.& al. in l.de diuiſione, ff.ſol.matrim.* dicit *Lambertin. de iurepatron. lib.2. par.2. q.1. art.14.nu.3. ad fin.verſ. Si verò ius.* & explicat *Alex.* loquens de menſe dierum vtilium, *conſ. 114.num.13. lib.5.* Vel quilibet menſis debeat eſſe triginta dierum. *Alex. d.conſ.114. num.12.* & bene declarat *Tiraq. d.Gloſ.11. num.19. Menoch. de arbitr. Iudic. lib.2.cent.1. caſu 50. num.12.& ſeq. Horat.Carpan.ad Statut.Mediol. cap.430. num.7.* Et in terminis huius primi caſus poſſunt procedere aliquæ opiniones relatæ à *Soci. l. ſup. cit.* Secundo verò caſu menſis accipiatur prout occurrit: ita vt id quod à die aſſignati termini deficit de menſe currenti, debeat ſuppleri de menſe proximè ſubſequenti. *Gloſ. in d.cap.quam ſit,* quam communiter recepi teſtatur *Alex.in d.l.de diuiſione, num.4. poſt Bal.& Imo.ibi, & alios alibi.* quam ſequitur etiam *Rocch. de Curte de Iurepatron.in verb.Honorificum, q.52. num.85.* qui ſimiliter ex mente *Butr. in cap. licet. de ſuppl. neglig. Prælat.* teſtatur *Gloſ. illam* eſſe communiter approbatam: & clarius explicat *Lambertin. d. num.3.* licet *Alex. d.conſ.114. num.11.* illam reſtringat ad menſem dierum continuorum.

His præmiſſis, deueniendo ad reſolutionem propoſitæ difficultatis. Cum *Pius V. in d. ſua Bulla* diſponat dominum Cenſus eſſe expectandũ per menſem poſt factam denunciationẽ, & ſic ſentiat menſem incipere à die factæ denũciationis, & iſte menſis debeat eſſe dierum continuorum, vt dictum eſt; vtique iuxta terminos ſecundi caſus debet eſſe, prout occurrit: ita tamen, vt quot dies deficiunt de eo menſe, quo fuit facta denunciatio, tot debeant ſuppleri de ſequenti. Exemplo rẽ demonſtremus, vt faciunt *Alex.d.nu.4. & Lambertin. d.nu.3.* Pone quòd denunciatio fuerit facta die decima Ianuarij, & ab illa die incipiat currere menſis; cùm de eo menſe Ianuarij iam effluxerint nouem dies, & ſic ad effectum vt menſis compleatur, deficiant nouem dies, illi erunt deſumendi à ſequenti menſe Februarij: ita vt menſis, per quem eſt expectandus dominus Cenſus, terminetur die decima Februarij, quo caſu menſis erit dierum triginta vnius. Et ſimiliter ſi menſis incipiat die decima Februarij, complebitur die decima Martij ſubſequentis: & ſic erit dierum viginti & octo: & ſic de ſingulis.

ARTICVLI TERTII

SVMMARIA.

1 *Dominus Cenſus in emptione fundi cenſiti, debet omnibus alijs præferri.*
2 *Dominus Cenſus volens præferri, debet emere cum conditionibus quibus alij emunt.*
3 *Dominus directus in emptione melioramentorum in re emphyteutica factorum, omnibus alijs præfertur.*
4 *In iure prælationis attenditur prioritas Cenſus, non maioritas illius.*
5 *Siue Cenſus fuerit creatus poſt Bullam Pij V. ſiue poſtea.*
6 *Bulla Pij V. concedens ius prælationis, quòd non ſit ſeruanda in locis non ſubiectis Eccleſiæ, ratione temporalis iuriſdictionis, ſenſit Nauarrus.*
7 *Contrarium voluit Surdus, conſ.281.*
8 *Auctor diſtinguendu conciliat.*
9 *Dominus Cenſus in emptione fundi cenſiti non excludit proximos conſanguineos, nec laterantes vicinos, vbi vigore ſtatuti viget ius congrui.*
10 *Princeps in dubio non præſumitur velle iuribus tertij præiudicare.*
11 *Lex quantumuis generalis ita debet intelligi ne ex ea inferatur præiudicium iuri tertio quæſito.*
12 *Regula de non tollendo iure alteri quæſito, præſeruat ius quomodolibet quæſitum.*
13 *Regula de non tollendo iure quæſito, eſt in ſpecie & expreſsè derogandum.*
14 *Regula de non tollendo iure quæſito, non procedit in iure conditionali, ſed in iure de præſenti quæſito.*
15 *Donatio inter viuus non ideo minus dicitur inter viuos quod illius effectus ſit collatus poſt mortem donatoris.*
16 *Domino Cenſus poteſt per indirectum auferri ius prælationis, ſi Cenſus redimatur ante venditionem fundi cenſiti.*
17 *Fundus cenſitus liberatur ab hypotheca, qua afficitur per impoſitionem Cenſus, ſi Cenſus redimatur, vel extinguatur.*
18 *Cauſa ceſſante, ceſſat effectus.*

De priuilegio Prælationis per Bullam Pij V. conceſſo domino Cenſus.

ARTICVLVS TERTIVS.

EADEM Piana Conſtitutione edita ſuper forma creãdi Cenſus *in verſ.Vbi aũt vendenda ſit, volumus dominum Cenſus omnibus alijs*
1 *præferri, &c.* diſponitur † q quandocumque dominus

Digitized by Google

nus fundi oneri Cenſus ſuppoſiti voluerit illum vendere factæ dictæ futuræ venditionis denunciatione domino Cenſus, iuxta formam in præcedenti articulo traditam, debeat dominus Cenſus in emptione dicti fundi quibuſcumque aliis emere volentibus antepoui. Ex quo iure prælationis multæ in dies exoriuntur dubitationes & controuerſiæ, vt ex pluribus *Sacræ Rotæ* deciſionibus poteſt apparere, & ſignanter apud *Seraph. deciſ.* 1475. & aliis infra allegandis: & in illa *Rom. Vineæ, 31. Ian.* 1601. *coram Illuſtriſſimo Mellino*, quæ reperitur impreſſa *poſt Tract. Deciſ.* 157. *& coram Illuſtriſſimo Ludouiſio in alia Rom. Vineæ, 26. Iunij,* 1608 *quæ ibidem eſt deciſ.* 158. & ſæpe in aliis cauſis.

Circa quod beneficium prælationis hoc obſer-
2 uandum eſt, quod non † poteſt dominus Cenſus illo vti, niſi eum ſua cauſa, ideſt emendo fundum illum cum omnibus conditionibus, & pactis, quibus alij emptores ad emptionem admitti cupiunt, vt dicebat *Rota Diuerſ. deciſ.* 475. *num.* 8. *par.* 1. & in terminis fuit reſolutum *coram R. P. D. meo Vbaldo, 15. Decembris,* 1614. *in illa Romana retractus domus* quæ eſt impreſſa *poſt Tract. Deciſ.* 71. *num.* 2. vbi hāc concluſionem confirmat à ſimili de emphyteuta,
3 † qui ſi velit vendere melioraméta, quæ in re, quam in emphyteuſim retinet fecit, debet domino directo prædicere pretium, quod ab alio reuera percipere poteſt, & illum emere volétem pro eodem pretio aliis emere volentibus præferre, *l. fin. §. 1. C. de iure emphyteut. c. potuit, ext. de locat. Corbol* qui plura cumulat, *in ſuo tract. de iure emphyteut. cauſa* 14. *de alienat. irreq. domino fact. quaſt.* 2. *num.* 2. Vnde optima ratione dicebamus ſupra in præced. articulo, quod dominus fundi tenetur in denunciatione, quam de neceſſitate facere debet domino Cenſus, de futura fundi cenſuati venditione, inſerere omnia pacta, & omnes conditiones quibus fundus ille vendendus eſt, vt poſſit deliberare an ſibi expediat, emere, necne. Hoc autem ius prælationis competit domino Cenſus ad excluſionem aliorum, qui alios Cenſus ſuper eodem fundo poſtea conſtitutos etiam maio-
4 ris quantitatis habeant, Nam † iſte anterior, licet eius Cenſus ſit minoris quantitatis, eſt præferendus in emptione fundi cenſuati; vt per bonas rationes deduci: *Rota coram R. P. D. Dunozet in illa Romana prælationis, 20. Aprilis* 1618. *quæ eſt poſt Tract. Deciſ.*
5 308 *num.* 8. *& ſeqq.* ſiue † iſte anterior Cenſus fuerit creatus poſt promulgationem *Bullæ Pij V. ſuper Cenſibus* ſiue poſtea: quia omni caſu prior dominus debet in venditione fundi cenſuati præferri; vt fuit reſolutum per *Rotam, in d. Romana prælationis, nu.* 18.

Sed circa hoc ipſum ius prælationis fuit etiam aliquando dubitatum, an huiuſmodi Piana conſtitutio dans domino Cenſus prælationem, ſit ſeruanda nō ſolum in Statu Eccleſiaſtico, ſed etiam in aliis locis non ſubiectis Eccleſiæ, ratione temporalis iu-
6 riſdictionis. Et licet † *Nauar. in ſuo Comment. de vſuris, num.* 106. *verſ.* 3. *& num.* 108. *verſ. Tertio,* videatur tenere negatiuam ſententiam, eo fundamento, quia Bulla præfata in hac parte non declarat aliquid eſſe peccatum, nec præſumi eſſe tale: Nihilo-
7 minus hanc *Nauarri* ſententiam † ex profeſſo impugnat *Surdus conſ.* 282. *per tot. lib.* 2. vbi per multas rationes omnes tendentes ad demonſtrandum, quòd *d. Bulla* det formam cōtractui cenſuali, quam dicit conſtari ex omnibus clauſulis in eadem Bulla contentis & expreſſis: & propterea, ſicut non poteſt omitti in aliis partibus citra nullitatem actus, ita neque in iſta.

8 Ego verò † in hac controuerſia adhiberem hanc diſtinctionem, quòd in locis vbi præfata Bulla fuit publicata & vſu recepta, debeat in qualibet ſui parte obſeruari, & liget omnes vbique, etiam in terris ratione temporalis iuriſdictionis Eccleſiæ non ſubiectis: In iis verò locis, in quibus nec promulgata, nec vſu recepta fuit, in hac parte, quæ verè non reſpicit peccatum, nec interpretationem legis diuinæ, vel naturalis, non liget omnes: licet quo ad concernētia peccatum vel ſalutem animarū ſit vbique ſeruanda: vt dicit *Surd. d. conſ.* 282. *num.* 13. & fatetur ipſe quoque *Nauar.* & nos diximus *ſup. par.* 1. *cap.* 3. *quaſt.* 1. *art.* 6. & ad dicta per *Surdum d. conſ.* 282. reſpondeatur ex iis quæ dicemus *infra art. ſeq.* Sed non iniucunda excitari poſſet dubitatio, an dominus Cenſus vigore dicti Priuilegij, vt omnibus aliis præferatur in emptione fundi Cenſui ſuppoſiti, poſſit illo vti contra proximiores conſanguineos domini fundi illius, vel contra proximiores vicinos, & laterantes fundo præfato vendendo in locis in quibus vigent ſtatuta cōcedentia retractum ratio-
9 né ſanguinis vel vicinitatis? In † qua dubitatione partem negatiuam amplexi fuerunt *Nauar. in ſuo Commentar. de vſur. num.* 127. *quaſt.* 44. *& Ludouic. Molina, in ſuo tract. de Contract. par.* 2. *diſput.* 394. *nu.* 8. tum ne aperiatur via eludendi conſtitutionem iuris congrui, & fraudandi proximos conſanguineos & vicinos laterantes ſuo æquiſſimo iure prælationis,
10 tum † quia in dubio non præſumitur Princeps velle præiudicare iuribus tertij, *l.* 2. *§. merito, ff. ne quid in loc. public. cum vulgar.* Quam ſententiam amplexa fuit *Rota in vna Rom. Domus, 22. Iunij,* 1611. *coram Illuſtriſſimo Lancelotto, quæ eſt poſt Tract. deciſ.* 306. *per tot.* & ſignanter *num.* 4. *&* 5. & confirmat *Scacc. in ſuo tract. de Commerc. §.* 1. *q.* 1. *num.* 245. *verſ. Secunda difficultas eſt.*

Quæ rationes non videntur ſublatæ ex iis quæ cōſiderauit *Boccar. in ſuo tract. de Cenſib. par.* 2. *nu.* 63. Quia licet conſtitutio præfata *Pij V.* cōcedens domino Cēſus dictum priuilegium prælationis ſit vni-
11 uerſalis, † debet tamen ita intelligi, vt non inferatur præiudicium iis qui habetent ius potentius ex Statuto, conſuetudine, vel aliunde; vt dixit *Rota in d. Romana Domus, num.* 5. & ne ex ea inferatur præiudicium iuribus alteri quæſitis, ita ſuadente regu-
12 la, *de non tollen. iure quaſito,* † quæ preſeruat ius quomodolibet quæſitum, *Cæſar de Graſſ. deciſ.* 1. *nu.* 2. *de*
13 *verbor. ſignific.* & † cui eſt expreſsè, & in ſpecie derogādum. *Idem Cæſar deciſ.* 3. *de Reſcript. & d. deciſ.* 1. *de verbor. ſignific. num.* 10. *Put. deciſ.* 265. *num.* 2. *& ſeq. lib.* 2. Nec repugnat quod ius iſtud competens conſanguineis, & vicinis non videatur radicatum, & perfectè acquiſitum de præſenti, ſed potius con-
14 ditionale, † in quo non habet locum dicta regula de non tollendo iure quæſito. *Rom. conſ.* 256. *in fine. Pariſ. conſ.* 82. *num.* 37. *lib.* 4 *Gigas conſ.* 127. *num.* 13. *Put. deciſ.* 264. *num.* 2. *lib.* 2. *Rota Diuerſ. deciſ.* 966. *par.* 3. quoniam reſpondetur, quod immo ius iſtud competens proximioribus conſanguineis & vicinis

eſt

Digitized by Google

eſt purum, radicatum, & non conditionale, licet ef-
fectus illins ſit ad certum caſum dilatus, vt dicitur
de donatione inter viuos, cuius executio, & effectus
15 reiicitur ad caſum futuræ mortis donantis, † quæ
non propterea deſinit eſſe donatio pura, & irreuo-
cabilis inter viuos. *Gloſ. in l. fin. C. de pact.* latè *Socin.*
ſen. conſ. 53. per tot. lib. 1. Dec. conſ. 655. num. 11. qui
alios allegat.

Sed quæri poteſt an aliqua dari poſſit cautela per
quã dominus Cenſus ab huiuſmodi priuilegio præ-
lationis excludatur. In qua difficultate breuiter, &
16 concluſiue procedendo, videtur quod † domino
Cenſus poſſit facili negotio auferri ius iſtud per in-
directum ſi redimatur, & extinguatur Cenſus ante-
quam res ſuppoſita vendatur. Cum enim domino
Cẽſus hoc ius competat ex eo quod habeat dictam
rem quodam nexu ſibi obligatam, vt diximus ſupra
17 *art. 2.* extincto, † & redempto Cenſu res ipſa cen-
ſuata liberatur à dicta obligatione, *l. item liberatur,*
& ibi Gloſ. ff. quib. mod. pign., vel hypoth. ſolu. Neguſ. in
ſuo tract. de Pignor. par. 6. membro 2. num. 11. Ruin.
18 *conſ. 178. lib. 1.* Et † per conſequens dominus Cen-
ſus amittit omne ius quod ſibi mediante illa hypo-
theca competebat, cũ ceſſante cauſa debeat etiam
ceſſare effectus, *c. cum contingat, ext. de appell.* & ita
hanc dubitationem reſoluit *Nauar. in d. ſuo Commen-*
tar. de vſur. num. 127. quæſt. 43. & ſequitur *Boccac. in*
d. ſuo tract. de Cenſib. par. 2. num. 61.

ARTICVLI QVARTI

SVMMARIA.

1 *Dominus Cenſus poſſidens fundum cenſitum, ſi ille*
vendatur ab illius domino non facta denunciatione,
poteſt illum retinere.
2 *Dominus Cenſus poteſt fundum cenſitum ipſo non de-*
nunciato venditum, ab emptore retrahere.
3 *Ampliatur vt poſſit retrahere à quocumque etiam ſe-*
cundo, vel vlteriore emptore, ſecundum aliquos, nu. 3.
Contrarium volunt alij & placet auctori, num. 7. &
ſeqq. num. 13.
4 *Venditio fundi cenſiti facta prætermiſſa denunciatione,*
non dicitur perfecta.
5 *Immo eſt nulla, & irrita.*
6 *Vendens rem cum pacto de redimendo concepto in rem,*
& verbis directis, poteſt illam retrahere à quocumque
tertio emptore.
Contrarium alij, num. 11.
Prima procedit quando pro obſeruantia pacti fuit hy-
potecata res vendita, num. 12.
8 *L. non dubium, C. de legib. limitatur 1. quando actus*
reprobatur tantum de iure ſpeciali.
9 *L. non dubium, C. de legib. procedit tantum quando lex*
procedit prohibendo.
10 *Bulla Pij V. ſuper cenſib. in verſ. contractuſq., ſub alia*
forma, &c. Intellectus.
13 *Dominus Cenſus poteſt agere ad intereſſe contra domi-*
num fundi qui illum vendidit non facta denunciatio-
ne, quando non poteſt illum retrahere à poſſeſſore.
14 *Dominus Cenſus retrahens fundum cenſitum à poſſeſ-*
ſore, poteſt in pretio computare pretium Cenſus, ſecun-
dum aliquos.
Contraria ſententia eſt verior, num. 15.
15 *Bulla Pij V. concedens domino Cenſus retractum fun-*
di cẽſiti vẽditi non facta denũciatione, eſt exorbitans.
16 *Debet intelligi vt iacet, nec extenditur.*
17 *Dominus Cenſus retrahere volens, non tenetur deponere*
pretium.
17 *Nec poteſt expellere colonum.*
19 *In retractu debet reſtitui totum & integrum pretium*
erogatum.
20 *Retrahere volens, tenetur ſoluere iuſtum pretium.*
21 *Retractus qui fit ex Bulla Pij V. regulatur à Retractu,*
qui fit iure cõſanguinitatis, vel vicinitatis.
22 *Actum faciens cenſetur ſe alligare legibus loquenti-*
bus de illo actu.
23 *Retractus qui conceditur ex Bulla Pij V. poteſt fieri*
non ſolum quando res fuit vendita.
24 *Verum etiam quando fuit data in ſolutum creditori.*
25 *Retractus qui fit ex beneficio Bullæ Pij V. habet locum*
etiam in venditione facta à Iudice ad haſtam Iudicia-
rio nomine.
Intellige quando Iudex vendit alicui tertio licitanti, ſe-
cus ſi rem illam addicat creditori, num. 28.
26 *Venditio facta à Iudice cenſetur perinde ac ſi eſſet fa-*
cta ab ipſa parte.
27 *Venditio quæ habet principium voluntarium, licet fiat*
à debitore coacto per Iudicis ſententiam, dicitur vo-
luntaria.
29 *Bulla Pij V. loquens in venditione fundi cenſuati non*
habet locum in addictione, & datione in ſolutum fa-
cta à Iudice.

De iure Retractus quod dominus Cenſus habet contra emptorem fundi Cenſui ſuppoſiti.

ARTICVLVS QVARTVS.

DIXIMVS ſupra art. ab hinc. 2. fuiſſe
per *Pium V. in ſua Bulla ſuper Cenſib.*
pro forma conſtitutum, quod ſi domi-
nus fundi oneri Cenſus ſuppoſiti il-
lum vendere velit, teneatur de neceſſi-
tate denunciare domino Cenſus futuram venditio-
nem cũ omnibus ſuis cõditionibus, & qualitatibus.
1 Ex qua concluſione infertur, quod † ſi prætermiſ-
ſa dicta denunciatione fundus cenſitus venditus
fuerit. ſi dominus Cenſus illum ex alia cauſa poſſi-
deat, poſſit eum retinere, & emptorem repellere, vt
fuit reſolutum in *Rota coram Illuſtriſſimo Cardinali*
Ludouiſio, 26. Iunij, 1609. in illa Romana Vineæ, quæ
eſt impreſſa *poſt Tract. Deciſ. 158. num. 1. & ſeqq. &*
in illa Romana prælationis coram R.P.D. Dunozet, 2.
Aprilis, 1618. quæ eſt ibid. deciſ. 308 num. 1. Si autem
2 † dominus Cenſus fundum illum non poſſideat, ſed
ex contractu venditionis fuerit ad alium tranſlatus
poſſit ab illo vigore huius Pianæ Conſtitutionis re-
trahere, vt declarauit *eadem Rota coram Seraph. deciſ.*
1474. ſub num. 2. verſ. neque obſtat. & *coram R.P.D.*
meo Vbaldo, 10. Maij, 1614. in vna Romana Retractus
domus, quæ eſt *ibidem deciſ. 159. per tot.*

De hac facultate retrahendi eſt in hoc articulo
differendum, & circa illam ſunt aliquot Quæſtio-
nes diſſoluendæ.

Prima

Digitized by Google

Prima eſt, An ius iſtud retrahendi poſſit exerceri
non ſolum contra primum, ſed etiam contra ſecun-
dum, & vlteriorem emptorem rei ſuppoſitæ oneri
Cenſus, quando in prima, vel aliis ſequentibus ven-
ditionibus fuit prætermiſſa requiſita denunciatio.
3 In hac difficultate † videtur ſentiendum ius iſtud
poſſe exerceri cōtra quemcumque dictæ rei empto-
rem, cum enim venditio præfata præſupponatur fa-
cta præter & contra formam dictæ Pianæ Conſtitu-
4 tionis omiſſa denunciatione, videtur † quod non
fuerit perfecta, vt declarauit *Rota coram Seraph. d.*
5 *decſ.* 1474. *num.* 2. *in fine*. Immo quod ſit † nulla &
irrita, vt conſiderauit *Ludou. Molina, in ſuo tract. de
Contract. par. 2. diſput.* 372. *num.* 6. *verſ. quando autem*,
per regulam, *l. non dubium, C. de legib.* à quo non vi-
detur diſſentire *Felician. de Solis, in ſuis Commentar.
de Cenſib. tomo* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 9. Venditione
autem nulla exiſtente non poteſt ex ea ſequi aliquis
effectus excluſiuus domini Cenſus, quo minus con-
tra quemcumque emptorem dictæ rei, nulliter ven-
ditæ vti poſſit iure ſuo prælationis, quia quod nul-
lum eſt, nullum poteſt operari Iuris effectum, *l. non
pectauit, §. non quænis, ff. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* &
hæc opinio videtur quod poſſit confirmari ex alia
6 Doctorum traditione, quæ † eſt quod in vim pacti
de retrouendendo poſſit primus vēditor à ſecundo,
vel alio emptore rem vendicare, maxime quando
pactum fuit conceptum in rem, & verbis directis.
Boer. deciſ. 182. *num.* 48. *Couar. Var. Reſolut. lib.* 3. *cap.* 8.
ſub num. 3. *verſ. hinc apparet. Caſſan. conſ.* 63. & pro-
bat *Felician. d. num.* 9. *verſ. & quamuis*.
7 Mihi † tamen hæc opinio vndequaque non pro-
batur. Cum enim *Pius V.* in dicta ſua Conſtitutio-
ne non procedat annullando vēditionem aliter fa-
ctam, immo nec prohibeat quidem vēditionem fieri
abſque denūciatione, ſed dumtaxat ſtatuat, & præ-
cipiat denunciationem fieri, non videtur quod ex
ea inferri poſſit quod venditio aliter facta ſit nulla
& inualida. Nec repugnat regula *d. l. non dubium*,
quoniam habet multas limitationes, & ad propoſi-
8 tum noſtrum vna eſt, † vt non habeat locum quan-
do actus reprobatur de iure ſpeciali, ſed tātum pro-
cedat quando annullatur de iure communi. *Bal. in
l.* 1. *C. ſi aduerſ. vendit.* cum aliis allegatis à *Socin. iun.
conſ.* 47. *num.* 16. *lib.* 3. Sed venditio fundi Cenſui
ſuppoſiti facta non præcedente denunciatione de
qua ſupra non reprobatur, neque annullatur ex ali-
qua cauſa oriente à iure communi, ſed per dictam
Conſtitutionem *Pij V.* iure quodam ſpeciali intro-
ducto fauore domini Cenſus, vt diximus *ſupra hac
ead. quæſt. art.* 1. merito, &c.
9 Altera eſt limitatio † vt habeat locum dumtaxat
quando lex procedit prohibendo, ita probat tex. *in
l. fin. ad fin. iuncta, l. præcedenti*, & ibi hoc ponderat
ſolus *Salic. C. de ſentent. ex breuic. recitan. Alex. conſ.*
24. *num.* 3. *lib.* 4. *Felin. in c. ſicut, ſub num.* 29. *in verſ. ſe-
cus quando lex, ext. de ſent. & re indic. Iaſ. in d. l. non du-
bium, num.* 16. *&* 17. *verſ. limita iſtam regulam. Ale-
xand. Trentacinq. Variar. Reſolut. vol.* 1. *lib.* 3. *in tit. de
Cenſib. reſolut.* 1. *nu.* 4. *verſ. contra hanc.* poſt hæc ſcri-
pta viſus, qui iſtos allegat, & optimè declarat *Corn.
conſ.* 203. *num.* 9. *lib.* 3. *Tiraq. de Retract. lignag. in Præ-
fat. ſub num.* 31. *Iaſ. in l.* 1. *num.* 10. *ff. de liber. & po-
ſthum.* vnde nō poteſt vſurpari in caſu noſtro in quo
dicta Piana Conſtitutio non diſponit prohibendo,
vt dictum eſt. Nec refert quod *Pius V. ibi ad finem
Bullæ in verſ. contractuſq., ſub alia forma poſt hac cele-
brandos*, &c. fœneratitios iudicari mandet contra-
ctus Cenſuum ſub alia, quam ibi tradita forma, ce-
lebratos, & per conſequens videatur prohibere ſub
pœna nullitatis, quod cōtractus venditionum fun-
di cenſiti non fiant abſque denunciatione, quam
ſupra eſſe faciendam de neceſſitate diſpoſuerat. Li-
cet *Surd. conſ.* 282. *num.* 4. *& ſeqq. lib.* 2. *& Aluar. Va-
laſch. Conſult. tomo* 1. *conſult.* 133. maxime *num.* 3. *&
ſeqq.* ſentiant omnia diſpoſita in *d. Bulla* tendere
ad inducendam formam ſubſtantialem contractus
Cenſualis, & omnia ibi diſpoſita requiri copulatiuè
pro forma ſubſtātiali dicti cōtractus; verior tamen
10 videtur ea opinio, quoniam mens † & intētio Papæ
in d. verſ. cōtractuſq. &c. fuit annullare, & declarare
fœneratitios illos cōtractus, qui in poſterū celebra-
rentur contra ea, quæ ſunt de ſubſtantia contractus
Cenſualis, de quibus dictū eſt *ſupra hac par.* 2. *cap.* 1.
quæſt. 3. *art.* 1. non autem illos, qui celebrarentur
contra ea, quæ ſunt natura, & accidunt dicto con-
tractui, prout eſt denunciatio de qua agimus, quæ
non reſpicit formam, & ſubſtantiam dicti cōtractus
dum in eſſe deducitur, & Cenſus ipſe conſtituitur &
venditur, ſed accidit poſtquam Cenſus eſt conſtitu-
tus, & ad alium tranſlatus. Et quod talis ibi fuerit
mens & intentio Papæ, dixit *Rota coram Seraph. deciſ.*
1431. *num.* 3. *par.* 2. *& coram b. m. Cardinali Pamphi-
lio*, 26. *Iunij*, 1600. *in illa Bononienſi Cenſus, quæ eſt im-
preſſa poſt Tract. Deciſ.* 116. *num.* 4. & ſenſit *coram
R. P. D. Manzanedo*, 12. *Ianuarij*, 1607. *in illa Rauenna-
tenſi Saluiani Interd. quæ eſt ibidem deciſ.* 142. *num.* 9.
verſ. vltra prædicta. Nam, vt diximus *ſup. hac* 2. *par.
cap.* 1. *q.* 3. *art.* 1. *num.* 30. duo facit *Pius V. in d. ſua
Bulla*. Primum, dat formam contractui Cenſus. Se-
cundum, improbat nonnulla pacta, & prohibet ne
illa in dicto contractu inſerantur. In *d.* autem *verſ.
contractuſq., ſub alia forma*. reſpexit ad ea quæ ten-
dunt ad reprobationem pactorum, vt voluit *Rota
coram Reuerendiſſimo Coccino Decano, in illa nullius, ſeu
Meliniceuſis Cenſus*, 26. *Maij*, 1614. quæ eſt *poſt Tract.
Deciſ.* 146. *num.* 6. & in eadem cauſa *coram eodem*, 16.
Martij, 1615. quæ eſt *ibidem deciſ.* 147. *num.* 2. & nos
diximus *d. art.* 1. *num.* 35. aliorum auctoritate.
Non obſtant rationes & argumenta conſiderata
per *Surdum & Valaſch.* quoniam illis benè & latè re-
ſpondet *Sigiſm. Scaccia in ſuo tract. de Commerc.* §. 1.
quæſt. 1. *num.* 245. *verſ. tertia difficultas. & infra.* quem
indicaſſe ſufficiat. Nec etiā refragari videtur, quod
pactum de retrouendendo poſſit exerceri contra ſe-
cundum. & alium vlteriorem emptorem, quoniam
11 † præterquam quod negatiuam ſententiam am-
plectitur *Crau. conſ.* 12. *num.* 7. & alij multi relati ab
eo, *conſ.* 201. *num.* 1. *& ſeq. lib.* 1. & à *Boer. d. deciſ.* 182.
12 *nu.* 18. *& ſeqq.* dicitur etiam quod affirmatiua † opi-
nio poſſet habere locum, quando pro obſeruantia
dicti pacti fuiſſet hypothecata res ipſa vendita ge-
neraliter, vel ſpecialiter, quoniam dicta hypotheca
maxime ſi ſit ſpecialis, impedit dominij tranſlatio-
nem, vt fuit dictum *ſupra hac ead. quæſt. art.* 1. Sed ad
fauorem domini Cenſus nullibi reperitur quod res
Cenſui ſuppoſita ſit ſpecialiter, immo, nec genera-
liter quidem hypothecata in caſu, quo illa vendere-
tur

tur omiſſa denunciatione, ſed dumtaxat pro ſolu-
tione Cenſus, & pro immunitate fundi ſuppoſiti,
merito, &c.

Quamobrem in eam venio ſententiam quod do-
minus Cenſus ob alienationem rei cenſitæ ſecũda,
vel alia vice factam ſit excluſus à beneficio retractus,
& quod non poſſit ius prælationis, ſibi ex Bulla *Pij
V.* conceſſum contra tertios emptores exercere, ſed
13 quod † dumtaxat ſibi ſaluum ius agẽdi ad intereſ-
ſe cõtra primum impoſitorem Cenſus, qui rem Cen-
ſui ſuppoſitam denunciatione prætermiſſa vẽdidit,
*arg. l. qui tibi, C. de hæred. vel act. vend. & l. qui ancil-
lam, C. de act. empt.*

Vel poſſumus hanc difficultatem definire ex iis,
quæ latiſſime cumulauit *Card. Mantica, in ſuo tract. de
tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 32.* qui per multos
numeros *à num. 44. vſque ad num. 96.* examinat. an &
quando pactum de redimendo poſſit exerceri con-
tra tertios poſſeſſores.

Ceterum admiſſa pro vera opinione affirmatiua
quod dominus Cẽſus poſſit rem Cenſui obnoxiam
ipſo non denunciato venditam retrahere etiam à
ſecundo vel vlteriore illius emptore. Alia ſuboritur
difficultas, an in retractu faciendo poſſit dominus
Cenſus ad computum pretij bonorum retrahendo-
rum computare quidquid ipſe erogauerat in em-
ptionem Cenſus, & quidquid ipſe conſequi debet
occaſione fructuum dicti Cẽſus decurſorum, & non
ſolutorum. In qua indagatione videtur prima con-
14 ſideratione verior † pars affirmatiua ne alterã ſen-
tentiam ſequẽtes incidamus in alterum ex duobus
abſurdis, & incõuenientibus, ſcilicet, vel quod Cen-
ſus ſuſtineatur ſuper ſola perſonali obligatione,
quod eſſe à contractus Cenſualis ſubſtantia omni-
no alienum fuit demonſtratum *ſupra par. 1. cap. 3.
quæſt. 1. art. 6.* Quoniam cum dominus Cenſus re-
trahendo fundum cenſitum efficiatur illius domi-
nus, non poteſt fundus ille remanere obligatus pro
ſolutione Cenſus ad ſuimet fauorem, cum res pro-
pria nemini poſſit eſſe obligata, *l. neque pignus, ff. de
reg. iur.* & per conſequens Cenſus deberetur, & ſol-
ueretur ex ſola perſonali obligatione; Vel quod ius
iſtud & facultas retrahẽdi, quæ per dictam Pianam
Conſtitutionem fuit conceſſa fauore domini Cen-
ſus, vt fuit dictum *ſupra hac ead. quæſt. art. 1.* in illius
odium, & præiudicium retorqueretur contra regul.
l. quod fauore, ff. de legib. quia ex eo quod Cenſus ſu-
per ſola perſonali obligatione conſiſtere non po-
teſt, redigeretur ad purum, & ſimplex mutuum, &
creditum, & forſan cum maxima difficultate illud
exigendi.

Contraria tamen, & negatiua opinio mihi ma-
15 gis placet. Cum enim dicta Conſtitutio *Pij V.* † ſit
exorbitans à iure communi, vtpote tollens primo
dicti fundi emptori libertatem emendi, & reſtrin-
gens facultatem liberam de re propria diſponendi,
& in quemcumque illam libere alienandi vt de iure
cuilibet permiſſum eſt de re ſua, *l. dudum, l. inuitum,
C. de contr. empt. l. nec emere, C. de iure deliber.* vt per
hanc rationem talem iudicauit dictam Bullam *Ro-
ta coram R. P. D. meo Vbaldo, 10. Maij, 1614. in illa Ro-
mana retractus domus,* quæ eſt impreſſa *poſt Tract. De-
ciſ. 159. num. 3. & in eadem cauſa coram eodem, 15. De-
16 cembris eiuſdem anni, vt ibidem deciſ. 71. nu. 6.* eſt † ac-
cipienda vt iacet, & non extẽdenda vltra quam lo-
quatur, *l. ſi verò, §. de viro, ff. ſol. matr.* & ob hanc
rationem, quia Bulla non diſponit dicebat *Rota co-
ram Illuſtriſſimo Cardinali Mellino, 31. Ianuarij, 1601.
in illa Romana vineæ,* quæ eſt *ibidem deciſ. 157. num. 2.*
17 dominum † Cẽſus volentem retrahere fundum ſuo
Cenſui ſuppoſitum alteri venditum non arctari ad
faciendum depoſitum. & pro hac opinione ſatis vi-
detur facere id quod dicebat *Cardin. Mantica, in d.
ſuo tract. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 10. nu. 26.*
quod cum dicta Piana Cõſtitutio ſimpliciter velit,
18 quod † dominus Cenſus in venditione rei Cenſui
ſuppoſitæ præferatur, & non diſponat quod res illa
ad eum tranſeat ſine onere, ſi cam emat non poterit
expellere colonum habentem pro obſeruantia lo-
cationis rem illam ſibi hypothecatam reddens ra-
tionem, quia cum dicta Bulla ſit exorbitans à iure
communi debet intelligi, vt minus illud corrigat,
quam ſit poſſibile, *c. cum dilectus, ext. de conſuetud.
l. ſi debitor, C. de diſtract. pignor.* Ex quibus vi-
detur cõcludendum, quod Conſtitutio præfata de-
beat in propoſito articulo interpretari, vt det fa-
cultatem domino Cenſus quod retrahat à quibuſ-
cumque etiam ſecũdis, & vlterioribus emptoribus,
nõ autem quod in retractu cogere poſſit eum à quo
retrahit vt ad computum pretij computet id quod
ipſe impenderat & erogauerat in emptionem Cen-
ſus, nec fructus decurſos & non ſolutos, vt in puncto
dixit *Rota coram R. P. D. meo Vbaldo, 10. Maij, & 15.
Decembris, 1614. in illa Romana Retractus domus,* quæ
ſunt *in fine Tract. deciſ. 159. num. 3. & deciſ. 71. nu. 7.*

Licet enim hoc forte poſſet deſiderare, & præ-
tendere dum ipſe in prima venditione vult alteri
præferri, & negotium agitur inter dominum Cen-
ſus, & eum qui illum impoſuit, & conſtituit; vide-
tur tamen abſurdum dicere quod hoc illi conceda-
tur poſtquam venditio habuit effectum & fundus
cenſitus tranſiuit ad manus plurium perſonarum,
quæ integrum dictæ rei pretium venditoribus per-
ſoluerunt. nam ſi eo caſu dominus Cenſus volens
retrahere non teneretur ſoluere totum & integrum
pretium in pecunia numerata ei à quo retrahit, ſed
poſſet eum pretio compenſare quidquid ipſe eroga-
uit in emptionem Cenſus, ac fructus illius decurſos,
& ſibi nõ ſolutos, maximum ſequeretur abſurdum,
quod retractus non fieret cum iiſdem cõditionibus
quibus venditio facta fuit, prout faciendum eſſe ſu-
pra deduximus. Nam ille à quo res illa retrahitur
non reciperet totum, & integrum pretium, quod
ipſe dum eandem emit realiter & cum effectu ero-
19 gauit, prout † reſtituendum eſſe pluribus docet *Ti-
raq. de Retractu lignag. §. 1. Gloſ. 16. num. 1. & ſeqq.* ſed
reciperet illud diminutum, & conſequenter iniu-
ſtum, & ſic non ſatisfieret regulis retractus, quæ di-
20 ſponunt, quod † volens retrahere teneatur ſoluere
pretium iuſtum, *Afflict. in ſuo tract. de iur. prothom.
§. 2. num. 17. & ſeq. Marc. Mant. in eod. tract. num. 26.
Palthar. Benedell. in ſimili tract. §. In primis, num. 62.*
21 ſecundum † quas regulas eſſe procedendum in re-
tractu qui fit ex beneficio Bullæ *Pij V.* non obſcure
ſenſit *Rota in dicta Romana retractus domus, coram R.
P. D. meo Vbaldo, 10. Maij, 1614. quæ eſt poſt Tract.
Deciſ. 159. num. 3.*

Nec obſtant ea quæ ſupra in contrarium fuerunt
conſide-

conſiderata, quoniam retractu fundo Cenſus, & ac-
quiſito illius dominio domino Cẽſus extingui Cen-
ſum ipſum, & reſolui in ſimplex creditum eſt de na-
tura contractus Cenſualis, cum non poſſit conſiſte-
re in ſola obligatione perſonali, & eo ipſo extin-
guatur, quod fundus ſuppoſitus trãſit in dominium
domini Cenſus, vt dicemus *infra par. 3. c. 1. quaſt. 4.*

Nec videtur habenda in conſideratione illa in-
commoditas; cum in neceſſariam conſequentiam
contingat & ſequatur ac proueniat ex propria ip-
ſius retrahentis voluntate, dum vult deſideriũ pro-
prium explere emendo fundum Cẽſui ſuppoſitum,
vnde de ſe ipſo, non de alia perſona conqueri de-
22 bet, argum. *c. damnum, de reg. iur. in 6.* nam † faciens
actum cenſetur ſe aſtringere legibus loquentibus
de illo actu, *Bal. per illum tex. in l. ſi duo, ff. de acq. hæ-
red.* cum aliis allegatis à *Surdo conſ. 298. num. 10. &
ſeq. lib. 2.*

Supra firmata autem concluſio quod dominus
Cenſus poſſit rem cenſitam retrahere, vel à primo
tantum emptore ſecũdum noſtram opinionem, vel
à quocumque etiam ſecũdo, & vlteriore, debet am-
23 pliari vt procedat † non ſolum quãdo fundus cen-
ſitus fuit alienatus titulo veræ & propriæ venditio-
nis, ſed etiam quando fuit creditori pro ſuo vero
24 credito in ſolutum datus, cum † talis datio in ſolu-
tum vim veræ venditionis obtineat, & venditio di-
catur, *l. fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. Socin. iun. cõſ.
47. num. 9. lib. 2.* per quam rationem ita firmauit
*Rota coram Illuſtriſs. Cardin. Ludouiſio, 16. Iunij, 1609.
in illa Romana vinea*, quæ eſt in *calce Tract. deciſ. 158.
num. 9. & ſeqq.*

Sed dubitari poſſet, an habeat etiam locum in
venditione facta à Iudice iudiciario nomine, & par-
25 tem affirmatiuam † amplexa fuit *Rota coram eodem
Illuſtriſs. Cardin. Ludouiſio, 19. Nouembris, 1604. in illa
Romana Prælationis*, quæ eſt *ibidem deciſ. 156. num. 1.*

Nec refert quod iſta non videatur venditio vo-
lũtaria, ſed neceſſaria, quia præterquam quod dum
Pius V. in d. ſua Conſtitutione, conceſſit hoc ius præ-
lationis, & retractus, id fecit in fauorem domini
Cenſus, vt diximus *ſupra hac ead. quaſt. artic. 1.* &
fauor æquè militat ſi venditio fiat volente do-
mino fundi cenſuati ſicut ſi eo inuito, vt dixit *Ro-
ta in dicta Romana prælationis, numero 6.* Reſpon-
detur etiam quod cum ipſe dominus fundi ab ini-
26 tio debitum ſponte contraxerit, venditio † facta à
Iudice debet perinde cenſeri ac ſi eſſet facta ab ip-
ſo debitore, vt pluribus probat *Tiraq. de Retractu Li-
gnag. §. 1. Gloſ. 14. num. 13. & ſeq.* Et cum venditio
27 † iſta voluntariam cauſam habuerit ipſam quo-
que, licet debitore inuito fiat, voluntariam cenſen-
dam eſſe demonſtrat *Tiraq. d. num. 13. in fine, Cephal.
latè conſ. 254. num. 11. & ſeqq. & conſ. 255. num. 2. &
ſeqq. lib. 2.*

Quod tamen ego intelligendũ eſſe exiſtimo pro-
28 cedere † quando fundus iſte cenſuatus venditur à
Iudice non ipſimet creditori ad cuius inſtantiã ſub
haſta ponitur, ſed alicui extraneo licitãti tamquam
plus offerenti ad publica bannimenta, nam cum
29 † iſta Conſtitutio Piana diſponat ſuper venditione
facienda, non habebit fortè locum in addictione, &
datione in ſolutum facta ipſi creditori. *Alex. conſ.
58. per tot. & ſignanter num. 4. lib. 1. Afflict. in ſuo
tract. de iur. prothomiſ. §. 3. num. 36. Tiraq. d. Gloſ. 14.
num. 8. 9. & 18. Balthazar. Benedell. in d. ſuo tract. de
iur. prothom. in princ. num. 122.* vbi ad alios remittit.

De reſpicientibus perſonam domini Cenſus.

QVÆSTIO II.

QVAESTIO propoſita, in qua de
iis diſſerendum eſt, quæ reſpi-
ciunt perſonam domini Cen-
ſus, conſiderando illum non in
actu acquiſitionis, ſed poſtquã
eſt effectus illius dominus, &
Cenſum retinet, ſex Articulis
explicanda eſt.

Primus eſt, quis dicatur dominus Cenſus, & quis
poſſit Cenſum exigere.

Secundus, ex duobus dominis Cẽſus, qui in exa-
ctione illius ſit præferendus.

Tertius minor, & eius tutor vel curator, an poſ-
ſint Cenſum exigere.

Quartus, proprietarius ne, an hæredes vſusfru-
ctuarij exigãt fructus Cenſus maturos, viuente vſu-
fructuario.

Quintus, fideiuſſor Cenſus, vel correus debendi
ſi Cenſum emant, an poſſint illum integraliter exi-
gere.

Sextus, dominus Cenſus an poſſit ſuper eo ali-
quem contractum celebrare.

ARTICVLI PRIMI

SVMMARIA.

1 *Dominus Cenſus is eſt, qui pro ſe Cenſum emit vel per ſemetipſum, vel mediante perſona procuratoris.*
2 *Item illius hæres.*
3 *Item illius ſucceſſor ſingularis.*
4 *Ceſſionarius repræſentat perſonam cedentis.*
5 *Et ſuccedit in locum, & priuilegium ipſius.*
6 *Dominus Cenſus poteſt illius fructus exigere etiã poſtquam illum alteri ceſſit, ſi ceſſionarius non intimauit legitimè debitori ne illi ſoluat.*
7 *Procurator qui pro alio Cenſum emit poteſt illius fructus exigere.*
8 *Debitor poteſt ſoluere ei, cum quo contraxit.*
9 *Procurator exigens proprio nomine fructus Cenſus, quem procuratorio nomine pro alio emit, tenetur cauere de rato.*
10 *Mirabile eſt vt quis agens proprio nominè teneatur cauere de rato.*
11 *Emptio pro perſona nominanda, conceditur in iure.*
12 *Cenſus emptus pro perſona nominanda, facta nominatione, acquiritur perſonæ nominatæ.*
Etiam quod talis nominatio non fuerit intimata venditori Cenſus, num. 14.
13 *Dummodo nominatio facta fuerit intra annum.*
15 *Cenſus emptus pro perſona nominanda, ante factam nominationem efficitur ementis, ſi appareat pro ſe voluiſſe emere.*
16 *Emens Cenſum pro perſona nominanda in dubio non*
facta

Digitized by Google

facta nominatione, præſumitur quod pro ſe voluerit emere.

17 *Nominatus ab eo, qui Cenſum emit pro perſona nominanda, poteſt fructus Cenſus exigere.*

Non ſolum fructus maturos poſt factam nominationem, ſed etiam maturos antea non tamen exactos, ibid.

18 *Acquiſitio Cenſus quæ fit per nominationem factam ab eo qui emit Cenſum pro perſona nominanda facta nominatione, retrotrahitur ad tempus emptionis.*

19 *Fructus ſequuntur dominium.*

20 *Emens Cenſum pro perſona nominanda ante factam nominationem poteſt exigere fructus, ſi appareat voluiſſe emere pro ſe.*

21 *Dominus Cenſus dicitur is ad cuius proprietatem & vtilitatem fuit facta recognitio bona fidei ab eo qui illum emit; quaſi emerit ex pecunijs illius.*

22 *Res empta ex pecunia aliena, efficitur ementis.*

23 *Limitatur quando nomen emptoris fuit in emptione ſimulatè appoſitum & expreſſum.*

24 *Maritus efficitur dominus Cenſus, quem vxor ſibi in dotem dedit æſtimatum ea æſtimatione, quæ emptionem faciat.*

Et poteſt illius fructus perpetuo exigere, num. 26.

25 *Maritus non efficitur dominus illius Cenſus, quem ſibi vxor tradidit inæſtimatum pro fundo dotali.*

26 *Illius tamen fructus poteſt exigere conſtante matrimonio.*

27 *Dotis fructus pertinent, & conſtituti ſunt pro ſupportandis oneribus matrimonij.*

28 *Cenſus acquiritur illi ad cuius fauorem fuit ſtipulatus Notarius.*

29 *Maximè ſi alia concurrant adminicula.*

30 *Ampliatur 1. etiam quod fuerit emptus ex propria pecunia ementis, ſequuta tamen traditione.*

31 *Ampliatur 2. etiam quod in emptione dicti Cenſus diceretur quod Cenſus ille eſſet ad liberam diſpoſitionem alterius perſonæ.*

32 *Ampliatur 3. vt abſenti acquiratur ius, & actio per ſtipulationem Notarij ſine ceſſione vel ratificatione.*

33 *Maxime ſi ſit iuramento munita.*

34 *Is cui eſt facta acquiſitio mediante ſtipulatione Notarij non ſolum poteſt recipere ſolutiones, ſed etiam poteſt cogere ad ſoluendum.*

35 *Stipulatio Notarij ſuffragatur abſenti, vel quando eſt facta copulatiue ad fauorem ſtipulantis & abſentis.*

36 *Vel quando eſt facta in inſtrumento habente exequutionem paratam, vel munito camerali obligatione.*

37 *Is ad cuius fauorem fuit emptus Cenſus abſque ſtipulatione Notarij, non efficitur dominus Cenſus, ſed dicitur dumtaxat adiectus.*

38 *Is in quem ſunt collata verba exequutiua, non obligatiua tamquam adiectus poteſt recipere ſolutiones,*

39 *Non tamen poteſt cogere ad ſoluendum.*

40 *Etiam ſi talia verba exequutiua ſint collata ad fauorem Piæ cauſæ.*

Etiam quod contrahentes iurauerint ſuper obſeruantia contractus, num. 42.

Intellige quando verba obligatoria ſunt concepta ſolum ad fauorem ſtipulantis, ſecus ſi copulatiuè ad fauorem eius, & alterius, num. 43.

41 *Ex ſtipulatione illi tantum ius acquiritur in quem diriguntur verba obligatoria.*

44 *Abſenti acquiritur ius, & actio ex ſtipulatione priuatæ perſonæ, interueniente iuramento.*

45 *Sequuta tamen ceſſione, vel ratihabitione.*

46 *Pupillo acquiritur ex ſtipulatione tutoris abſque ceſſione, vel ratihabitione.*

47 *Infanti acquiritur ex ſtipulatione priuatæ perſonæ abſque ceſſione, & ratihabitione.*

48 *Abſenti ſcienti ſtipulationem factam à priuata perſona ad ſui fauorem, acquiritur abſque ceſſione, & ratihabitione.*

49 *Etiam quod ſcientia ſit præſumpta.*

50 *Emens Cenſum pro alio abſque illius mandato, poteſt illius fructus exigere, tam ſequuta, quam non ſequuta ratificatione.*

51 *Solutio facta ei cum quo eſt celebratus contractus, liberat debitorem ſoluentem.*

52 *Etiam quod contractus ſit celebratus nomine alterius perſonæ.*

53 *Fructus exacti ab eo, qui pro alio Cenſum emit non acquiruntur recipienti, ſi is pro quo fuit facta emptio, emptionem ratificauit.*

54 *Secus ſi illam non ratificauit, & num. 58.*

55 *Is pro quo fuit emptus Cenſus abſque eius mandato non efficitur dominus Cenſus ante illius ratificationem.*

56 *Dominium Cenſus pro alio empti à non procuratore ante factam ratificationem, vel acquiritur ipſimet emptori.*

57 *Vel ſtat in ſuſpenſo.*

Dominus Cenſus quis ſit, & quis poſſit fructus Cenſus exigere.

ARTICVLVS PRIMVS.

VT claram, & diſtinctam propoſiti articuli habeamus reſolutionem, infraſcriptas concluſiones firmandas & conſtituendas eſſe exiſtimaui.

1 Prima ſit concluſio, quod † dominus
Cenſus eſt tam is qui pro ſe Cenſum emit vel per ſemetipſum, vel mediante perſona ſui procuratoris
legitimè conſtituti, *l. 1. C. per quas perſon. nob. acq.*
§. ex his itaque, verſ. & hoc eſt, Inſtit. eod. & in puncto dixit *Rota coram bon. mem. Iuſta, in vna Romana*
Cenſuum de Luragbus, 12. Ianuarij 1601. quæ eſt impreſſa *poſt Tract. Deciſ. 160. num. 2. & 3.* quem etiam
2 illius vniuerſalis hæres † qui ſuccedit in vniuerſum
ius defuncti, *l. nihil aliud, ff. de verbor. ſignific. l. hæreditas, ff. de regul. iur. Ceſ. in l. ſi ſic ſtipulatus, num.*
13. ff. de verbor. ſignific. Iacob. Venet. in ſuo tractatu,
de ann. præſtat. par. 2. quæſt. 29. in fine, & omnibus
3 eſt in confeſſo, quam † etiam is cui dominus Cenſus illum ceſſit & vendidit, vt poſt longam diſcuſſionem firmauit *Gaſp. Roderic. in ſuo tractatu, de ann. redit. lib. 2. quæſt. 17. num. 11. & ſeqq.* Ceſſionarius
4 † enim repræſentat perſonam cedentis, *Tob. Non. conſ. 84. in princ. Surd. conſ. 322. num. 3. & conſ. 424.*
5 *num. 22. lib. 3.* & † ſuccedit in omne ius, prærogatiuam, & priuilegium ipſius cedentis. *Rim. iun. conſ.*
291. num. 40. lib. 3. Surd. conſ. 22. num. 16. & conſ. 89. num. 13. & ſeqq. lib. 1. Roderic. d. q. 17. num. 11. Vn-

de quod is qui eſt dominus Cenſus poſſit illius fru-
ctus exigere, eſt magis clarum, quam quod poſſit in
6 dubium reuocari. In tantū, quod † etiam poſtquam
Cenſum alteri ceſſit ſi ceſſionarius ſufficienter, & le-
gitimè non intimauerit dictam ceſſionem debitori
Cenſus, poſſit cedēs illius fructus exigere, & debitor
ſoluens conſequatur liberationem, l. 3. C. de nouat.
l. nomen, C. quæ res pignor. Bart. in l. ſi eum emptor. &
ibi Iaſ. ff. de pact. & ita fuit in puncto reſolutum in
Rota in vna Ariminenſi Cenſus, 9. Iunij, 1599. coram
b. m. Cardinali Pamphilio, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 161.
7 num. 2. Prout † etiam poſſe fructus Cenſus exigere
eum, qui procuratorio pro alio Cenſum emit vide-
tur abſque difficultate concludendum ex not. per
Bar. in l. enim qui ita, §. qui ſibi, aut filio, num. 2. & ibi
Alex. num. 6. Iaſ. nu. 12. ff. de verb. obligat. idem Alex.
in l. filius, ſub num. 1. vbi Iaſ. & Dec. vterque num. 6. C.
8 de pact. dum † vnanimiter firmat, quod debitor ſol-
uens procuratori cum quo contraxit conſequitur li-
9 berationem. Licet † enim iſte procurator, ex quo
pro alio fuit ſtipulatus, non poſſit ſine cautione de
rato proprio nomine agere, l. non ſolum, §. Interdum,
ff. de procur. Pau. de Caſtro, in l. quod ſeruus, ſub num. 2.
ff. de poſ. Alex. in d. l. filius, num. 1. & in d. §. qui ſibi
10 aut filio, num. 6. in fine, & ibi Iaſ. num. 12. (qui † di-
cunt eſſe mirabile quod agens quis proprio nomi-
ne teneatur cauere de rato) recte tamen illi ſoluitur,
& debitor ei ſoluens plenam conſequitur liberatio-
nem, vt omnes præfati Doctores affirmant.

Secunda ſit Concluſio. Cenſus emptus pro per-
11 ſona vel perſonis nominandis (qui † modus contra-
hendi eſt de iure permiſſus, Fabian. de Monte, in ſuo
tract. de empt. & vendit. 12. quæſt. 3. quæſt. princip. Cephal.
conſ. 325. num. 13. lib. 3. Rum, in conſ. 109. num. 2. lib. 1.
qui hoc confirmat auctoritate Bal. in l. in vendentis.
12 col. pen. quæſt. 3. C. de contr. empt.) facta † nominatio-
ne acquiritur perſonæ nominatæ. Alex. conſ. 232.
nu. 3. lib. 6. Ceph. d. conſ. 325. nu. 14. Surd. deciſ. 226. n.
& dixit Rota corā Illuſtriſſ. Card. Ludouiſio, 23. Februa-
rij, 1604. in illa Romana Cenſus, quæ eſt impreſſa in
calce Tract. deciſ. 425. nu. 9. & coram R. P. D. Mantegatio
in vna Rauennatenſi Cenſus, 13. Iunij, 1607. quæ ibidem
13 eſt deciſ. 162. per tot. Dummodo † talis nominatio
fiat intra annum, vt docet Surd. d. deciſ. 226. num. 5.
14 & ſeqq. & ſignanter num. 9. & ſeq. Etiam † quod
dicta nominatio non fuerit per emptorem intima-
ta & notificata venditori Cenſus, vt per bonas ra-
tiones, fuit reſolutum in Rota in dicta Rauennatenſi
Cenſus proximè citata per tot. & amplectitur Steph.
Gratian. Diſceptat. Forenſ. tomo 1. cap. 194. num. 10.

15 Antè † autem factam nominationem, ſi appareat
emptorem voluiſſe Cenſum pro ſemetipſo emere,
16 (prout in dubio † ſi aliunde de contraria mēte non
appareat præſumendum eſſe, colligitur ex Rota coram
Illuſtriſſimo Card. Ludouiſio, 3. Decembris, 1605. in vna
Romana Cenſus, quæ eſt poſt Tract. deciſ. 163. nu. 7. poſt
Bal. in l. 1. in princ. in vlt. in verbis, ff. de pact. & Alex.
in l. ſtipulatio, §. ſi quis ita, in 1. notab. & ibi Iaſ. nu. 2. ff.
de verb. obligat.) ipſemet remanet dominus, l. ſecun-
dum reſponſum, C. de comm. & contr. ſtipul. Alex. conſ.
232. num. 2. lib. 6. Ceph. d. conſ. 325. nu. 14. & dixit Rota
in dicta Romana Cenſus coram Illuſtriſ. Cardin. Ludouiſio,
17 mox proximè relata num. 1. & 2. & ſicut † facta no-
minatione pōt perſona nominata exigere nō ſolum
annuas reſponſiones poſt factā nominationem de-
curſas, ſed et decurſas retro à die factæ emptionis,
18 quia † talis acquiſitio retrotrahitur ad diem initæ
ſtipulationis, ſecundum Anch. conſ. 127. ſub num. 1. &
19 refert Ceph. d. conſ. 325. nu. 15. & † fructus ſequuntur
dominium, l. ſi dominum, C. de pignor. l. 2. & 3. C. de
20 pignor. act. Ceph. conſ. 3. num. 71. lib. 1. Ita † ante fa-
ctam nominationem, ſi appareat eum, qui Cenſum
emit pro perſona nominanda voluiſſe, nō facta no-
minatione, ſibi ipſi acquirere, poterit fructus Cen-
ſus exigere, ſecus autem ſi appareat quod ſibimet
dominium Cenſus acquirere noluit, vt fuit reſolu-
tum in Rota in dicta Romana Cenſus coram Illuſtriſſi-
mo Ludouiſio, ſupra proximè citata.

21 Tertia concluſio ſit, † quod dominus Cenſus dici-
tur ille ad cuius fauorem is qui Cēſum emerat tam-
quam ex illius pecuniis emptum, & acquiſitū reco-
gnoſcendo bonam eius fidem illum cedit, vtputa ſi
is qui Cēſum emit fateatur ſe in dicto Cēſu nil aliud
habere præter nudum nomen; pecunias aūt in em-
ptionem dicti Cenſus erogatas, eſſe eius, ad cuius
fauorem ipſe cedit; nam dominus dicti Cenſus effi-
cietur ceſſionarius, non aūt is, qui illum emit. vt fuit
reſolutum in Rota coram b. m. Orano, 5. Martij, 1586. in
vna Romana Cenſus, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 164. in
princ. & in aliis cauſis de quibus fit mentio infra hoc
22 eod. cap. 2. q. 3. art. 1. Nam licet regulare † ſit quod
res empta ex pecunia aliena efficiatur ementis. Do-
ctor. in l. ſi vt proponis, C. de rei vendicat. Hoc tamen
fallit quando nomen ementis fuit ſimulatè in em-
23 ptione appoſitum, & expreſſum: tūc † enim res em-
pta cum pecunia aliena nō efficitur ementis, ſed ac-
quiritur ei ex cuius pecunia res empta fuit, Bal. in l.
3. in princ. C. ſi quis alt. vel ſibi. Paul. de Caſtro, in l. mul-
tum intereſt, nu. 3. C. eod. tit. poſt quos Rota in dicta Ro-
mana Cenſus corā b. m. Orano vltimo loco allegato, n. 2.

24 Quarta ſit concluſio. Maritus † cui ab vxore fuit
in dotem datus Cenſus æſtimatus ea æſtimatione,
quæ facit emptionem efficitur illius dominus, & de
25 eo poteſt ad ſui libitum diſponere, ſecus † autem ſi
fuit illi datus inæſtimatus pro fundo dotali, licet il-
lius dominium conſtāte matrimonio ſit penes ma-
ritum, vt dicemus infra par. 3. cap. 1. q. 3. art. 7. num. 42.
ſoluto tamen matrimonio, in dominio vxoris eſt, vt
declarat poſt alios Hyppolitus Rimin. Inſt. quib. alien.
lic. vel non, in princ. nu. 526. Vnde ſi à marito, cōſtan-
te matrimonio fuerit voluntariè alienatus, poterit
ſoluto matrimonio ab vxore vēdicari & recuperari.
Rimin. d. num. 526. & voluit Rota coram Seraph. deciſ.
1332. per tot. par. 2. licet fortè ſecus eſſet, ſi maritus
illum ex cauſa neceſſaria alienet, vt dicemus d. art.
26 7. num. 40. cum ſeqq. Vnde † poterit maritus fru-
ctus dicti Cenſus ſibi æſtimati in dotem traditi per-
petuo exigere, eius verò, qui datus fuit pro fundo
27 dotali, dumtaxat conſtante matrimonio, cum † il-
lius fructus illi ſint debiti pro ſupportandis oneri-
bus matrimonij, l. pro oneribus, C. de iure dot. l. dotis
fructus, in princ. ff. eod. & faciunt ea quæ nos diximus
ſup. par. 1. c. 2. q. 1. art. 5. dū egimus de fundo dato in
dotem, an ſuper eo maritus poſſit Cenſum creare &
cōſtituere. In iis verò Cenſibus, qui nullo modo ſunt
conſignati, ſed ſunt proprij ipſius vxoris extra do-
tem, cum illorum reſpectu maritus non dicatur ha-
bere mandatum à lege, Alex. conſ. 90. col. 5. verſ. nec
aliam,

aliam.lib.2. Honded.conſ.66.num.87.lib.1. poſſet du-
bitari, an debitor ſoluens marito conſequatur libe-
rationem, & breuiter agendo, videtur dicendum
quod ſi vxor ſit minor viginti quinque annis, mari-
tus non poſſe exigere fructus huiuſmodi Cenſus, &
debitor illi ſoluendo nõ conſequatur liberationem.
ſecus autem ſi illa ſit maior vigintiquinque annis,
vt diſtinguit *Imper.in l.cum maritum,* à cõtrario ſen-
ſu. *& ibi Bal.& alij, C.de ſolut.* & in propriis termi-
nis noſtris, ſequuntur *Foller.in ſuo Tract.Cenſ.in ver-
bo,qua quidem, num.71. & Bened.Bon. in ſuo tract. de
Cenſib. art.63. num.96.*
28 Quinta ſit concluſio, quod is † cuius nomine, &
ad cuius vtilitatem mediante ſtipulatione Notarij
Cenſus fuit acquiſitus, dicatur illius dominus, vt in
puncto dixit *Franc.Milanenſ.deciſ.4. num.40.& ſeqq.
lib.2.* & voluit *Rota in vna Veneta Cenſus, 10. Decem-
bris, 1610. coram R.P.D. Marcomontio,* quæ eſt im-
preſſa *in fine Tract. Deciſ.165. num.1.& ſeqq.* Maxi-
29 me † ſi alia concurrant adminicula, vt puta quaſi
poſſeſſio exigendi fructus Cenſus, vel alia conſide-
rata per *Rot. ibid. & in eadem cauſa coram eodem, 14.
Martij, 1611. quæ ibidem eſt deciſ.166.num.7. & 11.
& coram R.P.D. Caualerio, 18. eiuſdem menſis Martij,
& anni, 1611. in vna Romana Cenſus,* quæ eſt *ibidem
deciſ.167. num.1.*
30 Quæ concluſio ampliatur 1. etiam † quod Cen-
ſus ille fuerit emptus ex propria pecunia ementis,
nam nihilominus illius dominium acquiritur ei, pro
quo fuit emptus ſequuta traditione, quæ inducitur
ex patientia exigendi fructus dicti Cenſus, vel ex ra-
tificatione eius pro quo emptus fuerat, vt bene de-
duxit *Rota in vna Romana Cenſuum de Luraghis, 21.
Aprilis, 1600. coram b.m. Iuſto,* quæ eſt *poſt Tract.
Deciſ.168. num.1. & ſeq.*
31 Ampliatur 2. etiã † quod in emptione dicti Cen-
ſus diceretur quod Cenſus ille eſſet ad liberam di-
ſpoſitionem alterius perſonæ quam eius pro qua ſti-
pulatur, nam nihilominus cenſus ille quo ad domi-
nium & proprietatem ſpectat ad eum pro quo, &
cuius nomine fuit emptus; perſonæ autem nomina-
tæ pro libera illius diſpoſitione ſpectat dumtaxat
dicti Cẽſus adminiſtratio vt per bonas rationes fuit
reſolutum in *Rota in vna Romana Cenſus primum co-
ram Reuerendiſſimo P.D.Coccino Decano, 22.Iunij, 1609.*
quæ eſt impreſſa *poſt Tract.deciſ.169.num.2.& 3.* de-
inde *coram R.P.D. Pirouano, 18.Iunij, 1612. quæ ibid.
eſt deciſ.170. per tot.* recedendo à reſolutione in ea-
dem cauſa facta, 28 *Aprilis,* 1608. *corã eodem Reue-
rendiſſimo P.D. Coccino.* quæ eſt *ibidẽ deciſ.171.per tot.*
32 Ampliatur 3. vt † mediante ſtipulatione Notarij
acquiratur ius & actio ad dictum Cenſum abſenti
etiam abſque ceſſione, & ante ratificationẽ. *Alex.
conſ.207.num.2.& conſ.208.num.1. lib.7. Paul.de Ca-
ſtro,conſ.331.nu.4.verſ.ſolum reſtat,lib.1. Natta,conſ.
261.num.5. lib.1. Cacher.conſ.33.num.8. lib.1. Berta-
zol.conſ.ciuil.26.nu.22. lib.1. Roland.à Valle, conſ.19.
num.17.& 22. lib.1. Hond.conſ.37. num.33. lib.1. &
conſ.23. num.47. & 50. lib.2. Rota Diuerſ. deciſ.489.
par.1.* & magis communiter teneri teſtatur *Rota co-
ram R.P.D. Marcomontio, 10.Decembris, 1610. in illa
Veneta Cenſus,* quæ eſt *poſt Tract.Deciſ.165.num.4.* &
*in vna Peruſina Cenſuum. 13. Februarij, 1615. coram
R.P.D.Ramboldo,* quæ eſt *ibid.deciſ.172. nu.1.* & non
contradixit *coram R.P.D.Caualerio, 18.Martij, 1611.
in illa Romana Cenſus, quæ ibidem eſt deciſ.167. num.1.
& in vna Ianuenſi Cenſus, coram R.P.D. Dunozet, 25.
Nouembris,* 1613. quæ eſt *ibidem deciſ.173. num.8.*
Nec obſtat aſſerta deciſio regiſtrata *poſt Zacch.
de obligat.camer. deciſ.123. ſub nomine b. m. Robuſterij
in vna cauſa Romana fideiuſſionis Nauarræ.* Quonia il-
la nõ fuit reſolutio, & deciſio facta in Rota, ſed ſim-
plex votum, & diſcurſus factus ab eodem Robuſte-
rio, quod ſatis colligitur tũ ex eiuſmet lectura, tum
maxime ex vera deciſione facta in illa cauſa *coram
eod. Robuſterio, 28. Ianuarij,* 1577. quæ eſt *poſt Zacch.
d.tract.deciſ.124. in ſecunda difficultate.* ibi *quas in alio
folio cumulaui.* vbi teſtatur in dicta cauſa hunc arti-
culum nõ fuiſſe in *Rota* reſolutum, & propterea non
poteſt allegari pro deciſione *Rotæ,* maxime cum *Ro-
ta* ſemper fuerit in opinione contraria, vt apparet
ex ſupra mox relatis deciſionibus & ex reſolutioni-
bus ſepius factis in aliis cauſis.
33 Quæ ampliatio † multò magis habebit locum ſi
promiſſio de ſoluendo fuerit à debitore confirmata
iuris iurandi religione, cum iuramẽtum idem ope-
retur quod præſentia & acceptatio partis, vt mul-
torum auctoritate, dixit *Riminald.iun.conſ.242.num.
154. & ſeq. lib.3. Honded. conſ.27. num.21. lib.1. &
Rota coram R.P.D.Ramboldo, 13. Februarij, 1615. in il-
la Peruſina Cenſuum,* quæ eſt impreſſa *in fine Tract.de-
34 ciſ.172.num.2.* Quo † caſu is pro quo Cenſus fuit ſti-
pulatus poterit non ſolũ recipere ſolutiones à ſpon-
te ſoluentibus, & illos liberare, ſed etiam cogere ad
ſoluendum, licet non reportauerit ceſſionem, *Foller.
in ſuo Tract. Cenſ.in verbo, tamquam, num.51. Bened.
Bon.in ſuo tract. de Cenſib. art.73. num.106.* qui licet
loquantur de Cenſu empto per procuratorem, vir-
tus tamen iuramenti in qua ſe fundant eſt genera-
lis etiam ad Cenſum emptum ab eo, qui nullum ha-
bebat mandatum ad emendum.
Et hæc Notarij ſtipulatio ſuffragatur abſque du-
35 bio † vel quando fuit facta copulatiuè tam ad fa-
uorem ſtipulantis, quam ad fauorem abſentis, vt
animaduertit *Rota coram R.P.D. Ramboldo, 13. Fe-
bruarij, 1615. in illa Peruſina Cenſuum,* quæ eſt impreſ-
36 ſa *poſt Tract. Deciſ.172.num.6,* vel quando † fuit fa-
cta in inſtrumento habente quarantigiam, vel alias
habẽte executionem vigore ſtatuti loci contractus,
prout contingit in patria mea, in qua ſimile ſtatu-
tũ viget ſub *rubr.de execut.inſtrument. lib.2. rubr.29.*
ſeu eſſet vallatum camerali obligatione, cuius vigo-
re haberet paratam executionem, vt declarãt *Bart.
in l.3. §.poſſeſſio, ff.de acquir.poſſeſſ. & conſ.71.num.2.
lib.1. Bal.in l.non enim, in 1. lect. ſub num.1. ff.de adopt.
Rom.conſ.76. in princ. Capic.deciſ.73. nu.6.* & faciunt
tradita per *Galleſ.* latè *in ſuo Commentar. ad obligat.
cameral.* & in propriis terminis, dixit *Foller.in d. ver-
bo, tamquam, num.51. & Boccacc. in d. ſuo tractatu, de
Cenſib. par.2. num.128.*
Limitatur autem concluſio firmata in hac quin-
37 ta concluſione. 1. † quando pro abſente nemo fuit
ſtipulatus, ſed in illum ſunt collata dumtaxat verba
executiua, nam non poteſt dici dominus Cenſus,
cum dicatur ſolummodo adiectus ſolutioni, nõ au-
tem obligationi. *Gloſ. in l.3. in verbo, ratum, C.de contr.
& comm. ſtipul.* plene *Rimin.ſen. conſ.525. per tot.* &
38 ſignanter *num.11. ad fin. lib.3.* licet † enim huic

abſenti acquiratur ius recipiendi ſolutiones, argum. l. cum qui ita, §. qui ſibi, ff. de verbor. obligat. l. quod ſtipulatus, ff. de ſolut. l. ſed & ſi filio, §. 1. ff. de conſt. pecun. §. plane. & ibi Gloſ. in verbo, Seio. Inſtit. de inut.
39 ſtipulat. Corn. conſ. 189. num. 5. lib. 3. nullum † tamen ei acquiritur ius ad agendum, & petendum, quia ad dictū effectum opus eſt, vt pro illo aliquis recipiat, Aret. conſ. 17. num. 9. verſ. ex nouo etiam capite; Rub. Alexandrin. conſil. 132. num. 1. qui teſtatur de com-
40 muni etiam † ſi agatur de fauore Piæ cauſæ. Dec. conſ. 531. in fine. Curt. iun. conſ. 52. num. 12. conſ. 120. num. 2. Pariſ. conſ. 77. num. 15. lib. 1. Nam regulare
41 eſt, quod † ex ſtipulatione illi ſolum ius acquiratur in quem verba ſtipulationis diriguntur, Corn. conſ. 211. num. 4. lib. 3. Gabr. conſ. 129. num 8. lib. 1. Magon.
42 deciſ. Florent. 57. num. 16. etiam † quod cōtrahentes iurauerint ſuper obſeruantia contractus. Alex. conſ. 208. num. 1. lib. 7. Pariſ. conſ. 82. num. 1. & ſeq. lib. 1. Hæc tamen declaranda ſunt vt procedant quando
43 † verba ſtipulationis ſunt concepta per orationem alternatiuam, ſecus autem ſi is qui contrahit concipiat orationem copulatiuè, ita vt diſpoſitio æqualiter ſit collata in perſonam ſtipulantis, & abſentis, quia eo caſu is qui eſt comprehenſus in illa ſtipulatione copulatiuè concepta, non dicitur ſimpliciter adiectus, ſed reus credendi. Bart. in l. 2. num. 2. & 3. ff. de duob. reis & propterea illi æqualiter Cenſus diceretur acquiſitus, vt dixit Rota coram R.P.D. Kimboldo in illa Peruſina Cenſuum ſupra proxime relata, n. 7.

Limitatur 2. ſi ſtipulatio pro abſente non fuerit facta à Notario, ſed ab aliqua priuata perſona: tūc
44 † enim licet interueniente iuramento acquiratur abſenti ius & actio, c. quamuis, de iuram. lib. 6. Rim. ſen. in conſ. 525. nu. 13. lib. 3. Pariſ. d. conſ. 82. nu. 1. lib. 1. & conſ. 12. nu. 24. lib. 2. Doctor. in l. ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. de verb. obligat. Bertaz. conſ. emil. 26. num. 25.
45 lib. 1. Honded. conſ. 77. nu. 21. & ſeq. lib. 1. hoc † tamen verū eſt ſi ſequatur ceſſio & ratihabitio. Alex. conſ. 13. nu. 12. lib. 1. conſ. 40. nu. 7. & ſeq. lib. 5. Franc. Becc. conſ. 19. num. 8. lib. 1. Surd. conſ. 206. ſub num. 33. lib. 2. & videtur non obſcure ſenſiſſe Rota coram R.P.D. Marcomontio, 10. Decembris, 1610. in illa Veneta Cenſus, quæ eſt impreſſa poſt Tract. Deciſ. 166. nu. 3. Præ-
46 terquam † ſi ſtipulatio fiat per tutorem ad fauorem pupillorum ſub ſua tutela conſiſtentium, nam mediāte perſona tutoris ipſis ius acquiritur abſque aliqua acceptatione, vt poſt Gloſ. in l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis ita ſtipulatur, in verbo, fieri, ff. de verb. obligat. & in l. quoties, in verbo, ſuo nomine, ff. de adm. tut. dixit Rota coram R.P.D. Ramboldo, 13. Februarii, 1615 in illa Peruſina Cenſuum, quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 172. num. 3.
47 Et † multò magis ſi fiat ad fauorem infantis, Teſſaur. deciſ. 70. num. 15. Rota Diuerſ. deciſ. 683. num. 6. par. 1.
48 Vel † quando præceſſit ſcientia eius pro quo fuit facta ſtipulatio, & illius taciturnitas, quæ operantur effectum ratihabitionis, vt fuit reſolutum in Rota
49 coram Seraph. deciſ. 1184. num. 12. par. 2. etiam † quod ſcientia ſit præſumpta reſultans, puta ex conſanguinitate, & affinitate, & diuturnitate tēporis, Teſſaur. d. deciſ. 70. num. 2. Soc. iun. conſ. 67. num. 11. lib. 3. Surd. deciſ. 111. num. 10. & deciſ. 206. Menoch. de Præſumpt. lib. 6. præſumpt. 23. num. 84. & placuit Rota coram R. P.D. Marcomontio, 10. Decembris, 1610. in illa Veneta Cenſus, quæ eſt in calce Tract. deciſ. 165. num. 6.

50 Sexta concluſio ſit † quod is, qui Cenſum pro alio emit abſque illius mandato poteſt fructus, & reſponſiones annuas ex dicto Cenſu prouenientes conſequi & exigere, ſiue is pro quo Cenſus emptus fuit emptionem illā ratificauerit, ſiue non. Quia ſicut cenſetur approbata perſona ementis ad contrahendum, & emendum Cenſum, ita videtur approbata ad recipiendū ſolutiones, & fructus dicti Cenſus exigen-
51 dum. Bart. in l. quod ſeruus, ff. de ſolut. & ſolutio † facta illi cum quo eſt celebratus cōtractus liberat debitorem. Bart. in l. filiæ, num. 1. in fine, ff. eod. tit. Pau. de Caſtro, in l. ſi Vrbana, nu. 3. ff. de cond. indeb. Alex. in l. filius, num. 2. & ibi Iaſ. nu. 6. verſ. adde quod idem eſt, C. de pact. idem Iaſ. in l. cum qui ita, §. qui ſibi aut filio, num. 12. ad fin. verſ. tertio vult Bar. ff. de verb. obligat. Anch. Regien. in q. 31. num. 9. & ſeqq. lib. 2. Franc. Becc. d. conſ. 19. num 5. & ſeqq. lib. 1. Surd. conſ. 43. num. 2. lib. 1. & deciſ. 229. num. 8. & ſeqq. Carol. de Graſſ. in ſuo
52 tract. de except. in 25. except. nu. 46. & ſeq. Etiā † quod contractus fuerit celebratus nomine alterius. Surd. poſt alios, d. deciſ. 229. nu. 12. & ſecundum hanc ſententiam in propriis terminis fuit reſolutum in Rota in vna Peruſina Cenſuum, 1. Iunij, 1616. coram R.P.D. Ramboldo, quæ eſt impreſſa poſt Tract. deciſ. 174. n. 7.

An autem dictos fructus exactos faciat ſuos, diſtin-
53 guēdi ſunt caſus. Primus eſt † in fructibus perceptis poſtquam is, cuius nomine Cenſus emptus fuit, dictam emptionem ratificauit, quos nō facit ſuos, ſed tenetur illos reſtituere ei pro quo Cenſum emit, vt per bonas rationes fuit reſolutum in Rota corā b. m. Iuſto, 21. Aprilis, 1600. in illa Romana Cenſuū de Luraghis, quæ eſt poſt Tract. deciſ. 168. per tot. Secūdus caſus eſt in fructibus perceptis & exactis ante dictam
54 factam ratificationem, & † illos ſibi acquiſiuit abſque eo q teneatur illos reſtituere ei pro quo Cen-
55 ſum emit, quia † ante ratificationem à ſe factā non acquiſiuit dicti Cenſus dominium, Gloſ. in l. ſi ego, ff. de neg. geſt. Aretin. in l. cum ſonte, num. ff. de acq. poſſ. Gabr.
56 in puncto, conſ. 80. ſub num. 3. lib. 1. ſed vel fuit † acquiſitum ipſimet emptori, vt dicit ibi Gabr. d. nu. 3. in fine, quia venditor Cenſus recepto pretio cenſetur animum habuiſſe trāsferendi dominium in empto-
57 rem, vel † interim donec fiat ratificatio remāſit penes venditorem, Gloſ. in d. l. ſi ego. & ſic nullo caſu poteſt dici acquiſitus Cenſus ei pro quo fuit emptus, niſi ſecuta illius ratificatione, & propterea non po-
58 teſt illius fructus acquirere, & ſucceſſiuè † emēs exigens non tenetur illos eidem reſtituere, vt fuit per has rationes reſolutum in Rota coram b. m. Iuſto in dicta Romana cenſuum de Luraghis, 12. Ianuarij, 1601. quæ eſt poſt Tract. deciſ. 160. num. 1. & ſeq.

ARTICVLI SECVNDI

SVMMARIA.

1 *Hypotheca prior præfertur in his contractibus, in quibus acquiritur ius ex ſolo titulo.*
2 *Hypotheca acquiritur ex ſola contrahentium voluntate abſque rei obligatæ traditione.*
3 *Cenſus in exactione præfertur primus illius emptor, licet ab alio poſteriore fuerit præuentus in illius exactione.*
4 *L. quoties, C. de rei vendic. limitatur multis modis, remiſſiuè.*

5 Li-

5 *Limitatur maximè quando primo emptori fuerunt hypothecata bona venditoris pro obſeruantia cõtractus, nam ad ſecundum tranſeunt, cum illo onere.*

6 *Maximè ſi prima venditio fuit iuramento vallata.*

Iuramentum præſtitum in contractu venditionis, impedit ne ex ſequenti venditione dominium transferatur, ibidem.

7 *Primus emptor poſſidens ex contractu iurato rem emptam, habet contra ſecundum emptorem actionem negatoriam.*

8 *Maximè ſe ad ſui fauorem in prima emptione adſit clauſula conſtituti.*

9 *Boccacc. in tract. de Cenſib. par. 2. num. 126. reprehenditur.*

In Cenſus exactione primus ne, an ſecundus illius emptor præferatur.

ARTICVLVS SECVNDVS.

EXCITAVIT dubitationem *Caſſan. ad Conſuetud. Burgund. Rubr. 11. Des Cenſes, §. 1. in tex. Amende. verſ. item quaro de caſu.* quam ſibi dicit de facto euenisse. Quis ex duobus, qui illum iuſto titulo acquiſitum habebat debeat præferri in illius exactione, ſcilicet: an is, qui fuit prior in emẽdo, ſed poſteriot in exigendo, an verò ille, qui licet fuerit vltimus in emendo, præuenit tamen in exigẽdo, ita vt anteqnam primus emptor aliquam omnino ſolutionem recepetit ipſe Cenſum cepit exigere. In qua quæſtione licet *Caſſan. ibi* ad fauorem poſterioris emptoris alleget regulam, *l. quoties, C. de rei vendit.* & cum hac ſententia tranſeat *Boccacc. in ſuo tract. de Cenſib. parte 2. num. 126.*

Quia tamen in contractibus in quibus acquiri-
1 tur ius ex ſolo titulo (vt † contingit in duobus, quibus in diuerſo tempore fuit hypothecata eadẽ res)
2 ex † ſola conuentione abſque traditione poſſeſſionis ius hypothecæ transfertur, *l. 1. ff. de pignor. act.*
3 Ideo † finaliter, *Caſſan.* vbi ſupra videtur inclinare ad fauorem prioris emptoris, quod ipſe ſit præferendus, quia Cenſus venditus fuit ſibi prius hypothecatus, non ſecundus emptor qui exigendo fructus dicti Cenſus prior illius poſſeſſionem, vel quaſi fuit adeptus. & cum *Caſſan.* tranſiuit etiam *Foller. in ſua Pract. Cenſuali, in verbo,* tamquam, *nu. 33.* & comprobat *Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 57. num.* 88. quibus ego quoque libentiſſimè adhærerem, ſi caſus contingeret.

Non obſtat regula *d. l. quoties, C. de rei vendic.*, nam
4 inter † multas limitationes, quas ad illam afferunt *Alex. in l. ſiue autem, §. ſi duobus, ff. de public. in rem act. Bertachin. in ſuo Repertor. in verbo, emptor primus. Marſil. ſingul. 82.* & alij paſſim. Limitatur vno modo
5 notabilitet, vt non habeat locum † quando primo emptori fuerunt hypothecata bona venditoris pto obſeruantia contractus, nam tunc ad ſecũdum emptorem illa tranſeunt cum ſuo onere, *l. ſe debitor, C. de diſtract. pignor. Pau. de Caſtro, in l. ſi cum vẽderet, nu. 6. ff. de pignorat. act. Neguſ. in ſuo tract. de pignor. & hypoth. par. 5. membro 3. num. 2. Tiraq. de retract. conuent. §. 3. Gloſ. 1. num. 5.* & non diſſentit *Io. Guttierez, Pract. Quaſt. cap. 166. num. 4. verſ. non obſtant.* Maxi-
6 mè † quando per venditorem fuit cõfirmatus contractus iuriſiurandi religione, tunc enim in ſecundum emptorem dominium tei emptæ non transfertur. *Soc. iun. conſil. 129. num. 10. & 103. lib. 2. Boer. deciſ. 182. num. 53. Rol. à Valle, conſ. 62. num. 39. & ſeq. lib. 2. Anton. Gabr. de Pignor. concluſ. 1. nu. 1. & ſeqq.* & ſignanter *num. 7. Ioſeph. Ludou. Commun. concluſ. in tit. de empt. & vendit. concluſ. 3. in prino. & in*
7 *2. Ampliat.* Quo † caſu primus emptor ſi poſſideat habet contra ſecundum emptorem actionem negatoriam, ſi verò non poſſideat habet actionem confeſſoriam, vt poſſeſſionem nanciſcatur. *Crau. conſ.*
8 *201. num. 9. lib. 2.* Præſertim † ſi in prima venditione venditor conſtituat ſe rem venditã pro primo emptore præcario nomine poſſiderẽ. *Gabr. d. tit. de empt. & vendit. in 2. concluſ. num. 18. in 2. limit, Tiraq. de conſtit. poſſeſſ. par. 1. num. 21.* vbi ſexcentos allegat.

Ex quibus colligitur veritas ſupra firmatæ con-
9 cluſionis, & per conſequens malè ſenſiſſe *Boccacc. d. num. 126.* dum à *Caſſan. & Foller.* in hac concluſione receſſit.

ARTICVLI TERTII

SVMMARIA.

1 *Minor poteſt retrouendere Cenſum, abſque Iudicis decreto.*

2 *Minor poteſt abſque Iudicis decreto percipere fructus bonorum immobilium & ad libitum conſumere,*

Intellige in fructibus perceptis; qui ſeruando ſeruari nequeunt, nu. 8. Secus in percipiendis perpetuo alienandis.

3 *Minor non poteſt abſque decreto Iudicis exigere fructus Cenſus.*

4 *Debitor pupilli non liberatur, niſi ſoluat tutori legitimè conſtituto, & Iudicis auctoritate.*

5 *Limitatur in debito reditus annui, quod ſolui poteſt abſque decreto Iudicis.*

6 *Cenſus reuenditio, eſt neceſſaria.*

7 *Decretum Iudicis non requiritur in actibus neceſſarijs.*

9 *Debitor qui ſoluit pupillo eſt tutus exceptione doli, ſe pecunia extat, vel pupillus eſt effectus locupletior.*

10 *Debitor pupilli ſoluens eius tutori, liberatur.*

11 *Non tamen conſequitur pleniſſimam ſecuritatem, niſe ſoluat iuſſu Iudicis.*

Vel pecuniæ conuertantur in vtilitatem minoris, num. 14. & num. 15.

12 *Iuſſus Iudicis non ſuffragatur, niſi præcedat debitoris contradictio.*

13 *Et proteſtatio quod non vult ſoluere, niſi pecunia erogentur in vtilitatem minoris.*

15 *Minor reſtituitur aduerſus ſolutionem factam tutori abſque iuſſu Iudicis.*

16 *Limitatur ſi pecuniæ extent.*

17 *Debitor Cenſus ſoluens ſimpliciter tutori, vel curatori, quod liberetur ſentit Bon.*

18 *Contrarium volunt alij, & Auctor ſequitur.*

19 *Reſponſiones annua cenſuales, dicuntur reditus.*

20 *Reſponſiones annuas cenſuales aſſimilari vſuris, volunt aliqui.*

21 *Contrarium dicit Auctor.*

Digitized by Google

22 *Contractus cenſualis fuit permiſſus ad tollendas vſuras, & illarum occaſionem.*
23 *L. ſancimus, verſ. ſed ſi extraneus debitor, C. de admin. tutor, Intellectus.*

Minor & eius tutor & curator, an poſſint valide Cenſum exigere.

ARTICVLVS TERTIVS.

PROPOSITVS articulus in duas ſecari debet inſpectiones principales, in quarum prima videbimus, an minor poſſit annuos Cenſus & annuas reſponſiones ſibi debitas abſque ſolemnitatibus exigere, ita vt debitor illi ſoluens liberetur. In altera diſcutietur an rectè ſolui poſſit tutoribus, vel curatoribus minorum, ita vt debitor ſoluens conſequatur liberationem.

In prima inſpectione videtur affirmatiuè concludēdum.
1 Primò, † quia ſi minor poteſt abſque Iudicis decreto Cenſus retrouendere, vt multorum auctoritate firmauimus *infra par. 3. cap. 1. quaſt. 3. art. 7.* ergo & multò magis videtur quod ſit illi permiſſum exigere fructus annuos & annuas reſponſiones ex Cenſu, cum minor videatur militare ratio prohibitiua in exactione redituum, quam in perceptione ſortis principalis, argum. *Auth. multò magis, C. de ſacroſ.*
2 *Eccleſ.* Secundò, quia certi iuris eſt, quod † minor poteſt fructus bonorum immobilium percipere, & illos abſque Iudicis decreto, & aliis ſolemnitatibus conſumere, vt firmauit *Octan. Simoncell. in ſuo tract. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 49.* ergo idem concludēdum videtur de annuis reditibus, qui ex Cenſu debentur, cum fructibus immobilium aſſimilentur, ſcilicet, quod minor valeat eos exigere, & de illis ſuo arbitratu diſponere.

3 Re tamen diligentius conſiderata cōtraria † ſententia mihi magis placet auctoritate *Poller. in ſua Pract. Cenſ. in verbo, quæ quidem exactio, num. 69. Simoncell. d. tract. lib. 2. tit. 6. inſpect. 3. num. 33. verſ. nec etiam ſolutio. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 62. num. 65. ad fine.* qui mouentur ex generali regula, *l. ſancimus, C. de admin. tutor.* vbi generaliter diſpo-
4 nitur † quod debitores pupillorum, vel adultorum non liberantur niſi ſoluant tutori, vel curatori eorum, legitimè tamen conſtituto, & præcedenti iudiciali ſententia; dum igitur ibi diſponitur quod ad effectum, vt debitores pupilli, vel adulti cōſequantur pleniſſimam ſecuritatem, neceſſe ſit vt ſoluant tutori, vel curatori legitimè conſtituto: ergo ſi ſoluant ipſi minori, non remanent liberati. Et licet
5 † *ibi Imperator ad fin. verſ. non autem* hanc legem ab iſta generali regula excipiat ſolutionis, quæ ex reditibus pupillo aut adulto accedunt. per iſtam tamen exceptionem non habilitatur debitor minoris vt poſſit ſoluere ipſimet minori, ſed dumtaxat vt poſſit ſoluere abſque Iudicis ſentētia, & aliis ſolemnitatibus, loquitur tamen ibi Imperat. retento eodem themate, videlicet, dummodò ſolutio fiat tutori, vel curatori legitimè conſtituto, non autem ipſimet minori.

Nec obſtant ea quæ ſuperius in contrarium fue-
6 runt conſiderata. Nam † ea, quæ dicta ſunt in primo argumento procedunt, ea ratione, quia huiuſmodi Cenſus reuenditio eſt neceſſaria, vt fuit ſancitum per *Conſtitutiones Martini V. & Calixti III. regiſtratis in c. 1. & 2. de empt. & vend. inter Extrauag. commun.* & per *Pium V. in ſua Bulla, ſuper forma creandi Cenſ. in verſ. Poſtremo Cenſus omnes. ibi* ; *ſed etiam poſſe pro eodem pretio extingui, &c.* & nos diximus *ſupra hac par. 2. cap. 1. quæſt. 3. art. 7.* & dicemus *infra d. par. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 1.* Ergo nimirum ſi minor poteſt Cenſum reuendere abſque Iudicis de-
7 creto, cum † in actibus neceſſariis non requiratur de neceſſitate Iudicis decretum, *l. 1. §. 1. & l. magis puto, §. ſi pupillus, ff. de reb. cor. l. 1. & l. prædium, & ibi Gloſ. C. quand. decret. opus non eſt. Simoncell. d. tract. lib. 3. tit. 8. inſpect. 16. num. 119.* Præterquam quod nec etiam dicta Cenſus reuenditio, quantumuis neceſſaria fieri poteſt à minore abſque tutoris auctoritate, vt allegauimus *d. par. 3. q. 3. art. 7. num. 3.*

8 Ad ſecundum reſpondetur, † quod procedit in fructibus iam perceptis, qui ſeruando ſeruari non poſsūt, ſecus ſi minor velit oēs fructus, annuoſq. reditus quos perpetuo percepturus eſt alienare, nam quia tunc dicti annui reditus inter immobilia connumerantur, vt diximus *ſupra p. 1. cap. 3. q. 1. art. 2. num. 4. & ſeqq.* ideo non poteſt ſine decreto diſtrahere, vt declarat *Simoncell. d. tit. 8. num. 56. & ſeq.*

9 Si tamen † pecunia pupillo abſque tutoris auctoritate ſoluta extaret, vel debitor probaret illas fuiſſe conuerſas in rem, & vtilitatem pupilli, & ex illa eum eſſe effectum locupletiorem, debitor qui illi ſoluit eſſet tutus ſaltem exceptione doli, *§. at ex contrario. Inſtit. quib. alien. lic. vel non. Poller.* in puncto *in d. ſua Pract. Cenſ. in verbo, Inſtrumentum gratiæ, num. 34. in fine,* cum aliis apud *Felician. de Solis, in ſuis Comment. de Cenſib. tomo 1. lib. 4. cap. vnico, nu. 3. paulò poſt princip. ibi plenam debitor.*

10 Quo ad ſecundam inſpectionem licet † regulare ſit quod tutor & curator poſſunt credita minoris & adulti reſpectiuè exigere, ita vt debitores ſoluentes liberentur, *l. Lucius, la ſeconda, §. tutelæ, & ibi not. Gloſ. ff. de admin. tutor. l. quod ſi forte, §. 1. ff. de ſolut.* & in propriis terminis, dicit *Felician. d. cap. vnico, num. 3. verſ. tertia conſtituo. & tomo 2. eod. lib. 4. & cap. vnico, num. 8. per tot.* Non tamen conſequuntur pleniſſimam ſecuritatem niſi ſolutio facta fuerit altero de duobus modis, videlicet, vel quod debitor ſoluerit iuſſu Iudicis, vel quod pecuniæ, quæ ſoluuntur tutori, ſeu curatori conuertantur in rem, & vtilitatem minorum ita vt ex eis efficiantur locuple-
11 tiores. de † primo eſt *tex. in d. l. ſancimus, la prima, & ibi not. Scribentes, C. de admin. tutor. & in §. at ex contrario, & ibi Gloſ. in verbo, ſoluit, Angel. Port. & alij. Inſtit. quib. alien. lic. vel non. Gloſ. in l. ait Prætor, §. quid tamen, in verbo, imputandum, & ibid. Bar. Bal. & alij. ff. de minor. Gloſ. in l. 1. in verbo, poteſt. & ibi communiter Interpretes, C. ſi aduerſ. ſolut.*

12 Non tamen † ſufficit ſolus, & ſimplex iuſſus Iudicis, ſed neceſſe eſt etiam, vt præcedat non ſolum partis contradictio. *Pau. de Caſtro, in l. 1. num. 3. verſ. in tertio vero caſu, & ibi Iacob. de Sancto Georg. in fine, C. ſi aduerſ. vendit. per d. §. quid tamen, & ibi Bart. not. num. 2. verſ. & hoc vltimum. Gomez. Var. Reſolut. tomo 2. cap. 14. num. 4. verſ. quod tamen intellige.* Sed
13 † etiam proteſtatio quod non vult ſoluere niſi pecunia

Digitized by Google

cunia erogetur in emptionem bonorum ſtabilium pro ipſo minore, vel aliàs in tuto collocetur ad vtilitatem illius, vel ipſe ſoluens aſſecuretur à moleſtia reſtitutionis in integrum propter periculum, ne pecuniæ diſſipeneur, vt pro cautela tradūt *Bart. & alij in l. ait Prætor, §. permittitur, ff. de minor. Pau. de Caſtro, in d. l. 1. num. 3. C. ſi aduerſ. vendit. Gomez. d. num. 4.* aſſerentes quod ſi debitor minoris ſolueret abſque dicta proteſtatione non eſſet ſecutus, vt refert etiam & de communi teſtatur *Odd. in ſuo tract. de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 22. art. 11. num. 70.*

14 De ſecundo † autem eſt *tex. in l. Sticum, §. vſufructum, ff. de ſolut.* cum alijs allegatis à *Surdo deciſ. 229.*
15 *num. 34.* Si enim † minor non ſit effectus locupletior, vel ſolutio non fuerit facta iuſſu Iudicis, vt ſupra, debitor ſoluens non conſequitur pleniſſimam ſecuritatem, & omnimodam liberationem, ſed conceditur minori aduerſus dictam ſolutionem reſtitutio in integrum, vt poſſit eandem ſummam ex integro petere, & exigere, *d. l. 1. & ibi Doctor. communiter, C. ſi aduerſ. ſolut. vbi Paul. de Caſtro, & ibi Iacob. de Sancto Georg. nu. 3. Socin. ſen. conſ. 115. nu. 13.* de communi atteſtans *lib. 1. Paul. de Caſtro, in l. filius, num. 2. ff. de ſolut. Ruin. conſ. 113. num. 5. lib. 5. Vinc. de Franc. deciſ. Neapolit. 206. per tot.* & ſignanter *num. 12. & 23. Beuenut. Stracchæ in ſuo tract. de Adiect. parte 3. num. 31. Surd. d. deciſ. 229. num. 34. Odd. d. tract. de reſtit. in integr. par. 2. quæſt. 52. art. 1. num. 2. Octau. Simoncello, in ſuo tract. de Decret. lib. 3. tit. 7. num. 15.* & placuit *Rotæ in vna Preneſtina hæreditatis vltima Aprilis, 1582. coram b. m. Cantuccio,* quæ eſt impreſſa *in fine Tract. deciſ. 175. num. 3.* & in proprijs noſtris terminis pluribus confirmat *Felician. de Solis, in dd. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 2. lib. 4. cap. vnico, num. 8. per tot.* vbi acerrime inſiſtit.

16 Niſi † pecuniæ à tutore, vel curatore exactæ extent, & conſumptæ non ſint. nam eo caſu minor petens ſe reſtitui in integrum aduerſus dictam ſolutionem repelletur doli exceptione, *l. pupillo, ff. de ſolut. l. fin. ff. de vſucap. pro empt. d. §. as ex contrario. Inſtit. quib. alien. lic. vel non. Bart. in l. verum, §. fin. ff. de minor. Gomez. d. cap. 14. num. 4.*

Redeundo autem ad præpoſitum articulum, an debitor minoris ſoluens eius tutori, vel reſpectiuè curatori annuos reditus Cenſus conſequatur libe-
17 rationem, partem † affirmatiuam amplexus fuit *Bon. in d. ſuo tract. de Cenſib. art. 62. num. 95.*

18 Sed † contrariam opinionem ſequutus fuit *Foller. in d. ſua Pract. Cenſ. in verbo, quæ quidem, num. 70. per tex. in ead. l. ſancimus, ad fin. verſ. non autem hanc legem, C. de adm. tutor.* vbi Imper. loquens de ſolutione facienda tutori, ab illa generali regula, quam ſupra tradiderat excipit illas ſolutiones, quæ ex reditibus pupillo aut adulto accedūt, & cum *Foller.* Ego quoque in hanc partem libentiſſimè trahor. Certum
19 † enim eſt, quod iſtæ annuæ reſponſiones Cenſuales, ſunt reditus, prout eas ita appellant Pontifices *in c. 1. & 2. de empt. & vend. inter Extrauag. commun. & Pius V. in ſua Bulla de Cenſib. & Doctor. communiter,* vnde merito dicendum eſt, quod comprehendantur non ſub generali regula *d. l. ſancimus,* ſed ſub exceptione, quæ diſponit de reditibus.

20 Et ſi quis dixerit † has Cenſuales reſponſiones aſſimilari vſuris, in quarum ſolutione *Imper.* ibi in illis verbis. *ſed ſi extraneus debitor & fæneratitia forſan cautione,* &c. mādat ſeruari regulam generalem & diſponit illarum debitorem non cōſequi pleniſſimam ſecuritatem niſi ſoluat ex Iudicis ſententia,
21 reſpondetur primò † hos reditus annuales ex contractu Cenſus nequaquam aſſimilari vſuris, immo
22 † illos fuiſſe permiſſos ad tollendam omnem vſurarum committendarum occaſionem, vt aperte colligitur ex primis verbis *Bullæ Pij V. ſuper Cenſib.* & omnes admittunt, licet certo modo ſucceſſerint in locum vſurarum, & illarum ſint ſuccedanei, vt paſſim dicit *Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann. reditib.* Se-
23 cundò reſpondetur, † quod *Imper. in d. l. ſancimus. verſ. ſed ſi extraneus debitor.* loquitur non de ſolutione vſurarum debitarum occaſione ſortis principalis, ſed te reſtitutione ipſiuſmet ſortis, & de ſolutione debiti principalis & capitalis, vt animaduertit *Salic. in l. conſtitutionem, C. eod. tit. de admin. tutor.* & propterea aliud eſt in ſolutione ipſarum vſurarum, quas ſolui poſſe tutori abſque iudiciali ſententia, & debitorem conſequi pleniſſimam liberationem & omnimodam ſecuritatem, ſancit *Imper. in d. l. Conſtitutionem.*

ARTICVLI QVARTI

SVMMARIA.

1 *Fructus Cenſuum maturi in vita vſufructuarij & ab eo non exacti, debentur illius hæredibus.*
2 *Sors principalis in contractu Cenſus non eſt ita debita vt exigi poſſit.*
3 *Fructus Cenſus maturi viuente vſufructuario, habentur pro exactis.*
4 *Fructus exacti ante mortem vſufructuarij, & ij, qui pro exactis habentur, ſpectant ad illius hæredes.*
5 *L. deducta, §. qui poſt tempus, ff. ad Trebell. Intellectus.*
6 *Vſuræ quæ debentur acceſſoriæ ad ſortem non exactæ ab vſufructuario finito vſufructu, tranſeunt iure acceſſionis ad proprietarium.*
7 *Fructus ab vſufructuario viuente non percepti, non ad eius hæredes, ſed ad proprietarium pertinent.*
Siue tempore mortis vſufructuarij ſint maturi, ſiue non ſint maturi, ibid.
8 *Heredes vſufructuarij nullam habent actionem ſuper fructibus ab vſufructuario viuente, vel alio eius nomine non perceptis.*
9 *Vſufructuarius non eſt dominus fructuum antequam illos percipiat.*
10 *L. in ſingulos, ff. de ann. legat. Intellectus.*
11 *Fructus prædiorum dum pendent, dicuntur pars ſoli.*
12 *Fructus cenſuum maturi, dicuntur fructus ciuiles.*
13 *Fructus cenſuum cum non ſint in corpore, non poſſunt dici pendere.*
14 *Penſiones non ſolutæ, non dicuntur pendere.*
15 *Fructus cenſuum eiuſdem ſunt naturæ, & iuris, cuius ſunt penſiones.*
16 *In fructibus cenſuum, ceſſio diei habetur loco perceptionis.*
17 *Fructus cenſuum, quorum ſoluendorum dies tempore mortis vſufructuarij non venit, debent diuidi pro rata temporis inter illius hæredes, & proprietarium.*
18 *Fructus cenſuum quoquo die currunt, & acquiruntur domino Cenſus proportionabiliter.*

19 *Fru-*

19 *Fructus beneficij Eccleſiaſtici non maturi tempore reſi-
gnationis, pertinent integraliter ad reſignatarium poſt
captam ab eo beneficij poſſeſſionem.*
20 *Fructus cenſuum non hæres vſufructuarij, ſed proprie-
tarius exigit, qui partem hæredibus vſufructuarij re-
ſtituit.*

Hæredibus vſufructuarij, an & quando fru-ctus Cenſus ab vſufructuario non exa-cti debeantur.

ARTICVLVS QVARTVS.

IN hoc quarto Articulo ille venit ex-
plicandus nodus, in quo reuocatur in
dubiũ, an ſi is, qui habet vſumfructum
alicuius Cenſus moriatur fructibus il-
lius integraliter, vel pro aliqua parte
iam maturis, non tamen exactis, fructus illi non exa-
cti pertineant inſolidum ad illius hæredes, an verò
toti cedant commodo, & vtilitati proprietarij, an
potius debeant inter eos diuidi pro rata temporis.
1 In quo articulo non videtur dubitandum † quin
fructus præfati, quorũ ſolutionis dies venerat tem-
pore mortis vſufructuarij, ab eo tamen non fuerant
exacti, debeãtur integraliter & inſolidum illius hæ-
redibus, cum non debeantur acceſſoriè ad ſortem,
ſed principaliter de per ſe, vt dicebat *Rota coram
b. m. Cardinalis Mantica, deciſ. 14. num. 7. & ſeq.* ſub-
2 dens quod ſors ipſa † non debetur ita vt exigi poſ-
ſit, ſed ſolum annui reditus, & Cenſus ſunt ſoluen-
di, & debentur, *Ruin. conſ. 193. num. 4. verſ. non obſtat
etiam tex. in l. Aurelius, lib. 1.* ſequitur *Vinc. de Frãch.
3 deciſ. 254. num. 9. & ſeqq.* Et propterea † maturi in
vita vſufructuarij habentur pro exactis, *Ruin. d. conſ.
num. 2. verſ. non obſtat, in fine. Vinc. de Franch. d. deciſ.
4 254. num. 5. in fine*, fructus † autem exacti ante mor-
tem vſufructuarij, vel qui pro exactis habentur ad
illius hæredes tranſeunt. *Ruin. ibi. & Vinc. de Franch.
d. deciſ. num. 6.*
5 Nec obſtat † *tex. in l. deducta, §. qui poſt tempus. ff.
ad Trebell.* quem exornat *Vinc. de Franch. deciſ. 49.
per tot. & Marzar. conſ. 1. num. 47.* cuius diſpoſitio vi-
detur de directo pugnare cum hac concluſione.
Quoniam reſpondetur quod diſpoſitio, *d. §. qui poſt
tempus.* intelligi debet in iis vſuris, quæ ſunt acceſ-
ſoriæ ad ſortem, & propterea ex natura acceſſionis
6 ſequuntur ſortem, & iſtæ † quidem ab vſufructua-
rio non exactæ tranſirent ad proprietarium, cui ra-
tione conſolidationis vſusfructus accreuit, & ſors
ipſa principalis debetur, *l. nomen, ff. de leg. 3.* & con-
ferunt dicta per *Pau. de Caſtro, in l. ſi tibi homo, §. cum
ſeruus, verſ. in tex. ibi ſuſpenſos, ff. de leg. 1.* quem ſe-
quuntur *ibi Alex. colum. fin. in 2. limit. Iaſ.* ſimiliter,
col. fin. verſ. 2. ſignanter, & ita reſpondet *Ruin. d. conſ.
193. num. 4. verſ. non obſtat etiam tex.*, ſequitur *Vinc.
de Franc. d. deciſ. 254. num. 7. & 8. & Peregr. in tract.
de fideic. art. 49. num. 10. in fine*, Fructus autem, de
quibus nos loquimur ex contractu Cenſuali non
debentur acceſſoriè, ſed principaliter & de per ſe,
vt dictum eſt, meritò, &c.
7 Nec † etiam obſtat *tex. in l. in ſingulos, ff. de ann.
legat.* in quo diſponitur quòd fructus ab vſufructua-
rio non percepti ſiue temporis eius mortis ſint ma-
turi, ſiue non ad proprietarium, non autem ad hæ-
8 redes vſufructuarij pertineant. Cum † vſufructua-
rius nullam habeat actionẽ ſuper fructibus per eum
vel alios eius nomine nõ perceptis, ſed illa proprie-
tario competat, *l. ſi vſusfructuarius meſſem. in vlt. re-
ſponſ. ff. quemadm. vſusfr. amitt.* & ibi *Gloſ.* dat con-
cordantes, *§. is vero. vbi Io. Fab. & alij. Inſtit. de rer.
diuiſ. Alex. in l. defuncta, num. 3. ff. de vſufr. vbi Fulgoſ.*
9 ſequitur dicens † huius dicti rationẽ eſſe, quia vſuſ-
fructuarius nõ eſt dominus fructuum antequam il-
10 los percipiat: quoniam reſpondetur, quod † *tex. in
d. l. in ſingulos*, & alia in contrariũ allegata ſunt ve-
ra, & procedunt in fructibus naturalibus & in re-
ſponſionibus annuis, quæ ſoluuntur pro fructibus
naturalibus, & illis correſpondẽt iux. not. per *Hon-
ded. conſ. 85. num. 16. lib. 2. Surd. conſ. 84. num. 4. lib. 1.*
11 tales enim fructus † licet ſint maturi, non tamen à
ſolo ſeparati dicuntur pendere, & pars fundi exiſti-
mantur, *l. fructus pendẽtes, ff. de rei vendic. Couar. var.
reſolut. lib. 1. cap. 15. in princ. Tiraq. de Retractu Linag.
§. 1. Gloſ. 7. num. 37. cum multis ſeqq.* vbi plenè de-
12 clarat. ſed nos ſumus in annuis Cenſibus, † qui di-
cuntur fructus ciuiles, vt dixit *Rota in vna Barenſi
fructuum, 2. Iunii, 1610. coram R. P. D. Canclerio*, quæ
eſt impreſſa *poſt Tract. Deciſ. 176. num. 1.* Et eorum
13 † ſolutio promittitur de certo tempore ex quo non
14 ſunt in aliquo corpore, dicit *Bal.* loquens † de pen-
ſionibus. in *c. qua in Eccleſiarum. ſub num. 20. verſic.
idem in penſionibus. ext. de Conſtitut. Didac. Couarru-
15 uias, d. cap. 15. ſub num. 4.* nam † idem eſt iudican-
dum de iſtis annuis reſponſionibus Cenſuum, quod
iudicatur de pẽſionibus, & aliis reditibus pecunia-
riis, qui non pro fructibus naturalibus debentur,
quia fructus ciuiles ſunt, vt poſt multos dicit *Vinc.
16 de Franch. deciſ. 168. num. 13. & 15.* & in eis † ceſſio
diei pro perceptione habetur, vt ſubdit ibi *Vinc.
num. 16.* & ab hac opinione non diſſentit *Honded.
d. conſ. 85. num. 17. & ſeqq.* qui multa allegant, quæ
pro confirmatione huius concluſionis poſſunt de-
ſeruire. Ex quibus ſequitur, quod vſufructuarius
tranſmittat ad hæredes non ſolum ius conſequendi
eos annuos Cenſus, quorum integraliter exigendo-
17 rum dies venerat tempore ſuæ mortis, † ſed etiam
ius conſequendi pro rata temporis illos, quorum in-
tegraliter exigendorum dies nõdum venerat. Nam
fructus iſti, quidquid dicat *Intrigl. ol. ſup. Bulla de
Cenſib. q. 84. num. 1.* ſunt pro rata temporis ſint diui-
dendi. *Bal. in c. cum inter, col. 2. num. 5. verſ. nota quod
nomina, ext. de conſtitut. Couar. d. cap. 15. num. 10.* erit
enim facienda diuiſio illorum inter proprietarium,
& hæredes vſufructuarij pro rata temporis, vt ſcili-
cet, decurſi pro tempore, quo vixit vſufructuarius
18 ad illius hæredes pertineant, reliqui † verò ad pro-
prietarium ſpectent, quia ſtatim incohato anno, vel
ſemeſtre, prout fructus Cenſus ſolui debere cõuen-
tum fuerit, ſingulo quoquo die fructus currunt, pro
illorum conſequutione acquiritur ius vſufructuario
proportionabiliter, vt declarat *Alber. in d. l. defun-
cta, num. 3. ff. de vſufr. Ruin. d. conſ. 193. ſub nu. 3. verſ.
confirmatur*, nec diſſentit *Alnar. Valaſch. in ſua Pra-
xi partition. cap. 33. num. 7. & 8. & Caſtill. de vſufruct.
c. 78. per tot.* & placuit *Vinc. de Franch. d. deciſ. 168.
num. 17. Caro. de Locat. in tit. de vſufr. q. 23. num. 7.*

Hondeđ.conſ.85.num.31.lib.2. Peregr.de fideicom.art.
19 *49.num.99.& 100.* Quod † forte non procederetin
beneficiato reſignante eccleſiaſticum beneficium,
hunc enim poſt acceptam poſſeſſionem beneficiis
à reſignatario non poſſe aliquam ratam hopum fru-
ctuum ciuilium percipere & conſequi, niſi eorum,
quorum tempore receptæ ab Ordinario reſignatio-
nis dies venerat ſolutionis, declarauit *Rota coram R.*
P.D.Canalerio, in illa Barenſi fructuum ſupra allegata
num.1.& ſeqq. ex rationibus ibi addactis, & *in vna*
Cremonenſi fructuum, 18.Martij, 1611. coram R.P.D.
Pironano, quæ eſt *in calce Tract.deciſ.177.per totum*,
& ſignanter *num.7.& ſeqq.*
20 Bene † verum eſt, quod dictorum fructuum exa-
ctio non ad hæredes vſufructuarij, ſed ad proprieta-
rium ſpectat, quos exactos diuidet poſtea cum hæ-
redibus vſufructuarij, iuxta ratam temporis, vt do-
cet *Alber.in l.fructus, ſub num.10.in fine, verſ. ſed re-*
tenta, ff.de rei vendicat. & ſequitur *Vinc.de Franch.l.*
deciſ.168.num.18.

ARTICVLI QVINTI

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor poteſt emere Cenſum, in quo fideiuſſit.*
2 *Fideiuſſor qui emit Cenſum poteſt agere inſolidum pro toto Cenſu contra illius debitorem.*
3 *Fideiuſſor qui emit Cenſum non poteſt agere contra confideiuſſores ad integrum Cenſum, ſed ad id quod ſupereſt, deducta eius rata.*
4 *Fideiuſſores in dubio tenentur pro æquali portione.*
5 *Limitatur in eo qui fideiuſſit diuerſo tempore quam fideiuſſerint alij.*
6 *Quia non poteſt repelli exceptione diuiſionis, nec cedendarum.*
7 *Etiam quod fuerint recepti à pluribus perſonis.*
8 *Sublim. Quando primus fideiuſſor acceſſit contemplatione ſecundi, & ſub ſpe mutui periculi.*
9 *Correus qui emit integrum Cenſum non poteſt agere contra correum pro toto Cenſu, ſed dumtaxat deducta eius rata.*
10 *Correi debendi, in dubio tenentur pro virili.*
11 *Limit. niſi alter maius emolumentum reportauerit.*
12 *Dominus Cenſus vendens illum correo debendi, tenetur cedere illi iura, talia tamen, qualia habet.*
13 *Correus qui emit Cenſum, non poteſt cogere correum ad redimendum Cenſum, etiam quod tempore impoſitionis inter eos actum eſſet, vt certo tempore extingueretur.*
14 *Limita ſi correus vel confideiuſſor non emat, ſed redimat Cenſum.*
15 *Nemo dat quod non habet.*
16 *Ceſſio iurium facta ex interuallo non ſuffragatur ei, qui alienam extinguit obligationem.*
Neque ei, qui ſimpliciter ſoluit, num.19.
17 *Ceſſio iurium facta ex interuallo fideiuſſori ſoluenti, proprio nomine ſuffragatur.*
18 *Solutio facta à fideiuſſore fideiuſſorio nomine, non extinguit primæuam obligationem.*
20 *Solutio fideiuſſoris contra principalem debitorem, cenſetur probata ex ſola creditoris confeſſione.*

Fideiuſſor Cenſus, vel correus debendi ſi emat Cenſum, an poſſint illum integraliter exigere.

ARTICVLVS QVINTVS.

NON inutiles nunc ſeſe offerunt diffi-
cultates in hoc quinto articulo di-
ſcutiendæ. An ſi fideiuſſor, vel alter
qui cum venditore Cenſus eſt inſoli-
dum obligatus, vt ſe à domino Cenſus
liberet, Cenſum emat ab eodem domino Cenſus
1 (prout † illum emere poteſt, vt latè comprobat
Stephan.Gratian. poſt hæc ſcripta viſus, *Diſceptat.Fo-*
renſ.tomo 3.cap.459.per tot. & ſignanter *num.19.cum*
multis ſeqq.) poſſit à principali debitore, vel ab alio
correo debendi annuos Cenſus, & annuas reſpon-
ſiones inſolidum exigere.
In qua dubitatione duæ ſunt faciendæ inſpectio-
nes, vna reſpectu fideiuſſorum: Altera reſpectu cor-
reorum debendi. Quo ad primam inſpectionem vi-
detur diſtinguendum, an fideiuſſor, qui emit Cen-
ſum velit agere contra principalem debitorē Cen-
ſus, an verò contra confideiuſſores cum ipſo inſoli-
2 dum in contractu Cenſus obligatos, vt in † primo
caſu detur illi actio ad integrum Cenſum, & inſoli-
dum exigendū non aliter ac dabatur domino Cen-
ſus, à quo emit, in cuius locum & ius ſucceſſit, & cu-
ius iure vti poteſt, *Rim.iun.conſ.291.num.40.& conſ.*
326.num.13.lib.3. Surd.conſ.22.num.16.& conſ.82.
nu.13.& ſeqq.lib.1. & in puncto non obſcurè firmat
3 *Gratian.d.cap.459.d.num.19.& ſeqq.* Secundo † ve-
rò caſu non poſſit ad integrum Cenſum agere, ſed
dumtaxat, vt dempta, & deducta portione ſua, &
4 pro qua ipſemet eſt obligatus (quæ † in dubio eſt
virilis cum quilibet ex fideiuſſoribus, iuxta regulas
iuris teneatur pro æquali portione, *l.fideiuſſores, ff.*
de fideiuſſ.l.1.& 2.C.de duob.rei. Bart.in l.Modeſti-
nus.num.9.& 10.ff.de ſolut. Afflict.deciſ.319.num.
14.) reſiduum exigat & conſequatur, iuxta not.per
Gloſ.in l.Modeſtinus, in verbo, actionum. & ibi Bart.nu.
8.in fine, & Pau.de Caſt.nu.4. in fine, ff. de ſolut. & in
puncto reſoluit *Rota coram b.m.Litta, in vna Romana*
fructuum Cenſ.et, 23. Ianuarij, 1599. quæ eſt impreſſa
in fine Tract. deciſ. 178. ſub num.1. & coram Illuſtriſs.
Cardin.Ludouiſio, in vna Romana, ſeu Sabinenſi cenſus, 8.
Nouembris, 1604. quę eſt *ibidem deciſ. 179. nu.1. Fe-*
lician. vbi ſupra, tomo 1. lib.3.c.2. num.17. in fine, &
num.18. verſ. Idemq. ſtatuo.
5 Hoc † tamen videtur quod ſit limitandum in eo
qui fideiuſſit diuerſo tempore, quam fideiuſſerint
alij, cum enim priores fideiuſſores non acceſſerint
contemplatione huius poſterioris, ſi iſte qui poſte-
riore loco fideiuſſit ſoluat integrum debitum, & re-
portet à creditore ceſſionem iurium, poterit vigore
dictę ceſſionis integraliter & inſolidū repetere quic-
6 quid ſoluit, & † ij qui priori loco fideiuſſerūt inſo-
lidum conuenti non poterunt opponere exceptio-
nem cedēdarum, neque diuiſionis, *l.ſi Titius, 49. ibi*
ſed ita demum. vbi *Caſtr.num.1. verſ. ſecundus caſus, ff.*
de fideiuſſ. Gloſ.in l.ſi ſtipulatus, 16. §. ſi ex duobus. in
verſ.Martinus, & ibi Paul.de Caſtro, ſub num.1. ad fin.
verſ. quartus, ff. eod. Idem Caſtr. in l.ſi plures, 28. in
princ.

Digitized by Google

princ. ſub num. 1. n. med. verſ. ſed contra hoc oppono.
vbi teſtatur de communi, ff. eod. Specul. in tit. de re-
nunc. & concluſ. num. 13. Rom. conſ. 472. verſ. aliquan-
do nil. Bertazol. in tract. de Clauſ. inſtrum. clauſula 40.
Gloſ. 2. num. 11. Vinc. de Franch. deciſ. 55. nu. 11. Etiam
7 † quod iſti plures fideiuſſores fuerint recepti à di-
uerſis perſonis, l. ſi à Titio, ff. de fideiuſſor. quem tex.
ita intelligit Bart. in d. l. ſi plures, in princ. nu. 2. ff. eod.
refert & ſequitur Angel. Aret. in §. ſi plures, ſub nu. 2.
verſ. quæro cum hoc. Inſtit. de fideiuſſ. Quæ tamen li-
8 mitatio debet † ſublimitari quando tempore quo
prior fideiuſſor acceſſit fuit promiſſum quod acce-
deret etiam alter confideiuſſor, & prior fideiuſſor
hoc ſciuit eo quia cum ipſo actum id fuit, vt decla-
rauit Rota coram Seraph. deciſ. 865. num. 1. par. 1. ex
Neguſ. d. par. 5. memb. 3. num. 36. ad fin. nam ſi ille ſe-
cundus accedat, & ſoluat cum reportatione ceſſio-
nis iurium, nō poterit poſtea à priore fideiuſſore ſo-
lidum repetere, quia primus cēſetur fideiuſſore con-
templatione ſecundi, & ſub ſpe mutui periculi, vt
ſenſiunt ſuptarelati Doctores.

9 Quo † verò ad ſecundam inſpectionem de cor-
reis, ſi vnus ex pluribus Cenſum emat concluden-
dum eſt, quod non poſſit inſolidum exigere inte-
grum Cenſum ab alijs correis, ſed pro ea dumtaxat
parte, pro qua alienā recognoſcebat obligationem,
& pro qua ad ipſum proprio nomine, & propria vti-
litate negotium cępit pertinere, vt poſt Ronchegall.
in l. Reos, in princ. num. 41. & 43. ff. de duob. reis. Nat-
ta, conſ. 658. Ceph. conſ. 220. num. 11. lib. 2. Surd. deciſ.
308. num. 7. Gaſp. Roder. de ann. reditib. lib. 2. quæſt. 17.
num. 14. & 15. dicit Ludouic. Velazquez, de Auend. in
ſuo tract. de Cenſib. Hiſpan. cap. 100. num. 2.

10 Iſta autem † portio in dubio erit virilis, l. 1. & 2.
C. de duob. reis. Caſtr. in l. ſed & Iulianus, in princ. nu. 4.
ad fin. ff. ad Macedon. Ronchegall. ad l. eand. in princ. nu.
179. & ad leg. Reos, §. cum in tabulis, nu. 45. ff. de duo-
bus reis. & dictum eſt ſup. num. 4. de duobus fideiuſ-
11 ſoribus. Niſi alter ex † ipſius maius emolumen-
tum ex contractu reportauerit, quam alius: quo ca-
ſu, ratione maioris emolumenti in plus teneretur, l.
Vir vxori, §. vlt. iuncta Gloſ. fin. in fine, ff. ad Velleian.
& dicit in propriis terminis Rota in vna Bononienſi
fideiuſſionis, 19. Aprilis, 1601. coram b. m. Iuſto, quæ eſt
poſt Tract. Deciſ. 180. nu. 1. & 2. Correus igitur emēs
Cenſum non inſolidum, ſed dumtaxat pro ſua rata
poteſt agere contra correos, obtenta tamen ceſſio-
ne à domino Cenſus, & non aliter. Gloſ. in l. vir vxo-
ri, §. mulier, ff. ad Velleian. Bart. & alij communiter in
d. l. Modeſtinus, ff. de ſolut. & poſt multos Felician. in
puncto in dd. ſuis Commentar. tomo 1. lib. 3. cap. 2. num.
18. & tomo 2. eod. lib. 3. & cap. 2. num. 9. voluit Rota
coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, in vna Romana
Cenſus, 9. Maij. 1611. quæ eſt in calce Tract. deciſ. 181.
12 num. 1. quæ iura † talia tamen, qualia habet tene-
tur dominus Cenſus eo caſu cedere, vt pluribus do-
cet Felician. d. tomo 1. lib. 3. cap. 2. num. 27. verſ. in qua
quæſtione, & d. tomo 2. eod. lib. 3. & cap. 2. nu. 11. verſ.
ſed certe facit, Neguſ. in ſuo tract. de pignor. & hypot.
par. 5. memb. 3. par. 1. num. 35. & poſt longam diſcuſ-
ſionem, firmat Gaſp. Roderic. d. lib. 2. q. 16. num. 11.
13 cum multis ſeqq. & num. 33. Dum † autem volet à
correis Cenſum exigere nō erit illi permiſſum age-
re aduerſus correos ſeu confideiuſſores, vt Cenſum
redimant etiam quod tempore cōſtitutionis & ven-
ditionis Cenſus inter eos actum eſſet, vt Cenſus re-
dimeretur infra certū tempus, puta ſi iſte qui Cen-
ſum emit recepiſſet promiſſionem à confideiuſſori-
bus, ad quorum manus integrum precium Cenſus
peruenit, quod Cenſum illum intra certum tempus
extingueret, nam ſi emat Cenſum illum, & eius fru-
ctus exigat, non poterit poſtea agere pro extinctio-
ne, vt firmat Roderic. de ann. reditib. lib. 2. quæſt. 13.
num. 4. & ſeqq. refert Gratian. d. cap. 459. num. 24.

14 Hæc † tamen omnia quæ diximus de fideiuſſore
vel correo acquirente Cenſum, intelligenda ſunt
quando ad eos tranſiuit Cenſus titulo veræ & realis
venditionis & emptionis dumtaxat; ſecus autem ſi
Cenſum redimant, & extinguant, quia eo caſu, cum
apud reuendentem nullæ actiones remaneant ad
futuros Cenſus, & penſiones conſequendas nihil eſt
15 quod illis cedere poſſit, nam † nemo dat quod non
habet, l. traditio, ff. de acquir. rer. dom. l. ſi filius, C. de do-
nat. Dec. qui alios allegat in l. nemo plus iuris, ff. de
reg. iur. Felician. d. tomo 1. lib. 3. & cap. 2. num. 19. be-
ne Gaſp. Roder. in d. ſuo tract. de ann. reditib. lib. 2. q. 13.
num. 4. & ſeqq. & dixit Rota coram R. P. D. Manzane-
do, 12. Ianuarij. 1607. in illa Rauennatenſi Saluiani In-
terdicti, quæ eſt impreſſa poſt Tract. Deciſ. 142. num.
13. & non obſcure ſenſit coram eodem in vna Romana
Cenſus, 6. Februarij, 1615. quæ ibidem eſt deciſ. 182.
num. 1. & bene coram R. P. D. meo Vbaldo, in vna Ro-
mana reſciſſionis inſtrumenti, 18. Martij, 1616. quæ eſt
ibidem deciſ. 183. num. 2.

Sed hic non incongrue poſſet dubitari quonam
tempore huiuſmodi ceſſio iurium ſit obtinenda an
in ipſo actu ſolutionis, an vero ſufficiat ſi habeatur
ex interuallo. In qua dubitatione eſt breuiter di-
16 ſtinguendum. Aut † fideiuſſor ſoluit vt tam pro-
priam, quam aliorum obligationem, & debitum
extinguat, puta ſoluendo nomine debitoris, & non
ſuffragatur illi ceſſio iurium ſi eam non obtineat eo
ipſo tempore, quo ſoluit, Gloſ. Oldr. Din. Bar. Alber.
Angel. Imol. Caſtr. & communiter alij, in d. l. Modeſti-
17 nus, ff. de ſolut. Aut † vero ſoluit vti fideiuſſor vt pro-
prium debitum, & propriam obligationem dumta-
xat extinguat, & ſibi ſuffragatur ceſſio etiam ex in-
teruallo facta. Bar. in d. l. Modeſtinus, num. 4. verſ. aut
ſoluit nomine ipſius ſoluentis, & ibi Ang. nu. 4. verſ. quin-
18 to & vltimo fallit. & Caſtr. num. 6. in fine, quia † eo
caſu prima obligatio non extinguitur, ſed adhuc
viua remanet, l. Papinianus, ff. mand. l. Stichum, aut
Pamphilum, §. ſi mandatum, ff. de ſolut. Gabr. conſ. 63.
nu. 3. & 10. lib. 2. & Felician. in dd. ſuis Commentar. to-
mo 2. lib. 3. cap. 2. num. 10. & vtrumque membrum
diſtinctionis amplexa fuit Rota in vna Romana Do-
hana ſalis. 10. & 21. Iunij, 1581. coram b. m. Cantuccio.
19 quæ eſt in calce Tract. deciſ. 184. num. 2. Aut † verò
fideiuſſor ſimpliciter ſoluit, & non expreſſit quo no-
mine ſolutum voluerit an proprio, an principalis
debitoris, & ſimiliter ceſſio illi ex interuallo facto ei
non ſuffragatur, Gloſ. in d. l. Papinianus, Azo, in ſua
Summa, in tit. C. de fideiuſſ. num. 13. facit l. fin. C. de con-
ſtit. pecun. & hanc ſententiam dicit eſſe veriorem
Felician. in dd. ſuis Commentar. tomo 1. lib. 3. cap. 3. n. 7.

20 Solutionem † autem probare poterit fideiuſſor
ex ſola creditoris confeſſione, l. Publia, §. fin. ff. depoſ.
l. pecunia, C. de ſolut. Alex. conſ. 123. num. 1. & 5. lib. 6.

&

& hãc eſſe veriorem & magis communem Scribentium opinionem profitetur *Anton. Gomez. Var. Reſolut. tomo 2. cap. 13. num. 17. Marſil. ad Rubr. C. de fideiuſſ. num. 265.* & alij apud *Felician. d. cap. 3. num. 8. & apud Caroce. in ſuo tract. de excuſſ. parte 1. in 10. quæſt. princ. num. 21.*

ARTICVLI SEXTI

SVMMARIA.

1 *Iura multa ſunt ceſſibilia.*
2 *Iura multa ſunt, quæ nec cedi, nec transmitti poſſunt.*
3 *Ius Cenſus hypothecatur.*
4 *Hæc tamen hypotheca extinguitur extincto Cenſu.*
5 *Reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris.*
6 *Debitor Cenſus volens extinguere Cenſum, quod non teneatur id denunciare ei qui dictum Cenſum habet obligatum.*
7 *Limit. Roderic. quando dictus creditor hypothecarius denunciauit debitori Cenſus ius ſuum. Sed Auctor non probat.*
8 *Cenſus locari poteſt.*
9 *Dummodo locatio non fiat debitori Cenſus, ſed extraneo.*
Immo quod etiam debitori placuit Roderici, ſed vide de veritate, & infra.
10 *Creditoris & debitoris perſona non poteſt eſſe eadem.*
11 *Debitor dicitur ſibi ipſi ſoluere per compenſationem.*
12 *Cenſus dari poteſt titulo ceſſionis:*
13 *Item titulo permutationis.*
14 *Item titulo dotis.*
15 *Cenſus vendi poteſt.*
16 *In venditione Cenſus antiqui requiri pecuniam numeratam, vult Boccacc. Sed contrariam ſententiam defendit Auctor.*
17 *Pretium in venditione Cenſus antiqui quod variari poſſit, volunt aliqui.*
Contrarium alij & probat Auctor, num. 19. & reſpondet contrarijs.
Defenditur prior quando Cenſus eſſet litigioſus, & non ſecurus, num. 21.
Vel quando emptor Cenſus interpellatur à venditore, num. 23.
18 *Pretia rerum variantur ex qualitate temporum, & perſonarum.*
20 *Intellige quando pretium non eſſet aliqua ratione certum.*
22 *Actio dubia & periculoſa ſolet minori pretio vendi.*
24 *Cenſus legari poteſt.*
25 *Cenſu legato legatarius non cõſequitur ſortem, ſed dumtaxat annuos fructus.*
26 *Cenſus, & illius pretium ſunt ſeparata, & diuerſa.*
27 *Legato Cenſu hæres non tenetur legatario, niſi cedere actiones.*
28 *Fructus Cenſus legati maturi tempore mortis teſtatoris pertinent ad hæredem, non ad legatarium.*
29 *Intellige de fructibus quorum ſolutionis dies venerat tempore mortis teſtatoris, non in alijs.*
30 *Legatum cenſetur reuocatum per alienationem rei legatæ.*
Limitatur ſi alienatio fiat ex neceſſitate, num. 32.
31 *Legatum Cenſus non extinguitur propter redemptionem illius.*
33 *Quoad effectum non reuocandi legatum ob alienationem factam ex neceſſitate parificatur neceſſitas rei familiaris, & neceſſitas inducta à lege.*
34 *Cenſus datur in ſolutum pro debito.*
35 *Cenſus ſuper Cenſu conſtitui, & collocari poteſt.*
36 *Cenſus ceditur, & transfertur in quemcumque etiam ſingulariſſimum ſucceſſorem.*
37 *Cenſus trãsferri poteſt alijs modis, & titulis, remiſſiue.*

Dominus Cenſus, an de illo poſſit aliquo titulo diſponere, & quo.

ARTICVLVS SEXTVS.

QVONIAM Cenſus nil aliud eſt quam ius quoddã percipiendi, & conſequendi annuam reſponſionem, quod ex contractu cẽſuali multis titulis acquiritur, vt dictum fuit ſupra ſæpius. Ex iuribus
1 autem multa ſunt, † quæ cedi, & transferri ad alium poſſunt, vt docet *Tiraq. de Retractu Lignag. §. 26. Glo.*
2 *3. à nu. 2. vſque ad nu. 41.* & multa itidem ſunt, † quæ neque cedi, neque in alium transferri poſſunt, vt plena manu cumulat *idem Tiraq. d. §. 26. Gloſ. 1. à nu. 45. vſque ad finem dict. Gloſſæ.* Ideo non ab re me facturum exiſtimaui, ſi quale ſit ius iſtud poſtquam fuit in alium tranſlatum, & domino Cenſus acquiſitum, & conſequenter an dominus Cenſus, poſtquam illud titulo emptionis, vel alio quouis iuſto & legitimo acquiſiuit, poſſit ſuper illo aliquem contractum celebrare, breuiter in hoc ſexto articulo explicarem. Et præſuppoſito, quod ius iſtud ſit ceſſibile, vt colligitur ex *Rota in vna Rauenn itenſi Salu. Interdic. 12. Ianuarij, 1607. coram R. P. D. Manzanedo,* quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 142. nu. 1.* videamus quibus titulis cedi, & transferri poſſit.

3 Primò † igitur poteſt hypothecari, vt vult *Foller. in ſua Pract. Cenſu. in verbo, inſtrumentum gratiæ, nu. 45. Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann. reditib. lib. 1. quæſt. 18. num. 15.*

4 Hæc † tamen hypotheca ceſſat & extinguitur, quando redimitur, & extinguitur Cenſus ipſe, vt di-
5 cit *Foller. d. num. 45.* nam † regulare eſt quod extincto iure datoris reſoluatur etiam, & extinguatur ius acceptoris, vt not. *in Auth. res quæ, C. comm. de legat. Alex. conſil. 65. lib. 5. Guido Pap. deciſ. 611.* Et quamuis *Foller. d. num. 45.* dicat ita demum ex redemptione Cenſus extingui hypothecas, & ſubmiſſiones de eo à domino illius factas, ſi redemptio, & extinctio fiat infra tempus præſtitutum redemptioni, aliàs ſi elapſo tempore reuenditioni præfinito emptor Cenſus illum ex gratia reuenderet, vel prorogaret tempus ad redimendum tales hypothecas non extingui in præiudicium creditorum. *arg. tex. in l. ait Prætor. §. ſi cum, l. omnes debitores, §. ſi vir vxori. & l. ſi pignus, ff. quæ in fraud. credit.* Hoc autem licet verum ſit reſpectu reuenditionis aliarum rerum, tamen nullo modo videtur recipiendum tamquam de directo contrarium *Bullæ Pij V. ſuper Cenſib.* qua prohibetur reſtringi facultas redimendi Cenſum, vt diximus *ſupra hac 2. parte, cap. 1. quæſt. 3. art. 7.*

Sed excitat difficultatem circa hoc *Roderic. d. q.*
6 *18. num. 55.* An † debitor Cenſus volens redimere Cenſum quem ſciebat fuiſſe ab illius creditore hy-

pothe-

pothecatum pro ſuis debitis teneatur requirere hy-
pothecarios, & illis denũciare futuram redemptio-
nem. & negatiuè concludit *per tex. & ibi Gloſ. fin. in l. nomen, C. quæ res pign. obligat. poſſ. Neguſ. de pignor.*
7 *parte 2. membro 3. num. 27.* excepto † tamen caſu
quando ille creditor hypothecarius certiorauerit
debitorem Cenſus de ſua hypotheca proteſtãdo ne
ipſo non monito Cenſum redimat, oſtendendo etiã
inſtrumentum hypothecæ. quæ exceptio mihi non
placet, cum hypotheca præfata per redemptionem
Cenſus ipſo iure reſoluatur, vt ſupra dictum fuit, nec
debitori Cenſus poſſit inuito iniqua conditio infer-
ri, *l. non debet. ff. de reg. iur.* Nec mihi viſa eſt ad rem
facere auctoritas *Bart. in l. non ſolum, §. morte, num. 35 ff. de nou. oper. nunc.* qua nititur *Roder.* Quia *Bart. ibi*, loquitur in debitore quantitatis, ſed in terminis
noſtris debitor Cenſus reſpectu ſortis, quam vult re-
ſtituere redimendo Cenſum, & ius annui reditus
quod vendiderat, non poteſt dici debitor, *Gabr. conſ. 141. num. 8 lib. 1. Vinc. de Franch. deciſ. 234 num. 9. deciſ. 204. num. 32.*

8 Secundò † ius iſtud cenſuale poteſt locari, vt di-
cit *Ruin. conſ. 160. num. 2. lib. 1.* quem refert *Vinc. Caroc. in ſuo tract. de locat. & conduct. lib. 3. tit. de Cenſib. num. 1. Io. Azor. Inſtit. Moral. p. 3. lib. 10. cap. 4. in princ.*
9 Qui dicunt procedere † dummodo locatio fiat ali-
cui tertiæ perſonæ, non autem ipſi debitori Cenſus:
quia eſſet conductor rei propriæ, & à ſemetipſo de-
beret exigere, quod in iure non admitti dicunt, *l. neque pignus, ff. de reg. iur. l. Vrunius, ff. de fideiuſſ.* quã
ſententiam fuit etiam amplexus *Gaſp. Roder. d. tract. de ann. reditib. lib. 1. q. 3. num. 12.* licet diſſentiat ab
aliis dum negãt ius iſtud poſſe locari debitori Cen-
ſus, motus ea ratione quia falſum dicit quod vendi-
tor Cenſus conducens illud ius ab emptore videa-
tur rem propriam conducere. Nam licet debitor
Cenſus, vt dominus rerum reditui annuo ſuppoſita-
rum, non eſt tamen dominus ipſius iuris percipien-
di annuam reſpõſionem, quod ſolum in emptorem
Cenſus tranſire ſupra diximus, & quod eſt omnino
verè & realiter diſtinctum & ſeparatum ab ipſis re-
bus cenſuatis, vt dixit *Rota* ſæpius, & ſignanter *in una Romana fructuum Cenſus, 10. Decembris, 1606. coram Illuſtriſſ. Cardin. Ludouiſio*, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 185. num. 3.* & propterea ſi illud ius con-
ducat, non poteſt dici quod rem propriam condu-
cat, quod verius videtur, ſed non propterea tolli-
tur alia ratio quã conſiderant *Carocc.* & alij, quod
10 ſcilicet, in iure non recipiatur † quod eadẽ ſit per-
ſona debitoris, & creditoris, *l. hæres à debitore, §. quod ſi ſtipulatur. & ibi Gloſ. in verbo, perinde, ff. de fideiuſſ. Alex. conſ. 149. num. 2. lib. 2.* quod contingeret ſi da-
remus quod debitor Cenſus poſſet illum met Cen-
11 ſum ab illius domino conducere. Niſi † dicamus,
quod eo caſu, per compenſationem (quæ tunc fieret
ipſo iure, *l. ſi conſtat, C. de compenſ.*) poſſit quis ſibi
ſoluere, quod ſibi debet, vt animaduertit *Rota Genuenſ. deciſ. 190. num. 10.*

12 Tertiò transferri etiam poteſt † titulo ceſſionis,
Foller. in ſua Pract. Cenſu. in verbo, huiuſmodi, nu. 66. & 95. Pariſ. conſ. 75. num. 32. & ſeq. lib. 4. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 25. ſub n. 52. ad med. Tiraq. de retract. conuent. in fine, n. 137. Guliel. Redoan. in ſuo tract. de rebus eccleſ. non alien. in tit. de cõſtit. ann. Cenſus, nu. 61.

13 Quartò transfertur etiam titulo † permutatio-
nis, *Bartolin. ad Bull. Pij V. ſuper forma creandi cenſ. Gloſ. 6. ad med. Io. Azor. Inſtit. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 4. in princ. Ludou. Molina, in ſuo tract. de contract. parte 2. diſputat. 383. num. 5.*

14 Quintò transferri etiam poteſt † titulo dotis,
Garz. Maſtrill. deciſ. Regni Sicil. 103. per tot. parte 2. Federic. Martin. de iure cenſ. cap. 3. num. 8.

15 Sextò poteſt † vendi, *Nauar. in ſuo Comment. de vſur. num. 112. Boccacc. in ſuo tract. de Cenſib. parte 2. num. 25. Federic. Martin. in ſuo tract. de iure cenſu. cap. 4. num. 80.* prout etiam ſentit *Ludou. de Auend. de Cenſib. Hiſpan. c. 34. num. 1. & 2.*

Circa quam Cenſus venditionem duplex ſubori-
tur difficultas. Prima an de neceſſitate facienda ſit
pecunia præſenti & numerata coram Notario & te-
16 ſtibus tempore venditionis. In qua † licet *Boccacc. in d. ſuo tract. parte 3. num. 58.* inhærendo cortici ver-
,, borum *Bullæ Pij V. ſuper Cenſib.* in verſ. *Hanc autem*
,, *ſalutiferam ſanctionem, ne dum in Cenſu nouiter crean-*
,, *do, verum etiam in creato quocumque tempore alienando*
,, *perpetuo, & in omnibus ſeruari volumus*, &c. dicat etiã
in venditione Cenſus facienda ab illius domino, ab
illius domino eſſe de neceſſitate ſoluẽdum pretium
in pecunia numerata coram Notario & teſtibus in
actu ipſo venditionis: quia tamen contrariam ſen-
tentiam amplexus fuit *Ludouic. Lopez, in ſuo tract. de contract. lib. 1. cap. 59. in princ. & verſ. verum tamen ſententiam*, quem ſequitur *Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 2. lib. 2. cap. 2. nu. 17.* cum
duabus tamen declarationibus & eandem ſenten-
tiam reiecta opinione *Boccacc.* ſimpliciter & indi-
ſtinctè, optimis rationibus firmauit *Rota coram R. P. D. Manzanedo, 12. Ianuarij, 1607. in illa Rauẽnatenſi Salu. Interd.* quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 142. nu. 7. & coram R. P. D. Ottembergio, 7. Februarij, eiuſdem anni in vna Romana Cenſus*, quæ eſt *ibidem deciſ. 186. num. 7. verſ. denique obijciebatur, & coram Reuerendiſſimo P. D. Coccino Decano, 18. Martij, 1613. in vna Beneuentana Cenſus, quæ ibidem eſt deciſ. 187. num. 8.* pro-
pterea ſuperuacaneum eſſe exiſtimaui vlterius cir-
ca eam inſiſtere.

Altera ſuboritur dubitatio an dominus, qui Cen-
ſum ab alio emptum habet ſi velit alicui tertio il-
lum vendere teneatur vendere eodem pretio quo
prima vice venditus fuit, an verò poſſit pretium an-
tiquum diminuere, & illum viliori pretio vendere.
17 In qua † dubitatione quod huiuſmodi venditio
poſſit fieri pretio minori tenent *Fernand. Rebell. in ſuo tract. de obligation. Iuſt. 2. lib. 10. quæſt. 6. num. 25. verſ. alia verò clauſula. Leonard. Leſſ. in ſuo tract. de Iuſtit. & iure, lib. 2. cap. 22. dubitat. 7. num. 45. & ſeqq. & dubitat. 12. num. 95.* vbi ita declarat *Bullam Pij V. in verſ. declarantes pretium ſemel*, &c. *Io. Azor. d. lib. 10. cap. 8. quæſt. 5.* ea potiſſimum ratione, quia cum
Cenſus iſte inter immobilia connumeretur, vt dixi-
18 mus *ſupra par. 1. c. 3. q. 1. art. 4.* Sicut † aliarum rerum
immobilium pretium licitè poteſt ex temporum, &
circumſtantiarum diuerſitate variari, *l. pretia rerum, ff. ad leg. Falcid.* quoniam pretium aliquando auge-
tur, aliquando minuitur ex qualitatibus, & condi-
tionibus rei æſtimandæ, vt comprobat *Ant. Pinel. ad leg. 2. C. de reſcin. vend. par. 3. c. vit. num. 19.* & non
ex natura rei, ſed ex hominum æſtimatione, etiam
quod

quod facta ſit, conſtituitur. *Conrad. in ſuo tract. de contract. quaſt. 56. concluſ. 2. Conar. Var. Reſolut. lib. 3. c. 3. num. 4.* nec in pretij æſtimatione attéditur quanti res ipſa quæ védi debet fuerit ſemel vendita, nec labor quem in eius acquiſitione venditor fuit perpeſſus. *Foller. in d. ſua Tract. Cenſuali, in verbo, dummodo annualis Cenſus, num. 19.* ſed tantum habetur ratio communis hominum æſtimationis, *d. l. pretia rerum.* eodem quoque modo, & iiſdem rationibus dicendum videtur quod ex temporum, & circumſtantiarum variatione poſſit etiam variari pretium huius noſtri Cenſus ex communi hominum æſtimatione.

19 Contrariam † tamen ſententiam tenendam eſſe „ ſanciuit *Pius V. in d. ſua Bulla in illis verbis*: Decla„ rantes pretium ſemel Cenſui cõſtitutum nunquam „ poſſe ob temporum, aut contrahentium qualitatem „ ſeu aliud accidens, nec quo ad vltimo contrahentes minui, vel augeri. Et hanc defendit *Mich. Salon. in ſuo tract. de contract. & comm. human. in tit. de Cenſib. art. 3. controuerſ. 10. num. 3. & num. 6. verſ. colligunt ſecundo, Felician. de Solis, in dd. ſuis Commentar. tomo 1. lib. 2. cap. 1. num. 43. verſ. contrarium verò. & tomo 2. eod. lib. 2. & cap. 1. num. 9.* vbi multos congerit & magis communem profitetur *Gaſp. Roder. in d. ſuo tract. de ann. reditib. lib. 1. quaſt. 8. num. 8. cum multis ſeqq.* Quam ſententiam reperio firmaſſe etiam *Ludou. Auend. d. cap. 34. num. 19. & ſeqq.* vbi illam pluribus confirmat, & reſpondet contrariis. & ex multis rationibus quibus mouentur ij, qui hanc vltimã opinionem amplectũtur. ea videtur magis vrgere, quia in propoſito caſu emens Cenſum viliori pretio emit ſcienter pretio iniuſto, cum Cenſus iſte habeat pretium certum & conſtitutum ſaltem à conſuetudine, vt diximus *ſupra hac eod. p. 2. cap. 1. q. 1. art. 3.* propter quam ſcientiam videtur inſurgere deliberata intentio, & voluntas lucrandi cum aliena iactura mediante emptione facta à venditore, vt plurimum conſtituto in egeſtate, vel propter aliam cauſam vendere coacto.

20 Nec † obſtat ratio quam retulimus ſupra ex mente eorum, qui contrariam opinionem amplexi ſunt; quoniam illa poſſet procedere vbi pretium rei vendendæ non eſſet aliqua ratione certum, & determinatum, ſed omnino arbitrarium & pendens in omnibus, & per omnia ex volũtate, & æſtimatione communi; ſecus autem vbi pretium eſt certum & determinatum vel à Principe, vel à conſuetudine; prout contingit in contractũ cẽſuali, in quo propter hanc certitudinem pretij non habere locum remed. *l. 2. C. de reſcind. vendit.* docuimus *ſupra d. p. 1. c. 3. quaſt. 1. d. art. 3. num. 20.* & cum hac diſtinctione concludit in hac difficultate *Io. Guttierez, Pract. Quaſt. c. 173. num. 3.* Ceterum licet hæc poſterior ſententia fuerit communioribus calculis à Scribentibus recepta: quia tamen de anno 1596. die 21. Maij in ſignatura Sanctiſſimi, proponente Illuſtriſſimo D. Dominico Marino, nunc Ianuæ Archiepiſcopo meritiſſimo, Clemens fel. rec. Papa VIII. declarauit Cenſum hoc caſu vẽdi poſſe minori vel maiori pretio alteri perſonæ quàm illius impoſitori; non eſſet tutum recedere à priori opinione, quam communis vſus rece-

21 pit & ſeruat. Et abſque † dubio, quãdo Cenſus ipſe vendendus non eſſet admodum certus, ſed vel litibus inuolutus, vel aliàs minus tutus & ſecurus ex eo forte quod illius dominus, qui eum vendere deſiderat eſſet pauper & fideiuſſores non inueniret pro Cenſus venditi euictione, & ſecuritate, vt aliorũ auctoritate firmat *Ludou. Auend. d. cap. 34. num. 34. 36.*

22 *& ſeqq.* Nam † actio dubia, & periculoſa minori pretio vendi, & cedi poteſt, *Bar. Bal. Salic. & alij in l. per diuerſas, C. mand. Gabr. in tit. de action. concluſ. 5. nu. 36. & 37.* ſequitur *Mich. Salon. d. controuerſ. 10. num. 5. verſ. conſtituunt in primis. & verſ. Primo ſi Cenſus litigioſus ſit. Roderic. d. quaſt. 8. num. 22. & ſeqq.* refert

23 *Felician. d. num. 43. verſ. venditio reditus.* quod † maximè admittit *Salon.* ſi eo caſu emptor interpelletur à venditore, non autem ipſe ſua ſponte ſe offerat & ingerat, quod probat etiam *Felician. dd. ſuis Commentar. tomo 2. lib. 2. cap. 1. num. 9.* & animaduertit *Io. Guttierez, d. cap. 173. num. 2. & 7.*

24 Septimò † Cenſus iſte poteſt etiam titulo legati transferri, vtputa quãdo teſtator alicui legat Cenſum quem ipſe ab alio emptum, vel alio iuſto titulo acquiſitum habet, *l. ex teſtamento, C. de fideicom. Foller. in d. ſua Tract. Cenſuali, in verbo, huiuſmodi, num. 66. Menoch. de Præſumpt. lib. 3. Præſumpt. 107. num. 1.* Sed circa hoc legatum Cenſus aliquot excitari poſſunt dubitationes, quæ breuiter, & reſolutiuè expli cabuntur. Prima eſt an legato Cenſu legatarius conſequi debeat annuam reſponſionem, & annuos fructus; an verò pretium, quo Cẽſus ille, & ius eum ſequendi dictam annuam reſponſionem emptum & acquiſitum fuit: & ſic an intelligatur legatum dumtaxat ius exigendi Cenſum; an verò pecunia, qua Cenſus emptus & acquiſitus fuit, & per conſequens ſors ipſa principalis, ita vt ſi Cenſus per venditorem redimatur, legatarius conſequi poſſit pre-

25 tium quod teſtitui contigerit. In qua † difficultate ex mente *Guid. Papæ, deciſ. 264.* ſtatuendum arbitror, vt in dicto legato intelligatur dumtaxat comprehenſum ius ipſum exigendi, & leuandi annuam reſponſionem, non autem pretium illius. quam ſententiam probauit etiam *Rota coram b. m. Cardin. Mantica, deciſ. 14. num. 10.* & confirmatur ea ratione:

26 quod habent † ſe ad inuicem vel diuerſa & ſeparata Cẽſus & pretium illius vnde vno legato, vel conceſſo aliud non debet cenſeri legatum, vel conceſſum; cum ad vnius poſitionem non ſequatur poſitio alterius, *l. ſed ſi ante, ff. de except. l. ſi maritus, C. de donat. int. vir. & vxor. l. duobus, ff. de teſtam. tutel.* per quæ iura in ſimili caſu ita fuiſſe deciſum, teſtatur

27 *Guid. Pap. d. deciſ. 264. num. 3.* Et ideo eo caſu † ad nihil aliud tenetur hæres erga legatarium, niſi vt illi cedat actiones aduerſus debitorem Cẽſus pro dicta annua reſponſione exigenda, *l. ſeruum filij, §. eũ, ff. de leg. 1.* cum aliis apud *Simon. de Pret. in ſuo tract. de interpret. vlt. volunt. lib. 5. dubitat. omnium vlt. nu. 42. & ſeq.*

28 Sed † quid ſi tempore mortis teſtatoris adſint multi fructus dicti Cenſus non exacti, an pertineant ad legatarium, an verò ad hæredem, latè diſputat *Garz. Maſtrill. D. ciſ. Regni Sicil. 115. p. 2.* vbi teſtatur fuiſſe reſolutum ſpectare ad hæredem. quã concluſionem in caſu magis dubitabili, videlicet, quando teſtator legauit omnes Cenſus, quos eſt habiturus tempore mortis ſuæ. quinque ſolidiſſimis fundamentis firmauit *Rota coram b. m. Card. Mantica, d. de-*

O ciſ.

ciſ.14. de qua paulò ſupta mentionem fecimus per totam, vbi nonnullis quæ obſtare videbantur reſpondetur.

29 Hoc tamen † videtur intelligēdum, vt procedat
reſpectu fructuum quorum ſolutionis dies venerat
tempore mortis teſtatoris, ſecus autem reſpectu eo-
rum quorum ſolutionis dies non venerat, vt nō ob-
ſcurè ſentit *Rota in d. deciſ.14. coram Mantica*, & ex-
preſsè declarauit *Maſtrill. dicta deciſ.* 115. *num.* 10.
& Gaſp. Roderic. in d. ſuo tract. de ann. reditib. lib. 3.
*quæſt.6. num.*5. & conferunt dicta per *Vincent. de*
Franch. deciſ. 254. *ſub num.* 11. & per nos *ſupra*
hac eadem quæſt. artic. 4. Et poteſt eſſe ratio, quia
iſti fructus non acceſſoriè, ſed principaliter deben-
tur, cùm in contractu cenſuali vendatur, vel alio ti-
tulo habili concedatur ius conſequendi, & exigen-
di dictos fructus, vt diximus *ſupra p.1.c.1.q.3. art.2.*
nu.3. & p.2.c.1.q.1. art.2. nu.8. & aliàs ſæpè. Nam in
ijs, quæ non principaliter, ſed acceſſoriè veniunt in
obligatione, aliter eſſet concludendum, per ea, quæ
dicit *Surd. deciſ.88. per tot.* & ſignanter *num.* 18 *verſ.*
*Non obſtat igitur & num.*19. Et maximè, ſi legatū fa-
ctum fuerit de Cenſu ipſo cū omnibus vtilitatibus
& emolumentis quoquo modo ad teſtatorem ſpe-
ctantibus. Quod conſiderat *Surd. d. deciſ.*88. *nu.* 11.
verſic. Tertio.

Altera etiam ſubnecti poteſt dubitatio circa hoc
legatum. An ſi viuente teſtatore debitor Cenſus il-
lum redimat pro parte, vel in totum legatum ſimi-
30 liter extinguatur pro parte, vel in totum. cum † re-
gulare ſit quod legatū alienatione rei legatæ cen-
ſeatur renocatum, & extinguatur, *l. filio ex parte, §.*
fin. & ibi not. Bart. ff. de adim. legat. Ceph. qui concor-
dantes adducit *conſ.144. num.32. & ſeq. lib.1. Man-*
*tica, de coniect. vltim. vol. lib.12. tit.2. num.*10. & non
31 extingui conſuluit *Hond. conſ.61. num.* 18. *& ſeq. lib.*
1. quem refert & ſequitur *Stephan. Gratian. Diſceptat.*
Forenſ. tomo 2.c.151. nu.65. & c.316. nu.1. & 3. ea ra-
tione, ꝙ iſta alienatio fuerit facta ex neceſſitate, ita
cogente *Conſtitutione Pij V. ſuper forma creandi cenſ.*
32 *verſ. Poſtremò Cenſus omnes.* alienatio † aũt ex neceſ-
ſitate facta non adimit, nec extinguit legatum, *l. fi-*
deicommiſſa, §. ſi rem ſuam, ff. de leg.3. l. rem legatam. &
ibi Bar. ff. de adim. legat. cum concordant. apud *Hon-*
33 *ded. d. num.*18. ſiue † ſit neceſſitas rei familiaris, ſiue
ſit neceſſitas inducta à lege, *Ripa, in l. Lucius, nu.*27.
verſ. hanc etiam, ff. de vulgar. & pup. Mant. d. lib.12. tit.
*6. nu.*18. quos ſequitur *Honded. d. conſ.61. nu.19. Gra-*
tian. d. cap.316. num.3. quare in propoſita difficulta-
te merito dicēdum eſt legatum non cenſeri ad em-
ptum; niſi hæres probet teſtatorem voluiſſe adime-
re, vt ſubiungunt *Honded. & Gratian. in locis alle-*
gatis.

34 Octauò † conceditur quocumque alio titulo, pu-
ta dationis in ſolutum, *Foller. in d. ſua Pract. Cenſ. in*
35 *verbo, huiuſmodi. nu.66. & 95.* Item † ſuper eo po-
teſt nouus Cenſus conſtitui & collocari, vt latè fuit
36 deductum *ſupra p.1.c.3.q.1. art.3.* ceditur, † & ad
quemcumque transfertur etiam ſingulariſſimū ſuc-
ceſſorem. *Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art.15. nu.*
38. Cæſar Barz. deciſ. Bonon.109. num.6.

37 Nonò † transferri etiam poteſt Cenſus aliis mo-
dis quos congerimus *ſupra hac eadem parte 2. cap.1.*
articulo primo.

Caput Secundum.

Quis teneatur Cenſum ſoluere.

QVÆSTIO III.

SEQVITVR vt iuxta præmiſſum ordinem, de iis perſonis agamus, quæ ad Cenſus ſolutionem tenentur, & cogi poſſunt. Verum quoniā circa obligationem ad ſoluendū hos annuos reditus poteſt verſari dubiratio & diſceptatio nō ſolum reſpectu eius, qui Cenſum ſuper ſuis bonis impoſitum & collocatum alteri conceſſit, vel illius hæredum, ſed ēt reſpectu cuiuſlibet alterius, qui in contractu Cenſus ad fauorem emptoris, & domini illius fideiuſſit, & ſe obligauit. Immo etiam reſpectu eorum, qui fundum oneri Cenſus obnoxium ex quouis titulo etiam ſingulariſſimo poſſident. Necnon etiam reſpectu illius qui aliquando præteritos Cenſus ſoluit. licet nec illum impoſuerit, nec imponenti aliquo titulo vniuerſali, vel particulari ſucceſſit, nec pro eo ad fauorem domini Cenſus fideiuſſit, nec bona cenſuata poſſidet: Idcirco complectendo omnia, quæ circa hæc perſonarum genera occurrēt dicenda, hanc tertiam Quæſtionem in nouem Articulos diuidendam eſſe ſum arbitratus.

Primus, quod Cenſum ſoluere tenetur tam is, qui illum impoſuit, quam illius hæres.

Secundus, fideiuſſor, qui acceſſit in contractu Cenſus tenetur ad fructuum illius ſolutionem.

Tertius, fideiuſſor quādo agere poſſit pro ſuæ indemnitatis conſeruatione.

Quartus, fideiuſſor Cenſus, an agere poſſit vt à tali fideiuſſione eximatur, & liberetur.

Quintus, fideiuſſor in contractu cenſuali, quando dicatur liberatus ab onere ſoluendi annuam reſponſionem.

Sextus, poſſidens fundum cenſuatum, tenetur ad ſolutionem fructuum Cenſus deſuper impoſiti.

Septimus, fructus cenſualis, an ſoluere teneatur vſufructuarius, qui ratione ſui vſusfructus poſſidet fundum oneri Cenſus ſuppoſitum, an verò hæres proprietarius.

Octauus, poſſidens vnam ex pluribus rebus Cenſui ſuppoſitis, vel partem vnius fundi cenſuati, an conueniri poſſit inſolidum ad integri Cenſus ſolutionem.

Nonus, an is qui Cenſum aliquando retro ſoluit cogi poſſit, vt in poſterum in ſolutione perſeueret.

ARTICVLI PRIMI

SVMMARIA.

1. *Cenſum ſoluere tenetur is, qui illum impoſuit, & alteri conceſſit.*

Ampliatur 1. *vt teneatur etiam is, qui ſuper ſuis bonis Cenſum impoſuit alterius contemplatione, numero* 3.

Ampliatur 2. *vt teneatur etiam quod in ſuis manibus fuerit ſequeſtratum pretium Cenſus à creditore domini Cenſus, num.*4.

Ampl.

Ampl.3. vt teneatur etiam is, in cuius vtilitatem ceſſit pretium Cenſus cum recognitione bonæ fidei, nu.6.

Ampl.4. etiam in eo pro quo emit Cenſus legitimus eius procurator, num.7.

Hoc mandatum probatur coniecturis, & præſumptionibus, num.8.

Non tamen eſt releuans mandatum ſimplex, cum clauſula, cum libera, &c. num.9.

Ampl.5. vt teneatur etiam poſtquam vendidit fundum quem Cenſui ſuppoſuit, num.13.

Limitat. Nauar. quando venditio fuit facta præcedente denunciatione domini Cenſus, num.14.

Sed Auctor non probat, num.15.

Ampl.6. vt teneatur ſoluere etiam is, qui Cenſum in ſe accollauit.

Ampl.7. vt teneatur etiam illius hæres, num.17.

Non tamen quilibet hæres tenetur inſolidum, ſed dumtaxat proportionibus hæreditarijs, num.20.

Tenetur etiam hæres cum beneficio inuentarij ad effectum, vt ſoluat de bonis inuentariatis, & non diſtractis, num.21. remiſſiuè.

Ampl.8. vt quilibet ex pluribus inſolidum obligatis poſſit ad totum Cenſum conueniri, num.22.

2 *Imponens Cenſum ſuper ſuis bonis alterius contemplatione poteſt illum cogere, vt ipſum liberet à Cenſu impoſito.*

5 *Debitor Cenſus qui habet paratas pecunias, vt Cenſum redimat, ſi in eius manibus ſequeſtrentur à creditoribus domini Cenſus, debet hoc illi denunciare, & pecunias deponere.*

10 *Clauſula, cũ libera, &c. in mandato, intelligitur dũmodo procurator contrahat bona fide, & pro facto domini.*

11 *Clauſula præfata nõ operatur, niſi reſpectu expreſſorum.*

12 *Clauſulæ generales inſtrumentorum reſtringuntur ad expreſſa.*

15 *Onus Cenſus ſuper re impoſiti tranſit cum ipſa re ad quemcumque rei poſſeſſorem.*

18 *Hæres repræſentat perſonam defuncti.*

19 *Hæres ſuccedit in vniuerſum ius defuncti.*

23 *Correus debendi ſoluens ſimpliciter partem ſuam non conſequitur diuiſionem debiti, & obligationis.*

24 *Secus ſi ſoluat pro parte ſua, & creditor ſimpliciter & abſque proteſtatione ſolutionem recipiat.*

25 *Intellige quo ad fructus tunc maturos.*

26 *Secus autem quo ad ſortem principalem, & quo ad fructus in poſterum maturandos.*

Cenſum ſoluere tenetur tam is, qui illum impoſuit, quam eius hæres & ceſſionarius.

ARTICVLVS PRIMVS.

1 QVOD † is, qui Cenſum impoſuit, & alteri
conceſſit teneatur ad fructus illius ſolutio-
nem adeo eſt clarum, quam quod clariſſi-
mum, & propterea pro confirmatione huius conclu-
ſionis non exiſtimaui diutius immorandum; ſed ſic-
co pede tranſeundum cum *Bened. Bon. in ſuo tract. de
Cenſib. art. 38. nu. 64.* quæ tamen eſt aliquibus modis
amplianda. & Primò vt procedat etiam quod Cen-
ſum præfatũ non ſuimet, ſed alterius intuitu, & con-
2 templatione ſuper ſuis bonis impoſuerit, nam † licet
poſſit contra eum cuius contemplatione Cẽſum im-
poſuit agere, & illũ iure medio compellere, vt ipſum
liberet à Cẽſu impoſito, & ab illius fructibus, vt ad-
mittit *Rota in vna Romana Cenſus, 4. Februarij, 1602.
coram R.P.D. Pamphilio.* quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 188.
3 per tot.* tenetur † tñ ipſemet qui Cenſum impoſuit ex
ſuo proprio contractu fructus dicti Cenſus pſoluere.
4 Ampliatur 2. vt † ad ſolutionem fructuum Cenſus
teneatur ẽt quod pretium Cẽſus ad redemptionem
illius paratum fuerit in eius manibus ſequeſtratum
à creditoribus domini Cenſus, currunt enim ad ſui
præiudicium fructus dicti Cenſus, vſque ad effectua-
lem reſtitutionem pretij, vt dixit *Rota coram Ve-
rallo, deciſ. 103. lib. 1.* & ſequitur *Boccacc. in ſuo tract. de
Cenſib. parte 2. num. 93.*
5 Poterit † tamen hoc caſu eueniente debitor Cen-
ſus liberare ſe à tali curſu annuæ reſponſionis cen-
ſualis, ſi denunciet domino Cenſus quod vult Cen-
ſum redimere, & intra bimeſtre tempus ſortem de-
ponat ex forma *Bullæ Pij V. ſuper Cenſib.* & innuit
Boccacc. d. num. 93. & nos latius dicemus *infra par. 3.
cap. 1. quæſt. 3. art. 9.*
6 Ampliatur 3. vt † is etiam teneatur ad Cenſuũ fru-
ctuum ſolutionem in cuius vtilitatem ceſſerunt pe-
cuniæ ad Cẽſum acceptæ, & qui recognouit bonam
fidem recipientis fatendo illum in dicta Cenſus im-
poſitione nil aliud habere niſi nudum nomen: nam
& is qui taliter bonam fidem recognouit, princi-
palis debitor Cenſus dicitur, & ad illius ſolutionem
tenetur, vt fuit reſolutum in *Rota in vna Romana an-
terioritatis hypothecæ coram b. m. Cardinali Pamphilio,
28. Nouembr. 1597.* quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 104. nu. 9.
& 10. & in alia Romana anterioritatis coram b. m. Iu-
ſto, 12. Maij, 1600.* quæ eſt *ibidem deciſ. 134. num. 1.* &
in alijs cauſis ſæpè, etiam quod talis recognitio bo-
næ fidei facta fuerit in teſtamento parte tamen
præſente, vt fuit reſolutum in *Rota coram Seraph. de-
ciſ. 1488. num. 1. parte 2.*
7 Ampliatur 4. vt † ad fructuum Cenſus ſolutionem
teneatur etiam ille pro quo illius procurator legiti-
mus pecunias ad Cenſum recepit, vt reſoluit *Rota in
vna Bononienſi computorũ corã b. m. Corduba, 10. Apri-
lis, 1598.* quæ habetur impreſſa *in calce Tract. deciſ.
8 189. per tot.* & pro conſtanti præſupponit eadẽ *Rota
coram b. m. Orano in illa Romana Saluiani Interdicti, 18.
Maij eiuſdem anni, quæ ibidem eſt deciſ. 70. ante num. 1.
verſ. quia de validitate*, iuncto principio deciſionis,
8 etiam † quod mandatum probetur dumtaxat con-
iecturis, & præſumptionibus, vt colligitur *ibid. nu. 4.
& 5.* & ex *deciſ. Seraph. 921. p. 1.* vbi fuit dictum Cen-
ſum impoſitum à fratribus Epiſcopi cenſeri impo-
ſitum contemplatione Epiſcopi, & de eius manda-
to ex eo quod Epiſcopus recognouit bonam fidem
fratrum, & fructus dicti Cenſus ſoluit.
9 Non † tamen haberetur pro legitimo mãdatum
ſimplex cum clauſula etiam, cum libera, &c. vt fuit
reſolutum coram *Illuſtriſſ. Cardinali Mellino, 31. Ia-
nuarij, 1603. in vna Rauennatenſi Cenſus*, quæ eſt *poſt
10 Tract. deciſ. 190. nu. 1. & 2.* Quia † talis clauſula in-
telligitur dummodo procurator contrahat eũ bona
fide & abſque dolo, & obliget dominum cõſtituen-
tem pro facto proprio ipſius domini, & non pro fa-
cto proprio ipſius procuratoris, vel alterius extra-
nei, *l. creditor, §. Lucius, & ibi Bal. Salic. Fulgoſ. & alij,
ff. mand.* & firmat *Rota in d. Rauennatenſi, num. 1. & 2.*
11 vbi alij allegantur. Præterquam † quod illa clauſu-

la non operatur, niſi reſpectu expreſſorum & ſpecificatorum in mandato. *Bart. in l. qui Roma, §. Callimacus, ff. de verb. oblig. Vant. in ſuo tract. de nullitat. in*
12 *tit, de nullit. ex defectu inhabilit. num.* 88. Nam † verba, & clauſulæ generales inſtrumentorum non ampliant diſpoſitionem in inſtrumēto explicatam, ſed intelliguntur, & reſtringuntur ad ſpecificata in inſtrumento. *Doctor. in l. ſi decreta, C. de tranſact. Abb. conſ.* 22. *in fine, lib.* 2.

13 Ampliatur 5. vt † debitor Cenſus, qui illum ſuper ſuis bonis impoſuit teneatur ad eius ſolutionē, etiā poſtquam vendidit rem, & fundum Cenſui ſubiugatum. ex tali enim venditione non liberatur, quin ad Cenſus ſolutionem conueniri poſſit actione perſonali, vt fuit concluſum in *Rota coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato,* 14. *Ianuary.* 1602. *in illa Romana Cenſus.* quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ.* 90. *num.* 9. *& ſeqq.* & nos dicemus *infra* latius *hoc* 2. *cap. q.* 5. *art.* 7.

14 Et licet † *Nauar, in ſuo Comment. de vſur. nu.* 116. *q.* 22. hanc ampliationem limitet, vt non procedat quando venditio fuit facta præcedente denunciatione, & requiſitione domini Cenſus, an ipſe vellet fundum præfatum emere iuxta formam *Bullæ Pij V. ſuper Cenſib.* quem ſequitur *Boecacc. in d. ſuo tract. de cenſib. par.* 1. *num.* 23. *& par.* 2. *num.* 39. *& Tho. Bonin-ſiga. in ſuo tract. de Cenſib. c.* 8. *nu.* 1. qui mouētur tum quia res tranſit in emptorem cum ſua cauſa, & ſuo onere, & ſic onerata dicto Cenſu, *c. ex litteris, ext. de pignor.* tum quia ceſſante in venditore Cēſus dominio, & poſſeſſione rei ſubiugatæ, quę ſunt cauſa, vt fructus Cenſus debeantur, ceſſare etiam debet obligatio ſoluendi fructus cenſuales, argum. *l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patr,* tum demum, quia aliàs Cenſus remaneret fundatus, & conſtitutus ſuper ſola perſona, q eſſe contra ſubſtantiam contractus Cenſualis fuit ſupra demonſtratū late *p.* 1. *c.* 3. *q.* 1. *art.* 6.

Non tamen exiſtimo recedendum ab ampliatione quam veram cenſeo indiſtinctè. nam quamuis
15 veriſſimum ſit quod † onus ſolnendi Cenſum tranſeat ad quemcumque rei cenſitæ poſſeſſorem, etiam quod poſſideat titulo ſingulariſſimo, vt declarauit *Rota coram b. m. Card. Pamphilio,* 28. *Nouembr.* 1597. *in illa Romana anterioritatis hypothecæ,* quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ.* 104. *num.* 10. *& coram R. P. D. Ottembergio,* 23. *Iuny,* 1603. *in illa Romana reſtitutionis fructuum,* quæ eſt *ibidem deciſ.* 54. *num.* 2. *&* 3. & nos dicemus *infra hoc eod. cap.* 2. *q.* 3. *art.* 7. non tamen ſequitur quin etiam ipſemet imponēs & debitor Cenſus teneatur actione perſonali, vt dictum eſt. Neque propterea Cenſus dici poterit remanere ſuper ſola perſona, nam remanet fundatus ſuper re ipſa, ſuper qua fuit ab initio impoſitus & collocatus, quę ob illius alienationem ab illo onere non remanſit liberata, ſed tranſiuit cū illo onere, vt dicimus *d. art.* 7.

16 Ampliatur 6. vt † Cenſum ſoluere teneatur etiam is, qui illum in ſe auollauit & promiſit ſoluere, licet ipſe non impoſuerit, *Crauet. conſ.* 217. *num.* 7. *&* 8. *Surd. deciſ.* 32. *ad fin. Felician. de Cenſib. tomo* 1. *lib.* 3. *c.* 6. *num.* 6. *& tomo* 2. *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 3. *verſ. circa vero, Auend. de Cenſib. Hiſpan. cap.* 99. *num.* 10. *verſ. erit tamen,* & fuit declaratum in *Rota coram R. P. D. Martino Andrea,* 10. *May,* 1615. *in vna Senogallienſi prædy,* quæ eſt *poſt Tract. deciſ.* 191. *per totum.*

17 Ampliatur 7. vt † teneatur nō ſolum ipſemet, qui Cenſum impoſuit, & alteri conceſſit ad illius ſolutionem, ſed etiam eius hæres. Nam cum contra hæredem detur actio perſonalis, vt dicemus *infra hoc* 2. *cap. q.* 5. *art.* 7. *num.* 1. contra *Auend. d. tract. cap.* 59. *nu.* 7. ſequitur etiam, quod ipſe, cum debitoris Cen-
18 ſus cuius eſt hæres, † perſonam repræſentet, *Auth. de heredib. & Falcid. in princ. cum vulgat.* &
19 † ſuccedat in vniuerſum ius defuncti actiuè, & paſſiuè, *l. nihil aliud, ff. de reg. iur.* & in eum tranſeat omnibus obligatio ſui Auctoris; *l. ex contractibus, ff. de act. & oblig. Gloſ. in §. fideiuſſor. Inſtit. de fideiuſ. Ang. conſ.* 316. *num.* 2. *Capic. deciſ.* 203. *num.* 1. *Cran. conſ.* 342. *nu.* 10. *lib.* 3. teneatur etiam ad Cenſus ſolutionem, quidquid contra ſentiat, *Auend. d. tract. c.* 99. *num.* 1. eo motus fundamento, quòd contra hæredem non competat actio perſonalis: quod falſum eſſe apparebit ex dicendis, *infra d. quæſt.* 5. *art.* 7. & ita in propriis terminis concludit *Foller. in ſua Pract. Cenſuali, in verbo, tamquam, num.* 18. *Bon. in d. tract. de Cenſib. art.* 59. *num.* 90. *Felician. de Solis, in ſuis Comment. de*
20 *Cēſib. tomo* 2. *lib.* 3. *c. vlt. n.* 1. *verſ. ſed ego.* Ita † tamen vt non quilibet hæres teneatur inſolidū, ſed dumtaxat pro portione ſua hęreditaria, *l. pro hereditarys, C. de hæred. vel act. vendit.* & dicemus *infra hoc eod. c.*
21 2. *q.* 5. *art.* 7. *n.* 4. Siue † hęreditatem ſimpliciter adiuerit, ſiue cū beneficio inuentarij ſaltem, vt ſoluat ex bonis inuentariatis & non diſtractis, vt dicemus *infra d. quæſt.* 5. *art.* 7. *num.* 3.

22 Ampliatur 8. & vltimò, vt † quilibet ex pluribus inſolidū obligatis poſſit ad totū & integrū Cenſum conueniri, cum ſit in facultate, & arbitrio domini Cenſus agere contra quē velit ex plurib. reis debendi inſolidum obligatis; vt in puncto concludit & confirmat *Felic. in dd. ſuis Comment. tomo* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 5. Ita tamen vt ex vnius electione ceteri non liberentur, vt latè defendit *ibi Felic. num.* 6. *& ſeqq.* An aūt ſi vnus ex dictis inſolidum obligatis ſoluat partem ſibi pro ſua propria perſona contingentem liberetur, ab obligatione ſolidi ita vt nō poſſit amplius inſolidum ēt pro aliorū correorū portionibus conueniri diſtinguēdum eſt. An ſoluerit partē ſuam ſimpliciter, an verò cū adiectione, & expreſſione, & declaratione q ſoluit pro parte ſua, vel pro perſona ſua, vel aliter ita verba concipiēdo, vt ex illis potuerit dominus Cenſus clarè colligere quod ſoluens voluerit ſoluere pro parte ſua, & pro ſua perſona, & ipſe receperit abſque eo quod in actu ſolutionis fuerit proteſtatus quod per dictam receptionē ſolutionis ſibi nō fiat præiudicium quo ad ſolidi obligationē.
23 Et † primo caſu quandò ſolutio fuit facta ſimpliciter abſque alia expreſſione non inducitur indiuiſio obligationis, nec dominus Cenſus amittit ius ſolidi,
24 *l. ſi ex toto,* 8. *§.* 1. *ff. de leg.* 1. Secundo † verò caſu inducatur diuiſio obligationis & debiti, & domino Cenſus fiat præiudicium quo ad ius ſolidi, *l. ſi creditores,* & ibi communiter Scribentes, *C. de pact. Vinc. Carocc. in ſuo tract. de exenſſion. par.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 8. *& ſeqq.* & in propriis terminis *Stephan. Gratian. Diſceptat. Forenſ. tomo* 2. *cap.* 359. *num.* 7. *Felician. dd. ſuis Commentar, tomo* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 3. *& ſeqq.*

25 Quod † tamen intelligendum eſt, vt procedat quo ad fructus maturatos vſque ad tempus illud dū fit ſolutio, *l. tale pactum, §. poſt diuiſionem, ff. de pact.* quorū reſpectu ſolutio, vt ſupra non ſimpliciter, ſed

illa

illa declaratione & expreſſione facta, & à domino Cenſus ſimpliciter & abſque proteſtatione recepta liberat quidem ſoluentem à reliqua parte fructuum Cenſus illucuſque decurſorum & non ſolutorum.
26 Secus † autem quo ad ſortem principalem, & quo ad fructus in poſterum decurrendos & maturandos reſpectu quorum per receptionẽ ſolutionis ab vno ex correis debendi pro ſua portione, vel pro ſua perſona, vel cum ſimilibus verbis factæ, non cenſeri amiſſum à domino Cenſus ius ſolidi, nec diuiſam obligationem, nec quo ad ſortem, nec quo ad fructus, nec quo ad reſponſiones, firmant *Lancel. Dec. & Alciat. num. 15. & 16. in d. l. ſi creditores, C. de pact.* ſequitur & exornat *Ronchegall. in l. 3. §. vbi duo, verſ. vtique, num. 40 ff. de duob. reis. Gratian. d. cap. 359. nu. 14. & ſeq.* & in propriis terminis *Felician. d. c. 2. nu. 5. verſ. tertio perſtringitur. & num. 6.* vbi quo ad fructus futuros limitat. niſi toties ſit iterata ſolutio, quæ præſcriptioni ſufficiat.

ARTICVLI SECVNDI

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor alienam ſuſcipit obligationem.*
2 *Tenetur tamen ex proprio contractu.*
3 *Maximè ſi obligauit ſe vti principalis, & inſolidum.*
4 *Fideiuſſor qui acceſſit in contractu Cenſus, tenetur ad illius ſolutionem.*
5 *Etiam quod expreſſè ad Cenſus ſolutionem ſe non obligauerit, ſed tantum ad damna, & intereſſe.*
6 *Intereſſe ad quod tenetur fideiuſſor Cenſus, liquidatur ex ipſo instrumento Cenſus.*
7 *Fideiuſſor non tenetur, ſi obligatio principalis ſit nulla.*
8 *Limitatur 1. ſi fideiuſſor obligauit ſe vti principalis, & inſolidum.*
Maximè ſi ſuam obligationẽ vallauit iuramento, n. 10.
Limitatur 2. quando nullitas principalis obligationis, non prouenit de iure communi, ſed ex aliquo iure ſpeciali, num. 12.
Limitatur 3. quod fideiuſſor expreſſit, quod voluit teneri etiam quod obligatio principalis eſſet nulla, nu. 13.
9 *Fideiuſſor qui obligauit ſe vti principalis, & inſolidum præſumitur promiſiſſe animo nouandi obligationem principalem.*
11 *Fideiuſſor dicitur obligaſſe ſe vti principalis, quando ſe obligauit omni meliori modo.*
14 *Fideiuſſor non poteſt conueniri non excuſſo prius debitore principali.*
15 *Ampliatur 1. etiam quod ſe obligauerit vti principalis, & inſolidum.*
16 *Ampliatur 2. ſiue obligauerit ſe in eodem inſtrumento in quo ſe obligauit principalis debitor, ſiue in diuerſo, & num. 18. & 19.*
17 *Quidquid Iaſ. contrarium teneat, quando obligauit ſe eodem tempore, & in eadem ſcriptura.*
20 *Limitatur 1. quando fideiuſſor expreſſè renunciauit beneficio excuſſionis.*
21 *Limitatur 2. quando principalis debitor Cenſus eſſet mortuus.*
22 *Si tamen debitor viuens fuit in mora conſtitutus.*
23 *Dummodo hæres debitoris prædefuncti ſaltem interpelletur.*
24 *Fideiuſſor qui acceſſit diuerſo tempore non poteſt cogi ad ſoluendum, niſi ſibi cedantur iura contra alios poſtea acceſſuros, quando cum ipſo actum fuit quod iſti quoque accederent.*
25 *Secus quando tempore quo ipſe acceſſit nihil cum eo fuit actum quod alij confideiuſſores accederent.*

Fideiuſſor qui acceſſit in contractu Cenſus, tenetur ad illius ſolutionem.

ARTICVLVS SECVNDVS.

QVOD fideiuſſor qui acceſſit contractui Cenſus teneatur ad illius ſolutionem non magnam habere videtur difficul-
1 tatem: quia licet † fideiuſſor alienam ſuſcipiat obligationem, *Inſtit. de fide-*
2 *iuſſ. in prin. Doctor. omnes in Rubr. C. eod. tit.* ex † proprio tamen contractu, & ex propria tenetur obligatione, *§. fideiuſſor, Inſtit. eod. Alex. poſt Gloſ. in l. tale*
3 *pactum, num. 9. ff. ſol. matr.* maximè † ſi ſe obligauit vti principalis, & inſolidum. *Natta, conſ. 461. nu. 3.*
4 *lib. 3. Franc. Becc. conſ. 45. nu. 49. lib. 1.* Vnde † ſequitur firma, & indubitata concluſio, quod fideiuſſor, qui acceſſit in contractu Cenſus ad fauorem domini illius teneatur annuas penſiones abſque contra-
5 dictione perſoluere, etiam quod † ipſe expreſſè non ſe obligauerit pro fructuum Cenſus ſolutione, ſed ſimpliciter ad damna & intereſſe: quia ratione in-
6 tereſſe tenetur ad ſolutionem annui Cenſus, & † eo caſu intereſſe dicitur liquidum ex inſtrumẽto Cenſus, vt fuit reſolutum in *Rota coram Seraph. deciſ. 387. num. 6. par. 1. coram b. m. Bubalo. 24. Nouembris. 1586. in illa Senogallieñ. Prædij*, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 58. num. 7. coram Illuſtriſſ. Cardin. Ludouiſio, 10. February, 1604. in illa Bononienſi Cenſus*, quæ eſt *ibid. deciſ. 61. num. 8. & coram R. P. D. Manzanedo, 3. Aprilis, 1609. in illa Ianuenſi Cenſus, quæ ibidem eſt deciſ. 63. num. 2.* & aliàs ſæpius, & nos diximus *ſupra p. 1. c. 2. quæſt. 1. art. 6. num 41. & ſeqq.*

Sed circa hanc fideiuſſoris obligationẽ, duæ exoriuntur difficultates in hoc Articulo diſcutiendæ.

Prima, an fideiuſſor teneatur etiam quod obligatio principalis venditoris Cenſus ſit nulla.

Secunda, an fideiuſſor poſſit conueniri non excuſſo principali debitore Cenſus.

Circa primam difficultatem licet pro fideiuſſore
7 ſtet vulgaris, & ab omnibus recepta concluſio, † quod nullitas obligationis principalis debitoris influat in obligationẽ fideiuſſoriã, ita vt eam quoque reddat nullam, & inualidam, per *tex. in l. fideiuſſor obligari, §. fin. ff. de fideiuſſor.* dantur tamen nonnulli caſus in quibus fideiuſſor obligatur etiam quod obligatio principalis debitoris vitio nullitatis laboret, quorum aliquot, qui magis ad rem noſtrã facere videntur, breuiter ſubiicere operæpretium eſſe duxi.
8 Primus † itaque caſus eſt, quando fideiuſſor non ſtetit in puris terminis fideiuſſionis, ſed obligauit ſe vti principalis, & inſolidum, *Alex. ad Bart. in l.*
9 *Marcellus, in princ. ff. de fideiuſſ.* Cenſetur † enim eo caſu promiſiſſe animo nouandi, & non videtur vti fideiuſſor, & ideo efficaciter tenetur, *Dec. conſ. 7. nu. 6. Pariſ. conſ. 16. nu. 113. lib. 2.* & dixit *Rota coram Seraph. deciſ. 1324. num. 4. verſ. Secunda limitatio, & coram b. m. Iuſto, 26. May, 1600. in illa Tudertina Cenſus,*

quæ poſt Tract. eſt deciſ. 139. num. 4. & coram Illuſtriſ. Cardin. Ludouiſ. in vna Amerina fideiuſſionis, 25. Maij, 1612. quæ eſt *ibidem deciſ. 192. num. 2. & in eadem cauſa coram eod. 27. Iunij eiuſdem anni, vt ibidem deciſ.*
10 *193. num. 3.* Maximè † ſi ſuam obligationem iuriſiurandi religione, confirmauit *Natta. conſ. 262. nu.* 14. & placuit *Rota coram Mohed. deciſ. 2. de fideiuſſ. & coram Illuſtriſſ. Cardin. Ludouiſ. in d. cauſa Amerina fideiuſſ. 25. Maij, & 27. Iunij, num. 3. & in vna Romana Cenſus de Prouanis coram b. m. Orano, 8. Aprilis, 1598.* quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 21. num. 9. verſ. quia diuerſi ſunt. & infra.*

11 Dicitur † autem fideiuſſor obligare ſe vti principalis, non ſolum quando hoc expreſſit, verum etiam quando obligauit ſe omni meliori modo cum interpoſitione iuramēti, & obligatione in forma Cameræ, vt bene deducit *Rota coram Seraph. d. deciſ. 1324. num. 4. verſ. ſecunda limitatio.*

12 Secūdus caſus † in quo obligatio fideiuſſoria ſubſiſtit, etiam ꝙ ſit nulla obligatio principalis debitoris Cenſus eſt quando cōtractus fuit ab initio validus, & nullitas contractus non inſurgit ex aliqua diſpoſitione iuris communis, nec ex eo quod non ſit ſeruata forma ſubſtantialis contractus, qui defectus facit contractum ab initio non valere, ſed prouenit ex poſt facto ex aliquo ſpeciali iure, puta in contractu minoris ex defectu alicuius ſolemnitatis à ſtatuto requiſitæ. *Pariſ. d. conſ. 16. num. 111. lib. 2. Ceph. conſ. 437. num. 29. lib. 3.* & voluit *Rota coram Seraph. d. deciſ. 1324. nu. 6. verſ. tertia limitatio, & coram b. m. Orano, 8. Aprilis, 1598. in illa Romana Cenſus de Prouanis,* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 21. num. 11. & ſeqq. & coram b. m. Iuſto, 26. Maij, 1600. in illa Tudertina Cenſus,* quæ eſt *ibidem deciſ. 139. num. 3. 4. & 5. & coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, 27. Iunij, 1612. in illa Amerina fideiuſſionis, quæ ibidem eſt deciſ. 193. num. 4.* Quidquid *Caroc. in ſuo tract. de excuſſio. bonor. par. 2. quæſt. 1. num. 23.* contrarium dicat auctoritate *Iaſ. Pior. & Lambertengh.* qui tamen nihil omnino dicūt de obligatione fideiuſſoria, ſed tantum quod contractus à minore, & à muliere celebrati non ſeruata forma ſtatuti ſunt nulli, ita vt nec naturalis quidem obligatio ex eo oriatur.

13 Tertius eſt caſus quando † fideiuſſor ſpecialiter & expreſsè ſe obligauit, & teneri voluit etiam in euentum nullitatis & inualiditatis cōtractus reſultantis ex quouis capite & defectu. *Alex. conſ. 32. num. 4. & 194. lib. 2.* & in propriis terminis, voluit *Rota in cauſis ſupradictis Amerina fideiuſſionis, 25. May, num. 5. & 27. Iunij, num. 4. Romana Cenſus de Prouanis num. 8. & ſeqq. & Tudertina Cenſus, num. 8. verſ. præterquam quod.*

14 Circa † alteram difficultatem conſtituenda eſt concluſio quod fideiuſſor conueniri non poſſit niſi prius fuerit excuſſus principalis debitor Cenſus. *Auth præſente, C. de fideiuſſ. §. ſi quis igitur, & §. nō ſolum in Auth. eod. tit. l. hoc ſi debitor, C. de pignor. Marſil. ſingul. 216. Muſcatell. in ſua Pract. fideiuſſor. quæſt. 8. & ſeqq. Felician. de Cenſib. tomo 1. lib. 3. cap. 3. num. 1. Iacob. Nald. ſuper Bulla, de Cenſib. quæſt. 60. num. 2.*

15 Quæ † concluſio amplianda eſt etiam quod fideiuſſor obligauerit ſe tamquam principalis, vt voluit *Gloſ. in 2. Auth. de fideiuſſor. in princ. in verbo, fideiuſſore, verſ. Item quid ſi principaliter. Capella Toloſ. deciſ. 80. & ibi Aufrer. in addit. Specul. in tit. de renunciat. & concluſ. ſub nu. 18. verſ. ſed ſi fideiuſſor. Petr. Rauen. ſingul. 200. Guid. Pap. deciſ. 570. num. 6. Curt. ſen. conſ. 6. num. 11. Aret. in §. ſi plures, num. 8. Inſtit. de fideiuſſ. Dec. in l. fin. in princ. num. 27. ff. ſi cert. pet. Rui. conſ. 140. num. 8. lib. 1. Ferrett. conſ. 128. num. 7. lib. 1.* & pro regula, ponit *Myſinger. Singul. Obſeruat. cēt. 2. obſeruat. 5. num. 1.* & ſequitur *Cran. conſ. 762. nu. 6. lib. 5.* qui licet hoc dicat in ratione dubitādi, cum tamen nihil reſpondeat, cum eadem ſententia tranſire videtur. ſentit *Alex. in l. vbi autem, §. illud, nu. 4. ad fin.*
16 *ff. de verb. oblig.* Et abſque † dubio hoc procedit ſi fideiuſſor obliget ſe non in eadem ſcriptura, in qua ſe obligauit principalis debitor pro quo fideiuſſit, ſed in alia diuerſa, vt dicit *Iaſ. conſ. 58. col. 1. verſ.*
17 *non obſtat, ad fin. lib. 3.* Licet † enim ipſe in eodem *verſ. non obſtat.* teneat quod quando fideiuſſor obligauit ſe vti principalis in eodem inſtrumēto in quo ſimiliter ſuas principalis ſe obligauit non ſit neceſſaria excuſſio principalis, quod etiam voluit *Grat. conſ. 87. num. 25. verſ. ſed vltima, lib. 1. Bacr. deciſ. 221. num. 13. ad fin.* quos refert *Gabr. in tit. de fideiuſſ. concluſ. 1. limit. 28. & Rota in vna Romana Saluiani Interdicti, 1. Iunij, 1609. coram R. P. D. Manzanedo,* quæ eſt
18 *poſt Tract. deciſ. 83. nu. 5.* Quando † tamen obligatio fideiuſſoris eſt facta in diuerſa ſcriptura & diuerſo tempore, trāſit cum communi opinione quod non poſſit conueniri fideiuſſor non excuſſo principali debitore, quod ipſum placuit etiam *Gabr. d. limit. 28. & Cardinalis Mant. de tacit. & ambigu. lib. 16.*
19 *tit. 17. nu. 4. & 5.* Ego † tamen in vtroque caſu non exiſtimo recedendum à cōcluſione principali quod ſemper ſit neceſſaria excuſſio principalis, cum ſemper ſit verum quod fideiuſſor interceſſit pro alio, & alienam ſequutus fuit obligationem ſiue obligauerit ſe eodem tempore, quo ſe obligauit principalis debitor, & in eodem inſtrumento, ſiue in diuerſo tempore & diuerſo inſtrumento, vt conſiderat *Petr. de Rauen. d. ſuo ſingul. 200.*

20 Limitari autem debet hæc concluſio. Primò, † vt non procedat, quando fideiuſſor in inſtrumēto fideiuſſionis expreſsè renunciauit beneficio excuſſionis, quemadmodum ſecundum communem ſtilum & obſeruātiam Notariorum huiuſmodi renunciationes in inſtrumentis apponi ſolere experientia ipſa demonſtrat, facta enim dictā renunciatione poterit fideiuſſor conueniri abſque eo, quod prius conueniatur principalis debitor, *Anton. Gomez. Var. Reſol. tomo 2. cap. 12. num. 2. Burſ.* poſt alios *conſ. 400. num. 45. lib. 4.*

21 Limitatur † ſecundo, quando principalis debitor Cenſus eſſet mortuus, nam eo caſu poterit recta via conueniri fideiuſſor abſque eo quod hæres debitoris excutiatur, tex. eſt in *d. l. fideiuſſor obligari, §.*
22 *fin. in fine, ff. de fideiuſſ.* Quando † ſcilicet, defunctus fuit in mora, ſequitur *Aufrer. ad deciſ. Capel. Toloſ. 130. in fine,* refert *Caroc. d. parte 2. quæſt. 71.*
23 *num. 3. in ſuo tract. de excuſſ.* interpellari † tamen debet hæres vt ſoluat, vt animaduertit *Gloſ. fin. in d. §. fin.* & voluit *Bal. in l. fin. num. 24. C. de condit. inſert.*

Verum enimuero altera circa hāc fideiuſſoriam obligationem ſuboritur dubitatio. An fideiuſſor qui acceſſit in cōtractu Cenſus, in quo debitor promiſit acceſſuros alios fideiuſſores, qui poſtea non reperiuntur

periuntur acceſſiſſe, poſſit euitare ſolutionem ſtructuum dicti Cenſus oppoſita exceptione, quod ſibi cedantur actiones contra alios qui accedere debebant aſſerens ſe acceſſiſſe contemplatione confideiuſſorum promiſſorum, non aliter acceſſurus. In qua difficultate ex mente Doctorum eſt diſtinguẽdum.

24 Aut † quando iſte fideiuſſit, fuit actum de dandis aliis confideiuſſoribus ipſo ſciente. puta quia ſecum fuit actum de dando ſecundo fideiuſſore, vt intellexit *Rota coram Seraph. deciſ. 865. num. 1. par. 1. ex Neguſ. de Pignor. par. 5. memb. 3. num. 36. in fine*, & hoc caſu iſte primus fideiuſſor ſi conueniatur poterit repellere creditorem opponẽdo exceptionem cedendarum ſibi actionum contra alios qui accedere debebant. quaſi ipſe fideiuſſerit ſub ſpe mutui periculi. Et ita poſt hæc ſcripta reperij tenuiſſe *Caſtracan. in ſuo tract. de Societ. offic. cap. 66. num. 4. & Intrigliol. d. tract. q. 41. num. 10.*

25 Aut † verò quando iſte fideiuſſit ignorauit fuiſſe promiſſum quod accederent alij confideiuſſores, eo quia cũ ipſo id actum non fuit, & eo caſu, quia iſte primus fideiuſſor non cenſetur fideiuſſiſſe cõtemplatione acceſſionis aliorum, ſi ille qui primo loco fideiuſſit cõueniatur non poterit iuuari exceptione cedendarum, ſed tenetur indiſtinctè ſoluere, *Caſtr. in l. ſi plures, 28. ſub num. 1. verſ. ſed contra hoc oppono, & in l. ſi Titius. 49. ſub nu. 2. ff. de fideiuſſ.* refert *Claud. Bertazol. in ſuo tract. de clauſul. inſtrum. clauſula 10. Gloſ. 2. num. 11. Intrigliol. d. quaſt. 41. num. 9.*

ARTICVLI TERTII

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor qui pro alio acceſſit debet conſeruari ſine damno ab eo pro quo fideiuſſit, etiam quod nihil de hoc fuerit conuentum.*
2 *Fideiuſſor qui in contractu Cenſus ſe obligauit, debet à principali Cenſus debitore abſque damno conſeruari.*
3 *Promiſſio indemnitatis de ſui natura importat fideiuſſorem damnum non eſſe paſſurum.*
4 *Fideiuſſor indemnitatis tenetur tam ad ſortem quam ad omne intereſſe, in quo eſſet diminuta conditio eius, quem ſine damno conſeruare promiſit.*
5 *Promiſſio indemnitatis importat promiſſionem defenſionis etiam in iudicio, ſuſcipiendo in ſe litem.*
6 *Promittens indemnitatem tenetur reficere omnes expenſas, quas fideiuſſor fecit in ſe defendendo.*
7 *Et ad refectionem intereſſe quod fideiuſſor pateretur recipiendo pecunias ſub vſuris pro ſolutione debiti pro quo fideiuſſit.*
8 *Promiſſio indemnitatis habet tractum ſucceſſiuum.*
9 *Promiſſor indemnitatis tenetur etiam ad damna futura.*
10 *Conſeruatio indemnitatis fit multis modis.*
11 *Fideiuſſor cui non fuit expreſsè promiſſa conſeruatio indemnitatis repetit damna actione mandati, vel negotiorum geſtorum.*
12 *Vel actione ſibi ceſſa à principali creditore cui ſoluit.*
13 *Fideiuſſor qui expreſsè ſibi cauit de promiſſione indemnitatis, poteſt repetere damna via executiua.*
14 *Fideiuſſor non poteſt agere contra ſuum principalem pro ſua indemnitatis conſeruatione antequam ipſe ſoluerit.*
Limitatur multis modis, remiſſiuè, num. 16.
Limitatur 1. ſi fideiuſſor ſit obligatus in publico & iurato inſtrumento.
Limitatur 2. quando acceſſit in contractu nullo.
Limitatur 3. quando fundat petitionem ſuper intereſſe.
15 *Fideiuſſor ſuſcipit mandatum de fideiubendo, & ideo de ſoluendo.*
18 *Obligatus in inſtrumento habente executionem paratam, habetur pro condemnato.*
21 *Agens contra aliquem vt alteri ſoluat, quia ſua intereſt rectè agit.*
22 *Pro euictione agi non poteſt niſi re euicta.*
23 *Limitatur quando debitor tradidit creditori ſuo ſcienter rem alteri obligatam, quia creditor poteſt agere ratione ſui intereſſe de euictione, etiam re nondum euicta.*

Fideiuſſor quando pro conſeruatione ſuæ indemnitatis agere poſſit.

ARTICVLVS TERTIVS.

1 CVM † ex natura contractus fideiuſſionis ſit, vt is qui pro alio fideiubet, vel bona ſua obligat, debeat à principali debitore pro quo acceſſit à damno liberari, & releuari, & indemnis conſeruari etiam quod nihil de hoc dictũ, & expreſſum ſit. *Franc. in c. fin. in 2. notab. num. 2. de foro compet. lib. 6. Calcan. conſ. 35. num. 1. & 2. Manſil. ad Rubr. C. de fideiuſſ. num. 315. Sim. de Pret. conſ. 153. num. 23.* Non

2 poteſt in dubium reuocari † quin etiam is, qui in contractu cenſuali pro alio fideiuſſit, & bona ſua obligauit ſit à principali Cenſus debitore pro quo fideiuſſit releuandus a damno, & indemnis conſeruandus, etiam quod dicta releuatio non ſit ſibi expreſsè promiſſa, vt dixit *Rota in vna Romana releuationis indemnitatis, 4. Februarij. 1602. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancelotto*, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. Deciſ. 14. num. 1.*

Ceterum vt hanc releuationis materiam dilucidius explicemus, tres viſæ ſunt explicandæ difficultates.

Prima, quid in ſe contineat iſta promiſſio conſeruationis indemnitatis.

Secunda, qua actione peti poſſit.

Tertia, an fideiuſſor poſſit illam petere antequam ſoluat.

3 Quo ad primam, breuis ſit reſolutio, quod † promiſſio indemnitatis importat ex ſui natura fideiuſſorem damnum non eſſe paſſurum, vt eſt doctrina *Bar.* per illum tex. *in l. quaro. in princ.* quam ſequuntur communiter Doctor. *ff. locat. Bal. in l. 1. ſub nu. 1. C. de his, quæ in fraud. credit. Socin. iun. conſ. 42. num. 1. lib. 4. Rum. conſ. 187. nu. 3. lib. 1.* & dixit Rota in fideiuſſore Cenſus *coram b. m. Litta, 10. Iannarij, 1600. in vna Bononienſi releuationis indemnitatis*, quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 194. num. 1. & coram R. P. D. Pamphilio, 14. Nouembris, 1605. in illa Romana releuationis indemnitatis*, quæ eſt *ibidem deciſ. 140. num. 2.* & hoc

4 habet præcipuum † vt promittens indemnitatem cenſeatur obligatus ad ſortem & ad omne intereſſe in quo eſſet diminuta conditio fideiuſſoris. *Bal. & Salic. in l. 2. C. de ſentent. quæ ſine cer. quantit. profer.*

Pariſ.

Pariſ.conſ.109.num.37.& 39.lib.1.conſ.16.num.124.
lib.3.& conſ.73.num.21.li.3. Rum.d.conſ.187.nu.3.
Socin.iun.d.conſ.42.num.1.Surd.conſ.150.num.4.lib.1.
5 & propterea importat promiſſionem † de defen-
dendo etiam in iudicio in ſuſcipiendo litem, & li-
berando à moleſtiis. Rum.d.conſ.187.num.2. Socin.
iun.d.conſ.42.num.1.c.peruenit,& ibi Gloſ.ext.de fide-
iuſſ. Calcan.conſ.35.num.2. Pariſ.d.conſ.109. num.38.
6 & d.conſ.16. num.114. Vnde promittens † indemni-
tatem tenetur reficere omnes expẽſas litium in qui-
bus fideiuſſor fuit damnificatus occaſione fideiuſ-
7 ſionis, Socin.iun. d. conſ.42. num.2. Item † tenetur re-
ſarcire omne intereſſe quod eadem occaſione pate-
retur vel recipiendo pecunias ſub fœnore gratia ſol-
uendi ob cauſam in quam fideiuſſit, vel ſoluendo
proprias pecunias quas foret ſolitus implicare in
negociationibus, vt cõſiderat Calcan.d.conſ.35.nu.2.
Et dicta promiſſio cum habeat tractum ſucceſſi-
uum, Calcan. d. conſ.35.num.1. verſ.item quia reſpicit
8 † tam damna iam paſſa, quam etiam damna futu-
9 ra, nam † ſi non fuerit limitata ad aliquod tempus
certum, cenſetur perpetua durante Cenſu, arg. l.iu-
riſperitos, in princ. ff.de excuſ. tutor. Gloſ.in l.ſine præ-
finito, C.de pen. Ceph.conſ.212. num.2. lib.2. Tiraq. de
retractu Conuent. §.2. Gloſ.1. num.29. & in terminis
fideiuſſionis præſtitæ in cõtractu cenſuali, dixit Ro-
ta coram R.P.D. Pamphilio, in illa Romana releuationis
indemnitatis, quæ eſt poſt Tract. Deciſ.140.num.2. vn-
de complectitur non ſolum hæredes tam fideiuſſo-
ris, quam promiſſoris indemnitatis, ſed etiam hæ-
redes hæredum, vt dicit ibi Rota, d.num.2.
10 Iſta † autem cõſeruatio, & releuatio poteſt mul-
tis modis fieri, & ſignanter tribus, quos conſiderat
Bal. in l.fin. col.fin. in fine, verſ. ſed hoc poteſt fieri,
num.17. & ſeq. C.de uſur. rei iudic. videlicet, vel ſol-
uendo, vel dando pignora, vel præſtando fideiuſſo-
res magis idoneos, vt refert Bonint. deciſ. Bononien.81.
num.23. quos refert Cartar.deciſ. Rotæ execut. Genu.
deciſ.116. num.5.
Circa ſecundam difficultatem breuibus me ex-
pediam diſtinguendo. An in inſtrumento fideiuſ-
ſionis fuerit expreſsè promiſſa conſeruatio indem-
nitatis, an vero fideiuſſor ſibi non cauit de dicta ex-
11 preſſa indemnitatis promiſſione. Si † quidem fide-
iuſſor non fuit diligens & cautus in ſtipulando ex-
preſſe ſuæ indemnitatis promiſſionem, ſi damnum
patiatur poterit aduerſus ſuum principalem pro ſua
releuatione agere vel actione mandati, l.rogaſti, §.
qui ſi item, l.ſi remunerandi, §. ſi paſſus, ff.mand. vel
12 † actione ſibi ceſſa à principali creditore cui ſoluit,
quatenus ab eo ceſſionem iurium reportauerit, l.
Papinianus, ff.mand, l.cum alter, C.de fideiuſſ. l.man-
13 dati, C.eod. Petr.Duen.reg. 337. ſi † autem ſibi pro-
uidit expreſsè de promiſſione indemnitatis, præter
has actiones habet etiam viam exequutiuam ſicut
de condemnato per iudicis ſententiam ad releuan-
dũ à damno eius fideiuſſorem quod poſſit via exe-
quutiua compelli, dicit Soc.iun. d.conſ.42. nu.3. verſ.
prædictis, lib.4. quod abſque dubio procederet ſi in-
ſtrumentum eſſet vallatũ camerali obligatione, vel
aliàs haberet exequutionem paratã vigore ſtatuti.
Circa tertiam difficultatem, an fideiuſſor poſſit
petere cõſeruationem indemnitatis antequam ſol-
14 uat eſt conſtituenda regula † negatiua, quod non
poſſit principalem debitorem cõuenire pro ſuæ in-
demnitatis releuatione. l.ſi pro ea, C.mand. l.Lucius,
in fine, ff.eod. nam, vt dicit Bal.in d.l.ſi pro ea, num.2.
15 verſ.modo pro euidentia, & num.3. fideiuſſor † ſuſci-
pit mandatum de fideiubendo & per conſequens
cenſetur recepiſſe mandatum de ſoluendo, l.indebi-
tum, ff.de cond.indeb. l.1. C.de dolo. vnde antequam
ſoluat non adimpleuit ſuſceptum mandatum, &
propterea agere non poteſt, arg. l.Iulianus, §.offerri,
ff.de act.empt. & ita fuit reſolutũ in Rota coram b.m.
Litta, 10.Ianuarij, 1600. in illa Bononienſi releuationis
indemnitatis, quæ eſt impreſſa poſt Tract. Deciſ.194.
num.3. Præterea ſi debitor principalis ſoluit fructus
decurſos ipſe quoque fideiuſſor remanſit liberatus,
ſi nec ipſe, nec eius principalis ſoluit.. tunc non po-
reſt dici eſſe in damno ita vt agere poſſit pro ſuæ in-
demnitatis conſeruatione. quo verò ad fructus de-
currendos nondum dicitur nata actio contra ipſum
fideiuſſorem vt ſoluat, & propterea neque ipſe age-
16 re poterit vt à damno releuetur. Hæc † tamen con-
cluſio recipit nonnullas limitationes, & fallit in ali-
quibus caſibus in quibus diſpẽſatiuè fideiuſſor ad-
mittitur ad agendum propter æquitatem ne graue-
tur propter factum ſui principalis, quos caſus ponit
tex. & ibi Gloſ. & Doctor. in d.l.Lucius, & in d.l.ſi pro
ea, Afflict. deciſ.241. & ibi Vrſill. in addit. Marſil. ad
Rubr. C.de fideiuſſ. in 31.quæſt. Muſcatel.in ſua Pract.
fideiuſſor, par.2. quæſt.4. per tot. & alij paſſim.
17 Limitatur itaque Primò † ſi fideiuſſor ſit obliga-
tus in publico, & iurato inſtrumento, prout regula-
riter obligari ſolet, & maxime ſi promiſſio de con-
ſeruando eũ indemnem ſit robotata cum adiectio-
ne cameralis obligationis, nã cum tale inſtrumen-
tum vel vigore ſtatutorum, quæ ferè per totam Ita-
liam dant inſtrumentis paratam exequutionem, vel
ex vi cameralis obligationis poſſit contra fideiuſſo-
rem exequutioni demandari, quod eo caſu poſſit
fideiuſſor conuenire ſuum principalem antequam
ipſe ſoluat, voluit Bart. in l.fideiuſſor pro venditore,
in fine, ff de fideiuſſ. Bal.in d.l.Lucius, n.1.in fine, verſ.
quæro ſi fideiuſſor. Alex.conſ.72.n.6.lib.2. Marſil.in d.
Rubr.de fideiuſſ.num.293.& non diſſentit Andr.Gail.
Pract.Obſeruat. lib.2. Obſeruat.29.n.12.& 13. Magon.
deciſ.Lucenſ.6. nu.5. Surd.deciſ.94.nu.5. & in propriis
terminis fideiuſſoris, qui acceſſit in contractu cen-
ſuali, Foller.in ſua Pract. Cenſuali, in verbo, tamquam,
18 num.43. Nam † qui tenetur vigore inſtrumenti ha-
bentis paratã exequutionem habetur pro condem-
nato. Bal. in l.certum, num.9. C.fam.erciſc. Alex.d.
conſ.72.num.6. Guid.Pap.deciſ.117. Quam limitatio-
nem licet non amplectatur Rota in vna Romana ſeu
Bononienſi ſcutorum viginti quinque millium, 7.Maij,
1601. coram b.m. Corduba, quæ eſt impreſſa poſt Tract.
deciſ.95. num.11. Ea potiſſimum ratione quia po-
tuit ab initio hoc præuidere, & ſic huic periculo non
ſubiacere, non negat tamen ibi Rota ſub num.7. verſ.
minus etiam obſtabat, quin ex dicto inſtrumẽto ſit na-
ta actio contra ipſum fideiuſſorem quam ſatis eſſe
affirmat ad effectũ vt fideiuſſor agere poſſit ſaltem
ad liberationem, cui aliàs nunquam poſſit eſſe lo-
cus niſi purificata obligatione, & ſic poſtquam ei
locus factus fuiſſet contra tradita per Afflict. deciſ.
241. num.3. & ibi Vrſill. num.4.
19 Limitatur 2. † vt non procedat quando contra-

ctus

ctus in quo interceſſit fideiuſſor eſſet nullus: eo enim caſu poſſet fideiuſſor agere contra ſuum principalem pro liberatione à moleſtiis etiam de facto ſibi illatis, *Gloſ. & Paul. de Caſtro, in l. ſi quis, C. depoſ. Soc. conſ. 70. in princ. lib. 3.* & fuit dictum *in Rota coram b.m. Cardinali Blanchetto, 15. Iuny, 1598. in illa Eugubina, ſeu Peruſina Cenſus*, quæ eſt *ibidem deciſ. 196. n. 3.*

20 Limitatur 3. ſi † fideiuſſor deducat in Iudicium ſuam intentionem petendo ſe liberari & extrahi ab obligatione, vt docet *Bal. Glo. in l. ſi quis mandato, in 1. lectura, ſub num. 4. verſ. quærit Glo. ff. de negot. geſt. & in d. l. ſi pro ea. num. 3. C. mand.*

Vel petendo ſe conſeruari indemnem à dicta obligatione & fideiuſſione, vt dicit *Bal. in d. verſ. quærit Gloſſa*; quo caſu ſi debitor fuerit in mora liberandi fideiuſſorem, cum teneatur ad factum tunc fideiuſſor licitè poterit petere intereſſe, & ſub forma & nomine intereſſe vt debitor Cenſus ſoluat, quia ſua in-
21 tereſt vt ſoluat. nam † rectè agi contra aliquem vt ſoluat tertio, quia agentis intereſt, vult *Bal. in l. in bis, §. Celſus, ff. fam. hercisc.* & hunc modum libellandi in propoſito, docet *Bal. in d. l. Lucius*, in vltimis verbis, *ff. mand. & in d. l. ſi pro ea, num. 6. verſ. Tertio quæro, C. eod. tit. & in d. verſ. quærit Gloſſa, & in l. fin. num. 9. C. de vſur. rei iudic. Alex. d. conſ. 72. num. 5. in fine, lib. 2.* & ita fuiſſe iudicatum *in Rota exequtiua Genuæ* teſtatur *Flam. Cartar. deciſ. Ianu. 116. num. 7. & ſeqq.* ſequitur *Muſcatel. in d. ſua Tract. fideiuſſor. par. 1. mod. 20. num. 33. & ſeq.* poſt *Marin. Frecc. de præſentat. inſtrument. quæſt. 3.* Propter quam rationem in propriis terminis videtur hoc probare *Felician. de Solis, in dd. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 2. lib. 4. cap. vnico, num. 10. verſ. nihilominus*, & non obſcurè ſenſit *Rota coram b.m. Corduba in vna Romana fideiuſſionis de repræſentando, 17. Maij, 1595.* quæ eſt *in calce Tract. deciſ. 197. num. 3. & ſeq.* maxime ſi fideiuſſor teneatur vigore obligationis cameralis, vt ibidem conſiderauit *Rota* & hanc limitationem ego exiſtimo comprobari poſſe non incommode ex eo quod
22 in ſimili videmus, quod † licet quis de euictione non poſſit conueniri, niſi re euicta, *l. qui rem, C. de*
23 *euic. l. filius, §. mora ff. eod.* tamen † hoc fallit quando debitor ſciens tradit creditori ſuo rē alteri obligatam, quia tunc creditor ratione intereſſe poterit agere aduerſus ſuum debitorem antequam res ipſa inſolutū ſibi data à ſe auuocetur, & ſibi euincatur. *Doctor.* communiter *in d. l. qui rem. & in l. qui hominem, ff. de ſolut.* & voluit *Rota in vna Romana pecuniaria coram b.m. Cardinali Pamphilio, 25. Iunij, 1601.* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 198. num. 1. & 2.* & facit quia promiſſio indemnitatis habet in ventre obligationem ad intereſſe, vt diximus *ſupra hoc eod. art. num. 4.*

ARTICVLI QVARTI

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor Cenſus, qui conuenit cum eo pro quo fideiuſſit, vt illum eximat à fideiuſſione infra certum tempus, poteſt adueniente d. tempore agere pro eximitione.*

2 *Fideiuſſor Cenſus qui ſimpliciter acceſſit, quod non poſſit agere vt eximatur, volunt aliqui.*

Contraria ſententia placuit Rotæ, & ſequitur Auctor, num. 7.

Maximè ſi fideiuſſor diu ſtetiſſet in obligatione, nu. 8.

3 *Fideiuſſor adhibetur in contractu Cenſus vt melius domino Cenſus ſit cautum, pro ſolutione illius.*

Ac etiam pro euictione bonorum Cenſui ſuppoſitorum, ibidem.

Contrarium tamen probatur, num. 9.

4 *Fideiuſſor euictionis non poteſt agere vt à fideiuſſione eximatur.*

5 *Fideiuſſor ex natura contractus in perpetuum tenetur in contractu Cenſuali, & num. ſeq.*

6 *Fideiuſſor in tutela & cura tenetur perpetuo, durante tutela & cura.*

10 *Fideiuſſor Cenſus ad duo tenetur, ſcilicet, ad euictionem fundi ſuppoſiti, & ad ſolutionem Cenſus.*

11 *Fideiuſſor Cenſus poteſt petere eximitionem à fideiuſſione reſpectu obligationis, de ſoluendo Cenſum.*

12 *Cenſus eſt perpetuus reſpectu domini illius temporalis, reſpectu debitoris.*

13 *Eximitio à fideiuſſione fit vel dando alium fideiuſſorem idoneum de conſenſu creditoris. vel*

Dando releuatorem reſpectu ipſius fideiuſſoris, nu. 15.

14 *Creditor cogi non poteſt vt loco vnius recipiat alium fideiuſſorem.*

Fideiuſſor Cenſus, an poſſit agere vt eximatur à fideiuſſione.

ARTICVLVS QVARTVS.

IN propoſito articulo *Gaſpar. Roderic. in ſuo tract. de anu. reditib. lib. 2. quæſt. 13. num. 18.* conſiderabat duos caſus. Pri-
1 mus † eſt quando fideiuſſor tempore quo acceſſit expreſſè cōuenit cum debitore Cenſus pro quo fideiuſſit, quod illum deberet infra certum limitatum tempus à dicta fideiuſſione eximere, & liberare (quod pactum licitum eſſe demonſtrat *ibi nu. 25.*) & hoc caſu adueniente tempore poſſe iure petere promiſſam liberationem, & eximitionem concedit, *num. 19.* & caſus iſte nullam habet difficultatem, cum pacta ſint ſeruanda, *l. 1. ff. & C. de pact. c. 1. ext. eod. tit.* & contractus à conuentione legem accipiant, *l. 1. §. ſi conuenerit, ff. depoſit. cum vulgar.*

Secundus caſus eſt, quando fideiuſſor ſimpliciter, & abſque aliquo pacto, & conuentione fideiuſ-
2 ſit. & † hoc caſu non eſſe permiſſum illi petere dictam eximitionem, dicit *ibi Roderic. d. num. 18.* quam ſententiam, tenent etiam *Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 68. num. 101. & Marcheſan. in ſuo tract. te Commiſſion. appellat. à Camerali obligat. par. 1. cap. 16.*
3 *num. 122.* duplici ratione. Prima, quia † iſte fideiuſſor in cōtractu Cenſus adhibetur non ſolum vt melius domino Cenſus ſit cautum pro ſolutione illius. *Inſtit. de fideiuſſor. in princ.* Verum etiam pro euictione bonorum ſuper quibus Cenſus ipſe impoſitus & conſtitutus fuit, & propterea ad ſimilitudi-
4 nem fideiuſſoris, † qui præſtatur pro euictione rei venditæ, vel alio titulo traditæ non poterit petere ſe liberari & eximi à fideiuſſione anteqnā verè euictio ſequuta ſit etiam quod dici in ea ſteterit. *Afflict. deciſ. 241. num. 4.* & dicit *Rota* in propriis terminis

in vna Bononienſi Cenſus, 5. Martij, 1603. coram Reuerendiſſimo P.D. Coccino Decano, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. Deciſ. 199. num. 2.* Altera affertur ratio, quia
cum annuus Cenſus ſit de ſui natura perpetuus, vt
plene demonſtratum fuit *ſupra par. 1. cap. 1. quæſt. 1.*
5 *art. 2.* plane ex † natura ipſius contractus fideiuſſor
in perpetuum teneri debet, id eſt donec Cenſus fuerit redemptus, vel aliter extinctus, vnde non poterit
iure petere ſe eximi, & liberari à dicta fideiuſſione,
argum. eorum quæ tradit *Gomez. Variar. Reſolut. tomo 2. cap. 13. num. 10. in verſ. tertio infero.* dum dicit
6 quod is, † qui interceſſit fideiuſſor pro aliquo tutore, vel curatore, non poteſt agere vt eximatur fideiuſſione ante finitam tutelam, curam, vel officium
adminiſtrationis, cuius auctoritate hoc idē in fideiuſſore, qui acceſſit in contractu Cenſus, concludit
Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 3. cap. 3. num. 9. in fine, & tomo 2. pariter, lib. 3. & cap. 3. num. 1. Quia ſcilicet tam in tutela, & cura,
quam in contractu Cenſus & obligatio & fideiuſſio
certam habet temporis durationem, & metam ad
quā vſque fideiuſſor ipſe videtur ſe obligaſſe: nam
cum reditus annui continuatio habeat obligationem ſucceſſiuam quamdiu nō fuerit ſors redempta,
idq. partes præuiderunt à principio plane ex natura ipſius actus fideiuſſor tenetur in perpetuum,
vnde non poteſt iure petere ſe liberari, eximiq. à fideiuſſione, vt ratiocinatur *Felician. d. num. 9. in fine.*
7 Ceterum † contrariam ſententiam amplexa fuit
Rota coram b. m. Corduba, 7. Maij, 1601. in illa Romana ſeu Bononienſi Cenſus ſcutorum vigintiquinque millium, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. Deciſ. 195. num. 11. & ſeqq.* Vbi tacite reſpondet contrariis, & rurſus *corā Reuerendiſſimo P. D. Coccino Decano, 5. Martij, 1603. in illa Bononienſi Cēſus*, quæ eſt *ibidem deciſ. 199. nu. 3. & coram R. P. D. Caualerio, 26. Iunij, 1609. in vna Imolenſi Cenſus*, quæ *ibidem eſt deciſ. 200. num. 2. & coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato, 10. Iunij, 1613. in vna Romana Cenſus ibidem deciſ. 68. nu. 4.* & in aliis cauſis
8 ſæpè. Et † multò magis hoc procederet ſi fideiuſſor diu ſtetiſſet in obligatione & fideiuſſione, &
fuiſſet coactus ſoluere plures terminos, vt fuiſſe reſolutum in Regio conſilio Cathaloniæ teſtatum reliquit *Ludouic. Peguer. deciſ. 190. per tot.* & placuit
Rotæ in illa Bononienſi Cenſus coram Reuerendiſſimo Coccino num. 4. & ſeqq. & in illa Romana Cenſus coram Reuerendiſſimo Sacrato pariter, nu. 4. proximè allegatis.
Neque obſtant rationes ſupra in contrarium al-
9 legatæ. Nam ad primam reſpōdetur, quod † in contractu Cenſus fideiuſſoria obligatio non poteſt referri ad euictionem bonorum oneri Cenſus ſuppoſitorum cum illorum proprietas, & poſſeſſio ad emptorem Cenſus non transferantur, ſed remaneant
penes imponentem, vt fuit dictum *ſupra d. parte 1. cap. 1. quæſt. 1. art. 1. num. 20.* & propterea ad Cenſus emptorem non pertinet prouidere ſibi circa dictorum bonorum euictionem & per conſequēs fideiuſſor adhibitus in contractu Cenſus non poteſt dici ſimilis fideiuſſori euictionis, ita vt iiſdem ligetur
legibus, quibus ille aſtringitur.
10 Vel dicamus, † quod duplex eſt obligatio fideiuſſoris, qui acceſſit in cōtractu Cenſus; vna ſcilicet,
de euictione fundi ſuper quo Cenſus fuit impoſitus,
& conſtitutus; altera de ſolutione Cenſus & annuæ
reſponſionis, vt exorditur *Rota coram Reuerendiſſimo P. D. Coccino Decano, 5. Martij, 1603. in illa Bononienſi Cenſus*, quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 199.* & dixit *coram b.m. Corduba, 7. Maij, 1601. in illa Romana Cenſus ſcutorum vigintiquinque millium*, quæ eſt *ibidem deciſ. 195. num. 8. & coram R. P. D. Ottembergio, 16. Decembris, 1607. in vna Bononienſi Cenſus*, quæ eſt *ibidem deciſ. 201. num. 7.*
11 Vnde † licet iſte fideiuſſor nō poſſit agere, vt eximatur à fideiuſſione reſpectu euictionis bonorum,
poteſt tamen id iure petere quoad alias obligationes, nempe ſolutionis Cenſus, quæ eſt continua &
pura, vt voluit *Rota in deciſionibus vltimo loco relatis.*
12 Ad aliam † verò rationem de perpetuitate Cenſus dicitur quod illa conſideratur dumtaxat ex parte emptoris, & domini illius, qui non poteſt cogere
debitorem Cenſus ad eum redimendum, reſpectu
verò venditoris, & debitoris eſt quandocumque redimibilis, vt Summorum Pontificum & ſignanter
Marcin. V. & Calix. III. & Pij V. Conſtitutionibus
ſancitum fuit, & nos ſupra latè diximus *hac par. 2. cap. 1. quæſt. 3. art. 7. & 8.* vnde *Rota in illa Romana ſeu Bononienſi Cenſus coram b.m. Corduba*, quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 195.* dicebat quod fideiuſſor poteſt cogere debitorem Cenſus pro quo fideiuſſit ad redimendum illum, vel ipſum à tali fideiuſſione liberandum; & ſic ceſſare quod dicebatur fideiuſſorem
ab initio intellexiſſe velle ſe in perpetuū obligare.
13 Iſta † autem liberatio & eximitio à fideiuſſione
præſtabitur vel dato alio fideiuſſore loco iſtius qui
eximi petit, quātenus dominus Cenſus conſentiat;
eo enim non conſentiente, & nolente nouare obligationem, & recipere alium fideiuſſorem alius fide-
14 iuſſor dari nō poteſt, cum † ipſe de iure poſſit illum
recuſare, *Bal. & alij in l. ſi pater, C. de collat.* refert *Vinc. de Franch. deciſ. 200. num. 2.* & de communi teſtatur
Io. Bernard. Muſcatel. in ſua Pract. fideiuſſor. par. 2. q. 6. nu n. 3. in fine, (licet ipſe ſequutus *Dec. in d. l. ſi pater.*
contrarium defendat quando offertur alius fideiuſſor æque idoneus.)
15 Vel dato † ad fauorem ipſius fideiuſſoris, qui inſtat pro liberatione, alio fideiuſſore qui ipſum releuet & à damno conſeruet, vt docet *Bal. & alij in d. l. ſi pater*, & admittit *Rota coram R. P. D. Caualerio. 26. Iunij, 1609. in illa Imolenſi Cenſus*, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. Deciſ. 200. num. 3.*

ARTICVLI QVINTI

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor Cenſus liberatur extincto Cenſu, & num. 5.*
2 *Fideiuſſoria obligatio eſt acceſſoria ad contractum in quo fideiuſſor præſtatur.*
3 *Obligatione principali ceſſante, ceſſat & acceſſoria.*
4 *Hypotheca reſoluitur extincto principali debito.*
6 *Cenſus extinguitur per peremptionem fundi ſuppoſiti.*
7 *Fideiuſſoria obligatio contractu reſpectu rei catenus durat quatenus res ipſa ſupereſt.*
8 *Obligatio fideiuſſoria extinguitur quando dominium rei cenſuatæ tranſit in dominium domini Cenſus.*
9 *Secus autem ſi ille Cenſus tranſeat in dominium ipſius fideiuſſoris.*

10 Niſi

10 *Niſi emat Cenſum vt ſe & debitorem Cenſus ab illius ſolutione liberet.*

11 *Fideiuſſor Cenſus liberatur in omnibus caſibus, in quibus liberatur principalis debitor.*

12 *Item liberatur ſi mutentur perſonæ cum quibus contractus celebratus fuit, vel alteretur pretium Cenſus.*

13 *Fideiuſſor Cenſus non liberatur, ſi Cenſus transferatur de vno fundo ad alium.*

14 *Fideiuſſor Cenſus liberatur, ſi debitor Cenſus intimauerit domino quod vult illum redimere, & pretium depoſuit, ſi enim redemptio non fiat, fideiuſſor amplius non tenetur.*

Fideiuſſor Cenſus quibus modis remaneat liberatus ab onere iſto.

ARTICVLVS QVINTVS.

QVONIAM *ſupra hac ead. quæſt. art. 3. nu. 9.* dictum fuit, quod obligatio eius qui
acceſſit tamquam fideiuſſor in contra-
ctu Cenſus eſt perpetua, videlicet, quo-
uſque Cenſus ipſe durat: Inde videtur
1 ſequi, † quod vbicumque Cenſus extinguitur ipſe
quoque fideiuſſor à ſua fideiuſſoria obligatione re-
2 maneat liberatus: cum † enim fideiuſſoris obliga-
tio ſit acceſſoria ad contractum Cenſus, *l. 1. l. generaliter, l. Græcè, §. 1. ff. de fideiuſſ. Inſtit. eod. tit. in princ.*
3 ceſſante † obligatione principali per extinctionem
& peremptionem Cenſus, debet etiam ceſſare fide-
iuſſoria tamquam acceſſoria, & illi accedens, *l. qui liberis, ff. de vulgar. & pupill. l. cum principalis,* vbi
Doctor. ff. de reg. iur. §. fideiuſſores ita. Inſtit. de fideiuſſ.
& ita in puncto, dicit *Thom. Boninſign. in ſuo tract. de*
4 *Cenſib. cap. 13. num. 2.* Et facit quia † ſicut hypo-
theca reſoluitur ſublato principali debito, *l. contrahitur.* vbi *Bart. ff. de pignor. Neguſ. in ſuo tract. de Pignor. & hypoth, par. 3. memb. 1. num. 9. Surd. conſ. 299. num. 10. lib. 2.* Ita quoque fideiuſſoria obligatio ea-
tenus durare debet, quatenus viuit principalis
5 obligatio. Et † quod per extinctionem Cenſus li-
beretur fideiuſſor in illo contractu adhibitus, pro-
batur ex tex. *in l. 2.* cum ibi not. *C. de ſolut. & in l. 2. & ibi Bar. ff. de fideiuſſ.* & in puncto fuit reſolutum
in *Rota in vna Neapolitana Cenſus, 9. Martij, & 10. Aprilis, 1592. coram b. m. Gypſio,* quæ eſt impreſſa *in calce Tract. deciſ. 202. num. 2. & coram b. m. Corduba, 21. Aprilis, 1597. in vna Romana Cenſus,* quæ eſt *ibid. deciſ. 203. num. 4. & coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato, 27. Ianuarij, 1603. in alia Romana cenſus, quæ ibid. eſt deciſ. 204. num. 3. & coram R. P. D. Caualerio, 9. Maij, 1608. in vna Senogallienſi ceſſionis iurium,* quæ eſt *ibidem deciſ. 205. ſub num. 1.* Cum autem Cenſus pluri-
bus modis & ex pluribus cauſis ceſſet & extingua-
tur, vt latius dicemus *infra par. 3. per tot.* iiſdem quo-
que modis, & ex eiſdem cauſis ceſſabit & extinguebitur obligatio fideiuſſoria in contractu Cenſus ad-
hibita, quod vt clarius appareat vnum vel alterum
ſubiicere exemplum non duxi ſuperuacaneum.

6 Primum igitur ſit exemplum, † quando fundus
Cenſui ſuppoſitus perit, & per conſequens Cenſus
diſſoluitur, vt fuit diſpoſitum per *Martinum Quintum, & Calixtum Tertium, in cap. 1. & 2. de empt. & vendit. inter Extrauag. commun.* & per *Pium Quintum, in ſua Conſtitut. ſuper forma creandi Cenſ.* Nam eo
caſu ipſe quoque fideiuſſor remanebit liberatus,
7 quia † obligatio fideiuſſoria contractu reſpectu rei
eatenus durat quatenus res ipſa durat & ſupereſt, &
rei ipſius interemptione & interitu, ipſa quoque ex-
tinguitur & ceſſat, *l. Titiæ textores, in fine, & l. quidam, §. ſi tibi, ff. de legat. 1.* & faciunt *not. per Gloſ. Bart. & alios cõmuniter, in l. quod te mihi,* maxime *Cagnol. num. 44. cum multis ſeqq. ff. ſi cert. per.* & licet
Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſil. tomo 1. lib. 1. cap. 4. num. 3. ad fin. contrarium probare co-
netur, ipſe tamen eo innititur fundamento, quod
Cenſus annui deberi poſſint ex ſola perſonali obli-
gatione, quod non eſſe aliquo iure admittendum,
deductum fuit *ſupra par. 1. cap. 3. quæſt. 1. art. 6.*

8 Alterum † poteſt afferri exemplũ ſi fundus Cen-
ſui ſuppoſitus tranſeat in dominium ipſiuſmet do-
mini Cenſus, quo etiam modo Cenſum extingui vi-
debimus *infra par. 3. cap. 1. quæſt. 5.* Cum enim ceſſet
obligatio principalis ipſa quoque fideiuſſoria tam-
quam illi accedens expiret neceſſe eſt, vt paulo ſu-
9 pra diximus. Quod non procedit è conuerſo ſi † ip-
ſemet fideiuſſor emat Cenſum: nam non propterea
remanebit liberatus ab onere ſoluendi annuas re-
ſponſiones, quia cum eo caſu Cenſus non ſit extin-
ctus, ſed adhuc remaneat viuus, ſicut non eſt extin-
cta obligatio principalis debitoris, ita quoque nec
fideiuſſoria illi accedens, *§ fideiuſſores. Inſtit. de fideiuſſ.* & ita in puncto fuit reſolutum in *Rota coram R. P. D. meo Vbaldo, 18. Martij, 1616. in vna Romana reſciſſionis inſtrumenti.* quæ eſt impreſſa *in fine Tract. deciſ. 183. per tot.* & fuit repetitum *in eadem cauſa coram eodem, 26. Iunij, 1617.* quæ eſt *ibid. deciſ. 206.*
10 *num. 1.* Secus † tamen eſſet etiam quo ad fideiuſſo-
rem, ſi ipſe ita Cenſum in quo eſt fideiuſſor emat, vt
liberet ſe, & principalem debitorem Cenſus ab vl-
teriori ſolutione annuæ reſponſionis, & Cenſus non
remaneat viuus, vt firmat *Rota in dd. deciſionibus,* &
nos diximus *ſupra hac 2. par. cap. 1. quæſt. 3. art. 5.*

11 Liberatur † ſecundo loco fideiuſſor Cenſus in
omnibus caſibus, in quibus liberantur principales
debitores Cenſus, *l. iam mandatori, C. de non num. pecun.* per quem tex. ita dixit *Rota in vna Romana Cenſuum, 20. Nouembris, 1602. coram Illuſtriſſimo Cardinal. Ludouiſio.* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 207. num. 1.*

12 Tertiò † liberatur fideiuſſor Cenſus ſi mutentur
perſonæ cũ quibus fuerat initus & celebratus con-
tractus Cenſus, vel alteretur quantitas pecuniarum
ad Cenſum datarum, non ſecus ac liberatur quan-
do contractus principalis nouatur, vt fuit reſolu-
tum in *Rota in vna Neapolitana Cenſus, 3. Aprilis, 1593. coram b. m. Penia,* quæ eſt impreſſa *in calce Tract. deciſ. 208. num. 1.*

13 Secus tamen † eſſet ſi Cenſus transferretur ſim-
pliciter de vno ad alium fundum, vt firmauit *Rota coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, 10 Iunij, 1602. in vna Romana Cenſus,* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 105. num. 5. & coram eod. in vna Romana Cenſus ſcutorum decem & octo millium, 9. Iunij, 1608. quæ ibid. eſt deciſ. 60. nu. 2. & ſeq. & corã Illuſtriſſimo Cardinal. Mellino, 26. Nouemb. 1604. in illa Romana Cenſus,* quæ eſt *ibid. deciſ. 106. nu. 2. & corã R. P. D. meo Vbaldo, 18. Martij, 1616. in illa Romana reſciſſionis inſtrumẽti.* & quæ *ibid. eſt deciſ. 183. n. 1.* & nos diximus *ſup. p. 1. c. 3. q. 3. art. 2.*

Quar-

Digitized by Google

14 Quartus † addi poteſt caſus in quo fideiuſſor Cenſus liberatur ſi debitor Cenſus intimauerit illius domino quod ipſe vult Cenſum redimere, & extinguere,& ad dictum effectum pretium Cenſus depoſuerit. ſi enim redemptio non ſequatur cum effectu, ſed debitor Cenſus ſuas pecunias recipiat, ipſe tamen fideiuſſor remanet liberatus, vt docet *Specul.in tit. de fideiuſſor. num.20.* refert & ſequitur *Surd, conſ.145.num.22.lib.1.*

ARTICVLI SEXTI

SVMMARIA.

1 *Cenſum ſoluere non tenetur poſſeſſor fundi, ſuper cuius fructibus tantum fuit impoſitus.*

2 *Hypotheca non competit ſuper bonis, quando onus eſt impoſitum fructibus.*

3 *Onus reale conſtitutum ſuper re, tranſit ad quemcumque poſſeſſorem.*

4 *Cenſum conſtitutum ſuper re tenetur ſoluere poſſeſſor illius rei.*

5 *Etiam non excuſſo principale debitore.*

Etiam quod poſſideat tamquam emphyteuta habens cauſam à venditore Cenſus, num.14.

6 *Poſſeſſor fundi cenſuati videtur quod teneatur ſoluere Cenſum dumtaxat ex fructibus natis vel ſatis tempore impoſitionis Cenſus, vel tempore quo fundus ad eius manus peruenit.*

7 *Fructus ita demum veniunt in obligatione, ſi erant nati, vel ſati tempore contractus.*

8 *Intellige de obligatione fructuum acceſſoria, ſecus ſi principaliter obligentur.*

9 *Res tranſit cum ſua cauſa.*

10 *Poſſeſſor fundi ſuppoſiti tenetur ſoluere fructus maturos, etiam antequam adipiſceretur poſſeſſionem dicti fundi.*

Declaratur hoc procedere ſi ipſe conueniatur actione hypothecaria, vel Salu. Interdic. num.13.

Secus ſi conueniatur actione perſonali in rem ſcripta, num.12.

11 *Poſſeſſor fundi ſuppoſiti poteſt conueniri duplici actione, videlicet, actione perſonali in rem ſcripta, & actione hypothecaria, vel remedio vtilis Saluiani Interdicti.*

Poſſeſſor fundi cenſuati, an ad Cenſus ſolutionem teneatur.

ARTICVLVS SEXTVS.

PRo vera, & diſtincta reſolutione huius ſexti articuli duo videntur conſiderandi caſus. Primus eſt, quando Cenſus conſtituitur & creatur dumtaxat ſuper fructibus alicuius fundi fructiferi, abſque ſubiectione,& ſubiugatione, vel hypotheca ipſius fundi. Secundus caſus eſt, quando Cenſus imponitur ſuper ipſo fundo,& illius proprietate, habita tamen relatione ad eius fructus, cũ Cenſus conſtitui non poſſit ſuper fundo niſi ſit de ſui natura frugifer & aptus ad ferendum fructus, vt latè dictum fuit *ſupra par.1. cap.3. quaſt.2. art.1.* Quæ caſuum diſtinctio ſatis iuſtificatur ex iis, quæ diximus *ſupra dicta par.1. cap.2. quaſt.1. art.6. num.27.*

1 In primo caſu facienda † eſt concluſio negatiua, quod onus ſoluendi annuas penſiones non tranſeat ad eum in quem tranſit fundus ſuper cuius fructibus fuit Cenſus conſtitutus; nam cum eo caſu non poſſit dici conſtitutum ius reale in ipſo fundo, nec orta realis obligatio pro ſoluẽdis annuis Cenſibus, ad illorum ſolutionem teneretur dumtaxat is, qui Cenſum impoſuit,& eius hæres vniuerſalis, non autem aliquis illius ſucceſſor ſingularis, *l. Liberto, & ibi Gloſ. in verbo, vendita, ff. de ann. legat. Paul. de Caſtro, conſ.334. lib.1. Franc. Ripa, in l.1. §. ſi hæres, num.5. ff. ad Trebell. Rom. conſ.417. num.7. in princ. Gabr. conſ. 47. num.12. lib.1. Scapuccin. in ſuo tract. de Salua.*
2 *Interdic. lib.1. quaſt.14. nu.6.* Quando † enim onus eſt impoſitum fructibus, non competit naturaliter hypotheca ſuper bonis. *Surd. deciſ.28. num.9. verſ. quando enim.* refert *Scapuccin. d. num.6. verſ. aliud.*

In ſecundo verò caſu cum dicatur ſuper fundo conſtitutum ius reale & contracta hypotheca ad fauorem domini & creditoris Cenſus, vt dictum fuit
3 *ſupra d. par.1. cap.2. quaſt.3. art.1.* & ius illud † tranſeat ad quemlibet etiam ſingularem ſucceſſorem, & poſſeſſorem eiuſdem fundi. *Caſtr. d. conſ.334. Rom. d. conſ.417. num.7. verſ. ſi verò. Crauet. conſ.217. nu.5. lib.2. Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art.58. nu.89. ad med. verſ. Ius igitur exigendi, Foller. in ſua Pract. Cenſuali, in verbo, huiuſmodi, num.96. Aurel. Corbol. in ſuo tract. de iure emphyteut. conſ.14. ob alienat. irrequiſ. domino fact. Ampl.49. num.8. & ſeq. Boecacc. in ſuo tract. de Cenſib. par.2. num.87. Hond. conſ.17. num.11. lib.2. Surd. in tract. de alim. tit.7. quaſt.33. num.14. & conſ.162. num.11. lib.2. & deciſ.32. num.6. Stephan. Gratian. Diſceptat. Forenſ. tomo 1. cap.141. num.4.* & voluit *Rota in vna Senogallienſi Prædij, 10. Maij, 1615. coram R.P.D. Martino Andrea,* quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ.19. ad fin. verſ. quinimmo, de rigore iuris.*
4 Vtique † eo caſu poſſeſſor dicti fundi cenſuati tenetur ad annui Cenſus deſuper impoſiti ſolutionem. *Caſtr. d. conſ.334. Crauet. d. conſ.217. nu.6. Gabr. d. conſ. 47. num.12. lib.1. Bon. d. art.58. ſub num.89. Cæſar Barz. deciſ. Bononien. 109. num.7.* & plerique ex iis, quos proxime citauimus. Quibus addi poteſt *Ludou. de Auend. de Cenſib. Hiſpan. cap.96. num.7. verſ. Ex quo dominus.*
5 Qui † in tantum tenetur vt cõueniri poſſit etiam non facta excuſſione principalis debitoris & venditoris Cenſus. *Afflict. deciſ.95. Surd. d. conſ.162. num. 12.* poſt quos *Gratian. d. cap.141. num.3. Ioan. Bapt. Lup. ad leg.2. C. de pact. int. empt. & vendit. Commento 2, §.2. num.67.*
6 Nec dicatur † quod dicendum videatur huiuſmodi poſſeſſorem eſſe obligatum dumtaxat ſoluere ex fructibus natis, vel ad ſummũ ſatis tempore impoſitionis Cenſus, vel tempore quo fundus ille ad manus huius tertij poſſeſſoris tranſiuit, *argum. tex. in l. Paulus, §. ſi mancipia, ff. de pignor.* per quem tex. *Gloſ. in l. potior, §. ſi de futura, ff. qui pot. in pignor. habeant.* dicit ita † demum fructus futuros venire in
7 obligatione ſiue tacita, ſiue expreſſa ſi tempore obligationis eſſent nati vel ſaltem ſati penes debitorem; quam refert & ſequitur *Neguſ. in ſuo tractatu, de pignor. & hypot. par.2. memb.5. num.45. verſ.*

Item

Digitized by Google

8 *Item dummodo.* Quoniam ſi rem † diligentius conſi-
deremus facilis apparet diuerſitatis ratio exiſtens
in caſu noſtro à caſu, qui deciditur *in d. §. qui manci-
pia.* ibi enim I.C. loquitur, quãdo fructus futuri non
fuerunt obligati principaliter, & de per ſe, ſed ac-
ceſſoriè ad aliam obligationẽ principalem pro ma-
iori ſecuritate & cautela creditoris ſiue ſit tacita,
ſiue expreſſa dictorum fructuum obligatio. In caſu
autem noſtro Cenſus ipſe, qui conſtituitur, & ven-
ditur eſt in obligatione non acceſſoriè, & propter
aliud; ſed propter ſe, & principaliter, qui licet col-
locetur ſuper fundo, conſtituitur tamen ſoluendus
principaliter ratione fructuũ illius. Etenim quam-
uis in contractu Cenſus non vendantur fructus fun-
di, obligatio tamen ſoluendi annuam reſpõſionem
reſpicit principaliter illius fructus, vt aliàs diximus.
& ideo nimirum ſi veniunt in obligatione non ſo-
lum fructus, qui erant nati, vel ad minus ſati tem-
pore impoſitionis Cenſus, vel translationis fundi
cenſuati in aliam perſonam, ſed ij etiam qui adue-
nientibus temporibus naſcentur durante Cenſu, &
ſic onus iſtud inhærens fundo ratione fructuũ tran-
ſit ad quemlibet dicti fundi etiam ſingulatiſſimo
9 titulo poſſeſſorem cum † regulare ſit vt res cum ſua
cauſa, & ſuo onere tranſeat. *cap. ex literis, ext. de pi-*
10 *gnor. cum vulg.* Qui † propterea tenebitur ad ſolu-
tionem non ſolum annuorum cenſuum in futurum
poſt adeptam per ipſum dicti fundi cenſiti poſſeſ-
ſionem maturandorum, & decurrendorum, verum
etiam eorũ, qui decurrerant, & erant maturati ante-
quam dicta res Cenſui ſuppoſita ad eius manus per-
ueniſſet, & nondum ſoluti fuerant. vt in puncto di-
cunt *Foller. in dicto verbo, huiuſmodi, num. 97. Cran.
dicto conſil. 217. num. 6. Bonuſign. dicto artic. 58. ſub
num. 89. Surd. dicto conſil. 162. num. 11. in fine, Staph.
Gratian. d. cap. 141. num. 5. Honded. dicto conſ. 17. num.
11. lib. 2. Felician. de Solis, in dd. ſuis Commentar. de Cen-
ſib. tomo 1. lib. 3. cap. 6. num. 3.* Cum hac tamen di-
11 ſtinctione, quod † cum iſte poſſeſſor poſſit conue-
niri pro ſolutione dicti annui Cenſus tam actione
perſonali in rem ſcripta, quam actione hypotheca-
ria, vel remedio vtilis *Salu. Interd.* vt dicemus *infra
latè hoc eodem cap. 2. quæſt. 5. artic. 8. num. 9.* ſi iſte
12 † poſſeſſor conueniendus erit pro fructibus Cenſus
decurſis & maturis durante eius poſſeſſione erit in-
tentanda actio perſonalis in rem ſcripta. *Gabr. d.
conſil. 47. num. 14. lib. 1.* & nos dicemus *dicto artic. 8.*
13 Si verò † contra ipſum erit agendum pro fructibus
decurſis, & maturis antequam ipſe naneiſceretur
poſſeſſionem bonorum ſubiugatorum, & tunc agen
dum erit actione hypothecaria, vel remedio vtilis,
Salu. Interd. Gabr. d. conſ. 47. num. 18. & nos dicemus
d. quæſt. 5. artic. 9.
14 Quod † autem diximus ſingularem poſſeſſorem
poſſe conueniri pro ſolutione annui Cenſus conſti-
tuti ſuper re à ſe poſſeſſa procedit etiam in eo, qui
poſſidet tamquam emphyteuta, qui habuit titulum
à venditore Cenſus, ſi credimus *Gabr. dicto conſ. 47.
num. 6. & ſequent.* quem ſequitur *Boccacc. dicto tra-
ctatu de Cenſib. parte 2. num. 1.*

ARTICVLI SEPTIMI

SVMMARIA.

1 *Cenſum impoſitum ſuper fundo quod teneatur ſoluere legatarius vſusfructus dicti fundi, non hæres proprietarius, volunt aliqui.*
Contraria ſententia eſt verior, num. 3.
2 *Vſufructuarius tenetur recognoſcere omnia onera realia.*
Intellige de oneribus, quæ debentur ratione fructuum, num. 12.
Intellige 2. de oneribus, quæ inhærent rei vti qualitates intrinſecæ, & ſunt perpetua, num. 13.
Intellige de oneribus, quæ indicuntur à lege, vel ſuperioribus, ibid.
4 *Hæres tenetur liberare rem legatam ab obligationibus contractis à defuncto.*
5 *Bart. in l. ſi domus, la ſeconda, §. de euictione, num. 4. & 5. ff. de legat. 1. declaratur.*
6 *Si legatario euincatur res per hypothecariam, hæres tenetur actione ex teſtamento quaſi res euicta fuerit eius culpa.*
7 *Perſonalis actio oriens ex contractu potius attenditur, quam realis.*
8 *Maximè in contractu annuæ præſtationis.*
9 *Vſufructuarius poſſidens rem ſuppoſitam, poteſt conueniri à domino Cenſus.*
Poteſt tamen repetere ab hærede proprietario quidquid ſoluit, num. 11.
10 *Dominus Cenſus poteſt agere contra legatarium vſusfructus poſſidentem fundum ſuppoſitum, vel contra hæredem arbitrio ſuo.*
14 *Hæres repræſentat perſonam defuncti.*
15 *Legatarius vſusfructus fundi ſuppoſiti teneretur ad ſolutionem Cenſus, quando fundus fuit legatus cum omnibus ſuis pertinentijs, & iuribus.*

Cenſum an ſoluere teneatur vſufructuarius cui legatus fuit fundus ſuppoſitus illum dicto nomine poſſidens, an hæres proprietarius.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

FVIT aliquando dubitatum, an vſufructuarius cui fundus oneri Cẽſus ſuppoſitus fuit ab imponente non ratione dominij, & proprietatis, ſed iure vſusfructus legatus cogi poſſit tamquam poſſeſſor fundi ad ſoluendum annuos Cenſus, an potius onus iſtud ſpectet ad hæredem proprietariũ, ita vt poſſit ab vſufructuario compelli ad liberandũ fundum legatum ab illo onere, & reſtituendum ſibi, ſi quid coactus à Iudice pro annuo Cenſu ſoluit.

1 In hac † dubitatione onus iſtud ſoluendi Cenſum ſpectare ad vſufructuarium ſenſerunt *Vinc. Carocc. in ſuo tract. de locato, & conducto, in tit. de vſufructuar. quæſt. 16. num. 12. Gabr. conſ. 47. num. 6. lib. 1. Achill. Pedroc. conſ. 2. num. 42. & ſeqq. & num. 73. & ſeqq. Caſtill. in ſuo tract. de vſufr. cap. 57. num. 14.* Quam opinionem fuit etiam amplexus *Ludouic. Velazquez de*

Auend. in ſuo tractatu, de Cenſib. Hiſpan. cap. 99. num.
2 10. ea ratione, quia † ipſe tenetur recognoſcere om-
nia onera, quæ debentur à re, vel occaſione rei,
*l. haƈtenus, 8. & ibi Gloſ. in verbo, ab eo, l. ſi penden-
tes, 34. §. ſi quid cloacarij, ff. de vſufruƈt. quemadm. 28. &
ibi Bart. ff. de vſufr. legat.* onus autem Cenſus eſſe
reale fuit *ſupra* ſæpius demonſtratum, & ſignan-
ter *parte 1. cap. 2. quæſt. 9. art. 1.* meritò ad ipſum
vſufructuarium non ad hæredem proprietarium onus
3 iſtud ſpectare debet. Ab hac tamen † ſententia ex
profeſſo receſſerunt *Menoch. conſ. 997. lib. 10. Feli-
cian. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 2. lib.
1. cap. 7. num. 6. verſ. & apud me non habet multum, &
lib. 3. cap. vlt. num. 4.* quem ſimpliciter ſequitur *Lu-
douic. Velazquez. Auend.* ſibi contrarius, *d. tract. cap.
95. num. 10. 10. Bapt. Coſta de ratione, ſeu conſiderat. ra-
ta, quæſt. 72.* & non obſcurè *Gaſp. Roderic. in ſuo tract.
de ann. redit. lib. 2. quæſt. 1. ſub num. 6. verſ. adde tertium
caſum*, cum quibus ego quoque tranſeundum exi-
ſtimo.

4 Primò, † quia cum vſufructuarius poſſideat iure
legati hæres tenetur rem legatam luere, & ab obli-
gationibus per defunctum contractis illam libera-
re, *l. ſi res obligata, ff. de leg. 1. l. prædia, C. de fideicom.*
Quarum legum diſpoſitio non videtur, quod euite-
tur ex reſponſione, quam conſiderauit *Pedroc. dicto
conſ. 2. num. 160.* videlicet, quod non habeat locum
niſi quando res legata in totum euincitur; ſecus au-
tem ſi euincatur pro parte, quod dicit fuiſſe de men-
te *Bart. in l. ſi domus, la ſeconda, §. de euictione, num. 4.
verſ. & hoc eſt verum, ff. de leg. 1.* cum quo tranſire
communiter alios affirmat *Iaſ. in l. ſerui electione, §.
finali, num. 2. & in d. l. ſi res obligata, num. 5. ff. de
legatis primo.*

5 Quoniam † hæc communis *Bart.* & aliorũ Theo-
rica non repugnat caſui noſtro, nam non negat *Bar.*
quin res poſſit euinci, vel iure directi dominij, vel
iure hypothecæ, licet autem à legatario vſusfructus
rei Cenſui ſuppoſitæ non poſſit tota res ſubiugata
euinci ratione dominij, cum pro minori quantita-
te ſit obligata, vt dicit *Pedroc. d. num. 160* certum
tamen eſt, quod per hypothecariam, quam compe-
tere domino Cenſus, dicit *Pedroc. d. conſ. 2. num. 80.*
& nos dicemus *infra hoc 2. cap. quæſt. 5. artic. 9.* po-
teſt à legatario tota res euinci pro paruo debito,
vt conſiderat *Iaſ. in d. §. de euictione, num. 27.* & tunc
ſubintrat Theorica eiuſdem *Bart. in d. l. ſi res obliga-*
6 *ta, num. 7.* videlicet, quod † quando legatario euin-
citur res legata per hypothecariam hæres tenetur
actione ex teſtamento quaſi res ſit euicta propter
culpam ſuam, qui debitum ſuum non ſoluit, prout
de iure tenebatur.

Secundo moueor, quia licet in contractu Cenſus
adſit nõ ſolum obligatio perſonalis, ſed etiam rea-
7 lis, attamen † ſemper potius attenditur obligatio
perſonalis reſultans ex contractu, quam realis, vt
dicit *Franc. Viui, deciſ. 333. num. 2. lib. 1. per tex. in l. 1.
§. ſi hæres percepto fundo, ff. ad Trebell.* per quam ra-
tionem ipſe quoque cum hac poſteriori ſententia
pertranſiuit aſſerens rationem præfatam attenden-
8 dam eſſe. † præcipuè in venditione annuæ præſta-
tionis ex fructibus per *tex. l. finali, §. Lucius, ff. de
contrah. empt.* Vnde conſiderata actione perſonali
illa non ſequitur rem, ſed perſonam, & ſic hæredita-
riam portionem, quare reditus ipſe annuus præſtan
dus erit ab hærede ratione perſonalis actionis, quæ
in ipſum deſcendit; non autem ab vſufructuario,
9 qui † licet tanquam poſſeſſor fundi Cenſui obno-
xij poſſit à domino & creditore Cenſus conueniri, vt
pluribus comprobat *Pedroc. d. conſ. 2. num. 83.* cum
10 † habeat electionem an agat actione perſonali
contra hæredem, an hypothecaria, vel remed. vtilis
Salu. Interd. contra poſſeſſorem fundi cenſuati, vt
dicemus *infra hoc 2. cap. quæſt. 5. art. 9. num. 41.* & di-
cit *Coſta d. quæſt. 72. num. 9.* & ſentit *Viui. d. deciſ. 333.*
11 *ſub num. 2.* poterit † tamen vſufructuarius poſſidens
iure legati quidquid ſoluerit occaſione dicti Cen-
ſus repetere ab hærede, vt dicit *Felician. d. verſ. &
apud me non habet multum.*

12 Nec obſtat † regula *d. l. haƈtenus*, cum aliis, ſupra
in contrarium allegatis. Quoniam reſpondetur Pri-
mo, quod illa procedit reſpectu onerum, quæ de-
bentur ratione fructuum, vt colligitur ex *l. neque ſti-
pendium, ff. de impenſ. in reb. dotal. fact.* & ex *Pinel. ad
l. 1. par. 2. num. 72. verſ. diſtinctio autem. C. de bon. ma-
tern.* & voluit *Rota coram Seraph. deciſ. 514. num. 2.
par. 1.* ſed Cenſus annuus & annua præſtatio licet
imponatur ſuper re fructifera, & quæ habita ratio-
ne ad fructus illius ſit capax dicti oneris, vt dictum
fuit *ſupra par. 1. cap. 3. quæſt. 2. art. 1.* non tamen de-
betur ex fructibus, cum non vendantur fructus, ſed
ius percipiendi annuam penſionem occaſione fru-
ctuum, vt ſæpius fuit dictum.

13 Secundò † reſpõdetur, quod regula præfata pro-
cedit reſpectu onerum, quæ imminent rei, & illi in-
hærent, tanquam qualitates intrinſecæ, & ſunt per-
petua ex diſpoſitione legis, vel indictione ſuperio-
rum; ſecus autem reſpectu eorum quæ non immi-
nent rei, ſed perſonæ, eo quia obligauit ſe ex con-
tractu propter rem, & imponuntur ex conuentio-
ne partium & inhærent rei tanquam qualitates ex-
trinſecæ, & poſſunt facili negotio ab hærede remo-
ueri, qualis eſt impoſitio Cenſus: iſta enim non ſe-
quuntur rem, neque pertinent ad vſufructuarium,
ſed ad heredem: licet enim debeantur propter rem,
quia tamen debentur à perſona, debet hæres tene-
14 ri † qui repræſentat perſonam obligati. *Auth. de In-
teſtat. à morien. præſtit.* quæ repræſentatio non fit ab
vſufructuario. & ita diſtinguit *Alber. in l. qui concu-
binam, §. qui hortos, ff. de leg. 3.* ſequitur *Rim. iun. conſ.
172. num. 22. & ſeqq. lib. 2.* & bene animaduertit
Coſta d. quæſt. 72. num. 3. verſ. non obſtat, & infra. &
ita his tacitis reſpondet *Felician.* in puncto, *d. nu. 6.*
qui allegat *Anton. Gomez. Variar. Reſolut. tomo 1. cap.
11. ante num. 4. & d. cap. vlt. num. 4.* quo loci allegat
Pinel. d. par. 2. num. 70. verſ. limitatur quinto.

Ex quibus etiam & ex iis, quæ dicit *Coſta d. quæſt.
72.* remanent tacitè ſublata ea, quæ longo appara-
tu pro contraria parte congerit *Pedroc. d. conſ. 2.*
15 Cuius tamen † opinio tunc poſſet abſque diffi-
cultate recipi, quando teſtator legaſſet alicui rem
cum omnibus ſuis pertinentiis, & iuribus, & iuriſ-
dictionibus, vt ex *Burſ. conſ. 5. num. 6. & 7. lib. 1.* di-
cit ibi *Pedroc. num. 42. & 159. & Feliciand. c. 1. nu. 6.
verſ. ceſſaret autem.*

ARTI-

ARTICVLI OCTAVI

SVMMARIA.

1 Poſſeſſores plures fundi cenſuati per partes diuiſas, quod quilibet teneatur inſolidum ad ſolutionem Cenſus, volunt aliqui.

2 Contrariam ſententiam amplectitur Couar.
Quam ſequitur Auctor, num. 4.

3 Hypotheca quæ contrahitur in contractu Cenſus differt ab hypotheca, quæ contrahitur in alijs contractibus.

5 Specialia duo eodem tempore circa eandem rem non poſſunt concurrere.

6 Cenſus conſtitutus ſuper pluribus fundis cenſetur conſtitutus non inſolidum ſuper quolibet, ſed proportionabiliter.

7 Poſſidens vnam ex pluribus rebus cenſuatis, non poteſt inſolidum conueniri actione perſonali in rem ſcripta pro toto Cenſu.

8 Poſſidens vnam ex pluribus rebus ſuppoſitis, poteſt inſolidum conueniri pro toto Cenſu actione hypothecaria, vel Salu. Interd.

9 Non vt ſoluat totum, ſed vt auocetur poſſeſſio retinenda per creditorem, donec fuerit ſatisfactus.

10 Poſſeſſor quilibet poteſt inſolidum pro integro credito conueniri.

11 Creditori qui ab vno poſſeſſore non poteſt totum ſuum creditum conſequi, poteſt contra alios poſſeſſores pro reſiduo agere.

12 Creditor eligens agere contra vnum, nõ præiudicat ſibi quo minus poſſit contra alios agere.

13 Creditor qui contra vnum ſententiam reportauit, non repellitur agens contra alios, ſi cum effectu non ſit ſolutus.

14 Creditor comparens in iudicio diſcuſſionis, & petens ſe admitti, non præiudicat ſibi quo minus poſſit agere aduerſus fideiuſſores, ſi in dicto iudicio ſibi non ſatisfiat.

15 Creditor ſolutus à poſſeſſore, tenetur illi cedere actiones,

16 Sed tales, quales habet.

17 Etiam ad fauorem debitoris met.

18 Etiam contra ſemetipſum cedentem.

19 Poſſeſſor ſoluens, ſi obtineat iurium ceſſionem, poterit ex dictis iuribus repetere ab alijs poſſeſſoribus quidquid ſoluit dempta parte, quæ rei à ſe poſſeſſæ proportionabiliter contingeret.

Poſſidens partem fundi ſuppoſiti, an conueniri poſſit inſolidum ad integri Cenſus ſolutionem.

ARTICVLVS OCTAVVS.

NON leuis eſt inter Scribentes altercatio. An ſi annuus Cenſus fuerit impoſitus ſuper pluribus certis, & limitatis prædiis, prout imponi poſſe demonſtratum fuit *ſupra par. 1. cap. 3. q. 3. artic. 2.* & illa plura prædia deueniant ad manus plurium perſonarũ, quilibet ex dictis poſſeſſoribus teneatur inſolidum ad integrum Cẽſum perſoluendum, an verò quilibet pro rata tangente prædium quod poſſidet. circa quam Doctores valdè inter ſe diſſentiunt; vt dicit *Boccatc. in ſuo tract. de Cenſil. parte 3. num. 26.*

1 Nam † quod quilibet teneatur inſolidum ad totum Cenſum, voluit *Nauar. in ſuo Comment. de vſur. num. 114. quaſt. 17.* qui mouetur pluribus rationibus, per quas eandem ſententiam videtur ſequi *Foller. in ſua Pract. Cenſuali, in verbo, huiuſmodi, num. 116. verſ. Ita quod. Redoan. in ſuo tract. de reb. eccleſ. non alien. in tit. de conſtit. ann. Cenſ. num. 69. Ludou. Molina, in ſuo tract. de contract. p. 2. diſput. 383. nu. 9. Tho. Bonif. in ſuo tract. de Cenſib. cap. 9. nu. 4. Honded. conſ. 17. num. 12. lib. 2. Leonard. Leſſ. in ſuo tract. de iuſtit. & iure, lib. 2. cap. 22. dubitat. 12. num. 89. verſ. ſed contrariũ, Steph. Gratian. Diſceptat. Forenſ. tomo 1. c. 141. n. 13.*

2 At † *Couar. Var. reſolut. lib. 3. cap. 7. num. 8.* amplexus fuit hanc ſentẽtiam dumtaxat reſpectu eorum, qui poſſident aliquam rem generaliter obligatã in venditione Cenſus pro faciliori illius exactione; ſecus autem reſpectu eorum, qui poſſident aliquam partem ex rebus ſuper quibus Cenſus ipſe impoſitus & conſtitutus fuit: nam eo caſu voluit, quod quilibet poſſeſſor teneatur ſolum proportione & rata Cẽſus, proportionabili ratæ, & portioni prædij à ſe poſſeſſi, quaſi hæc † hypotheca, quæ contrahitur ſuper prædio, quod Cenſui ſubijcitur differat ab hypotheca ordinaria, quæ ſolet apponi in genere erga alia bona conſtituentis redditum præter illa, ſuper quibus ſpeciatim fuerat conſtitutus; quem ſequitur *Io. Bapt. Lup. ad leg. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. Commen. 2. §. 2. num. 67. & ſeq.* qui alios allegat. eandem ſequitur, & communem profitetur *Fernand. Rebell. in ſuo tract. de obligat. Iuſtit. lib. 10. quæſt. 6. num. 3.* & multorum auctoritate, confirmat *Ludouicus Velazquez de Auend. in ſuo tract. de Cenſib. Hiſpan. cap. 23. num. 10.*

3

Hæc eadem dubitatio, & difficultas exoriri poteſt quando Cenſus fuit impoſitus ſuper vno tantũ fundo, qui poſtea fuit inter plures diuiſus, quorum quilibet tenet, & poſſidet certam illius portionem pro diuiſo diſtinctam, & ſeparatam ab alijs partibus & portionibus, an ſcilicet, quilibet teneatur inſolidum, an verò pro rata tangente partem à ſe poſſeſſam.

4 In hac † controuerſia, vt meam proferam ſententiam mihi magis placet opinio *Couar. & ſequacium*, vtpote quæ magis conueniat naturæ contractus Cenſualis. Cum enim tempore Conſtitutionis & impoſitionis Cenſus ſiue conſtituatur ſuper vno ſolo fundo, ſiue pluribus, certis tamen & limitatis, vt dictum eſt, ſemper debuerit haberi ratio & reſpectus, vt vel ille vnus fundus, vel illi plures ſimul iuncti eſſent capaces totius, & integri Cenſus imponendi, & conſtituendi, vt diſponitur in conſtitutione *Pij Quinti, ſuper formam creandi Cenſus*, & nos latè declarauimus *ſupra d. par. 1. cap. 3. quaſt. 2. artic. 1. & quaſt. 3. artic. 2.* vtique diuiſo illo fundo, vel tranſlatis illis pluribus ad diuerſas perſonas ſatis eſt veriſimile quod non quælibet pars illius vnici prædij, nec quodlibet prædium ex pluribus ſit capax totius & integræ annuæ reſponſionis ſuper impoſitæ. & ideo ſi poſſeſſor partis prædij cenſuati, vel vnius ex plurib. prædiis ſuppoſitis teneretur, & cogi poſſet ad ſoluendũ integrum cenſum, ſequeretur q; poſſet conueniri vltra vires & fructus prædij à ſe

poſſeſſi; & ſic Cenſus ſolueretur quaſi ex obligatio-
ne perſonali contracta per acquiſitionem poſſeſ-
ſionis fundi obnoxij, quo caſu duo ſingularia con-
currerent, vnũ quod quis teneretur perſonali actio-
5 ne abſque ſuo contractu quod † eſt à iuris regulis
alienum, *l. licet, §. ex obligatio, ff. de procur. Caſſan. ad
Conſuetud. Burgund. Rubr. 11. Des Cenſes, §. 6. in tex.
contre l'aſſignal, num. 1. Surd. deciſ. 32. num. 7. in fine.*
Alterum quod Cenſus deberetur ex perſonali obli-
gatione quod eſſe contra naturam, & ſubſtantiam
contractus cenſualis, & omni iure prohibitum de-
monſtrauimus *ſupra par. 1. cap. 3. quaſt. 1. art. 6.* Et pro
hac opinione videtur facere optima ratio, quam
conſiderauit, licet ad aliud propoſitum *Ludou. Mo-
lina, in d. ſuo tract. de Contract. diſput. 391. ſub num. 3.
& Rota coram Illuſtriſſ. Cardin. Mellino, 30. Octobris,
1602. in illa Romana Cenſus*, quæ eſt impreſſa *in calce
Tract. deciſ. 1. num. 3.* quod ſcilicet, Cenſus non im-
ponitur ſuper aliqua parte fundi, ſed ſuper toto
fundo & propterea, ſicut totum onus reſidet in toto
fundo, eadem ratione in qualibet parte debet reſi-
dere, & conſeruari proportionabiliter pars oneris
eiuſdem Cenſus, *arg. l. qua de tota, ff. de acquir. hared.*
A qua ratione non multum differre exiſtimo aliam
rationem quam in hoc articulo conſiderat *Couar.
d. nu. 7. verſ. ſed quia hypotheca*, videlicet, ꝙ † conſti-
6 tutio Cenſus facta ſuper pluribus fundis non intel-
ligatur facta inſolidũ ſuper ſingulis fundis, ſed pro
parte cuilibet fundo, iuxta eius qualitatẽ, & quan-
titatem competenti, nam ſi ſecus diceremus, nõ eſ-
ſet verum dicere quod Cenſus impoſitus habita re-
7 latione ad fructus cuiuſlibet fundi. Hoc † tamen
intelligendum cenſeo, vt procedat ſi ſit agendum
actione perſonali in rem ſcripta, quam cõcedi con-
tra huiuſmodi poſſeſſorem fundi ſuppoſiti paulò ſu-
8 pra diximus; ſecus autem † ſi talis poſſeſſor ſit con-
ueniendus actione merè hypothecaria, vel reme-
dio, *Saluia. Interdict.* quæ remedia dari contra hu-
iuſmodi poſſeſſores, dicemus *infra hoc eod. cap. 2.
quaſt. 5. artic. 9.* Nam eo caſu poſſe contra quemli-
bet poſſeſſorem agi inſolidum pro toto & integro
9 Cenſu exiſtimo, non † vt ipſe totum & integrum
Cenſũ ſoluat, ſed vt ab eo auuocetur poſſeſſio fun-
di cenſuati retinenda per dominum Cenſus quo-
uſque de toto & integro Cenſu, & ſuo credito fue-
10 rit ſatisfactus. Nam regulare eſt † vt quilibet poſ-
ſeſſor ratione hypothecæ poſſit inſolidum conueni-
ri, *Corn. conſil. 135. in fine, lib. 1. Afflict. ad conſtitut.
Regni, lib. 1. cap. 17. num. 26. Neguſ. in ſuo tract. de pi-
gnor. & hypoth. par. 8. membro 1. num. 48. & ſequenti-
bus, Couar. d. lib. 3. Var. Reſolut. cap. 7. num. 7. Redoan. d.
tit. de conſtitut. ann. Cenſ. num. 30. & ſeqq. Peregr. con-
ſil. 104. à num. 13. & inſra lib. 3. Io. Bapt. Lup. d. comm.
2. §. 2. num. 68.* & nos dicemus *d. artic. 9.*
11 Quod † ſi ex portione ab vno poſſeſſa non poſ-
ſit dominus Cenſus totum, & integrum ſuum credi-
tum conſequi, liberum illi eſt, vt etiam contra alios
poſſeſſores agere valeat, vt reſiduum conſequatur
etiam quãdo agitur actione hypothecaria, vel *Salui
12 Interd.* nam † ob vnius debitoris, vel poſſeſſoris ele-
ctionem, nõ eſt creditori factum præiudicium quo
ad alios, quin etiam contra illos poſſit de ſuis iuri-
bus experiri, *l. reos, l. generaliter, §. itemque, C. de fide-
iuſſ. Gloſ.* & communiter *Doctor. in l. 2.* & ibi latiſſi-
mè *Ronchegall. num. 90. & ſeqq. ff. de duob. reis*, &
quo ad remedium *Salu. Interd. Scapuccin. in ſuo tract.
de Salu. Interd. lib. 2. quaſt. 15.* & *Statil. Pacifie. in ſimi-
li tract. inſpect. 3. cap. 2. num. 538. & ſeqq.* ſecundum
poſtremam impreſſionem.
13 Nec ex † eo reiiciendus & repellendus eſſet à ſua
petitione dominus Cenſus, quod pro toto ſuo cre-
dito contra vnum ex pluribus debitoribus etiam
inſolidum obligatis ſententiam fauorabilem re-
portaſſet: ſed opus eſt, vt realiter & cum effectu de
toto ſuo credito integraliter ſit ſatisfactus, & ſolu-
tus, *Bart. in l. ex duobus, num. 11. & 17.* & ibi *Ronche-
gall. num. 2. 4. & 6. ff. de duob. reis, l. ſi creditores, vbi
Alex. Iaſ. Dec. Curt. iun. & alij, C. de pact. Abb. conſ. 72.
num. 3. lib. 2. Alciat. in l. 2. §. ſi tamen hominem, num. 9.
ff. de verborum obligat.*
14 Quod † extendendum eſt etiam ad eum caſum,
quãdo debitor nominat ſuos creditores in iudicio,
petitq. & ſuis bonis illis ſatisfieri pro crediti prio-
ritate & potioritate, nam ſi vnus ex dictis credito-
ribus, qui alios quoque, puta fideiuſſores habeat
obligatos inſolidum comparuerit, & inſtrumentum
ſui crediti in hoc iudicio diſcuſſionis, & graduatio-
nis præſentauerit, & per ſententiam aliquem inu-
tilem locũ obtinuerit, poterit liberè aduerſus alios
obligatos inſolidum quouſque ſibi integrè ſatisfiat,
vt dicit *Felician. de Solis, in dd. ſuis Commentar. de Cen-
ſib. tomo 1. lib. 3. cap. 2. num. 8.* ea ratione, quia nec
petitio, nec ſentẽtia aduerſus vnum ex pluribus in-
ſolidum obligatis liberat alios, *d. l. generaliter, §.
idemq., C. de fideiuſſ. Doctor. in d. l. 2. ff. de duob. reis*,
quos refert *Felician. d. cap. 2. num. 5.*
15 Creditor † autem qui ab vno ex dictis poſſeſſori-
bus totum ſuum creditum conſequutus fuerit tene-
tur actiones illi cedere aduerſus alios, *l. fideiuſſori-
bus, l. cum is qui, ff. de fideiuſſ. l. 2. C. eod. tit. l. fideiuſſor.
ff. de diſtract. pignor. l. in creditore, ff. de euict.* Scilicet,
16 † tales quales habet. *Bart. in l. Modeſtinus, ſub num.
10. ibi, & eſt ratio, ff. de ſolut. Alber. in d. l. 2. num. 2. C.
de fideiuſſ. Vinc. de Franch. deciſ. 427. num. 1. & 2. Feli-
cian. in dd. ſuis Comment. d. lib. 3. cap. 2. num. 17. verſ. in
17 qua quaſtione.* Etiam † ad fauorem debitoris met,
*Bart. in l. 1. §. eum pradium, num. 5. & 6. ff. de pignor.
& in l. Ariſto, num. 3. ff. qua res pignor. obligat. poſſ.*
18 Etiam † contra ſemetipſum ſi poſſideat rem, quæ
ad fauorem ſoluentis ſit obligata, *Specul. in tit. de
renun. & conclus. num. 22. verſ. ſed pone emi, Dec. conſ.
104. Vinc. de Franch. d. deciſ. 427. num. 8. Felician. in
dd. ſuis Comment. d. verſ. in qua quaſtione ad med. ibi de-
nique id ipſum, & tomo 2. eod. lib. 3. & cap. 2. num. 12.
19 verſ. quo ad primum, & num. 14. 15. & 18.* Et is, † qui
ſoluit ceſſis ſibi iuribus per creditorem poterit re-
cuperare, & repetere ab aliis poſſeſſoribus id quod
ſoluit excepta parte, quæ rei à ſe poſſeſſæ propor-
tionabiliter contingeret. *Bart. Ang. Imol. Caſtr. &
alij, in d. l. Modeſtinus, Gloſ. & Doctor. in l. 14. C. de duob.
reis. Felician. d. tomo 1. lib. 3. cap. 2. num. 16. tomo 2.
eodem lib. 3. & cap. 2. numero 9. & 17.*
Adhibendo tamen quo ad ceſſionem diſtinctio-
nem, quam poſuimus, *ſupra hac ead. quaſt. 3. art. 2.
num. 24. & ſequenti.*

ARTI-

ARTICVLI NONI

SVMMARIA.

1 *Cenſum ſoluere is cogi poteſt, qui in præteritum illum ſoluit.*

2 *Declaratur 1. hoc procedere ſi is, qui petit probat impoſitionem Cenſus per inſtrumentum, & quod ex ea cauſa fuerit facta ſolutio.*

Declar. 2. etiam ſi non probet impoſitionem Cenſus per inſtrumentum, ſed illam alleget, & probet ſolutiones fuiſſe factas ex cauſa allegata, num. 8.

Dummodo probet in præteritum fuiſſe ſibi ſolutum ex cauſa allegata, num. 15.

Declar. 3. etiamſi nec cauſam alleget, ſed probet ſolutiones, vbi eſſe vniformiter factas per longiſſimum triginta & plurium annorum tempus, num. 21.

Etiam quod non alleget cauſam ob quam fuerit ſolutum, num. 24. licet aliqui contrarium teneant, nu. 22.

Declar. 4. vt multò magis procedat quando ſolutio fuit facta per tempus immemorabile, num. 26. & 29. vbi de ratione.

Quidquid aliqui dicant quib. reſpondetur, n. 27. & ſeqq.

Limit. ſi conſtet ſolum de ſolutione facta per decem vel plures annos, ſed non conſtat ex qua cauſa fuerit facta ſolutio, num. 16.

3 *Creditor habet intentionem fundatam ſuper inſtrumento ſui crediti.*

4 *Inſtrumentum publicum manifeſtam, & probatam facit probationem.*

5 *Contra inſtrumentū poteſt opponi quod non ſit publicum.*

6 *Titulus nullus ex eo quod ſit contra ius, non poteſt ex ſubſequutis validari.*

7 *Titulus dicitur inualidus ex multis cauſis, reſpectiuè.*

9 *Actor non tenetur probare veritatem cauſæ ob quam petit reum cogi ad perſeuerandam in ſolutione.*

10 *Sed tantum ſolutiones fuiſſe factas ex cauſa, quæ ſi eſſet vera, induceret neceſſitatem ſoluendi.*

11 *Enunciatio facta in obligatione, inducit præſumptionem veritatis cauſæ enunciatæ.*

12 *Enunciatio probat inter eos inter quos emanauit.*

13 *Enunciatio cauſæ facta in actu ſolutionis, facit præſumi dictam cauſam eſſe veram.*

14 *Cauſa ob quam ſit facta ſolutio probatur ex contrahentium confeſſione, & alijs modis, remiſſiuè.*

17 *Solutio nuda à cauſa tantum operatur, quantum de neceſſitate ex ea infertur, & non vltra.*

18 *Solutio facta ſimpliciter non probat de neceſſitate, quod ſit facta ex cauſa Cenſus.*

19 *Soluens non poteſt repetere ſolutum tamquam indebitum, niſi concludenter indebitum fuiſſe probet.*

20 *Specialia plura non poſſunt concurrere eodem tempore in eodem ſubiecto.*

23 *Cenſus ignorantiæ, videlicet cuius cauſa ignoratur, prohibetur tam humanis, quam diuinis legibus.*

25 *Cenſus ignorantiæ dici non poteſt, quando ſolutio fuit facta per annos triginta & vltra.*

28 *Cauſa, & titulus ſoluendi inter ſe differunt, remiſſiuè.*

29 *Solutio immemorabilis habet vim tituli, & priuilegij.*

30 *Solutio immemorabilis releuat ab onere allegandi titulum, & cauſam ob quam fuit facta ſolutio.*

31 *Soluens ſi alleget ſe ſoluiſſe per errorem quod ſit admittendus ad probandū errorē indiſtinctè, voluit Felician. Contrarium indiſtinctè, voluit Crau. & Bon. d. nu. 31. Auctor diſtinguit, num. 32. & ſeqq.*

32 *Soluens per minus ſpatium temporis quam decem annorum, admittitur ad probandum errorem.*

Etiam quod in ipſo actu ſolutionis exprimeret ſe ſoluiſſe ex cauſa quæ eſſet legitima, d. num. 32.

33 *Solutio facta per annos x. xx. xxx. & vltra, inducit probationem cauſæ ſoluendi, præſumptiuam tamen.*

34 *Soluens per annos x. xx. xxx. & vltra, admittitur ad probandum ſe ſoluiſſe per errorem.*

35 *Etiam per probationes præſumptiuas.*

36 *Soluens per annos x. xx. xxx. & vltra, præiudicat ſibi quo ad ſolutiones factas, ne poſſit repetere ſolutum, non quo ad futuras, vt obligetur efficaciter ad ſoluendum.*

37 *Soluens per tempus immemorabile, non admittitur ad probandum quod per errorem ſoluerit.*

38 *Limit. ſi error eſſet euidens, & titulus apparenter vitioſus.*

39 *Probatio erroris vbi admittitur, prodeſt in iudicio petitorio, ſecus in poſſeſſorio.*

An is qui aliquando ſoluit cogi poſſit, vt in futurum ſoluat.

ARTICVLVS NONVS.

1 ADMONVIT † *Aim. Crau. conſ. 217. nu. 11. lib. 2.* quod is, qui retro Cenſum ſoluit, poſſit cogi vt in ſolutione perſeueret, ſequitur *Bened. Bua. in ſuo tract. de Cenſib. art. 76. num. 109.* Verum quoniam hoc dictum ita ſimpliciter acceptum, & intellectum aliquam poſſet facere difficultatem, ideo vt articulum reſolutum habeamus aliquot eſſe conſiderandos caſus exiſtimaui.

2 Primus eſt † quando is, qui Cenſum petit, puta à Titio & ſub prætextu quod in præteritum illum ſibi ſoluerit probat & cauſam ſolutionis, ſcilicet, impoſitionem Cenſus per inſtrumentum, & quod ex ea cauſa Titius ſibi ſoluerit. In quo conſtituenda eſt concluſio affirmatiua, quod is, qui in præteritū ſol-
3 uit ſit cogendus perſeuerare in ſolutione, cū † actor ex dicto inſtrumento habeat non ſolum intentionem fundatam, *Bal. conſ. 40. num. 8. lib. 2. Bon. d. tract. art. 33. num. 59.* & diximus *ſupra par. 1. cap. 4. nu. 7. &*
4 *ſeqq.* ſed etiam † probationem probatam, & manifeſtam. *Bal. in l. Imperator, la ſeconda, ff. de ſtatu hominu.* & propterea cum ex inſtrumento appareat de veritate cauſæ ſoluendi, debet qui retro ſoluit cogi ad perſeuerantiam in ſolutione, vt notant *Crau. & Bon.* ſupra citati.

5 Sed poſſet quæri † an is, qui vigore dicti inſtrumenti retro ſoluit, ſi velit opponere contra illud quod non ſit inſtrumentum publicum, & publica manu ſcriptum, vel Cenſum non eſſe impoſitum iuxta formam *Bulla Pij V. ſuper Cenſib.* ſit audiēdus? & pars affirmatiua tenenda eſt ex *Ang. in §. in his, num. 15. verſ. in ead. Gloſ. Auth. de inſtrum. caut. & fid.* cum enim dicta exceptio tendat ad detegendam nullitatem, & inualiditatem tituli ex quo petitur
6 ſolutio, debet ſuper ea cognoſci, † cum titulus nullus non poſſit ex præſtationibus, & ſolutionibus in præteritum factis validari, vel confirmari, *l. ſi certis annis, C. de pact. Bart. in l. cum de in rem vero, ſub nu. 1. verſ. quandoque titulus præcedens, & ibi Floran. col. 3.*

ff. de vſur. Iacob. Venen. in ſuo tract. de ann. praeſtat. p. 2. quaeſt. 12. nu. 2. Menoch. de Praeſumpt. lib. 3. Praeſumpt. 131. num. 21. & ſeqq. & non diſſentit *Feder. Martin. in ſuo tract. de iure Cenſu. cap. 3. num. 105. & ſeqq.*
7 Inualiditas † autem tituli poteſt ex multis cauſis
reſultare, & maximè vel fauore præſtantis, & ſol-
uentis annuas reſponſiones, vel odio eius cui ſolui-
tur, vel auctoritate iuris publici, puta ob defectum
ſolemnitatum, vel ob legis prohibitionem, vel ali-
ter, vt apud *Menoch. d. Praeſumpt. 131. num. 1. 3. 5. &*
ſeqq. & Feder. Martin. d. tract. c. 7. n. 58. cū multis ſeqq.
Ceterum an donec diſceptitur ſuper validitate,
vel validitate inſtrumenti, & impoſitionis Cenſus,
& tituli ob quem fuit facta ſolutio debeat retarda-
ri ſolutio, videbimus *infra hoc eod. cap. 2. quaeſt. 4. art. 1.*
Secundus caſus principalis in hoc articulo eſt,
8 † quando is qui agit ad Cenſum non probat ex in-
ſtrumēto titulum, nec cauſam legitimam ob quam
ſolutiones retro factæ fuerint, illam tamen allegat,
& probat ſolutiones præteritas fuiſſe factas ex cau-
ſa allegata. In quo eſt ſimiliter conſtituenda con-
cluſio affirmatiua, quod is, qui in præteritum ſoluit
cogi poſſit vt in ſolutione perſeueret. *Couar. in regul. poſſeſſor. par. 2. § 4. num. 2. de reg. iur. in 6. Vaſch. Quaeſtion. Illuſtr. cap. 84. num. 1.* qui teſtantur *de communi Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann. reditib. lib. 1. quaeſt. 15. num. 5. Feder. Martin. d. cap. 3. nu. 77. & ſeqq. & cap. 7. num. 57.* qui multos allegant. & cōcluſionem com-
probant, alios etiam adiungit, & hanc concluſio-
num receptiſſimam profitetur *Ludouic. Velazqu. de Auend.* poſt hæc ſcripta viſus, *in ſuo tract. de Cenſib. Hiſpan. cap. 6. num. 2. & 3.* Quæ concluſio vltra per
9 eos allegata confirmari poſſe videtur. Primò, † quia
actor nō tenetur probare veritatem cauſæ ob quam
10 ſolutio ſibi facta fuit, ſed dumtaxat † quod ſolutio
fuit facta ex cauſa, quę ſi eſſet vera, induceret neceſ-
ſitatem ſoluendi in futurum, *d. l. cum de in rem verſo, ff. de vſur. Bal. in cap. ſi quis per triginta, num. 6.* ibi *id eſt, vbi non apparet cauſa, ſi de feud. fuer. controu. inter*
11 *dom. & agnat. in vſib. feud.* Secundò, † quia ſicut
enunciatio cauſæ factæ in promiſſione, & obliga-
tione includit confeſſionem veritatis dictæ cauſæ
enūciatæ. *Rim. ſen. in d. l. ſi certis annis, col. 4. C. de pact. poſt Bal. & Salic. in l. generaliter, C. de non numer. pecun.*
12 & iſta † enunciatio probat inter contrahētes, inter
quos emanauit, *cap. fin. ext. de ſucceſſ. ab inteſt. l. 1. & ibi Gloſ. in verbo, omni, in fine, C. de fide inſtr. & iur. haſt. Fiſcal. lib. 10. Bar. in l. ex hac ſcriptura, num. 5. &*
13 *6. ff. de donat.* eodem modo † enunciatio, & expreſ-
ſio cauſæ ſoluendi facta in actu ſolutionis, debet in-
ducere confeſſionem veritatis cauſæ enunciatæ in
præiudicium enunciantis, *arg. l. fin. C. ad leg. Falcid. & not. per Bar. in l. cum ſcimus, C. de agricol. & cenſit. lib. 11. Angel. in d. l. ſi certis annis, num. 12. C. de pact. Iacob. Venent. d. par. 2. quaeſt. 8.*
14 Verum † ſi ex confeſſione ſoluentis non appare-
ret, nec apparere poſſet quod ſolutio facta eſſet ex
cauſa Cenſus, quæ allegatur, poſſet id pluribus aliis
modis iuſtificari, de quibus dicemus *infra hoc eod. cap. 2. quaeſt. ſeq. art. 6. per tot.*
15 Hæc autem † concluſio in hoc ſecundo caſu pro-
cedit dummodo is, qui ad perſeuerantiam ſolutio-
num agit, probet in præteritum fuiſſe ſibi ſolutum
ex cauſa Cenſus allegata. *Menoch. d. Praeſumpt. 131. num. 73. Maſcard. de Probat. vol. 1. concluſ. 279. num. 18. Feder. Martin. d. cap. 3. num. 102. Roder. d. quaeſt. 15. num. 5. Auend. d. cap. 6. num. 6.*
16 Tertius eſt caſus, † quando is, qui petit Cenſum,
probat dumtaxat diuturnam ſolutionem decem,
vel plurium annorum, ſed non conſtat ex qua cau-
ſa fuerit facta ſolutio. Et in iſto caſu eſt facienda
concluſio negatiua, non ſuffragari diuturnam ſolu-
tionem. *Alex. conſ. 113. num. 1. lib. 1. & conſ. 108. num. 15. lib. 2. Vaſch. d. cap. 84. nu. 42. Menoch. d. Praeſumpt. 131. num. 54.* & clarius, *num. 72. Iacob. Venent. d. par. 2. quaeſt. 10. num. 6. & ſeq. Felician. de Solis, in ſuis Comment. de Cenſib. tomo 1. lib. 2. cap. 5. num. 24. verſ. igitur conſtituo. Feder. Martin. d. cap. 3. num. 76. & cap. 7. num. 53. Roder. d. quaeſt. 15. num. 2. & ſeqq.*
17 *& num. 35.* hiſce rationibus. Primò, † quia ſolutio
nuda à cauſa tantum operatur, quantum de neceſ-
ſitate ex ea infertur, & non vltra, *l. 1. §. ſi quis hoc Interdicto, ff. de itiner. act. priuat. Bar. in d. l. cum de in rem verſo, num. 9. in fine,* vnde cum ſimplex ſolutio non
inferat de neceſſitate magis ad hāc, quam ad illam
cauſam certam, & ſpecificā, ex qua poſſit oriri obli-
18 gatio in futurum nō † facit præſumi ſolutionem
fuiſſe factam ex cauſa Cenſus, *cap. peruenit, ext. de Cenſib. Bal. in d. cap. ſi quis per triginta, nu. 6. ſi de feud. fuer. contr. int. domin. & agnat. Salic. in d. l. cum de in rem verſo, quaeſt. 1. num. 6. in fine, & in d. l. ſi certis annis, quaeſt. 1. num. 9. & ibi Aret. col. pen. Gaſp. Roder. d.*
19 *quaeſt. 15. num. 3.* Et propterea licet is, † qui ſoluit
non poſſit ſolutum tamquam indebitum repetere
niſi concludenter id indebitum fuiſſe, probet *Rota Genuen. deciſ. 3. num. 2.* non tamen probatur ex dicta
ſolutione, quod nata ſit obligatio, & debitum pro
tempore futuro, & pro futuris ſolutionibus, vt de-
clarat *Roder. d. quaeſt. 15. num. 27. & 29.* Secundò ea-
20 dem concluſio confirmatur, † quia aliàs ſequeretur
quod concurrerent circa idem eodem tempore plu-
ra ſpecialia, & plures præſumptiones, quod eſt ab-
ſurdum, & contra regulas iuris, *l. 1. C. de dot. promiſſ. cum vulg.* vna ſi quidem ſpecialitas eſſet, quod ex
ſimplici ſolutione præſumeretur cauſa altera, quod
ex diuturna ſolutione induceretur probatio dictæ
cauſæ. *Alex. d. conſ. 113. num. 1. verſ. item quia fictio, lib. 1. Rim. ſen. d. l. ſi certis annis, col. pen. & fin. & ibi Curt. num. 21. C. de pact.*
21 Quartus caſus eſt, † quando is qui petit fundat
ſe in ſolutionibus factis per triginta, & plures an-
nos, & hoc caſu cōcludendum eſt affirmatiuè, quod
is qui in præteritum per dictum longiſſimum tem-
pus vniformiter ſoluit, cogi poſſit ad perſeueran-
dum in ſolutione. *Couar. d. §. 4. num. 3. verſ. ſecunda. Feder. Martin. d. cap. 7. num. 48. Menoch. d. Praeſumpt. 131. num. 51.*
22 Dummodo † cauſam ſolutionem alleget *Bald. in ſuo tract. de Praeſcr. in 1. par. 3. par. princ. quaeſt. 10. nu. 2. & 10.* Nam ſi non appareret de certa cauſa ſolu-
23 tionis diceretur † Cenſus ignorantiæ, ſcilicet, cuius
cauſa ignoratur, qui tam humanis, quam diuinis le-
gibus prohibetur, *d. cap. peruenit. de Cenſib. Roder. d. quaeſt. 15. num. 32. Ludou. Auend. in d. ſuo tract. de Cenſib. Hiſpan. cap. 99. num. 6.*
24 Sed quod immo † non ſit neceſſe allegare cau-
ſam, ſed ſufficiat probare ſolutiones fuiſſe vniformi-
ter factas per ſpatium triginta, vel quadraginta an-

norum,

norum, volunt *Couar. d. §. 4. num. 3. Caſſan. ad conſuetud. Burgun. Rubr. 11. Des Cenſes, §. 1. num. 9. Balb. d. tract. par. 4. quaſt. 9. Menoch. d. Præſumpt. 131. num. 5. Feder. Martin. d. cap. 3. num. 126. & cap. 7. num. 48. & ſeqq. Roderic. d. quæſt. 15. num. 7. Nicol. Intrigliol. ſuper Bulla de Cenſib. quaſt. 90. num. 1.* alios allegat *Ludou. Auend. d. cap. 6. num. 9.*

25 Nec poteſt dici Cenſus ignorantiæ, † quia curſus tãti temporis inducit non ſolũ præſumptionem tituli, ſed verã acquiſitionem per præſcriptionem, *Couar. d. §. 4. nu. 3. Mart. d. nu. 48.* & alij mox allegati.

Quintus & vltimus caſus eſt, quando actor fundat ſuam intentionem in ſolutionibus factis per tempus immemorabile, & de cuius initio non conſtat nec cauſam, nec titulum allegat. Et quidquid dicat *Vaſq. d. cap. 84. num. 42.* quod non poſſit obtinere etiam ſi doceret ſibi fuiſſe in præteritum ſolutum per mille annos. quem ſequitur *Ludou.*
26 *Auend. d. tract. cap. 5. num. 9.* Contrarium † tenent alij magis communiter, *Menoch. d. Præſumpt. 131. num. 46. Roder. d. quaſt. 15. num. 4. Feder. Mart. d. cap. 3. num. 129. & d. cap. 7. num. 42.* qui multos allegant.

Nec obſtat auctoritas *Vaſq.* quoniam illi reſpon-
27 det *Menoch. d. Præſumpt. 131. num. 38. ad fin.* † vel dictæ diſſidentes opiniones poſſunt conciliari, quod opinio *Menoch.* & communis procedat reſpectu tituli, quod non ſit neceſſaria allegatio tituli, ſcilicet, quod Cenſus pro quo agitur fuerit acquiſitus titulo emptionis, donationis, legati, vel alio; opinio autem *Vaſq.* procedat reſpectu cauſæ, puta quod præſtatio, ad quam agitur, petatur & dicatur debita ex cauſa Cenſus, vel alterius annuæ reſponſionis, quia ſolum tempus quantumuis longiſſimũ non tribuit cauſam & titulum ſolutionis in præteritum factæ, *Balb. d. q. 10. n. 2. & 5. Auend. d. c. 5. n. 10.* Nec eſt
28 noua iſta cõſideratio & differẽtia † inter titulum, & cauſam, qm̃ illa inter ſe differre cõſiderant in puncto *Roder. d. q. 15. n. 31. & Auend. d. c. 5. nu. 11. & c. 6. nu. 7.* Vel poſſumus ſimpliciter, & indiſtinctè trãſire
29 cum opinione cõi, † quia talis immemorabilis ſolutio habet vim tituli, conſtituti, & Priuilegiis, *cap. ſuper quibuſdam, §. præterea, de verb. ſignif. Balb. in d. q. 10. num. 22. verſ. hanc limitationem. Feder. Martin. d. c.*
30 *7. nu. 40. & 41. Roderic. d. q. 15. num. 4. & 8.* In † tantum vt releuet etiam ab onere allegandi, titulum, nec admittat probationem in contrarium, vt *paulò* infra dicemus, *nu. 37.* Verum enimuero poſſet dubitari, an ſi in iis caſibus, in quibus is, qui retro ſoluit cogi poteſt ad perſeuerandum in ſolutione, alleget ſe ſoluiſſe per errorem credens ſe teneri ad ſoluendum cum re vera non teneretur, & velit probare ſe non teneri, ſit admittendus ad faciẽdam hu-
31 iuſmodi probationem. † In qua difficultate partem affirmatiuam tenuit ſimpliciter, & indiſtinctè *Felician. de Solis, d. tomo 1. lib. 3. c. 6. nu. 4. verſ. qui omnes,* partem verò negatiuam pariter indiſtinctè amplexus fuit *Crau. conſ. 217. num. 11. lib. 2. Bon. d. tract. art. 76. num. 109.* nam conſuetudinem ſoluendi reſultantem ex diuturna ſolutione eſſe loco cauſæ, dicit *Bon. d. art. 78. num. 111.*

Ego verò in hac difficultate, ita diſtinguendum
32 eſſe arbitror. Aut † ſolutio fuit facta per minus temporis ſpatium, quam decem annorum, & hoc caſu verior ſit opinio affirmatiua etiã quod in ipſo actu ſolutionis expreſſiſſet ſe ſoluere ex cauſa, quæ legitima eſſet, *Bal. in l. cum falſa, num. 6. C. de iure, & fact. ignor. & ibi Pau. de Caſtro, nu. 3. in fine, Iaſ. in d. l. ſi certis annis, col. fin. num. 15. C. de pact. Felician. d. num. 24. verſ. igitur conſtituo, ibi:* quo circa in propoſito. *Balb. d. q. 10. num. 24. verſ. tertio noto, & num. ſeq.* Aut verò ſolutio fuit facta per decennium, & vltra, & tunc eſt ſubdiſtinguendum, quia aut ſumus in ſolutione facta per annos decem, viginti, triginta & vltra, &
33 † cum ex dicta ſolutione inſurgat tantum præſumptiua probatio tituli & cauſæ ex qua dicitur facta ſolutio. *Roderic. d. q. 15. num. 5.* & alij ſupra allegati,
34 vtrique poteſt † alia probatione tolli, & elidi, *Roderic. ibi, numero 29.* & propterea admittitur conuentus ad probandum errorem, *Menoch. d. Præſumpt. 131. num. 74. Balb. d. q. 10. num. 22. ad fin. verſ. tertiò not. limit. Couar. d. §. num. 2. verſ. ſecundo, Vaſch. d. cap. 84. num. 33. Roder. d. quaſt. 15. num. 6. & 7. Fe-*
35 *der. Martin. d. cap. 3. num. 125.* Etiam † per probationes præſumptiuas. *Roderic. d. quaſt. 15. num. 5. in fine,*
36 nam ita ſoluens præiudicat quidem ſibi quo † ad præteritos ſolutiones, vt nõ poſſit repetere ſolutum tamquam indebitum, ſed non quo ad futuras, vt ex illis inſurgat obligatio ſoluendi in futurum. *Roder. d. quaſt. 15. num. 27. Ludou. Auend. d. cap. 99. num. 10.*

Aut ſumus in ſolutione facta per tempus immemo-
37 rabile, & tunc verior † eſt opinio negatiua, vt is qui tanto tempore ſoluit volens probare ſe per errorem ſoluiſſe non ſit audiendus. *Couar. d. §. 4. num. 4. Menoch. conſ. 90. num. 67. lib. 1. & d. Præſumpt. 131. nu. 50. Roderic. d. q. 15. num. 4. & 80. Vaſch. d. cap. 84. num. 14. Federic. Martin. d. cap. 7. num. 43. & ſeqq. Auend. d. tract. cap. 5. num. 9. & 10. & d. cap. 99. num. 7.* vbi reddunt rationem, quia lapſus tãti temporis cuius miſtis non extet memoria, habet vim tituli, & conſtituti, vt diximus *ſupra, num. 29.* & dicemus *infra hoc 2. cap. q. 5. art. 1. num. 20.*

38 Quæ tamen concluſio limitanda eſt, † niſi error ſit euidens, & euidenter appareret, quod cauſa, & titulus propter quem fuit facta ſolutio ſit vitioſus. *Vaſch. d. cap. 84. ſub num. 12. verſ. facit, Menoch. d. Præſumpt. 131. num. 49. Roderic. d. q. 15. num. 8. in fine, Federic. Martin. d. cap. 7. num. 45. & ſeqq.*

39 Hæc autem † quæ dicta ſunt de admittẽdo reum conuentum ad probationem erroris procedunt, & intelligenda ſunt reſpectu iudicij petitorij, ſecus aut reſpectu iudicij poſſeſſorij in quo huiuſmodi exceptio erroris non admitteretur, vt probat *Feder. Martin. d. cap. 7. nu. 89. cum duob. ſeqq.* & nos dicemus *infra hoc 2. cap. q. 5. art. 2. num. 21. cum ſeqq.*

De Cenſus ſolutione.

QVÆSTIO IV.

QVARTA ſeſe nobis offert Quæſtio principalis, in qua promiſimus tractare de Cenſus ſolutione, de qua licet aliqua reſpicientia rem quæ pro annuo Cenſu, & annua reſponſione ſolui debet facta ſint *ſupra par. 1. c. 1. q. 1. art. 3.* Quia tamen alia ſuperſunt ſcitu neceſſaria, quæ ad hanc par-

particularem Quæſtionem pertinere viſa ſunt. Ideo vt promiſſa facilius expleam illam ad infraſcriptos ſeptem Articulos reſtringendam eſſe exiſtimaui.

Primus eſt, an pendente iudicio ſuper validitate Cēſus, ſolutio fructuū illius poſſit euitari, vel differri.

Secundus, quo tempore fructus Cenſus ſint ſoluendi.

Tertius, an pro pluribus annis futuris poſſit fieri vna ſolutio anticipata.

Quartus, ex qua pecunia Cenſus ſit ſoluendus, ſi interim pecuniæ valor ſit mutatus.

Quintus, in quo loco fructus Cenſus ſint ſoluēdi.

Sextus, ſolutionem Cēſus quis & quomodo probet. & ibi multa de intellectu, *l. quicumque, C. de apoch. public. lib.* 10.

Septimus, an facta ſolutione ex contractu Cenſus nulliter celebrato, detur ſoluti repetitio.

ARTICVLI PRIMI

SVMMARIA.

1 *Contractus cenſualis exequutio, quod pendente iudicio ſuper nullitate, vel iniuſtitia illius ſuſpendatur, voluit Felician.*

2 *Dummodo de nullitate, vel iniuſtitia incontinenti doceatur.*

3 *Executio dicti contractus, quod ſit ſimpliciter retardanda pendente iudicio ſuper illius nullitate videtur ſentiendum.*

4 *Exequutione contractus præfati, quod debeat retardari pendente iudicio ſuper nullitate inſtrumenti, ſecus ſi agatur de nullitate contractus videtur dicendum.*

5 *Immo quod ſola exceptio nullitatis contractus retardet dictam exequutionem verius videtur.*

6 *Exceptio nullitatis Cenſus propoſita principaliter per viam actionis retardat exequutionem contractus.*
Secus ſi per viam exceptionis, & incidenter, ibid.

7 *Etiam ſi exciperetur Cenſum eſſe declaratum nullum per Iudicis ſententiam à qua foret appellatum.*

8 *Dummodo nullitas ſit euidens, notoria, & manifeſta.*

9 *Et talis, qua nulla oppoſitione velari, aut offuſcari poſſit.*

Solutio Cenſus an retardetur oppoſita exceptione nullitatis contractus.

ARTICVLVS PRIMVS.

DVBITAVIMVS *ſupra quæſt. præceden. art. 6.* an pendenre lite ſuper validitate, vel nullitate contractus cenſualis fructus Cenſus ſolui debeant, an verò ſolutio illorum retardari & ſuſpendi debeat. & huius difficultatis reſolutionem in hunc locum reiecimus. vt igitur fidem, vt par eſt, impleamus, difficultatem propoſitam explicemus.

Circa quam videtur quod plures poſſint conſiderari, & in mediū afferri opiniones ex variis Docto-
1 rum traditionibus elicitæ. Prima, † quod pendente dicto iudicio debitor Cenſus non poſſit cogi ad illius ſolutionem, quam tenuit *Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 2. cap. 1. num. 34. ſub verſ. non tamen præfati, in fine, ibi verum cum hæc* vbi voluit retardandam eſſe exequutionem contractus cenſualis non ſolum ſi lis pendeat ſuper nullitate Cēſus, ſed etiam ſi iudicium ſit ſuper iniuſtitia contractus, & ſic lis exerceatur ſuper reductione cōtra-
2 ctus, & Cenſus. Dummodo † de oppoſita nullitate, vel iniquitate poſſit incontinenti doceri ea motus ratione, quia tunc petitoriū abſorbet poſſeſſorium. *arg. c. cum dilectus, ext. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Oldr. conſ. 294. in fine,* faciunt dicta per *Ang. in l. 1. §. ſi quis ita, num. 3. ff. de verbor. obligat.*

3 Secunda poteſt afferri opinio, quod † debitor Cenſus teneatur, & cogi poſſit ad ſoluendum non obſtante pendentia litis ſuper nullitate contractus cenſualis nō habita aliqua ratione an nullitas poſſit necne incontinenti iuſtificari ex *Gloſ. in c. ſeruitium, 18. q. 2.* quam amplexus fuit *Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 65. num. 98.* vbi concludit eo caſu vtile eſſe facere ſolutioné cum proteſtatione, quod intelligatur facta ſine iurium ſuorum damno, allegans ad hoc *Glo. in c. volumus, 16. q. 4. c. à memoria, vt lite pend.* & alia iura facit *Gloſ. in c. 1. in verbo, deferre crucem, ext. vt lite pendente.*

4 Tertiam † poſſumus conſiderare opinionem eorum, qui diſtinguunt inter nullitatem inſtrumenti confecti ſuper venditione & alienatione Cenſus, & nullitatem ipſiuſmet contractus cenſualis, vt primo caſu exceptio nullitatis retardet exequutionem inſtrumenti, & petitam ſolutionem Cenſus, ſecundo verò caſu minimè. ex *Corn. conſ. 241. num. 8. lib. 2. poſt Bart.* & alios allegat, & dicit communem, *Aſin. in ſuo tract. de execut. inſtrum. §. 2. cap. 21. num. 1.*

5 Sed quod † immo retardet ſolutionem & ſuſpendat petitam exequutioné etiam exceptio nullitatis contractus cenſualis videtur pro quarta opinione ſentiendum. ex *Rom. ſen. conſ. 89. num. 6. lib. 1.* qui licet loquatur pro ratione dubitandi, attamen cum poſtea non reſpondeat, videtur cum dicta ſententia tranſire, prout cum ea tranſit *Soc. ſen. conſ. 78. num. 4. verſ. reſpondeo.* iunctis dictis per eum, *infra, num. 5. in princ. ibi iudicium nullitatis cōtractus, lib. 3. Grām. conſ. ciuil. 95. num. 34. & ſeq. Rom. conſ. 42. num. 3. Rode. ric. Zuarez, ad l. poſt rem iudicatam, ff. de re iudic. fol. mihi* 640. vbi reſpondet auctoritati *Ang. in d. §. ſi quis ita, Carol. de Graſſ.* poſt multos quos allegat *in ſuo tract. de except. in except. 20. num. 6. Aſin.* qui alios citat *d. cap. 21. num. 4.* Et non eſſe faciendam hanc diſtinctionem inter nullitatem contractus, & nullitatem inſtrumenti, quādo nullitas appareret ex inſpectione inſtrumenti, & nihil eſſet probandum, dicit *Galleſ. ad form. camerali oblig. par. 1. quæſt. 3. num. 3.*

6 Quam ob rem † quintam conſiderare poſſumus opinionem diſtinguentem. An nullitas proponatur per viam actionis, puta agendo principaliter, & via ordinaria ad nullitatem, vel iniuſtitiam cōtractus, & petatur principaliter illum declarari nullum, ſeu reduci ad congruitatem, & iuſtitiam. An verò proponatur incidenter, & per viam exceptionis, puta ſi dum agitur exequutiuè vigore inſtrumenti Cenſus vallati camerali obligatione, vel aliàs habētis à ſtatuto exequutionem paratā, obiiciatur per viam exceptionis nullitas. Vt primo caſu ſit ſuperſedēdum in exequutione, & retardāda ſolutio Cenſus. altero verò caſu non. *Innoc. in c. cum in iure, num. 2. ext. de of-*

fi-

Digitized by Google

ſic.deleg. Doctor.in l.4. §.condemnatum, ff.de re iudic. vbi *Pau.de Caſtro,num.2.& 3. Idem in Auth. quæ ſupplicatio, nu.3. verſ.ſed quæritur quid in cauſa nullitatis, C.de precib.imper.offeren. Dec.conſ.103.in princ. Bonifac.de Vitalin.in tract. de clauſul. nul. nouar.nullit.pendent. in princ. fol. mihi 66. Rebuf.ad conſtitut. Galli. in tit.de reſciſſ.contract.art.vnico, Gloſ.5.num.7. Soc.ſen. d.conſ.78.num.4. verſ.ſecundo principaliter, Lancelot.in ſuo tract.de attentat.par.2. cap.16. num.47. & ſeq.* Id

7 quod † reſpectu ſecundi caſus procedit etiam ſi opponeretur quod contractus Cenſus eſſet declaratus nullus & reprobatus, ſi tamen dicta ſententia foret per appellationem ſuſpenſa, vt in propriis terminis voluit *Rota* ſæpius, & ſignanter *in vna Romana, ſeu Pranestina Cenſus, 15. Iulij, 1599. coram b. m. Corduba,* quæ reperitur impreſſa *in calce Tract. deciſ. 209. nu. 7. & 8. In vna Forolinienſi Cenſus, 3. Iulij, 1589. coram b.m. Orano,* quæ eſt *ibid. deciſ. 210. num.9. In vna Beneuentana Cenſus, 13. Iunij, 1594. coram b.m. Corduba, quæ ibidem eſt deciſ. 211. num.3. In vna Ianuenſi Cenſus, 17. Iunij, 1605. coram R. P. D. Manzanedo, quæ eſt ibidem deciſ. 212. num.5. & in vna Imolenſi Cenſus, 11. Maij, 1607. coram Illuſtriſſ. Cardin. Ludouiſio, quæ ibidem eſt deciſ. 213. num.8.* & dicemus *infra hoc eod. cap. 2. quæſt.5. art.6.*

8 Cum † qua opinione ego libenter pertranſeo, cum iſta tamen declaratione, quod nullitas etiam quando proponitur incidenter & per viam exceptionis retardet executionem inſtrumenti ſi ſit euidẽs manifeſta, & notoria ex eodem inſtrumento, vel poſſit incontinenti probari, vt declarat *Bened. Barz. in ſuo tract. de Guarentig. par.3. quæſt.19. Anton. Canar. in ſuo tract. de execut. inſtrum. quæſt.11. num.21. & ſeq. Galleſ. ad form. cameral. obligat. d. q.3. num.3. & ſeq.* vbi alios congerit, & in propriis terminis *Foller. in ſua Pract. Cenſ. in verbo, quæ quidem executio, nu.4. & ſeqq. & num.12. Graſſ. d. except. 20. num.5. & ſeqq.* Quod

9 † tamen vltimũ eſt intelligendum dummodo nullitas ſit adeo euidens & clara, vt nulla oppoſitione velari, aut offuſcari queat, ſecus ſi ſuper ea eſſet neceſſaria aliqualis diſputatio, *Ceph. conſ.201. num.10. lib.2. Burſat. conſ.73. num.3. lib.1. Graſſ. d. except. 20. num.12.*

Et hæc poſſunt valdè inſeruire ad intellectum *Statuti Peruſini de execut. inſtrum. Rubr. 29. §. & ab executione, lib.2.* & aliorum ſtatutorum prohibentium ne contra executionem publici inſtrumenti poſſit opponi exceptio nullitatis, niſi prouenientis, ex certis cauſis expreſſis, & ſpecificatis.

ARTICVLI SECVNDI

SVMMARIA.

1 *Cenſus fructuarius ſolui debet tempore recollectionis fructuum, qui debentur.*

2 *Tempus ſolutionis faciendæ Cenſus pecuniarij, non eſt in iure determinatum.*

3 *Cenſus ſolui debet tempore inter partes conuento.*

4 *Conuentio de ſoluendo Cenſu certo tempore, eſt valida.*

5 *Intellige de Cenſu impoſito ſuper re, quæ dietim dat fructus, ſecus de impoſito ſuper prædio, quod non reddit fructus, niſi ſemel in anno, ſecundum Coſtam.*

6 *Sed quod iſta conuentio ſit indiſtinctè valida defenditur.*

7 *Solutio Cenſus in dubio facienda eſt eo tempore, quo conſueuit in regione.*

8 *Conſuetudo cenſetur ineſſe in quolibet actu.*

9 *Cenſus, vbi circa illius ſolutionem nihil inter partes conuentum eſt, nec aliqua viget conſuetudo, debet ſolui in fine anni.*

10 *In contractibus ſeruatur id quod minus grauat debitorem.*

11 *Cenſus vt plurimum ex conuentione contrahentium ſoluitur de ſemeſtri in ſemeſtre in fine ſemeſtris.*

Quo tempore ſolutio Cenſus facienda ſit.

ARTICVLVS SECVNDVS.

VT veram & diſtinctam propoſitæ difficultatis habeamus reſolutionem exiſtimo diſtinguendum inter Cenſum fructuarium, & pecuniarium, iuxta ea, quæ diximus *ſupra par.1. c.1. q.1. art.3.*

1 Nam † fructuarius Cenſus ſoluendus eſt tempore recollectionis fructuum, qui debentur, vt dicit *Boccacc. in ſuo tract. de Cenſib. par.3. num.53.* & nos diximus *d. art.3.*

2 Quo † verò ad Cenſum pecuniarium reſpondet *Nauar. conſ.18. num.4. tomo 1. lib.3. in tit. de empt. & vendit.* quod nullo iure antiquo, nec per *Extrauag. Pij V. ſuper Cenſib.* præſcribitur tempus, quo Cenſus ſolui debeat, & propterea ipſe exiſtimat circa hanc ſolutionem eſſe diſtinguendum, prout diſtinguitur in penſionibus, inter quæ eſſe ſimbolum, diximus *ſupra hoc eod. cap.2. q.1. art.4.* Ego autem tres eſſe conſiderandos caſus cenſui.

3 Primus † eſt quando tempore venditionis & alienationis Cenſus fuit inter partes cõuentum de certo tempore quo debeat illius ſolutio fieri, & eo tempore facienda eſt, *Gloſ. in l. ade, C. locat.* contractus enim à conuentione legem accipiunt, *l.1. §. ſi con-*

4 *uenerit. ff. depoſit.* Nam † talem conuentionem circa tempus faciendæ ſolutionis annui Cenſus non eſſe illicitam ſenſit *Nauar. d. conſ.18.* & dixit *in ſuo Commentar. de vſur. num.134.* & ſequitur *Fernand. Rebell. in ſuo tract. de obligat. Iuſtit. lib.10. q.1. num.10. & Federic. Martin. in ſuo tract. de iure Cenſ. cap.6. num.285.*

5 *& cap. vlt. num.156.* quidquid † contrarium dicat *Intrigliol. ſup. Bal. de Cenſib. q.45. num.10. & Io. Bapt. Coſta in ſuo tract. de Ratione. & conſiderat. rata, q. 147. num.7.* diſtinguat inter Cenſum impoſitum ſuper re quapiam ex qua dietim, & horatim percipiuntur fructus, quem ſolui poſſe minutatim concedit tam ex pacto, quam nulla præcedente conuentione, & Cenſum impoſitum ſuper prædio aliquo ruſtico, quod quibuſdam tantum ſtatis temporibus reddit fructus circa quem non poſſe iniri pactum quod ſoluatur ante fructuum recollectionem affirmat, eo potiſſimum fundamento, quod cum Cenſus ſoluatur ratione fructuum fundi ſuppoſiti non debet fieri ſolutio ante ipſorum fructuum recollectionem, maximè quia poteſt contingere quod interim pendente fructuũ recollectione fundus ipſe pereat.

6 Etenim † licet verum ſit quod Cenſus conſtitui debeat ſuper fundo fructifero, vt ſæpius dictũ eſt, non

tamen

Digitized by Google

tamen in contractu cenſuali venduntur fructus fundi ſuppoſiti, nec ius percipiendi fructus ex illo prædio naſcentes, ſed dumtaxat ius percipiendi annuas reſpõſiones ratione dictorum fructuum, & cum iſtæ annuæ reſponſiones ſint fructus ciuiles, qui quotidie naſcuntur, vt demonſtratum fuit *ſupra hoc eod. cap. 2. quæſt. 2. art. 4. num. 12.* nihil obſtat quin fieri poſſit pactum de illis ſoluendis certo & determinato tempore. Dummodo tamen pacto non conueniatur, vt ſolutiones fiant anticipatæ, quæ ſunt omnino reprobatæ, vt dicunt *Addentes ad Intrigliol. d. q. 45. in litera C*, & nos dicemus *art. ſeq. num. 1.*

7 Secundus † caſus eſt, quando tempore venditionis & alienationis Cenſus nihil inter contrahentes expreſsè actum fuit quo tempore ſolutio Cenſus facienda eſſet, & tunc ſtandum erit conſuetudini regionis, *Gloſ. in d. l. ede, in verbo, verſata es, circa med. verſ. ſed quæro quo tempore, l. licet, l. excepto, C. de lo-*
8 *cat.* per quæ † Iura *Bal. in l. diuortio, in princ. col. pen. verſ. in Gloſ. in tres, ff. ſol. matr.* dicebat quod in quolibet actu ſemper cenſetur ineſſe conſuetudo.

9 Tertius † eſt caſus quando inter contrahẽtes nihil expreſsè fuit firmatum circa tempus faciendæ ſolutionis annuæ reſponſionis cenſualis, nec de aliqua certa conſuetudine apparet, & tunc ſolutio debet fieri in fine anni, quia ita de iure ſoluuntur penſiones. *Gloſ. & Bart. in d. l. æde, C. locat. Gomez, Variar. Reſolut. tomo 2. cap. 3. de locat. & conduct. num. 13.* etiam eccleſiaſticæ, *Gigas, in ſuo tract. de penſion. q. 93.* & vrgenti ratione firmat in propriis noſtris terminis *Federic. Martin. in ſuo tract. de iure cenſ. cap. vlt. num. 152. & ſeqq.* & amplectitur *Martin. Bonacin. de Contract. diſput. 3. quæſt. 4. puncto vnico, num. 32.* Nam
10 † in contractibus id ſemper ſeruare debemus quod minus grauat debitorem, & minus illi præiudicat, *l. ſemper in obſcuris, l. ſemper in ſtipulationibus, & vtrobique Scribentes, ff. de reg. iur.* Quod etiam videtur peculiare in contractu Cenſus ex diſpoſitione *Pij V. in ſua Conſtitutione, ſuper cenſibus.* in quo reiiciuntur omnia pacta quæ debitori Cenſus poſſunt aliquod grauamen inferre.

11 Quam ob rem † vt experientia compertum eſt, cum in actu venditionis ſeu alienationis Cenſus regulariter ſoleat inter contrahentes conueniri, quod illius fructus ſolui debeant de ſemeſtre in ſemeſtre in fine cuiuſlibet ſemeſtris, talis conuentio ſeruanda eſt, *l. 1. ff. de pact. c. 1. ext. eod. tit.* ceſſante autem huiuſmodi conuentione attendenda erit conſuetudo regionis. Quæ ſi non appareat ſolutio, erit facienda in fine anni, cum in contractu cenſuali conſtituatur & vendatur Cenſus, & reſponſio ſoluenda ad rationem certæ ſummæ pro anno quolibet.

ARTICVLI TERTII

SVMMARIA.

1 *Conuentio de ſoluendo fructus Cenſus anticipatè, eſt illicita & prohibita.*
2 *Debitor in diem poteſt ante tempus ſoluere.*
3 *Tempus in dubio cenſetur adiectum fauore debitoris.*
4 *Debitor poteſt renunciare dilationi ſibi ad ſoluendum conceſſæ.*
5 *Limitatur ſi dilatio reſpiciat commodum creditoris vel vtriuſque tam creditoris, quam debitoris.*
6 *Solutio facienda certo tempore ſub pœna caducitatis, non poteſt fieri alio tempore inuito creditore.*
7 *Debitor non poteſt renunciare dilationi ſibi ad ſoluendum conceſſæ, quando intereſt creditoris vt ſolutio fiat tempore conuento & præfixo.*
8 *Debitor ex contractu Cenſus non poteſt anticipatè ſoluere inuito domino Cenſus.*
9 *Solutio ſi fiat ſingulis annis eſt vtilior domino Cenſus, quam ſi fiat vnica vice pro pluribus annis.*

Solutio Cenſus an fieri poſſit vna vice pro pluribus annis futuris.

ARTICVLVS TERTIVS.

IN hoc articulo duæ videntur eſſe neceſſariæ indagationes, vna an debitor Cenſus poſſit ex pacto obligari ad ſoluendum fructus Cenſus anticipatè pro
1 pluribus annis futuris, circa † quam non eſt elaborandum, cum hãc pactionem, & conuentionem eſſe illicitam, & ex *Bulla Pij V. ſuper Cenſib.* expreſsè prohibitam, dicat *Nauar. conſ. 18. nu. 4. in tit. de empt. & vendit. lib. 3.* & nos latè explicauimus *ſupra hac par. 2. cap. 1. quæſt. 3. art. 2.*

Secunda eſt indagatio. An dominus Cenſus poſſit inuitus cogi ad huiuſmodi anticipatas ſolutiones recipiẽdum pro pluribus annis, etiam quod circa hoc nulla præceſſerit conuentio. In qua videbatur affirmatiuè, ex infraſcriptis ſentiendum. Nam
2 † regulare eſt quod is, qui eſt debitor in diem poteſt ante diei aduentum ſoluere, *l. quod in diem, ff. de ſolut. l. ſtipulatio iſta, §. inter certum, ff. de verbor. oblig.*
3 tempus † enim in dubio cenſetur appoſitum & adiectum ſolutioni fauore debitoris, *l. cum tempus in fine, ff. de reg. iur. l. eum qui Kalendis, in fine, ff. de verb. oblig.* cum aliis apud *Neutz. conſ. 49. num. 11.* Et ideo
4 † videtur quod debitor annui Cenſus renunciando fauori ſuo poſſit ante aduentum diei annuos Cenſus ſoluere, *argum. regul. l. in conſcribendo, C. de pact.*
5 Secus † tamen eſſet ſi tempus illud fuiſſet appoſitum fauore creditoris, vel fauore vtriuſque tam creditoris, quam debitoris; quia tunc debitor non poſſet creditori præiudicare ſoluendo ante tempus ſolutioni præfixum. *Neutz. d. conſ. 49. num. 10.* Quod
6 poſſet exemplis demonſtrari, vel † quando ſolutio eſt facienda aliquo certo & determinato tempore ſub pœna caducitatis ſeu alia, vt ſolet contingere in contractu emphyteutico, *l. 2. C. de iur. emphyt. c. potuit, ext. de locat.* Vel alio reſpectu intereſſet creditoris ſolutionem fieri tempore præfixo & determinato. his enim caſibus non poſſet debitor creditore inuito ſoluere ante tempus, nec pro pluribus annis. *Bal. in l. plures apochas, in fine, C. de fide inſtrum. Iaſ. in d. l. 2. quæſt. 22. num. 66. & ſeqq. C. de iure emphyt. Caſſan. ad conſuetud. Burgund. Rubr. 11. Des Cenſes. §.*
7 *2. num. 30 & ſeq.* Prout † propter eandem rationem intereſſe creditoris non poſſet abſque eius conſenſu fieri ſolutio niſi in tempore conuento, quando eſſet ſoluendum aliquid quod tempore poſſet deteriorari, vel eius pretium minui, vt conſiderat poſt alios *Iaſ. in d. l. 2. d. quæſt. 22. verſ. motus vltra prædicta, &*

in

Digitized by Google

in l. Qui Roma, in princ. num. 3. & 4. ff. de verb. obligat. Caſſan. d. num. 30. & ſeq.

8 Ceterum † licet in contractu cenſuali neutrum ex iſtis videaturquod poſſit conſiderari, cum ſolutio fructuum Cenſus non ſit facienda aliquo certo & determinato tempore, nec ſub pœna caducitatis, nec alia immo ab hoc contractu tam pœna caducitatis, quam quælibet alia contra moroſum debitorem ſit expreſsè prohibita à *Pio V. in d. ſua Conſtitutione, in verſ. Pacta continentia moroſum*, &c. & nos *ſupra* diximus *hac par. 2. cap. 1. quæſt. 3. art. 5.* Nec ſit aliquid ſoluendum, quod tempore deteriorari poſſit, vel eius pretium minui, loquendo de Cenſu pecuniario, cum pecuniæ vniformis ſoleat eſſe valor, & æſtimatio, nec tempus ſolutionis faciendæ videatur appoſitum fauore creditoris, immo potius fauore debitoris, vt præſumi regulariter ſupra proximè dictum fuit.

9 Nihilominus non † eſſe in eo contractu permiſſas ſolutiones anticipatas pro pluribus annis inuito creditore ſentiendnm exiſtimo, ea potiſſimum ratione, quia valde videtur intereſſe domini & creditoris Cenſus, vt huiuſmodi cenſuales ſolutiones ſuo tempore & non antea fiant ex eo ſaltem, quia per ſolutiones, quæ fiunt ſingulis annis, vel ſingulis ſemeſtribus facilius probari poteſt quaſi poſſeſſio exigendi annuos Cenſus, quam ſi fiat vna ſolutio anticipata pro pluribus annis, vt ſentiebat *Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 7. num. 22.* Quod ſummopere poſſet domino Cenſus cōducere ad obtinendum in iudiciis poſſeſſoriis per ea quæ dicit *Nattu, conſ. 486. num. 4. lib. 3.* & nos dicemus *infra hac ead. quæſt. 4. art. 6. num. 5.* & latius *quæſt. 5. art. 4.*

Quæ concluſio ſatis videtur comprobari ex *Bulla præfata Pij V. in verſ. ſolutiones, quas vulgo*, &c. vbi expreſsè & indiſtinctè prohibetur ne dictæ ſolutiones anticipatæ fiant, quod verificatur ſiue fiat conſentiente domino Cenſus, ſiue eo contradicente, & inuito. merito eius diſpoſitio in vtroque caſu debet habere lo, cumcum lex generaliter loquens debeat generaliter intelligi vulgata *l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præſtand.*

ARTICVLI QVARTI

SVMMARIA.

1 *Fructus æſtimantur iuxta valorem monetæ, qui currit tempore æſtimationis faciendæ.*
2 *Monetæ valor attenditur iuxta tempus ſolutionis.*
3 *Contrarium volunt aliqui.*
4 *Definitiones controuerſiarum, quæ oriuntur ob mutationem valoris monetæ pendent à forma obligationis.*
5 *Cenſus ſolui debet de moneta conuenta, & num. 8.*
6 *Solutio fieri poteſt de moneta currenti tempore ſolutionis, quando fuit promiſſa ſolutio de moneta currenti.*
7 *Habito tamen reſpectu ad valorem monetæ currentem tempore factæ obligationis.*
8 *Solutio fieri debet in moneta conuenta, quatenus extet quando fuit promiſſum certum genus monetæ.*
9 *Ex generali tamen conſuetudine poteſt ſolui tantumdem de alia moneta, iuxta valorem monetæ conuentæ currentem tempore ſolutionis.*
10 *Limitatur 1. ſi tempore faciendæ ſolutionis non appareat de valore monetæ conuentæ, quia tunc eſt facienda ſolutio de moneta vſuali illius nominis.*
11 *Limitatur 2. niſi valor monetæ conuentæ ſit alteratus reſpectu bonitatis intrinſecæ, quia debet attendi illius bonitas intrinſeca de tempore obligationis.*
12 *Moneta conuenta quando non extat, aut reperitur cum magna difficultate, ſolutio debet fieri in alia moneta iuxta valorem conuentæ, qui eſt tempore ſolutionis.*
Limitatur, vt num. 10. & 11.
13 *Solutio repoſita in electione debitoris poteſt fieri ex quocumque genere monetarum æſtimato iuxta valorem monetæ, quæ eſt in obligatione.*
14 *Facultas conceſſa debitori vt ſoluat de moneta quam elegerit, intelligitur de valore monetæ exiſtentis in obligatione, qui erit tempore ſolutionis faciendæ.*
15 *Solutio poteſt fieri in qualibet moneta, quando in obligatione eſt moneta imaginaria, habita ratione ad valorem monetæ debitæ, qui currit tempore ſolutionis faciendæ.*
16 *Limitatur ſi dicta moneta ſit alterata iuxta bonitatem intrinſecam, quia tunc attenditur valor dictæ monetæ, qui currebat tempore obligationis.*
17 *Solidorum mentio in obligatione librarum tentum tot ſolidorum pro libra non cenſetur facta, vt ſolidi ſint in obligatione, ſed ad demonſtrandum de qua libra contrahentes intellexerunt.*
18 *Solutio quæ fieri debet reſpectu certi facti explicandi vigore legis, vel ſtatuti, debet fieri iuxta valorem monetæ currentis tempore quo factum explicatur.*
19 *Cauſa determinat factum ex dicta cauſa.*
20 *Solutio pro extinctione debiti facienda, de iure fieri debet de moneta exiſtente tempore obligationis.*
Ex generali tamen conſuetudine eſt in electione debitoris, an ſoluat monetam quæ eſt in obligatione, an verò illius valorem iuxta tempus ſolutionis, num. 22.
21 *Aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt.*
Limita. creditore conſentiente, num. 32.
23 *Obligatus ſoluere in ſcutis auri in auro boni, & iuſti ponderis, non poteſt ſoluere in moneta alterius materiæ, ſed ſunt ſoluenda ſcuta aurea boni & iuſti ponderis.*
Limitatur vt ſupra, num. 10. & 11.
24 *Moneta tunc dicitur mutata extrinſecus quando valor illius eſt alteratus ex vſu, ſeu opinione hominum, vel edicto Principis.*
25 *Solutio fieri debet iuxta valorem monetæ currentem tempore ſolutionis, quando moneta eſt alterata extrinſece.*
26 *Moneta dicitur mutari intrinſece, quando cuditur de materia viliori, vel pretioſiori reſpectu liga.*
27 *Solutio, quando moneta eſt alterata intrinſece, debet fieri de moneta antiqua, ſi extat, & creditoris interſit.*
28 *Sin minus de moneta noua iuxta valorem antiquæ.*
29 *Limitatur 1. niſi tempore obligationis eſſet timor mutationis valoris monetæ.*
30 *Limitatur 2. dummodo probetur valor monetæ antiquæ.*
31 *Limitatur 3. Niſi creditor receperit ſolutionem in vna ſpecie monetæ pro alia, abſque contradictione.*
33 *Promiſſio & obligatio talis, præſumitur qualis fuit facta ſolutio.*
34 *Conſuetudo ſoluendi vnam ſpeciem monetæ pro alia, ſuffragatur etiam quod non ſit præſcripta quidquid aliqui contrarium ſenſerint.*

35 Li-

35 *Limitatur 1. reſpectu Eccleſiæ, niſi ſolutio talis ſit facta per annos quadraginta continuos.*
36 *Declaratur, vt procedat dummodo talis ſolutio ſit facta bona fide.*
37 *Et pro toto & integro debito.*
38 *Declaratur alijs modis, remiſſiue.*
39 *Valor monetæ debet æſtimari iuxta illius curſum, qui eſt in loco celebrati contractus, non autem loci destinatæ ſolutionis.*
40 *Menſura debet fieri prout fit in loco factæ venditionis, non loci vbi ſunt ſita bona vendita.*
41 *Monetæ alteratio intrinſeca, vel extrinſeca videtur maximè attendenda in mutuo, & depoſito.*
42 *Conſiderabilis eſt etiam in contractu cenſuali.*
43 *Curt. iun. conſ. 24. & Menoch. conſ. 49. explicantur.*
44 *In iure de ſimilibus ad ſimilia proceditur in caſibus expreſsè non determinatis.*

Fructus Cenſus ex qua moneta ſolui debeant.

ARTICVLVS QVARTVS.

PROPOSITVS articulus hunc habet ſcopum, vt in eo diſcutiatur, an ſolutio fructuum Cenſus ſit facienda de moneta currente tempore impoſitionis, & venditionis illius, an verò de moneta, quæ eſt in vſu, & curſu tempore quo fieri debet ſolutio, & ſic an augmentum, vel diminutio valoris monetæ ſpectet ad debitorem, vel ad creditorem. Quæ indagatio eſt neceſſaria non ſolū propter difficultates quæ circa hoc exoriri poſſent occaſione ſolutionis annui Cenſus & annuæ reſpōſionis cenſualis, verum etiam reſpectu redemptionis ipſius Cenſus, vt ſcilicet ſciamus an in facienda illius redemptione ſit ſoluendum & reſtituendum pretium in moneta, quæ tempore Conſtitutionis, & venditionis in illius emptionem erogata fuit, & iuxta valorem dictæ monetæ quæ eo tempore currebat, an verò de moneta quæ eſt in vſu tempore faciendæ redemptionis & iuxta dicti temporis æſtimationem & valorem.

Deueniendo autem ad rem ipſam cum iſte annuus reditus imponi non poſſit niſi ſuper fundo de ſui natura fructifero, vt ſanciuit *Pius V. in ſua Bulla, quam edidit ſuper forma creandi Cenſus*, & nos explicauimus *ſupra par. 1. cap. 3. quæſt. 2. art. 1.* & in iſto cenſuali cōtractu vendatur ius percipiendi annuam reſponſionem cenſualem, ratione fructuū fundi ſuppoſiti, vt pluries dictū fuit, videtur ſequi quod ſicut fructus dicti prædij, & fundi ſubiugati ſingulis annis renaſcuntur, & eorum valor variatur & altera-
1 tur, *l. pretia rerum, ff. ad leg. Falc.* & æſtimatio † fructuum fiat iuxta valorem monetæ, quæ eo tempore quo æſtimari debent expenditur. *Surd. conſ. 368.*
2 *num. 26. in fine, lib. 3.* eodem † modo quod Cenſus ſolui debeat de moneta vſuali, & currenti tempore faciendæ ſolutionis, & iuxta dicti temporis æſtimationem, nulla habita conſideratione, quod alius eſſet valor monetæ tempore quo Cenſus impoſitus, & venditus fuit iuxta not. per *Gemin. conſ. 137. num. 3.* ſequitur *Menoch. conſ. 49 nu. 23. lib. 1. Surd. conſ. 335. num. 17. lib. 3.* qui alios allegat & confert communis theorica, de qua per *Teſſ. deciſ. 174. num. 7.* vbi ex ſententia *Pilei, quæſt. 35. incip. Quidem creditor, in fine*, quam ipſe teſtatur eſſe communem, & receptiſſimam concludit. Quod in credito pro quo ſoluitur intereſſe debeat fieri ſolutio iuxta valorem monetæ currentem tempore ſolutionis, non autem tempore obligationis & contractus.

3 Verum † quoniam contrarium defendit *Natta, conſ. 664. per tot. lib. 4.* & articulus eſt valide controuerſus, vt videre eſt apud Doctores de materia loquentes, & præſertim *Gabr. in tit. de ſolution. concluſ. 1. & 2. Gigan. de Penſion. quæſt. 98.* & alios. Id-
4 circo ego animaduertens, † quod definitiones controuerſiatum, quæ oriuntur ſuper ſolutionibus ob mutationem valoris monetarum plurimum penderit à forma obligationum & conuentionum, vt poſt *Bal. conſ. 213. in fine, lib. 5. & Boer. deciſ. 327. num. 10. verſ. & ideo debet, animaduertit Menoch. d. conſ. 49. num. 10.* & ſentit *Curt. iun. conſ. 24 num. 2. lib. 1.* pro reſolutione huius articuli ponderādo formam conuentionum & pactorum, ac obligationis ipſius debitoris. ex iis, quæ latiſſimè, & cumulatiſſimè variis in locis congerunt Scribentes infraſcriptas faciendas eſſe concluſiones, operæpretium exiſtimaui.

5 Prima ſit concluſio quando † tempore venditionis Cenſus fuit inter contrahentes conuentum, & firmatum quod Cenſus ſolui debeat vel ex moneta currente tunc tempore impoſitionis, & venditionis; vel ex moneta currente tempore faciendæ ſolutionis ſeruanda eſt partium conuentio, & prout conuentum fuit Cenſus ſoluendus eſt. *Aret. conſ. 112. ante num. 1. verſ. pro veritate. Calcan. conſ. 15. num. 48. verſ. & eandem opinionem, in fine verſiculi.* refert & ſequitur *Crau. conſ. 836. nu. 1. verſ. ſed enim ius, lib. 5.* qui præter iſtos allegat *Brun. in tract. de augm. monet.* & eſt ratio ſecundum *Calcan.* quoniam ex partium conuentione contractus legem recipiunt, *l. 1. §. ſi conuenit, ff. depoſ. l. contractus ff. de reg. iur.* & huic conuentioni ſtandum eſſe poſt *Ceph. conſ. 31. nu. 5. lib. 1.* & alios dicit in propriis terminis. *Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 2. lib. 4. cap. vnico, nu. 28. Federic. Mart. in ſuo tract. de iure Cenſ. cap. 5. n. 76.*

6 Secunda ſit concluſio. Quod † quando tempore impoſitionis & venditionis Cenſus non fuit expreſsè conuentum quod ſolutio fieri deberet de moneta tunc currente, vel de moneta currente tempore faciendæ ſolutionis, ſed fuit ſimpliciter actū & conuentum inter contrahentes de ſolutione, vel dictum quod ſolutio fieret de moneta currente non exprimendo ad quod tempus monetæ curſus ſit referendus, & tunc debitor non poteſt cogi ſoluere monetam currentem tempore factæ obligationis, ſed poteſt ſoluere de moneta currente tempore ſolutionis faciendæ. *Oldr. conſ. 250. num. 3. verſ. ſed ſecundum, Abb. in c. quarto, nu. 1. extr. de iure iur.* faciunt relat. per *Myſinger. ſingular. Obſeruat. centur. 4. num. 1.* & in puncto *Feder. Martin. d. cap. 5. num. 65. & cap. 8 num.*
7 *47.* Habito † tamen reſpectu ad valorem monetæ currentem tempore factæ obligationis, vt ſcilicet, ſi ſit diminutus illius valor intrinſecè tanto plus de noua moneta currente tempore ſolutionis, detur quantum valeret illa, quæ currebat tempore promiſſionis, & factæ obligationis, vt declarat *Brun. d. tract. de augmen. monet. par. 17. in 8. limit. in 4. quæſt. in fine,*

ſue, verſ. ſi autem dictum fuerit. quem ſequuta eſt *Rota in vna Foroliuienſi Cenſus, 12. Iuny, 1609. coram b.m. Iuſto,* quæ reperitur impreſſa *poſt Tract. Deciſ. 214. num. 7.* quidquid contrarium ſentiat *Grat. conſ. 13. nu. 40. lib. 1.* Hæc autem ſecunda concluſio quo ad vltimũ dictũ declarari & intelligi debet iuxta ea quæ dicētur paulò *infra hoc eod. art. in 8. & 9. concluſ.*

8 Tertia ſit cõcluſio. Quod † quãdo ex forma obligationis, & cõuentionis debetur aliquod certũ genus pecuniarũ & monetæ, puta ducati de Camera, ſcuta auri Solis, plaſtræ Florentinæ, &c. ſi tale genus monetæ extat tempore quo ſolutio facienda eſt, licet de iure debitor teneatur ſoluere monetã ipſam conuentam, *Ceph. d. conſ. 31. num. 12. lib. 1. Surd. conſ. 242. nu. 2. & ſeqq. lib. 2.* & latè defendit *Garz. Maſtrill. deciſ. Regni Sicil. 7. per tot.* & ſignãter *nu. 5. & ſeqq. & num. 9. par. 1.* & voluit *Rota Aprutina ſeu Montis alti Cenſus, 4. Iuly, 1602. coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato,* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 215. num. 4. & in vna Romana pecuniaria, 23. Ianuary, 1589. coram b.m. Penia.* quæ eſt *ibidem deciſ. 216. num. 2.* & ita intelligẽdum eſſe exiſtimo reſolutionem factã in eadem *Rota coram b. m. Cardinali Lancelotto, 20. Iunij, 1597. in vna Romana aureorum octo Zeccarum.* quæ eſt *ibidem deciſ. 217. nu. 1.* & in puncto in ſolutione fructuum Cẽſus, quod ſit facienda de moneta, de qua partes conuenerunt, reſoluit *eadem Rota in vna Foroliuienſi Cenſus, 8. Martij, 1602. coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato, quæ ibidem eſt deciſ. 218. per tot. & in alia Foroliuienſi Cẽſus, 12. Iunij, 1609. coram b.m. Iuſto,* quæ eſt *ibidem deciſ. 214. n. 2.* & concludit *Feder. Mart.* qui loquitur in redemptione Cẽſus, *in d. ſuo tract. de iure Cenſ. c. 8. n. 50.*

9 Ex generali † tamen conſuetudine ſolui poteſt tantumdem de alia moneta quod aſcendat ad valorem monetæ conuentæ currentem tempore ſolutionis faciendæ. *Ceph. d. conſ. 31. n. 5. & 11. Soc. iun. conſ. 145. nu. 96. lib. 1. Grat. conſ. 12. nu. 44. lib. 1.* multos allegat *Feſſaur. d. deciſ. 174. n. 5. Maſtrill. d. deciſ. 7. n. 1.* & ita placuit *Rotæ in dicta Aprutina, ſeu Montis alti Cenſus coram Reuerẽdiſſimo Sacrato, 4. Iuly, 1602.* quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 215. nu. 4. & in illa Foroliuienſi Cenſus, 8. Martij eiuſdem anni coram eodem quæ ibidem eſt deciſ. 218. num. 1.* & antea *coram Seraph. deciſ. 511. num. 1. & 2. par. 1.* & in hanc ſententiam iuit etiam *Feder. Martin. in d. ſuo tract. cap. 5. num. 66. cum multis ſeqq.* & expreſſius *num. 123.* Hoc autem quod dictum eſt, quod debitor ex generali conſuetudine poteſt ſoluere æſtimationem, & valorem monetæ promiſſæ & conuentæ qui currit de tempore ſolutionis faciẽdæ, debet vno & altero modo declarari.

10 Primò quidem † ſi tempore ſolutionis faciendæ non appareat de valore monetæ conuentæ: nam eo caſu ſolutio eſſet facienda de moneta vſuali & noua illius nominis, quæ eſt loco antiquæ ſubrogata. *Curt. iun. d. cõſ. 24. n. 6. ad fin. poſt Salic. in l. quicumque, nu. 6. C. de ſeru. fugit. Menoch. d. conſ. 49. nu. 22.* quos & alios refert, & ſequitur *Surd. d. conſ. 335. nu. 15. lib. 3.*

11 Secundò debet declarari † niſi monetæ cõuentæ & promiſſæ valor ſit mutatus, & alteratus reſpectu bonitatis intrinſecæ: tunc enim attendi debet bonitas intrinſeca tẽporis obligationis, & promiſſionis, ſed poteſt fieri ſolutio de moneta noua habito tamen reſpectu ad valorem intrinſecum antiquæ promiſſæ, qui currebat tempore factæ promiſſionis.

Gloſ. fin. in c. olim, & in c. cum Canonicis, ext. de Cenſib. & declarauit *Rota in illa Foroliuienſi Cenſus coram b.m. Iuſto, 12. Iuny, 1609.* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 214. num. 3.* ea ratione, quia aliàs debitor ſolueret minus quam receperit, vt conſiderat *Socin. ſen. d. conſ. 145. num. 95. lib. 1.*

Quarta concluſio retentis terminis præcedentis
12 tertiæ cõcluſionis ſit, quod † quando inter contrahentes fuit cõuentum quod ſolutio fieret de aliquo certo genere pecuniarum, ſi tempore ſolutionis dictum genus monetæ nõ reperitur, aut reperitur quidem, ſed cum magna difficultate, ſolutio fieri debet in alia moneta, iuxta tñ valorem antiquæ & cõuentæ, qui currit de tempore ſolutionis faciendæ. vt in primo caſu quando genus monetæ promiſſæ nõ extat auctoritate *Bart. & aliorum, in l. Paulus, ff. de ſolut.* dixit *Rota in illa Foroliuienſi Cẽſus, 12. Iuny, 1609. coram b.m. Iuſto,* proximè citata, *num. 2. Federic. Martin. d. ſuo tract. cap. 5. nu. 119. & c. 8. nu. 49.* teſtatur de communi *Andr. Gail. Practic. Obſeruat. lib. 2. obſeru. 73. nu. 6. & 7. Mynſing. ſingul. obſeru. centur. 4. obſeruat. 1. num. 3. & 4. Afflict.* late *in vſib. feud. in tit. quæ ſint regalia, cap. 1. in verbo, Monetæ, num. 10.* In ſecundo verò caſu quãdo genus monetæ conuentæ difficulter reperitur poſt multos quos allegat, voluit *Rota in illa Romana aureorũ octo Zeccarum, 20. Iunij, 1597. coram b. m. Cardinali Lancelotto,* quæ eſt impreſſa *poſt Tract. Deciſ. 217. num. 1. & in vna Cremonenſi penſionis, 15. Iuny, 1598. coram b.m. Orano,* quæ eſt *ibidem deciſ. 219. nu. 7. & coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato in illa Aprutina, ſeu Montis alti Cenſus, 4. Iuly, 1602. quæ ibidem eſt deciſ. 214. 2. 4. In illa Romana pecuniaria, 23. Ian. 1589. corã b.m. Penia, quæ ibidem eſt deciſ. 214. n. 4. In illa Romana pecuniaria, 23. Ian. 1589. corã b.m. Penia, quæ ibidem eſt deciſ. 216. n. 2. & 6. & in illa Foroliuienſi Cenſus, 12. Iuny, 1609. corã b.m. Iuſto, quæ ibidem eſt deciſ. 213. nu. 2.* ſequitur *Feder. Mart. d. c. 5. nu. 119. Afflict. la. c. d. n. 10. & Mynſing. d. obſeruat. 1. n. 3. & 4.*

Quæ concluſio debet intelligi & declarari iiſdem duobus modis, quibus fuit declarata præcedens tertia concluſio, *num. 10. & 11.*

13 Quinta ſit cõcluſio, quod † quãdo tempore contractæ obligationis non fuit conuentum inter contrahẽtes de facienda ſolutione in aliquo certo monetarũ genere, ſed fuit data electio debitori, vt ſolueret vnum, vel alterum genus ad ipſiuſmet arbitrium; iſta facultas eligẽdi operatur quidem vt debitor poſſit debitum ſoluere ex quocumque monetarum genere, quod ſibi libuerit, illius tamen æſtimatio fieri debet iuxta valorẽ monetæ, quæ in obligatione; non autem illius quam ſoluere elegit ipſe debitor, vt dixit *Rota coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato, 8. Martij, 1602. in illa Foroliuienſi Cenſus,* quæ eſt impreſſa *in calce Tract. deciſ. 218. nu. 5.* allegans *Soc. iun. conſ. 44. nu. 5. verſ. ſecundo quantum, lib. 4.* qui au-
14 ctoritate *Bal.* hoc affirmat, ea ratione, quia † iſta facultas quæ datur debitori, vt poſſit ſoluere in alia moneta; quam ſit in obligatione, non facit quo minus ipſe debitor remaneat obligatus ad ſoluendum in eadem moneta, & ideo facultas illa debet intelligi de valore monetæ exiſtentis in obligatione qui erit de tempore faciendæ ſolutionis, vt *ibi* dicit *Soc.*

15 Sexta ſit concluſio. Quod † quãdo in obligatione adeſt aliqua moneta imaginaria, puta, Florenus,

libra, vel ſimilis, quæ nō reperitur cuſſa ſub alio nomine, ſolui poteſt quælibet moneta, quæ conſtituat florenum, libram, vel quamlibet aliam imaginariam monetā, quæ eſt in obligatione, habita ratione ad valorem monetæ debitæ, qui currit tēpore ſolutionis faciēdæ. *Soc. ſen. conſ. 6. n. 4. verſ. ex quibus omnibus, lib. 1. Menoch. cōſ. 49. n. 14. verſ. 2. lib. 1. Surd. d. cōſ. 335. n. 7. verſ. his vero, et ſub n. 8. verſ. ſed quia ad nos, lib. 3.* & tenuit *Rota corā Seraph. deciſ. 84. n. 1. et dec. 969. n. 1. p. 1.*

16 Hæc † tamen concluſio declaranda eſt, vt procedat ſi moneta quæ eſt in obligatione non ſit alterata, iuxta bonitatem, & valorem intrinſecū, quia eo caſu debet attēdi valor illius monetæ, qui currebat tempore obligationis, non autem qui currit, tempore ſolutionis, alias cū moneta noua, quæ conſtituat, puta libram, quæ eſt in obligatione non ſit eiuſdem æſtimationis, quæ erat tempore contractæ obligationis, & per conſequens libra, quę currebat tempore cōtractus ſit effecta in ſui intrinſeca bonitate deterior, quam eſſet eo tempore, diceretur minus debito ſolui, quod ferendum non eſſet. Licet enim libra non varietur in numero ſolidorum, quibus conſtituitur, ſed ſemper valeat, puta ſolidos viginti, variatur tamen reſpectu valoris ſolidorum, quibus libra æſtimatur, atque ita in conſequentiam ſubeſt mutatio in bonitate intrinſeca, & per ſolutionem viginti ſolidorum nouorum non recipit functionem in ſuo genere. & ita ſentiunt communiter Scribentes, *Soc. ſen. conſ. 298. lib. 2.* qui teſtatur ita communiter tenere omnes Doctores tam Legiſtas quā Canoniſtas, & multos allegat, communem etiam profitetur *Menoch. d. conſ. 49. num. 4. num. 32. & infra* ſi fieret ab ea diſcedat; cum hac etiam communi pertranſiuit *Purpur. conſ. 522. num. 36. verſ. & propterea, lib. 2. Cephal. conſ. 31. num. 12. verſ. nec eſt verum, lib. 1. Surd. conſ. 220. n. 4. 15. & ſeqq. lib. 2. poſt Brun. in tract. de Monet. par. 6. num. 6. Item Surd. conſ. 406. nu. 10. & ſeq. lib. 3.* & in his terminis loquitur *Rota in vna Ceſenatenſi pecuniaria coram b. m. Pema, 14. Martij, 1597.* quæ eſt *in calce Tract. deciſ. 220. num. 3. & coram b. m. Iuſto, 12. Iunij, 1609. in illa Foroliuienſi Conſiet.* quæ eſt

17 *ibidem deciſ. [illegible]* Nam mentio † ſolidorum cenſetur facta non vt ſolidi cenſeantur eſſe in obligatione, ſed ad demonſtrandum de qua libra contrahentes intellexerint. *Soc. ſen. d. conſ. 298. in princ. Grat. conſ. 14. nu. 13. lib. 1. Boer. deciſ. 327. nu. 3.* & placuit *Rota in d. Ceſenatenſi pecuniaria, 14. Martij, 1597. corā b. m. Pema, n. 2. & illa Cremonēſi pēſionis, 15. Iunij, 1598. corā b. m. Orano, quæ eſt poſt Tract. deciſ. 219. n. 5.*

18 Septima ſit concluſio. Quod † quando in obligatione eſt moneta nō quidem imaginaria, ſed nec etiam certa puta ſcutum aureum, teſtones, iulij, vel alia ſimilis moneta, quæ reperitur cuſſa ſub certo & determinato nomine, ſed ſub diuerſis ſignis, & imaginibus ſi ſolutio eſt facienda reſpectu alicuius certi facti non ex conuentione, ſed vel ex ſtatuto, vel ex conſuetudine, & tunc quia nemo pōt aſſerere obligationem eſſe natam antequam factum illud explicetur, debet attēdi valor monetæ qui currit tempore, quo factum illud explicatur, vt poſt *Specul. Anchar. Imol. Curt. ſen. Gemminian. Corn. Albert. Bral.* dicit *Gabr. conſ. 164. n. 4. verſ. Secundo puto, & nu. 5. lib. 1.*

19 nam † quidquid fit ob aliquā cauſam debet ſecundū illā determinari, vt per hāc rōnem eandem opinionē amplectitur, & cōfirmat *Surd. d. conſ. 335. n. [illegible]* & alij relati a *Felic. de Solis, in add. [illegible] de [illegible] [illegible] lib. 4. [illegible] ſub verſ. [illegible] hanc reſolutionē.*

20 Si vero ſolutio † eſt facienda ad effectum extinguendi debitum dicendum ſi fieri debeat de moneta exiſtente tēpore [illegible] obligationis. *[illegible] Grat. conſ. 10. [illegible] lib. 1. Cephal. [illegible] n. [illegible] 368. n. [illegible] & ſeqq. lib. [illegible]* quorū teſtatur de communi & eandem ſententiam ſequuntur alij relati [illegible] *[illegible] n. [illegible]*

21 *[illegible] n. 18.* Quia † aliud pro aliquo inuito creditore ſolui nō pōt. *l. 2. [illegible] ff. ſi cert. pet. [illegible] [illegible] 98. ff. ſi cert. pet.*

22 Ex generali tamen † conſuetudine ſeruatur, vt ſit in electione debitoris, an ſoluat monetam, quę eſt in obligatione, an vero illius valorem iuxta tempus ſolutionis prout ſibi placuerit. *Bart. [illegible] Paulus ff. de ſolut. [illegible]* pro communi, *d. conſ. 3. num. 96. Curt. iun. d. conſ. 4. num. 2. [illegible] Cephal. d. conſ. 3. [illegible] Menoch. d. conſ. 49. [illegible]*

23 Ceterum † ſi ſit cōuentum vt ſolutio fiat in ſcutis auri in auro boni, & iuſti ponderis, ex hoc verba aliquid operentur, quod auferant facultatem ſoluendi in moneta alterius materiæ, quaſi ad ipſam auream reſpexerint diſponentes, voluit *Boer. [illegible] ſ. 3 [illegible] n. 3. Bologneti conſ. 11. n. [illegible] Cephal. conſ. 8 [illegible] & ſeqq. [illegible] Surd. deciſ. 174. nu. 6.* & ſequitur hanc [illegible] *Rota in illa Cremonenſi penſionis 15. Iunij 1598. coram b. m. Orano.* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 219. num. 3.* Nec eo caſu poterunt ſolui omnia ſcuta aurea, ſed tunt ſoluenda ſcuta aurea, quæ ſint boni & iuſti ponderis, non quod obſtet materia cū ſit eadem, ſed propter diuerſitatem ponderis, *Bruno [illegible] Pontan. ff. de ſolut. Conrad. de Numiſmat. cap. 7.* [illegible] & dicit *Rota in illa Cremonenſi penſionis pro [illegible] allegata [illegible]*

Hæc autem declaranda ſunt ſecundum ea quæ dicta ſunt ſupra in tertia concluſione, [illegible]

Octaua ſit concluſio. Quod quādo moneta, quæ vigebat tempore cōtractus, & initæ obligationis eſt

24 alterata extrinſecus, puta † quia valor monetæ fuit alteratus ex vſu, ſeu opinione hominum, vel edicto Principis, vt declarat *Menoch.* poſt multos, quos allegat *d. conſ. 49. num. 9. Surd. conſ. 335. num. 88. ad fin. &*

25 *nu. 90.* non † attenditur valor monetæ currens tempore contractæ obligationis, ſed currēs tempore ſolutionis. *Crau. cōſ. 836. n. [illegible] verſ. [illegible] dicto 52. Andr. Gail. Pract. Obſeruat. lib. 2. obſeruat. [illegible] Ant. Gabr.* qui multos congerit, & multipliciter declarat *ſub tit. de ſolut. concluſ. 2. per tot.* quibus addi poteſt *[illegible] Vin. in ſua Silua Commun. opin. [illegible] Surd. d. conſ. 335. nu. 8.* qui pariter atteſtatur de communi, & plures alios allegat *Felician. de Solis, de [illegible] & ſeqq.* alios citat *Federic. Martin. d. ſuo tract. de [illegible] 5. num. 70.* vbi de communi teſtatur, & nequis alij [illegible] licet ipſe tamen *d. cap. [illegible] nu. 66. & ſeqq.* contra in d. [illegible] *num. 19. verſ. verum ego* nitatur defendere quod ſolutio ſit facienda ſecundū valorē quem habuit moneta tempore cōtractus, & per conſequēs quod monetæ mutatio noceat, vel proſit creditori iuxta caſuum contingentiam, & hāc opinionem amplexa fuit *Rota coram b. m. Orano, [illegible] 1598. in illa Cremonenſi penſionis,* quæ eſt impreſſa *poſt Tract. [illegible] [illegible] verbis,* & coram *b. m. Pema, [illegible] 1598. in illa Romana pecuniaria,* quæ eſt ibidem *deciſ. [illegible]*

& in

Digitized by Google

& in vna Romana prætẽſi Cenſus, 11. Decembris, 1598.
coram b.m. Orano, quæ ibidem eſt deciſ. 221. num. 5.
Nona concluſio ſit quod quando moneta, quæ
erat in vſu tempore contractæ obligationis fuit al-
26 terata in bonitate intrinſeca, puta † quia fit cuſſa
de materia pretiſiori, vel minus pretioſa reſpectu
ligæ, vt declarat *Menoch. d. conſ. 49. num. 9. & Surd. d.*
conſ. 335. num. 8. ad fin. & nu. 9. ſupra allegato. Solu-
27 tio † debet fieri de moneta antiqua ſi extat, & cre-
ditoris interſit ſibi de ea ſolui, *c. cum Canonicis, ext.*
de Cenſib. Menoch. d. conſ. 49. num. 25. & ſeq. Io. Bapt.
Aſin, in ſuo tract. de execut. inſtrum. §. 7. cap. 128. nu. 2.
28 Si verò † non extat, ſolui debet moneta noua æſti-
mata iuxta valorem antiquæ, & ita pro cõmuni fir-
mat *Corn. conſ. 181. num. 70. lib. 2. & conſ. 109. num. 1.*
lib. 4. plenè *Gabr. d. tit. de ſolut. concluſ. 1. num. 1. Boer.*
d. deciſ. 327. nu. 13. Viu. in d. ſua Silua, opin. 513. Myſin-
ger. ſingul. Obſeruat. Centur. 4. obſeru. 1. Federic. Martin.
d. cap. 5. num. 121. & nu. 125. & ſeqq. vbi reſpondet
contrariis, & *in d. cap. 8. num. 63. & ſeqq. Surd. d. conſ.*
368. num. 10. & hanc opinionem probauit *Rota in*
vna Foroliuienſi Cenſus, 13. Februarij, 1602. coram Illu-
ſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, quæ eſt impreſſa *in fine*
Tract. deciſ. 222. num. 1. & 6. & antea tacitè ſenſerat
coram b.m. Orano in illa Romana prætenſi Cenſus, 11. De-
cembris, 1598. quæ eſt *ibidem deciſ. 221. num. 5.*
Hæc autem nona concluſio debet tripliciter de-
29 clarari, & quidem Primò. Niſi † tempore obliga-
tionis & contractus eſſet timor mutationis monetæ,
illiuſq. valoris, nam ſi talis timor vigebat ſolutio eſt
facienda iuxta valorem, quem moneta habebat
tempore ſolutionis faciendæ, vt poſt *Butr. Abb. Co-*
uar. & alios concludit *Feder. Martin. d. cap. 5. nu. 75.*
30 Secundò declaratur † dummodo probetur valor
monetæ antiquæ, *Corn. d. conſ. 181. nu. 72. ad fin. Surd.*
d. conſ. 335. num. 34. nam ſi non conſtet de vero valo-
re monetę antiquæ, põt indiſtinctè ſolui moneta no-
ua & vſitalis, vt bene deducit *Surd. d. cõſ. 335. nu. 19.*
31 Tertiò declaratur, ſi creditor † recepit ſolutio-
nem in vna ſpecie monetæ pro alia abſque contra-
dictione, *cap. olim cauſam. & ibi Gloſ. ext. de Cenſibus,*
Grat. d. conſ. 12. num. 16. lib. 1. Surd. d. conſ. 335. num. 26.
Menoch. d. conſ. 49. nu. 20. Feder. Mart. d. cap. 5. nu. 111.
32 *& 113.* Non † ſolũ quia volente creditore vna ſpe-
cies monetæ in locum alterius ſubrogatur. *Bar. in l.*
33 *Paulus, ff. de ſolut.* Verum etiam † quia talis præſu-
mitur facta promiſſio & obligatio, qualis oſtẽditur
facta ſolutio, *l. Iulianus, §. proinde, ff. ad Macedon.* cum
aliis relatis per *Rotam in illa Romana prætenſi Cenſus*
coram b.m. Orano, 11. Decembris, 1598. quæ eſt *poſt*
34 *Tract. Deciſ. 221. num. 2. & 3.* Qui † vſus & obſer-
uantia ita ſoluẽdi ſuffragatur etiam quod non fue-
rit legitimè præſcripta, *Crau. conſ. 202. num. 2. & conſ.*
835. num. 10. verſ. neque dicant, lib. 4. & voluit *Rota*
in d. Romana prætenſi Cenſus, coram b.m. Orano, proxi-
mè allegata, *nu. 4.* Quidquid *Myſinger. ſingular. Ob-*
ſeruat. centur. 3. obſeruat. 13. num. 4. Andr. Gail. Pra-
ctic. Obſeruat. lib. 2. obſeruat. 73. n. 2. contrarium ſen-
ſerint de ſi præceſſerit præſcriptio triginta annorum,
contra quos tamen ſtant multi alij, quos refert *Ber-*
nard. Græu. ad Gail. d. obſeruat. 73. conſiderat. 2. num. 3.
35 Bene verum † eſt, quod ſi ageretur cum Eccleſia
neceſſe eſſet, vt vna moneta pro alia eſſet ſoluta per
ſpacium quadraginta annorum continuorum, aliàs
non poſſet dici factum fuiſſe præiudicium Eccleſiæ,
vt cogi poſſit recipere eam monetam, quæ fuit ali-
quando ſoluta loco monetæ quæ erat in obligatio-
ne, vt declarauit *Rota in illa Romana pecuniaria, 23.*
Ianuarij, 1589. coram b.m. Penna, quæ eſt *poſt Tract.*
Deciſ. 216. num. 4.
36 Ad hoc etiam † vt ſolutio facta à debitore de vna
ſpecie monetæ loco alterius creditori conſentienti
poſſit ſuffragari debitori ſoluẽti, ne in poſterum co-
gi poſſit ad ſoluendum niſi in illa ſpecie in qua in
præteritum ſoluit, neceſſe eſt quod ſolutio illa facta
fuerit bona fide, vt declarat *Franc. Ball. in ſuo tract.*
de Præſcript. in 4. par. 4. part. princip. quæſt. 7. num. 4,
37 vbi multos allegat, & pro † toto & integro debito;
nam ſi id quod fuit ſolutũ & reſpectiuè receptum,
fuit ſolutum & receptum ad bonum computum, ta-
lis ſolutio & receptio nec debitori ſuffragatur, nec
creditori præiudicat. plenè *Surd. d. conſ. 335. num.*
59. & ſeqq. & in propriis noſtris terminis *Federic.*
Martin. d. cap. 5. num. 107. & ſeqq.
38 Declaratur † etiam hæc nona concluſio aliis mo-
dis, vt per *Gabr. in d. tit. de ſolut. concluſ. 1. num. 25. &*
ſeqq. ad quẽ erit in contingentia facti recurrendum.
39 Decima ſit concluſio, Quod † monetæ valor de-
bet æſtimari iuxta illius curſum qui eſt in loco cele-
brati contractus, non autem loci vbi fuit deſtinata
ſolutio, arg. *l. Imperatores, in fine, ff. de contr. empt.*
c. 2. vbi Gloſ. Abb. & alij, ext. de Maledic. Bal. in l. qui
non militabat, §. 1. ff. de hæred. inſtit. Gloſ. Bar. Dec. &
alij, in l. ſemper in ſtipulationibus, & ſignanter *Cagnol.*
num. 5. qui teſtatur de communi, *ff. de regul. iur. Soc.*
ſen. conſ. 247. ſub num. 5. verſ. non obſtat quod tertio lo-
co, lib. 2. Fabian. de Monte, in ſuo tract. de empt. & ven-
dit. quæſt. 5. num. 14. Io. de Sylu. in ſuo tract. de Bene-
fic. par. 3. quæſt. 11. num. 17. & per bonas rationes,
voluit *Rota coram Seraph. deciſ. 944. num. 2. par. 1.* &
ſenſit *in vna Rauẽnatenſi Cenſus, 7. Maij. 1607. coram*
Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, quæ eſt impreſſa *poſt*
Tract. Deciſ. 223. num. 12. verſ. accedit quod in taxando.
40 Prout † videmus in menſura, circa quam quando
inter contrahentes non fuit expreſſum an attendi
debeat menſura loci in quo facta eſt venditio, an
verò ea quæ eſt in loco vbi ſita ſunt & exiſtũt bona
vendita, firmãt cõmuniter Scribentes eſſe attẽden-
dam menſuram loci in quo fuit celebratus contra-
ctus, *Bar. & alij in d. l. ſemper in ſtipulationibus,* vbi *Ca-*
gnol. n. 5. teſtatur de cõmuni, *ff. de reg. iur. Affl. deciſ.*
363. n. 5. ſequitur *Pariſ. cõſ. 64. n. 71. lib. 1.* cõfirmat &
magis cõmunẽ, dicit *Rol. à Valle. cõſ. 100. n. 7. & ſeqq.*
& ſignãter *n. 14. lib. 3.* & comprobat *cõſ. 13. n. 1. lib. 4.*
Ex quibus cõcluſionibus, vt ſupra firmatis vide-
tur commodè poſſe inferri ad deciſionem propoſiti
articuli, videlicet, ex qua moneta ſint ſoluendi fru-
ctus Cẽſus, & facienda ſit illius redemptio. Licet. n.
aliqua ex iis, quæ dicta ſunt non videãtur ꝙ poſſint
adaptari ad materiã de qua agimus, & maxime ea,
quæ reſpiciunt mutationẽ valoris monetæ intrinſe-
cus, vel extrinſecus contingentẽ cũ ea diſtinctio non
videatur eſſe facienda in cõtractibus cenſuariis, ſed
41 † dũtaxat in iis, in quibus pecunia vel fuit depoſi-
tata, vel mutuo data, cum tũc maximè interſit cre-
ditoris an vnum magis, quam alterum pecunia-
rum genus recipiat, prout conſiderauit *Menoch. d.*
conſ. 49. num. 22. lib. 1. poſt Curt. iun. d. conſ. 24. num. 6.

Digitized by Google

42 Re tamen † diligẽtius, vt par eſt conſiderata apparebit quod etiã in contractu cenſuali de quo agimus neceſſaria fuit ſupradicta indagatio, cum non minus in eo, quam in depoſito, mutuo, & aliis contractibus numeretur aliqua ſpecies monetæ in conſtitutione & venditione annuæ reſponſionis. Immo videtur quod magis in hoc contractu cẽſuali, quam in multis aliis fuerit neceſſaria hæc diſceptatio, cum in eo vt plurimum conſtituatur & vendatur ius recipiendi, & conſequendi annuam reſponſionem in pecunia numerata habita ratione ad pecuniã, quæ in emptionem dicti iuris fuit erogata, & per relationem ad monetam illam ſolutam pro pretio dicti iuris debet regulari qualitas & ſpecies monetæ, quæ eſt in futurum ſoluenda, vel in Cenſus redemptionem, vel pro annua reſponſione. & in his terminis ipſimet *Curt. & Menoch. in locis ſupracitatis* non diffitentur ſolutionem non eſſe ſimpliciter faciendam ex moneta currente tempore ſolutionis, &
43 iuxta æſtimationẽ dicti tẽporis. Et quatenus † *Curt. & Menoch.* loquantur de cõtractu cenſuali, ſunt intelligendi de Cenſu reſeruatiuo, vt ex ipſiſmet clarè colligitur, & explicat *Purpur. d. conſ. 523. num. 37. verſ. tertiò, lib. 2.* non autem de Cenſu conſignatiuo, de quo eſt noſtra diſceptatio, cui quidem ſi applicentur ea quæ ſupra circa ſolutionem monetæ, & mutationem valoris illius dicta ſunt quàm faciliimè elici poterit reſolutio cuiuſlibet difficultatis, & controuerſiæ, quæ circa ſolutionem annuæ reſponſionis cenſualis occaſione mutationis, ſeu alterationis valoris monetæ contingere poſſunt, & non
44 eſt nouum in iure, † quod in deciſionibus cauſarum vbi non reperitur quid certum & determinatum procedatur de ſimilibus ad ſimilia, vulgata *l. non poſſunt. ff. de legib.* & paſſim exclamant Scribentes.

ARTICVLI QVINTI

SVMMARIA.

1 *Cenſus ſoluendus eſt in loco inter contrahentes conuẽto.*
2 *Creditor ſi tempore facienda ſolutionis non reperiatur in loco conuento, debitor non incidit in moram.*
3 *Creditor, vt faciat incidere debitorem in moram, tenetur probare ſe fuiſſe in loco deſtinatæ ſolutionis.*
4 *Vel ſaltem ibi habuiſſe legitimum procuratorem.*
5 *Debitor non ſoluens in loco cõuento poteſt vbilibet conueniri, dummodo ſit honeſtus, & idoneus.*
6 *Debitor ſi non reperiat creditorem in loco deſtinatæ ſolutionis, quod debeat pecunias deponere Iudicis auctoritate, volunt aliqui ad euitandam pœnam.*
7 *Contrarium quod nec etiam ſit neceſſaria oblatio, voluit Rota, & alij.*
Eſt tamen vtilis, & num. ſeq.
8 *Vtilis tamen eſt proteſtatio, & depoſitio, quando non fuit conuentum de pœna.*
9 *Debitor tenetur ſoluere in loco domicilij creditoris.*
10 *Intelligitur 1. de domicilio temporis contractus.*
11 *Intelligitur 2. vt debitor accedat proprijs expenſis.*
12 *Intelligitur 3. ſi ſint eiuſdem fori.*
13 *Secus ſi ſint diuerſi fori.*
Declaratur hoc multipliciter, num. 15. remiſſiuè.
14 *Quando creditor, et debitor ſunt diuerſi fori ſolutioni locus deſtinatus, cenſetur domicilium debitoris.*
16 *Debitor ſciens quod creditor in loco domicilij ipſius debitoris habet legitimum procuratorem illi debet ſoluere, nec expectare, vt veniat creditor.*
17 *Pactum quod debitor Cenſus deferat annuas reſponſiones ad domum creditoris eſt illicitum, licet in alijs contractibus permittatur.*
18. *Debitor Cenſus ante interpellationem ſibi factam in loco ſui domicilij, non tenetur ad aliquas expenſas.*
Poſt interpellationem ad expenſas taxandas à Iudice, ibidem.
19 *Solutio debiti contracti ratione alicuius rei, debet fieri in loco vbi res illa ſita eſt.*
20 *Solutio Cenſus cum fiat occaſione fructuum rei ſuppoſita, debet fieri in loco in quo res illa ſubiugata ſita reperitur.*

Quo loco Cenſus ſolui debeat.

ARTICVLVS QVINTVS.

QVINTVS ſequitur Articulus in quo agendum eſt quonam loco Cenſus ſolutio faciẽda ſit, circa quem aliquot ſunt conſiderandi caſus.

1 Primus † eſt, quando inter contrahentes fuit conuentũ de loco certo, vbi ſolutio Cenſus facienda ſit, & tunc abſque controuerſia cõcludendum eſt fructus Cenſus eſſe ſoluendos in loco conuento, *l. 1. & ibi Scribẽtes, ff. de eo quod certo loco, Rota Genu. deciſ. 161. num. 6.* & in puncto non diſſentit *Fernand. Rebell. in ſuo tract. de obligat. Iuſtit. lib. 10. quæſt. vltim. num. 1. verſ. ſecunda, & num. 2.*

2 Verum † ſi creditor Cenſus tempore faciendæ ſolutionis non ſit repertus in loco in quo ſolutio erat facienda, debitor liberatur à mora, *Rol. conſ. 87. nu. 20. lib. 1. Rot. Genu. deciſ. 175. nu. 17.* & voluit *Rota in vna Romana caducitatis, 20. Maij. 1601. coram R. P. D. Ottembergio,* quæ eſt impreſſa *poſt Tract. Deciſ. 224.*
3 *num. 1.* Nam † ad faciendum incidere debitorem in moram ſpectat ad debitorem onus probandi ſe tempore faciendæ ſolutionis fuiſſe in loco conuento, vt dicit *Rol. in loco mox citato.* ex *Bar. in l. item illa*
4 *verba, col. 3. ff. de conſtit. pecun.* Vel † ſaltem ibi habuiſſe legitimum procuratorem. *Bar. in d. l. item illa, num. 11. & ibi Fulg. & alij, Alex. conſ. 210. num. 2. lib. 6. Ruin. conſ. 151. num. 3. lib. 1.* & dixit *Rota in dicta Romana caducitatis, num. 2.*

5 Si autem † debitor fuerit in mora ſoluendi in loco deſtinatæ ſolutionis, poterit conueniri vbilibet fuerit repertus, dummodo ſit locus honeſtus, & idoneus, *l. cũ qui. & ibi Bar. ff. de iudic. Rota Genu. d. deciſ. 161. n. 6.* Sed quid ſi in caſu quo ſolutio non fieret in loco conuento ſit de cõſenſu partium adiecta pęna conuẽtionali, ſufficietne ad euadendã & effugiendam pęnam quod debitor accedat ad locum deſtinatæ ſolutionis, & non reperto ibi creditore proteſtari ſe eſſe paratum ad ſoluẽdum, an neceſſe etiam erit vt pecunias debitas deponat Iudicis auctorita-
6 te? Et eſſe † neceſſarium depoſitũ, aliàs debitorem non euitare pęnã, pluribus comprobat *Rim. iun. conſ.*
7 *171. n. 45. cũ multis ſeqq. lib. 2.* Ceterũ † eo caſu nõ eſſe neceſſariũ depoſitum, immo nec oblationẽ, neque proteſtationẽ reſoluit *Rota in dicta Romana caducitatis, nu. 3. ex Alex. conſ. 92. n. 11. lib. 1. Ruin. d. conſ. 151. nu. 4.*

*nu.4. Afflict.deciſ.316,n.2.Mobed.deciſ.15.n.3. de lo-
cat.Mãdoſ.in Prax.ſignat.gratiæ,verſ.quo deſtinato,*&c.
8 Quando † autem ex partiũ conſenſu non eſt con-
uentum de pęna licet talis proteſtatio & depoſitio
non ſit neceſſaria ad effugiendum incurſum moræ,
ad conſeruationẽ ſui iuris, eſt tamen valdè vtilis,&
ex cõſuetudine,& ad cautelam bonum eſt illam fa-
cere, *Rim.iun.conſ.52.num.60.lib.1.& d.conſ.171.nu.
8.& ſeqq.lib.2. Corbol.in ſuo tract.de iure emphyt.cauſa
15.ob non ſolutum Canon. limit.15.num.3.* ergo multo
vtilius erit illam facere,quãdo fuit pęna promiſſa.
9 Secundus caſus eſt. Quando † inter contrahentes
nihil actum fuit de loco vbi ſolutio fieri debeat, &
eo caſu debitor ſoluere tenetur in loco domicilij ip-
ſius creditoris. *Doctor. in d.l.item illa verba. ff.de con-
ſtit.pecun.& in d.l.1.ff.de eo quod certo loco,Burſat.con
ſil.184.num.51.& conſ.194.num.9.lib.2.Bauer.in ſuo
tract.de Mora.p.2.nu.38 Rota Genu.deciſ.144.num.4.*
10 Quod tamen intelligendum eſt Primum † de do-
micilio in quo creditor degebat tempore celebrati
contractus,quia nõ debet deinceps eſſe in poteſtate
creditoris mutare domicilium in pręiuditium debi-
toris, vt poſt *Io.de Imo. in l.cum filiusfamilias, §.1. ff.
de verb.oblig.*notat *Gaſp. Roderic, in ſuo tract. de ann.
reditib.lib.2.quæſt 6. & num.4.*
11 Secundò † eſt intelligendum vt debitor debeat
deferre ſumptibus,& periculo proprio, non autem
creditoris, *Bal.in l.fin. C. de condit.inſerta.*
12 Tertiò debet intelligi procedere ſi † debitor,&
creditor ſint eiuſdem fori,id eſt, ſi ambo habitẽt in
eadem ciuitate. *Bart.in d.l.item illa verba,nu.13.Iaſ.
in l.2.num.93.C.de iure emphyteut.* & in propriis ter-
minis *Franc.Milanenſ. deciſ.6. num.26. lib.2. Brunor.à
Sole,in ſuis Quæſt.legal.quæſt.5.num.vlt.*quos & alios
refert *Felician.à Solis in ſuis Commentar. de Cenſib.to-*
13 *mo 3.lib.2.cap.vlt. num. 6.* Secus autem † ſi ſint di-
uerſi fori, quia tunc debitor nõ tenetur accedere ad
domicilium creditoris,& ſi non accedat non incur-
rit in moram, *Rol.d.conſ.87.nu.14. lib.1. Rim. iun. d.
conſ.52.nu.60.& ſeq.lib.1.*multos allegat *Surd.in ſuo
tract. de alimen. tit.4. q.16. num.2. Felician. d.num.6,
verſ.præterea. Gaſp. Roderic.d.quæſt.6.num.2.*
14 Et eo † caſu ad faciendam ſolutionem cenſetur
deſtinatus locus domicilij debitoris vbi commodè
conueniri poteſt, *Bar.d.n.13.Corn.conſ.70.nu.10.lib.
2.Iaſ.in l.quod ſi ephesi. nu.2.ff.de eo quod cer.lo. Burſ.
conſ.449.nu.1.lib.4.*pro cõi *Rota Genu.deciſ.175.n.18.*
15 Hoc autem † quod dictum eſt debitorem non te-
neri accedere ad domũ creditoris, quando ſunt di-
uerſi fori multipliciter declarauit *Bart.in d.l.item il-
la verba,nu.13.Iaſ.in d.l.2.nu.92.& ſeqq. Petr. Duen,
Reg. 161.Surd.d.q.16.Corbol.d.limit.15.num.5. & 6.*
Vna autem eſt declaratio pręcipua,quæ ad rem no-
16 ſtram facere viſa eſt,quando † debitor ſcit q credi-
tor in loco domicilij ipſiuſmet debitoris habet pro-
curatorem legitimum habentem ſufficiens manda-
tum ad recipiendum ſolutiones,nam eo caſu debet
ſoluere dicto procuratori,nec expectare,vt creditor
veniat,aliàs incidit in moram *Rim.iun.conſ.546. nu,
6. & multis ſeqq. lib.5.*
Sed hic non incõgrua excitari poteſt dubitatio,
an quando creditor,& debitor ſunt diuerſi fori poſ-
ſint inter eos licitè paciſci quod debitor Cenſus te-
neatur annuas reſponſiones aduenientibus tempo-
ribus maturandas deferre ad domum creditoris,
aliàs teneatur ad expẽſas, quas creditor faceret pro
17 recipienda dicta ſolutione. Et † licet hoc pactum in
aliis contractibus ſit licitum & validum, vt deducit
Corbol.d.limit.15.nu.6.& 7. In hoc tamen contractu
cenſuali eſſe illicitum,& iniuſtum, affirmant *Feder.
Martin.in ſuo tract.de iure cenſ.c.6.nu.388.& ſeq.Gaſp.
Roder.de ann.redit.lib.2. q.6.per tot. Felician. de Solis,
d.nu.6.verſ.præterea* ea ratione, quia per illud adij-
citur debitori Cenſus onus & grauamen pretio æſti-
mabile, quod dicunt eſſe contra iuſtitiam, quia ex
adiectione dicti grauaminis, efficitur vt Cenſus ſit
conſtitutus & venditus minori iuſto pretio. Vnde
18 † inferebat *Felician.* venditorem Cenſus non teneri
ad aliquas expenſas,& ſalaria,niſi poſtquam fuerit
interpellatus in loco ſui domicilij,ex *Milanenſ.d.de-
cil.6.nu.25.* poſt dictam autem interpellationem ad
illa teneri,præfinienda tamen & moderanda Iudicis
arbitrio. & iſta concluſio videtur optimè compro-
bari ex *Bulla Pij V. ſuper Cenſib.* qua prohibetur ne
aliquod grauamen contra debitorem Cenſus adij-
ciatur. quis enim neget quin ex hoc pacto ſubiiciat
ſe debitor Cenſus oneri expenſarũ, quæ ſunt neceſ-
ſariæ ad tranſportandas vel tranſmittendas annuas
reſpõſiones ad domicilium domini Cenſus? & licet
aliqui, quod refert *Felician.d.verſ.præterea,*in cõtra-
riam iuerint ſententiã eo ſub prætextu, q onus hoc
veniat extrinſecus à contractu, & natura rei. Cum
Felicia. autem tranſeundum, cenſeo eo potiſſimum
fundamento, quia *Pius V.* in dicta ſua Cõſtitutione
non reprobat ea pacta dumtaxat, quæ inducũt ali-
quid contra ius,& naturam cõtractus,ſed etiam illa
quæ non ſunt ſecundum naturam dicti contractus,
& ſic Papa non conſiderat reſiſtentiam iuris, & na-
turæ contractus, ſed ſimplicem non aſſiſtentiam, &
quod venditor Cenſus ſubiiciatur alicui oneri præ-
ter naturam dicti contractus cenſualis. ſed certo eſt
certius, quod circumſcripto pacto, nec iure aliquo
cauetur, nec eſt de natura contractus cenſualis, vt
debitor Cenſus teneatur deferre annuas penſiones
ad domicilium creditoris, meritò,&c.
Non inficior tamen quod rationes, quas cõſide-
rat *Felician.* videntur eſſe extra terminos propoſitæ
quæſtionis: nos .n. loquimur de iuſtitia pacti quod
debitor Cẽſus teneatur deferre ad domicilium do-
mini Cenſus annuas penſiones; rationes autem il-
lius,excepta auctoritate *Bullæ Pij V.*,concludũt de-
bitorem Cenſus non teneri ad aliquod intereſſe ra-
tione retardatæ ſolutionis, etiam q cõuenerit cum
dño Cenſus deferre annuas penſiones ad illius do-
miciliũ, aliàs teneatur ad expẽſas & ſalaria,&c. de
qua re nos alibi diximus, *ſup.hac p.2.c.1. q.3.art.5.*
19 Tertius caſus eſt,quando † eſſet ſoluendũ aliquid
pro re aliqua, & eo caſu non habetur in conſidera-
tione. An debitor,& creditor ſint eiuſdẽ,vel diuerſi
fori,ſed debet fieri ſolutio in loco vbi ſita eſt res pro
qua ſolutio fieri debet, *Bart.in d.l.item illa verba,nu.
13.ff.de conſtit.pecun.Iaſ.conſ.8.nu.3. verſ.quia quando
debitor,lib.1.Rol.à Valle,conſ 87.num.14. lib.1.*
20 Et propterea † cum Cẽſus debeatur ob impoſitio-
nem,& conſtitutionẽ de eo factam ſuper re exiſten-
ti in tali loco,& occaſione fructuũ illius videtur nõ
incõgruè loquutus *Boccacc.in ſuo tract. de Cenſib.p.2,
n.73.* dũ multorum auctoritate affirmat ſolutionem

Cenſus eſſe faciendam in loco vbi ſita eſt res cenſui ſuppoſita: Cenſus enim in eo loco conſiſtere, diximus ſupra.

ARTICVLI SEXTI

SVMMARIA.

1 *Onus probandi ſolutionem Cenſus, pertinet ad debitorem.*
2 *Solutio eſt probanda ab eo, qui illam allegat.*
3 *Maximè quando ſolutio eſt facienda illi, qui habet ius in re.*
4 *Debitor Cenſus aſſerens ſe ſoluiſſe, tenetur probare.*
5 *Creditor negans ſibi fuiſſe ſolutum, habet intentionem fundatam ſuper ſola negatione.*
6 *Limitatur ſi debitor prætendat ſe acquiſiuiſſe libertatem aduerſus obligationem ob non ſolutionem longiſſimi temporis.*
7 *Solutio Cenſus probatur per inſtrumentũ refutationis.*
8 *Item ex libro rationum domini Cenſus.*
9 *Immo etiam ex libro debitoris Cenſus cum adminiculis,*
10 *Item probatur per confeſſionem creditoris Cenſus.*
11 *Confeſſio de recepto facta à creditore, ſuperat omnes alias probationum ſpecies.*
12 *Confeſſio de recepto præiudicat non ſolum ipſi confitenti, ſed etiam eius hæredibus,*
13 *Immo etiam habentibus cauſam ab eo ex titulo ſingulari, cum declaratione tamen de qua ibi,*
14 *Confeſſio de recepto prodeſt non ſolũ debitori, ſed etiam fideiuſſoribus, & alijs obligatis in conſequentiã pro eo,*
15 *Limitatur ſi ipſam confeſſionem ſubſequatur promiſſio de ſoluendo,*
16 *Solutio Cenſus probatur per teſtes, & infra,*
Dummodo deponant de ſolutione, & quod ea ſit facta ex cauſa Cenſus, de quo eſt controuerſia, num. 18,
17 *Probatio quæ fit per teſtes eſt ceteris validior, & dignior,*
19 *Et duo teſtes ſufficiunt, quidquid Salic, videatur requirere quinque, & Bal. cum eo,*
20 *Saluatur Salic, & Bal. vel quando ſolutio tendit ad reſolutionem contractus, vel quando ſcriptura requiritur ex legis diſpoſitione, aut partium conuentione, & num. ſeqq.*
21 *Emphyteuticus contractus requirit ſcripturam, ex legis diſpoſitione,*
22 *Cenſus retentiuus, ex legis diſpoſitione requirit ſcripturam.*
23 *Probatio vbi facienda eſt per ſcripturam, ſufficit ſi fiat per quinque teſtes,*
24 *Solutio Cenſus probatur præſumptionibus.*
25 *Etiam ad fauorem domini Cenſus, vt manuteneatur in quaſi poſſeſſione exigendi.*
26 *Solutio Cenſus probatur ſi probentur tres ſolutiones proximè in præteritum factæ.*
27 *Dummodo ſint tres ſolutiones diſtinctæ, & ſeparatæ, & de illis appareant tres apochæ.*
28 *Idem ſi appareant tres apochæ continentes ſingulæ ſolutiones pro tribus annis, & ſic pro nouem annis ſimul iunctæ,*
29 *Dummodo illæ ſolutiones ſint pro tribus annis proximè præteritis, ſecus ſi pro tribus annis non immediatè præcedentibus.*
30 *Dummodo illæ ſolutiones ſint pro tribus annis, nec ſufficerent pro tribus ſemeſtribus.*
31 *Contrarium tamen volunt nonnulli.*
32 *Sed priorem defendit Auctor, & num. ſeqq.*
33 *L. quicumque, C. de apoch. public. lib. 10. Intellectus,*
34 *Cenſus vendi ſolet ad rationem certæ reſponſionis pro anno quolibet.*
35 *Verba legis cui non conueniunt, nec eius diſpoſitio aptari poteſt,*
36 *L. quicumque, C. de apoch. public. lib. 10. diſpoſitio eſt exorbitans,*
37 *Exorbitantia intelliguntur vt iacent, nec recipiunt extenſionem.*
38 *Etiam ex identitate rationis,*
39 *Hæc probatio admittit probationem in contrarium,*
40 *Non releuat quando creditor recipit ſolutiones cum proteſtatione.*
41 *Creditor recipiens ſimpliciter tres vltimas ſolutiones, cenſetur renunciaſſe præterito credito,*
42 *Probatio reſultans ex apochis nocet ſolum ei, qui apochas fecit, non alijs.*

Solutiones Cenſus, quibus modis probentur.

ARTICVLVS SEXTVS.

1 QVOD † onus probandi ſolutionẽ Cen-
ſuum pertineat ad ipſum debitorem
non videtur, quod poſſit aliquo pro-
babili fundamento in dubium reuo-
cari, hoc enim voluit *Imo. in c. potuit,*
num. 15. & ibi Anch. ext. de locat. Io. Igne. in l. neceſſa-
rios, §. non aliàs, num. 310. ff. ad Sillan. Gloſ. in l. 2. C. de
Iure emphyteut. & ibi Iaſ. num. 132, quos ſequitur *Re-*
doan. in ſuo tract. de reb. eccleſ. non alienan. q. 20. nu. 24.
& in propriis terminis *Mari. Anton. Variar. reſolut.*
2 *lib. 2, reſolut. 5. num. 15. & ſeqq.* Regulare † enim eſt
quod allegans ſolutionem teneatur illam probare,
l. 1. C. de probat. Rol. conſ. 87. nu. 3. lib. 1. Pariſ. conſ. 90.
num. 19. lib. 1. Proſp. Paſeth. conſ. 50. num. 7. cum aliis
apud *Maſcard. in ſuo tract. de Probat. parte 3. concluſ.*
1319. num. 1. quod multò magis procedit, quando
3 † ſolutio eſt facienda illi, qui habet ius in re, vt dicit
Bero. conſ. 152. nu. 1. lib. 1. Vnde cum dominus Cen-
ſus habeat ius in re, vt diximus *ſupra par. 1. c. 2. q. 3.*
4 *art. 1,* concludendum eſt, quod debitor † Cenſus aſ-
ſerens ſe ſoluiſſe, teneatur hoc probare, vt dictũ eſt,
& videtur voluiſſe *Rota in vna Neapolitana Cenſus, 1.*
Iunij, 1616, coram R. P. D. meo Vbaldo, quæ eſt impreſ-
ſa *poſt tract. deciſ. 225. num. 2.* vbi licet agatur de ſo-
lutione Cẽſus reſeruatiui, idem tamen videtur con-
cludendum in Cenſu conſignatiuo, de quo nos agi-
mus, cum quo ad hoc non poſſit diuerſitatis ratio
aſſignari, & in vtroque caſu militet eadem ratio,
quod ſolutio ſit quid facti, & in facto conſiſtat, &
propterea ſit probanda ab eo, qui ſe in illa fundat,
l. quinquaginta, ff. de Probat. Natta, conſ. 169. num. 1.
& ſeq. Surd. deciſ. 105. num. 9. in qua ratione eſt fun-
data reſolutio illa Rotæ,
5 Hinc † dici ſolet quod creditor negans ſibi eſſe
ſolutum habet intẽtionem ſuam fundatam in ſim-
plici negatione, & debitor affirmans ſe in præteri-
tum ſoluiſſe, tenetur id probare tamquam funda-
mentum ſuæ intentionis. *Rol. conſ. 13. num. 65. lib. 3.*

Surd.

Surd. conſ.82. num.18. lib.1. Præterquam in caſu, in
6 quo † debitor prætendat per non ſolutionem qua-
draginta annorum acquiſiuiſſe ſibi libertatem ad-
uerſus obligationem ſoluendi: eo enim caſu negan-
ti ſe ſoluiſſe nō incumbit onus & neceſſitas proban-
di negatiuam, ſed ſufficit ſola allegatio & negatio
cum curſu temporis neceſſarij ad inducendam præ-
ſcriptionem à die natiuitatis actionis. *Natta, conſ.
486. num.3. & ſeq. & conſ.627. num.3. & ſeq. Crauet.
conſ.57. num.9. & conſ.111. num.11.* qui alios alle-
gant. & cum hac ſententia tranſiuit *Marian. Anton.
d. reſolut.5. num.16.*

Hæc autem probatio ſolutionis poteſt multis
modis fieri, &

7 Primò, per † inſtrumentum refutationis & quie-
tationis habitæ à domino & creditore Cenſus, *l. pe-
cuniæ, & ibi Bal. C. de ſolut. Gloſ. in l.2. in verbo, repel-
lere, verſ. reſponde emphyteuta, & ibi Bar. num.9. Bal.
num.18. Alber. num.7. & alij communiter, C. de iure
emphyteut. Bero. in c. potuit, num.171. ext. de locat. Ro-
ta Genu. deciſ.143. num.3. Maſcard. in d. concluſ.1319.
num.16. Rota coram Seraph. deciſ.1339. num.2. par.2.*
& in propriis terminis probationis ſolutionis Cen-
ſus, voluit eadem *Rota corā b.m. Orano, 3. Iulij, 1589.
in illa Foroliuienſi Cenſus, quæ eſt poſt Tract. deciſ.210.
num.2.* Quam probationis ſpeciem eſſe non ſolum
concludentem, ſed etiam neceſſariam, in terminis
Bullæ Nicolai V. demonſtrat *Intriglиolus ſuper Bulla
de Cenſib. quæſt.5. num.36. cum multis ſeqq.* quam ta-
men neceſſitatem in terminis Cenſus conſtituti iux-
ta formam *Bullæ Pij V.* non eſſe admittendam, cen-
ſeo ex iis, quæ dicemus *infra par.3. cap.1. quæſt.3. art.
10. num.10. & ſeqq.*

8 Secundò, eadem ſolutio probari poterit ex † li-
bro rationum non ſolum domini & creditoris Cen-
ſus in quo ſolutiones ſibi factas deſcripſit & anno-
tauit, qui contra ipſum Scribentem plenam fidem,
& probationem facit, *Rim. ſen. conſ.416. nu.20. lib.3.
Maſcard. d. tract. vol.2. concluſ.974. per tot.* Verum
9 † etiam ipſius debitoris, vt animaduertit *Rota coram
b.m. Cardinali Pamphilio, 10 Maij, 1596. in illa Roma-
na Cenſus*, quæ eſt *poſt Tract. Deciſ.226. num.2.* ma-
ximè ſi ſit adminiculatus, vt dicit *ibi Rota*.

10 Tertiò, ſolutio † præfata probatur per confeſſio-
nem eiuſdem creditoris & domini Cenſus. *Bar. in l.
Titia, num.7. ff. de verbor. obligat. Doctor. in l. duobus,
§.1. ff. de iureiur. Hieron. Gabr. conſ.67. num.4. lib.1.
Maſcard. d. concluſ.1319. num.22.* & in puncto *Feli-
cian. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 2. lib.
3. cap. vlt. num.5. verſ. per confeſſionem.*

11 Nam † cōfeſſio creditoris de recepto omnes alias
probationum ſpecies ſuperat, vt latiſſimè deducit
12 *Maſcard. d. tract. vol.1. quæſt.7.* & ſicut † præiudi-
cat non ſolum ipſimet confitenti, ſed etiam illius
hæredibus, ita vt non poſſint illum arguere de men-
dacio, *l. rem alienam, & ibi Paul. de Caſtro, num.4. de
pignor. act. Corn. conſ.147. num.3. lib.1. Ruin. conſ.53.
13 num.18. lib.2. Crauet. conſ.125. num.6.* Immo † etiam
ſucceſſoribus ſingularibus habentibus titulum ab
eo, vt poſt *Bal. conſ.258. lib.4.* dicit *Crauet. d. num.6.
in fine, Surd. deciſ.72. num.9.* Dummodo ius illud ha-
beant poſt confeſſionem & non antea. *Idem Surd.
14 deciſ.256. num.8.* Ita † etiam ſuffragatur non ſolum
ipſi debitori, ſed etiam fideiuſſoribus & aliis obli-
gatis in conſequentiam pro ipſo debitore, vt poſt
multos dicit *Tiraq. de retractu Lignag. §.1. Gloſ.18.
num.83. & ſeq. Maſcard. d. vol.1. concluſ.361. num.9.*
15 Niſi † confeſſionem ſubſequatur promiſſio de ſol-
uendo: tunc enim cōfeſſio de recepto videretur fa-
cta ſub ſpe futuræ numerationis, vt dicit *Bal. in l. ſi
abſentis, num.9. verſ. & ex his, C. ſi cert. pet.* per tex.
quem dicit ſingularem *in l. minor viginti quinque an-
nis cui fideicommiſſum, ff. de minor.* De hac tamen ſpe-
cie probationis videantur, quæ dicuntur *infra hoc 2.
cap. quæſt.5. art.4. num.9. & ſeqq.*

16 Quartò, quòd † ſolutio Cenſus poſſit probari per
teſtes non videtur quod in dubium debeat reuoca-
ri. *Abb. in Rubr. ext. de teſtib. Felin. in rubr. ext. de fide
17 inſtrum. in princ.* Immo † hæc ſpecies probationis
non ſolum eſt iuridica & concludens, ſed ceteris va-
lidior, & dignior, vt deducere conatur *Maſcard. d.
volum 1. quæſt.5. num.3. & ſeqq.* & regulariter ſolu-
tio teſtibus probatur *Maſcard. d. concluſ.1319. num.
16.* & in propriis terminis *Felician. de Solis, d. cap. vlt.
18 num.5. verſ. ſed cum verius.* Dummodo † deponant
non ſolum de ſolutione, ſed etiam quod ſolutio fue-
rit facta ex cauſa Cenſus, de quo eſt controuerſia,
aliàs depoſitio tamquam incerta, & de neceſſitate
non concludens non eſſet releuans, vt poſt *Doctor.
in l. teſtium, C. de teſtib.* dicit *Maſcard. d. num.16.*

19 Et † licet *Salic. in l.2. num.17. verſ. item quod, C.
de iure emphyt.* videatur ſentire quod ad faciendam
dictam probationem ſint neceſſarij quinque teſtes,
prout videtur etiam voluiſſe *Bal. conſ.220. num.1.
lib.1.* Verior tamen opinio eſt, quod duo ſufficiant
per regulam, *l. vbi numerus, ff. de teſtib. c. licet, ext.
eod. tit. Bal. in l. teſtium, num.2. C. eod. Afflict. deciſ.13.
num.26. Octau. Cacher. deciſ. Pedem. 53. num.7. & 15.
Iaſ. in d. l.2. num.134. C. de iure emphyteut. Bero. conſ.
152. ſub num.3. lib.1. Corbol. in ſuo tract. de iure em-
phyteut. cauſa 15. ob non ſolut. Canon. quæſt.4. num.6.*
Nec repugnat auctoritas *Salic. & Bal.* in cōtrarium
20 allegata. Quoniam † vel illi intelligendi ſunt, vt
loquantur in ſolutione quæ tendit ad reſolutionem
contractus, non de ea quæ tendit ad confirmatio-
nem illius, vt contingit in ſolutione annui Cenſus,
& ita reſpondit idem *Bal. conſ.415. lib.2.* & ſequitur
Oſasch. d. deciſ.53. num.15. verſ. contrarium tamen. Vel
quod loquantur in contractibus in quibus requiri-
21 tur ſcriptura, vel ex legis diſpoſitione, vt † eſt con-
tractus emphyteuticus, *Gloſ. in c.1. ext. de Cenſib. Gui.
Pap. deciſ.24. ante n.1.* de quo loquitur *Salic.* & ſimi-
22 liter contractus † Cenſus retentiui, *l. Cenſus, ff. de
Probat.* per quem tex. *Bal. d. conſ.220.* vel ex partium
conuentione, quia partes non erant aliter contra-
cturę, vt dicit *Bal. ibi, num.1.* In quibus caſibus pro-
batio ſolutionis erit facienda aut per ſcripturam,
aut per quinque teſtes, vt dicunt *Salic. & Bal.* in lo-
cis ſupra relatis, & *Bero. d. conſ.152. num.3. verſ. non
23 obſtat id quod dicebat Salic. lib.1.* Vbi † enim proba-
tio facienda eſt per ſcripturā, admittitur etiam pro-
batio per teſtes, dummodo ſint ad minus quinque,
*Doctor. in d. l. teſtium, C. de teſtib. Nep. de Monte Al-
ban. in ſuo tract. de teſtib. nu.19. & 46. Feder. Schench.
in ſimili tract. num.59. Nell. de S. Gemin. in eod. ſuo
tract. num.84. Campeg. in ſimili tract. regula 371.* Sed
quia Cenſus noſter conſignatiuus non requirit de
neceſſitate ſcripturam, vt deductum fuit *ſupra par.1.
cap.4.*

Digitized by Google

*cap.4. num.*15. ſolutio illius poterit probari per te-
ſtes & faciunt dicta per nos *infra par.3. cap.1. quæſt.
3. art.*10.

24 Quintò, † ſolutio annui Cenſus probatur etiam
præſumptionibus & coniecturis, prout regulariter
ad probandam ſolutionem præſumptiones & con-
iecturæ ſufficiunt, *Maſcard. d. concluſ.*1319. *num.*26.
*vol.*3. *Bertaz. conſ. ciuil.*118. *lib.*1. Quod procedit
non ſolum contra ipſum dominum & creditorem
25 Cenſus agentem, ſed † etiam ad illius fauorem ad
effectum vt manuteneatur in ſua quaſi poſſeſſione
exigendi annuos Cenſus: nam ad probandas præ-
teritas ſolutiones, & quaſi poſſeſſionem exigendi
ſufficiunt leuiores probationes, vt poſt *Menoch. de
retin. poſſeſſ. Remed. vlt. num.*39. dixit in propriis ter-
minis *Rota coram b.m. Corduba*, 5. *Iunij*, 1599. *in illa
Romana ſeu Præneſtina Cenſus*, quæ eſt impreſſa *in fine
Tract. deciſ.*209. *num.*2.

26 Vna † autem vrgentiſſima præſumptio, & conie-
ctura ſolutionis Cenſus in præteritum factæ elicitur
ſi probentur tres proximæ præcedentes ſolutiones,
*l. quicumque, C. de Apoch. public. lib.*10. *Bero. d. conſ.*
152. *num.*3. *lib.*1. & teſtans de communi in *d. c. po-
tuit, num.*169. *ext. de locat.* licet neget hanc Theori-
cam probari ex iuribus communiter à Scribentibus
allegari ſolitis, hoc idem dictũ amplectitur *Menoch.
in ſuo tract. de Præſumpt. lib.*3. *Præſumpt.*139. *num.*1.
Corbol. d. tract. de iure emphyteut. cauſa 15. *ob non ſolut.
canon. quæſt.*4. *num.*2. *Teſſaur. deciſ.*114. *num.*4. & in
propriis terminis. *Felician. de Solis, dd. ſuis Commentar.
tomo* 2. *lib.*3. *cap. vlt. num.*5. *verſ. ſed an probatis.
Caſſan. ad conſuetud. Burgund. Rubr.*11. *Des Cenſes*, §.
5. *in tex. & de Cenſe, num.*1. *Foller. in ſua Pract. Cen-
ſuali, in verbo, quæ quidem, num.*73. *ad med. verſ. quid
enim ſi probo. Intrigliol. d. q.*5. *num.*47. *& ſeqq.* Ad
hoc autem vt iſta præſumptiua probatio reſultans
ex præcedentibus ſolutionibus ſit releuans, plura
requiruntur, & quidem.

27 Primò, † quod præceſſerint ad minus tres ſolutio-
nes & de illis appareant tres apochæ, & quietatio-
nes ſeparatæ & diſtinctæ vnaquæque de per ſe; ſe-
cus autem ſi ſit vna tãtum apocha, & quietãtia con-
tinens vnicam ſolutionem pro tribus præteritis an-
nis, *Caſſan. d.* §.5. *in tex. & de Cenſe, num.*1. *Corbol. d.
quæſt.*4. *nu.*3. cum aliis relatis à *Menoch. d. Præſumpt.*
139. *nu.*4. *Intrigliol. d. q.*5. *nu.*50. & colligitur ex eo-
dem met *tex. in d. l. quicũque ibi apochas ſecuritates*, &c.
non enim eſt credendum Imperatorem perperam
28 fuiſſe loquutum in numero plurali. Ceterum † ſi
oſtenderentur tres apochæ & ſecuritates continen-
tes ſolutionem pro nouem annis, ſcilicet quælibet
continens ſolutionem pro tribus annis, vtique cen-
ſeretur probata ſolutio pro toto tempore præterito,
etiam quod ſolutiones pro tribus annis præteritis
proximè præcedentibus continerentur non in tri-
bus apochis, & ſecuritatibus diſtinctis, & ſeparatis,
ſed dumtaxat in vna, & ita conſiderat *Guil. de Be-
ned. in repet. c. Raiuntius, in verbo, ſi abſque liberis, el
ſecundo, in tract. de legat. & fideicomm. num.*188. *ext.
de teſtam.* ſequitur *Foller. in d. ſua Pract. Cenſuali, in d.
verbo, quæ quidem, num.*73, *ad finem*.

29 Secundò † requiritur, quod dictæ tres ſolutiones
ſint pro tribus annis proximè præteritis, & imme-
diatè præcedentibus, ſecus ſi reſpiciant tres annos
iam retro effluxos & interpolatè decurſos plenè,
*Cranet. conſ.*312. *per tot. lib.*2. *Vinc. de Franch. deciſ.*
137. *per tot. par.*1.

30 Tertiò, † quod contineant ſolutiones pro tribus
annis, nec ſufficeret quod continerẽt ſolutiones pro
tribus ſemeſtribus, *Alex. conſ.*105. *nu.*3. *lib.*3. quem
31 ſequutus fuit *Foller. d. num.*73. *ad fin.* licet † *Menoch.
d. Præſumpt.*139. *num.*13. poſt alios, quos allegat ve-
lit ſufficere ſi contineant ſolutiones pro tribus ſe-
meſtribus,

32 Ego † tamen non exiſtimo in propoſito eſſe rece-
dendum ab opinione *Alex.* & ſequacium, quæ ſatis
bene videtur comprobari, & confirmari ex *d. l. qui-
33 cumque, C. de apoch. publ. lib.*10. Illa † enim requirit
taciturnitatem & patientiam trium annorum, quæ
non poteſt verificari in tribus ſemeſtribus. & eo li-
34 bentius huic opinioni adhæreo, quo † Cenſus ven-
di ſolet ad rationem certæ reſponſionis ſoluendæ
anno quolibet (licet pro maiori commoditate debi-
toris ſolutiones diuidantur, vt plurimum in ſeme-
ſtria) & ſic cum debitum ſit annale apochæ, debent
continere ſolutiones integras trium annorum, vt
conſiderat *Alex. d. num.*3. *Guil. de Bened. loco citato,
num.*186. *Maſcard. d. ſuo tract. de Probat. volum.*3. *con-
35 cluſ.*1321. *num.*13. Et apochis † pro tribus ſemeſtri-
bus non conueniunt, nec aptari poſſunt verba *d. l.
quicumque*, ergo neque etiam illius diſpoſitio in illis
locum habere poteſt vulg. *l.*4. §. *toties, ff. de damno
infecto*, cum ſimil. Et hæc opinio confirmatur, quo-
36 niam † diſpoſitio *d. l. quicumque* eſt exorbitans à iu-
re communi. *Cranet. d. conſ.*313. *num.*2. *in fine, verſ. ſe-
cundo, & num.*4. *verſ. ſexto. Vinc. de Franch. d. deciſ.*
37 137. *num.*3. & ideo † debet intelligi ſtricte, & in ca-
ſu in quo loquitur, videlicet, in apochis & ſecuri-
tatibus trium cohærẽtium annorum, & non exten-
di ad apochas, & ſecuritates triũ ſemeſtrium. Quia
38 † in huiuſmodi exorbitantibus non fit extenſio.
Gloſ. in §.1. *in verbo, curationẽ, in Auth. vt hi qui oblig.
res min. Cranet. d. conſ.*313. *nu.*2. *verſ. ſecundo*, etiam
ex identitate, immo nec ex maioritate rationis. *Do-
ctor. in Auth. quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſ. Cranet. d.
conſ. num.*4. *verſ. ſexto.* In caſu autem propoſito non
ſolum non adeſt identitas, vel maioritas rationis in
apochis continentibus ſolutiones pro tribus ſeme-
ſtribus, quæ eſt in apochis continentibus ſolutiones
pro tribus annis, immo diſparitas, vt animaduertit,
& deducit *Foller. d. num.*73. *ad fin. merito*, &c.

39 Cum autem hæc † probationum ſpecies ſit præ-
ſumptiua, admittit probationem in contrarium: &
propterea creditor Cenſus debet admitti ad pro-
bandam negatiuam non ſolutionis. *Intrigliol. d. q.*5.
*num.*51. *& ſeqq.*

40 Iſta autem † præſumptiua probatio non eſſet re-
leuans, quando creditor recipiens tres vltimas ſolu-
tiones, proteſtaretur expreſſè, ſe illas recipere abſ-
que præiudicio præteritorum terminorum; & quòd
vult ſibi eſſe ſaluum ius quo ad præteritum. Quia
cùm per talem proteſtationem excludatur conſen-
ſus quo ad præteritum debitum, non poteſt per re-
ceptionem trium ſolutionũ reſultare ſufficiens pro-
batio reſpectu præteritorum terminorum. Ita *Luc.
de Pen. in d. l. Quicumque, col.*2. *Crauetta, conſ.*313. *ſub
num.*5. *verſ. octauo, lib.*2. *Maſcard. de Probat. vol.*3.
*concluſ.*1321. *num.*13. *Menoch. de Præſumpt. lib.*3. *præ-
ſumpt.*

41 *ſumpt.139.num.30.* Sicut † è conuerſo, ſi creditor recipiat ſimpliciter abſque vlla proteſtatione circa præteritum debitum, tres vltimas ſolutiones, intelligitur præteritis terminis, quatenus ſoluti non eſſent, renunciare, quaſi in præteritum ſit integraliter ſolutus & ſatisfactus. *Bal. in cap. littera, num. 7. ext. de dilat. Bart. Alex.* & alij plures *in l. ſi certis annis, C. de Pactis.*

42 Hæc † tamen probatio nocet illi dumtaxat, qui tales ſolutiones recepit, & apochas fecit, nõ etiam alteri tertiæ perſonæ. Et propterea, ſi ceſſionarius, qui recepit tres vltimas ſolutiones, tres apochas diſtinctas & ſeparatas faciat, licet inde contra ipſum inſurgat probatio, quod fuerit pro præterito ſolutus & ſatisfactus; hæc tamen probatio non nocet cedenti, quin ipſe ex propria perſona poſſit petere id quod ſibi debebatur ante factam ceſſionem pro præteritis terminis Cenſus. *Caſtellan. Coſta, in ſuis memorabilib. in verbo, ſolutio facta.* refert *Menoch. d. Præſumpt. 139. num. 32.*

ARTICVLI SEPTIMI

SVMMARIA.

1 *Fructus ex contractu Cenſus nullo non debentur. & infra.*

2 *Dominus Cenſus non amittit dominium pecuniarum, quas in emptionem Cenſus nulliter factam erogauit.*

3 *Immo poteſt illas quandocumque ad ſui libitum repetere.*

4 *Dominus Cenſus ſi recipiat, vel exigat fructus Cenſus nulliter conſtituti, illos ſuos non facit.*

5 *Dominus Cenſus tenetur reſtituere fructus ex contractu Cenſus nullo perceptos, vel illos in ſortem compenſare.*

Immo talis compenſatio fit ipſo iure abſque facto hominis, ibidem.

6 *Fructus Cenſus exacti ex contractu nullo, poſſunt à fiſco vendicari.*

7 *Fructus ex Cenſu nullo nec etiam à ſponte ſoluente recipi poſſunt, & eſt prima ampliatio ad concluſionem.*

8 *Amplia. 2. vt non poſſint recipi etiam ab eo, qui eſt ſolitus dare ſuas pecunias ad honeſtum lucrum.*

9 *Amplia. 3. vt nec etiam recipi poſſint ſub prætextu alicuius conſuetudinis.*

Amplia. 4. vt nec excuſet ſexus mulieribus, nec bona fides, num. 12.

Amplia. 5. vt non ſuffragetur renunciatio pacti annullantis contractum, num. 13.

10 *Conſuetudo quantumuis iniuſta, & irrationabilis excuſat à pœna.*

11 *Limitatur in conſuetudine permittente vſuras.*

14 *Debitor Cenſus tenetur ad intereſſe etiam ex contractu nullo, quando expreſsè ad illud ſe obligauit.*

15 *Item quando pretium Cenſus fuit verè, & cum effectu conuerſum in illius vtilitatem.*

16 *Dominus Cenſus recipiens fructus ex Cenſu, qui habet implicitum ſtatum validitatis ante declarationem nullitatis, illos acquirit.*

17 *Dominus Cenſus recipiens fructus ex Cenſu, qui habet implicitum ſtatum validitatis ante declarationem nullitatis, illos acquirit.*

Fructus ex contractu Cenſus nullo, an percipi poſſint.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

IN hoc ſeptimo & vltimo articulo non minus facilis quam breuis eſt reſponſio, & reſolutio. Quod † enim data
1 nullitate contractus cenſualis ceſſare debeant fructus illius eo fundamento, vel quia emens Cenſum non ſeruata forma *Conſtitutionis Pij V. ſuper Cenſibus* (& ſic nulliter vt ipſemet Papa ibi ſanciuit *in verſ. contractuſq., ſub alia for-*
2 *ma, &c.*) non † amittit dominium ſuarum pecuniarum in emptionem ſimilis Cenſus erogatarum, vt poſt *Sot. de Iuſtit. & iure, lib. 6. quæſt. 4. in princ.* fuit reſolutum in *Rota coram b.m. Gypſio. 6. Iunij, 1594. in illa Vrbeuetana Cenſus* quæ eſt impreſſa *poſt Tract. De-*
3 *ciſ. 11. num. 3.* immo † poteſt illas quandocumque repetere, vt dicemus *infra par. 3. ao. 1. quæſt. 2. art. 2.* vel quia reſoluto contractu cenſuali ſors remanet penes vẽditorem & debitorem illius tamquam purum & merum mutuum in quo non cadit perceptio fructuum, vt dicebat *Rota coram Illuſtriſſimo Cardinali Mellino, 20 Maij, 1602 in illa Romana Societatis officij,* quæ eſt *ibidem deciſ. 327. num. 4 & coram R.P.D. Pirouano, 17. Februarij, 1612. in illa Romana Cenſus,*
4 *quæ ibidem eſt deciſ. 31. num. 6. & ſeq.* & † propterea ſi dominus & creditor fructus ex tali Cenſu nullo exigat & recipiat illos ſuos non faciat, vt voluit *Rota coram b.m. Gypſio, 13. Februarij, 1595. in illa Vrbeuetana Cenſus,* quæ eſt *ibidem deciſ. 12. num. 1.* & de fructibus perceptis ex Cenſu empto non præſenti pecunia (& propterea ex *Bulla Pij V.* nullo) non acquirendis, ſed ſoluenti reſtituendis, dixit *Rota coram Reuerendiſſimo P.D. Sarrato, 11. Decembris, 1602. in illa Romana Cenſus de Mutinis,* quæ eſt *ibidem deciſ. 119. per tot.*

5 Quo † caſu dominus Cenſus fructus præfatos indebite & illicitè perceptos tenetur reſtituere, vt dictum eſt, vel illos in ſortem principalem imputare, & cum illa in redemptione Cenſus proportionabiliter compẽſare; immo etiam ipſo inuito talis compenſatio fit ipſo iure à lege abſque aliquo facto hominis, *c. 1. & 2. c. conqueſtus, ext. de vſur.* & dixit *Rota in illa Vrbeuetana Cenſus, 13. Februarij, 1595. coram b.m. Gypſio, num. 2.*

6 Vnde † non ſine ratione fuit per *Pium V. in d. ſua Conſtitutione, verſ. & ita illis propterea non obſtantibus.* ſancitum quod fructus Cenſus contra formam dictæ ſuæ Bullæ impoſiti & cõſtituti ſi ſint exacti, poſſint à fiſco vendicari, vt conſiderant *Baccaet. in ſuo tract. de Cenſibus, par. 2. num. 139. & par. 3. num. 56. & Ludouic. Mulina, in ſuo tract. de Contract. par. 2. diſput. 392. num. 1.* Ampliatur autem hæc concluſio nonnullis modis, &

7 Primò, † vt fructus ex Cenſu nullo & contra formam Conſtitutionis *Pij V.* impoſiti, & conſtituti ſint adeo indebiti, vt nec etiam recipi licitè poſſint à ſponte ſoluente, vt dicebat *Rota in vna Vrbeuetana Cenſus, 2. Maij, 1595. coram b.m. Gypſio,* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 228. num. 2.*

8 Ampliatur 2. vt † nec etiam poſſit fructus præfatos exigere, vel recipere is, qui eſt ſolitus ſuas pecu-

nias

niaſdate ad honeſtum lucrum, vt dicebat *Rota in dicta Vrbeuetana Cenſus, 2. Maij, 1595. num. 3.*

9 Ampliatur 3. vt † nec etiam ſub prætextu alicuius conſuetudinis, quæ in cõtrarium vigeret poſſint

10 dicti fructus licitè percipi: licet enim † conſuetudo quantumuis iniuſta, & irrationabilis excuſet à pęna. *Bar. in l. 1. num. 11. ff. quod quiſq. iur.* & alij relati ab *Honded. conſ. 88. num. 47. & conſ. 9.. num. 18.*

11 *lib. 2.* Hoc tamen fallit in caſu propoſito, † in quo tractatur de conſuetudine permittente vſuras, quæ cum ſint de iure diuino, & naturali prohibitæ, talis conſuetudo tamquam contra ius naturale, & diuinum non excuſat, vt deducit *Bero. conſ. 167. per tot.* & ſignanter *num. 10. verſ. non obſtat conſuetudo, lib. 1.* & firmauit *Rota coram b. m. Gypſio. 6. Iunij. 1594 in illa Vrbeuetana Cenſus*, quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 11. num. 3. & 6. & coram eod. in eadem cauſa, 2. Maij, 1595. vt ibid. deciſ. 228. num. 2.* & aliàs dicebat eadem *Rota coram Illuſtriſs. Cardinali Mellino, 29. Ianuarij, 1601. in illa Romana ſocietatum,* quæ eſt *ibidem deciſ. 9. nu. 23.* quod in materia vſuraria non ſuffragatur conſuetudo.

12 Ampliatur 4. hæc eadem concluſio, vt † à reſtitutione fructuum ex contractu cenſuali nullo ob aliquod pactũ contra ſubſtantiam illius, vel aliàs vſurarium, in eo appoſitum non excuſet nec ſexus muliebris, nec bona fides cum eo caſu fructus ipſo iure extenuent ſortem, vt diximus *ſupra num. 5.* & dixit *Rota coram Seraphino, deciſ. 1006. num. 7. & ſeqq. parte 2.*, licet ſecus eſſe dicat vbi nulla labes vſuraria conſiderari poteſt.

13 Ampliatur 5. loco ex iis, † quæ notat *Felician. in dd. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 2. lib. 1. cap. 7. nu. 4.* videlicet, quod vbicumque contractus cenſualis eſt nullus, & reprobus propter appoſitionem alicuius pacti quod ſit de ſe vſurariũ, vel contra ſubſtantiam dicti contractus, & per conſequens dominus & creditor Cenſus non poſſit licitè ex eo fructus percipere, non ſuffragetur ei ſi tali pacto renũciet, nam non obſtante dicta renunciatione non poterit licitè dictos fructus percipere, cum poſt delictum conſumatum huiuſmodi renunciatio nullam illi poſſit afferre vtilitatem, nec excuſationem vti, ibi latè comprobat *Felician.*

Limitari autem debet ſupra firmata concluſio, vt

14 non procedat ſi † debitor Cēſus etiam in huiuſmodi contractu nullo & inualido obligauit ſe expreſſè ad damna & intereſſe, quia eo caſu ratione dictæ ſuæ obligationis teneretur ad ſolutionem dictorum fructuum non quidem tamquam fructuum Cenſus, ſed ratione damnorũ & intereſſe, & eo nomine poterit dominus Cenſus illos licitè conſequi & percipere, vt dixit *Rota coram b. m. Iuſto, 26. Maij, 1600. in illa Tudertina Cenſus*, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 139. num. 8. & coram eodem, 28. Iunij, 1601. in vna Romana Cenſus Sancti Celſi*, quæ eſt *ibidem deciſ. 229. per tot.* Immo etiã quod in inſtrumento Cenſus non foret facta dicta obligatio de ſoluendo damna, &

15 intereſſe, ſi † tamen pretium Cenſus verè, & cum effectu foret conuerſum in rem, & vtilitatem venditoris & debitoris Cenſus fructus ex dicto contractu nullo, & illicito poſſet dominus Cenſus licitè percipere, vt dixit *ibi Rota, num. 1.* tamquam licitum intereſſe quod eſſet probatum & liquidatum ex eodem met inſtrumento venditionis Cenſus abſque alia probatione, & liquidatione, vt ſupra dictũ fuit *parte 1. cap. 2. quæſt. 1. art. 6.* quod hic repetere ſuperuacaneum eſſe exiſtimaui.

16 Limit. ſecundò, in † Cenſu, qui aliquando fuit in ſtatu validitatis; vt dicitur de Cenſu impoſito ſuper bonis Eccleſiæ; qui ita demum eſt nullus, ſi Eccleſia volet, vt diximus *ſupra par. 1. c. 2. q. 3. art. 2.* Nam dominus huiuſmodi Cenſus recipiens fructus illius antequam dictum ſit de eius nullitate, illos ſibi acquirit, nec tenetur ad illorum reſtitutionem, vt diximus *d. art. 2. in fine*, & deducit *Stephan. Gratian. Diſceptat. Forenſ. tomo 3. cap. 559. num 64.*

17 Limitatur † ſecundò in Cenſu qui aliquando fuit in ſtatu validitatis, vt dicitur de Cenſu impoſito ſuper bonis Eccleſiæ, qui habet implicitum ſtatum validitatis, cum ita demum ſit nullus, ſi Eccleſia velit, vt diximus *ſupra parte 1. cap. 2. quæſt. 3. art. 2.* nam dominus huiuſmodi Cenſus recipiens illius fructus antequam dictum ſit de illius nullitate, illos ſibi acquirit, nec tenetur ad illorum reſtitutionem, vt diximus *ſupra d. art. 2. in fine*, & deducit *Stephan. Gratian. Diſceptat. Forenſ. tomo 3. cap. 559. num. 64.* poſt hæc ſcripta viſus.

QVÆSTIONIS V.

SVMMARIA.

1 *Dominus Cenſus non eſt propriè creditor, reſpectu ſortis.*
2 *Venditor Cenſus non eſt propriè debitor, reſpectu ſortis.*
3 *Cenſus formalis, quis ſit.*
Cenſus materialis, quis ſit.

Quibus actionibus & remedijs Cenſus exigi valeat.

QVÆSTIO QVINTA.

QVINTA & vltima ſupereſt Quæſtio in hac ſecunda parte principali, in qua tractandum eſt de remediis actionibus, quæ domino, & creditori Cenſus occaſione illius competunt. Non quidem ad repetendum pretium in emptionem Cenſus erogatum, quam ſortem principalem

1 appellant, quoniam † dominus Cenſus non poteſt propriè dici creditor ipſius ſortis, ſed fructuum tantum, vt animaduertit *Doctor Marta, Voto 51. num. 6.* & fuit dictum in *Rota coram Seraphino deciſ. 890. nu. 3. par. 1.* cum illa regulariter non poſſit ab inuito repeti, vt dicitur *d. num. 3.* & ſanciuit *Pius V. in ſua Bulla ſuper Cenſib. verſ. Pacta etiam continentia*, &c. & nos diximus ſæpius, & dicemus latius *infra parte 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 4.*

2 Prout † e conuerſo is, qui Cenſum ſoluit non dicatur debitor ſortis, ſed annuæ reſponſionis, quæ ſoluitur ſingulis annis, vel ſingulis ſemeſtribus pro fructibus Cenſus. *Hieron. Gabr. conſ. 141. num. 8. lib. 1. Vinc. de Franch. deciſ. 234. nu. 9. Surd. deciſ. 204. nu. 32.* Sed agendum eſt de actionibus competentibus tam

pro

3 pro Cenſu formali, qui † eſt illud ius ex quo naſcuntur, & renouantur ſingulis annis fructus, qui ſoluun-
4 tur, quàm pro materiali, id eſt, † pro illa annua, vel ſemeſtrali reſponſione, & Cenſu, qui loco fructuum ſoluitur iuxta diſtinctionem aliàs *ſupra* factam *hac eod. parte 2. cap. 1. quæſt. 1. art. 2. num. 2.*

Hanc autem quintam Quæſtionem in nouem Articulos diuidendam eſſe duxi, in quorum quattuor prioribus agetur de remediis, quæ competunt pro Cenſu formali, in ſequentibus quinque de remediis & actionibus, quæ dantur pro exigendo Cenſu materiali. Articuli autem ſunt infraſcripti, videlicet.

Primus. Pro Cenſu formali datur iudicium petitorium, & quid in eo probandum ſit.

Secundus. An pro eodem Cenſu formali competant remedia poſſeſſoria, & quæ.

Tertius. Cui & contra quem competant dicta remedia poſſeſſoria.

Quartus. Quid in his remediis poſſeſſoriis probandum ſit.

Quintus. An dominus Cenſus propter moram debitoris in ſoluendo Cenſum poſſit propria auctoritate capere fructus rei ſuppoſitæ, vel aliorum bonorum.

Sextus. An pro Cenſu materiali competat via executiua, & contra quos.

Septimus. An pro annuis cenſibus agi poſſit actione perſonali, & contra quos.

Octauus. An pro annua reſponſione cenſuali agi poſſit actione in rem ſcripta contra poſſeſſores bonorum ſuppoſitorum, vel aliorum.

Nonus. An poſſeſſores bonorum ſuppoſitorum, vel aliorum conueniri poſſint actione hypothecaria, vel remedio vtilis Saluiani Interdicti pro ſolutione annui Cenſus, vbi conſtituitur regula affirmatiua cum nonnullis ampliationibus, limitationibus, & declarationibus.

ARTICVLI PRIMI SVMMARIVM.

1 *Iudicium aliud eſt petitorium, aliud poſſeſſorium.*
2 *Petitorium iudicium eſt, quando agitur de dominio vel quaſi.*
3 *Poſſeſſorium iudicium eſt, quando agitur de mera poſſeſſione vel quaſi.*
4 *Pro Cenſu formali competit iudicium petitorium.*
5 *Ex contractu cenſuali oritur obligatio, quæ parit actionem realem.*
6 *Ius quod oritur ex contractu Cenſus, eſt reale.*
7 *Iudicium petitorium pro Cenſu formali intentatur, vel per actionem negatoriam, negando aduerſario, nullum ius competere.*
8 *Vel per actionem confeſſoriam, petendo declarari, ſibi ius competere.*
9 *Actor debet probare fundamentum ſuæ intentionis.*
10 *Negatoria agens nil tenetur probare, ſed negatione eſt tutus.*
11 *Facta non præſumuntur, ſed probari debent ab allegante.*
12 *Res quælibet præſumitur libera.*
13 *Confeſſoria agens debet probare. Primò ius illud ſibi competere.*
14 *Secundò quod illud ius ſpectet ad ſe iure dominij, vel quaſi, & num. 21.*
Tertiò Cenſum pro quo agit fuiſſe impoſitum iuxta formam Bullæ Pij V. num. 22.
15 *Solutionum annui Cenſus receptio non facit probationem legitimam, quod Cenſus ille ſpectet ad recipientem iure dominij, vel quaſi.*
16 *Limitatur, niſi huiuſmodi ſolutio fuerit facta uniformiter per decennium, ex cauſa dicti Cenſus.*
17 *Maximè ſi ſint deperdita inſtrumenta cenſualia.*
18 *Admittit tamen probationem in contrarium, cùm ſit probatio præſumptiua.*
19 *Limitatur 2. ſi huiuſmodi ſolutio eſſet facta per tempus immemorabile etiam abſque expreſſione alicuius cauſæ ob quam fieret.*
20 *Solutio immemorabilis habet vim cauſæ, & legitimi tituli.*

Petitorio iudicio pro Cenſu formali, an agi poſſit & quid in eo ſit probandum.

ARTICVLVS PRIMVS.

INTER alias iudiciorum diuiſiones, vna
1 eſt, quod aliud ſit † petitorium, aliud poſſeſſorium, vt in *Rubr. & tot. tit. ff.* eleganter *in l. ordinarij, C. de rei vendic. Gloſ. in l. momentaneæ, C. vnde vi, Speculat. in tit. hab. Canoniſtæ communiter in Rubr. de cauſa poſſeſ. & propr. extr. in 6. & in Clem. & Legiſtæ in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poſſ.* & alibi paſſim.
2 Petitorium † autem iudicium eſt, quando agitur de proprietate, & dominio, vel quaſi, alicuius rei,
3 quæ in iudicium deducitur. Poſſeſſorium † verò quando agitur de mera poſſeſſione vel quaſi, vt docent Doctores in locis allegatis, plenè explicat *Roberti Maranta in ſuo Speculo, Aureo, parte 4. diſt. 7. nu. 1. & 2. Contard. de Moment. poſſeſ. quæſt. 1. 2. per totum,* & maximè *num. 7. & 8.* Videndum itaque eſt an pro Cenſu formali de quo nunc agimus, competat tam iudicium petitorium quam poſſeſſorium, & prius agendum eſt de petitorio in iſto, mox de poſſeſſorio in tribus ſequentibus Articulis.
4 Quod † autem pro Cenſu iſto intentari poſſit iudicium petitorium videtur indubitabile; cum enim
5 ex contractu † cenſuali oriatur obligatio, quæ parit actionem realem, *Gratian. conſ. 103. num. 4. Tiraq. de Retractu lignag. §. 1. Gloſ. 6. nu. 4.* poſt quos, *Rota in vna Romana Cenſus de Caſtrellis 10. Decembris, 1587. coram bo. me. Gypſio, quæ eſt impreſſa poſt Tract. decif. 339.*
6 *num. 6. & 8.* Et ius † quod ex contractu Cenſus oritur ſit reale, *Gabr. conſ. 34. num. 1. & conſ. 148. num. 1. & ſeqq. lib. 2. Benedict. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. quæſt. 30. ſub num. 65.* nemo negauerit quin ſicut pro aliis rebus & iuribus realibus dantur actiones reales & competit iudicium poſſeſſorium, pro hoc etiam iure cenſuali idem iudicium petitorium competere poſſit.

Dicetur autem intentatum iudicium petitorium pro hoc iure cenſuali ſi agatur de dominio vel quaſi iuris exigendi fructus Cenſus & annuas reſponſiones

nes cenſuales. Quod poteſt duobus modis intenta-
7 ti & proponi. Vno † quidē ſi dominus Cenſus agen-
do petat per Iudicem declarari ius illud ad ſe ſpe-
ctare iure dominij vel quaſi, quo caſu cōpetit actio
8 confeſſoria. Altero † modo ſi quis dubitans conue-
niri ab aliquo pro ſolutione Cenſus, vel etiam exi-
ſtens in quaſi poſſeſſione ſoluendi annuas reſpōſio-
nes cenſuales adeat Iudicem petendo declarari per
eum ius illud exigendi aduerſario contra ſe nō com
petere. & tunc datur actio negatoria vel quaſi, §.
*æque. & ibi Ang. Aret. num. 9. & 10. Iaſ. num. 55. 56.
& 61. & alij. Inſtit. de action. Bellam. conſ. 21. num. 8. ad
fin. Iacob. Venent. in ſuo tract. de ann. præſtat. parte 2. q.*
2. & in puncto *Gabr. d. conſ. 141. num. 4. & 5. & d.
conſ. 148. num. 3. & 4. lib. 2. Federic. Martin. in ſuo tract.
de iure cenſu. cap. 9. num. 84.* & fuit reſolutum in *Rota
coram b. m. Orano, 24. Octobris,* 1588. *in vna Romana
Cenſus,* quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 231. num. 6.
in fine.*

9 Et licet quilibet † qui agendo in iudicium com-
paret teneatur iuſtificare fundamentum ſuæ inten-
tionis, *l. qui accuſare, C. de eden. cum vulgar.* Is tamen
10 qui agit † actione negatoria nihil probare tenetur,
ſed ſatis eſt tutus, negando aduerſarij intentionem
qui cum præſupponat annuam Cenſum ſibi deberi
11 nititur non ſolum in facto, † quod non præſumitur,
ſed ab allegante probari debet, non autem à negan
te, *l. in bello, §. factæ, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* ple-
nè *Franc. Herculan. in ſuo tract. de proban. negat. num.*
54. & 55. ſed etiam in facto, quod habet præſum-
12 ptionem iuris contra ſe, cum † de iure quælibet res
præſumatur libera, vt *not. in l. altius, C. de ſeruit. & aq.
in l. circa, ff. de probat.* Cenſus autem impoſitio licet
non ſit vera ſeruitus, habet tamen quandam ſerui-
tutis ſpeciem, vt diximus *ſupra parte 1. cap. 2. quæſt.
3. art. 1.* ergo agenti negatoria nihil probādum eſt,
ſed illi ſat eſt negare intentionem aduerſarij, *Bel-
lam. d. conſ. 21. num. 9.*

Vel quatenus velit in ſe ſuſcipere onus aliquid
probandi poterit obiicere aduerſario Cenſum de
quo in iudicio agitur fuiſſe & eſſe ab initio nullum
ipſo iure iuſtificando ſimpliciter vel illum fuiſſe im-
poſitum contra formā *Conſtitutionis Pij V. de forma
crean. Cenſ.* nō ſuper re immobili, fructifera, & certis
finibus deſignata, vel in illius alienatione, & ven-
ditione fuiſſe appoſitum aliquod ex iis pactis, quæ
ſupra hac ead. parte 2. cap. 1. q. 3. per tot. diximus red-
dere nullum & fœneratitium contractum cenſua-
lem: nam cum ex ſimili Cenſu nulli poſſint deberi
fructus & reſpōſiones, vt diximus *in præcedenti quæſt.
art. 7.* ſatis erit agenti negatoria actione ad victoriā.

13 Is autem † qui ad Cenſum iſtum formalem actio-
ne confeſſoria agere volet, debet non ſolum allega-
re ſibi competere ius conſequendi annuas reſpōſio-
nes cenſuales ex contractu Cenſus, & probare tale
ius ſibi ex dicto contractu Cenſus, & probare tale
ius ſibi ex dicto contractu deberi, *Gloſ. fin. ad fin. in c.
querelam. ext. de elect.* ſed etiam cauſam ſpecificam
claram, & concludentem, ſcilicet, contractū ex quo
Cenſus debitus ſit, puta ex cōtractu emptionis, do-
nationis, legati, &c. *Cin. in l. ſi certis annis, num. 12. C.
de pact. Guido Papa, deciſ.* 408 in propriis terminis no-
ſtris, *Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann. reditib. lib. 1. q.
15. num. 32. & ſeqq.* aliàs Cenſus ille diceretur Cen-
ſus ignorantiæ, cum illius cauſa ignoretur, vt di-
xit *text. in cap. peruenit, & ibi Butr. num. 4. ext. de
Cenſib.* quem nec humanis, nec diuinis legibus in-
ueniri reſpondet ibi Papa & refert *Roderic. d. quæſt.
15. num. 33.*

14 Debet † præterea probare ius illud ad ſe ſpecta-
re iure dominij, vel quaſi, *c. peruenit. ext. de Cenſib.*
cum regulariter in iudiciis realibus ſit neceſſaria
probatio dominij ex parte actoris, *§. omnium. & ibi
Gloſ. & Doctor. Inſtit. de act.*

15 Nec eſſet † releuans probatio, quæ reſultaret ex
receptione ſolutionum in præteritum factarū, quo-
niam ex iis non infertur de neceſſitate quod reci-
pienti competat ius illud recipiendi iure dominij,
vel quaſi, *Bar. in l. quidā in ſuo tract. nu. 4. ff. de condit.
& Inſtit. Corn. conſ. 19. num. 15. lib. 2. Bon. d. ſuo tract. de
Cenſib. art. 39. num. 65. Roder. d. quæſt. 15. num. 2. & 3.
Federic. Martin. in d. ſuo tract. de iure cenſu. cap. 7. num.*
16 57. *& ſeqq.* Niſi † talis ſolutio fuerit vniformiter fa-
cta per ſpatium decem annorum, & appareat fuiſſe
factam ex cauſa dicti Cenſus: tunc enim ex talibus
ſolutionibus reſultaret legitima probatio dominij,
vel quaſi dicti iuris. *Doctor.* communiter *in l. cum de
in rem verſo ff. de vſur. Pariſ. conſ. 45. num. 28. lib. 1. &
conſ. 13. num. 14. lib. 4.* & in propriis terminis *Rode-
ric. d. q. 15. num. 5. Federic. Martin. in d. ſuo tract. de iure
cenſ. c. 3. num. 73. & ſeqq.* vbi hoc ampliat multipli-
citer *vſque ad num. 125. & c. 7. num. 57. & ſeqq. Mich.
Salon.* qui teſtatur de communi *in ſuo tract. de con-
tract. & commerc. human. in tit. de Cenſib. art. 3. contro-
uerſ. 24. num. 3. verſ. quarta aſſertio,* & voluit *Rota in
vna Anconitana Cēſus, 25. Maij,* 1598. *coram b. m. Cor-*
17 *duba,* quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 111. nu. 6.* maximè † ſi
ſint deperdita inſtrumenta cenſualia, vt dicit *Bon.*
18 *d. num. 65. verſ. deperditis etiam.* Quæ † tamen cum
ſit probatio præſumpti tituli præcedentis proue-
niens ex præſumptione *d. l. cum de in rem verſo.* vt
animaduertit *Martin. d. num. 57.* & alij, poterit per
quamlibet legitimam probationem in contrarium
factam ſubuerti, vt dicit *Roderic. d. quæſt. 15. num. 6.*

19 Poſſet etiam † ſuffragari probatio ſolutionū præ-
cedentium etiam abſque alicuius cauſæ expreſſione
factarum, ſi fuiſſent factæ per tempus immemora-
20 bile, quia † immemorabilis illa, & continuata ſolu-
tio Cenſuum habet vim cauſæ, & tituli, vt poſt *Co-
uar. in Regula poſſeſſor. parte 2. §. 4. de reg. iur. lib. 6.* di-
cit *Mich. Salon. d. controuerſ. 24. num. 3. verſ. tertia aſ-
ſertio. Federic. Martin. d. c. 3. num. 129. & ſeq. & d. cap.
7. num. 40. & ſeq. Gaſp. Roderic. d. q. 15. num. 4.* & nos
diximus *ſupra hoc 2. cap. quæſt. 3. art. 9. num. 29.*

21 Exceptis † autem his caſibus agens actione con-
feſſoria pro iure exigendi annuas reſponſiones cen-
ſuales debebit probare Cenſum cuius vigore rece-
pit ſolutiones ad ſe ſpectare, & pertinere ex titulo
habili ad transferendum dominium, vel quaſi, de
quibus diximus *ſupra hic 2. parte, cap. 1. q. 1. art. 1. &
2.* Quomodo autem fieri poſſit huiuſmodi proba-
tio, docuimus *ſupra parte 1. c. 4. quæſt. 1. per tot.*

22 Debet † etiam is, qui actione confeſſoria pro iu-
re cenſuali agit probare Cenſum illum ſuper quo
lis agitur fuiſſe impoſitum, & cōſtitutum iuxta for-
mam dictæ *Conſtitutionis Pij V.* cum aliter conſtitu-
tus ſit nullus, & illum pro feneratitio habendum eſ-
ſe, declaret *ibi Papa in verſ. contractusq. ſub alia for-*

ma,

Digitized by Google

ma, &c. & ſubiungat ex contractu aliter celebrato Cenſus annuos exigi non poſſe & exactos fiſco applicet. vt nos quoque diximus *ſupra quæſt. præcedenti, artic. vlt.*

ARTICVLI SECVNDI

SVMMARIA.

1 *Poſſeſſorium iudicium dicitur ſummarium, & ideo in multis priuilegiatum.*
2 *A ſententia lata in poſſeſſorio non datur appellatio, ſaltem quo ad effectum ſuſpenſiuum.*
3 *Limitatur de iure Canonico, quo appellatur ad vtrumque effectum.*
4 *Sublimitatur in locis vbi ſeruari debent Conſtitutiones Ægidianæ, quib. prohibetur appellatio in poſſeſſorijs.*
5 *Conſtitutio Ægidiana reducit iudicium poſſeſſorium ad terminos iuris ciuilis.*
6 *Pro Cenſu formali competunt remedia poſſeſſoria.*
7 *Ius exigendi Cenſum, eſt reale.*
8 *Remedia poſſeſſoria competunt pro iuribus incorporalibus.*
9 *Ius exigendi Cenſum dicitur poſſideri vel quaſi.*
10 *Poſſeſſoria remedia competunt pro iuribus realibus, & pro præſtationibus perſonalibus, quæ debentur ratione alicuius rei immobilis.*
11 *Negans ſoluere Cenſum vt acquirat libertatem non ſoluendi in futurum, dicitur ſpoliare dominum Cenſus, ſi ipſe habeat ſe pro ſpoliato.*
12 *Spoliato iure exigendi Cenſum datur vtile interdictum vnde vi, & num. 15.*
13 *Concluſio ſententiæ in dicto interdicto, qualis eſſe debeat.*
14 *Remedium ſpoliatiuum, an competat pro præſtationibus merè perſonalibus dubitant Doctores.*
15 *Remedium ſpoliatiuũ datur pro præſtationib. realibus.*
16 *Poſſeſſio vel quaſi, ſolo animo retinetur.*
17 *Negans ſoluere Cenſum ei, qui non habet ſe pro ſpoliato, dicitur illum in ſua poſſeſſione, vel quaſi turbare.*
18 *Limitatur ſi ſimpliciter ſolutionem differat, non tamen neget ſe teneri ad ſoluendum.*
19 *Turbato in iure exigẽdi Cenſum, datur interdictum vtile vti poſſidetis.*
20 *In hoc interdicto veniunt omnes fructus decurſi, etiam ante petitam manutentionem.*
21 *Manutentio in iure exigendi cenſus, non retardatur propter exceptionem nullitatis Cenſus.*
22 *Nec pendente iudicio ſuper dicta Cenſus nullitate.*
23 *Nec pendente iudicio ſuper appellatione à ſententia, qua Cenſus fuit nullus declaratus.*
24 *Nec pendente iudicio ſuper nullitate dictæ ſententiæ.*
25 *Nec pendente iudicio ſuper appellatione à decreto de ſoluendis fructibus, quia poſſunt alio iudicio peti fructus poſtea decurſi.*
26 *Nec pendente reſtitutione in integrum aduerſus lapſum fatalium ad proſequendam appellationem.*
27 *Nec pendente iudicio ſuper diſcuſſione bonorum debitoris Cenſus.*
28 *Nec per exceptionem ſimulationis contractus Cenſus.*
29 *Nec exceptione fideicommiſſi.*
30 *Nec per exceptionem extinctionis Cenſus.*
31 *Nec per aliquam exceptionem requirentem altiorem indaginem.*

Pro Cenſu formali an competant remedia poſſeſſoria, & quæ.

ARTICVLVS SECVNDVS.

VIDIMVS in præcedenti Articulo, quomodo pro Cenſu formali poſſit intentari iudicium petitorium, & quid in dicto iudicio ſit probandum, ſequitur vt declaremus, an pro eodem Cenſu cõpetant remedia poſſeſſoria. Quæ diſceptatio non debet cenſeri ſuperuacanea, & fruſtratoria, nam ex ea multiplex reſultare poteſt vtilitas. ſi enim concluſerimus pro Cenſu formali concedi remedia poſ-
1 ſeſſoria, tale iudicium poſſeſſoriũ † erit ſummarium, & ideo in multis priuilegiatum, *l. momentaneæ, vbi Bart. & alij, C. vnde vi. Maranta, de ordin. iudic. par. 4. diſtinct. 9. per totum*, & ſignanter *num. 43.*

2 Præterea † à ſententia lata in dicto iudicio non dabitur appellatio ſaltem quo ad effectum ſuſpenſiuum, *l. vnica, & ibi Gloſ. & Scribentes*, & latiſſimè *Contard. C. ſi de moment. poſſ. Felic. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 3. c. 1. num. 11.* vbi multos allegat, quæ tamen Concluſio licet inſpecto iure ci-
3 uili communiter recipiatur, iure † tamen Pontificio etiam in cauſis poſſeſſoriis eſt licita appellatio quo ad vtrumque effectum tam ſuſpenſiuum, quam deuolutiuum, vt per multa iura, & auctoritates, firmat *Contard. loco mox citato, limit. 3.* quem & alios refert
4 *Felician. d. num. 11. ad med.* exceptis † tamen locis ſedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectis, ad quæ per Paul. III. fuerunt extenſæ Conſtitutiones Ægidianæ, quæ *lib. 6. cap. 2.* prohibent appellationem in cauſis poſſeſſoriis, *Contard. d. limit. 3. num. 18. Caballin. ad dictas Conſtitut. d. c. 2. Gloſ. 2. Veſtr. in ſua Prax. Roman. Cur. lib. 7. cap. 3. num 5. 10. Ript. Marchesan. in ſuo tract. de Commiſſ. par. 2. tit. de appell. cap. 2. num. 17. ſecundum*
5 *impreſſionem in 4. fol.* Ægidiana † enim Conſtitutio, quoad hoc renouauit diſpoſitionem, *d. l. 1. C. ſi de mom. poſſ.* vt dicit *Contard. ibi in Gloſ. in verbo, Moment. quæſt. 1. num. 7.* & propterea vigore dictæ Conſtitutionis, in locis vbi ſeruanda eſt, erit prohibita appellatio in cauſis poſſeſſoriis.

Accedendo autem ad propoſitum articulum fa-
6 cio cõcluſionem affirmatiuã: Quòd † pro Cenſu formali, & pro ipſo iure exigendi Cenſum & annuã reſponſionem cenſualem competunt remedia poſſeſſoria, quæ comprobatur auctoritate, & ratione. auctoritate quidem *Feder. de Sen. conſ. 32. n. 4. Rom. conſ. 311. nu. 6. & ſeqq. Oſaſch. decıſ. Pedemont. 99. num. 49. Caſſan. ad conſuetud. Burgun. Rubr. 11. Des Cenſes. §. 2. nu. 27. Pariſ. conſ. 12. nu. 12. lib. 4. Gabr. conſ. 141. nu. 7. & ſeqq. lib. 2. Surd. deciſ. 204. nu. 9. in fine. Cæſar Bart. deciſ. Bononienſi 56. nu. 37. Boccace. in ſuo tract. de Cenſib. par. 2. num. 92.* quam fuit amplexa etiam *Rota in vna Romana Cenſus corã b. m. Robuſterio, 8. Febr. 1577.* quæ reperitur impreſſa *poſt Tract. deciſ. 232. n. 1. & 5.*
7 Rõne aũt Prima, quia certi iuris eſt † quòd ius iſtud exigẽdi annuos Cẽſus, & annuas reſpõſiones cẽſuales, eſt reale rei ſuppoſitæ inhærens. *Gab. d. cõſ. 141. n. 1. & cõſ. 148. n. 1. & ſeqq. lib. 2. Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 39. ſub nu. 65.*, quia licet ſit incorporale,

Digitized by Google

quia nec videri, nec palpari poteſt, *l.1.§.quædam, ff. de rer.diuiſ. Inſtitut. de reb. corporal. & incorporal. in*
8 *princ.* quia † tamen pro aliis iuribus, & rebus incorporalibus competunt remedia poſſeſſoria, *Tiraq. de conſtit. poſſeſſ. par.3. limit.1. num.10.* latè *Ioan. Arz. in tract. de nobilit. Hiſpan. num.1. & ſeq. Abb. in c. querelam, in 3. not. ext. de elect. in c. cum olim, num.4 ext. de reſtit. ſpol. Vinc. de Franch. deciſ.90. num.4. Aufrer. ad Capell. Toloſanam, deciſ.59. ſub nu.1.* eadem ratione dicendum eſt competere pro iure iſto de quo agi-
9 mus, cum † illud poſſideri, vel quaſi dicant *Ang. in l.1. in fine, princ. ff. de acquir. hæred. in l. ſeruitute. l. vltima, num.1. ff. de ſeruit. Iacob. Venent. de ann. præſtat.*
10 *par.1. quæſt.12. in fine,* Secunda † ratione confirmatur eadem concluſio, quia pro iuribus realibus, & pro præſtationibus perſonalibus, quæ ſoluuntur ratione alicuius rei immobilis vnanimi conſenſu omnium Scribentium poſſeſſoria remedia conceduntur, *Ang. Aret. Inſtit. de interd. in princ. num.3. Ripa, in l. rem quę nobis, num.16. ff. de acquir. poſſeſſ. Menoch. in ſuo tract. de adipiſc. poſſ. remed.1. num.87. & de retinen. poſſeſſ. remed.1. quæſt.8. num.87.* vnde cum ius iſtud ſit reale nemo inficiari poteſt quin pro eo concedi debeant remedia poſſeſſoria, quæ ſecundum caſuum contingentiam vel erunt retinendæ, vel recuperandæ poſſeſſionis; vt animaduertit *Rota in illa Romana Cenſus coram b. m. Robuſterio, 8. Febr. 1577.* ſupra proximè allegata, *num.5.*

11 Nam quando is, † qui Cenſum ſoluere tenetur negat illum ſoluere animo amplius in futurum non ſoluendi, quin potius vt ſe à dicto onere penitus & omnino ſubtrahat & liberet, ſi dominus Cenſus habet ſe pro ſpoliato dicitur illum ſpoliare. *Innoc. in c. querelam, num.4. & ibi Henric. Boich. in verſ. primo, in fine, ext. de elect. Capella Toloſ. & ibi Aufrer. d. deciſ.59. Dec. conſ.136. num.1 Mohed. deciſ.153. Cran. conſ.140. num.1. in fine, lib.1. Bened. Bon. in d. ſuo tract. de Cenſib. art.38. num.64. Iacob. Venent. d. tract. de ann. præſtat.*
12 *par.1. quæſt.16. num.1.* & † taliter ſpoliato datur remedium ſpoliatiuum ex interdicto vtili, vnde vi. *Specul. in tit. de reſtit. ſpol. §.2. num.2. verſ. ſed etſi aliquis. Roffred. in ſuo opere de libel. in tit. de interd. vnde vi, num.25. verſ. illud quæritur, Menoch. de recup. poſſeſſ. d. remed.1. num.81. & ſeq. Pontan. in ſuo tract. de ſpol. lib.1. num.55. & ſeq. Andr. Gail. Obſeruat. Practic. lib.2. Obſeruat.75. num.10.* & *ibi Bernard. Greu. in Coronid. num.1.* qui alios allegat. *Bon. d. tract. art.78. nu.111. Federic. Martin. in ſuo tract. de iure cenſu. cap.1. num.118. & cap.9. num.30.* & placuit *Rota in d. Romana Cenſus 8. Februarii. 1577. coram b. m. Robuſterio,* mox
13 allegata. *num.5.* In quo iudicio † Iudex debet pronunciare illũ fuiſſe, & eſſe reſtituendum ad ſtatum ſolutionis Cenſus, vt colligitur ex reſolutione facta per *Rotam coram R. P. D. Marcomontio in vna Romana Cenſus, 14. Nouembris, 1608.* quæ eſt *poſt Tract. deciſ.233. in principio.*

A qua Concluſione non debet nos retrahere illa Canoniſtarum, & Legiſtarum differentia in illo iu-
14 ris Articulo, an † pro annuis præſtationibus cõpetant remedia ſpoliatiua de qua per *Menoc. de recup. poſſ. remed.3. num.139. & ſeqq.* & in locis ſupra allegatis, *Ripa in l.2. num.3. ff. quor. bonor. Aufrer. ad Capel. Toloſ. d. deciſ.59. num.1. Pontan. de Spol. lib.2. num.167. Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. di-*
cto tomo 1. lib.3. cap.1. num.8. Federic. Martin. d. ſuo tract. de iure Cenſu. cap.9. num.40. & ſeqq. maximè *nu.48.* & alios paſſim, quoniam nos verſamur extra omnem difficultatem, cum ius iſtud de quo agimus non ſit merè perſonale, nec ad præſtationes merè perſonales, de quibus dubitant Doctores, ſed ſit ius reale, vt dictum eſt, & ad præſtationes reales, & pro-
15 pterea † pro illis dari hoc interdictũ vtile vnde vi, licet ſit ſpoliatiuum defendit *Menoch. d. tract. de recup. poſſeſſ. remed.1. quæſt.8. nu.81. & ſeqq.* & ſignanter *num 87. Pontan. d. tract. lib.1. nu.55. Dec. d. conſ.136. ſub num.1. Mohed. d. deciſ.153. Aufrer. ſub d. nu.1.*

Quando vero is, qui eſt in quaſi poſſeſſione exigendi Cenſum, & annuas reſponſiones cenſuales non habet ſe pro ſpoliato, ſed negante eo, qui erat ſolitus ſibi Cenſus annuos ſoluere adit Iudicem pro manutentione, & conſeruatione ſuę quaſi poſſeſſio-
16 nis, † vtique non poteſt dici quod amiſerit ſuam quaſi poſſeſſionem exigendi, quæ ſolo animo reti-
17 netur, *l. licet, C. de acq. poſſeſſ.* Ille qui † ſolitus erat Cenſum ſoluere per denegationem ſolutionum non dicitur ſpoliare dominum Cenſus, ſed potius illum turbare. *Iacob. Venent. in d. ſuo tract. de ann. præſtat. p.1. q.2. nu.2. & q.15. nu.5. Bon. in puncto, in d. ſuo tract. de Cenſib. art.78. ſub num.111. Boccacc. in ſuo tract. de Cenſib. p.2. num.92.* & confirmatur ex iis, quæ tradit *Inn. in c. olim, el terzo, ext. de reſtit. ſpol. Bal. in l.2. num.44. verſ. tertio quæritur, C. de ſeruit. & aq. Ripa, in c. cũ Eccleſia, num.9. verſ. ſeptimo nota. ext. de cauſa poſſ. &*
18 *propr.* licet † ſecus ſit ſi debitor Cenſus non neget ſe teneri ad ſoluendum animo liberãdi ſe in futurum à ſolutionis onere, ſed potius ad differendum & dicat creditori Cenſus veni cras, veni poſt cras, quia eo caſu non dicitur nec ſpoliare, nec turbare eũ qui eſt ſolitus Cenſum percipere in ſua quaſi poſſeſſione exigendi, *Venent. d. q.15. num.1. & ſeq.* poſt multos quos congerit, qui reprehendit *Bellam.* quod *conſ.21. ſub num.6. verſ. item rectè,* contrariũ teneat, quem *Bellam.* ita ẽt tenere ſentit *Feder. Mart. d. tract. c. vlt. nu.32. & ſeq.* & cum ipſo quaſi ita tenente pertranſit; ſed iudicio meo, *Bellam. ibi* trãſit cũ priori opinione, cum qua ego quoque libẽtius pertranſeo ex iis, quæ congerit *Menoch. in tract. de retinen. poſſeſſ. re-*
19 *med.3. nu.477. & ſeqq.* taliter † autem turbato per denegationem ſolutionum competit interdictũ vtile vti poſſidetis. *Roffred. in d. ſuo opere de libel. in rubr. de interd. vti poſſid. Specul. in tit. de cauſa poſſeſſ. & propriet. nu.12. verſ. ceterum, & num.14. verſ. ſi quæratur.* facit *Menoc. d. remed.3. num.104. & 135. Andr. Gail. Practic. Obſeruat. lib.2. obſeruat.75. num.1. & ibi Bernard. Greu. nu.1.* & in propriis terminis *Bon. d. art.78. num.111. Feder. Martin. d. tract. de iure cenſu. c.1. num.119. & ſeqq. & c.9. num.27. & ſeqq.* Et hunc eſſe manutenendũ in ſua quaſi poſſeſſione exigendi in qua reperiebatur tempore motę litis, pluries reſoluit Rota, & ſignanter *coram b. m. Robuſterio, 8. Febr. 1577. in illa Romana Cenſus.* quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ.232. nu.1. in vna Bononienſi Cenſus, 13. Decembr. 1593. coram Reuerendiſſ. P. D. Sacrato, quæ ibidem eſt deciſ.234. nu.1. in vna Romana Cenſus, 26. Aprilis, 1596. coram b. m. Cardin. Pamphilio, quæ eſt ibid. deciſ.235. nu.2. & rurſus coram eod. in eadem cauſa 10. Maij* [illegible] *anni 1596. vt ibid. deciſ.236. per tot. in vna* [illegible] *Cenſus coram b. m. Corduba, 13. Iun. 1594. quæ eſt ibid. deciſ.*

deciſ.211.nu.1.in vna Romana Cenſus, 22.Maij,1606. coram b.m.Penia, quæ eſt *ibidem deciſ.236. num.3. In vna Bononienſi Cenſus, 27. Iunij, 1606. quæ ibidem eſt deciſ.237.in princ.coram Reuerendiſſimo P.D.Sacrato, & coram R.P.D. Manzanedo, 13.iunij, 1608. in vna Romana Cenſus,* quæ eſt *ibidem deciſ.238.in fine,& coram R.P.D.Marcomontio, 14.Nouembris,1608. in illa Romana Cenſus,quæ ibidem eſt deciſ.233.in princ. & in vna Ciuitatis Caſtelli Cenſus, 12. Maij, 1617. coram R.P.D.Veroſpio,* quæ eſt *ibidem deciſ.239. per totum,* & alias ſæpè.

20 In † quo quidem iudicio retinendæ veniunt omnes fructus decurſi non ſolum à die motæ litis, prout regulariter veniunt, quando petitur manutētio alicuius rei fructiferæ, ſed fructus omnes decurſi etiam ante petitam manutentionem, vt fuit reſolutum in *Rota in vna Calaguritana de Antol.4. Maij, 1611. coram Reuerendiſſimo P.D.Sacrato,* quę eſt *poſt Tract.deciſ.240.per tot.* & voluit antea *corā b.m. Gypſio in vna Cæſaraugustana penſionis, 30. Ianuarij, 1589.* quæ eſt *ibidem deciſ.241.in fine, & coram Seraph. deciſ.1168. num.3. viden.*

21 Manutentio autem iſta † retardari non debet ſi excipiatur Cenſum eſſe malè, & non legitimè conſtitutum, *Stephan. Gratian. Diſceptat. Forenſ. tomo 2. cap.208.num.14.*

Puta quod ſit conſtitutus ſuper re non libera, vel non capace, vt fuit reſolutum in *Rota coram b.m.Penia, 28. Iunij, 1610. in illa Romana Cenſus Caranaſchinis,* quæ eſt impreſſa *poſt Tract.deciſ.66. num.2. & in eadem cauſa coram eodem, 24.Nouembris eiuſdem anni,* quæ eſt *ibidem deciſ.57. num.3.*

22 Prout † nec etiam pendente iudicio ſuper nullitate dicti Cenſus, *Bero.conſ.119. num.1. & ſeq. lib.3. Burſat.conſ.74.num.25.lib.1.* quos & alios in puncto refert *Gaſp.Roderic.in d.ſuo tract.de ann. reditib. lib.1. quæſt.16.num.29.verſ.ſed ſi,in hypotheſi.*

23 Vel † pendente iudicio ſuper appellatione interpoſita à ſententia per quam Cenſus ipſe fuit declaratus nullus, vt fuit dictum in *Rota coram Reuerendiſſimo P.D.Sacrato, 13.Decembr.1591. in illa Bononienſi Cenſus,* quæ reperitur impreſſa *poſt Tract. deciſ. 234. num.4. & 5.coram b.m.Orano, 3.Iulij,1589. in illa Foroliuienſi Cenſus,* quæ eſt *ibidem deciſ.210. nu.8.coram b.m.Corduba,13.Iunij,1594.in illa Beneuētana Cenſus,* quæ *ibidem eſt deciſ.211.num.3. coram eodem. 5.Iulij, 1599.in illa Romana, ſeu Prāneſtina Cenſus,quæ ibidem eſt deciſ.209.num.6. & 7. & coram R.P.D.Manzanedo, 17.Iunij,1605. in illa Ianuenſi Cenſus,* quæ eſt *ibidem deciſ.212. num.5. & in vna Aquilegienſis penſionis,21.Martij,1610.coram R.P.D.Manzanedo, quæ eſt ibidem deciſ.242.num.11.& ſeqq.*

24 Nec † etiam pendente iudicio ſuper nullitate dictæ ſententiæ, vt fuit reſolutum in *Rota coram b.m. Penia,15.Ianuarij,1607. in illa Romana Cenſus,quæ eſt poſt Tract.deciſ.55. num.4.*

25 Prout † donec pendet cauſa appellationis à relaxatione mandati pro fructibus decurſis poterit dominus & creditor Cenſus agere ad Cenſus interim decurſos & maturatos abſque aliquo incurſu attentatorum. ſunt enim diuerſi iſti termini fructuum ab iis, qui in alio iudicio fuerant deducti. *Iaſ.conſ.9.nu.4.& 5.lib.1.Gabr.conſ.47.num.18.lib.1.* quia tot ſunt obligationes & debita, quot ſunt termini, *l.ſciendebemus,in princ.ff.de verb.oblig.* cum aliis apud *Rotam* quæ hanc ſententiam, firmauit *coram Illuſtriſs.Cardinali Ludouiſio in vna Bononienſi Cenſus, ſeu attentatorū, 10.Decembris, 1603.* quæ eſt *poſt Tract.deciſ.243. n.2.*

26 Debebit † ſimiliter is, qui eſt in quaſi poſſeſſione exigendi annuas reſponſiones cēſuales in ea manuteneri pendente iudicio ſuper petita reſtitutione in integrum aduerſus lapſum fatalium ob non proſequutum appellationē interpoſitam à ſententia declaratoria nullitatis cōtractus Cenſus, vt voluit *Rota in vna Venetiarum Cenſus, 22.Martii,1596.coram b.m.Cardinali Arigono,* quæ eſt in *calce Tract.deciſ.244. nu.3.& 4.* cuius meminit *eadem Rota coram b.m.Cardinali Pamphilio, 26. Aprilis eiuſdem anni 1596. in illa Romana Cenſus,* quæ eſt *ibidem deciſ.235.in fine,& coram Reuerendiſſimo P.D.Sacrato,27.Iunii.1606. in illa Bononienſi Cenſus,quæ ibidem eſt deciſ.237.in princ. & in vna Romana Cenſus,6.Nouembris,1606.coram b.m. Penia,quæ eſt ibidem deciſ.245. nu.4. & coram eodem, 15.Ianuarij,1607.in illa Romana Cenſus,quæ ibidem eſt deciſ.55.num.2. & 5. & coram Illuſtriſs. Cardinali Ludouiſio,11.Maij eiuſdem anni 1607.in illa Imolenſi Cenſus, quæ eſt ibidem deciſ.213.num.8.& coram R.P.D. Veroſpio, 4.Decembris,1612. in vna Papienſi bonorum, quæ ibidem eſt deciſ.246. num.8.*

27 Sicut † etiam eſt concedenda manutentio donec pendet iudicium ſuper diſcuſſione bonorum debitoris Cenſus, vt cenſuit eadem *Rota coram b. m. Robuſterio, 8 Februarij, 1577. in illa Romana Cenſus, quæ eſt poſt Tract. deciſ.232.num.20.& in vna Romana fructuum Cenſus,22.Iunij,1609. coram R.P.D.Caualerio,* quæ eſt *ibidem deciſ. 247.num.5. verſic. addebant inſuper.*

28 Idipſum † quod non impediatur manutentio, dicendum eſt etiam quod apponatur exceptio ſimulationis contractus cenſualis, tenuit *Rota in vna Ianuenſi Cenſus,17.Iunij,1605. coram R.P.D.Manzanedo,* quæ eſt *poſt Tract.deciſ.212.num.3.*

29 Prout idem † dicendum eſt reſpectu exceptionis fideicommiſſi appoſitæ in iudicio retinendæ poſſeſſionis exigendi Cenſum oppoſita ad impediendam manutentionem ex eadem *Rota coram b.m.Penia,22.Maij,1606.in illa Romana Cenſus,* quæ eſt *poſt Tract.deciſ.236. num.4.*

30 Quod verificatur etiam reſpectu exceptionis extinctionis Cenſus propter quam non eſſe denegandam manutentionem, voluit *Rota coram b.m. Cardinali Pamphilio,26.Aprilis, 1596. in illa Romana Cenſus,* quæ eſt in *calce Operis deciſ.235.num.3.coram Reuerendiſſimo P.D. Sacrato, 21.Ianuarii, 1600. in vna Bononienſi Cenſus, quæ ibidem eſt deciſ.248. num.2. coram R.P.D. Caualerio, 22.Iunij, 1609. in illa Romana fructuum Cenſus,* quæ eſt *ibidem deciſ.247. num.6. & coram R.P.D.Manzanedo, 24.Iunij,1614. in vna Romana Cenſus,* quæ eſt *ibidem deciſ.249. num.7.* prout in ſimili exceptio extinctionis penſionis non retardat manutentionem in quaſi poſſeſſione illam exigendi, vt dicebant *Caſſad.deciſ.10. num.7. & Veral. deciſ.321. par.1.* cuius dicti ea eſt ratio, quia huiuſmodi exceptio extinctionis requirit altiorem indaginem, vt dixit *Rota* in proximè relatis deciſionibus, per quam non eſſe retardandam manutentionem affirmat.

ARTICVLI TERTII

SVMMARIA.

1 Remedia poſſeſſoria pro Cenſu formali dantur non ſolum eis, qui Cenſum acquiſiuerunt.
2 Sed etiam illorum hæredibus.
Immo etiam ceſſionario, num. 6.
Etiam ex ſola poſſeſſione cedentis, num. 7.
3 Hæredi datur non ſolum remedium retinendæ, ſed etiam recuperandæ.
4 Dummodo defunctus viuens fuerit ſpoliatus.
5 Aliàs datur remedium adipiſcendæ.
8 Poſſeſſio cedentis in iuribus incorporalibus, trãſit in ceſſionarium abſque apprehenſione.
9 Ceſſio in incorporalibus idem operatur, quod traditio in corporalibus contra Federic. Martin, num. 10.
11 Remedia poſſeſſoria competunt ſucceſſori in dignitate, & officio.
12 Dignitas & officium dicitur poſſidere.
13 Remedia poſſeſſoria competunt procuratori irreuocabili conſtituto in rem propriam.
14 Remedia poſſeſſoria competunt contra eum qui impoſuit, & eius hæredes.
15 Hæres conueniri poteſt remedijs poſſeſſorijs pro Cenſu, dummodo ſciat ſuum Auctorem ſoluiſſe, & ſoluiſſe ex cauſa dicti Cenſus.
16 Inuentarium liberat hæredem ab omni damnoſa obligatione.
17 Hæres cum inuentario negans ſoluere Cenſum, quem ſuus Auctor ſoluere conſueuerat, videtur negare ex iuſta cauſa æris alieni, ſecundum Venent.
18 Contrarium Rota.
19 Saluatur Venentius, quando dominus Cenſus habet ſe pro ſpoliato.
20 Vel quando adſunt creditores habentes meliora iura, & hæreditas non eſt ſoluendo.
21 Remedia poſſeſſoria non competunt, quando ſubeſt legitima cauſa negandi ſolutiones.
22 Dolus eſt neceſſarius in remedijs ſpoliatiuis.
23 Remedia poſſeſſoria pro Cenſu competunt contra fideiuſſores Cenſus, etiam quod ipſi numquam ſoluerint.
24 Remedia poſſeſſoria competunt contra ſucceſſores in officio, & dignitate qui erat ſolitus ſoluere.
25 Remedia poſſeſſoria dantur contra quemlibet ſingularem auctorem eius, qui erat ſolitus ſoluere.

Remedia poſſeſſoria pro Cenſu formali, cui & contra quos competant.

ARTICVLVS TERTIVS.

SEQVITVR vt videamus cui & contra quos competant remedia poſſeſſoria pro Cenſu formali, quod in hoc tertio Articulo explicandum eſt per duas Concluſiones.

Prima ſit Concluſio, quod huiuſmo-
1 di remedia poſſeſſoria † abſque dubio dantur non
ſolum eis, qui Cenſum ipſum emerunt, vel alio titulo
illum acquiſiuerunt. Rota Diuerſor. deciſ. 99. num.
2 1. & 2. par. 1. Sed † etiam illorum hæredibus, vt fuit
reſolutum in eadem Rota coram b. m. Corduba, 13.
Iunij, 1594. in illa Beneuentana Cenſus, quæ eſt poſt
Tract. deciſ. 211. num. 2. quæ hoc admittit in remedio
retinendæ auctoritate, Menoch. in ſuo tract. de re-
3 tinen. poſſeſſ. remed. 3. & in † remedio recuperandæ
probat tex. in l. 1. §. interdictum hoc, ff. de vi, & vi armata,
Gloſ. & Doctor. in c. ſignificauerunt, ext. de teſtib. Gabr.
conſ. 179. in princ. lib. 1. Neuiz. conſ. 78. num. 1. Rol.
conſ. 50. num. 4. lib. 2. Tob. Non. conſ. 34. nu. 21. Franc.
Becc. conſ. 75. num. 14. lib. 1. Surd. conſ. 168. num. 14. &
conſ. 189. num. 13 lib. 2. Benint. deciſ. 12. nu. 1. Creſcent.
4 deciſ. 3. de reſtit. ſpoliat. ſcilicet, † quando defunctus
viuens fuit deſtitutus & ſpoliatus, Benint. d. deciſ. 12.
5 num. 3. Magon. deciſ. Lucenſi 4. num. 14. Secus † autem
ſi tempore ſuæ mortis poſſidebat, quia tunc datur
remedium adipiſcendæ, Benint. d. nu. 3. Magon. d. deciſ.
nu. 15. Contard. de moment. poſſeſſ. limit. 2. §. 1. num.
6. & 7.

Prout conceduntur etiã ceſſionario domini Cen-
6 ſus non ſolum † quando ipſe eſt in quaſi poſſeſſione
exigendi Cenſum, Menoch. de retinen. poſſeſſ. d. remed.
3. num. 259. Rota coram b. m. Orano, 24. Octobris, 1588.
in illa Romana Cenſus, quæ eſt impreſſa poſt Tract. de-
7 ciſ. 231. num. 10. Sed etiam † ex ſola poſſeſſione ce-
dentis, Bal. in c. licet cauſam, num. 34. verſ. item incerdum,
de probat. & placuit Rota coram b. m. Penia, 2.
Iunij, 1610. in vna Romana Cenſus, quæ eſt poſt Tract.
deciſ. 250. num. 1. & coram R. P. D. Manzanedo, 24. Iunij,
1614. in illa Romana Cenſus, quæ ibidem eſt deciſ.
8 249. num. 1. & ſeqq. Nam in † iuribus incorporali-
bus (quale eſt hoc exigendi annuas penſiones Cen-
ſuales) poſſeſſio cedentis trãſfertur in ceſſionarium
abſque alia apprehenſione. Natta conſ. 398. nu. 38.
lib. 2. Menoc. de retin. poſſ. d. remed. 3. num. 259. & ſeq.
9 quia † in corporalibus tantum operatur ceſſio quan-
tum traditio, Gloſ. & Doctor. communiter in l. 1. C.
de act. & obligat. refert alios Claud. Bertazol. in ſuo
tract. de Clauſul. inſtrum. clauſula 27. Gl. 4. nu. 2. Vnde
10 † malè videtur ſentiſſe Federic. Martin. in ſuo tract. de
iure cenſu. cap. vlt. num. 78. dum negat ſucceſſori da-
ri huiuſmodi remedium ex perſona ſui Auctoris ex
eo, quia ipſe numquam poſſedit.

Competunt autem hæc remedia poſſeſſoria non
ſolum ſingulari ſucceſſori in ipſo Cenſu, ſed etiam
11 † ei qui ſucceſſit alicui in aliqua dignitate & officio
cuius anteceſſori cenſuales reſponſiones ſolebant
ſolui, licet enim ſucceſſor iſte numquam fuerit in
poſſeſſione, vel quaſi exigendi, illi tamen competit
remedium poſſeſſorium, vt dicit Federic. Martin. d.
cap. vlt. nu. 79. ea ratione, quia tali ſucceſſori datur
interdictum, vnde vi, vt bene deducit Maſcard. in ſuo
tract. de Probat. vol. 3. concluſ. 1324. num. 20. & ſeqq.
12 Cum ipſa † dignitas & officium, quod numquam
moritur, poſſidere dicatur Inn. in c. cum ſuper, ext. de
cauſa poſſ. & propr. Federic. Martin. d. cap. vlt. num. 81.
13 Competunt † præterea procuratori irreuocabili
in rem propriam conſtituto, ſi non alieno, ſed pro-
prio nomine agat, & poſſideat, vt dicit Rota coram
b. m. Orano, 24. Octobris, 1588. in illa Romana Cenſus,
quæ eſt poſt Tract. deciſ. 231. num. 11. auctoritate Bal.
in d. l. 1. num. 22. C. de act. & obligat.

Secunda ſit Concluſio, Remedia poſſeſſoria pro
14 Cenſu formali competunt non † ſolum contra eum
qui Cẽſum impoſuit, & fuit ſolitus illum ſoluere, ſed
ẽt contra illius hæredes. Guido Papa, per bonas ratio-
nes, d. deciſ. 629. Menoch. de recuper. poſſeſſ. d. remed. 1.
quaſt.

Digitized by Google

quæſt.8.nu.89. confirmat *Iacob.Venent.in d. ſuo tract. de ann.præſtat.o.1.q.19. num.2. & 3.* & in puncto dixit *Bon.in ſuo tract.de Cenſib.art.78.num.111.in fine. Bernard.Gren.ad Andr.Gail. Pract.Obſeruat.lib.2. concluſ.75.num.5. Federic.Martin. d.cap.vlt. num.72.* & voluit *Rota coram Illuſtriſs. Cardinali Ludouiſio, 11. Maij, 1607. in illa Imolenſi Cenſus*, quæ reperitur impreſſa *poſt Tract.deciſ.213. num.4.*

Hoc autem quod diximus de hærede, eſt duobus
15 modis intelligendum, & quidem Primò, † dummodo hæres ſciat non ſolum fuiſſe à ſuo Auctore factas ſolutiones in præteritum, ſed etiam dictas ſolutiones fuiſſe factas ex cauſa dicti Cenſus cuius occaſione conuenitur, aliàs contra ipſum nõ poſſet agi aliquo remedio poſſeſſorio, vt deducit *Iacob. Venent. d.n.1.q.20. in fine.*

16 Secundò † eſt declarandum, vt non procedat in hærede cum beneficio legis, & inuentarij, nam ob tale beneficium ceſſat omnis damnoſa obligatio hæredis, & non tenetur vltra vires hæreditarias, *l. fin. §.in computatione, & ibi Bart. num.7.* & alij communiter, *C.de iure delib.*

17 Nam † ſi hæres cum beneficio inuentarij negat ſolutionem Cenſus, quem illius Auctor ſoluere ſolitus erat, videtur quod ex iuſta cauſa id faciat, videlicet, ob æs alienum quo ſit grauata hæreditas. *Venent.d.quæſt.20.num.3.*

18 Et licet † contra *Venent.* teneat *Rota coram b. m. Pena, 15. Ianuarij, 1607. in illa Romana Cenſus*, quę eſt impreſſa *in fine Tract.deciſ.55.num.10. & coram b.m. Orano, 24. Octobris, 1588. in alia Romana Cenſus*, quæ eſt *ibidem deciſ.231. num.5. & ſeq.*

19 Dicta † tamen per *Venent.* poſſent ſuſtineri in duobus caſibus: Primò, ſcilicet, quando is, qui eſt in quaſi poſſeſſione exigẽdi propter denegationem ſolutionum factam ab hærede, cum beneficio inuentarij haberet ſe pro ſpoliato, vt clarè ſenſit eadem *Rota coram b. m. Robuſterio, 8. Februarij, 1577. in illa Romana Cenſus, quæ ibidem eſt deciſ.232.num.16.*

20 Secundò, quando † adſunt alij creditores prætendentes meliora iura, & hæreditas non eſt ſoluendo, vt dixit *Rota coram b.m.Orano, 22. Februarij, 1588. in vna Romana Cenſus*, quæ eſt *ibidem deciſ.251. num.7.*

21 Vbicumque enim † ſubeſt legitima cauſa negandi ſolutiones non competit, nec remedium retinendæ poſſeſſionis, vt non obſcurè ſenſit *Menoc.de retin. poſſeſſ.remed.3.nu.479.* nec remediũ recuperandę, quia
22 ceſſat dolus † qui eſt neceſſarius in remediis ſpoliatiuis. *Innoc.in c.querelam, num.4. verſ.ſi autem, ext. de elect. Rota deciſ.11. quæ eſt, 3. de reſtit.ſpol.in antiq. Guido Papa, conſ.225. num.2.* ſentit *Bened. Bon. in d. ſuo tract. de Cenſib. art.78. num.64. Venent. in d.ſuo tract. parte 1. quæſt.2. num.2. quæſt.16. num.1. quæſt.25. num.11. & quæſt.28. num.1.*

23 Competunt † præterea hæc remedia poſſeſſoria contra eum, qui in contractu cenſuali tamquam fideiuſſor acceſſit, etiam quod ipſe numquã ſoluerit, dũmodo ſoluerit principalis debitor, vt voluit *Rota coram b.m. Cordubæ, 24. Nouembris, 1597. in illa Eugubina Cenſus*, quæ eſt impreſſa *in calce Tract.deciſ.145. num.4. & coram b.m. Pena, 2. Iunij, 1610. in illa Romana Cenſus*, quæ eſt *ibidem deciſ.250. num.2.*

24 Prout competunt † contra eos, qui ſucceſſerũt in officio vel beneficio eius, qui erat ſolitus ſoluere iſtas annuas reſponſiones cenſuales, nam licet ipſe nunquam ſoluerit, ex quo tamen habuit cauſam, & ſucceſſit ei qui aliquando ſoluit, dantur contra eum huiuſmodi iudicia poſſeſſoria, *Guido Papa, d.deciſ. 629. Put.deciſ.151.lib.3. Menoc.de recuper. poſſeſſ. remed.1.num.89. Maſcard.d.concluſ.1324.nu.21. ad fin.* qui alios allegat, & declarauit *Rota coram R. P. D. Manzanedo, 21. Martij, 1610. in illa Aquilegienſi penſionis, quæ eſt poſt Tract. deciſ.242. num.4.*

25 Immo † dari contra quemlibet ſucceſſorem ſingularem eius, qui erat ſolitus ſoluere, eo quia huiuſmodi quaſi poſſeſſio paſſiuè tranſeat in ſingularem ſucceſſorem, etiam quod ipſe nũquam ſoluerit, fuit reſolutum in *Rota coram b.m. Orano, 24. Octobris, 1588. in illa Romana Cenſus*, quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 231. num.30.*

ARTICVLI QVARTI

SVMMARIA.

1 *Fundamentum actoris in iudicio poſſeſſorio retinendæ, vel recuperandæ, conſiſtit in probatione ſuæ poſſeſſionis.*
2 *Poſſeſſio præſumitur continuata, niſi probetur contrarium.*
3 *Poſſeſſio vel quaſi exigendi, probatur ex præcedentibus ſolutionibus.*
4 *Dummodo ſint veræ, & reales.*
5 *Et non per aliquam ſatisfactionis ſpeciem.*
6 *Puta per compenſationem.*
7 *Probationes in iudicijs poſſeſſorijs, ſufficiunt leniores.*
8 *Limitatur quando agitur de præiudicio tertij.*
9 *Solutio Cenſus ad fauorem debitoris, probatur per confeſſionem creditoris.*
10 *Confeſſio ſolutionis facta à creditore, non ſuffragatur illi ad effectum habendæ manutentionem.*
11 *Quaſi poſſeſſio exigendi penſionem, non probatur ex confeſſione creditoris ad effectum, vt manuteneri debeat.*
12 *Quaſi poſſeſſio exigendi probata per confeſſionem debitoris, eſt manutenibilis.*
13 *Ampliatur etiam, ſi ſit probata per confeſſionem legitimi procuratoris ipſius debitoris.*
14 *Intellige de confeſſione iudiciali, ſecus de extraiudiciali.*
15 *Confeſſio procuratoris & ſindici nocet domino, ſi fiat in iudicio, ſecus ſi ſit extraiudicialis.*
16 *Limitatur niſi procurator ſoluat ſciente debitore, vel de eius ſpeciali mandato.*
17 *Solutio non poteſt fieri ſine impenſa.*
Solutio præſumitur facta de mandato debitoris, ibidem.
18 *Mandatum præſumitur ex coniecturis, & adminiculis.*
19 *Solutio facta cum proteſtatione, quod ſit metu mandati, non probat quaſi poſſeſſionem exigendi.*
20 *Quaſi poſſeſſio exigendi quod non reſultet ex vnica ſolutione, volunt aliqui.*
Intelligitur, vt num.25.
21 *Contrarium volunt alij, & Rota.*
22 *Quod verum credit Auctor quando apparet quod is, qui ſemel ſoluit, ſoluit animo ſoluendi in futurum.*

23 *Quaſi poſſeſſio in incorporalibus, acquiritur per vnicum actum.*
24 *Dummodo actus ille non fiat iure familiaritatis.*
26 *Manutentio in iure exigendi, non requirit quaſi poſſeſſionem titulatam.*
27 *Quaſi poſſeſſio, cui reſiſtit ius commune qualis dicatur, remiſſiuè.*
28 *Quaſi poſſeſſio cui reſiſtit ius commune, non eſt reſtituibilis, niſi iuſtificetur titulus.*
29 *Titulus quaſi poſſeſſionis, iuſtificatur per quales quales probationes, etiam præſumptiuas.*
30 *Titulus quaſi poſſeſſionis, iuſtificatur potius ad colorandam bonam fidem, quam ad probationem tituli.*
31 *Agens remedio ſpoliatiuo, ſi iuſtificet titulum, non dicitur cumulare petitorium cum poſſeſſorio.*
32 *Quaſi poſſeſſio cui ius commune non reſiſtit, probatur etiam abſque allegatione tituli.*
33 *Rota contrarium ſentiens, quomodo intelligenda.*
34 *Rota in hoc variauit.*
35 *Agens remedio ſpoliatiuo, ſi nitatur quaſi poſſeſſione recenti, debet iuſtificare titulum, ſecus ſi ſit antiquior vltra triennium.*
36 *Agens remedio ſpoliatiuo ad ius exigendi Cenſum non debet iuſtificare titulum quo nititur.*

Quaſi poſſeſſio exigenda Cenſum, quomodo probetur.

ARTICVLVS QVARTVS.

REMANET, vt diſſeramus de probationibus faciẽdis in his poſſeſſoriis iudiciis. Nam † quoniam fundamen-
1 tum intentionis illius, qui remediis poſſeſſoriis vult experiri (petendo vel ſe manuteneri in ſua quaſi poſſeſſione exigendi annuas reſponſiones cenſuales in qua ſe turbari prætendit, vel ad illam ſe redintegrari qua ſe ſpoliatum fuiſſe contendit) conſiſtit in probando & iuſtificando ſuam quaſi poſſeſſionem ſiue de tempore litis motæ, ſiue de anteriori, quo ca-
2 ſu † præſumeretur continuata, niſi contrarium probaretur, vt dixit *Rota coram R.P.D. Manzanedo, 21. Martij, 1610. in illa Aquilegienſi penſionis*, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 242. num. 6. & ſeq.* Ideo videndum eſt breuiter, quibuſnam modis huiuſmodi probatio fieri poſſit.
3 In quo † iuris articulo communiter omnes videntur conuenire quod huiuſmodi quaſi poſſeſſio exigendi probetur iuſtificãdo, & probando præcedentes ſolutiones, cum ex præcedentibus ſolutionibus reſultare probationem legitimã in his iudiciis poſſeſſoriis dicat *Foller. in ſua Pract. cenſu. in verbo, huiuſmodi, num. 101. Maſcard. in ſuo tract. de Probat. vol. 1. concluſ. 279. num. 15.* qui alios allegat, & firmauit *Rota coram Seraph. deciſ. 1226. num. 1. par. 2. & coram b.m. Cardinali Blanchetto, 13. Maij, 1596. in illa Romana Cenſus*, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 78. num. 1. & coram R.P.D. Ottemberg(io), 24. Nouembris, 1606. in illa Romana Cenſus*, quæ eſt *ibidem deciſ. 213. num. 2. & 4. & coram Reuerendiſſimo P.D. Sacrato, 10. Iunij, 1613. in illa Romana Cenſus*, quæ *ibidem eſt deciſ. 68. nu. 2. & coram R.P.D. Buratto, 14. eiuſdem menſis Iunij dicti anni, 1613. in illa Foroliuienſi Cenſus*, quæ eſt *ibidem de-*
4 *ciſ. 96. num. 22. & 26.* Dummodo † iſtæ ſolutiones præcedentes fuerint veræ reales, & effectuales, non autem præſumptiuæ, *Federic. Martin. in ſuo tract. de*
5 *iure cenſu. c. 3. nu. 98.* nec per † aliam ſatisfactionis ſpeciem, vt dixit *Rota coram Reuerendiſſimo P.D. Sacrato, 28. Nouembris, 1603. in vna Romana fructuum Cenſus*, quæ eſt *ibidem deciſ. 252. num. 4. & coram b.m. Penia, 22. Maij, 1606. in illa Romana Cenſus*, quæ *ibid.*
6 *eſt deciſ. 236. num. 4.* puta † per compenſationem, vt dixit *Rota coram Seraph. deciſ. 302. p. 1.* quæ eſt *deciſ. 389. parte 1. Diuerſorum.*
7 Iſtæ † autem ſolutiones probari, & iuſtificari poterunt etiam per leuiores probationes quales in his iudiciis poſſeſſoriis ſufficiunt. *Curt. ſen. in l. admonendi, num. 323. verſ. ſecundo modo, ff. de iureiur. Menoc. de retin. poſſeſſ. remed. vlt. num. 39.* & fuit reſolutum in *Rota coram b.m. Orano, 3. Iulij, 1589. in illa Foroliuienſi Cenſus*, quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 210. num. 1.* & repetitum *coram b.m. Corduba, 5. Iulij, 1599. in illa Romana, ſeu Præneſtina Cenſus*, quæ *ibidem eſt deciſ. 209. nu. 2. & coram R.P.D. Manzanedo, 21. Martij, 1610. in illa Aquilegienſi penſionis*, quæ eſt *ibidem deciſ. 242. num. 2.*
8 Præterquam † quando ageretur de præiudicio tertiæ perſonæ, quo caſu pleniores requirerentur probationes, vt bene colligitur ex dicta *Seraph. deciſ. 302.* ſupra allegata. Quibus autem mediis fieri potuit huiuſmodi probatio, fuit dictum *ſupra hoc eod. cap. 2. quæſt. 4. art. 6.* ad quem locum in contingentia facti, eſt recurrendum.
Vnum tamen in propoſito addendum eſſe exi-
9 ſtimaui, quod licet † ad fauorem debitoris Cenſus probetur ſolutio per confeſſionem creditoris, vt di-
10 ximus *d. art. 6. num. 10. & ſeqq.* non † tamen ex tali confeſſione reſultat releuans probatio ad fauorem ipſiuſmet creditoris ad effectum obtinẽdi ma-
11 nutentionẽ, vt † in ſimili de manutentione in quaſi poſſeſſione exigendi penſiones, dixit *Rota in illa Cæſaraugustana penſionis, 1589. 10. Ianuarij coram b.m. Gypſio*, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 241. nu. 1.* ne aperiatur via fraudibus, ſiquidem hoc pacto facere cuique liceret probare exactionem, & quaſi poſſeſſionem, vt animaduertit *Tiraq. de Retractu Lignag. §. 1. Gloſ. 18.* & refert ibi *Rota d. num. 1.*
12 Probatur † tamen per confeſſionem ipſius debitoris, vt dixit *Rota coram b.m. Corduba, 15. Iulij, 1599. in d. Romana ſeu Præneſtina Cenſus*, quæ eſt *poſt Tract.*
13 *Deciſ. 209. num. 3.* Vel † ſui legitimi procuratoris in Iudicio factam, vt voluit *Rota in illa Bononienſi Cenſus, 13. Decembris, 1591. coram Reuerendiſſimo P.D. Sacrato*, quæ eſt *ibidem deciſ. 234. num. 2. & ſeq.* & ſenſerat antea *coram b.m. Orano, 3. Iulij, 1589. in illa Fo-*
14 *roliuienſi Cenſus*, quæ *ibidem eſt deciſ. 20. nu. 7.* Si † autem iſta confeſſio procuratoris, vel ſindici emanaſſet non in iudicio, ſed extraiudicialiter, puta in inſtrumento refutationis cõſtituenti non præiudicaret, nec ex ea diceretur legitime probata quaſi poſ-
15 ſeſſio exigendi ad fauorẽ domini Cenſus. Quia † licet confeſſio procuratoris, & ſindici noceat in iudicialibus, attamen in extraiudicialibus domino non præiudicat, vt poſt *Alex.* tradit *Dec. conſ. 221. num. 2. in fine, & conſ. 297. ſub num. 6. ad fin.* præſer-
16 tim † ſi non probetur talem ſoluentem procuratorio nomine habuiſſe mandatum ad ſoluendum, vel ſoluiſſe de ſcientia debitoris. *Veral. deciſ. 165. lib. 3.*

conſti-

conſtito autem quod ſolutio fuerit facta per procu-
17 ratorem. Quia † illa fieri non potuit ſine impenſa, & non eſt veriſimile quod ſoluens voluerit iactare ſuum, præſumitur quod ſoluerit de mandato debitoris. Purpur. conſ.183. num.4. lib.1. Bero. conſ.43. num.56. & 57. lib.3. Cachera.conſ.1. num.62. & maximè ſi fuerit ſoluta non modica, ſed notabilis ſumma, vt animaduertit Rota coram b.m. Penia in illa Romana Palatij campi Floræ, 16. Decembris, 1588. quæ eſt impreſſa in calce Tract. Deciſ.101. num.12. & in puncto coram eod. 2. Iunij, 1610. in illa Romana Cenſus, quæ eſt impreſſa ibidem, deciſ.250. num.6. Maxime
18 † concurrentibus adminiculis, & coniecturis, propter quas præſumi mandatum, volunt multi relati à Maſcar. in ſuo tract. de Probat. vol.2. concluſ. 1006. num. 52. Menoch. in ſuo tract. de Præſumpt. lib.2. præſumpt. 33. num.27. verſ. declaratur, Gabr. in tit. de procurat. concluſ.1. num.10. verſ. ſecus eſt, & placuit Rota, vt deciſ.196. ſub num.4. verſ. non obſtat, par.1. diuerſ. & fere in puncto coram R.P.D. Marcomontio. 14. Nouembris, 1608. in illa Romana Cenſus, quæ eſt poſt Tract.
19 Deciſ.233. num.2. & 3. Non † tamen reſultaret releuans probatio ex ſolutione facta à debitore ſoluente cum proteſtatione quod ſoluit metu mandati exequutiui contra eum iam relaxati, quia ex tali ſolutione non acquiritur quaſi poſſeſſio exigendi, vt dixit Rota ibi, num.1.

Ceterum circa hanc ſolutionum probationem de nonnullis videtur neceſſario dubitandum, & Primò quot ſolutiones requirantur ad effectum vt dicta quaſi poſſeſſio ſolutionum dici poſſit legitimè & ſufficienter probata. Circa quã difficultatem. Quod
20 † non ſufficiat vnica ſolutio, ſed requirantur plures, voluerunt Scribentes in c. cum Eccleſia Sutrina, ext. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. maximè Abb. nu.33. ibi ad probandum. Ripa, nu.55. & alij communiter idem Ripa, in l.2. nu.5. ff. quor. bonor. Iacob. Venent. in ſuo tract. de ann. præſtat. par.1. q.6. & in puncto Felician. de Solis, in ſuis Comment. de Cenſib. tomo 1. lib.3. cap.1. num.9. Foller. in ſua Pract. Cenſuali, in verbo, huiuſmodi. num. 101. Maſcard. in d. ſuo tract. de Probat. vol.1. concluſ. 279. num.15. Federic. Martin. in ſuo tract. de Probat. vol.1. concluſ.279. num.15. Federic. Mart. in ſuo tract. de iure Cenſ. cap.7. nu.90. licet non conſtituant quot ſolutiones requirantur, ſed vnanimi conſenſu id reponant in Iudicis arbitrio.
21 Multis autem † placuit quod vnica ſolutio ſufficiat, & in propriis terminis Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann. reditib. lib.1. quæſt.15. num.20. in fine, & hanc ſententiam Rota pluries complexa fuit, & maximè in d. deciſ.196. num.2. par.1. Diuerſ. & coram b.m. Cardinali Arigono, 22. Martij, 1596. in illa Veneturarum Cenſus, quæ eſt in fine Tract. deciſ.244. num.1. coram b.m. Cardinali Pamphilio, 26. Aprilis eiuſdem anni, 1596. in illa Romana Cenſus, quæ eſt ibidem deciſ.235. num.1. & 2. coram R.P.D. Manzanedo, 27. Iunij, 1605. in illa Ianuenſi Cenſus, quæ eſt ibidem deciſ.212. & rurſus coram b.m. Penia. 6. Nouembris, 1606. in illa Romana Cenſus, quæ ibidem eſt deciſ.245. & coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, 11. Maij. 1607. in ea Imolenſi Cenſus, quæ eſt ibidem deciſ.213. num.1.
22 Cum † quã ſententiã tunc maximè tranſeundum exiſtimarem ſi appareret quod is, qui vna vice ſoluit annuas reſponſiones cenſuales eo animo ſoluiſſet, vt quolibet anno in futurum ſolueret, vt per tex. in l.1. §. quod autem. ff. de aq. quotid. & æſtiua, & per not. à Bart. dicit Paul. de Caſtro, conſ.130. nu.2. lib.2. ea ratione mouetur Rota in ſupra proximè relatis
23 deciſionibus, quia † in iſtis incorporalibus acquiritur quaſi poſſeſſio per vnicum actum dumtaxat factum ſciente & patiente eo de cuius intereſſe agitur Ripa, in d. cap. cum Eccleſia Sutrina, num.52. & 64. Alex. conſ.74. num.16. lib.4. Bal. in conſ.32. num. 4. lib.1. Romanus, conſ.311. num.7. Corn. conſ.47. ſub num.4. lib.3. Balb. in ſuo tract. de Præſcript. in 1. parte, 5. part. princ. quæſt.8. num.2. Roderic. dicta quæſt.
24 15. num.21. Quando † ſcilicet, actus ille non fieret iure familiaritatis, vel eſſet dubium an fieret iure familiaritatis, an verò vigore obligationis, quia tũc vnicus actus non ſufficeret, Ripa, in d. c. cum Eccleſia, num.51. & 56. & in l. fin. num.5. ff. quor. bonor. Ruin. conſ.106. num.9. lib.1. Crauet. conſ.124. num.7. lib.1.
25 In quibus † terminis loquuntur ij, qui plures actus ad probandum quaſi poſſeſſionem in incorporalibus requirunt, & deſiderant.

Secundò dubitari contingit circa hũc articulum, an ſufficiat ſimpliciter allegare, & probare ſolutiones, an verò neceſſe ſit deducere, & probare cauſam ob quam ſolutiones factæ fuerint, vel ſufficiat cauſam præfatam dumtaxat allegare abſque eo quod probetur.

Circa quam difficultatem diſtinguendum eſt in primis, an agatur interdicto vtili vti poſſidetis pro
26 manutentione poſſeſſionis, vel quaſi, & † hoc caſu non eſſe neceſſe probare titulum ſiue ſimus in profanis, ſiue in beneficialibus, reſoluit Rota coram R.P. D. Manzanedo, 22. Martij. 1610. in illa Aquilegienſi penſionis, quæ eſt poſt Tract. Deciſ.242. num.15. & 16. An verò agatur interdicto vtili vnde vi pro recuperatione poſſeſſionis vel quaſi, & tunc duo ſunt conſiderandi caſus.
27 Primus † eſt, quando poſſeſſioni cui innititur actor reſiſtit ius commune, cuius exempla peti poſſunt ab Abb. in c. conſtitutis, num.3. ext. de elect. Bellam. deciſ. 17. num.1. & ſeqq. addent. ad deciſ.2. de reſtit. ſpoliat. in antiq. Afflict. ad conſtit. Regni, lib.1. Rubr.24. de violent. circa poſſeſſ. cap.1. num.34. & ſeqq. Pontan. in ſuo tract. de ſpol. lib.2. num.161.
28 Et hoc † caſu actor tenetur non ſolum allegare, ſed etiam probare, & iuſtificare titulum ſuæ poſſeſſionis ſeu quaſi, Abb. d. nu.3. Bellam. d. deciſ.17. nu.1. & ſeqq. Addent. in d. deciſ.2. in vlt. addit. Menoch. in ſuo tract. de recup. poſſeſſ. Remed.15. nu.458. cum multis ſeqq. & alij plures congeſti à Contardo de moment. poſſeſſ. quæſt.13. num.7.
29 Iſta † autem tituli iuſtificatio non eſt facienda per plenas & concludentes probationes, ſed ſufficit ſi quoquomodo titulus coloretur, & per quales quales etiam ſummarias immo etiam præſumptiuas & coniecturales probationes iuſtificetur Bellam. deciſ.50. in fine, & deciſ.59. Caſſador. deciſ.8. num.2. de reſtit. ſpoliat. Beninten. deciſ. Bononienſi, 23. num.5. & 6. Rota Diuerſ. deciſ.190. par.2. Menoch. d. Remed.15.
30 num.463. vbi multos allegat. fit enim † potius ad iuſtificandum bonam fidem actoris, quam ad probationem tituli, ſeu quaſi poſſeſſionis, vt dicit Bel-
31 lam. d. deciſ.17. in fine. Et propterea † eo caſu actor non diceretur cumulaſſe petitorium cum poſſeſſo-
ior,

Digitized by Google

rio, ſed iuſtificaſſe ſuam quaſi poſſeſſionem ex titulo. *Contard. vbi ſupra, limit. 2. §. 7. num. 11. & ſeqq.* & ſignanter *num. 14 Iacob. Venent. d. ſuo tract. de ann: præſtat. par. 1. quæſt. 24. num. 8. verſ. nam hoc modo.*

Secundus caſus eſt quando poſſeſſio qua nititur actor conceditur etiam abſque titulo iure non re-
32 pugnante. In quo quod † actor non ſolum non teneatur ad probandum titulum, immo quod non teneatur illum quidem allegare, volunt communiter Scribentes. *Abb. in c. querelam, in 3. not. ext. de elect. Dec. conſ. 136. num. 1. Afflict. deciſ. 395. num. 3. in fine, & ibi Vrſill. in Addit. nu. 1. Maſcar. in ſuo tract. de Probat. vol. 3. concl. 1324. num. 5.* dicit communem *Bertazol. conſ. ciuil. 123. num. 28. lib. 1. Barnab. Cornazan. deciſ. Lucenſi 115. num. 2.* & voluit *Rota apud Mohed. deciſ. 153.*

33 Nec † ab iſta opinione nos debet retrahere auctoritas *Rotæ deciſ. 3. de reſtit. ſpoliat. in antiq.* vbi dicitur fuiſſe reſolutum hoc quoque caſu actorem teneri non ſolum ad allegandum, ſed etiam ad probandum titulum ſuæ poſſeſſionis ſeu quaſi. Quoniam
34 † præterquam quod cōtra illam fuiſſe tentum in eadem *Rota coram b. m. Oradino*, teſtatur *Cōtard. d. limit. 2. §. 8. num. 49. & 50.* vbi. & in *d. quæſt. 15. num. 8. & ſeq.* eandem ſententiam communem contra *d. deciſ. 3. de reſtit. ſpoliat.* amplectitur. quam etiam placuiſſe *Rotæ* teſtatur *Mohed. d. deciſ. 153.* Poſſumus etiam
35 reſpondere ſaluando illam, quod † habeat locum, & procedat quando quaſi poſſeſſio actoris eſſet recens, id eſt (vt declarat multorum auctoritate *Maſcard. d. concluſ. 1324. num. 4.*) non triennalis, eo enim cauſa teneretur actor titulum ſuæ poſſeſſionis ſeu quaſi iuſtificare, ſecus autem quando non eſſet recens, ſed antiquior vltra triennium, & ita in ſpecie *d. deciſ. 3. de reſtit. ſpoliat.* Intelligit & declarat *Gig. in ſuo tract. de penſion. quæſt. 48. num. 5.* & ſequitur *Pont. in tract. de Spol. lib. 2. ſub num. 85. & num. 161. col. fin.*

Redeundo autem ad propoſitum noſtrum, & hęc quæ dicta ſunt de iuſtificatione & probatione tituli quaſi poſſeſſionis applicando materiæ de qua nos
36 agimus. Cum † poſſeſſio, ſeu quaſi exigendi annuas reſpōſiones cenſuales non ſit de iure prohibita, nec illi ius aliqua ratione reſiſtat, ſed contractus cenſualis ſit licitus, & per Cōſtitutiones Summorum Pontificū permiſſus & approbatus, vt fuit latè demonſtratum *ſupra par. 1. cap. 1. quæſt. 4. art. 3. & 4.* ſequitur quod agens ad reſtitutionem ſuæ quaſi poſſeſſionis iuris exigendi Cenſum & annuam reſponſionem à qua abſque culpa & facto ſuo fuit deiectus, & illa priuatus non teneatur probare nec iuſtificare titulum ſuæ poſſeſſionis, vt poſt *Bal. Angel.* & multos alios dicit in pūcto *Contard. d. q. 15. nu. 7. & 8.*

Et hæc de remediis quæ pro Cenſu formali conceduntur dicta ſufficiunt.

ARTICVLI QVINTI

SVMMARIA.

1 *Dominus Cenſus quod poſſit propria auctoritate capere fructus fundi Cenſui ſuppoſiti, volunt aliqui.*

2 *Alij quod poſſit capere tantum naturales in horreo non reconditos.*

3 *Auctor tenet indiſtinctè, quod nullos.*
Sed neceſſariam eſſe iudicis auctoritatem, num. 8.
Si tamen de facto capiat tenetur illos reſtituere, non tamen amittit ius ſuum, num. 6.
Limitatur concluſio. 1. ſi ex pacto id ſibi ſit conceſſum, num. 9.
Limitatur 2. quando ad fauorem domini Cenſus fuit appoſita clauſula conſtituti, num. 13.

4 *Nemo poteſt ſibi propria auctoritate ius dicere, ſed Iudicem pro iuſtitia debet adire.*

5 *Creditor non poteſt propria auctoritate bona ſui debitoris inuadere, etiam quod ex pacto id ſibi liceret.*

7 *Fideicommiſſarius vniuerſalis capiens ante aditam hæreditatem propria auctoritate poſſeſſionem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum non incidit in pœnam, ſed tenetur poſſeſſionem dimittere.*

10 *Pactum manuum iniectionis validum eſt in iure.*

11 *Pactum hoc poteſt mandari exequutioni etiam contra tertium poſſeſſorem.*

12 *Pactum iſtud conceditur domino Cenſus & illius fideiuſſoribus contra bona debitoris Cenſus.*

14 *Mandatum de aſſociando non poteſt denegari habenti clauſulam conſtituti in inſtrumento claro & liquido.*

15 *Mandatum de aſſociando conceditur abſque partis citatione.*

16 *Etiam contra ſingularem poſſeſſorem.*

17 *Etiam contra minorem.*

18 *Etiam contra Eccleſiam.*

19 *Etiam ſequuta morte conſtituentis; vel conſtitutarij.*

20 *Conſtitutum expirat morte conſtituentis.*

21 *Remanet tamen illius effectus, etiam reſpectu hæredum.*

22 *Conſtitutarius poteſt poſt mortem conſtituentis recuperare ab hæredibus conſtituentis poſſeſſionem.*

23 *Limitatur ſi conſtitutarius fuerit negligens poſtquam hæres conſtituentis accepit poſſeſſionem rei.*

24 *Conſtituti vis & efficacia remanet poſt mortem Conſtitutarij, & tranſit ad illius hæredes.*

25 *Poſſeſſio regulariter ad hæredem, non tranſit.*

26 *Creditor habens inſtrumentum cum clauſula, conſtituti, cautius agit ſi petat mandatum de aſſociando, quam ſi petat ſe immitti in poſſeſſionem.*

27 *Creditor Cenſus poteſt obtinere præceptum contra colonum bonorum ſuppoſitorum, vt de fructibus illi reſpondeat.*

28 *Colonus citatus vt de fructibus reſpondeat domino Cenſus comparens cum nominatione auctoris, liberatur.*

29 *Nominatio auctoris non habet locum in interdictis, & actionibus perſonalibus.*
Secus in actionibus realibus, num. 31. & infra.
Ac in actionibus perſonalibus in rem ſcriptis, num. 32.

30 *Interdicta poſſeſſoria ſunt in rem ſcripta.*

33 *Nominatio auctoris fit vel ad effectum, vt nominatus aſſiſtat Iudicio, vel ad declinandum iudicium.*

34 *Nominatio auctoris facta ad declinandum liberat nominantem, & eximit ne teneatur eſſe in iudicio.*

35 *Nominatione auctoris facta ad declinandum iudicium, eſt renouanda petitio contra nominatum.*

36 *Nominatus in iudicio poſſeſſorio comparens non poteſt opponere exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

37 *Niſi poſſint incontinenti probari.*

38 *Exceptio quando dicatur poſſe incontinenti probari, eſt repoſitum in Iudicis arbitrio.*

Domi-

Dominus Cenſus an ob negligentiam debitoris in ſoluendo poſſit propria auctoritate capere fructus rei ſuppoſitæ, vel aliorum bonorum pro ſolutione Cenſus hypothecatorum.

ARTICVLVS QVINTVS.

EXPLICAVIMVS in præcedẽtibus ar-
ticulis remedia tam petitoria, quam
poſſeſſoria, quæ conceduntur domino
Cenſus formalis, ſequitur vt congruo
ordine agamus de Remediis quibus
dominus Cenſus poteſt annuam reſponſionem cen-
ſualem exigere, & conſequi, & ſic de remediis, quæ
pro Cenſu materiali conſeqnendo conceduntur. Et
in primis vidẽdum eſt, an domino & creditori Cen-
ſus liceat fructus rei Cenſui ſuppoſitæ, vel aliorum
bonotum ſibi pro ſolutione Cẽſus hypothecatorum
capere propria auctoritate pro ſatisfactione ſui cre-
diti cenſualis, ſi debitor Cenſus ſit in mora ſoluen-
1 di. In qua † difficultate partem affirmatiuam ſim-
pliciter tenet *Foller. in ſua Tract. Cenſuali, in verbo, tamquam, num.* 54. auctoritate *Bart. Caſſan. ad conſuetud. Burgund.* aſſerentis hoc eſſe ſpeciale in contra-
ctu Cenſus, ſequitur *Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib.*
2 *art.* 71. *num.* 104. qui tamen † hoc reſtringit ad fru-
ctus naturales tantum pendentes, vel ſecatos, ia-
centes tamen, & in horreo non reconditos. eadem
opinio in puncto iuris placuit *Federici Martin. in ſuo tract. de iure Cenſuali, cap.* 9. *num.* 74.
3 Quia † tamen nulla affertur ſpecialitatis ratio,
ego libentius pertranſeo cum contraria & negati-
ua ſententia, quam tenuit *Boccacc. in ſuo tractatu, de Cenſib. par.* 2. *num.* 129. qui mouetur ea ratione, quia
4 † nemo poteſt ſibi propria auctoritate ius dicere,
ſed iudicem pro iuſtitiæ complemento debet adire,
l. vnica, & ibi Gloſ. & Doctor. C. ne quis in ſua cauſa Iudic. Quæ opinio videtur ſatis concludenter confir-
5 mari † ex regula *l. extat, ff. de eo quod met. cauſ. & l. pen. ff. ad leg. Iul. de vi priuat.* In quib. manifeſtè deci-
ditur non licere creditori priuata auctoritate, & te-
meritate, & ſine vllo iuſtitiæ miniſterio bona debi-
toris inuadere: Etiam quod ita ex pacto ſibi cauiſ-
ſet tempore emptionis Cenſus: nam pactum iſtud
reprobari in hoc contractu, dicit *Intrigliolus ſuper Bulla de Cenſib. q.* 45. *num.* 13. *& ſeqq.* intelligendo
tamen, vt *infra, ſub num.* 9.
6 Crederem tamen, † quod ſi iſte dominus Cenſus
de facto & propria auctoritate fructus iſtos perci-
peret, licet non poſſet illos de iure retinere, ſed eos
reſtituere teneretur, non propterea incideret in pœ-
nas, *l. meminerint, C. vnde vi,* vt dicit *Bon. d. art.* 71.
num. 104. *&* 105. Quod comprobatur ex iis, quæ di-
7 cuntur de fideicommiſſario vniuerſali, † qui ſi ante
aditã hæreditatem capiat propria auctoritate poſ-
ſeſſionem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, te-
netur ad reſtitutionem poſſeſſionis; licet non inci-
dat in pœnam amiſſionis ſuorum iurium inflictam
per *l. non dubium, C. de legat. Dec. in l. fin. num.* 48. *C. de edicto diui Adr. tollen.* & alij multi cõgeſti ab *Achil. Perſonal. in ſuo tract. de adipiſc. poſſeſſ. num.* 402.
8 Dum autem † *Boninſign. in d. ſuo tract. de Cenſib. artic.* 72. *ſub num.* 105. *verſic. & ideo bene eſt,* dat
pro cautela domino Cenſus, quod exiſtente moro-
ſo Cenſus debitore in reſponſionis annuæ cenſualis
ſolutione, nõ propria auctoritate fructus bonorum
ipſius inuadat, ſed adeundo Iudicem iure medio
ſibi conſulat. per tex, in *l. pen. in fine, C. de pignor. act. & Boccacc. d. num.* 129. ſimpliciter dicat eſſe adeun-
dum Iudicem, & ideo dari Saluianum Interdictum,
licet ab illis non diſcedam, dico tamen hoc caſu iu-
diciariam auctoritatem eſſe neceſſariam non ad
cautelam, & ad bene eſſe, ſed ad reſtitutionem fru-
ctuum effugiendam per iura ſupra allegata.
Hanc autem concluſionem in duobus caſibus
9 nõ habere locũ exiſtimo, & quidem Primò, † quan-
do inter emptorem & venditorem Cenſus fuit ini-
tum & firmatum pactum, vt dominus Cenſus pro-
prio ſuo iure abſque aliqua iudicis auctoritate, de-
creto, & licentia fructus fundi ſuppoſiti capere poſ-
ſit quatenus debitor Cenſus ſit moroſus in ſolutio-
ne, *Feder. Martin. d. tract. cap.* 6. *num.* 367. & probant
addentes ad Intrigliol. d. q. 45. *in littera D,* vbi conci-
liando *Intrigliol,* qui contrarium dixerat *ibi num.* 13.
dicunt *Intrigliolum* eſſe intelligendum, quando pa-
ctum eſt generale, vt dominus Cenſus poſſit exigere
illius fructus propria auctoritate à poſſeſſoribus fun-
di: & ſic etiam quòd debitor Cenſus in nulla exiſte-
ret mora ſoluendi. *Feder.* autem *Martinum,* quando
debitor eſſet in mora ſoluendi. quod pactum non
eſſe minus licitum, quam pactum manuum iniectio-
nis, dicit *Bon. d. art.* 72. *num.* 105. vbi *ad fin. verſ.* in
quo tamen articulo. dicit pactum de quo agimus
eſſe verè pactum manuum iniectionis, dum dicitur
quod dominus Cenſus poteſt ex defectu Cẽſus non
ſoluti capere fructus bonorum debitoris. nam ca-
pere fructus nil aliud eſſe dicit *ibi Bon.* quam in fru-
10 ctus manus iniicere, quod pactum † manuum inie-
ctionis eſſe de iure permiſſum, & valere, volunt cre-
brius *Doctor. per tex. in d. l. pen. C. de pignor. act. & l.*
11 *creditores, C. de pignor.* Immo † illud poſſe manda-
ri exequutioni etiam contra tertium poſſeſſorem,
dicit *Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 3. *verſ. quo circa,* & videtur
ſatis clarè ſenſiſſe *Rota coram R. P. D. meo Vbaldo,* 13.
Iunij, 1611. *in illa Bononienſi bonorum de Zaualus,* quæ
eſt impreſſa *poſt Tract. Deciſ.* 149. *num.* 2. *&* 3. & fuit
repetitum *coram eodem die,* 4. *Iulij,* 1612. *in eadem cauſa,* quæ eſt *ibidem deciſ.* 150. *num.* 1. *&* 2. vbi fuit
12 reſolutum † concedi domino Cenſus, necnon etiam
fideiuſſori ad eius fauorem in contractu Cẽſus præ-
ſtito hanc manuum iniectionem ob ſolam clauſu-
lam præcarij: ergo multò magis erit concedenda
vbi fuit ex pacto ſtipulata, quando autem hoc pa-
ctum ſit recipiendum, diximus *ſupra hac ead. par.* 2.
cap. 1. *quæſt.* 3. *art.* 5. *in* 4. *illatione, num.* 28. *& ſeqq.*
Secundò non procedit ſupra firmata concluſio,
13 † quando in inſtrumento Cenſus fuit ad fauorem
domini illius appoſita clauſula precarij: eo enim
caſu licitum ei eſſe propria auctoritate fructus rei
ſuppoſitæ capere, dixit *Rota in dicta cauſa Bononienſi bonorum de Zaualys,* 13. *Iunij,* 1611. *&* 4. *Iulij,* 1612.
proximè allegatis, *num.* 1. licet enim *ibi Rota* loqua-
tur quando dicta clauſula fuit appoſita, & adiecta
ad fauorem fideiuſſoris, idem tamen dicẽdum Cen-
ſeo quãdo fuit adiecta ad fauorem principalis em-
ptoris, & domini Cẽſus: nam quo ad iſtum effectum
reſul-

reſultantem ex vi & efficacia dictæ clauſulæ, nulla
concludens diuerſitatis ratio reddi poteſt. Immo
inter eos vigere paritatem rationis clarè ſenſit ea-
dem *Rota in eadem cauſa, 4. Iulij, 1614.* ſupra allega-
ta, quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 150. num. 1. & 2.* Regu-
lare autem eſt, vt creditor ad cuius fauorem appo-
nitur, & adiicitur clauſula conſtituti, & pręcarij,
poſſit impetrata à Iudice familia, quæ ipſum ingre-
14 dientem poſſeſſionem aſſocietur (quod † manda-
tum de aſſociando dicitur, & ſtante dicta clauſula
& inſtrumento claro, & liquido nulla ratione poteſt
denegari. *Afflict. deciſ. 326. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ.
rem. 5. num. 150.*) propria auctoritate à familia aſſo-
ciatus ingredi poſſeſſionem bonorum ſibi pro ſuo
15 credito obligatorũ, † nulla etiam regulariter, præ-
cedente poſſeſſoris dictorum bonorum citatione.
*Afflict. d. deciſ. 326. Menoch. d. num. 150. verſ. tertius
caſus, Neguſ. in ſuo tract. de pignor. & hypoth. in 4. par.
princip. num. 24. Magon. deciſ. Lucenſi 87. num. 17. Gal-
leſ. ad form. cameral. obligat. in quaſtion. poſt proceſſ. in-
ciden. num. 41. ad fin. Surd. conſ. 271. num. 45. lib. 2.
Rim. iun. conſ. 192. num. 2. & ſeq. lib. 5. Socin. ſen. conſ.
82. num. 8. lib. 3. Tiraq. de conſtit. poſſeſſor. par. 1. num.
43. Flamin. Cartar. deciſ. Rota executiu. Gennen. deciſ.*
16 *12. num. 7.* Etiam † contra tertium poſſeſſorem, qui
ex ſingulari titulo fuit adeptus poſſeſſionem, *Cartar.
d. deciſ. 12. num. 7. Vrſill. ad Afflict. d. deciſ. 326. nu. 4.
Galleſ. d. num. 41. ad fin. Felician. de Solis d. cap. 10. nu. 3.*
17 *verſ. quo circa.* Etiam † contra minorem. *Surd. d.*
18 *conſ. 271. num. 25. lib. 2.* Immo † etiam contra Ec-
cleſiam, *Tiraq. d. num. 43.* vbi multos allegat. Etiam
19 † quod interim mortuus ſit, vel is qui pro alio ſe
poſſidere conſtituit vel is pro quo alter conſtituit ſe
20 poſſidere. Nam quo ad conſtituentem † licet per
eius mortem conſtitutum expiret & finiatur. *Me-
noch. in tract. de recup. poſſeſſ. Remed. 14. num. 64. Teſ-
ſaur. deciſ. 38. in fine, Anch. Regienſ. quaſt. 23. num. 4.*
21 *lib. 2.* Eius † tamen virtus remanet etiam reſpectu
hæredum illius, vt per *l. quaſitum. §. fin. ff. de pracar.*
dicit *Crauet. conſ. 107. num. 2.* & ideo conſtitutarius
non priuatur poſſeſſione, quam vigore conſtituti ac-
quiſierat, vt ad literam reſpondit *Gozadin. conſ. 42.
num. 16. & 18.* referunt & ſequuntur *Tiraq. d. par. 2.
Ampl. 13. num. 3. & ſeqq. Menoch. d. remed. 14. nu. 67.*
22 qui alios allegant. Vnde † per mortem conſtituen-
tis non expirare actionem competentem conſtitu-
tario ex conſtituto quin poſſit recuperare poſſeſſio-
nem ab hæredibus cõſtituentis firmant *Crau. d. conſ.
107. num. 2. Nenz. conſ. 82. num. 19. Menoch. d. nu. 67.*
23 *Teſſaur. d. deciſ. 38. num. 5.* Niſi † poſt mortem con-
ſtituẽtis res illa quam quis pro alio ſe poſſidere con-
ſtituit, fuerit ab eius hærede apprehenſa, & poſtmo-
dum conſtitutarius neglexerit appræhendere poſ-
ſeſſionem naturalem. tũc enim amittit poſſeſſionem
quam prius habebat, etiam quod per modicũ tem-
pus neglexerit. eo enim ipſo quod conſtitutarius ſcit
ab hærede conſtituentis fuiſſe occupatam rem ſuo
nomine ab alio poſſideri cõſtitutam, & tacet, etiam
per modicum tempus, amittit ciuilem poſſeſſionem,
quam habebat, ex quo videtur ſuſpicari ſe poſſe re-
pelli, vt poſt *Tiraq. d. tract. par. 3. limit. 21. num. 9.* di-
xit *Rota in vna Romana domus, 4. Decembris, 1615. co-
ram R. P. D. meo Vbaldo,* quæ eſt impreſſa *poſt Tract.
deciſ. 253. num. 12.*

24 Quo verò † ad mortem Conſtitutarij quod eo
mortuo remaneat vis, & efficacia conſtituti, & illius
effectus, & eius morte non expiret, ſed tranſeat ad
ipſius hæredes comprobat per tex. in *l. cum pracario, §. 1. ff. de pracar.* & in aliis iuribus, & multorum
auctoritate *Tiraq. d. tractatu, de conſtit. poſſeſſ. par. 2.
Ampl. 12, num. 1. & 4.* vbi reſpondet obiectioni, quæ
25 videtur non mediocriter vrgere ex eo † quod com-
muniter dicunt Scribentes quod regulariter poſſeſ-
ſio in hæredem non tranſit, *l. cum hæredes, in princ. ff.
de acquir. poſſ. l. 1. §. Sc.euola, ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ.
fuer.* cum aliis concordantibus collectis per ipſum
Tiraq. in tract. le mort Saiſit, le viſ. poſt princip.
26 In impetranda † autem à Iudice familia quæ aſ-
ſocietur creditorem ad poſſeſſionem, cauendum eſt,
ne creditor petat à Iudice vt ipſum inducat, & im-
mittat in poſſeſſionem, nec petat exequutionem in-
ſtrumenti dicta clauſula conſtituti, vel pręcarij mu-
niti, quia tũc recederet à via facti, & pro adipiſcen-
da poſſeſſione opus eſſet iudiciali decreto formiter,
& ſeruatis ſeruandis obtento, ſed petat ſimpliciter
familiam pro aſſociatione, & obtineat mandatum
ſimplex de aſſociando, quo caſu non dicitur rece-
dere à via facti, vt admonent *Tiraq. d. tract. de con-
ſtit. poſſeſſ. par. 1. num. 30. Neguſ. d. tract. de Pignor.
par. 4. num. 25. & ſeq. Gabr. in tit. de act. concl. 4 nu. 17.*
27 Vbi autem † in inſtrumento cenſuali non eſſet
data licentia domino Cenſus capiendi fructus rei
ſuppoſitæ propria auctoritate, neque ad illius fauo-
rem eſſet appoſita clauſula conſtituti, ſeu pręcarij,
ſed eſſet illi dumtaxat permiſſum, vt ſibi liceat per-
petuum annuum Cenſum, & reſponſionem cenſua-
lem exigere, & conſequi ex fructibus, reditibus, &
prouentibus bonorum ſubiugatorum, cum clauſu-
la, quod fructus, reditus, & prouentus dictorum bo-
norum pro concurrente quantitate dicti Cenſus in
ſpecie ſint, & eſſe intelligantur obligati & hypo-
thecati domino & emptori Cenſus pro dicti Cenſus
ſolutione, & ſatisfactione, conſtituendo præterea il-
lum procuratorem irreuocabilem ſpecialiter, &
expreſsè ad exigendum à quibus neceſſe fuerit di-
ctos fructus dictorum bonorũ pro concurrẽti quan-
titate dicti Cenſus, & de exactis finiendum, &c. Ego
in contingentia facti pluries conſului domino, &
creditori Cenſus, vt impetraret à competenti Iudice
præceptũ aduerſus colonum partiarium, vel alium
poſſeſſorem dictorum bonorum Cenſui ſuppoſito-
rum, vt ſibi reſpondeat de parte dominicali dicto-
rum fructuum eorumdem bonorum pro concurren-
te quantitate ſui Cenſus, & donec fuerit ſatisfactus
de annuis reſponſionibus ex dicto Cenſu decurſis,
& non ſolutis, & in poſterum aduenientibus tem-
poribus decurrendis, nam probata identitate bo-
norum & conuenti poſſeſſione, obtinui fauorabile
decretum.
28 Certum † ſi colonus, vel alius dictorũ bonorum
poſſeſſor citatus comparens dicat ſe non proprio,
ſed alieno nomine dicta bona poſſidere, & propte-
rea nominet in auctorem dominum eorumdem bo-
norum, liberabitur ab hoc iudicio: cum enim ipſe
non conueniatur ex facto proprio, ſed ratione præ-
dij, quod colit, vel alter alieno nomine poſſidet,
non eſt illi deneganda huiuſmodi auctoris nomina-
tio, licet ſimus in iudiciis poſſeſſoriis. Etenim quam-
uis

29 ris interdicta poſſeſſoria ſint perſonalia; & † in
actionibus perſonalibus non habeat locum nomi-
natio auctoris, *l. 2. C. vbi in rem acti. c. quoniam fre-
quenter, §. quod ſi ſuper, ext. vt lite non conteſt.* Indu-
cendo iſta iura à contrario ſenſu, vt facit *Marian.
Soc. ſen. in d. §. quod ſi ſuper, nu. 19. Foller. in Addit. ad
Rober. Marant. de ord. Iudic. par. 6. memb. 6. nu. 7.* Quia
30 † tamen ſunt in rem ſcripta, *l. 1. ff. de interd.* Idem
eſt de eis faciendum iudicium, quod fit de actioni-
bus realibus, iux. not. *in c. ex parte E. ext. de foro com-
pet.* & dicit *Abb. in d. c. quoniam frequenter, §. quod ſi
ſuper.* quem legit *ſuo §. in alijs, num. 52. Marian. Soc.
in d. §. quod ſi ſuper, ſub num. 21. verſ. dominus Anto-*
31 *nius hic dicit.* Et propterea † ſicut in actionibus
realibus eſt permiſſa, & de iure conceditur huiuſ-
modi auctoris nominatio, *d. l. 2. & d. §. quod ſi ſuper.*
32 *& vtrobique Doctor.* eodem † modo cenſeri debet
permiſſa, & licita in his interdictis poſſeſſoriis, vt
concludit *Bar.* & magis communiter alij in *d. l. 2.* &
poſt longam diſcuſſionem *Abb. in d. §. in alijs, nu. 51.
& ſeqq. & Marian. Soc. in d. §. quod ſi ſuper, num. 21.*
Quod hac potiſſimum ratione confirmant, quia ea-
dem ratio æquitatis, quæ ſuadet, vt liceat nominare
auctorem in Iudiciis realibus tam reſpectu actoris,
quia non poſſet plenum effectũ ſuæ intentionis con-
ſequi niſi nominetur in auctorem dominus bono-
rum de quorum poſſeſſione agitur, quia ſi contin-
gat ferri ſententiam contra colonum, & detentato-
rem dictorum bonorum non præiudicaret vero do-
mino nec in proprietate, nec in poſſeſſione niſi fuiſ-
ſet requiſitus & citatus. Quam reſpectu coloni, &
detentatoris conuẽti, quia forte nõ vult moleſtiam
ſuſtinere in defendẽdo in hoc iudicio rem alienam,
vel ſaltem vult effugere periculum ne teneatur de
dolo ſi dominum non nominet quam demum re-
ſpectu ipſius nominati ne abſens condemnetur, ſed
nominatus & citatus habeat facultatem iura ſua
defendendi, vt bene conſiderant, & deducunt *Abb.
& Soc.* in locis ſupra citatis, illa eadem æquitatis ra-
tio militat in iudiciis poſſeſſoriis; ergo idem debet
eſſe iudicium, & ſucceſſiuè in illis etiam debet con-
cedi auctoris nominatio, vt argumentatur *Bar. in d.
l. 2. num. 11. & 13. Abb. & Soc.* in locis allegatis.
facta autem hac nominatione auctoris per colo-
num, vel alium detẽtatorem bonorum Cenſui ſub-
33 iugatorum non † ad effectum, vt dominus nomina-
tus in iudicio moto aſſiſtat ad inſtruendum & de-
fendendum nominantem, prout fieri poſſe, docet
Bar. in d. l. 2. C. vbi in rem actio, nu. 13. & ibi alij com-
muniter & *Soc. in d. §. quod ſi ſuper,* ſed ad effectum
34 declinandi iudicium, ſtatim † ipſe nominans libe-
ratur & non tenetur amplius ſtare in iudicio, & li-
tem motam defendere, & ſuſtinere. *Bar. in d. l. 2. nu.*
35 19. quem alij ſequuntur; ſed † contra nominatum
erit renouanda petitio, & formandus nouus libel-
lus, *l. neque impuberes, §. 1. ff. de in ius voc. Specul. in
tit. de prim. decret. §. reſtat, verſ. ſed numquid nomina-
tus. Bar. d. num. 19. Socin. d. §. quod ſi ſuper, num. 31. &
42. Maranta, in d. ſuo tract. de ord. iudic. par. 6. memb. 6.*
36 *num. 1. & ibi Foller. num. 9.* Ipſe † autem dominus
auctor nominatus comparens non poterit in hoc iu-
dicio poſſeſſorio opponere exceptiones requirentes
altiorem indaginem. *Bart. Caſtr. & alij, in l. ſi de vi,
ff. de iudic.* cum aliis apud *Scapuccin. in ſuo tract. de*
37 *Salu. Interd. lib. 2. quæſt. 1. nu. 1.* Niſi † poſſent incon-
tinenti probari, *Gloſ. & Doctor. in d. l. ſi de vi. Bar. &*
38 *alij in l. fin. C. de edicto Diui Adr. toll.* Quando † au-
tem dicantur poſſe incontinenti probari eſſe repo-
ſitum in iudicis arbitrio, dicunt poſt alios quos alle-
gant *Ceph. conſ. 541. nu. 12. lib. 4. Rimin. iun. conſ. 404.
num. 43. lib. 3. Menoch. de arbitr. iud. quæſt. Caſu 20.
num. 3. Contard. de moment. poſſ. limit. 12. num. 3. &
ſeq. Carol. de Graſſ. in ſuo tract. de Except. in 7. except. n.
8. Statil. Pacif. in ſuo tract. de Salu. Interd. inſpect. 2. c.
2. nu. 129.* ſecundum nouam impreſſionem in folio.

ARTICVLI SEXTI

SVMMARIA.

1 *Inſtrumenta publica de iure communi non habent pa-
ratam exequutionem.*
2 *Fallit in multis caſibus, remiſſiue, &*
3 *Maximè ſi ita diſponunt ſtatuta, vel
Inſtrumenta ſunt vallata camerali obligatione.*
4 *Inſtrumentum Cenſus vigore ſtatuti, vel in vim came-
ralis obligationis poteſt habere paratã exequutionem.*
5 *Iuramentum habet paratam exequutionem.*
6 *Contrarium voluit Rota.*
7 *Via exequutiua pro Cenſu competit non ſolum ei, qui
Cenſum emit, verum etiam eius ceſſionario.*
8 *Dummodo doceat de ceſſione, & de exiſtentia crediti.*
9 *Via exequutiua competit hæredibus domini Cenſus.*
10 *Dummodo doceat ſe eſſe hæredem.*
11 *Item ei pro quo procurator Cenſum emit.*
12 *Via exequutiua datur etiam contra hæredes venditoris
Cenſus.*
13 *Dummodo ante exequutionem facti liqueat quod ſint
hæredes.*
14 *Legitimatio perſonæ eſt neceſſaria in quolibet iudicio,
etiam exequutiuo.*
15 *Alias proceſſus eſt nullus, ſaltem ſi pars petat legiti-
mationem, & num. 36.*
16 *Non tamen contra hæredes cum beneficio legis & in-
uentarij.*
17 *Contrarium tamen, volunt aliqui.*
18 *Conciliantur opiniones.*
19 *Via exequutiua datur contra fideiuſſores præſtitos in
contractu Cenſus.*
20 *Item contra eorum hæredes.
Dummodo liqueat eos eſſe hæredes, vt num. 13.*
21 *Via exequutiua non competit contra poſſeſſorem prædij
oneri Cenſus ſuppoſiti.
Niſi talis poſſeſſor citatus compareat & ſuſcipiat in ſe
iudicium, num. 23.*
22 *Via exequutiua non datur contra non nominatum in in-
ſtrumento.*
24 *Via exequutiua non competit, quando inſtrumentum cu-
ius vigore agitur fuit per ſententiam vulneratum.*
25 *Siue ſit vulneratum per primam, ſiue per aliam ſen-
tentiam.*
26 *Via exequutiua non competit quando inſtrumentum ex
quo agitur, eſt conditionale.
Niſi citato reo conſtet conditionem eſſe purificatã, ibid.*
27 *Via exequutiua non competit ad repetendam ſortem
principalem, etiam in ijs caſibus in quibus de iure illa
repeti poteſt.*

28 *Via*

28 *Via exequutiua non conceditur, quando ceptum fuit agi via ordinaria.*

29 *Dummodo reus conuentus via ordinaria non fuerit contumax.*

30 *Actor intentando iudicium ordinarium ſibi præiudicat in exequutiuo, ſi non proteſtetur velle eſſe ſibi ſaluam viam exequutiuam.*

31 *Via exequutiua non datur vigore inſtrumenti, de cuius nullitate fuit antea ceptum agi iudicio ordinario.*

32 *Via exequutiua intentata contra vnum coram vno Iudice, poteſt contra eumdem vel alium coram eodem, vel alio Iudice intentari.*

33 *Niſi per primam viam exequutiuam fuiſſet creditori de toto ſuo credito integraliter ſatisfactum.*

34 *Agens via exequutiua debet producere apud acta inſtrumentum cuius exequutionem deſiderat in publicam & authenticam formam, nec ſufficit productio prothocolli, & imbreuiaturæ Notarij.*

35 *Sententia lata ſuper exequutione inſtrumenti, non mandatur exequutioni contra perſonam hæredis debitoris, niſi facta excuſſione bonorum in confuſo, quod non extent bona.*

37 *Sententiæ lata ſuper exequutione inſtrumenti Cenſus, non ſuſpenditur per appellationem.*

38 *Limitatur, ſi contineat liquidationem, vel complexionem negotij principalis.*

39 *Appellatio tamen omni caſu deuoluit,*

40 *Sententia lata ſuper exequutione inſtrumenti, ſuſpenditur propter exceptiones permiſſas contra cameralem obligationem.*

41 *Sententia lata ſuper exequutione inſtrumenti Cenſus, nulla poteſt exceptione ſuſpendi.*

42 *Maximè ſi tale inſtrumentum ſit camerali obligatione munitum.*

43 *Et iuramento vallatum,*

44 *Vnde non retardatur exceptione ſimulationis Cenſus.*

45 *Nec per moratorias, vel quinquennalem dilationem.*

46 *Nec per exceptionem ceſſionis bonorum.*

47 *Condemnatus via exequutiua ſi iniuſtè coactus ſit aliquid ſoluere id repetit,*

Via exequutiua an competat pro exactione annui Cenſus.

ARTICVLVS SEXTVS,

SExtvs ſequitur Articulus in quo diſ-
ſerendum eſt, an pro annuo Cenſu, &
annua reſponſione cenſuali cõſequen-
da competat via exequutiua. Pro cuius
reſolutione præmittendum eſt breuiter
1 quod licet de iure † communi publica inſtrumen-
ta non habeant exequutionem paratam, ſecundum
receptiſſimam Scribentium opinionem, per tex. in l.
minor viginti quinque annis per fideicommiſſum, ff. de
minor. Carol. de Graſſ. in ſuo tract. de Except. in Prælud.
num. 1. Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſibus,
2 *tomo 1, lib. 3. cap. 1. num. 3.* hoc tamen fallit † in qui-
buſdam caſibus, quorum aliquot recenſet *Alex. in l.*
fin. num. 3. & ſeq. C. de edicto Diui Adriani tollen. &
in l. ait Prætor, §. 1. num. 3. & ſeq. ff. de re iudic. latè
Roder. Zuarez, in l. poſt rem iudicatam, in notabilibus, &
in declarat. l. Regni, ff. eod. tit. Inter alios autem ille
3 eſt indubitabilis † quando hoc diſponit ſtatutum,
vel inſtrumentum eſt vallatum camerali obſigatio-
ne. & propterea cum in pleriſque ciuitatibus maxi-
mè Italiæ. per ſtatuta diſponatur quod inſtrumen-
ta guarentigiata, vel (vt dicitur *in ſtatuto Ciuitatis*
meæ Peruſinæ, ſub rubr. 29. de execut. inſtrument. lib. 2.)
confeſſionata habeant paratam exequutionem, &
inſtrumenta, quæ ſuper contractibus cenſualibus
conficiuntur vt plurimum, vel ex communi nota-
riorum conſuetudine, vel potius ex ipſorum contra-
hentium voluntate ſoleant camerali obligatione
muniri, vt aliàs diximus. non inuitus trahor in eam
4 ſententiam † quod pro annui Cenſus exactione ex
inſtrumentis ſuper dicto contractu manu publici
Notarij confectis, & celebratis competat via exe-
quutiua, vt apud *Foller. in ſua Pract. Cenſuali, in ver-*
bo, tamquam, num. 50. & ſeqq. Felician. d. cap. 1. nu. 3.
Federic. Martin. in ſuo tract. de iure Cenſ. cap. vlt. nu. 22,
& voluit *Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 70. nu.*
103. Cæſar Barz. deciſ. Bonon. 56. num. 1. Anton. Mo-
nachus, deciſ. Lucenſi 21. num. 4. & placuit *Rota coram*
b.m. Orano, 8. Aprilis, 1598. in illa Romana Cenſus de
Prouanis, quæ eſt *impreſſa poſt Tract. Deciſ. 21. num. 2.*
5 Et multò † magis hoc affirmarem ſi huiuſmodi
inſtrumenta eſſent iuriſiurandi religione vallata &
confirmata: Iuramentum enim dat inſtrumẽtis pa-
ratam exequutionem, *Seraph. in ſuo tract. de Priuil.*
Iuram. Priuil. 73. num. 2. & ſeqq. Carol. de Graſſ. in ſuo
tract. de Exception. in præfat. nu. 57. & ſeq. Cæſar Barz.
6 *deciſ. Bonon. 56. num. 26. & ſeq.* licet † quo ad iura-
mentum contrarium dixerit *Rota in vna Bononienſi*
Cenſus coram b.m. Penia, 24. Aprilis, 1600. quæ repe-
ritur impreſſa *in fine Tract. deciſ. 254. nu. 6.* affirmans
ita fuiſſe in aliis cauſis reſolutum.

Hæc autem concluſio quod pro exactione annuæ
reſponſionis cenſualis ex inſtrumentis cenſualibus
competat via exequutiua, ampliatur pluribus mo-
dis, &
7 Primò, † vt illa competat non ſolum ei, qui Cen-
ſum emit, ſed etiam illi qui alio quocumque modo
nactus fuit dominium Cenſus, puta per ceſſionem
ſibi ab emptore, vel alio dicti Cenſus domino fa-
ctam, *Bal. in l. ex legato, num. 14. in fine, C. de legat. &*
ibi in l. 1. ſub num. 3. verſ. vnde exceptio, C. quor. legat.
Paul. de Caſtro, in l. poſtulante, num. 6. ff. ad Trebell.
Barz. d. deciſ. 56. num. 38. verſ. proceduntq., Caſſan. ad
conſuetud. Burgund. Rubr. 11. Des Cenſes, § 6. num. 8.
verſ. ſed an. Galleſ. ad form. Cameral. obligat. par. 2.
quæſt. 2. num. 1. & ad 3. par. de perſon. petent. exequut.
num. 2. Flamin. Cartar. in deciſ. exequut. Rota Genuen.
deciſ. 63. num. 1. & ſeqq. Io. Bapt. Aſin. in ſuo tract. de
exequut. inſtr. §. 1. cap. 48. & in propriis terminis. *Fol-*
ler. in d. verbo, tamquam, num. 26. Bon. in d. tract. de
Cenſib. art. 73. num. 106. Nicol. Intrigliol. ſuper Bal. de
Cenſib. quæſt. 12. per tot. & non obſcurè ſenſit *Rota in*
vna Romana Cenſus, 4. Decembris, 1595. coram b.m.
Cardinali Pamphilio, quæ eſt *in calce Tract. Deciſ. 255.*
8 Dummodo doceat † ſe eſſe ceſſionarium, & iuſtifi-
cet exiſtentiam crediti. *Aſin. d. §. 1. cap. 40. Galleſ. d.*
quæſt. 2. num. 2. & ibi Silueſtr. Zacchi. num. 3. & mul-
torũ auctoritate, dixit *Rota, in d. Romana Cenſus, nu. 5.*
9 Ampliatur 2. vt eadem via exequutiua compe-
tat etiam hæredibus illius, qui Cenſum emit, *Dec.*
conſ. 536. num. 2. Boer. deciſ. 10. num. 4. & ſeq. Aſin.
d. §. 1. cap. 45. num. 2. Galleſ. d. par. 2. quæſt. 1. num. 1.
Dum-

Digitized by Google

10 Dummodo † doceat ſe eſſe illius hæredem. *Alex.*
conſ.115. in fine, lib.7. Boer. d. deciſ.10.num.4. Franc.
Becc.conſ.75.num.6.lib.1. Caſſan.d.§.6.num.7.verſ.dic
quidquid ſit. Aſin.d.§.1.cap.49.num.3. Foller.d.verbo,
tamquam,num.15.& 18. Bon.d.Tract.art.74.nu.107.
facta autem huiuſmodi probatione, & iuſtificatio-
ne ſentẽtia lata ad fauorem creditoris defuncti po-
terit mandari exequutioni ad inſtantiam illius hæ-
redis, vt voluit *Rota in vna Romana Cenſus, 28. Iunij,*
1599. coram b. m. Litta, quæ reperitur impreſſa *poſt*
Tract.deciſ.256.num.2.

11 Ampliatur tertiò, vt detur † etiam ei pro quo quis
procuratorio nomine Cenſum acquiſiuit etiam an-
te ceſſionem ſibi factã; maximè ſi inſtrumentum ſit
iuratum, *Bon.d.ſuo tract.art.75.n.106.verſ.ſed an exe-*
quutio, & faciũt ea quę diximus *ſup.hoc c.2.q.2.art.1.*

12 Ampliatur quartò, vt † eadẽ via exequutiua com-
petat etiam contra hæredes eius, qui cenſum impo-
ſuit, & ſe obligauit ad illius ſolutionem, *Petr. Pech.*
in ſuo tract.de iure ſiſtend.c.4. nu.9. Gaſp.Beat. in tract.
de inop.debitor.cap.6.nu.9. Dec.conſ.536. nu.2. Caſſan.
d.§.6.num.6. Aſin.d.§.1. cap.45. in puncto, *Foller. in*
d.verbo, tamquam, nu.18. Bon.in d.tract.de Cenſib.art.
74.num.107. Barz.d.deciſ.56. num.1.

13 Dummodo † ante exequutionem facti liqueat, &
legitimè probetur quod ſint hæredes debitoris. *Bal.*
in l.per diuerſas, quæſt.10.num.14. in fine, C.mand. Soc.
ſen.in tract.Regul.Regula 135. Boer. d.deciſ.10. nu.2.
14 & nos dicemus *infra in proximo art.* Nam † in quo-
libet iudicio, quantũuis ſummariiſſimo, & exequu-
tiuo, eſt neceſſaria legitimatio perſonarum. *Pariſ.*
conſ.11.num.2. lib.2. Burſ.conſ.129. num.67. & conſ.
225.num.70.lib.2. Vant.de nullit.in tit.de nullit.ex de-
fectu inhabil. num.2. Achill. Perſon. de adipiſc. poſſeſſ.
num.65.& ſeq. Maſcard.de Probat. vol.2.con.luſ.972.
Rimin.iun.conſ.494.num.10.lib.4. & dixit *Rota coram*
b.m.Litta, in illa Romana Cenſus, 5.Iun.1600. quæ eſt
15 *poſt Tract.deciſ.257.num.3.* aliàs † proceſſus eſt nul-
lus, ſaltem ſi pars petat huiuſmodi legitimationem,
Tiber.Saluſt.in ſua Pract.lib.1. cap.43. nu.4. Rota in re-
collectis per Farinac.deciſ.307. num.7.parte 1.

16 Non † tamen daretur contra hæredes cum bene-
ficio inuentarij ſecũdum opinionem quam ample-
xus fuit *Soc.ſen.conſ.120.nu.18. verſ.ſed quid plura, lib.*
1. Bero.q.57. Machel. Patrocin.35.nu.18. Aſin.d.§.1.
c.46. Intrigliol, d.tract.q.11.nn.6. & ſeqq. Maximè in-
tra tempora conficiendi inuẽtarium, *Boer.deciſ.10.*
nu.3. Petr. Pech.d.c.4.num.9. verſ.Principio.

17 Contrariam verò † ſententiam probauit *Corn.cõſ.*
31.per tot. & ſignãter *nu.15.lib.3. Phanucc.in ſuo tract.*
de inuent.p.5.n.129.& ſeq. Barz.d.deciſ.56. n.37.in fi.
& in proprijs terminis fuit amplexa, *Rota coram b.m.*
Robuſt.8.Febr.1577. in illa Rom. Cenſus, quæ eſt *in fine*
tract.deciſ.232.nu.16. & cũ quo ego quoque pertran
ſeundum cenſeo, & ſecũdum eã in contingentia fa-
cti pluries obtinui in cauſis nõ modici momẽti non
18 † quidem dictum cenſum, vt hæres cum inuentario
capi poſſit perſonaliter, vt negabat *Soc.ſen.d.nu.18.*
Bero.d.q.57. Aſin.d.c.46. Phanucc.d.p.5.n.129. Foller.
d.verbo, tamquam, nu.20. & dixit *Rota coram b.m.Ora-*
no, 24.Octobr.1588.in illa Rom. Cenſus, quæ eſt *ibidem*
deciſ.231. num.6. Sed ſimpliciter pro validitate iu-
dicij exequutiui, vt ſententia exequutioni mande-
tur ſuper bonis inuentariatis, & non diſtractis.

19 Ampliatur quintò, vt † eadẽ via exequutiua com-
petat etiam contra eos, qui in contractu cenſuali ſe
tamquam fideiuſſores obligauerunt ad fauorẽ em-
ptoris, & domini Cenſus, *Barz.d.deciſ.56. num.1.* &
fuit dictum *ſupra hoc eod.c.2.q.3.art.2.* tenetur enim
ex propria obligatione, vt diximus ibi. & dicemus
infra art. proximè ſeq.

20 Immo † competit etiam contra hęredes ipſorum
fideiuſſorum, vt dicit *Barz.d.deciſ.56.num.18.* Dum-
modo liqueat eos eſſe hæredes, vt dictum fuit ſupra
proximè, *num.13.*

Limitatur autem ſupra firmata principalis Con-
21 cluſio nonnullis modis, & quidẽ Primò, vt hæc † via
exequutiua ex contractu cenſuali non concedatur
cõtra poſſeſſorẽ bonorum cenſu ſuppoſitorũ, *Alex.*
conſ.83.nu.11.lib.3. Dec.conſ.198.nu.5.& in c.ſuper eo,
nu.5. de offic.delegat. Galleſ.de obligat. Cameral.p.2.q.2.
nu.3. & in proprijs terminis, *Felic.de Solis, in d.d. ſuis*
Commentar.de Cenſib.tomo 1.lib.3.c.4.nu.6.verſ.quar-
to infero, & tomo 2.eod.lib.3.& c.4.nu.4.verſ.in nume-
ro 6. Roder.de ann.reditib.lib.2.q.9.n.53. Etiam quod
in conſtitutione & venditione Cenſus eſſet appoſi-
tum pactũ auferens debitori Cenſus facultatẽ alie-
nandi rem Cenſui ſuppoſitã: licet.n.hoc pactũ appo
ſitum in vẽditionib. aliarum rerum operetur, vt in-
ſtrumentum habens exequutionem paratam poſſit
mandari exequutioni ẽt contra tertiũ poſſeſſorem,
vt poſt multos dicit *Felic.d.tomo 1. lib.1.c.10.nu.3.*
appoſitum tamen in venditione Cenſus, tamquam
appoſitum contra expreſſam prohibitionem *Pij V.*
in ſua Bulla ſuper Cenſib.verſ.quemadmodum, &c. nihil
poteſt operari, vt bene animaduertit *Felic.d.num.3.*
& voluit *Gaſpar.Roderic.d.q.9.nu.55.cum multis ſeqq.*

Nec refert quod *Foller. in d. ſua Pract.Cenſuali, in*
verbo, tamquã, n.12.16.& 39. affirmet hmõi inſtru-
menta cenſualia poſſe directo mãdari exequutioni
contra tertios poſſeſſores bonorũ ſubiugatorũ, qm
vt aduertit *Felic.d.tomo 1. lib.3.c.4.n.7.in fine, & to-*
mo 2.eod.lib.3.& c.4.n.4.verſ.ex quo infertur. Follerius
loquitur in terminis illius Pragmaticæ Nicol.V.
quã cõmentatur, quæ hoc expreſsè permittit, ſecus
tñ eſt in terminis iuris cõmunis, & extra caſum dictę
22 Pragmaticę, cũ † inſtrumẽta ẽt habẽtia exequutio-
nẽ paratã non poſſint exequutioni demãdari contra
nõ nominatos in eis, vt deducit poſt multos *Achil.*
Perſonal.in ſuo tract.de adipiſc.poſſeſſ.nu.408. verſ. ne-
que ratione, Aſin.in d. ſuo tract. de Execut. inſtrum. §.1.
cap.72. num.1. vbi multos congerunt, & ſenſit *Rota*
coram b. m. Penia, 24. Aprilis, 1600. in illa Bononienſi
Cenſus, quæ eſt *poſt Tractatum, deciſ.254. num.2.*

23 Vel † opinio *Foller.* poſſet forte procedere ſi iſte ter
tius poſſeſſor citatus ad iudicium pro ſuo intereſſe
comparuiſſet, & iudicium in ſe ſuſcepiſſet, quo caſu
poſſe contra eũ mandari executioni dictum inſtru-
mentum cenſuale dici poſſet ex *Ruino, cõſ.34.in fine,*
lib.5. Dec.conſ.187.nu.2. Crau.conſ.12.nn.8.lib.1. Fe-
lician. qui alios citat *d.tomo 1.lib.3. cap.4.num.6.*

24 Limitatur ſecundò, vt † via executiua non habeat
locum ex inſtrumento Cenſus, quando illud fuit per
ſententiam vulneratum: tunc enim non poteſt am-
plius eius vigore exequutiuè agi, vt fuit deciſum
ſępius in *Rota*, & ſignanter *deciſ.132. num.1.parte 2.*
Diuerſor.coram Seraphino, deciſione 674. num.2. parte
3. & in multis alijs cauſis, & deciſionibus; quæ

apparent impreſsæ apud *Zacchi. ad Galleſ. de obligat. Camerali, quæſt. 37. num. 17.* Puta ſi per Iudicis ſententiã fuerit declaratus nullus Cenſus pro quo agitur, vt dixit *Rota coram b. m. Litta. 28. Iunij, 1599. in vna Romana Cenſus*, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ.*
25 *256. num. 1.* ſiue † fuerit declaratus nullus per primam ſententiam, ſiue in gradu appellationis à ſententiã lata ſuper validitate cenſus interpoſitæ per ſecundam ſententiam, vt declarauit eadem *Rota coram eodem, 5. Iunij, 1600. in eadem cauſa*, quæ eſt *ibidem deciſ. 257. num. 1.*

Limitatur tertiò, vt pro fructibus Cenſus nõ poſ-
26 ſit agi executiuè vigore inſtrumenti cenſus, ſi † illud ſit conditionale, nam non debet concedi illius executio, niſi prius citato debitore conſtet conditionem extitiſſe, *Bal. in l. ſi quidem, nu. 2. C. de except. Alex. conſ. 119. num. 2. lib. 1. Couar. Var. Reſolut. lib. 2. cap. 11. num. 2. Galleſ. ad form. cameral. obligat. tit. de liquidat. num. 11.*

27 Limitatur quartò, vt † non competat ad repetendam ſortem principalem, & pretium in emptionem Cenſus erogatum etiã in iis caſibus, in quibus illius repetitio eſt de iure permiſſa, de quibus agemus *infra parte 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 4.* nam tunc agendum eſt via ordinaria, vt animaduertit *Nauar. in ſuo Commentar. de vſur. num. 118. quæſt. 27.*

Quod tamen non procederet ſi venditor Cenſus tempore impoſitionis, & venditionis illius promitteret rem cenſui ſuppoſitam eſſe liberam ſub obligatione camerali, vel in inſtrumento habente executionem paratam, nam ſi ipſe ſciebat rem illã non eſſe liberã, poteſt ab eo repeti pretium cenſus etiam via executiua, vt fuit reſolutum in *Rota corã Seraph. deciſ. 321. num. 19. quæ eſt inter deciſ. Diuerſ. par. 1. deciſ. 486 num. 9. verſ. ad ſextam.*

28 Limitatur quintò, quando † cæptum fuit agi via ordinaria, nam non poterit poſtea ex eodem inſtrumento agi via executiua, quia per electionẽ viæ ordinariæ cenſetur renunciatum viæ executiuæ, *Rom. conſ. 133. col. 2. verſ. ex quo enim. Gramm. conſ. ciuil. 95. num. 27. Garz. Maſtrill. deciſ. Regni Sicil. 157. num. 1. p. 2.* qui alios allegat *Galleſ. ad form. cameral. obligat. in 3. partic. 2. par. quæſt. 2. & ibi Zacchi. quæſt. 11. in 2. addit. num. 9.* qui plures allegat, & teſtatur ita ſæpius fuiſſe in *Rota* reſolutum, & ſignanter *coram b. m. Litta, in vna Romana pecuniaria, 28. Iunij, 1593.* quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 260. per tot.* & ita tenendum cenſeo quidquid aliter ſenſerit *Felician. de Solis, in dd. ſuis Commentar. de Cenſ. in tomo 1. lib. 3. cap. 2. num. 9.*

29 Quod tamen ſublimitandũ exiſtimo Primò, † niſi reus conuentus iudicio ordinario fuiſſet cõtumax: eo enim caſu actor omiſſo iudicio ordinario poſſet redire ad viam executiuam, vt declarat *Galleſ. d. q. 2. num. 7.* & refert alios *ibi Zacchi. d. q. 11. in 2. Additione, num. 10.* aſſerens ita fuiſſe reſolutum *in Rota coram b. m. Penia, in vna Romana Palatij campi Floræ, 16. Decembris, 1588.* quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 101. num. 10.*

30 Secundò ſublimitatur, † vt non procedat quando actor adeundo Iudicem via ordinaria proteſtatus fuit, quod vult ſibi eſſe ſaluam viam executiuam, vt declarat *Menoch. in ſuo tract. de adipiſcen. poſſeſſ. Remed. 6. num. 11.*

31 Limitatur ſextò, vt † non competat via executiua pro inſtrumento Cenſus, quando fuit præuentum in iudicio ordinario petendo declarari nullum Cenſum præfatum, nam exequutio dicti inſtrumenti poſtmodum petita ſuſpenditur donec fuerit cognitum, & terminatum iudicium motum ſuper dicta nullitate. *Paul. de Caſtro, in Authent. quæ ſupplicatio, nu. 3. C. de precib. Imp. offeren. Dec. conſ. 103. num. 1. Cartar. deciſ. Rotæ executiuæ Genu. deciſ. 20. per tot.* faciunt tradita per *Intrigliol. d. tract. quæſt. 65. per totum.*

Declaratur ſimiliter principalis concluſio. Quod
32 † ſi dominus & creditor Cenſus egerit via exequutiua contra vnum ex pluribus inſolidum obligatis ad ſolutionem annui Cenſus coram vno Iudice non impediatur quo minus poſſit eundem vel alios correos coram eodem Iudice eadem via exequutiua, vel alio iudicio exequutiuo conuenire. *Iaſ. conſ. 9. in 2. dubit. num. 3. & ſeqq. & conſ. 28. num. 7. lib. 1.* ſequitur *Neuiz. conſ. 4. num. 12. in fine. Galleſ. ad form. cameral. obligat. in 3. par. 2. part. quæſt. 2. num. 2. & ibi Zacchi. quæſt. 11. in 1. addit.* plures allegat *Lancel. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 2. num. 76. Felician. dd. ſuis Commentar. tomo 1. lib. 3. cap. 2. num. 9. ad finem*, qui alios citat.

33 Quod tamen † non procedit ſi per primum iudicium motum via exequutiua, & vigore ſententiæ in eo latæ eſſet ipſi actori, & domino Cenſus plenè, & cum effectu conſultum. Eo enim caſu non poſſet dominus Cenſus alios correos debendi in iudicium trahere, *Ang. in l. qui reſtituere, ſub nu. 5. verſ. in Gloſſa, in fine, ff. de rei vendicat.* ſequitur *Iaſ. d. conſ. 28. ſub num. 3.*

34 Declaratur ſecundo loco † eadem principalis Concluſio, vt volens agere via exequutiua teneatur in primis, & ante omnia producere inſtrumentum Cenſus, nec ſufficit ſi producatur poſt petitam exequutionem, *Bal. in l. plenè, ff. quod falſ. tut. auct. Rom. conſ. 300. num. 2. circa medium*, vbi *Mandoſ. in addit. in littera D. Luc. Petus. in ſuo Tract. iudiciar. Capitol. for. lib. 3. cap. 2. num. 8.* facit *Galleſ. d. tract. par. 3. quæſt. 2.* & fuit reſolutum in *Rota coram b. m. Cardin. Pamphil. 4. Decembris, 1595. in illa Romana Cenſus*, quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 255. num. 2.* Neque ſatis eſſet ſi produceretur prothocollũ, & ſimplex imbreuiatura Notarij, ſed eſt omnino producendum inſtrumentũ ſumptum in publicam & authenticã formam, vt docet *Caſſan. ad Conſuetud. Burgund. Rub. 11. Des Cenſes, §. 6. num. 12. in Addit. & Felician. in dd. ſuis Commentar. tomo 2. lib. 3. cap. 1.* Nam non omnis ſcriptura confecta manu publici Notarij dicitur publica, & authentica, ſed ad effectum, vt inſtrumẽtum dici poſſit eſſe in publica & authẽtica forma multa requiruntur, vt demonſtrat *Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. 2. Afflict. ad Conſtitut. Regni, lib. 1. Rubr. 73. ſub num. 17. cum multis ſeqq. Cran. conſ. 216. num. 2. & ſeqq. lib. 2. Rim. iun. conſ. 384. num. 18. & ſeqq. lib. 4. Virgin. Boccacc. ad Conſtitut. March. Gloſ. 7. nu. 19. & ſeqq. Claud. Bertaz. in ſuo tract. de Clauſul. inſtrum. in Proœm. num. 3. cum multis ſeqq.* & alij variis in locis.

35 Lata † autem ſententia in hoc iudicio exequutiuo non poterit mandari exequutioni contra perſonam hæredis debitoris condemnati, niſi facta excuſſione bonorum in confuſo appareat, quod bona non extent, vt vult *Gloſſa, in l. 3. §. tutores, ff. de*

ff.de ſuſp.tutor. quam eſſe communiter, & magis com-
muniter receptam, teſtatur *Alex.in l.à Diuo Pio.§.*
in venditione, num.6. ad finem, & nu.8. ad finem, ff.de
re iudic, ſequitur *Foller.in d.ſua Pract.Cenſuali,in ver-*
bo, tamquam, num.17. Et licet non deſint qui con-
trariam ſententiã amplectantur, ab hac tamen opi-
nione communi periculoſum eſſe in practica diſce-
dere, dixit *Alex. d.num.8. in fine,* quamuis *Paul. de*
Caſtro, in l.4.§.ait Prætor, num.4. in fine, ff.de re iudic.
dicat hanc *Gloſa* opinionem non ſeruari de conſue-
tudine, ſed relinqui electioni creditoris à quo velit
incipere, vel à captura perſonæ, vel pignorũ. prout
reuera ego quoque, ita practicari vidi, & obſeruaui.
36 Declaratur tertiò, † vt agens via executiua tenea-
tur ſaltem ad partis inſtantiam perſonas legitima-
re: vt in puncto dicit *Intrigl.d.tract.q.57.nu.1.* Nam
in quolibet iudicio etiam executiuo faciẽda eſt le-
gitimatio perſonarum, vt dictum eſt *ſupra num.14.*
& ſequentibus.

Hæc autem via executiua adeo eſt priuilegiata,
vt ſententia vigore inſtrumenti Cenſus, & pro illius
37 executione lata † debeat omnino mandari exequu-
tioni, nec poſſit illius executio retardari per appel-
lationem, *Foller.in d.verbo, tamquam, num.44. Bon.in*
d.ſuo tract.de Cenſib.art.70. num.103. & art.79. num.
112. Barz.d.deciſ.56. num.4.
38 Quod † tamen non procederet ſi ſententia præ-
fata contineret, vel liquidationem, *Galleſ. d. tract.p.*
3.q.de liquidat.num.17.cum ſeq. Soc.ſen. conſ.51. nu.7.
lib.1. Menoc.de adipiſc.poſſ.remed.3.num.192. Rota di-
uerſ.deciſ.100. num.2. p.1. vel complexionem nego-
tij principalis, *Bal.conſ.142.num.7.lib.1. Rota diuerſ.*
deciſ.356. d.p.1. & vtrumque membrum in propriis
terminis amplexa fuit *Rota coram Illuſtriſs. Cardinali*
Ludouiſio, 16. Decembris, 1605. in illa Beneuentana Cen-
ſus, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ.258. num.2. &*
39 Et in quocumque † caſu appellatio operatur ſal-
tem effectum deuolutiuum, nam huiuſmodi appel-
latio etiam in caſu non permiſſo, deuoluit cauſam
ad iudicem ad quem, vt facta exequutione, & pari-
to iudicato, cognoſcat ſuper iuſtitia ſententiæ *Bon.*
d.art.79.num.112. facit *Afflict.deciſ.261.*
40 Licet † autem in hoc iudicio executiuo aliquas
opponere liceat exceptiones, vt latè demonſtrat,
Galleſ. d.tract. per diſcurſ. & dixit ſæpius *Rota Si-*
gnanter coram b.m. Cardinali Lancelotto, 3. Decembr.
1599. in vna Romana Cenſus; quæ eſt in *fine Tract. de-*
ciſ.259.num.2.
Regulariter tamen, exceptis dictis certis, & ſpe-
41 cificatis exceptionibus, exequutio † inſtrumenti
Cenſus nulla alia exceptione impediri, aut retarda-
ri poteſt, *Caſſan.ad conſuetud. Burgun.d.Rubr.11. Des*
Cenſes. §.6. Foller. in d.verbo, tamquam per diſcurſum,
Bon.d.ſuo tract.de Cenſib.artic.74. nu.107. Barz.d.de-
42 *ciſ.56.num.2.& 37.* Maximè † ſi tale inſtrumentum
ſit vallatũ camerali obligatione. *Bon.d.tract.art.73.*
43 *nu.103.* vel † iuriſiurandi religione cõfirmatum, vt
defendit *Carol.de Graſſ.in d.ſuo tract.de Except. in 32.*
except.nu.1.& ſeqq. licet *num.8.& ſeqq.* dicat de fa-
cto contrarium obſeruari.
44 Hinc non † poterit retardari exceptione ſimula-
tionis cenſus, vt comprobat *Intrigl.d.tract.q.46. nu.*
14. & ſeqq. vt reſoluit *Rota in illa Rom. Cenſus coram*
b.m. Cardin.Lancelotto, quam proximè citauimus, *nu.*
3. & coram Illuſtriſs. Cardin. Ludouiſio, 26. Nouembris.
1604. in illa Rom. Cẽſus, quę eſt *poſt Tract.deciſ.5.n.16.*
45 Nec † per moratorias, vel quinquennales dilatio-
nes, *Bon.in d.ſuo tract. art.75. num.108. Intrigliol. d.*
tract.q.54. num.1. & ſeqq.
46 Nec † per exceptionem ceſſionis bonorum. *Fran-*
ciſc. Milanenſ.deciſ.7.num.2.lib.2. refert *Carol.de Graſſ.*
d.ſuo tract.in 17.except.num.6. Intrigl. d.q.54. num.6.
47 Ceterum † ſi quis conuentus via executiuã coga-
tur iniuſtè pro alio cenſum ſoluere eidem ſuccurri-
tur per condictionem ſine cauſa. poteſt enim quid-
quid ſoluit repetere. *Bart.in l.Iulianus verum debito-*
rem, num.12. ff.de cond.indeb. Bon.d.art.74. num.107.
verſ.bis tamen. Foller.in d.verbo, tamquam, num.38.

ARTICVLI SEPTIMI

SVMMARIA.

1 *Actio perſonalis oritur ex contractu cenſuali contra venditores Cenſus.*
2 *Ampliatur vt detur etiam contra eorum hæredes.*
3 *Etiam ſi ſint hæredes cum beneficio legis & inuentarij.*
4 *Non tamen inſolidum, ſed pro portionibus hæreditarijs.*
5 *Dummodo prius liqueat illos eſſe hæredes.*
6 *Filiationis probatio non iuſtificat quem eſſe hæredem patris.*
7 *Filius ergo hæres, non procedit in reo conuento.*
8 *Fideiuſſor qui interceſſit in contractu cenſuali, poteſt conueniri actione perſonali.*
9 *Maximè ſi ſe obligauit vti principalis & inſolidum.*
10 *Impoſitor Cenſus poteſt conueniri actione perſonali, etiam poſtquam vendidit fundum Cenſui ſuppoſitum.*
11 *Niſi tempore venditionis fundi notificauerit domino Cenſus futuram venditionem.*
12 *Actione perſonali agi poteſt non ſolum pro reſponſionibus præteritis, ſed etiam pro futuris.*
13 *Credita annua poſſunt peti non ſolum pro tempore præterito, ſed etiam pro tempore futuro.*
14 *Legata annua peti poſſunt tam pro tempore præterito, quam pro tempore futuro.*
15 *Præſtationes annuæ quæ debentur ex contractu, peti poſſunt tam pro tempore præterito, quam pro futuro.*
16 *Hæc omnia intelligas dummodo pro præterito aliquid debeatur.*
17 *Iudicium formari non poteſt ſuper iure de futuro.*
18 *Limitatur quando debitum eſt purum, & aliquid debetur pro tempore præterito, nam in conſequentiam debiti puri in præteritum poteſt fieri petitio pro futuro.*
19 *Creditoris intereſt poſſe petere ſuum creditum, etiam pro futuro tempore.*
20 *Sententia lata pro futuris præſtationibus poteſt mandari executioni abſque nouo libello, & nouo proceſſu.*
21 *Implorato tamen Iudicis officio pro dictæ ſententiæ exequutione.*
22 *Actio perſonalis non conceditur contra poſſeſſorem fundi ſuppoſiti.*
Limitatur quando in acquiſitione dicti fundi expreſſè ſe obligauit ad ſolutionem annui Cenſus, num.28.

23 *Actio perſonalis oritur ex obligatione praexiſtenti.*
24 *Obligatio eſt mater actionis.*
25 *Actio perſonalis non poteſt ſeparari à perſona abſque illius interitu.*
26 *Hæres iuris fictione cenſetur eadem perſona cum defuncto, cuius eſt hæres.*
27 *Actio perſonalis non tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*
28 *Limitatur. Niſi tempore acquiſitionis Cenſus agatur, vt ipſe Cenſum ſoluat.*
29 *Non tamen ſufficeret, vt in alienatione fundi cenſuati ſimpliciter aſſereretur illum fundum eſſe oneri cenſue obnoxium, ad effectum vt emptor illius perſonali actione teneretur.*
Licet aliqui contrarium ſentiant.
30 *Debitor cenſus, qui actione perſonali tenetur, poteſt etiã carcerari, non obſtante quod offerat creditori cenſus in ſolutum fundum cenſuatum.*

Actio perſonalis cui, & contra quos competat pro annua reſponſione cenſuali.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

1 QVOD † ex contractu cenſuali oriatur actio perſonalis, quæ ex ſtipulatu conceditur contra eum, qui Cenſum conſtituit, & ad illius ſolutionem ſe obligauit, quidquid contrarium firmare conetur *Ludou. Velazquez de Auend. in ſuo tract. de cenſib. Hiſpan. cap. 59. num. 7.* non videtur quod poſſit probabiliter in dubium reuocari, per tex. in *l. certi condictio, ff. ſi cert. pet.* & in terminis volunt *Crau. conſ. 342. num. 10. lib. 3. Gabr. conſ. 142. num. 1. lib. 1. Felic. de Solis, in ſuis Commentar. de cenſib. tomo 2. lib. 1. cap. 1. num. 6. verſ. nec dubitari poteſt, Federic. Martin. in ſuo tract. de iure cenſu. cap. vlt. num. 13.* & dixit *Rota coram b. m. Gipſio, 9. Decembr. 1587. in illa Romana Cenſus de Caffarellis,* quæ reperitur impreſſa, *in fine tract. deciſ. 230. num. 7. & coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato, 14. Ianuarij, 1602. in illa Romana Cenſus.* quæ eſt *ibidem deciſ. 90. num. 8.*

Nec obſtant rationes ponderatæ ab *Auend. d. num. 7.* & infra. Quoniam aduertendum eſt; quòd ex contractu cenſus duplex oritur actio: vna ex ſtipulatu reſpectu ſolutionis fructuum, & annuæ reſponſionis; & hæc eſt merè perſonalis, & ſequitur ipſum venditorem Cenſus, & ab eius perſona diuelli non poteſt, vt *infra* dicetur *hoc eod. art. num. 25.* Altera actio oritur ex ipſo Cenſu, quæ dicitur ſcripta in rem, & ſequitur rem ipſam cenſuatam; vt dicemus in *ſeq. artic.* Et hanc actionum diſtinctionem in contractu Cenſus habeo ex *Rota coram Cardin. Mantica, deciſ. 7. ſub num. 2.* & alibi, vt dicemus *d. artic. ſeq. num. 1.* Cum itaque *Auend.* negauit, ex Cenſu oriri perſonalem actionem; aut reſpexit ſolum contractum ipſum cenſualem, qui non fundatur in obligatione perſonali, ſed ſuper ipſo fundo qui ſubiicitur, vt latè fuit demonſtratum *ſupra parte 1. cap. 3. quæſt. 1. artic. 6. per totum.* Non autem reſpexit ſtipulationem, & promiſſionem de ſoluendo fructus Cenſus, aut certè malè loquutus fuit.

2 Ampliatur primò, hæc Concluſio, vt † perſonalis actio competat etiam contra hæredes eius, qui ad Cenſus ſolutionem ſe obligauit. *Barthol. Caſſan. ad Conſuetud. Burgund. Rubr. 11. Des Cenſes, §. 6. in tex. contre le principal, num. 5. Felician. d. tomo 2. lib. 3. cap. vlt. num. 1. verſ. ſed ego.* & nos diximus *ſupra hoc eod. cap. 2. quæſt. 3. art. 1.*

3 Etiam † ſi ſint hæredes cum beneficio legis & inuentarij, non tamen vt poſſint perſonaliter capi, & arreſtari, ſed vt ſoluant ex bonis inuentariatis, vt diximus *ſupra art. præcedenti, num. 14. & ſeqq.*

4 Non † tamen contra omnes hæredes in ſolidum, licet vnus ſolus ex eis poſſideat rem cenſui ſuppoſitam, ſed tãtum pro portionibus hæreditariis, prout regulariter hæredes tenentur, *l. pro hæreditarijs, C. de hæred. action.* & ita in puncto, dicit *Ioan. Guttierez, Pract. Quæſt. lib. 5. cap. 92. num. 12. Ludou. Auend. d. tract. cap. 95. num. 3. Anton. Monach. deciſ. Florent. 33. num. 1.* Præterquam in caſu, de quo per *Guttierez d. loco n. 14.* & quando conueniretur actione perſonali in rem ſcripta, tamquam poſſeſſor rei cenſuatę, vt dicemus *infra artic. ſeq. num. 3. in fine.*

Præterquam in caſu de quo ibi per eum, *num. 14.*

5 Dummodo † tamen prius liqueat illos eſſe hæredes, *Innoc. in c. quia G. ext. de iudic. & ibi Felin. num. 4. Dec. num. 23. & ſeq. Anton. de Cauar. in ſuo tract. de execut. inſtrum. num. 66. in 3. quæſt.* & diximus *in præcedenti artic. num. 12.*

6 Nec † ex probatione filiationis eſſet probatum filios eſſe hęredes, ſed neceſſe eſt probare immixtionem, *Foller. in ſua Pract. Cenſuali. in verbo, tamquam, nu. 25.*

7 Nam † quando filius conuenitur tamquam hæres patris, non procedit illud dictum filius, ergo hæres. *Rol. conſ. 10. num. 20. lib. 1.* poſt *Alex.* & alios, quos allegat *Menoch. in tract. de Præſumpt. lib. 4. Præſumpt. 99. num. 4. & 5.*

8 Ampliatur ſecundò, vt † actione perſonali conueniantur etiam fideiuſſores, qui in contractu Cenſus acceſſerũt ad fauorem domini Cenſus, iſti enim tenentur ex propria obligatione, & ex proprio facto ratione ſuæ promiſſionis, *Alex. poſt Gloſ. in l. tale pactum, num. 9. ff. ſol. matr.* & diximus *ſupra hoc 2. cap. quæſt. 3. artic. 2.*

9 Maximè † ſi ſe obligauerint vti principales, & in ſolidum, & ſic obligationem alterius propriam fecerunt, *Natta, conſ. 461. num. 3. Franc. Becc. conſ. 45. num. 49. lib. 1.* & nos diximus *ſupra d. artic. 2.*

10 Ampliatur tertiò, vt † venditor Cenſus poſſit conueniri actione perſonali etiam poſtquam vendidit fundum Cenſui ſuppoſitum, *Couar. Var. Reſol. lib. 5. c. 7. num. 6. Felician. in dd. ſuis Comment. tomo 1. lib. 3. cap. 4. num. 8.* vt declarauit *Rota coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato, 14. Ianuarij, 1602. in illa Romana Cenſus,* quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 90. num. 9. & ſeqq.* & nos diximus *ſupra hoc eod. c. 2. q. 3. artic. 1. nu. 15.* quidquid contrarium defendat *Auend. d. tract. cap. 23. num. 14. & 15.*

11 Niſi † quando rem illam Cenſui ſuppoſitam vendidit, notificauerit domino & creditori Cenſus futuram dictæ rei venditionem, ſi credimus *Nauar. in ſuo Commentar. de vſur. num. 116. q. 22.* quem ſequitur *Boccacc. in ſuo tract. de Cenſib. par. 1. num. 23. & par. 2. num. 39. Ioan. Azor. Inſtit. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 11. quæſt. 1. verſ. poſtremò in ea.* ſibi enim debet imputare dominus Cenſus, cum ipſe noluerit rem cenſitam emere, ſed potius conſenſerit in eius venditionem;

vt

vt poſt *Azon.& Boccacc.* dicit *Martin.Bonacin. in ſuo*
tract. de Contract. diſput.3.q.4. puncto vnico, num.97.
in princ.
12. Ampliatur 4. vt † actione perſonali agi poſſit non
ſolum pro fructibus Cenſus decurſis, & non ſolutis,
ſed etiam pro decurrẽdis in poſterum. *Gabr.conſ.47.*
num.3.lib.1. vt ſcilicet debitor Cenſus cõdemnetur
ad ſoluendũ futuris temporibus, prout fructus Cen-
ſus maturabuntur. *Andr.Gail. Pract.Obſeruat. lib.2.*
obſeruat.74.n.2.& ſeqq. vbi inſtruit Aduocatos quo-
modo libellum debeant concipere, *& ibi Greu.* alios
allegat *Caſp. Roderic.in ſuo tract.de ann.reditib. lib.1.*
q.17.nu.104. Federic. Mart. in d.ſuo tract. de iure Cenſ.
cap.vlt. num.145. vbi contrariis reſpondet.
13 Regulare † enim eſt vt in debitis annuis poſſit
creditor petere non ſolum pro tempore præterito,
verum etiam pro tempore futuro. *Alex. in l. de pu-*
pillo, §.ſi in pluribus, nu.4. & 6. in fine, ff.de noui oper.
nunc. Oſaſch.decif.130.per tot. Petr.à Petra, in ſuo tract.
de fideic.ex prohib.alienat.quæſt.10.num.22.& ſeq. la-
tè *Aſin. in tract.de execut.inſtr.§.7. cap.126. num.16.*
& ſeqq. Ioſeph.Ludouic.in ſuo tract. Commun.concluſ.in
tit.de ſolut.concluſ.1. quæ eſt omnium 8. *verſ.nono fal-*
lit. Anton.Gomez. Variar.reſolut. tomo 2.cap.11.n.47.
14 vbi pluribus id comprobat. Et in † legatis annuis
hoc idem, dicit *Mich.Craſſ. in ſuo tract. de ſucceſſion.*
§.legatum, q.44.nu.5. Sim.de Pret. de interpr.vlt. vo-
lunt.lib.5. interpr.1. dubitat.3. nu.95.& ſeqq. fol.53 t.
15 Et in † annuis præſtationibus debitis ex contractu,
Affl.ad conſtitut.Regni, lib.1. Rubr.71. in c.auctorita-
tem, n.2.verſ.datur etiam. Oſaſch.d.decif.130.n.9. Alex.
in d.§.ſi ex pluribus, n.4 Craſſ.d.q.44.n.5. Aſin.d.c.126.
nu.28. Surd.decif.120.nu.13. & 15. vbi docet modum
libellandi, *& decif.151.num.12.* vbi multos allegat.
16 Hæc tamen † omnia ſunt intelligenda, vt proce-
dant dummodo de præterito aliquid debeatur cu-
ius exactio petatur, & ſimul ſuper futuris, vt adue-
niente iuſto tempore ſoluatur, inſtetur, & in his ter-
minis loquuntur Doctores ſupra allegati, & expreſ-
sè declarare videtur *Vrſill. ad Affl.decif.279. num.2.*
Ioſeph.Ludouic. d.verſ.nono fallit, quos refert & ſequi-
tur *Bernard.Greu.ad Gail. d.obſeruat.74. num.4.*
17. Licet † enim iudicium non poſſit fundari ſuper
iure de futuro, *l.non quemadmodum, & ibi communi-*
ter Scribentes, ff.de Iudic. l.1. §. ſocius, ff.de vſur. In
18 hoc tamen caſu, quia † pro tempore præterito obli-
gatio & debitum eſt purum, ratione adiuncti, & in
conſequentiam præteriti debiti puri poteſt fieri pe-
titio, & condemnatio ſuper futuris, & valet & tenet
Iudicium ſuper eis, *Gomez.d.nu.47. Surd.d.decif.120.*
19 *nu.14.& 15.* & alij ſupra relati. Et maxima † in hoc
verſatur vtilitas creditoris ne teneatur quolibet an-
no litigare & de iure ſuo docere, & probare, ſed poſt
lapſum cuiuſlibet anni, vel cuiuſlibet ſemeſtris ſen-
20 tentia † mandabitur exequutioni abſque nouo li-
bello. *Afflict. in d.verſ.datur etiam. Gomez. d.nu.47.*
& abſque nouo proceſſu. *Craſſ.d.q.44.num.5.ex Gloſ.*
in l.1. C.de fideicom. & ibi communiter Scribentes.
21 Implorato † tamen Iudicis officio pro exequutione
dictæ ſententiæ, vt per tex. in *l.item veniunt, §.idem*
recte, ff.de petit.hæred. dicit *Vrſill.ad Affl.d.decif.279.*
num.2. ſequitur *Ioſeph. Ludouic. d.verſ. nono fallit.*
22 Limitatur aũt ſupra firmata concluſio vt † actio
perſonalis non competat contra tertium poſſeſſo-
rem bonorum Cenſui ſuppoſitorum, *Crau.conſ.359.*
nu.9.lib.3. Caſſan.ad conſuetud. Burgund. Rubr.11. Des
Cenſes, d.§.6. in tex.contre l'aſſignal, nu.1. Boccac.in d.
ſuo tract. de Cenſib. par.2. num.1. & 2. Felician. d.to-
mo 2. lib.3. cap.vlt. num.2. Peregr.conſ.97. num.9. &
23 *ſeq. lib.1.* Actio † enim perſonalis oritur ex præexi-
ſtenti obligatione, *l.licet, §.ea obligatio, ff.de procur.*
& hinc dicunt *Doctor.in Rubr.Inſtit.de obligat.* maxi-
mè *Bellon.n.5* qui teſtatur de cõmuni, & alibi paſſim.
24 Quod † obligatio eſt mater actionis: ſemper
enim aduerſus eum datur qui aliquo obligationis
vinculo eſt obſtrictus, & deuinctus, *§.1.Inſt.de act o.*
& Doctor.ibi & alibi communiter. Poſſeſſor aũt bono-
rum Cenſui ſuppoſitorum, ideo eſt obligatus, quia
poſſidet rem Cenſui obnoxiam, quæ ad eum tranſi-
uit cum illo onere. Neque dici poteſt quod ſit per-
ſonaliter obligatus, cum ex proprio facto, & ex pro-
prio contractu non teneatur; Neque in illum actio,
& obligatio tranſire potuerit cum ea adhæreat oſſi-
25 bus perſonæ obligatæ, nec † ab illa valeat diuelli,
& ſeparari abſque ipſius corruptione, & interitu,
ſiue perſonam actoris ſpectemus, ſiue Rei, quemad-
modum nec anima poteſt ab humano corpore diſ-
iungi abſque ipſius corporis interitu, vt dicit *Gloſ.*
in l.quid ergo, in fine, ff.de pecul. & probat *tex. in l.*
actionum, ff.de act.& obligat. & hanc rationem pro-
bat *Felician. d.cap.vlt. num.2.*

Et licet actio iſta perſonalis tranſeat contra hæ-
26 redem eo † quia Iuris fictione cenſetur eadem per-
ſona cum defuncto cuius extitit hæres, *l.fin.C.de hæ-*
red.inſt. [illegible] *à morient. præſtit.in princ.* non
27 † tamen tranſit contra ſingularem ſucceſſorem. *Iaſ.*
in l.1. §.ſi hæres precepto, num.2 ff.ad Trebell.& in l.
inter diuinum, num.22. C.de ſacroſ.Eccleſ. Afflict. de-
ciſ.95.& ibi Vrſill.in Addit. nu.3.& ſeqq. Actio enim
iſta rem non ſequitur, *l.fin.§.fin.& ibi Bar.ff.de oner.*
empt. Guid.Pap.decif.42. num.1. Tiraq. de retractu Li-
gnag. §.8. Gloſ.1. num 6. in fine.

Vnde apparet non bene ſenſiſſe *Alcibiad.Lucarin.*
Obſeruat.Practic.lib.1. Academ.5.obſeruat.1.num.13.
dum dixit Cenſum perſonalem poſſe exigi à tertio
poſſeſſore bonorum cenſuatorum etiam perſonali
actione, cuius tñ dictum ſaluari poſſet in caſu ſubſe-
quentis ſublimitationis, vel reſpectu actionis perſo-
nalis in rem ſcriptæ, de qua dicemus *mox in ſeq. art.*

Sublimitatur igitur præcedẽs limitatio & decla-
28 ratur, vt † non procedat in caſu in quo quando res
Cenſui ſuppoſita tranſiuit ad hunc tertium poſſeſ-
ſorem fuit expreſsè actum & cõuentum vt ipſe Cen-
ſum ſolueret, prout ita in puncto declarat *Foller. in*
dicta ſua Pract. Cenſuali, in verbo, tanquam, num.29.
& 30. tunc enim teneretur ex propria obligatione
& faciunt not. per *Afflict. d.decif.95. nu.6.* Et hanc
opinionem ſimpliciter amplectũtur *addentes ad Vin-*
cent.de Franchis, decif.273. num.3. Cuius tamen *Vin-*
centij ſententia videtur potius procedere ex qua-
dam æquitate ad euitandũ circuitum: quia negari
non poteſt, vt ipſe dicit, quin ſi ſit condemnatus de-
bitor, & ſic impoſitor Cenſus, ſentẽtia poſſit exequi
contra talẽ emptorẽ cũ dicto pacto; & ꝙ ſi actũ eſſet
actione hypothecaria per creditorem, nulla com-
peteret defenſio huic emptori; quàm de rigore;
cùm repugnet diſpoſitio *l.2. C.de hæred. vel act.*
vend. in illis verbis, *Quamuis enim ea lege emerit, &c.*

An autem ad iſtum effectum ſufficiat quod debitor Cenſus in venditione fundi cenſuati aſſerat illum eſſe oneratũ dicto Cenſu non bene inter ſe conueniunt Scribentes, 29 Magis † tamen communis opinio eſt, vt propter dictam aſſertionem, & enunciationem emptor fundi cenſuati non poſſit actione perſonali conueniri, *Bon. in d. ſuo tract. de Cenſib. art. 39. num. 65. verſ. ex quibus dubitari commode poteſt.* & de magis communi teſtatur *Felician. in dd. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 3. cap. 6. num. 6. verſ. ſed Guid. Papæ, & tomo 2. eod. lib. 3. & cap. vlt. nu. 3. verſ. verum cum,* quidquid contrariam ſententiam pluribus conetur defendere *Surd. deciſ. 32. n. 10. & ſeqq.*

30 In omnibus † autem caſibus in quibus pro annua reſponſione, & annuo Cenſu datur actio perſonalis debitor Cenſus non poterit liberare ſuam perſonam, quin poſſit etiam carceri mancipari, offerendo in ſolutum prædium Cenſui ſuppoſitum, ſed tenebitur præcisè ad ſolutionem in pecunia numerata, aliàs poterit carcerari vt reiecta contraria ſententiã, defendit *Felician. d. tomo 2. lib. 1. cap. 1. nu. 6. verſ. tertio infero, & Io. Bapt. Lup.* per ipſum allegat. *ad l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. Comm. 2. §. 3. nu. 89.*

ARTICVLI OCTAVI

SVMMARIA.

1 *Ex contractu Cenſus oritur actio merè perſonalis ex ſtipulatu, & actio in rem ſcripta ex ipſo Cenſu.*

2 *Poſſeſſor fundi Cenſui ſuppoſiti poteſt conueniri actione perſonali in rem ſcripta, & num. 4.*

Intellige pro Cenſibus decurſis poſtquam ipſe cæpit poſſidere, num. 5.

3 *Actio perſonalis in rem ſcripta licet oriatur ex contractu, vel quaſi, ſequitur tamen quemlibet rei poſſeſſorem.*

4 *Actio perſonalis in rem ſcripta datur contra ſingularem rei poſſeſſorem.*

6 *Poſſeſſor fundi cenſuati non poteſt ſe liberare ab onere ſoluendi Cenſum, opponendo exceptionem excuſſionis.*

7 *Neque nominando auctorem.*

8 *Sed tantum dimittendo poſſeſſionem bonorum Cenſui ſuppoſitorum.*

9 *Poſſeſſor bonorum cenſitorum, ſi illa alienet, liberatur ab onere ſoluendi Cenſum.*

10 *Libellus in actione perſonali in rem ſcripta contra poſſeſſorem fundi Cenſui ſubiugati, quomodo concipi debeat.*

11 *Libellus in actione hypothecaria, quomodo concipiatur.*

Actio perſonalis in rem ſcripta datur contra poſſeſſorem rei Cenſui ſuppoſitæ pro ſolutione Cenſus.

ARTICVLVS OCTAVVS.

QVONIAM vt ſæpius dictũ fuit per impoſitionem Cenſus conſtituitur ius in re, quod rem ipſam quocumque vadat ſequitur hoc iure inferunt Scribentes, 1 quod ex cõtractu cenſuali † duplex oritur actio, vna ſcilicet, ex ſtipulatu, quæ eſt merè perſonalis, de qua dictum fuit in proximo præcedenti articulo. Altera verò ex ipſo Cenſu, quæ dicitur in rem ſcripta, vt dixit *Rota in vna Romana reſponſionis vineæ, 22. Iunij, 1587. coram b. m. Cardinali Mantica,* quæ reperitur impreſſa *inter eius deciſ. deciſ. 7. ſub num. 2. & coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato, 14. Ianuarij, 1602. in illa Romana Cenſus,* quæ eſt *ibidem deciſ. 90. num. 8.* & de qua intellexiſſe arbitror eandem *Rotam coram b. m. Gypſio, 9. Decembris, 1597. in illa Romana Cẽſus de Caffarellis, quæ ibidem eſt deciſ. 230.* dum *ibi nu. 5. & ſeqq.* dicitur quod ex contractu cenſuali oritur obligatio, quæ actionem realem parit, videlicet, vt ipſe exiſtimo, perſonalem in rem ſcriptam, quæ poteſt eo reſpectu realis appellari, quia poſſeſſor bonorum Cenſui ſubiugatorum, licet conueniri non poſſit actione merè perſonali, vt in præcedenti 2 articulo fuit firmatum, poteſt † tamen conueniri actione perſonali in rem ſcripta, vt dixit *Rota in illa Romana reſponſionis vineæ* proximè allegata, *num. 4.*

Sicut eadem actione conueniri poteſt quilibet rei poſſeſſor pro oneribus, quæ rem quam ipſe poſſidet ſequuntur, vt auctoritate *Gabr. conſ. 141. num. 2. lib. 2.* dixit *Rota in illa Romana Cenſus, 14. Ianuarij, 1602. coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato ſupra allegata, num. 8.* Et de iſta actione perſonali in rem ſcripta exiſtimo intellexiſſe *Ludou. Velazq. de Auend. de Cenſib. Hiſpan. c. 95. num. 3. verſ. Quod non ſolum.* dum dicit quòd hæres debitoris Cenſus, ſi poſſideat rem cenſuatam, poteſt cõueniri inſolidum actione perſonali pro Cenſu, cum alioquin hæres non teneatur niſi pro portione hæreditaria, *l. pro hæreditarij, C. de hæred. vel act. vend.* & diximus *ſup. in præced. art. n. 4.*

3 Actiones † autem perſonales in rem ſcriptæ illæ dicuntur, quæ licet perſonales ſint, quia oriuntur ex contractu, vel quaſi, *§. omnium, Inſtit. de action.* ſequuntur tamen quemlibet rei poſſeſſorem. *Bar. in l. ſi tertius, §. ſi prius, ff. de aq. pluu. arcen. Ripa, in l. 1. §. ſi hæres accepto. num. 9. ff. ad Trebell. Tiraq. de retractu Lignag. §. 8 Gloſ. 5. num. 8* qui multos allegat, & dixit *Rota in illa Romana reſponſionis vineæ* ſupra allegata, *num. 5. verſ. multò minus.*

4 Qua ratione † poſſeſſorem bonorum Cenſui ſuppoſitorum poſſe conueniri pro ſolutione annuæ reſponſionis cenſualis, dicunt *Guil. de Benedict. in repet. c. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, nu. 446. ext. de teſtam. Couar. variar. reſolut. lib. 3. cap. 7. num. 6. Foller. in ſua Pract. Cenſuali, in verbo, huiuſmodi, num. 96. & ſeqq. Crauet. conſ. 217. num. 4. verſ. ſecundo, lib. 2.*

5 Cum † autem poſſeſſor iſte fundi Cenſui ſuppoſiti ideo teneatur quia poſſidet rem Cenſui ſubiugatam, vt dictum eſt, ſequitur quod actione prædicta perſonali in rem ſcripta poſſit conueniri dumtaxat pro fructibus in reſponſionibus cenſualibus decurſis & non ſolutis, poſtquam ipſe nactus fuit poſſeſſionem dictorum bonorum, & pro decurrendis in futurum, ſecus autem pro decurſis antequam ipſe inciperet dicta bona poſſidere, vt bene deducit *Gabr. conſ. 47. num. 14. & ſeqq. lib. 1.* & ſequitur *Surd. deciſ. 204. num. 9. ad fin.* & ita debet intelligi *Rota in illa Romana reſponſionis vineæ* ſupra ſæpius citata dum *nu. 4. & infra* dicit actionem perſonalem in rem ſcriptam dari contra tertium poſſeſſorem bonorũ Cenſui ſuppoſitorum pro omnibus Cenſibus decurſis &

non

non ſolutis, ſcilicet, pro decurſis, poſtquam ipſe cępit poſſidere dicta bona; non autem pro decurſis antequam ipſe poſſidere cæperit. Licet ſecus eſſet ſi non poſſideretur actione perſonali in rem ſcripta, ſed actione hypothecaria, vel remed: Salu. Interdicti, quo caſu teneretur non ſolum ad fructus maturatos poſtquam ipſe nactus fuit poſſeſſionem bonorum ſuppoſitorum, vel pro ſolutione Cenſus aliter hypothecatorum, verum etiã pro ſolutione decurſorum antequam ipſe poſſeſſionem dictorum bonorum nanciſceretur: vt dicemus *infra art. ſeq. num. 28.*

6 A qua † obligatione ſoluendi non poterunt ſe liberare poſſeſſores præfati bonorum cenſui ſuppoſitorum, nec opponendo exceptionem excuſſionis, vt tradit *Couar. Var. Reſolut. lib. 3. cap. 7. num. 3.* & comprobat *Ludou. Auend. d. tract. cap. 23. num. 15.* & ſequuta eſt *Rota in illa Romana reſponſione vineæ ſupra* ſæpius citata *d. verſ. multominus, in fine.*

7 Nec nominando auctorem, vt docet *Gabr. d. conſ. 47. num. 7. & ſeq. lib. 1.*

8 Sed dumtaxat † dimittendo domino, & creditori Cenſus agenti poſſeſſionem dictorum bonorum ſuppoſitorum, vt dicit *Gabr. d. conſ. 47. num. 11. & 13.* & facit *tex. in l. & ſi fortè, §. etiam, verſ. Labeo, ff. ſi ſeruit. vendicet. & in l. filiusfamilias, §. apud Marcellum, ff. de leg. 1.* & vno verbo tangemus *infra art. ſeq. in 4. declarat. num. 81.*

9 Et propterea † ſi talis poſſeſſor abdicet à ſe horum bonorum poſſeſſionem, & bona ipſa alienet, liberatur ab onere ſoluendi cenſum, & illud ad nouum poſſeſſorem tranſit, vt poſt *Pariſ. & Couar.* probat *Felician. in dd. ſuis Commentar. tomo 1. lib. 3. cap. 6. num. 7. Gaſp. Roder. in ſuo tract. de ann. reditib. lib. 2. q. 9. num. 56.* quos ſequitur *Ludouic. de Auend. d. tract. cap. 99. num. 3.*

10 Vnde † contra tales poſſeſſores formandum eſſe libellum & petitionem, non ſimpliciter & abſolutè, vt ſoluant annuas reſponſiones cenſuales, ſed alternatiuè, vt vel ſoluant, vel rem cenſui ſuppoſitam dimittant, docet *Felician. in ſuis Comment. de cenſib. to-*
11 *mo 1. lib. 3. cap. 6. num. 2.* Cum † ita etiam concludi poſſe in actione hypothecaria dicant *Doctores in §. item Seruiana. Inſt. de action.* & ſignanter *Ang. Aret. num. 30. in fine, Iaſ. num. 127.* & alij communiter.

ARTICVLI NONI

SVMMARIA.

1 *Actio hypothecaria et Saluianum Interdictum in multis differunt.*

2 *Saluianum interdictum competit cuiuſcumque competit actio hypothecaria, & num. 9.*

3 *Poſſeſſor rei Cenſui ſuppoſitæ, poteſt conueniri actione hypothecaria.*

4 *Hypothecaria actio competit ratione hypothecæ.*

5 *Hypothecaria eſt actio realis.*

6 *Hypothecaria ſequitur fundum obligatum.*

7 *Saluianum Interdictum, quod non detur pro fructibus Cenſus, ſenſerunt aliqui.*

8 *Sed quod competat verius eſt, & num. 15.*

10 *Saluianum interdictum competit cuicumque habenti bona ſui debitoris obligata.*

11 *Saluianum competit contra quemcumque rei obligatæ poſſeſſorem, & num. 14.*

12 *Etiam quod tales poſſeſſores haberent eadem bona hypothecata, ſed poſterius.*

13 *Saluianum Interdictum eſt actio perſonalis in rem ſcripta.*

15 *Saluianum Interdictum competit contra poſſeſſorem bonorum Cenſui ſuppoſitorum.*

16 *In Saluiano debet probari creditum agentis cum hypotheca, poſſeſſio impoſitionis de tempore impoſitionis, & poſſeſſio præſens rei conuenti.*

17 *Creditum domini Cẽſus cum hypotheca, probatur ex inſtrumento impoſitionis & venditionis Cenſus.*

18 *Poſſeſſio venditoris Cenſus de tempore venditionis probatur ex inſtrumento venditionis fundi cenſuati, cum clauſula conſtituti.*

19 *Poſſeſſio rei conuenti in Saluiano probatur per ſubſtentationem litis.*

20 *Poſſeſſor rei cenſuatæ poteſt conueniri actione hypothecaria, vel Saluiano Interdicto recta via, nulla facta excuſſione principalis debitoris.*

21 *Hypotheca, quæ contrahitur in contractu cenſuali, eſt ceteris firmior.*

22 *Saluianum interdictum datur etiam pro damnis & intereſſe.*

23 *Saluianum interdictum non datur vigore inſtrumenti in quo ad fauorem creditoris, adeſt clauſula conſtituti.*

24 *Limitatur in creditore ex contractu cenſus, cui datur remed. Salu. Interd. non obſtante clauſula conſtituti.*

25 *Clauſula conſtituti in contractu cenſuali eſt inepta, ac ſuperflua.*

26 *Creditor annuus poteſt etiam ius de futuro in iudicium deducere, vt aduenientibus temporibus ſibi ſoluatur.*

27 *Poſſeſſor bonorum cenſui ſuppoſitorum poteſt conueniri hypothecaria, vel ſaluiano, tam pro cenſibus decurſis, quam pro decurrendis.*

28 *Etiam pro maturatis antequam ipſe nanciſceretur poſſeſſionem dictorum bonorum.*

29 *Creditor Cenſus poteſt pro toto Cenſu agere contra eum qui poſſidet vnam tantum ex pluribus rebus ſuppoſitis, vel partem vnius rei cenſuatæ, ſecundum aliquos.*
Contrarium volunt aliqui, num. 33.

30 *Hypothecaria datur contra poſſeſſorem cuius ex pluribus rebus hypothecatis pro toto credito, & num. 32.*

31 *Etiam ſi poſſideatur ab vno ex pluribus hæredibus debitoris.*

34 *Creditor cenſus poteſt agere vel hypothecaria, vel Saluiano interdicto pro fructibus cenſus, etiam cõtra poſſeſſores aliorum bonorum debitoris.*

35 *Creditor habens generalem & ſpecialem hypothecam non poteſt vti generali, niſi excuſſa ſpeciali.*
Limitatur ſi in inſtrumento adſit clauſula, quod ſpecialis hypotheca non deroget generali, num. 38.

36 *L. quoties, C. de pignor. & eius regula multipliciter à Scribentibus exornatur, remiſſiuè.*

37 *L. quoties, C. de pignor. Intellectus, & num. ſeq.*

39 *Creditor cenſus non poteſt agere contra poſſeſſorem bonorum debitoris cenſus ſibi pro ſolutione hypothecatorum non excuſſo fundo cenſus, quando alia bona ſunt obligata ſub conditione, ſi fructus fundi ſuppoſiti non ſufficiant.*

40 *Nec quando fundus ſuppoſitus fuit diſtractus inſtante creditore cenſus, & emptor fundi promiſit cenſum recognoſcere.*

41 Cre-

41 *Creditor cenſus habet electionem an agat hypothecaria, ſeu Saluiano contra poſſeſſores bonorum, an actione perſonali contra debitorem cenſus.*
42 *Poſſidens bona cenſuata ſi habeat hypothecam anteriorem, non poteſt moleſtari à creditore Cenſus habente hypothecam poſteriorem.*
43 *Etiam quod prioritas conſiſtat nedum in hora, immo in puncto.*
44 *Prior reſpectu ſortis, eſt et prior reſpectu fructuū cenſus.*
45 *Creditor habens hypothecam reſpectu ſortis, cenſetur habere etiam reſpectu fructuum cenſus.*
46 *Poſſeſſor rei cenſuatæ eſt tutus præſcriptione decem, vel viginti annorum aduerſus creditorem cenſus agentem actione hypothecaria, vel remed. Salu. Interd.*
47 *Siue habeat cauſam à tertio, ſiue ab ipſo debitore cenſus, vel eius hærede.*
48 *Præſcriptio decem vel viginti annorum, quod incipiat à die quo poſſeſſor nactus fuit poſſeſſionem, volūt aliqui.*
49 *Alij quod à die qua ceſſatum fuit in ſolutione. & hanc Auctor amplectitur, & comprobat, num. ſeqq.*
50 *Præſcriptio non currit non valenti agere.*
Maximè ſi ſit impedimentum iuris, num. 56.
51 *Limitatur quando creditor potuit remouere impedimentum, & non remouit.*
52 *Solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio.*
53 *Pignus liberatur ſolutione debiti principalis.*
54 *Creditor in diem non poteſt agere ante aduentum diei.*
55 *Creditor dici non poteſt, qui poteſt exceptione repelli.*
57 *Præſcriptio non currit contra eum, qui legitima exceptione poteſt repelli.*
58 *Creditor cenſus non habet actionem contra poſſeſſorem rei ſuppoſitæ, vel hypothecatæ, niſi poſtquam debitor Cenſus denegauit ſoluere, ſecundum Caſſan.*
59 *Præſcriptio eſt inuenta ad tollendas actiones formatas, non formandas.*
60 *Creditor non tenetur proteſtari contra poſſidentem bona ſibi hypothecata, quando eſt impeditus impedimento iuris.*
61 *Negligentia non poteſt opponi illi, cui diligentia nihil potuiſſet proficere.*
62 *Creditor tenetur recipere ſuum creditum à quocumque ſibi offeratur.*
63 *Creditor cenſus non poteſt conuenire pro fructibus Cenſus, niſi eū qui de præſenti poſſidet bona hypothecata.*
64 *Creditor cenſus negligens exigere à debitore illius non poteſt agere contra poſſeſſorem rei hypothecatæ.*
65 *Creditor cenſus cui offeruntur fructus decurſi, & aſſecuratur pro decurrendis, non poteſt agere contra poſſeſſorem bonorum cenſuatorum.*
66 *Creditor cenſus volens agere contra poſſeſſorem bonorum hypothecatorum, debet ante omnia docere de impoſitione cenſus.*
67 *Niſi poſseſſor aliquando cenſum ſoluerit.*
Vel tempore acquiſitionis fundi hypothecati ſuſceperit in ſe onus ſoluendi cenſum præfatum, num. 76. & 77.
68 *Soluens alicui vti eius debitor ſibi præiudicat, quo ad recipientem, & num. 71.*
69 *Secus quo ad tertios.*
70 *Niſi pro illo tertio aliquis recipiet, vel ſtipuletur.*
71 *Soluens alicui vti illius debitor præiudicat non ſolum ſibimet.*
72 *Sed etiam ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcūque.*
73 *Declaratur ſi dicta ſolutio fuit facta ex recta ſcientia, ſecus ſi per errorem.*
74 *Solutio debiti licet non tribuat titulum recipienti, probat tamen debitum.*
75 *Contra tamen dictam probationem admittitur alia probatio.*
76 *Solutio facta ab vno non præiudicat ijs, qui cauſam non habent à ſoluente.*
79 *Poſseſſor rei hypothecatæ coactus à domino Cenſus aliquid ſoluere, repetit à ſuo auctore.*
80 *Creditor Cenſus agens contra poſſeſſorem rei hypothecatæ inſolidum, tenetur illi actiones cedere.*
81 *Poſſeſſor prædij hypothecati poteſt liberare ſe à iudicio contra ipſum intentato, dimittendo fundum.*
82 *Exceptio requirens altiorem indaginem, non admittitur in Saluiano.*
83 *Creditori cenſus agenti Saluiano contra poſſidentem bona hypothecata, non poteſt opponi exceptio nullitatis cenſus ad impediendam immiſſionem.*
84 *Nec exceptio fideicommiſſi.*
85 *Niſi dictæ exceptiones incontinenti probarentur.*
86 *Tertius comparens in iudicio Saluiani pro ſuo intereſſe, impedit immiſſionem, ſi doceat de ſuo iure, ſaltem ſummariè.*
87 *A ſententia lata in iudicio Saluiani ad fauorem creditoris cenſus non datur appellatio.*
88 *Declaratur, remiſſiuè.*

Actio hypothecaria, & Saluianum Interdictum, an & quando competant pro annuis redditibus cenſualibus.

ARTICVLVS NONVS.

1 LICET † actio hypothecaria & Saluianum interdictum ſint remedia diſtincta & ſeparata, & diuerſam habeant naturā, & maximè, quia licet in vtroque remedio auocetur poſſeſſio. In Saluiano tamen de ſola poſſeſſione contenditur, & eſt remedium merè poſſeſſoriū, per hypothecariam verò poſſeſſio auocatur ratione iuris hypothecæ, & ideo iudicium, quod eius cauſa mouetur dicitur petitorium, & in alijs quoque differant, vt animaduertit *Menoc. in ſuo tract. de adipiſc. poſseſs. Remed. 3. q. 2. num. 11. & ſeqq. Statil. Pacif. in ſuo tract. de Salu. Interd. inſpect. 2. cap. 1. per tot.* Vnde videretur de dictis remedijs ſeparatim & diſtinctè eſſe pertractandum. Quia tamen in vtroque agitur de poſſeſſione
2 auocanda de qua re dicturi ſumus, & † cui competit actio hypothecaria competat etiā remedium Saluiani interdicti, *Gabr. conſ. 46. num. 20. lib. 1. Rota, Diuerſ. deciſ. 44. num. 4. par. 1.* Iccirco de vtroque remedio permixtim, & coniunctim in hoc nono Articulo agere conſtitui, adnotaturus tamen ſi quid in altero ex ipſis occurret ſpeciali nota dignum.

3 Quod † pro fructibus Cenſus conſequendis agi poſſit contra quemlibet rei ſuppoſitæ poſſeſſorem actione hypothecaria eſt fatendum, ex not. per *Bal. in Auth. quas ruinas, num. 5. in fine, C. de ſacroſ. eccleſ. Alex. conſ. 79. num. 9. lib. 1.* & in propriis terminis, dicunt *Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 57. num. 88. Federic. Martin. in ſuo tract. de iure cenſu. cap. vlt. num. 104. & ſeqq.* Et nemo vmquam dubitauit, vt teſtatur *Ludouic. de Auend. de Cenſib. Hiſpan. c. 96. num. 7.*

Hæc

Digitized by Google

4 Hæc enim † actio competit ratione hypothecæ
& obligationis realis, §. Item Seruiana. vbi commu-
5 niter Scribentes, Inſtit. de act. Vnde † eſt actio rea-
lis, l. Pignoris, ff. de pignor. l. eos, C. eod. tit. Neguſ. in
ſuo tract. de Pignor. & hypothec. par. 5. memb. 2. nu. 36.
Ceph. conſ. 397. nu. 87. lib. 3. Oſaſch. deciſ. Pedem. 156.
6 num. 1. Et ſequitur † fundum quocumque vadat, l.
ſi creditor, §. fin. vbi Bar. ſub num. 1. ff. de diſtr. pign. Ne-
guſ. d. tract. par. 2. memb. 3. num. 72. Oſach. ſub d. nu. 1.

An autem pro eiſdem fructibus cenſualibus con-
ſequendis competat remedium vtilis Saluiani In-
terdicti videntur dubitare Doctores noſtri. Et par-
7 tem negatiuam † amplectuntur multi relati à Fol-
ler. in ſua Pract. Cenſuali, in verbo, tamquam, num. 34.
quos recenſere ſuperuacaneum eſſe ſum arbitratus.
8 Verior enim † eſt pars affirmatiua, quã ſequuti ſunt
idem Foller. in d. ſua Pract. Cenſuali, in verbo, huiuſmo-
di, num. 97. Gabr. d. conſ. 47. num. 6. & ſeq. lib. 1. Boc-
cacc. in ſuo tract. de Cenſib. par. 3. num. 51. & 65. Sca-
puccin. in ſuo tract. de Salu. Interd. lib. 1. quæſt. 14. nu. 2.
Pacif. in d. ſimili ſuo tract. inſpect. 3. cap. 2. num. 210.
& cap. 4. num. 600. & ſeqq. ſecundum poſteriorem
impreſſionem. Federic. Martin. d. cap. vlt. num. 16. &
ſeqq. & colligitur ex pluribus Rotæ reſolutionibus
factis in pluribus cauſis, & ſignanter in vna Rom.
Saluian. interdict. 31. Maij, 1602. coram b. m. Iuſto, quæ
eſt impreſſa poſt Tract. Deciſ. 261. per tot. & coram R.
P. D. meo Vbaldo, 27. Iunij, 1602. in vna Romana reſciſ-
ſionis inſtrumenti, quæ eſt ibidem deciſ. 262. in princ. &
9 confirmatur non ſolum † quia hoc remedium Sal-
uiani Interdicti datur cuicumque, datur actio hy-
pothecaria, vt dictum fuit paulò ſuperius, & cuili-
10 bet † habenti hypothecata bona ſui debitoris ex
quacumque cauſa. Bar. in l. 1. num. 2. ff. de præcar. &
Salu. Interd. Rol. conſ. 9. & conſ. 14. num. 1. lib. 1. Nat-
ta, conſ. 617. num. 9. lib. 3. Contard. de moment. poſſeſſ. li-
mitat. 14. num. 11. Franc. Becc. conſ. 89. num. 1. & 15.
lib. 1. Gerard. Mazzol. conſ. 107. num. 1. & nu. 70. Bur-
ſat. conſ. 32. num. 45. lib. 1. Gabr. d. conſ. 47. nu. 20. lib. 1.
11 Et cõtra † quemcumque tertium poſſeſſorem. Ne-
guſ. d. tract. par. 2. memb. 4. num. 133. Menoch. de Adi-
piſc. poſſeſſ. Remed. 3. quæſt. 7. num. 45. vbi teſtatur de
communi Surd. conſ. 51. num. 3. lib. 1. de magis com-
muni Pacif. d. tract. inſpect. 3. cap. 1. num. 4. & ſeq. ſe-
cundum eandem poſteriorem impreſſionem. Etiam
12 † quod poſſeſſor haberet eadem bona hypotheca-
ta, ſed hypotheca poſteriori, l. fin. & ibi Bar. & alij,
ff. de præcar. & Salu. Interd. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ.
13 45. num. 7. par. 1. Sed etiam † quia hoc remedium
vtilis Saluiani Interdicti, ratione hypothecæ, quæ
accedit perſonali obligationi, & illius aſſumit na-
turam eſt actio perſonalis in rem ſcripta. Menoch. d.
remed. 3. num. 57. Eugen. conſ. 65. num. 50. Surd. deciſ.
174. num. 17. & auctoritate Rotæ dixit Pacif. d. tract.
inſpect. 3. cap. 1. num. 30. ſecundum eandem impreſ-
14 ſion. Et propterea † conceditur contra quemlibet
rei hypothecaræ poſſeſſorem, Bar. & alij communi-
ter in l. ſi tertius, §. ſi quis prius, ff. de aqua pluu. arcen.
& tenuit ſæpius Rota coram Mohed. deciſ. 40. coram
Seraph. deciſ. 935. num. 3. par. 1. & fuit dictum in præ-
15 cedenti articulo. Vnde † cum in contractu cen-
ſuali pro fructuum Cenſus ſolutione cõtrahatur hy-
potheca ſuper re, quæ oneri Cenſus ſubiicitur, vt ſu-
pra ſæpius dictum fuit, & ſignanter par. 1. cap. 2. q. 3.
art. 1. dicendum eſt quod ratione dictæ hypothecæ
agi poſſit remedio Saluiani Interdicti contra quem-
cumque rei ſuppoſitæ etiam ſingulariſſimum poſ-
ſeſſorem.

16 Et quoniam in hoc remedio Saluiani debet pro-
bari creditum agentis cum hypotheca, poſſeſſio im-
poſitoris, & venditoris Cenſus de tempore impoſi-
tionis & poſſeſſio præſens rei conuenti. Rol. conſ. 14.
num. 13. lib. 1. Contard. de moment. poſſeſſ. limit. 14. nu.
14. Menoch. d. remed. 3. quæſt. 29. nu. 160. & ſeq. Sim.
de Pret. conſ. 174. num. 6. lib. 1. Pacif. in d. ſuo tract. in-
ſpect. 1. cap. 5. num. 1. & cap. 6. iuxta eandem impreſ-
17 ſionem. Creditum † cum hypotheca in hoc caſu
concludenter iuſtificatum dicitur ex inſtrumento
venditionis Cenſus, quod facere probationem pro-
batam in propoſito, dixit Pacific. d. cap. 5. num. 4. vbi
refert multas deciſiones, quibus addi poteſt reſolu-
tio facta coram Illuſtriſſ. Cardinali Lancelotto, 10. Iu-
nij, 1611. in illa Bononienſi Cenſus, quæ eſt impreſſa poſt
Tract. Deciſ. 95. num. 1.

18 Ex † inſtrumento etiam venditionis fundi cen-
ſuati vallato clauſula conſtituti reſultare probatio-
nem primi extremi, videlicet, poſſeſſionis debitoris
de tempore impoſitionis Cenſus, dicit Pacif. aucto-
ritate Rotæ eod. cap. 6. num. 19. ſecundum eandem
impreſſionem, Scapuccin. in d. ſuo tract. de Salu. Interd.
lib. 1. quæſt. 2. per tot. & ſignanter num. 3. & deducit
Rota in illa Bononienſi Cenſus coram Illuſtriſſ. Cardinali
Lancelotto, proximè citata, num. 2. & 3.

19 Poſſeſſio autem † rei conuenti ex ſola litis ſuſten-
tatione diceretur ſufficienter probata, Caputaq. de-
ciſ. 369. num. 1. par. 3. Soc. iun. conſ. 18. num. 27. lib. 2.
Cæſar de Graff. deciſ. 4. de reſtit. ſpol. Crauet. conſ. 140.
num. 1. lib. 1. Pontan. in ſuo tract. de ſpol. lib. 2. nu. 185.
Scapuccin. d. tract. lib. 3. quæſt. 12. num. 5. & in pun-
cto habuit pro indubitabili Rota coram b. m. Iuſto, 31.
Maij, 1602. in dicta Romana Saluian. Interd. quæ eſt
poſt Tract. Deciſ. 261. in vltimis verbis. Quod abſ-
que dubio procederet ſi aliquod aliud concurreret
adminiculum, Pacific. d. cap. 6. num. 7. iuxta eandem
impreſſionem.

Hæc autem concluſio debet nonnullis modis
ampliari, & aliquibus aliis limitari, & declarari.

20 Ampliatur autem Primo loco † vt actio hypothe-
caria poſſit recta via intentari contra poſſeſſorem
bonorum Cenſui ſubiugatorum abſque eo, quod
excutiatur, is, qui Cenſum impoſuit, & vendidit, vel
aliàs ad illius ſolutionem perſonali actione conue-
niatur. Couar. Var. reſolut. lib. 3. cap. 7. num. 6. Crauet.
conſ. 217. num. 5. in fine, lib. 2. Surd. conſ. 162. num. 11.
& ſeq. lib. 2. Foller. in ſua pract. Cenſuali, in verbo, tam-
quam, num. 12. Io. Bapt. Lup. ad l. 2. C. de pact. int. empt.
& vendit. Comment. 2. §.... nu. 67. Aluar. Valaſch. in
ſuo tract. de iure emphyteut. quæſt. 32. num. 14. verſ. ſed
illud ſequitur; & in Cenſu ſuper re certa conſtituto,
Feder. Martin. in d. ſuo tract. de iure Cenſ. cap. vlt. num.
120. Gaſp. Roderic. de ann. reditib. lib. 2. quæſt. 9. nu. 51.
verſ. ſed cum hypothecaria, & num. 52. Boccacc. in d. ſuo
tract. de Cenſib. par. 1. num. 22. & 25. in fine, & par. 3.
num. 25. in fine, Cæſar Barz. deciſ. Bononienſi 109. nu. 7.
el ſecondo, Ludou. Molina, in ſuo tract. de Contract. par. 2.
diſput. 383. num. 8. Stephan. Gratian. Diſceptat. Forenſ.
tomo 1. cap. 145. num. 5. Felician. de Solis, in ſuis Com-
mentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 3. cap. 4. nu. 9. & tomo 2.
eod.

eutus exceptione præſcriptionis decem annorũ in-
ter præſentes,& viginti inter abſentes, l. 1. & 2. C. ſi
aduerſ.credit. Rol. à Valle, conſ. 19. num. 7. lib. 1. Pro
communi Pariſ. conſ. 50. num. 3. lib. 1. Foller. in pun-
cto in d. ſua Tract. Cenſuali, in verbo, huiuſmodi, nu. 108.
& alij multi, quos refert Felician. de Solis, in dd. ſuis
Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 3. cap. 4. num. 12. &
tomo 2. eod. lib. 3. & cap. 4. num. 18.

47 Siue † habuerit cauſam ab alio quam à debito-
re, vel eius hærede, ſiue cauſam habuerit ab ipſo de-
bitore vel hærede illius, vt exploſa contraria opinio-
ne, firmat Felician. d. num. 18. verſ. ego tamen. & com-
probat Sforz. Odd. conſ. 82. num. 39. & ſeqq. lib. 1. &
Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann. reditib. lib. 2. quæſt.
9. num. 63.

Quando autem incipiat currere iſta præſcriptio
48 plures fuerunt Scribentium opiniones. Vna † quod
initium capiat à die quo poſſeſſor nactus fuit poſſeſ-
ſionem rei hypothecatæ, & Cenſui ſuppoſitæ, quam
amplexi ſunt multi, & ſignanter Franc. Balb. in ſuo
tract. de præſcript. in 4. par. 4. par. princ. quæſt. 3. nu. 6.
& ſeqq. in 6. concluſ. & in 1. par. 6. par. princ. num. 25.
Neguſ. in d. ſuo tract. de pignor. in 2. memb. 6. par. num. 3.
& ſeq. & in 2. quæſt. & alij plures, cum quibus tran-
ſit etiam Felician. d. tomo 1. lib. 3. cap. 4. num. 12. verſ.
ſecunda, ibi. Quæ verior. & tomo 2. eod. lib. 3. cap.
4. num. 19.

49 Secunda † fuit ſententia quod huiuſmodi præ-
ſcriptio incipiat currere dumtaxat ab eo die, quo
principalis debitor ceſſauit in ſolutione. Alex. conſ.
58. num. 9. lib. 5. Gaſp. Roderic. d. quæſt. 9. num. 64. verſ.
Secundus. & hanc latiſſimè & pleniſſimè, confirmat
Caſſan. ad conſuetud. Burgund. Rubr. 11. Des Cenſes. §. 2.
num. 36. cum pluribus ſeqq. & præſertim ea commu-
ni ratione, qua omnes, qui hanc ſecundam ſenten-
50 tiam amplectuntur, mouentur. quod † non valenti
agere non currit præſcriptio l. 1. §. ſi quis autem. ff.
de itin. actu. priuat. l. 1. C. de ann. except. per quam ra-
tionem, cum eadem opinione tranſiuit Statil. Pacif.
in ſuo tract. de Salu. Interd. inſpect. 2. cap. 2. num. 298.
& ſeq. iuxta poſteriorem impreſſionem, Scapuccin.
in ſuo ſimili tract. de Salu. Interd. lib. 2. quæſt. 21. nu. 9.
& latiſſimè Gaſp. Roderic. d. quæſt. 9. num. 65. vbi hanc
opinionem confirmat, & reſpondet contrariis per
plures columnas, & confirmat Aucud. d. tract. c. 105.
num. 2. verſ. Immo, quod magis, & infra. Nec ab ea
diſſenſit Rota coram b. m. Cordub. 31. Iulij, 1596. in il-
la Romana Cenſus, quę reperitur impreſſa in fine Tract.
deciſ. 264. num. 1. & coram eodem in eadem cauſa, 21.
Ianuarij, 1597. quæ eſt ibidem deciſ. 265. num. 1. & 5.
quam ego quoque per eandem rationem libentius
amplector: non enim potuit dominus & creditor
Cenſus contra poſſeſſorem rei cenſuatæ agere pro
fructibus Cenſus donec illos ſponte ſua ſoluit debi-
tor ipſe. Cui ſolidiſſimo fundamento non videtur
ſatisfactum ex limitatione, quam communiter affe-
runt Scribẽtes ad illud commune dictum quod non
valenti agere nõ currit præſcriptio, videlicet, quod
51 † non procedat quando creditor potuit remouere
impedimẽtum, & non curauit remouere, c. ex tranſ-
miſſa, & ibi Felin. de præſcript. Decian. conſ. 28. nu. 19.
lib. 1. quam Felician. d. num. 12. verſ. & probatur pri-
mum, & verſ. non etiam obſtat; trahit ad reſolutionem
præſentis articuli. Quoniam licet limitatio præfata
vera ſit in ſe, non poteſt tamen aptari caſui noſtro,
in quo ſupponimus quod debitor Cẽſus aduenien-
tibus temporibus ſolutionum faciendarum ſponte
ſoluerit annuas reſponſiones cenſuales, & propte-
rea cum ſucceſſiuis temporibus ſolutione eius quod
52 debebatur † omnis fuerit ſublata obligatio. Inſtit.
53 quib. mod. tollit. oblig. in princ. & liberatus † fundus
ipſe oneri Cenſus obnoxius, l. item liberatur, in princ.
ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. Neguſ. d. ſuo tract.
de pignor. par. 6. memb. 2. num. 12. nullam habebat
amplius actionẽ creditor, qua poſſet experiri con-
tra tertium poſſidentem bona ſibi hypothecata; &
ideo cum non poſſet agere, non potuit contra eum
currere præſcriptio: Nec illi agenti iure poteſt obij-
54 ci quod non remouerit impedimentum: nam † an-
te aduentum diei faciendæ ſolutionis non poterat
creditor aduerſus iſtum tertium poſſeſſorem agere,
arg. §. plus autem. Inſtit. de action., poſtquam autem
venit dies ſolutionis faciendæ debitor met ſoluit,
per cuius ſolutionem fuit ſublata omnis obligatio
etiam reſpectu ipſius tertij poſſeſſoris, vt dictum eſt.
& per conſequens ſi vellet agere repelleretur exce-
55 ptione ſolutionis, vnde † non poteſt dici amplius
creditor, l. creditores, & ibi Rebuff. col. 4. ff. de verbor.
56 ſignific. Et propterea cum non poſſit iure agere † di-
citur impeditus impedimento iuris, vt per d. l. 1. C.
de annal. except. dicit Rim. iun. conſ. 396. num. 43. lib. 4.
& per conſequens contra ipſum non poteſt currere
præſcriptio. Rimin. ſen. conſ. 389. num. 22. lib. 2. Rim.
iun. conſ. 314. num. 24. & conſ. 339. num. 157. lib. 3.
57 Vel ſi † ageret repelleretur legitima exceptione &
pari ratione contra ipſum non currit præſcriptio, ſe-
cundum Felin. in c. ex tranſmiſſa, col. pen. verſ. & nota
quod ſicut, num. 16. ext. de præſcript. qui mouetur au-
ctoritate Anch. conſ. 5. & hanc eandem reſponſio-
nem in effectu ſenſit Caſſan. d. §. 2. num. 37. & ſeq.
ſequitur Foller. in d. verbo, huiuſmodi, num. 108. quos
referunt & ſequuntur Boccacc. in d. ſuo tract. de Cenſib.
par. 2. num. 9. & Scapuccin. d. quæſt. 21. num. 9. in 2.
declarat. ad fin. pro cuius confirmatione Caſſan. loco
mox citato latè conſiſtit per plures columnas, & ad-
58 dit aliam rationem, videlicet, quod † ad fauorem
creditoris non eſt nata actio realis aduerſus hunc
tertium poſſeſſorem niſi poſtquam debitor, vel eius
hęres denegauit ſoluere, & per conſequens ante na-
tiuitatem actionis non potuit agere, nec impedi-
mentum tollere, & ideo, nec præſcriptio potuit con-
59 tra eum incohari, cum † præſcriptiones ſint adin-
uentæ ad tollendas actiones formatas, non autem
actiones formandas. Corn. in l. licet. col. 2. verſ. & hæc
eſt ratio antiquorum, C. de iure delib. refert Decian. conſ.
13. num. 51. lib. 2.

Nec obſtat quod Foller. d. num. 108. in fine dicit,
quod iſte creditor debuiſſet ſaltem proteſtari de iu-
re ſuo contra dictum tertium poſſeſſorem, ne ſibi ex
taciturnitate, & negligentia aliquod inferri poſſet
60 præiudicium. Quoniam reſpondetur Primò, † quod
impedito impedimẽto Iuris non eſt neceſſaria pro-
teſtatio, vt dicit Rim. iun. d. conſ. 339. n. 157. quia tũc
ipſo iure non currit præſcriptio. Secundò reſponde-
61 tur ex mente Caſſan. d. §. 2. nu. 40. Quod † non poteſt
cõtra hũc creditorẽ allegari, & opponi negligentia,
cum ſibi diligẽtia nihil fuiſſet pro futura ex regula
l. fin. verſ. ſed quid noceat, ff. quis ord. in bon. poſſeſſ. ſeru.
Cum

62 Cum † enim creditor teneretur accipere à quacumque perſona ſoluēte nomine ſui debitoris, *l. tale pactum, §. poſt diuiſionem. & ibi not. Iaſ. ff. de pact.* nihil ſibi fuiſſet pro futura proteſtatio, ideo non fuit neceſſaria cum ſola iuris præſumptio ab onere proteſtandi ſublenet, vt dictum fuit in *Rota coram R. P. D. Pironano, 23. Iunij, 1610. in illa Romana repetitionis indebiti,* quæ eſt impreſſa *in calce Tract. deciſ. 266. nu. 7.* vbi deciditur quod carcerato nō eſt neceſſaria proteſtatio quod omnia gerat per metum, quia præſumptione, *l. qui carcerem, ff. de eo quod met. cauſa ſub-leuatur.*

Limitatur tertio loco præcedens principalis con-
63 cluſio. Vt † non omnes, ad quorum manus aliquando bona cēſui ſuppoſita, vel aliter ad fauorem creditoris hypothecata peruenerunt conueniri poſſint actione hypothecaria, vel Saluiano interdicto, ſed dumtaxat is, qui de præſenti poſſidet, *l. 2. C. ſine cenſib. & reliq. Conar. d. l. 3. Var. Reſolut. cap. 7. nu. 6. verſ. hinc etiam deducitur. Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. dec. 58. ſub num. 89. verſ. ſed quid ſi ſecundus poſſeſſor. Felician. d. tomo 2. lib. 3. cap. 6. num. 7.*

64 Limitatur quartò, vt † contra poſſeſſorem fundi Cenſui ſuppoſiti non poſſit agi actione hypothecaria, vel Saluiano, quando dominus, & creditor Cenſus poteſt argui de negligentia in exigendo annuos fructus cenſuales ab eo, qui ad illorum ſolutionem tenebatur. *Foller. in d. ſua Tract. cenſu. in verbo, huiuſmodi, num. 97. Gabr. d. conſ. 47. num. 16. lib. 1. Boccacc. in d. ſuo tract. de Cenſib. p. 2. nu. 87. in fine, Surd. deciſ. 32. num. 9. Felician. d. tomo 1. lib. 3. c. 6. ſub nu. 3. & tomo 2. d. lib. 3. cap. vlt. num. 2. ad fin. verſ. & ad id.*

65 Limitatur quintò, † ſi domino, & creditori Cenſus volenti agere actione hypothecaria, vel Saluiano contra poſſeſſorem ab eo offerantur non ſolum fructus decurſi, & non ſoluti, quo caſu dictus poſſeſſor liberaretur à moleſtiis, & vexationibus eidem per creditorem Cenſus illatis, & inferri comminatis, *l. Paulus, in fine, ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolu. Bon. in d. ſuo tract. art. 61. num. 94. ad fin. Rol. conſ. 14. nu. 9. & 10. lib. 1. Menoch. de adipiſc. poſſeſ. remed. 3. nu. 181. Felician. in dd. ſuis Commentar. tomo 2. lib. 3. c. 2. num. 20. Rota Diuerſ. deciſ. 267. p. 1. & coram b. m. Orano, 16. Februarij. 1598. in vna Bononienſi prætenſi Salu. Interdicti, quæ poſt Tract. eſt deciſ. 269. num. 1. & ſeq. & coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato, 17. Ianuarij. 1612. in illa Romana vineæ, & Saluiani Interdicti de Ruſconibus,* quæ eſt *ibid. deciſ. 268. num. 10.* & alias ſæpè in aliis cauſis. Sed etiam eidem creditori Cenſus promittatur, quod in futurū temporibus aduenientibus fiet fructuum ſolutio, maximè ſi hæc promiſſio fiat cū præſtatione fideiuſſorum, vt non obſcurè voluit *Rota in dicta Bononienſi prætenſi Saluiani Interdicti, num. 3. & in eadem cauſa coram Illuſtriſs. Cardin. Lācelotto, 21. Iunij, 1599. quæ ibid. eſt deciſ. 269. ſub nu. 1.* Quod procedit abſque difficultate ſi poſſeſſor ipſe fuerit per iudicis ſententiam condemnatus ad præſtandum dictam fideiuſſionem in quibus terminis loquitur *Rota ibi coram Illuſtriſs. Lancelotto.*

Supereſt modo vt pro complemento huius quintæ quæſtionis afferamus aliquas generales declarationes ad concluſionem ſupra in hoc nono Articulo firmatam.

66 Declaratur itaque primo loco † vt ad effectum quod contra poſſeſſorem bonorum cenſui ſuppoſitorum, vel alias ad fauorem domini cēſus hypothecatorū agi poſſit actione hypothecaria, vel Saluiano neceſſe ſit quod in primis, & ante omnia conſtet de impoſitione Cenſus, *Crau. conſ. 15. nu. 1. lib. 1.* & nie lius, *conſ. 359. num. 9. lib. 3. Caſſan. d. Rubr. 11. §. 6. in tex. contre le tenementier, num. 17.*

67 Quæ tamen † declaratio duobus modis reſtringitur, & limitatur, & quidem.

Primò, niſi poſſeſſor iſte, qui conuenitur aliquam
68 do fructus dicti Cenſus ſoluerit. Iſta † enim ſolutio ſibi nocet reſpectu eius cui fuit facta ſolutio, & re-
69 cognitio debiti, non autem reſpectu † alterius tertiæ perſonæ. *Iacob. de S. Georg. in ſua Inueſtitura feudali, in verbo, dictus vaſalli, el ſecondo, nu. 22. ex Alciat.*
70 *conſ. 15. num. 3. in fine, lib. 3.* Niſi pro illo † tertio aliquis recepérit, quia eo caſu ſolutio præiudicat ſoluenti etiam reſpectu illius tertiæ perſonæ, vt declarat *Iacob. de S. Georg. d. num. 22. Foller. in d. verbo, huiuſmodi, num. 100.*

71 Soluens † autem, & recognoſcens debitum cenſuale præiudicat non ſolum ſibimet ſoluenti, *Guido Papa, deciſ. 272. num. 3. in fine, & conſ. 147. nu. 1. Guil. de Benedict. in repetit. c. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, num. 445. & ſeq. ext. de teſtam. Iac. de S. Georg. vbi ſupra, num. 21. Rebuf. ad conſtit. Gall. in tit. de conſtitut. redit. in fine, num 8. Foller. in d. verbo, huiuſmodi, num. 100. Bal. in l. cenſualis, C. de donat. Caſſan. d. rubr. 11. des Cenſes, §. 3. in tex. Cenſe ſur Cenſe, num. 5. Rol. conſ. 2. num. 109. lib. 1. Maſcard. de Probat. vol. 2. concluſ. 603. num. 35. & ſeqq. Felic. de Solis,* qui alios allegat *in dd. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 3. c. vlt. num. 4. & tomo 2. eod. lib. 3. & cap. vlt. ſub*
72 *num. 2. verſ. poſtquam verò.* Sed † præiudicat etiam ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, & omnibus ab eo titulum & cauſam habentibus, *Guil. de Benedict. in d. verbo, & vxorem nomini Adelaſiam, num. 446. & ſeq. Iacob. de S. Georg. d. num. 21. Foller. d. num. 100. & Felicianus in locis proximè allegatis.*

73 Quod † tamen procedit ſi dicta ſolutio, & recognitio debiti cenſualis fuerit facta ex certa ſcientia, ſecus autem ſi fieret per errorem, & ignorāter, nam docto de errore, non inferret aliquod præiudicium,
74 *Iacob. de S. Georg. d. num. 21.* licet † enim ſolutio præfata non diſponat, nec det titulum verum ei, qui ſolutiones recepit, vt volunt communiter Scribentes variis in locis, attamen probationem quādam præſumptiuam debiti inducit *Pau. de Caſt. in l. Publia, §. fin. num. 4. ff. depoſ. Guido Papa, d. deciſ. 272. nu. 3. Alciat. conſ. 6. num. 12. lib. 6. Aluar. Valaſcb. de iure emphyteut. quaſt. 9. num. 18. in fine.* Et † ideo contra di-
75 ctam præſumptiuam probationem reſultantem ex præcedentibus ſolutionibus admitteretur alia probatio in contrarium. *Paul. de Caſtro, d. conſ. 295. nu. 2. Menoch. conſ. 1. num. 90. lib. 1. & conſ. 795. num. 84. lib. 4. Felician. in dd. ſuis Commentar. tomo 1. lib. 3. c. 6. nu. 4.*

76 Iſta tamen † ſolutio & recognitio debiti facta à poſſeſſore bonorum Cenſui ſuppoſitorum, vel pro illius ſolutione hypothecatorum nullum infert præiudicium iis, qui nec titulum, nec cauſam ab ipſo ſoluente habuerunt, *Bal. in l. ſi functiones, & in l. cenſualis, C. de donat. Alciat. d. conſ. 15. nu. 3. lib. 3. Crauet. in reſponſ. pro gener. num. 427. ad fin.* probat *Felician. d. cap. 6. num. 5.*

T Ro-

Reſtringitur ſecundò loco principaliter hæc pri-
77 ma declaratio, vt † non procedat quando tempore vẽditionis prædij, quod fuerat Cenſui ſuppoſitum, vel pro illius ſolutione hypothecatum emptor illius ſuſcepiſſet in ſe onus ſoluendi fructus Cenſus ſuper dicto fundo impoſiti, qui petuntur: tunc enim non eſſe neceſſarium aliam probationem impoſitionis Cenſus dicit *Boccacc. in d. ſuo tract. de Cenſib. p. 2. nu.*
78 *88.* ſolam † autem aſſertionem venditionis prædij cenſuati quod ſit obnoxium oneri ſoluendi dictum Cenſum, non ſufficere ad effectum ne ſit neceſſaria probatio præfata, *Guil. de Bened. in d. verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, nu. 444.* dicit *Foller. in d. verbo, huiuſmodi, num. 98.* quos ſequitur *Felician. d. c. 6. in primo tomo, num. 6. ad finem, in 2. verò tomo, num. 3. verſ. verum cum.*

Declaratur ſecundo loco principaliter ſupra fir-
79 mata principalis concluſio, q̄ † ſi poſſeſſor bonorũ Cenſui ſuppoſitorum, vel alias pro Cenſus ſolutione hypothecatorum, conuentus à domino & creditore Cenſus actione hypothecaria, vel Saluiano aliquod ei ſoluat id totum poſſit repetere à vero debitore Cenſus qui ad illius fructuum ſolutionem tenebatur, *Paul. de Caſtro, conſ. 334. in 2. dub. lib. 1. Aret. conſ. 105. nu. 3. Hieron. Gabr. d. conſ. 47. nu. 8. lib. 1.*

80 Declaratur tertiò, vt † creditor agens aduerſus vnum ex pluribus poſſeſſoribus rerum hypothecatarum pro annua reſponſione cenſuali, & cum ad ſolutionem illius inſolidum faciendam actione hypothecaria compellẽs, teneatur ei actiones cedere, quibus vel contra cohæredes, vel contra alios poſſeſſores bonorum debitoris pro eodem Cenſu hypothecatorum, agat vt deducta rata ipſum tangente reliquum repetat qua ceſſione obtenta poterit poſſeſſor iſte actionibus ſibi ceſſis quemlibet cohæredem, vel hypothecati prædij poſſeſſorem deducta rata ſibi contingente inſolidum conuenire, vt poſt *Milanenſ. deciſ. Sicil. 1. num. 15. lib. 2.* dicit *Gaſp. Roderic. in d. ſuo tract. de ann. redditib. lib. 2. q. 9. num. 62. ad finem, verſ. aduerte tamen.*

81 Declaratur quartò, vt † poſſeſſor præfatus cõuentus hypothecaria vel Saluiano poſſit ſe à dicto iudicio eximere, & liberare dimittendo creditori Cẽſus agenti fundum à ſe poſſeſſum, vel pro ſolutione annuæ reſpõſionis cenſualis hypothecatum, vt admonet *Roder. d. q. 9. nu. 68. ad med. verſ. videtur tamen diſtinguendum.* & faciunt ea quæ diximus *ſupra hac eadem quæſt. art. 8. num. 8.*

82 Declaratur quintò, vt † creditori Cenſus agenti contra poſſeſſorem bonorum ad eius fauorem hypothecatorum remedio Saluiani Interdicti nõ poſſit opponi exceptio requirens altiorem indaginem, quæ in remedio Salu. Interd. non admittitur. *Ripa. in rubr. ff. de pignor. num. 19. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 3. q. 30. num. 180. Rota Diuerſ. deciſ. 34. num. 23. p. 1.* cum aliis apud *Scapuccin. in d. ſuo tract. de Salu. Interd. lib. 2. q. 1. & q. 16. Statil. Pacif. in ſimili ſuo tract. inſpect. 2. cap. 2. num. 42.* iuxta poſteriorem impreſſionem.

83 Et propter hanc † rationem reiicεretur exceptio nullitatis Cenſus, vt fuit reſolutum in *Rota coram b. m. Cardinali Blanchetto, 15. Iunii, 1598. in illa Engubina, ſeu Peruſina Cenſus*, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 196. num. 1. & coram Illuſtriſs. Cardin. Lancelotto, 10. Iunij, 1611. in illa Bononienſi Cenſus, quæ ibidem eſt deciſ. 95. num. 5. & coram R. P. D. Manzanedo, 12. Ianuarij, 1607. in illa Rauennatenſi Saluiana Interdicti, quæ ibidem eſt deciſ. 142. per totum.*

84 Prout † ob eandem rationem exceptio fideicommiſſi nõ retardaret creditorem Cenſus agentem ad immiſſionem ex *remed. Salu. Interd*, vt voluit eadem *Rota coram Seraph. deciſ. 1178. in fine, & deciſ. 1200. par. 2. & coram b. m. Orano, 18. Maij, 1598. in illa Romana Saluiani Interdicti, quæ eſt poſt Tract. deciſ. 70. num. 1. & in alia Romana Saluiani Interdicti, 13. Ianuarij, 1603. coram b. m. Litta*, quæ eſt *ibidem deciſ. 53. per tot.* & ſignanter *nu. 7. & coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato, 10. Iunij, 1613. in illa Romana Cenſus, quæ ibidem eſt deciſ. 68. num. 9. & in vna Romana legatorum de Columna, 27. Ianuarij, 1614. coram eodem*; quæ eſt *ibidem deciſ. 69. num. 11. & ſeqq.* Cum regulare ſit quod huiuſmodi exceptio fideicommiſſi non admittatur in Iudicio Saluiani, vt bene deducit *Scapuccin. d. lib. 2. q. 9. num. 2. & ſeq.* vbi multas deciſiones Rotæ allegat, quibus addi poteſt alia deciſio facta in *cauſa Romana Saluiani Interdicti, 3. Martij, 1608. coram b. m. Pema*, quæ eſt *poſt Tract. Pacif. de Salu. Interd. deciſ. 107.* ſecundum poſteriorem impreſſionem.

85 Quæ tamen † declaratio limitanda & reſtringenda eſt, ſi huiuſmodi exceptiones requirentes altiorem indaginem incontinenti probarentur: eo .n. caſu non eſſent reiiciendæ ſub prætextu quod requirant altiorem indaginem, vt dicit *Scapuccin. d. lib. 2. q. 16. num. 41. & 13. Pacif. d. c. 2. nu. 115. & 267. & alibi* in d. poſteriori impreſſione. & voluit *Rota coram Seraphino deciſ. 757. num. 1. par. 1.* videatur tamen pro horum dilucidiori declaratione *Deciſio in d. Romana legatorum de Columna*, quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 69. num. 12. & ſeq.*

86 Benè verum eſt, † quòd ſi compareret tertius pro ſuo intereſſe, & inſtet retardari immiſſionẽ, erit audiendus; dummodo ſummariè, vel ſemiplenè doceat de iure ſuo. *Surd.* poſt alios *conſ. 181. num. 22.* quem & alios allegat *Auend. d. tract. cap. 109. num. 4.*

87 Declaratur ſextò, & vltimò, vt † à ſententia lata in cauſa Cenſus quando actum fuit remed. Saluian. Interdicti non detur appellatio, vt poſt alios dicit *Boccacc. in d. ſuo tract. de Cenſib. p. 3. num. 65. in fine. Felician. in dd. ſuis Commentar. tomo 1. lib. 3. cap. 1. nu. 11.*

88 Quod tamen † eſt intelligendum ſecundum ea quæ diximus *ſupra hac eadem quæſt. artic. 6. num. 34. & ſequentibus.*

Et per hæc ad laudem Dei Omnipotentis, & eius Genitricis ſit impoſitus finis huic Secundæ Parti Principali.

LVDO-

Digitized by Google

LVDOVICI CENCII V. I. D.
IN TRACTATVM
DE CENSIBVS.
PARS TERTIA.

VIDIMVS, hucuſque ortum, vitam, & progreſſum contractus cenſualis, ſequitur vt iuxta promiſſum ordinem de illius interitu & reſolutione peragamus, quod in hac Tertia Parte principali nos eſſe explicaturos fuimus polliciti, quam in duo principalia capita eſſe diuidendam exiſtimauimus, vt in illorum primo agatur de modis, quibus Cenſus extinguitur & reſoluitur: In ſecundo de quibuſdam effectibus, qui poſt extinctionem & reſolutionem illius conſequuntur.

De interitu, & reſolutione Cenſus.

CAPVT PRIMVM.

QVONIAM interitus, & reſolutio Cenſus per illius extinctionem cauſatur, vt dixit *Rota coram R. P. D. Ottembergio, 24. Nouembris, 1606. in illa Romana Cenſus*, quæ eſt impreſſa *in fine Tract. deciſ. 113. num. 9.* cum illo extincto fructus ex eo amplius deberi nequeant, vt dixit eadem *Rota coram R. P. D. Dunazet in vna Romana pecuniaria, 10. Iunij, 1613.* quæ eſt *ibidem deciſ. 270. num. 4.* Ideo de Cenſus extinctione eſt diſſerẽdum. Et cum extinctio iſta ex pluribus cauſis contingere poſſit; quarum aliquas conſiderauerunt Summi Pontifices in ſuis Conſtitutionibus, quas in materia con-
tractus cenſualis ediderũt, & maximè *Pius V. in ſua* 1
Bulla ſuper forma creandi Cenſus, aliquæ verò ab illis
tactæ, & conſideratæ non fuerunt, de ſingulis eſt di- 2
cendum, ſed de illis prius, quæ ex Pontificiis Conſti-
tutionibus inſurgunt, & dimanant, mox de aliis. 3

Hoc autem primum Caput tot Quæſtionibus ex-
plicabitur, quot ſunt cauſæ propter quas interitus,
& extinctio Cenſus contingere poteſt; extinguitur 4
autem.

Primò, ſi fundus Cenſui ſuppoſitus pereat. 5

Secundò, ſi fundus ille reddatur infructuoſus.

Tertiò, ſi Cenſus ipſe redimatur. 6

Quartò, ſi ceſſet cauſa ob quam Cenſus ipſe im-
poſitus, & conſtitutus fuerat. 7

Quintò, ſi fundus cenſualis trãſeat in dominium,
& proprietatem domini Cenſus. 8

Sextò, ſi per Iudicis ſententiam Cenſus ſit pronunciatus, & declaratus nullus.

Septimò, ſi impoſitor, & venditor Cenſus in re quam Cenſui ſuppoſuit habet ius temporale, & illud finiatur.

Octauò, ſi is qui ad Cenſus ſolutionem tenetur ceſſet per longiſſimum tempus ab illius ſolutione, & ſic legitima præſcriptione acquirat ſibi libertatem ab onere illo ſoluendi Cenſum.

Cenſus extinguitur peremptione fundi ſuppoſiti.

QVÆSTIO PRIMA.

HÆC prima Quæſtio tres complectitur Articulos, quorum

Primus eſt, quod Cenſus extinguitur peremptione fundi ſubiugati,

Secuudus, quod perempta parte fundi ſuppoſiti extinguitur pars Cenſus.

Tertius, quod perempto fundo cenſuato non caſu, ſed voluntate domini illius Cenſus extinguitur.

ARTICVLI PRIMI

SVMMARIA.

1 *Cenſum peremptione fundi ſuppoſiti non extingui, ſentiunt multi.*

2 *Contraria opinio ſimpliciter, & indiſtinctè amplectenda eſt vti verior, & magis communis.*

3 *Periculum rei venditæ poſt perfectum contractum pertinet ad emptorem, abſque ſpe repetendi pretium ſolutum, num. 12.*

4 *Emphyteutica liberatur ab onere ſoluendi Canonem, ſi res emphyteutica penitus pereat.*

5 *Rei emphyteuticæ dominium directum remanet penes concedentem.*

6 *Damnum contingens in re emphyteutica pertinere debet ad dominum directum.*

7 *Cenſum extingui ob peremptionẽ fundi cenſuati fuit expreſsè diſpoſitum per Bullam Pij V. ſuper Cenſibus.*

8 *Perire res dicitur ſi vſus illius impediatur in perpetuũ.*

9 *Cenſus perit perempto fundo ſubiugato, ſi peremptio ſit perpetua.*
10 *Ampliatur vt hoc procedat tam reſpectu obligationis reſtituendi ſortem, quam ſoluendi fructus in futurum.*
Intellige, vt num. 13. in fine.
11 *Pretium in contractu emptionis, ita debet ſolui, ut venditori acquiratur perpetuo.*
13 *Venditor non tenetur de vitio ſuperueniente in re vendita poſt perfectam venditionem.*
14 *Cenſus extinguitur ob peremptionem fundi ſuppoſiti, etiam quod in eius impoſitione, & venditione de hoc nihil cautum fuerit.*
15 *Accidens non poteſt ſtare abſque ſubiecto.*
16 *Pactum quod pereunte fundo ſuppoſito fructus Cenſus debeantur, eſt illicitum.*
17 *Pactum quod perempto fundo ſubiugato Cenſus cenſeatur impoſitus ſuper alijs bonis imponentis, non eſt licitum.*
18 *Licitum quod non eſt per modum diſpoſitionis, non eſt etiam licitum per modum conditionis.*
19 *Ob peremptionem fundi ſuppoſiti pereunt etiam Cenſus impoſiti ante Bullam Pij V.*
20 *Niſi aliter ſit conuentum inter partes ex ſententia Ludouici Molinæ.*
21 *Sed hæc opinio Molinæ diſplicet Auctori.*
22 *Cenſus fundatus ſuper alio Cenſu, perit perempto fundo ſuper quo creatus fuerat primus Cenſus.*
23 *Cenſus fundatus ſuper perſona, extinguitur per mortem talis perſonæ ſuper qua fuit fundatus.*
24 *In Cenſu vitalitio, perempto fundo, non amittitur ſors, ſecundum Sigiſmundum Scacciam.*
Contrarium probat Auctor, num. 26.
25 *Cenſus vitalitius requirit pro forma ſubſtantiali fundum frugiferum.*
27 *Cenſus vitalitius differt à contractu ſocietatis officij.*
28 *Societas ſine officio conſiſtere non poteſt,*

Cenſus totus extinguitur ob peremptionem totius fundi ſuppoſiti.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA reſolutionem propoſiti Articuli plures videntur fuiſſe Scribentium opiniones. Nam *Didac. Couar. Var. Reſolut. lib. 3. cap. 7. nu. 3. verſ. quod*
1 *item dicimus.* in ea fuit † ſentētia quod
Cenſus non extinguatur ob peremptionem fundi, ſuper quo Cenſus conſtitutus & collocatus fuerat ſentiens eo caſu fructus dicti Cenſus deberi ex ſola perſonali obligatione. Quod placuit etiam *Felic. à Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. c. 8. num. 19. ſub verſ. quarto. ibi, contrariam verò. & tomo 2. eod. lib. 1. & cap. 8. num. 17.* quibus in locis alios huius opinionis ſectatores refert, à qua nec etiam diſcrepare videtur *Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann. redditib. lib. 2. quaſt. 9. nu. 75.*, nec *Leonard. Leſſ. in ſuo tract. de Iuſtit. & iure, lib. 2. c. 22. dubit. 11. num. 65. & ſeqq.* dum nititur defendere pactum, quod cenſus ſoluatur etiam quod fundus ſubiugatus pereat non eſſe iniquum. cum qua opinione negante cenſus extinctionē tranſeunt alij multi, quos recenſet *Mich. Salon. in ſuo tract. de Contractib. & commerc. human. in tit. de Cenſib. art. 3. controuerſ. 18. num. 1. verſ. oppoſitum.* & omnes ij, qui Cenſus perſonales licitos eſſe & iuſtos contendunt, contra eam opinionem, quam pro veriſſima, & magis communi firmauimus *ſupra parte 1. c. 3. quaſt. 1. art. 6. Federic.* autem *Martin. in ſuo tract. de iure cenſu. cap. 4. nu. 47. & ſeqq.* poſt relatas tres Doctorum opiniones & rationes, per conſiderationem caſuum, *& cap. 8. num. 193. & 206.* per Conſtitutionem concluſionum, ſequendo eam opinionem, quod Cenſus conſtitui poſſit vel ſuper ſola perſona, vel ſuper perſona adiecta hypotheca bonorum aliquot, ſeu omnium generaliter, vel ſuper omnibus bonis generaliter, vel ſuper bonis indefinitè, vel ſuper vno, ſeu quibuſdam prædiis in ſpecie, ſeu indiuiduo concludit dari aliquot caſus in quibus peremptis bonis ſuper quibus generaliter vel indefinitè Cenſus collocatus fuit, vel conſtituta fuerat hypotheca pro ſecuritate Cenſus adhuc maneat Cenſus ipſe ſuper ſola perſonali obligatione, licet hoc neget in Cenſu merè reali conſtituto ſuper re certa, ſpecifica, & indiuidua, in quo caſu ſequitur cōtrariam opinionem ad peremptionem fundi ſequi ipſius Cenſus extinctionem.

2 Nos † tamen qui primo libro docuimus Cenſum
nullo modo licitè creari, conſtituive poſſe ſuper vniuerſitate bonorum, vel ſimpliciter, & indefinitè ſuper bonis conſtituentis, nec ſuper perſona etiā cum hypotheca, & obligatione bonorum reiecta hac caſuum diuerſitate, & conſideratione ſimpliciter, abſolutè, & indiſtinctè amplectimur eam opinionem quæ affirmat, quòd Cēſus extinguatur vel in totum, vel pro parte, prout in totum vel pro parte contingat perire fundum Cenſui ipſi ſuppoſitum, & ſubiugatum. quā amplexus fuit *Guil. Redoan. in ſuis tract. de reb. eccleſ. non alien. in tit. de conſtitut. annu. cenſ. num. 47. Aurel. Corbol. in ſuo tract. de iure emphyteut. cauſa 14. ob alienat. irrequiſ. dom. fact. Ampl. 49. num. 11. Aluar. Valaſc. in ſimili ſuo tract. de iure emphyt. quaſt. 32. nu. 16. Io. Bapt. Lup. ad l. 2. C. de pact. inter empt. & venditor. commento 2. §. 2. n. 63. Tho. Boninſign. in ſuo tract. de Cenſib. cap. 13. in princ. Ludou. Lopez, in tract. de contract. lib. 1. cap. 6. verſ. ſit igitur ad quaſtionem,* vbi affirmat hoc procedere in vtroque foro tam contentioſo, & exteriori, quam conſcientiæ, *Gregor. de Valent. Commentar. Theologic. tomo 3. diſput. 5. q. 22. de Cenſib. puncto 2. verſ. ſextò ſequitur, Cauall. in ſuo Speculo commun. contra commun. quaſt. 312. num. 5. & ſeq.* & latius *q. 847. par. 3. Io. Azor. Inſtitut. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 5. verſ. tertio quaritur.* qui hac potiſſimum ratione mouetur quod contractus cenſualis eſt ſpecies emptionis & venditionis iuris percipiendi cenſum annuum, & annuam reſponſionem in re certa conſti-
3 tuti. At † contra naturam emptionis, & venditionis
eſt, vt rei emptæ periculum & damnum ſuſtinere cogatur venditor poſt perfectum contractum, *l. id quod, in princ. ff. de peric. & comm. rei vēd. l. 1. C. eod. tit. §. cum autem. Inſtit. de empt. & vendit.* & per hanc rationem in propriis terminis, dicit *Gaſp. Roder. d. lib. 2. q. 7. n. 3.* ergo ſi res ſuppoſita pereat, perire quoque debet ipſe Cenſus, isq. perire debet ipſi emptori, ac proinde venditor nequit cogi ad ſolutionē Cenſus. Et hanc ſententiā veriorē eſſe teſtatur, & latè confirmat rñdendo contrariis *Ludou. Velazq. de Auend. de Cenſib. Hiſpan. c. 60. nu. 5. cum multis ſeqq. Sigiſmund. Scacc.*

Digitized by Google

Seacc. de Commerc. §. *1. q. 1. num. 176. & ſeqq.* poſt
hæc ſcripta viſi. Quæ quidem concluſio confirma-
4 tur. Quia ſicut emphyteuta † perempta funditus re
ſibi in emphyteuſim conceſſa, liberatur ab onere
ſoluendi canonem, *l. 1. in fine, C. de iure emphyteut.*
Specul. in tit. de locat. §. *nunc aliqua, quæſt. 134. nu. 160.*
Abb. in c. potuit, num. 16. vbi de commun. *ext. de lo-
cat. Iaſ.* poſt alios *in l. 2. num. 13. C. de iure emphyteut.*
Natta, conſ. 377. num. 1. Clar. in ſua Pract. §. *emphyteu-
ſis, quæſt. 8. num. 8. verſ. quæro etiam,* & de veriori &
receptiori opinione teſtatur *Ludouic. Auend. d. cap.*
5 60. *num. 6.* ea ratione, quia † is qui rem in emphy-
teuſim conceſſit retinet penes ſe illius directum do-
6 minium, proinde cum res pereat domino, ad † eum
pertinere debet damnum contingens in re, *Bal. in d.
l. 1. num. 10. C. de iure emphyteut.* poſt *Petr. & Cin.*
quos allegat, & ſequuntur omnes ſupra citati; Ita
etiam dicendum videtur in Cenſu, quoniam licet
non ſolum poſſeſſio, ſed etiam dominium rei Cen-
ſui ſuppoſitæ remaneat penes impouentem, vt dixi-
mus *ſupra par. 1. cap. 1. quæſt. 1. art. 1.* & in empto-
rem, & dominum Cenſus non tranſeat niſi ius per-
cipiendi, & conſequẽdi dictam Cenſum, & annuam
reſponſionem, vt dictum fuit *ſupra d. art. 1. & par. 2.
cap. 1. quæſt. 1. art. 2.* Quia tamen illud eſt ius quod-
dam reale, vt fuit dictum ſæpius, & maximè *d. par. 1.
cap. 2. quæſt. 3. art. 1.* Ideo peremptionem fundi cen-
ſuati debet ſequi extinctio & interitus dicti oneris
deſuper impoſiti, & ſic Cenſus deſuper conſtituti,
& collocati, cum accidens non poſſit conſiſtere ſine
ſubiecto, *l. nec illum,* §. *abſentis. & ibi Angel. ff. de pe-
7 tit. hæred,* Confirmatur hæc eadem cõcluſio non † ſo-
lum ex diſpoſitione *Pij V, in ſua Bulla ſuper forma
creandi Cenſus, in verſ. Poſtremo Cenſus omnes.* vbi hoc
expreſsè diſponitur, ſed etiã ex *Conſtitutionibus Mar-
tini V. & Calixti III. regiſtratis in c. 1. & 2. de empt.
& vendit. inter Extrauag. commun.* vbi id non obſcu-
rè Summi illi Pontifices ſenſerunt. Ex quibus con-
ſtat non bene ſenſiſſe *Couar. d. lib. 3. Variar. reſolut.
cap. 7. num. 5. Garz. Maſtrill. deciſ. Regni Sicil. par. 2. de-
ciſ. 141. num. 24. Surd, in ſuo tract. de Alim. tit. 7. q. 33.
nu. 15.* & ſi qui alij ſunt qui affirment hanc conclu-
ſionẽ procedere dũtaxat propter expreſſam *Pij V.*
diſpoſitionem *in d. ſua Bulla,* & ante illius promulga-
tionẽ contrariam ſententiam fuiſſe veriorem. nam
rectè intuenti apparere poteſt etiam ante dictam
Bullam eandem concluſionem fuiſſe firmatam ex
dictis Extrauagantibus Martini V. & Calixti III. vt
diximus *infra hoc eod. art. in 4. ampliat.*

Peremptio itaque fundo Cenſus ipſum quoque
Cenſum extingui & tenendum non ſolum ex ratio-
nibus ſupra deductis, ſed etiam quia aliàs Cenſus
realis cõuerteretur in perſonalem, quod eſſe omni-
no prohibitum fuit ſæpius ſupra firmatum, & ita ra-
tiocinatur *Fernand. Rebell. in ſuo tract. de obligat. In-
ſtit. lib. 10. quæſt. 6. nu. 17.* Quam concluſionem am-
plexa fuit ſæpius *Rota,* & ſignanter *deciſ. 757. num. 2.
par. 1. diuerſ. & coram Seraph. deciſ. 1418. nu. 4. par. 2.
& corã Illuſtriſſ. Card. Mellino, 30. Octobris, 1602. in illa
Romana Cenſus,* quæ eſt impreſſa *poſt Tract. Deciſ. 1.
nu. 1. & corã R. P. D. Manzanedo, 10. Maij, 1606. in illa
Rauennatenſi Cenſuum,* quæ eſt *ibidem deciſ. 88. num. 4.*
8 Perire † autem res dicitur in propoſito nõ ſi vſus
illius impediatur vt iuris interpretatione terminis
iſte vſurpatur, *l. conſtante,* §. *ſi vxor. & ibi Gloſ. ff. ſol.
matr. l. cum vnus,* §. *fin. ff. de bon. auct. iud. poſſid. l. 3.* §.
Labeo, & l. qui vniuerſas, §. *item quod à maiori, ff. de ac-
quir. poſſ.* cum ſexcentis aliis ſimilibus. *Imola, in cap.
potuit, ſub nu. 42. ext. de locat. Iaſ. in l. 1. num. 91. verſ.
tertio illa res, & num. 97. verſ. non obſtat vltimum, C. de
iure emphyteut. Natta, conſ. 194. num. 6. lib. 1. Andr.
Gail. in tract. de Pignorat. obſeruat. 9. num. 1. in fine.*
9 Sed † ſi perpetuo res pereat, & taliter vt penitus
& omnino deſtruatur & eradicetur, vt ſanciuit *Pius
V. in d. verſ. Poſtremo Cenſus omnes.* quem locum ita
intelligunt communiter Doctores, *Ludou. Molina, in
ſuo tract. de Contract. par. 2. diſput. 391. num. 3. Corbol.
d. Ampl. 49. num. 11. Boccacc. in ſuo tract. de Cenſib.
par. 3. num. 25.*

Hæc autem concluſio vt ſupra confirmata eſt ali-
quot modis amplianda & extendenda, & quidem
10 Primo, quod † ad peremptionem fundi cenſuati
extinguatur Cenſus nõ ſolum quo ad obligationem
reſtituendi ſortem principalem & pretium eroga-
tum in emptionem Cenſus, verũ etiam quo ad obli-
gationem ſoluendi annuã reſpõſionem cenſualem,
vt probat *tex. in l. 2. C. de alluuion. & palud.* & voluit
Roderic. d. q. 7. ſub nu. 4. & placuit *Rota coram R. P. D.
Manzanedo, 10. Maij, 1606. in illa Rauennatenſi Cen-
ſuum,* quæ eſt impreſſa *in fine Tract. deciſ. 88. nu. 5.* &
videtur optima ratione fundata: nã ſicut in emptio-
nibus & venditionibus venditor tenetur ad rei ven-
ditæ traditionẽ, emptor verò ad pretij ſolutionem,
11 & † pretium ita debet ſolui vt illius dominiũ non
ſolum venditori acquiratur, *l. exempto, in princ. & ibi
Gloſ. in verbo, cogitur, ff. de act. empt.* ſed perpetuo ac-
quiratur, *l. fin. C. de legat. Fabian. de Monte, in ſuo tract.
de empt. & vendit. q. 5. nu. 33. in 1. & 2. circumſtantia.*
12 & † perfecta venditione periculũ rei vẽditæ ſpectat
ad emptorem ita vt ſi pereat nõ venditori, ſed em-
ptori pereat, abſque ſpe aliqua recuperãdi pretium
ſolutũ, §. *cum autem. Inſtit. de empt. & vendit. l. fin. C.
de peric. & comm. rei vend. l. ſi in emptione,* §. *ſi emptio,
ff. de contr. empt.* Et quemadmodum venditor alicu-
13 ius prędij tenetur de illius euictione, nõ † tamen te-
netur de vitio ſuperueniente poſt venditionem per-
fectam, *l. cũ in venditione, l. Lucius, in princ. ff. de euict.*
eodem etiam modo concludendum eſt in Cenſu
vendito, quod ſcilicet, illius periculum debeat ſpe-
ctare ad emptorem non ad venditorem, ita vt ſi pe-
reat res ſuper qua Cenſus conſtitutus eſt, annua re-
ſpõſio cenſualis amplius non debeatur, nec pretium
ſit reſtituendũ, ſed remanere debeat apud vẽdito-
rem, & cũ hac ſententia videtur tranſire *Boccacc. d.
par. 3. nu. 25. Rebell. d. q. 6. num. 17. verſ. accedit. Ludou.
Lopez. in d. ſuo tract. de Contract. cap. 60. verſ. ad primum
in fine,* & alij communiter, quæ tñ ampliatio quo ad
onus reſtituẽdi ſortem principalem reſtringenda eſt
vt non procedat ſi res ſuppoſita pereat culpa & ne-
gligentia venditoris Cẽſus, vt animaduertit *Gregor.
de Valent. d. puncto 2. verſ. hoc autem intelligi debet,* &
faciunt quæ diximus *ſupra par. 1. cap. 3. quæſt. 2. art.
3. in fine,* & *infra* dicemus *hac ead. quæſt. art. 3.*
14 Ampliatur ſecundò, vt † procedat etiam quod in
cõſtitutione & vẽditione Cenſus non fuerit expreſ-
sè cautũ quod perempto fundo ſuper quo Cẽſus im-
ponitur, & collocatur ipſe quoque Cẽſus debeat pe-
rire & extingui, *Ludou. Molina, d. ſuo tract. de Contract.*

T 3 *diſput.*

diſput.387. num.8. verſ. hinc conſtat. Federic. Martin, d.cap.8. num.216. & ſeq.

Cum enim per impoſitionem Cenſus conſtituatur ius in prædio quod ſupponitur, vt ſupra ſæpius dictum fuit illud, cum prędio perit & extinguitur ex
15 ipſiuſmet contractus natura, cum † accidens non poſſit conſiſtere abſque ſuo ſubiecto, *d.l.nec illum, §.abſentis, & ibi Angel, ff.de petit, hæred, Surd, conſ, 234. num, 23. lib, 2.*

Ampl, in tantum & tertiò, vt nec etiam pacto
16 fieri poſſit † vt pereunte re ſuper qua fuit Cenſus creatus, & conſtitutus annua reſponſio debeatur: nam data validitate huius pacti ſequeretur quod Cenſus poſſet conſiſtere ſuper ſola perſonali obligatione, vt conſiderat *Couar, Variar, reſolut. lib, 3. cap. 7, num. 5. verſ, primum*, quod repugnare naturæ contractus cenſualis ſupra ſæpius dictum fuit. Et quod huiuſmodi pactum ſit illicitum & nullum deducit *Mich, Salon, d, tit, de Cenſib. art, 3. controuerſ. 13. verſ. an autem poſſit*, quod in Cenſu ad formam *Bullæ Pij V*, impoſito confirmant *Gaſp. Roderic. in d. quæſt. 7. nu. 9. & Felician. de Solis, in dd, ſuis Commentar, tomo 2. lib. 1, cap. 8. num, 28. Ludou. de Auend. d. cap. 60. num. 11.* Licet ſecluſa & circumſcripta *d, Pij V*. Conſtitutione communem eſſe contrariam opinionem teſtentur *ibi Felician, & Roderic. num. 10.*

17 Cui pacto † eſt valde ſimilis alia pactio, & conuẽtio videlicet, quod perempto fundo Cenſus cenſeatur impoſitus ſuper aliis bonis imponentis, de qua meminit *Io, Bapt, Bocc, de ſtatut. Vrb. præſcript, Gloſ. 10. num. 7.* & refert *Franc. Viu, Deciſ. 369. nu. 25. lib. 2.* & ex illa contractum effici vſurarium dicunt.
18 Ea enim, † quæ non poſſunt fieri per modum diſpoſitionis, non poſſunt etiam fieri per modum conditionis. *Bal. in l. ſi quis ſub conditione, & ibi Paul. de Caſtro, nu, 2. ff. de cond. inſtitut.* Et ideo cum talis impoſitio Cenſus ſuper omnibus bonis imponentis diſpoſitiue facta ſit omnino illicita, & repugnet Conſtitutioni *Pij V*, vt diximus *ſupra par. 1. cap, 3. quæſt. 3. art. 1.* ergo erit etiam illicita ſi fiat per modum conditionis ſi pereat fundus, qui ſubiicitur Cenſui. & per hanc rationem fuiſſe hoc pactum habitum pro vſurario in *Rota in vna Argentina Cenſus apud Gomeſ, deciſ. 92.* dicunt *Viu. & Bocc, vbi ſupra.*

19 Ampliatur quartò ſupraffirmata concluſio † vt habeat locum nõ ſolum quo ad Cenſus creatos poſt dictam Conſtitutionem *Pij V.*, ſed etiam in iis, qui fuerunt impoſiti ante illius promulgationem, vt ſupra annuimus, *num. 7. per tex, in c, 1. & 2. de empt, & vendit. inter Extrauag. commun*, vt voluit *Sard. conſ, 162. num. 17. lib. 2.* qui multos allegat *Boccac. in d, ſuo tract. de Cenſib. par. 2. num, 35.* & conferunt tradita per *Nauar. in ſuo Comment. de vſur. num. 77.* ad quem locum ſe remittit *in eod. tract. num. 115. quæſt, 29. in fine*, & cum hac ſententia tranſiuit etiam *Molin. d. diſput. 391. num. 4.*

20 Qui tamen † quo ad Cenſus creatos ante dictam Bullam *Pij V.* intelligit; verum ſi aliter inter ipſos contrahentes conuentum non fuerit, prout conueniri poſſe contendit, quod placuit etiam *Feder. Martin. in d. ſuo tract. de iure Cenſ. cap. 6. num. 285. cum mul-*
21 *tis ſeqq.* De † quo tamen dicto *Molina & Martini* ego valde dubito, tum propter *d. c. 1. & 2. de empt. & vendit. inter Extrauag. commun.* tum etiam quia cum ante Bullam quoque *Pij V.* per impoſitionem Cenſus conſtitueretur ius reale ſuper ipſo fundo qui Cenſui ſupponebatur, *vt dd. c. 1. & 2.* Non videtur quod ex pacto fieri poſſit quod ceſſante ſubiecto poſſit remanere Cenſus ipſe, qui tamquam accidens fundo accedit cum hoc ſecundum naturam ſit impoſſibile, vt ſupra dictum fuit, & faciunt ea, quæ dicemus *infra hoc eod. cap. 1. quæſt. 2. num. 5.*

22 Ampliatur quintò, vt † ob peremptionem fundi ſuper quo creatus eſt Cenſus, pereat nõ ſolum Cenſus qui ſuper eo fundatus, & collocatus fuerat, ſed etiam alius Cenſus qui forte ſuper dicto primo Cenſu impoſitus & conſtitutus fuit, vt deductum eſt *ſupra par. 1. cap. 3. quæſt. 1. art. 3. num, 13.*

23 Ampliatur ſextò, hæc eadem concluſio, vt † illi ijdem qui Cenſum ſuper ſola perſona cõſtitui & imponi poſſe voluerunt, dixerint illum extingui & perimi per mortem illius perſonæ ſuper qua conſtitutus & collocatus fuerat. *Io. Azor, dd. Inſtitut. Moral, par. 3, lib, 10. cap. 5. quæſt. 1, verſ. ſecundo oppones. Federic, Mart. in d. ſuo tract. de iure Cenſ. cap. 4. num. 13.*

24 Limitat † iſtam concluſionem *Sigiſm, Scacc. d. q. 1. num. 178. verſ. Explica reſtringendo*, vt non habeat locum in Cenſu vitilatio, in quo, perempto fundo cenſito, putat emptorem non amittere ſortem, ſed etiam illi reſtituendam: ſicut contingit in Societate officij, in qua ſi officium vacet per mortem ſocij, vel alio modo, ſocius ponens pecuniam, illam non amittit, ſed eſt ei reſtituenda. Vnde, ſicut ille ſocius non ſubiacet duplici periculo, videlicet mortis eius, ſub cuius vitæ periculo pecunias in ſocietate poſuit, & vacationis officij; ſed tantum mortis: ita videtur dicendum in Cenſu vitalitio, quòd illius emptor vni tãtum periculo ſe ſupponat, videlicet mortis propriæ, non etiam peremptionis fundi cenſuati.

25 Ceterum, † cum iſte quoque Cenſus requirat pro forma ſubſtantiali, vt imponatur ſuper fundo frugifero, vt diximus *ſup. par. 1. cap. 1. q. 4. art. 3. num. 9.* prout requirunt alij Cenſus, ita diſponente *Pio V. in ſua Bulla de Cenſib, in verſ. hac igitur noſtra*. & nos diximus *d. par. 1. c. 3. q. 2. per tot.* & cum in Cenſu vitalitio contrahatur emptio & venditio, ſicut in aliis cenſibus, vt omnes ſine difficultate admittunt:
26 Quemadmodum alij Cenſus acquiſiti † titulo emptionis, ob peremptionem fundi pereũt abſque aliqua ſpe, quòd emptor illorum poſſit pretium repetere, vt deductum eſt *ſup. hoc eod. art. num. 10. cum ſeqq.* Ita etiam dicendum eſt in Cenſu vitalitio empto, vt periculum peremptionis pertineat ad emptorem.

27 Non obſtat ſimile de ſocietate officij: tum † quia inter dictos contractus magna eſt diſcrepantia, vt conſiderauit *Rota coram Illuſtriſſimo Card. Mellino, in illa Romana Societatis, 29. Ianuarij, 1601.* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 9. num, 12.* tum quia in ſocietate officij non venditur nec officium, nec ius percipiendi fructus & emolumenta officij; ſed communicantur reditus & prouentus officij; vt dixit *Rota in d. deciſ. nu, 6.* & in dicto contractu celebratur ſolus contractus ſocietatis, vt ſubiungit *ibi Rota, num. 8.* Vnde quando ceſſat & vacat officium, nihil ſupereſt, quod poſſit inter dictos ſocios communicari: & ſic ceſſar ſo-
28 cietas, † quæ ſine officio, tamquam eius ſubiecto conſiſtere nequit; vt dicit *ibid. Rota, num. 10. & 17.*

Et

Digitized by Google

Et propterea, cum ſocietas ſit finita, ſocius ponens pecunias debet recuperare illas tamquam ſuum capitale; prout officialis vendendo officium, vel aliter de eo diſponendo, videtur quodammodo ſuum capitale recipere. In Cenſu autem vitalitio, cum celebretur contractus venditionis, ſi pereat prædium cenſitum, ceſſat ius percipiẽdi fructus ex illo, quod fuit venditum. Ergo debet perire periculo emptoris Cenſus. per ea quæ diximus *ſupra hoc eod. art. nu. 10. & ſeqq.* & ſignanter *num. 12.*

ARTICVLI SECVNDI

SVMMARIA.

1 *Perempta parte fundi cenſuati perit, & extinguitur proportionabiliter Cenſus ſuperimpoſitus.*

2 *Iudicium idem fit de parte quo ad parte, quod fit de toto quo ad totum.*

3 *Pars fundi non perempta ſi ferat tot fructus, qui ſufficiant ad ſoluendum integrum Cenſum, Cenſus in nulla ſui parte extinguitur.*

4 *Cenſus conſtituitur ſuper fundo ſimpliciter, non autem ſuper aliqua parte illius.*

5 *Contrarium ſentit Molina.*

6 *Sed reprehenditur ab Auctore,*

7 *Fundus Cenſus, quomodo in illius impoſitione, & conſtitutione conſideretur.*

8 *Ius quod contrahitur ſuper re per impoſitionem Cenſus, eſt relatiuum ad fructus rei, non terminatiuum ad illam.*

Perempta parte fundi ſuppoſiti, quomodo extinguatur pars Cenſus ſuperimpoſiti.

ARTICVLVS SECVNDVS.

FVIT aliquãdo dubitatum an ſicut perempto toto fundo Cenſui ſuppoſito totus Cenſus extinguitur, vt in præcedenti Articulo firmatum fuit, eodem etiam modo perempta dicti fundi parte debeat euaneſcere, & extingui pars Cenſus. Et cum quæſtio iſta non eſſet per *Martinum Quintum, & Calixtum Tertium, in ſuis Conſtitutionibus regiſtratis in c. 1. & 2. de empt. & vend. inter Extrauag.*
1 *Commun.* definita, & terminata, illam † pro parte affirmatiua expreſsè reſoluit *Pius V. in ſua Bulla* promulgata ſuper forma creandi Cenſus, *in verſ. Poſtremò Cenſus omnes*, &c. Quem hac potiſſimum ra-
2 tione motum eſſe exiſtimo, quod idẽ † fieri debeat iudicium de parte quo ad partem, quod fit de toto quo ad totum, *l. quæ de tota. & ibi not. ff. de rei vendit. Tiraq. de Retractu Liguag. §. 1. Gloſ. 7. num. 40.* & iuxta hanc concluſionem reſolutum fuit in *Rota coram R. P. D. Manzanedo, 10. Maij, 1606. in illa Rauennatenſi Cenſus*, quæ reperitur impreſſa *poſt Tract. deciſ. 88. per totum.*

3 Quod † tamen ita accipiendum eſſe arbitror niſi pars fundi ſuppoſiti, quæ remanet nõ perempta tot ferat fructus & reditus, qui ſufficiant ad ſolutionem integri Cenſus: eo enim caſu remanet viuus totus Cenſus, & debitor illius tenetur ad ſolutionẽ totius, & integræ reſponſionis cenſualis tam inſpecto iure communi, quam vigore *d. Conſtitutionis Pij V.* vt dixit *Federic. Martin. in ſuo tract. de iure cenſu. cap. 8. nu. 224. & ſeqq.* vbi comprobat, & reſpondet cõtrariis, & *Statil. Pacif. in ſuo tract. de Salu. Interd. inſpect. 5. c. vnico, num. 147.* ſecundum vltimam impreſſionem, & plenè deduxit *Rota coram Illuſtr. ſ. Cardinali Mellino, 30. Octobris, 1602. in illa Romana Cenſus*, quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 1. per tot.* vbi *num. 3.* concludentem
4 reddit rationem, quia † ſcilicet, cenſus conſtituitur ſimpliciter ſuper ipſa re, & non ſuper aliqua certa parte rei, & ideo donec ſupereſt tanta illius pars cuius fructus ſatis ſint ad ſolutionem integri Cenſus non poteſt dici perempta res ipſa ad effectum, vt inde reſultet, & ſequatur extinctio Cenſus.

Ex qua ratione redditur valdè dubitabile id quod dicit *Fernãd. Rebel. in ſuo tract. de obligat. Iuſtit. lib. 10. q. 6. nu. 17.* ſcilicet, quod totius penſionis annuæ obligatio eſt in tota re, & partis in parte, & maior, minorve pars obligationis in maiori, minorive parte rei, vbi pro maiore, minorive parte rei intelligit illã, quæ ſecundum communem æſtimationem maioris, minoriſve æſtimationis, & valoris extiterit. Hæc inquam cõſideratio, & animaduerſio Rebellij nõ videtur recipienda cum Cenſus ipſe, & annua penſio, quæ conſtituitur & venditur, conſtituatur, & collocetur ſuper ipſa re tamquam ſuper toto, & non ſuper aliqua certa rei parte, vt fuit bene deductum in *d. Romana Cenſus proximè allegata, num. 3.* Quod ſatis aptè confirmari poteſt ex alia eiuſdem *Rota* reſolutione facta *coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato, 14. Ianuarij, 1602. in illa Romana Cenſus, quæ poſt Tract. eſt deciſ. 90. num. 6.* vbi fuit dictum, quod Cenſus impoſitus, & collocatus ſuper duobus fundis, prout fundari poſſe, diximus *ſupra parte 1. cap. 3. q. 3. nu. 2.* altero ex dictis prædiis pereunte totus Cenſus ſuſtinetur ſuper altero ſi fundi reſtantis fructus poſſint eſſe ſufficientes ad ſolutionem totius Cenſus.

5 Neque † in iſto Articulo curandum eſſe crediderim de *Ludou. Molina*, qui *in ſuo tract. de Contract. t. 2. diſput. 391. num. 3. verſ. poſteriori verò*, videtur ſentire quod ſemper perempta parte fundi cẽſuati debeat perire pars Cenſus proportionabilis nulla habita ratione, nec facta diſtinctione an pars remanens ferat tot fructus, qui ſufficiant pro ſolutione integri Cenſus motus ratione primo quidem aſpectu ſatis apparente, & probabili, videlicet, quod Cenſus eſt ius in re & tota res ſuper qua Cenſus conſtituitur, & collocatur eſt obligata ad annuam reſponſionem cenſualem & obligatio eſtenſa eſt in tota re, ita vt tota ſit in tota re, & pars in parte, vt ſentire etiam videtur *Rebell. d. quaſt. 6. num. 17.* Vnde infert *Molina*, quod ad peremptionem partis rei ſuppoſitæ debeat de neceſſitate perire, & extingui ea pars obligationis, quæ ſuper ea parte tamquam in ſuo ſubiecto erat collocata, & conſequenter etiam pars Cenſus, quamuis pars rei quæ remanet, reddat tot fructus, qui ſatis eſſe poſſint ad ſolutionem integri Cen-
6 ſus. Etenim † licet hæc ratio videatur ſatis colorata, non tamen apud me talis eſt, quæ me in *Molinæ, & Rebellij* ſententiam trahere potuerit, continet enim in ſe fallaciam, cum falſum ſit quod illud ius reale, quod per impoſitionem Cenſus conſtituitur ſuper fundo, qui Cenſui ſupponitur non ſit inſoli-

dum,

dum,& integraliter in qualibet parte fuudi conſti-
7 tutum. Quando † enim Cenſus fundatur,& conſti-
tuitur ſuper aliquo prædio, illud conſideratur tan-
quam vnum totum integtale, & uon conſiderantur
ſingulæ illius partes de per ſe diſtinctæ,& ſeparatæ,
ſed totus Cenſus imponitur ſuper toto fundo tam-
quam ſuper illo toto; non autem quęlibet pars cen-
ſus imponitur ſuper qualibet parte fundi, ita vt poſ-
ſit diſcerni quanta pars Cenſus ſit ſuper qualibet
parte fundi collocara. vnde ceſſat argumentatio
8 *Molina, & Rebellij.* Præterea † ius iſtud reale, quod
conſtituitur ſuper fundo cenſuato non debet con-
ſiderari terminatiuè ad ipſum fundum, ſed relatiuè
ad fructus illius, ita ſeilicet, vt fundus remanęat
obligatus ratione fructuũ, videlicet, vt annua cen-
ſualis reſponſio ſoluatur ratione fructuũ, qui ex illo
fundo percipiuntur, vnde ſi pars fundi, quæ rema-
net ferat tot fructus, qui ſufficiant pro integro cen-
ſu annuo non eſt inconueniens, vt integra reſpou-
ſio ſoluatur, ſin minus ſoluatur pro ea parte ad cu-
ius ſolutionem fructus partis fundi remanentis, &
non peremptæ ſufficiunt. Quæ omnia videtur non
obſcurè ſenſiſſe *Rota coram Illuſtriſs. Cardinali Lance-
lotto in illa Romana Cenſus, 30, Octobris, 1602.* quæ eſt
in calce Tract. deciſ. 1. nam. 1. & per tot. vt illius di-
ſcurſu poteſt quam facillimè apparere.

ARTICVLI TERTII

SVMMARIA.

1 *Cenſus quod non extinguatur ſi pereat fundus cenſitus calpa & facto domini illius, volunt aliqui.*
2 *Contrarium volunt alij.*
3 *Exempla ſicut digitus rem demonſtrant.*
4 *Exempla ſubijciunt rem tactui.*
5 *Exempla rei veritatem comprobant.*
6 *Cenſus impoſitus ſuper molendino apto ad macinandum frumentum, ſi eo directo ex eius mola, & fiſtulis aliud conſtruatur, ſolui non debet.*
Contrarium voluit Boceace. & malè, num. 8. & ſeqq.
7 *Ratio vbi eſt eadem, ibi debet eſſe eadem iuris diſpoſitio.*
9 *Molendinum ad molendum granum, quibus partibus conſtituatur & integretur.*
10 *Totum integrale deſtruitur deficiente vna ex ſuis partibus integralibus.*
11 *Cenſus extingaitur ſi reddatur infructuoſus illius fundus.*
12 *Mola ad molendum granum licet de ſe ſit rei mobilis, donec tamen deſeruit molendino, & eſt eius pars integralis, dicitur immobilis.*
13 *Ædificium conſtructum ex cęmentis ædificij diruti, eſt diuerſum, & ſeparatum ab ædificio deſtructo, & numero 15.*
14 *Nauis compacta ex tabulis alterius nauis penitus diſſoluta, eſt noua nauis ab antiqua penitus diſtincta.*
15 *Domus constructa ex cæmentis alterius domus omnino directæ, & deſtructa non eſt eadem domus, ſed alia ab ea penitus ſeparata.*
16 *Ruin. conſ. 94. num. 7. lib. 4. declaratur.*
17 *Hypotheca conſtituta ſuper domo illa deſtructa, remanet ſuper area.*
18 *Fundus Cenſus ſi pereat culpa & facto domini illius, quomodo conſulatur domino Cenſus.*
19 *Fundus Cenſus ſi pereat caſu, Cenſus extinguitur.*

Fundus Cenſus ſi pereat non caſu, ſed facto domini illius, an Cenſus extinguatur.

ARTICVLVS TERTIVS.

EXCITANT dubitationem Scribentes,
quæ venit in hoc tertio Articulo diſ-
ſoluenda, an ſi fundus cẽſui obnoxius
pereat non quidem caſu fortuito, ſed
ex volũtate & facto domini ipſius fun-
di, Cenſus pereat, & extinguitur. In quo Articulo
cum Doctores non bene inter ſe conueniant, cum
1 † partem negatiuam videatur tenere *Gregor. de Va-
lent. Commentar. Theologicor. tomo 3. diſput. 5. q. 22. de
Cenſib. puncto 2. verſ. hoc autem intelligi debet.* Partem
2 verò † affirmatiuam amplectatur *Nauar. in ſuo Com-
ment. de vſur. num. 118. quæſt. 25.* quem ſequitur *Fer-
nand. Rebell. in ſuo tract. de obligat. Iuſtit. lib. 10. q. 6. nu.
18.* & plerique ex iis quos mox referam pro nega-
tiua opinione. Multi autem pro reſolutione pro-
poſiti Articuli ſubiiciunt exemplum de molendino
apto ad molendũ frumentum ſuper quo fuerit Cen-
ſus impoſitus & collocatus, an ſi dominus illius il-
lud omnino, & funditus deſtruat ex eo fonte quod
aqua, quæ ad molendinum præfatum per canales,
& fiſtulas ad molendum ducebatur ſolitum curſum
mutauerit, & alio fluere cęperit, & cum eadem mo-
la aliud molendinum in alio ſuo ſolo ædificet, & per
eoſdem canales, & fiſtulas ad illud nouum molen-
dinum ducat, Cenſum ſuper veteri, & deſtructo mo-
lendino impoſitum teneatur ſoluere ex molendini
nouiter conſtructi ręditibus, fructibus, & emolu-
mentis.

3 Et quoniam † exempla ſicut digitus rem oſten-
dunt, *§. 1. Inſtitut. de gradib. lib. 1. ff. de præſcr. verb.* &
4 tactui quodammodo † illam ſubiiciunt, *Bal. conſ.
358. ſub num. 4. lib. 1. Rim. iun. Inſtitut. de donat. in rubr.
5 num. 156.* & exemplis † veritas comprobatur, *Bart.
in l. nemo, C. de ſentent. & interlocut. omn. Iudic.* Ideo vt
quid pro veritate in hoc Articulo ſtatuendum ſit,
facilius cognoſcamus ſuper dicto exemplo de mo-
lendino deſtructo inſiſtere conſtitui.

6 In qua † difficultate *Nauar. d. num. 118. quæſt. 25.*
tenet partem negatiuam ea potiſſimum ratione.
Quia Cenſus fuit impoſitus ſuper molendino anti-
quo, quod fuit deſtructum, & deuaſtatum; molen-
dinum autem de nouo conſtructum, & ædificatum
eſt aliud ab antiquo, vnde non poteſt dici quod ſit
ſuppoſitum, & obnoxium oneri ſolutionis Cenſus.
& cum *Nauar.* tranſit etiam *Thom. Boninſign. in ſuo
tract. de Cenſib. cap. 13. num. 3. Ludou. Molina, in ſuo
tract. de Contract. par. 2. diſput. 394. num. 3. Io. Azor.
Inſtit. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 16. verſ. breuiter. Fe-
deric. Martin. in ſuo tract. de iure Cenſ. cap. 8. num. 218.
& ſeq. Statil. Paciſic. in ſuo tract. de Sala. Interd. in-
ſpect. 5. cap. vnico, num. 153. ſecundum vltim. impreſ-
ſion.* Quibus addo *Ludou. de Auend. de Cenſib. Hiſpan.
c. 60. num. 14. cum ſeqq.* vbi hanc concluſionem non-
nullis ſimilibus confirmat, & pro ea adducit tex. in
*l. ſi ita legatum. 68. & in l. Seruum filij, 46. §. ſi areæ,
ff. de leg. 1.* Et hãc eandem ſententiam fuit amplexa

Rota

Digitized by Google

Rota coram Seraph. deciſ. 1418. *num.* 4. *par,* 2. quibus
ego libenter aſſentior, Nam cum Cenſus accedat
ipſi fundo,& illi hereat tamquam accidēs ſuo ſub-
iecto,ſicut ſubiecto ſublato accidens conſiſtere non
poteſt,ita nec Cenſus abſque ſuo fundo, vt diximus
ſupra hac ead.quæſt.art. 1. *num.* 15. & ideo non eſt fa-
cienda differentia,an fundus pereat facto,& culpa
domini illius, an verò facto ipſo, & caſu fortuito,
cum vtroque caſu Cenſus remaneat abſque fundo,
7 & accidens abſque ſubiecto,& propterea cū † vtro-
que caſu militet eadē ratio vt extingui debeat Cen-
ſus, debet etiam ſequi idem effectus extinctionis, *l.
illud, ff.ad leg.Aquil, Surd.conſ.*301. *num.*19. *lib.*3.

8 Neque † ab hac ſententia potuit me retrahere
auctoritas *Boccacc.in ſuo tract.de Cenſib.par.*2. *nu.*42.
*& ſeq.*qui contrarium tenuit ea ratione,quod Cen-
ſus fuerit impoſitus ſuper molendino, & ſic ſuper
domo,fiſtulis,& mola quæ conſtituunt illud totum
integrale, & cum ex deſtructione domus, non de-
ſtruatur mola, neque fiſtulæ, immo ex eiſdem fiſtu-
lis,& canalibus ducatur aqua ad domum de nouo
conſtructam,& ędificatam,in qua cum eadem mo-
la ex parua loci mutatione fuit factum nouum mo-
lendinum in ſolo eiuſdem domini,qui propterea eſt
dominus ſecundi molendini de nouo conſtructi, &
ædificati, ſicut erat dominus prioris antiqui deua-
ſtati,& ideo inquit *Boccac.* tenetur Cenſum impoſi-
tum ſuper antiquo molendino ſoluere ex fructibus,
reditibus,& emolumentis huius noui, prout tene-
batur ſoluere ex fructibus & reditibus prioris de-
ſtructi.

9 Nam his † non obſtantibus cum ſententia *Na-
uar.* & ſequacium tranſeundum cenſeo. quæ con-
firmatur ex infra dicendis, & quidem Primò, quia
Cenſus fuit conſtitutus ſuper molendino, & ſic ſu-
per iſto toto integrali quod conflatur non ſolum ex
mola,fiſtulis,& domo,vt dicebat *Boccac.in loco ſupra
citato, nu.*43. ſed requiritur vlterius aqua profluens
per fiſtulas & canales ad molendum, cum ſine ipſa
ædificium ipſum ſit inutile, & nullos reddere poſſit
ex molitione fructus, & emolumenta vt ad ſenſum
10 patet,quorum † vno deficiente non poteſt eſſe,ne-
que dici molendinum, argum. *l.cum qui ædes, ff.de
vſucap.* Vnde cum in caſu propoſito defecerit cur-
ſus aquarum,& propterea à domino prioris molen-
dini fuerit etiam deſtructa domus, dicēdum eſt de-
ſijſſe eſſe in rerum natura molendinum ob caren-
tiam,& defectū partium integralium,& cōſequen-
ter extinctum eſſe Cenſum ſuper eo impoſitum.

11 Præterea † certum eſt,quod ſi res ſuper qua Cen-
ſus conſtitutus fuit infructuoſa reddatur, ipſe quo-
que Cēſus ceſſat,& deſinit deberi,vt diſpoſuit *Pius
V.in ſua Bulla ſuper forma creandi Cenſus*,& nos dice-
mus in proxima ſeq.quæſt.ſed ob mutationem cur-
ſus aquarū mola, fiſtulæ, & canales per quos aqua
ducebatur ad molendum, necnon etiam domus,&
ædificium,quod pro molendino deſeruiebat reddi-
ta ſunt infructuoſa: ergo debet etiam ceſſare obli-
gatio ſoluendi Cenſum deſuper conſtitutum.

12 His addi poteſt,† quod licet Mola donec Molen-
dino eſt applicata inter immobilia reputetur,ſi ta-
men à Molendino ſeparetur eſt iudicāda tamquam
res mobilis. *Bal.in c.contingit,col.pen.verſ.quæro nun-
quid mola,ext.de dolo,& contum. Tiraq. de retractu li-
gnag.* §.1.*Gloſ.*7.*num.*95. vnde cùm in caſu propo-
ſito præſupponatur molam fuiſſe ſeparatam ab an-
tiquo molendino, illa erit iudicanda tamquam res
mobilis, ſuper qua Cenſus conſiſtere non poterat,
vt dictum fuit *ſupra par.*1. *cap.*3. *quæſt.*1. *art.*6. Nec
refert quod eadem Mola fuerit applicata nouo mo-
lendino,quoniam vt dicit *Nauar. loco ſupra allegato.*
hoc eſt nouum,& aliud molendinum diſtinctum &
ſeparatum ab eo, ſuper quo Cenſus erat collocatus,
& impoſitus; & cum vetus & antiquum molendi-
num ita fuerit deuaſtatum, vt illius forma & ſub-
13 ſtātia ſit penitus mutata licet † ex mola,& cęmen-
tis illius fuerit factum & conſtructum nouum mo-
lendinum, hoc tamen nouum non eſt illud idem,
14 ſed alterum diuerſum,vt dicitur de Naui † compa-
cta ex tabulis alterius nauis penitus diſſolutæ, *l.in-
ter ſtipulantem,* §.*ſacram. verſ.& nauis,& ibi Doctor.*
15 *ff.de verb.obligat.*& de domo † conſtructa ex cęmen-
tis habitis ex ruina alterius domus, quæ ſimiliter
non eſt eadem domus, ſed alia ab illa ruinata & di-
ruta penitus diſtincta,& ſeparata *d.*§.*ſacram.l.quod
tamen,* §.1.*ff.quib. mod. vſufr. amitt.* & bene deducit
*Nauar. d.num.*118. & cum hac concluſione in effe-
ctu tranſit etiam *Martin.Bonacin. de Contract. diſput.*
3.*q.*4. *puncto vnico, num.*28.

16 Nec obſtat auctoritas † *Ruin.conſ.*94.*num.*7 *lib.*4.
qua nititur *Boccacc.* qui contrariam ſententiam de-
fendit, quoniam *Ruin.* loquitur non quando fit no-
uum molendinum ex mola, & aliis cęmentis anti-
qui diruti, & deuaſtati, ſed quando antiquum mo-
lendinum augetur,& reſtauratur,quæ ſunt inter ſe
valde diuerſa, iuxta not.per *Iaſ.in l.ius ciuile, nu.*15.
ff.de Iuſt.& iure, & clarius per *Rip. in l.*1. *ſub num.*4.
ff.in quib. cauſ.pign. vel hypot.contra. & ipſemet *Ruin.
ibi* optimè animaduertit,& dicit *Io.Azor. in d.verſ.
breuiter ſupra citato.*

17 Prout † non obſtat regula *l. ſi fundus,* §.*ſi res, l.
Paulus,* §.*domus, ff.de pignor. l.domo. ff.de pignor.act.*
in quibus habetur quod deſtructa domo,quæ alicui
erat hypothecata adhuc ad fauorem creditoris re-
manet firma hypotheca ſuper area in qua domus il-
la conſtructa erat. Quia ex hac regula non poteſt
inferri, quod in caſu propoſito Cenſus debeat ſolui
ſaltem ratione areę in qua fundatum erat molendi-
num,quod deſtructum fuit. quoniam licet hypo-
theca remaneat ſuper area domus dirutæ, hoc ta-
men non poteſt trahi ad caſum noſtrū,in quo Cen-
ſus non poteſt conſiſtere in re infructifera. & pro-
pterea cum area ſuper qua conſtructum erat ædifi-
cium ſit propter ruinam reddita ſterilis, & infru-
ctuoſa,nō poteſt eius ratione deberi annuus Cenſus.

Stat igitur prima concluſio, quod Cenſus extin-
guitur ob peremptionem fundi ſuppoſiti ſiue illa
ſequatur caſu fortuito,ſiue etiam facto,& volunta-
te domini ipſius fundi.

In hoc autem differt vnus caſus ab altero, quia
18 † quando fundus perit voluntate & facto domini
illius,extinguitur quidem Cenſus.ſed eſt conſultum
domino Cenſus vel vt poſſit repetere pretium Cen-
ſus, totumq. intereſſe tam lucri ceſſantis,quā dam-
ni emergentis actione de dolo, ſeu alia,vel vt cogat
dominum fundi vt alium Cenſum conſtituat ſuper
alia re immobili & frugifera, vt tradit *Nauar. d.
q.*25. *ad fin.* ſequitur *Fernand.Rebell. d.q.*6.*num.*18.
& Fe-

& Federic. Martin. d. cap. 8. num. 221. & ſeqq. Quam ſententiam fuit etiam amplexus *Ludou. Æuend. 1. cap. 60. num. 19. Sigiſm. Scacc. de Commerc. §. 1. q. 1. num. 178.* quando autem fundus perit caſu fortuito, vel ſaltem abſque fraude, & dolo domini illius fundi, puta, perſiſtēdo in eodem exemplo, ſi dominus molendini illud deſtruat ex eo forte, quod propter mutationem curſus aquarum eſſet redditum penitus inutile & infructuoſum, vt conſiderat *Boninſign. d. tract. de Cenſib. cap. 13. num. 4.* Ceſſat omnis obligatio ipſius debitoris Cenſus, & illa in totum extinguitur, vt diximus ſupra, & proxima ſeq. quæſtione dicemus.

QVÆSTIONIS II.

SVMMARIA.

1 *Cenſus imponi debet ſuper fundo fructifero.*
2 *Cenſus extinguitur ſi fundus ſuppoſitus reddatur ſterilis, & infructuoſus.*
Ampliatur vt reddita infructuoſa parte fundi ſuppoſiti pro ea rata extinguatur Cenſus, num. 6.
Niſi pars fundi, quæ remanet frugifera reddat fructus ſufficientes pro ſolutione totius Cenſus, num. 8.
Declaratur ampliatio ſi fundus, vel ius pars reddatur infructuoſa perpetuo, ſecus ſi pro aliquo tantum tempore, num. 9.
3 *Cenſus impoſitio fit contemplatione fructuum rei, quæ Cenſui ſupponitur.*
4 *Debitum contractum contemplatione fructuum habet tacitam conditionem, ſi fructus naſcentur.*
5 *Pactum quod Cenſus ſoluatur etiam quod fundus ſuppoſitus reddatur infructuoſus, non eſt licitum.*
7 *Æquiparatorum eadem eſt diſpoſitio.*
10 *Cenſus non extinguitur ſi fundus ſuppoſitus non ferat fructus per aliquod tempus, ſed debet ſolui, ex fructibus aliorum bonorum.*

Cenſus extinguitur, ſi fundus cenſuatus efficiatur infructuoſus.

QVÆSTIO SECVNDA.

CVM pro iuſtitia & validitate contractus cenſualis neceſſario
1 requiratur† vt res ſuper qua imponi & collocari debet ſit de ſui natura fructifera, id eſt, apta ad fructus ferendos, vt latè dictum fuit *ſupra par. 1. cap. 3. quæſt. 2. per*
2 *tot.* ſequitur, quod † ſi res illa ſuppoſita reddatur infructuoſa & ſterilis, id eſt, deſinat de ſui natura eſſe apta ad fructus ferēdos, Cenſus etiam ſuper ea impoſitus, & collocatus extinguatur, & reſoluatur, vt expreſsè ſanciuit *Pius V. in ſua Conſtitutione promulgata ſuper forma creandi Cen-*
„ *ſus in verſ. Poſtremo, &c.* vbi leguntur hæc formalia
„ verba. *Poſtremo Cenſus omnes in futurum creandos* non
„ ſolum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, &c. & firmāt omnes illi Doctores quos retulimus in *primo art, præcedent. quæſt.* & præter eos *Suid. conſ. 162. num. 17. lib. 2.* & *Martin. Bonacin. in ſuo tract. de Contract. diſput. 3. q. 4. puncto vnico, num. 20. verſ. Tertio non poteſt.* & alij magis communiter. Et
3 confirmatur, † quia certi iuris eſt quod impoſitio Cenſus fit contemplatione fructuum ex re ſuppoſita colligendorum, cum inter alia ſubſtantialia in conſtitutione Cenſus requiratur quod fundus ſuper quo conſtituendus, & collocandus eſt ſit frugifer, ita diſponente *Pio V. in d. ſua Conſtitutione.* & nos ſupra diximus. & propterea cum fundus Cenſui ſuppoſitus poſt ſequutam illius ſterilitatem nō ſit amplius aptus ad fructus ferendos, argum. *l. eius qui in prouincia, ff. ſi cert. pet.* ſequitur vt nec Cenſus exin-
4 de debeatur. Quia † vbi aliquid eſt in obligatione cōtemplatione fructuum ſubintelligitur tacita conditio ſi fructus naſcantur, *l. interdum per tot. ff. de verb. obligat. Paul. de Caſtro, in l. ex conducto, §. ſi vis tempeſtatis, col. 1. ff. locat.* facit idem *Caſtr. in l. Imperator, num. 8. ff. ad Trebell.* & pluribus confirmat *Sim. de Pret. in ſuo Tract. de interpr. vlt. volunt. lib. 4. interpr. vlt. dubitat. vlt. ſolut. 3. num. 13. & ſeqq.*

5 Et licet † *Federic. Martin.* quo ad Cenſus creatos ante d. Bullam *Pij V.* & etiam quo ad Cenſus creatos poſt promulgationem eiuſdem Bullæ in iis locis, in quibus illa vſu recepta non fuit *in ſuo tract. de Cenſ. cap. 5. num. 285. & ſeqq. & cap. 8. num. 236.* dicat hanc concluſionem non procedere ſi cōtrahentium voluntate in conſtitutione & venditione Cenſus adiiciatur pactum quod annua penſio cenſualis ſolui debeat etiam quod fundus Cenſui ſuppoſitus efficiatur in totum vel pro parte infructuoſus, & hoc aliquot fundamētis, licet ſatis leuibus, nitatur comprobare *d. cap. 5. num. 287. & ſeqq.* Quia tamen in omnibus præſupponit eſſe licitos Cenſus perſonales, quod nos eſſe omnino alienum à natura contractus, & à diſpoſitione Summorum Pontificum diximus *ſupra* ſæpius & latè *par. 1. cap. 3. quæſt. 1. art. 6.* ſequitur, quod hæc *Martin.* traditio nullo modo ſit recipienda, quæ repelli etiam poteſt ex iis quæ diximus *ſupra hoc eod. cap. 1. quæſt. 1. art. 1.* & eſt tranſeundum cum cōcluſione ſupra firmata. Quæ amplian-
6 da eſt, † vt procedat ſiue reddatur infructuoſus totus fundus cenſuatus, ſiue dumtaxat aliqua illius pars. ſicut enim quando totus fundus efficitur infructuoſus, perit & extinguitur totus Cenſus, ita etiam ſi reddatur infructuoſa pars fundi pro ea rata Cenſus reſolui debet, vt diſpoſuit *Pius V.* loco ſupra relato vbi æquiperat hos caſus quod fundus pereat in totum vel pro parte, & quod fundus reddatur ſterilis & infructuoſus in totum, vel pro parte, &
7 propterea diſpoſitio † facta in vno ex æquiperatis, debet etiam habere locum & trahi ad alterum, iuxta ea quæ notant Scribentes, in *l. 1. ff. de leg. 1. Dec. in c. tranſlato, in 1. lectura, num. 7. & ſeqq. ext. de conſtit. Cagnol. in l. Prætor bonorum, num. 4. & ſeqq. ff. de regul. iur.* Et ideo ſicut per peremptionem partis rei cenſuatæ proportionabiliter perit, & extinguitur ipſe Cenſus, vt diximus *in quæſt. præced. art. 2.* eadem ratione ſi reddatur infructuoſa & ſterilis pars fundi ſuppoſiti, debet proportionabiliter intelligi extinctus & reſolutus ipſe quoque Cenſus, quod expreſsè ſenſit *Rota coram R. P. D. Manzanedo, 10. Maij, 1606. in illa Rauennatenſi Cenſuum,* quæ eſt impreſſa *in fine Tract. deciſ. 88. num. 1. & 4.*

Decla-

Digitized by Google

8 Declarari † autem & intelligi debet hæc ampliatio vt procedat & ſit vera, dũmodo pars fundi quæ remanet frugifera non ſit apta ad redeundum tot fructus qui ſufficiant pro ſolutione totius, & integri Cenſus; ſi enim ea pars, quæ non eſt reddita ſterilis, & infructuoſa eſſet apta ad producendos fructus ſufficientes pro toto, & integro Cenſu, ex peremptione partis fundi cenſuati in nihilo Cenſus diminueretur, ſed totus, & integer remaneret viuus, & efficax, & in ſuo robore, iuxta ea quæ dicta, & concluſa ſunt *ſupra quæſt. præced. art. 2.*

9 Principalis etiam concluſio declarari debet † vt ita demum intelligatur extinctus, & reſolutus Cenſus totus, vel pro parte ex eo quod fundus Cenſui ſuppoſitus totus vel pro parte ſit redditus infructuoſus, & ſterilis, quando ſterilitas, & infructuoſitas eſt talis vt ex ea fundus ille ſit effectus omnino non aptus ad fructus aliquos perpetuo ferẽdos, ſiue loquamur de extinctione totius Cenſus ex eo quod totus fundus ſit redditus infructuoſus, ſiue loquamur de extinctione partis Cẽſus ſub prætextu quod pars fundi ſit effecta ſterilis; ſecus autem ſi ſterilitas non ſit perpetua, & talis, quæ adimat omnem prorſus ſpem quod aliquo tempore poſſit aliquos fructus reddere, ſed ſit temporalis ita vt per aliquot annos fundus ille, vel nullos, vel tam exiguos fructus ferat, qui non ſufficiant pro ſolutione totius Cenſus; eo enim caſu Cenſum non extingui dicendum eſt ſiue hoc contingat caſu fortuito, ſiue culpa, & negligentia domini fundi ſuppoſiti, ex eo forte quod eum apte, & diligenter coli non curauit, vel aliter fuit in culpa, ne fundus ille ſolitos fructus

10 ferret, nam cum † vtroque caſu res ipſa cenſuata remaneat de ſui natura apta, vt aliquo tempore fructus ferat Cenſus non poteſt dici extinctus, ſed ſolui debet ex fructibus aliorum bonorum. vt quãdo ſterilitas prouenit ex facto debitoris Cenſus conſiderauit *Surd. d. conſ. 162. num. 19. & ſeqq.* & nos diximus *ſupra par. 1. cap. 3. quæſt. 2. art. 3. nu. 4. in fine*, Quando autem prouenit ex caſu fortuito bene deducit *Leonard. Leſſ. in ſuo tract. de Iuſtit. & iure, lib. 2. cap. 22. dubit. 12. num. 88. verſ. vbi notandum eſt, & Federic. Martin. d. cap. 8. num. 231. & ſeqq. & nu. 235.* & latè explicauit *Rota coram R. P. D. Manzanedo. 2. Maij. 1608. in illa Rauennaten. Cenſuum*, quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 89. per tot.* vbi agitur de fundo inundato ab aquis, & propterea reddito infructuoſo an & quando ob dictam inundationem Cenſus dicatur extinctus, & quales requirantur circa hoc probationes, & nos quoque diximus *d. art. 3.* ad quem locum ne pigeat beneuolum Lectorem in contingentia facti recurrere.

Cenſus extinguitur redemptione.

QVÆSTIO III.

HÆc tertia quæſtio principalis quę verſatur circa redemptionem Cenſus latiſſima eſt, & ſatis implicita, & inuoluta. Ego autem vt hanc materiam redemptionis Cenſuum ea, qua fieri poteſt facilitate & perſpicuitate complectar, & explicem quæſtionem iſtam in decem articulos diſtribuendam operæpretium eſſe duxi.

Primus eſt, quando Cenſus dicatur redimi, & quæ ſint neceſſaria vt Cenſus extinguatur per redemptionem.

Secundus quis poſſit Cenſum redimere.

Tertius. An quis poſſit pro alio Cenſum redimere.

Quartus. Debitor Cenſus, an aliquo caſu cogi poſſit ad Cenſum redimendum.

Quintus. An dentur caſus in quibus ceſſet curſus fructuum Cenſus, abſque eo quod ille fuerit redemptus.

Sextus. An in redemptione Cenſus reſtitui poſſit pretium in alia ſpecie, quam in pecunia numerata.

Septimus. Cenſum reuẽdere quis teneatur, & ibi.

An vltimus dominus Cenſus quando ille peruenit ad manus plurium dominorum.

An vnus ex pluribus emptoribus eiuſdem Cẽſus.

An maritus Cenſum ſibi à ſua vxore in dotem datum.

An is qui pro alio Cenſum emit abſque eius mandato.

An vnus ex pluribus hæredibus domini Cenſus.

An proprietarius, vel vſufructuarius eiuſdem Cenſus.

Octauus. Cenſus an redimi poſſit per partes inuito illius domino.

Nonus. Dominus Cenſus quomodo ſit interpellandus pro illius reuenditione ſiue ſit maior, ſiue ſit minor quatuordecim annis. & ibi.

Quid agendum ſi dominus Cenſus recuſet Cenſum reuendere.

Decimus. Redemptio Cenſus, quomodo probetur, & ibi.

An in Cenſus redemptione ſit de neceſſitate conficiendum publicum inſtrumentum manu publici Notarij.

ARTICVLI PRIMI

SVMMARIA.

1 *Cenſus ex parte emptoris debet eſſe perpetuus.*

2 *Cenſus poteſt quandocumque redimi tam ab ipſo imponente, quam ab eius hæredibus.*

3 *Facultas redimendi, an amittatur lapſu triginta annorum dubitant Doctores.*

4 *Redimi dicitur Cenſus, quando reſtituitur pretium domino Cenſus libere recipienti.*

5 *Redemptio non eſt noua emptio, ſed prioris reſolutio.*

6 *Redimendi voluntas probatur aliter, quam per ſcripturam.*

7 *Redemptio Cenſus vt ex reſtitutione pecuniæ ſequatur opus eſt, vt ſolutio expreſſè fiat in cauſam ſortis.*

8 *Solutio ſimpliciter facta cedit prius in extinctionem fructuum Cenſus, quam in extinctionem ſortis.*

9 *Fructus cum debentur naturaliter & ciuiliter ſolutum, ſimpliciter cedit in cauſam fructuum.*

10 *Puri & purificati idem eſt Iudicium.*

11 *Solutio cenſetur facta pro debito puro.*

12 *Et quod habet exequutionem paratam.*

13 Cen-

13 *Cenſus non dicitur extinctus per redemptionem, niſi pretium realiter, & cum effectu reſtituatur.*

14 *Et Cenſus reuendatur.*

15 *Contractus non reſoluitur ex nuda contrahentium voluntate, ſed requiritur actus priori ſimilis.*

16 *Cenſus non extinguatur ſi quis illum in ſe accollet.*

17 *Cenſus non extinguitur per illius venditionem, niſi fiat illius debitori & non alteri perſonæ.*

18 *Diſdicta Cenſus eſt de neceſſitate facienda ante illius redemptionem.*

19 *Pactum quod venditor Cenſus volens illum redimere teneatur denunciare per certum tempus antea, valet.*

20 *Redemptio Cenſus facta non præcedente illius diſdicta, non eſt legitima.*

21 *Diſdicta Cenſus debet fieri perſonæ legitimæ, alias non impeditur curſus fructuum.*

22 *Diſdicta Cenſus non poteſt fieri procuratori, niſi quando dominus haberi non poteſt.*

23 *Diſdicta non poteſt fieri procuratori ſimpliciter conſtituto, ſed opus eſt vt habeat facultatem vendendi.*

24 *Diſdicta Cenſus debet fieri de mandato competentis Iudicis, id eſt, de mandato Iudicis, cuius iuriſdictioni ſubeſt debitor Cenſus.*

25 *Diſdictæ faciendæ forma non fuit per Pium V. in ſua Bulla de Cenſibus præfixa.*

26 *Diſdicta Cenſus an fieri debeat ex neceſſitate in terris non ſubiectis Eccleſiæ, ratione iuriſdictionis temporalis.*

27 *In redemptione Cenſus nil debet ſolui vltra pretium receptum tempore venditionis.*

28 *Et pactum quod aliquid vltra ſoluatur, eſt illicitum.*

Cenſus quando redimi dicatur & quæ requiruntur ad effectum vt Cenſus dicatur extinctus per redemptionem.

ARTICVLVS PRIMVS.

QVAMVIS vigore Bullæ *Pii V.* ſuper forma creãdi Cenſus conſtitutum fuerit, quod Cenſus de quo agimus ex parte
1 emptoris † debeat eſſe perpetuus, vt dictum fuit *ſupra par. 1. cap. 1. quæſt. 1. art. 2.* Ita vt nec etiam per pactum fieri poſſit, vt emptori, & domino Cenſus liceat repetere pretium, quod in emptionem Cenſus fuit erogatum, vt probauimus *ſupra parte 2. cap. 1. quæſtione tertia, ar-*
2 *tic. 7.* Attamen † ex parte venditoris nedum ab ipſomet venditore, verum etiam ab illius hæredibus poteſt quandocumque redimi, vt dixit *Rota in vna Romana Cenſus, 10. Decembris, 1603. coram b. m. Litta.* quæ eſt impreſſa *poſt Tract. Deciſ. 271. num. 2.* In tantum vt hæc redimendi facultas illi tolli & auferri non poſſit nec per pactum expreſſum (quod tamquam contra ſubſtantiam contractus cenſualis redderet ipſum contractum nullum, vt deductum fuit *ſupra par. 2. cap. 1. quæſt. 3. art. 7.*)

Nec per quemcumque temporis curſum. licet
3 † enim de iure communi non modica ſit apud Scribentes cõtrouerſia an huiuſmodi facultas redimendi tollatur & amittatur lapſu triginta vel quadraginta annorum, vt animaduertit *Feder. Martin. in ſuo Tract. de iure Cenſ. cap. 8. num. 97. cum multis ſeqq.* vbi quatuor refert Doctorũ opiniones, negatiuam tamen ſententiam nos ſequi debemus propter expreſſam *Pii V.* diſpoſitionem *in d. ſua Bulla in verſ. Poſtremo Cenſus omnes,* in illis verbis. *Sed etiam poſſe pro eodem pretio extingui* non obſtante etiam longiſſimi temporis, ac immemorabilis, immo centum & plurium annorum præſcriptione, non obſtantibus aliquibus pactis directè, vel indirectè talem facultatem auferentibus, quibuſcumque verbis aut clauſulis concepta ſint.] & nos diximus *ſupra d. q. 3. art. 8.*

4 Redimi † autem tunc Cenſus dicitur cum per debitorem illius reſtituitur domino Cenſus liberè recipienti pretium, quod in illius emptionem & acquiſitionem fuerat erogatum, vt dicit *Felician. de Solis in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 2. lib. 4. cap. vnico, num. 12. verſ. qualiter* & abſque tali pretij reſtitutione Cenſus extinctio non ſequatur, vt declarauit *Rota in vna Romana Saluiani Interdicti, 23. Iunij, 1600. coram b. m. Litta,* quæ reperitur impreſſa *in fine Tract. deciſ. 271. num. 3. & 4. & coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato, 27. Ianuarij, 1603. in illa Romana Cenſus,* quæ *ibidem eſt deciſ. 204. num. 3. & ſeq. & coram R. P. D. Manzanedo, 6. Februarij, 1615. in illa Romana Cenſus,* quæ eſt *ibidem deciſ. 182. num. 1.*

Cum enim cõſtat de voluntate & cõſenſu vtriuſque partis quod velint Cenſum extinguere per reſtitutionem ſortis Cenſus redimi dicitur, nam iſta
5 redemptio † non eſt noua emptio, ſed prioris reſolutio: *Bar. in l. fin. §. fin. ff. de publican. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art. 81. num. 114. Gaſp. Rodericus in ſuo tract.*
6 *de ann. redit. lib. 2. quæſt. 18. num. 22.* Etiam † quod de tali conſenſu cõſtet aliter quam per ſcripturam, vt bene colligitur ex reſolutione facta in *Rota coram b. m. Litta, 21. Aprilis, 1604. in illa Romana Cenſus,* quæ eſt *in fine Tract. deciſ. 273. num. 1.*

7 Dummodo † tamen pecuniæ in extinctionẽ Cenſus ſolutæ efficiantur domini Cenſus irrenocabiliter: ſecus autem, ſi ipſe aliquo caſu cogeretur illas reſtituere; vt declarauit *Rota coram R. P. D. Pirouano, in vna Romana Pecuniaria, 20. Iunij, 1614.* quæ eſt in recollectis per *Farinacc. deciſ. 634. num. 8. par. 1.* & conferunt dicta per nos *infra hac ead. quæſt. 3. art. 9. nu. 21. in fine,* & appareat pecunias fuiſſe ſolutas in cauſam ſortis principalis domino libere recipienti,
8 vt dicit *Felician. d. verſ. qualiter.* Nam † ſi ſit facta ſimpliciter, cenſeri factam potius ad computum fructuum excurſorum, quam pro ſorte principali dicendum eſt, tum quia tales fructus non debentur accellorie, ſeu officio Iudicis, ſed principaliter, & iure actionis, *l. iurys, §. principaliter, ff. de ſolut. l. 1. & ibi Gloſ. & Doctor. C. eod. tit.* & in puncto ſenſit *Rota coram b. m. Litta, 23. Iunij, 1600. in illa Romana Saluiani Interdicti,* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 272. num. 8.* tum
9 † quia dicti fructus non debentur dumtaxat naturaliter, ſed etiam ciuiliter cum debeantur ex contractu, & propterea ſolutum ſimpliciter imputatur in cauſam fructuum non ſortis, *l. in his, §. imperator. & ibi Bar. & Caſtr. ff. de ſolut.* quos & alios refert *Peregr. conſ. 99. nu. 15. lib. 1.* tum demum, quia tempore factæ ſolutionis debitum fructuum erat pu-
10 rum, vel ſaltem purificatum (quorum † idem eſt Iudicium *Iaſ. in l. quoties in diem, col. 3. ff. de verb. obligat. Surd. conſ. 73. num. 4. lib. 1.*) cum deberentur vigore inſtrumenti camerali obligatione vallati, vel

alias

aliàs habentis executionem paratam à ſtatuto, vt
diximus ſupra par.2. cap.2. quæſt.5. art.6. Sors au-
tem repeti non poterat, vt paulò ſuperius dictum
11 fuit, vnde † ſolutio debet præſumi facta pro debito
quod erat purum, Pariſ.conſ.122.nu.8. lib.4. Ladercb.
12 Imol.conſ.162.num.2.verſ.tertio. lib.1. & quod † ha-
bebat executionem paratam. Barbat.conſ.37.nu.7.
lib.1. Pariſ. d.conſ.122.num.12. Grat.conſ.54.num.61.
& ſeqq. lib.1. Laderch. d.num.2. verſ.ſecundo. ex qui-
bus exiſtimo ſolutionem ſimpliciter factam intelli-
gi factam in cauſam fructuum, & nõ in cauſam ſor-
tis. quidquid contrarium conetur defendere Feli-
cian. d.cap.vnico, num.32. qui licet multas pro hac
ſua opinione afferat rationes, omnes tamen tolli, &
ſubuerti videntur hac vnica conſideratione, quod
debitum ſortis non ſit neque purum, neque exigi-
bile, vt dictum fuit.

13 Ad effectum † autem vt Cenſus dicatur extinctus
per redemptionẽ, neceſſaria eſt effectualis & realis
reſtitutio pretij, vt dixit Rota coram Veral. deciſ.103.
p.1. & coram Reuerẽdiſſimo P.D. Sacrato, 20.Ian.1603.
in illa Romana Cenſus, quæ eſt poſt Tract. deciſ.204.n.4.

14 Necnon † Cenſus ipſius reuenditio, vt fuit reſo-
lutum in eadem Rota in vna Romana Cenſus apothe-
carum, 28.Iunij, 1574. coram b.m. Cardinali Lancelot-
to, quæ eſt ibidem deciſ.274. num.2. & coram b.m. Pe-
nia, 31. Maij, 1596. in illa Romana Cenſus de Comiti-
bus, quæ ibidem eſt deciſ.114. in fine, & coram eodem,
12. Nouembris, 1592. in illa Romana Saluiani Interdi-
cti, quæ eſt ibidem deciſ.77. num.1. & coram R.P.D.
Caualerio, 22.Iunij, 1609. in illa Romana fructuum Cen-
ſus, quæ ibidem eſt deciſ.247. num.4. & coram Illuſtriſſi-
mo Cardinali Ludouiſio, 20.Februarij, 1604. in illa Bono-
nienſi Cenſus, quæ eſt ibidem deciſ.61.num.1. & in aliis
15 cauſis ſæpius. Quoniam ad † diſſoluendum contra-
ctum non ſufficit nuda voluntas, nec ſolus, & ſim-
plex conſenſus contrahentium, ſed requiritur actus
priori ſimilis, Gloſ. in l.ab emptione, & ibi Bar. & alij
communiter, C.de pact. l.1. vbi Bal. & Salic. C.quando
lic. ab empt.diſced. Octau.Oſaſch. deciſ.Pedem.25. nu.5.
Surd.conſ.52.num.54. lib.1. & conſ.179.num.28.lib.2.
& dixit Rota coram b.m. Penia, 12. Nouembris, 1592.
in illa Romana Saluiani Interd. quæ eſt in fine Tract.
deciſ.77. num.1. & coram Seraph. deciſ.890. num.1.
par.1. & aliàs ſæpius.

15 Et propterea † non diceretur extinctus Cenſus ex
eo quod aliquis ſumpſiſſet in ſe onus illum extin-
guendi, quia per dictam accollationem nec Cenſus
dicitur extinctus, nec debitor illius liberatus, vt poſt
Dec.conſ.107. dixit Rota coram R.P.D. Manzanedo, 13.
Iunij, 1608. in illa Romana Cenſus, quæ eſt in calce
Tract. deciſ.238.num.1. verſ.quibus non obſtat, & nu.2.
& dicemus infra hac ead. quæſt.3. art.3. num.8.

17 Neque ſola † venditio Cenſus operatur illius ex-
tinctionem, ſed opus eſt vt illa fiat animo & intẽtio-
ne illum extinguẽdi & ad fauorem debitoris Cẽſus,
& nõ alterius perſonæ: ſi enim Cenſus vẽdatur alicui
ementi pro ſe, & non animo extinguendi illum, ſed
ſibi Cenſum ipſum acquirendi, Cenſus non dicere-
tur extinctus, ſed potius ceſſus, & de vna perſona ad
alium tranſlatus, vt dixit Rota corã R.P.D. meo Vbal-
do, 26. Nouembris, 1612. in vna Romana reſciſſionis in-
ſtrumenti, quæ eſt impreſſa poſt Tract. Deciſ.275. nu.6.
& fuit deductum ſupra par.2. cap.1. quæſt.3. art.5.

18 Verum † enimuero antequam ad iſtam Cenſus
redemptionem perueniatur eadem Piana conſtitu-
tione ſancitum reperitur, vt debitor Cenſus volens
illum redimere teneatur domino Cenſus denuncia-
re futuram redemptionem, & Cenſum ipſum diſdi-
cere ad effectum vt dominus Cenſus poſſit interim
ſtatuere & deliberare de reinueſtiendis ſuis pecu-
niis, vt dixit Rota coram Seraph. deciſ.1413. nu.2. p.2.
& ſenſerat antea coram b.m. Aldobrandino poſtea
Clemente VIII. in illa Romana pratenſi Cenſus, 15. Iu-
nij, 1582. quæ eſt poſt Tract. deciſ.276. in princ. Pro-
pter quam rationem Feder. Martin. in ſuo tract. de iu-
19 re Cenſ. cap.6. num.382. dicebat valere † pactum
quo conuenit quod debitor Cenſus volens illum re-
dimere bimeſtre, trimeſtre, aut ſemeſtre ante em-
ptori & domino Cenſus ſuam voluntatem aperire
redemptionem quæ denunciare debeat, quia hu-
iuſmodi pactum nullum venditoris onus continet,
& prodeſt emptori, vt ſuæ indemnitati tempeſtiue
prouidere poſſit, & deſtinare pecuniam ſuam nego-
ciationi, aut emptioni alterius Cenſus. cuius opi-
nio, cum non repugnet à Piana Conſtitutione ſatis
æqua, & ideo amplectenda viſa eſt.

20 Quæ † quidem diſdicta & denunciatio futuræ
redemptionis Cenſus eſt adeo neceſſaria, vt ea præ-
termiſſa non ſequatur legitima Cenſus redemptio,
immo Cenſus ſemper remaneat viuus, & in ſuo ro-
bore, vt fuit reſolutum in Rota coram b.m. Iuſto, 16.
Februarij, 1604. in vna Anconitana bonorum, ſeu Cen-
ſuum, quæ reperitur impreſſa poſt Tract. Deciſ.277.
num.1. & 3. cum qua reſolutione tranſiuit eadem
Rota coram R.P.D. meo Vbaldo in eadem cauſa pri-
mum die 24.Maij, 1613. vt ibidem deciſ.84. num.8.
deinde die 27.Nouembris eiuſdem anni. vt ibidem de-
ciſ.278. in princ. Licet enim Rota d.die 27. Nouem-
bris coram D.Vbaldo quo ad negotium principale,
quod in dicta poſitione diſcutiebatur receſſerit à
deciſione facta in eadem cauſa corã b.m. Iuſto, d.die,
16.Februarij, in hoc tamen articulo, quod redem-
ptionem Cẽſus debeat præcedere diſdicta per duos
menſes quod Rota dixerat coram b.m. Iuſto. firmauit
etiam coram D.Vbaldo, & rurſus coram R.P.D. Duna-
zet, 25. Nouembris, 1613. in vna Ianuenſi Cenſus, quæ
in fine Tract. eſt deciſ.173. num.4.

21 Diſdicta autem † præfata vt ſuffragetur, debet
fieri perſonæ legitimæ, aliàs non impeditur curſus
annui reditus cenſualis nec ipſo iure, nec ope exce-
ptionis, vt dicit Gaſp. Roderic. in d.ſuo tract. de ann.re-
dit. lib.2. quæſt.15. num.49.

22 Et † propterea cũ ea ſit quędam proteſtatio ani-
mi declaratoria non poteſt fieri procuratori niſi in
ſubſidium quando dominus Cenſus haberi & repe-
riri non poteſt, l.aut qui aliter, §.etſi forte, ff.quod vi,
aut clam. Alex. in l.non ſolum, §.morte, num.37. verſ.
Item adde, & ibi Iaſ. num.33. verſ. ibi enim, ff.de noui
oper.nunc. & voluit Rota coram R.P.D. meo Vbaldo,
27. Nouembris, 1613. in illa Anconitana Cenſuum, quæ
eſt poſt Tract. Deciſ.278. num.14.

23 Quatenus † autem eſſemus in caſu in quo diſdi-
cta & denunciatio præfata fieri poſſet procuratori,
ſi fieret procuratori ſimpliciter conſtituto ad lites
& non habenti facultatem vendendi nõ eſſet rele-
uans, vt declarauit eadem Rota in illa Anconitana
Cenſuum, 24.May, 1613. coram R.P.D. meo Vbaldo,

quæ poſt Tract. eſt deciſ. 84. num. 5. & 6. & non obſcure ſenſit *coram R. P. D. Duzanet in illa Iauuenſi Cenſus, 25. Decemb. 1613.* quæ *ibidem eſt deciſ. 173. n. 1. & ſeqq.*

24 Debet † etiam diſdicta non fieri ex abrupto, & ex propria venditoris Cenſus voluntate, ſed ex Iudicis competentis decreto & mandato. Competens autem Iudex in propoſito erit Iudex fori ipſius debitoris Cenſus, non autem creditoris, vt dicemus *infra hac ead. quæſt. 3. art. 9. num. 6.*

25 Ceterum † circa modum faciendi dictam diſdictam nulla fuit per *Pium V. in d. ſua Conſtitutione præfixa & determinata forma.* ſed fuit vſu comprobatum vt releuans ſit diſdicta in qua talia exprimuntur, ex quibus appareat debitorem Cenſus velle illum redimere, vtputa ſi citetur dominus Cenſus ad recipiendum pretium illius, & ſortem, vt dicunt, principalem cum fructibus illius, illiuſq. decurſis & non ſolutis, & ad faciendam retrouenditionem Cenſus in forma, & in contumaciam non recipientis fiat depoſitum ex Iudicis decreto, vt declarauit *Rota coram Seraph. deciſ. 1413. par. 2. & in illa Romana prætenſi Cenſus, 15. Iunij, 1582. coram Clemente VIII.* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 276. num. 1. & 2. & in illa Anconitana Cenſuum coram b. m. Iuſto, 16. Februarij, 1604. vt ibidem deciſ. 277. num. 9.*

Fieri autem debet eo modo & forma prout nos dicemus infra latè *hac ead. quæſt. 3. art. 9.*

26 Sed circa † diſdictam poteſt non incongruè dubitari, An ex quo illa fit ex præcepto *Pij V. in d. ſua Bulla,* debeat fieri non ſolum in terris ſubiectis Eccleſiæ ratione temporalis iuriſdictionis, ſed etiam in aliis locis. Pro cuius dubitationis reſolutione remitto ad dicta per me *ſup. par. 2. c. 2. q. 1. art. 3. num. 5.*

27 In redemptione † autem Cenſus facienda nil vltra pretium ipſum receptum tempore venditionis illius, reddi aut ſolui debet, vt pluribus firmat *Foller. in ſua Pract. Cenſuali, in verbo, nihil vltra, num. 1. Nauar. in ſuo Commentar. de vſur. num. 124. quæſt. 38.* ſequitur *Boceacc. in ſuo tract. de Cenſib. par. 2. num. 57.* & dixit *Rota coram b. m. Iuſto, 30. Octobris, 1602. in illa Romana annua reſponſionis,* quæ eſt *in fine Tract. de-*

28 *ciſ. 151.* in *finalibus verbis.* In † tantum vt nec per pactum fieri poſſit vt aliquid vltra ſortem reſtituatur, vt dicunt *Foller. & Boccacc.* in locis proximè allegatis, & nos diximus *ſupra par. 2. cap. 1. q. 3. art. 7.*

ARTICVLI SECVNDI

SVMMARIA.

1 *Cenſum redimere poteſt quilibet, qui ſoluendo extinguere poteſt debitum.*

2 *Item illius hæres.*

3 *Tam ſuus, quam extraneus.*

Immo etiam hæres hæredis, ibidem.

4 *Hæres hæredis dicitur hæres primi defuncti.*

5 *In hæredem tranſeunt omnia iura competentia defuncto tam actiuè, quam paſſiuè.*

6 *Tutor poteſt Cenſum impoſitum ſuper bonis infantis redimere, abſque aliqua iuris ſolemnitate.*

7 *Cenſum redimere poteſt is, ad quem tranſiuit fundus onere Cenſus grauatus.*

8 *Vnus ex pluribus hæredibus debitoris Cenſus non poteſt cogere dominum Cenſus, vt ſibi reuendat partem Cenſus ſibi iure hæreditario tangentem.*

9 *Vnus ex pluribus hæredibus debitoris Cenſus poteſt totum Cenſum redimere.*

10 *Cenſum totum ſi redimat vnus ex pluribus hæredibus debitoris Cenſus reliqui cohæredes illi remanent obligati, vel ad reſtitutionem partis pretij.*

11 *Vel ad ſolutionem annui Cenſus proportionabiliter, ibidem.*

12 *Dominus Cenſus cogi non poteſt ab vno ex pluribus hæredibus debitoris Cenſus, vt ſibi reuendat ſuam partem Cenſus.*

13 *Actio perſonalis eſt diuidua inter plures cohæredes.*

14 *Actio hypothecaria datur inſolidum contra quemlibet ex hæredibus poſſidentem bona obligata.*

15 *Hæres vnus volens redimere partem Cenſus ſibi tangentem, debet requirere cohæredes vt eorum partes redimant.*

Immo poteſt compellere illos ad redimendum.

Cenſum redimere quis poſſit.

ARTICVLVS SECVNDVS.

1 CIRCA hunc ſecundum articulum facio concluſionem, quòd † Cenſum redimere poſſit quilibet, qui ſoluendo poteſt debitum extinguere: vt pro regula dicit *Ludou. Velazq. de Auend. in ſuo tract. de Cenſib. Hiſpan. cap. 106. art. .. num. 1.* vbi poſt multos quos allegat *num. 1.* infert, quòd poterit Cenſum redimere non ſolum ipſemet, qui illum impoſuit, & vendidit vel aliter alteri conceſſit, ſed

2 etiam † ipſius hæres, etiam quod in inſtrumẽto venditionis Cenſus nulla ſit de hærede facta mentio. *Foller. in ſua Pract. Cenſuali, in verbo, Inſtrumentũ gratiæ, num. 26. & ſeqq. Boceacc. in ſuo tract. de Cenſib.*

3 *par. 3. nu. 103.* Et † non ſolum hæres ſuus, ſed etiam hæres extraneus. *Foller. ibid. num. 32.* Immo etiam

4 hæres hæredis. *Foller. d. loco, num. 31.* Nam † hæres hæredis prioris defuncti, hæres reputatur & dicitur, *l. hæredis appellatio, l. ſciendum, ff. de verbor. ſign.* cum aliis apud *Tiraq. in tract. le mort Saiſit, le vif. par. 2.*

5 *declarat. 5. nu. 12. & ſeqq.* In hæredem autem † tranſeunt omnia iura quæ penes defunctum erant tam actiuè, quam paſſiuè, *l. ex contractibus, ff. de act. & oblig. Inſtit. de perpet. & temp. act. in princ.* Quod videtur extendendum ad caſum in quo debitor Cenſus eſt in pupillari ætate conſtitutus: poteſt enim

6 † mediante perſona ſui tutoris redimere Cenſum abſque aliqua iuris ſolemnitate, cùm agat rem vtilem pro ſuo pupillo, liberando illum & eius bona ab onere dicti Cenſus. Nam, vt dictum fuit *ſup. art. præced. num. 5,* redemptio Cenſus non eſt alienatio, ſed reſolutio præcedẽtis alienationis, quæ per Cenſus creationem & venditionem fuerat quodammodo contracta: vt poſt *Roderic. de ann. redditib. lib. 2. quæſt. 15. num. 80. & 81.* dicit *Auend. d. cap. 106. num. 2.* Cuius opinionem licet ego veriſſimam eſſe putem, pro ea tamen allegari non poteſt *Roder.* qui loquitur de Tutore non redimente, ſed retinendente Cenſum pupillarem. Immo etiam † is in quem tran-

7 ſiuit fundus oneri Cenſus obnoxius, & grauatus

poteſt

poteſt Cenſum redimere, maximè ſi fundus vendatur liber, præterquam à dicto Cenſu, vt fuit reſolutum in *Rota coram b.m. Iuſto.30. Octobris*, 1602: *in illa Romana annua reſponſionis*, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ.451. per tot.*

8 Si autem † is qui Cenſum impoſuit, vel aliàs ad
illius ſolutionem tenebatur, decedat cum pluribus
hæredibus, quod quilibet ex eis non poſſit cogere
dominum & creditorem Cenſus ad reuendendum
ſibi portionem ad quam ex propria perſona, & ex
ſuo iure hæreditario tenetur, dicit *Roderic. in ſuo
tract. de ann. reditib. lib.1. quæſt.18. num.36.* Cuius
tamen dicti veritas dependet ex iis quæ nos dicemus
infra hac ead. quæſt.5. art.8.

9 Ceterum † quod vnus ex dictis hæredibus poſſit
totum Cenſum redimere, & dominus Cenſus poſſit
cogi, & compelli ad totum Cenſum illi ſoli inſolidum
reuendendum, videtur ſuaderi poſſe ex communi
Scribentium traditione in *l. Stipulationes non
diuiduntur. ff. de verb. oblig.* qua volunt, quod is qui
emit rem à pluribus cum pacto de reuendendo cogi
poſſit ab vno tantum ad integram rem reuendendam.
*Iaſ. ibi, num.21. verſ. tene quod Boer. deciſ.241.
nu.2.* & alij multi congeſti à *Cagnolo, in l.2. C. de pact.
int. emptor. & vendit*, & in terminis redemptionis
Cenſus hoc dixit *Foller. in d. verbo, Inſtrumentum gratia, nu.39. Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art.91. nu.
124. in fine. Boccacc. in 4. ſua tract. de Cenſib. p.2. n.108.*

10 Quomodo † autem ſuccurratur hoc caſu hęredi
redimenti integrum Cenſum diſtinguendum eſt:
An hæres iſte verè Cenſum redemerit & titulo redemptionis
Cenſum cum effectu extinxerit. An verò
illum titulo veræ & realis emptionis acquiſiuerit
vt primo caſu, Cenſu extincto nil aliud à cohæredibus
poſſit deſiderare quam reſtitutionem eius partis
pretij in redemptionem erogati, quæ proportionabiliter
cohæredes tangeret, *arg. l. pro hæreditarijs,*
11 *C. de hæreditar. actione.* Secundo † verò caſu cohæredes
non remaneant liberati ab onere ſoluendi Cenſum
pro eorum hæreditaria portione eiſdem tangente,
ſed teneãtur ſoluere illum cohæredi ementi,
facta tamen eis Iurium ceſſione à cohærede Cenſum
emente, & dempta portione eidem hæredi ementi
pro ſua perſona tangente, iuxta ea quæ de pluribus
correis de pluribus fideiuſſoribus inſolidum obligatis
Cẽſum emẽtibus, diximus *ſupra p.2. c.2. q.2. art.5.*

12 Sed maior eſt difficultas, † an ſi vnus ex pluribus
hæredibus debitoris Cenſus fuerit admiſſus ad redimendum
dumtaxat partem illius ſibi tangentem
iure hæreditario remaneat liber ab obligatione ſoluendi
illum pro reliquis partibus quas non redemit,
& non eſſe liberatum, videtur concludendum
ex traditis per *Doctor. in d. l. Stipulationes nõ diuiduntur,
ff. de verb. obligat. Boer. deciſ.251. ſub num.1.* &
per *Cagnol. in d. l.2. num.102. per tot.* & ſignanter
verſ. non eſt tamen, C. de pact. inter empt. & vendit. à
qua ſententia non eſſe recedendum in conſulendo
& iudicando, dicit *Iaſ. in d. l. Stipulationes non diuiduntur,
num.20* & comprobatur in propoſito: Quia
13 licet Actio † perſonalis ſit diuidua ita vt hæredes
teneantur dumtaxat pro portionibus hæreditariis
14 *d. l. pro hæreditarijs, C. de hæreditar. act.* tamen † quia
pro Cẽſu datur actio hypothecaria inſolidum contra
quemlibet ex hæredibus poſſidentem aliquam
ex rebus hæreditariis obnoxiis oneri Cenſus, *Bar.* &
alij communiter, *in l.3. C. de negot. geſt. l. rem hæreditariam,
ff. de euict. l. pignoris, ff. de pignor.* & nos diximus
ſupra par.2. cap.2. quæſt.5. art.9. ſequitur quod
vnus ex hæredibus partem bonorum hæreditariorum
redimendo partem Cenſus ſe à ſolutione reliquæ
partis non redemptæ, non poſſit liberare quominus
ſaltem actione hypothecaria valeat conueniri,
vt dictum fuit *ſupra d. par.2. c.p.2. q.2. art.9.*

15 Conſulitur † autem indemnitati iſtius, qui per redemptionem
partis ſuæ, vult ſe à curſu vſurarum, &
annuæ præſtationis cenſualis liberare in futurum,
vt agat contra cohæredes quod etiam ipſi eorum
partem dicti Cenſus redimãt, ad quam redemptionem
faciendam poteſt iure medio illos compellere,
argum. *tex. in l. his conſequenter, §. Celſus. & in l. hæredis,
§. idem iuris, ff. fam. herciſ.* cum aliis apud *Boccacc.
in d. ſuo tract. par.2. nu.107. Bon. d. art.91. num.
124. Foller. in d. verbo, Inſtrumentum gratiæ, num.38.
Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1.
lib.4. cap.1. num.10. & tomo 2. eod. lib.4. & cap.1.
num.10.* vbi hoc comprobat, & exornat. Licet hoc
neget *Ludou. Auend. d. tract. cap.101. num.11.*

ARTICVLI TERTII

SVMMARIA.

1 *Cenſum extinguere, & redimere pro alio quilibet poteſt, ſecundum Rotam.*
2 *Contrarium ſenſiſſe videtur eadem Rota in alijs cauſis. Conciliantur opiniones, num.4. & ſeqq.*
3 *Extinctio Cenſus pendet à voluntate debitoris illius.*
5. *Soluere pro alio quilibet poteſt.*
6 *Bulla Pij V. ſuper Cenſib. in verſ. Poſtremo Cenſus omnes. Intellectus.*
7 *Suſcipiens onus extinguendi Cenſum ab alio impoſitum, illum redimere poteſt.*
8 *Debitor Cenſus non remanet liberatus ab onere ſoluendi illũ ex eo quod quis ſuſcipiat in ſe onus eũ extinguendi.*
9 *Delegatio dici non poteſt, quando tempore obligationis abeſt creditor, nec de illius conſenſu conſtat.*
10 *Suſcipiens in ſe onus extinguendi Cenſum, illum redimit tamquam principalis debitor.*
11 *Suſcipiens onus extinguendi Cenſum cum certis conditionibus, non tenetur extinguere, niſi cum eiſdem conditionibus.*
12 *Immo aliter extinguens, extinctio non ſuffragatur.*
13. *Redimens Cenſum pro alio, fruſtra deſiderat iurium ceſſionem ſibi fieri.*
14 *Nemo cogi poteſt ad contrahendum.*

An quis poſſit pro alio Cenſum redimere?

ARTICVLVS TERTIVS.

IN propoſito articulo, An aliquis extraneus
poſſit pro eo, qui ad Cenſus ſolutionem tenetur
illum redimere & extinguere, vario
1 modo videtur ſenſiſſe Rota Romana. Nam † *in vna*

Digitized by Google

Romana Cenſus, 10. *Decembris*, 1603. *coram b. m. Lit-*
ta, quæ eſt impreſſa *in fine Tract. deciſione* 271. *num.*
5. *& ſequent.* videtur ſimpliciter, & indiſtinctè te-
2 nere partem affirmatiuam. In † contrariam verò
ſententiam eadem *Rota* videtur tranſire *coram Re-*
uerendo Patre Domino Manzanedo, 13. *Iunij*, 1608.
in illa Romana Cenſus, *quæ ibidem eſt deciſione* 238.
num. 5. quam negatiuam opinionem *eadem Rota*
antea ſenſerat *coram b. m. Corduba*, 19. *Iunij*, 1595.
in vna Fauentina bonorum, quæ eſt *ibidem deciſione*
3 153. *num.* 6. & 7. ea ratione, quia † extinctio Cen-
ſus pendet à mera, & libera voluntate illius, qui eſt
dominus fundi Cenſui ſuppoſiti, vt expreſsè ſanci-
uit *Pius V. in ſua Bulla ſuper forma creandi Cenſus, in*
verſ. Poſtremo Cenſus omnes, in illis verbis, *ſed etiam*
poſſe pro eodem pretio, &c. & *in verſ. Pacta etiam con-*
tinentia pretium Cenſus, &c. Eandem ſententiam ne-
gatiuam videtur amplexa *Rota corã R. P. D. Pirona-*
no in vna Anconitana pecuniaria, 23. *Ian.* 1612. quæ eſt
in recollectis per *Farinac. deciſ.* 373. *num.* 6. *par.* 1. ea
ratione, quia ad recipiendam retrouenditionem re-
quiratur mandatum, auctoritate eiuſdem *Rotæ in*
Ariminenſi Cenſus, 1. *Iulij*, 1580. *coram Seraph. deciſ.*
831. Sed certè *Rota coram Seraph.* ſolum dixit quòd
nemo poteſt reuendere Cenſum abſque mandato
(quod in tantum eſt verum, vt ad dictum effectum
requiratur mandatum ſpeciale, vt dicemus *infra hac*
ead. quæſt. 3. *art.* 7. *num.* 49.) non autem dixit, quòd
ad recipiendam retrouenditionem requiratur man-
datum. Immo non requiri videtur verius, per ratio-
nes quas conſiderauit eadem *Rota coram b. m. Litta*,
10. *Decembr.* 1603. *in illa Romana Cenſus*, quæ eſt *poſt*
Tract. Deciſ. 271. *num.* 5.

4 Ego verò † omiſſa diſputatione crederem has
contrarias opiniones poſſe facili negotio ad con-
cordiam reduci per diſtinctionem quam facit *Bal.*
in conſ. 190. *num.* 2. *lib.* 5. quam in propoſito ample-
ctitur *Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib.*
tomo 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 11. *verſ. verum*, & *Gaſpar.*
Roderic. in ſuo tract. de annu. reditib. lib. 2. *quæſt.* 16.
num. 6. videlicet, an iſte extraneus velit ſimpliciter
Cenſum redimere, & vlterius non deſideret, aut ve-
rò vltra reuenditionem deſiderat etiam ceſſionem
iurium. Nam in primo caſu veriorem eſſe exiſti-
mo affirmatiuam opinionem *Rotæ in illa Romana*
Cenſus coram b. m. Litta, quam proximè allegauimus
5 ea potiſſimum ratione, quia † quilibet poteſt pro
alio ſoluere, & aliena negotia vtiliter gerere, *l. ſol-*
uendo. ff. de negoc. geſt. l. ſi pro me, l. decem, §. 1. *l. ſolu-*
tionem, ff. de ſolut.

Nec repugnat *d. Conſtitutio Pij V.* ſupra allegata,
6 quoniam † non procedit prohibendo quo ad alios,
ſed diſponendo quo ad dominium fundi, quod illi
liceat quandocumque Cenſum redimere, & propte-
rea non eſt ab illa ſumendum argumentum, nec ex-
tendenda ad correctionem iuris communis, quod
minus, quam fieri poteſt eſt corrigendum, *c. cum*
dilectus, ext. de conſuet. Rom. conſ. 197. *num.* 2. *Alex.*
conſ. 106. *num.* 9. *lib.* 5. *Corn. conſ.* 115. *col. penult. lib.* 2.
7 Et multò † magis hoc eſſet recipiendum ſi ille ex-
traneus recepiſſet in ſe onus ad fauorem debitoris
Cenſus de illo extinguendo. Quo tamen caſu li-
8 cet † per iſtam accollationem debitor Cenſus non
re tranſiſſet liberatus, iuxta *not. in l. ſi pupillo*, §. *ſi*
ff. de ſolut. & per *Dec. conſ.* 107. *ſub num.* 1. *verſ.* &
ita in tali delegatione, & *num.* 2. & diximus *ſupra hac*
ead. quæſt. 3. *art.* 1. *num.* 16. & claro voluit *Rota in il-*
la Romana Cenſus, 13. *Iunij*, 1608. *coram R. P. D. Man-*
zanedo, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. Deciſ.* 238. *num.* 1.
verſ. quibus non obſtat, & *num.* 2. & *in vna Tiburti-*
na Cenſus coram R. P. D. meo Vbaldo primum *die* 17.
Iunij, 1615. quæ reperitur impreſſa *poſt Tract. Dec.*
ciſ. 279. *num.* 7. *verſ. vlterius iniuſta*, & rurſus *die* 4.
Maij, 1616. *quæ eſt ibidem deciſ.* 280. *num.* 4. *verſ. cir-*
9 *ca tertium*, cum † hæc non fuerit vera delegatio
ſtante abſentia domini Cenſus, nec de illius con-
ſenſu conſtet, *Bar. in l. ſingularia, num.* 18. & 19. *ff.*
ſi cert. pet. & voluit *Rota coram R. P. D. Manzanedo*,
13. *Iunij*, 1608. *in dicta Romana Cenſus*, quæ eſt *poſt*
10 *Tract. Deciſ.* 238. *num.* 2. & 3. attamen † videtur
quod non vti extraneus, & tertius, ſed potius tam-
quam principalis debitor ſit conſiderandus, cum
teneatur, & obligatus ſit ex proprio facto, & ex
proprio contractu conſtituendo ſe ſoluturum, &
Cenſum redempturum pro alio, argum. §. *de conſti-*
tuta, & *ibi not. per Doctor. Inſt. de act.*

In hoc autem caſu quando quis aſſumit in ſe
onus extinguendi Cenſum pro alio, eſt obiter ad-
11 notandum. Quod ſi † iſte obligauit ſe ad ſoluen-
dum pecunias in extinctionem Cenſus cum aliqui-
bus pactis, conuentionibus & conditionibus; puta,
quod pecuniæ illæ erogentur in emptionem bono-
rum immobilium vel aliorum Cenſuum, non tene-
tur Cenſum extinguere, nec pecunias ſoluere ali-
ter, quam vti fuit conuentum, & non ſoluendo
non poteſt dici quod ſit in mora ſoluendi & extin-
guendi, vt fuit reſolutum *coram Illuſtriſſimo Cardi-*
nali Lancelotto, in vna Romana Salmani Interdicti, pri-
mum, 10. *Decembris*, 1599. quæ eſt impreſſa *poſt*
Tract. Deciſ. 281. *num.* 2. & 4. & rurſus *die* 21. *Mar-*
12 *tij*, 1600. *ibidem deciſ.* 282. *num.* 1. & 4. Immo † ſi
aliter pecunias in extinctionem Cenſus ſolueret
quam in emptionem bonorum ſtabilium vel alio-
rum Cenſuum, talis extinctio ei non ſuffragaretur,
vt in his terminis dicit *Stephan. Gratian. Diſceptat.*
Forenſ. tomo 1. *cap.* 45. *num.* 2.

13 In ſecundo † verò caſu quando iſte extraneus
vltra reuenditionem Cenſus deſiderat ſibi à domi-
no Cenſus fieri ceſſionem iurium, verior eſt opinio
negatiua, vt poſt alios quos allegat, firmat *Ludo-*
uic. de Anend. in ſuo tractatu, de Cenſibus Hiſpan. cap.
106. *num.* 6. & ita intelligenda eſt *Rota in illa Roma-*
na Cenſus, 13. *Iunij*, 1608. *coram R. P. D. Manzanedo*,
quæ eſt *poſt Tract. deciſ.* 238. & *illa Fauentina bono-*
rum coram bon. mem. Corduba, 19. *Iunij*, 1595. quæ
eſt *ibid. deciſ.* 153. quod non poſſit cogere domi-
num Cenſus ad illum reuendendum cum ceſſio-
ne iurium: Quia cum eo caſu reſultet quidam con-
tractus ex quo pro ceſſione iurium debet ſolui pe-
cunia, *l. Papinianus, ff. mand. l. Modeſtinus, ff. de ſo-*
14 *lut.* nemo † cogi poteſt ad contrahendum & ven-
dendum, *l. inuitum, C. de contrah. emptione, l. nec eme-*
re, C. de iure deliber. l. quod noſtrum, ff. de reg. iur. &
ita concludit *Bal. d. conſ.* 190. *num.* 2. & *Roderic. d.*
quæſt. 16. *num.* 7.

Ratio autem differentiæ, quæ conſiderari põt in-
ter

ter vnum caſum & alterum de prædictis ea eſſe poteſt, quia quando agitur de ſola & ſimplici redemptione, tractatur de liberãdo debitorem à nexu ſuæ obligationis, & ab onere ſoluendi Cenſum, & quilibet ſoluendo pro alio poteſt illum liberare *d. l. ſoluendo*, cum alijs allegatis, ſed quando petitur ceſſio iurium, non agitur vt debitor liberetur, ſed vt huic redimere volenti ius acquiratur, quæ valdè inter ſe differre, docet *Felician. d. numero* 11. *verſiculo verum*.

ARTICVLI QVARTI

SVMMARIA.

1 *Debitor Cenſus non poteſt cogi ad illius redemptionem.*

2 *Etiam quod per Iudicis ſententiam condemnetur ad pretij reſtitutionem.*

3 *Limitatur primò, ſi debitor Cenſus denunciauit domino illius futuram redemptionem.*

4 *Limitatur ſecundò, quando Cenſus fuit impoſitus ſuper re aliena, non conſentiente domino fundi.*

5 *Emens Cenſum impoſitum ſuper re aliena ſcienter, non poteſt iuſtè recipere annuos Cenſus.*

6 *Limitatur tertiò, quando Cenſus fuit impoſitus ſuper re ſubiecta fideicommiſſo illo purificato.*

7 *Limitatur quartò, quando Cenſus fuit impoſitus ſuper re feudali, ſeu emphyteutica, feudo, & emphyteuſi finita.*

8 *Agens ad reſtitutionem pretij Cenſus ex eo, quod ſit impoſitus ſuper re aliena, vel fideicommiſſo ſubiecta, feudali, vel emphyteutica, debet pretium repetere ratione damnorum & intereſſe.*

9 *Imponens Cenſum ſcienter ſuper re non libera, aſſerens illam eſſe liberam, poteſt conueniri executiuè ad pretij reſtitutionem.*

10 *Limitatur quintò, quando in contractu Cenſus ſunt obligata Communitates Status Eccleſiaſtici, & earum bona.*

11 *Limitatur ſextò, quando dominus fundi illum dolosè deſtruxit, & reddidit penitus infructuoſum.*

12 *Limitatur ſeptimò, quando domino Cenſus non fuerunt adimpleta promiſſa in contractu Cenſus.*

13 *Limitatur octauò, quando inter partes fuit initum pactum iuratum, quod debitor moroſus poſſit compelli ad pretij reſtitutionem.*

14 *Limitatur nonò, quando inter venditorem Cenſus & illius fideiuſſorem fuit factum pactum, quod teneatur illum intra certum tempus redimere.*

15 *Idem ſi tale pactum ſit initum inter venditorem Cenſus & eum qui illius bonam fidem recognouit.*

16 *Limitatur decimò, quando Cenſus fuit ab initio nullus.*

17 *Vel fuit declaratus nullus per Iudicis ſententiam.*

18 *Cenſus eſt nullus in quo domino Cenſus dantur pignora pretioſa, & æquiualentia retinenda donec Cenſus redimatur.*

19 *Secus ſi ſint retinenda donec præſtetur fideiuſſor.*

20 *Vel dominus Cenſus illa habeat in cauſam iudicati.*

21 *Limitatur vndecimò, quando Cenſus fuit impoſitus ſuper fundo non libero, ſed alteri oneri obnoxio.*

22 *Limita duodecimò, in Cenſu impoſito ſuper fundo empto cum pacto de redimendo, ſequuta illius redemptione.*

23 *Limitatur decimotertiò, quando dominus Cenſus efficitur dominus fundi cenſuati.*

Debitor Cenſus aliquo caſu cogi poſſit ad illum redimendum.

ARTICVLVS QVARTVS.

CVm ex Conſtitutione *Pij Quinti, ſuper forma creandi Cenſus, in verſic. Pacta etiam continentia pretium Cenſus ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam cauſam repeti poſſe* &c. fuerit expreſ-
1 sè diſpoſitum, quod † debitor Cenſus non poſſit compelli ad illum redimendum & extinguendum. Quod pro generali regula amplexa fuit *Rota coram b. m. Cardinali Pamphilio, 29. Nouembris, 1593. in illa Romana Cenſus*, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſione 283. num. 4. & coram b. m. Lutta. 23. Iunij, 1600. in illa Romana Salniani Interdicti*, quæ eſt *ibidem deciſ. 272. num. 9.* & nos comprobauimus *ſupra parte 2. cap. 1.*
2 *quæſt. 1. art. 7.* Etiam † quod per Iudicis ſententiam fuerit condemnatus ad reſtitutionem ſortis, vt declarauit *Rota coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato, 20. Nouembris, 1600. in illa Romana Cenſus de Palutijs*, quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 64. num. 1.* Videndum nunc eſt an ab iſta generali regula liceat aliquo caſu recedere.

In quo Articulo ego reperio fuiſſe conſideratos aliquot caſus per Scribentes, in quibus poſſit debitor Cẽſus compelli ad reſtitutionem pretij, quod in venditione Cenſus receperat, quorum

3 Primus † eſt ille quem conſiderat *Pius V, in d. ſua Conſtitutione*, videlicet: Quando debitor Cenſus denunciauit creditori, & domino illius futuram eius redemptionem. Si enim poſtea eum peniteat, & nolit amplius redimere, poteſt, tranſactis duobus menſibus diſdictæ intra annum cogi, ad faciendam redemptionem, vt expreſsè diſpoſuit ibi *Pius V.* & ſequuta fuit *Rota coram b. m. Iuſto, 16. Februarij, 1604. in illa Anconitana bonorum*, quæ eſt *poſt Tractat. deciſ. 277. num. 8.*

4 Secundus caſus eſt, † quando Cenſus fuit impoſitus ſuper re aliena ignorante, & non conſentiente illius domino, nam agi poteſt contra venditorem Cenſus, vel vt pretium reſtituat, vel vt aliam rem propriam ſubiiciat non ſolum ſi ſequuta fuerit euictio rei ſubiugatæ, vt dicit *Mich. Salon. in ſuo Tract. de contract. & Commerc. human. in tit. de Cenſib. controuerſ. 14. num. 8. verſ. tertia Concluſio. Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de annu. reditib. lib. 2. quæſt. 9. num. 73.* Verum etiam ſi euictio adhuc ſequuta non fuerit, vt reſoluit *Rota coram Seraph. deciſ. 321. parte 1.* quæ eſt apud *Boccacc. in ſuo tract. de Cenſib. parte 2. nu. 147. in 2. difficult.* & ſequitur *Petr. Caball. conſil. ciuil. lib. 1. conſ. 94. num. 5.* & cum hac ſententia non obſcurè tranſiuit *Nauar. in ſuo Comment. de vſur. num. 119.* quo
5 loci propterea affirmat, † quod is qui emit Cenſum poſitum ſuper re, quam ſciebat eſſe alienã, & ſimulat ſe ignorare, vt poſſit, quando voluerit compellere venditorem ad reddendum ſibi pretium eo ſub

prætextu quod conſtituerit Cenſum ſuper re, quæ non erat ſua, non poteſt iuſtè recipere annuas reſponſiones cenſuales, & ſequitur *Roderic. d. num. 73.* & nos de hac re diſſeruimus *ſupra parte 1. c. 2. q. 1. art. 1. num. 10. & ſeqq.*

6 Tertius additur caſus † quando Cenſus fuit impoſitus ſuper re fideicommiſſo & reſtitutioni ſubiecta, nam purificato fideicommiſſo poſſe compelli debitorem Cenſus, vt illum redimat, & pretium reſtituat fuit reſolutum *coram b. m. Penia, 20. Martij, 1600. in illa Bononienſi Cenſus*, quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 46. num. 2. & coram Illuſtriſ. Cardinali Lancelotto, 10. Ianuarij, 1605.* quæ eſt *ibidem deciſ. 137. num. 1.* & nos diximus *ſupra d. parte 1. cap. 2. q. 1. art. 6.*

7 Quartus his ſimilis addi poteſt caſus † ſi Cenſus fuerit impoſitus ſuper re feudali, vel emphyteutica, nam feudo, & emphyteuſi finita dominus Cenſus agere poteſt vt ſibi ſors principalis reſtituatur, cum Cenſus ſit reſolutus, vt tradit *Leonard. Leſſ. in ſuo tractatu, de Iuſtit. & iure, lib. 2. cap. 22. dubitat. 12. num. 79.* & nos dicemus *infra hoc eod. cap. 1. quæſt. 7.*

8 Illud tamen animaduertendum eſt, † quod in terminis horum trium poſteriorum caſuum dominum Cenſus non debet ſimpliciter agere, vt illius debitor Cenſum redimat, ſed vt dictam reſtitutionem pretij faciat ratione damnorum & intereſſe, quæ ipſe dominus Cenſus patitur, vt videtur ſentire *Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. cap. 4. num. 12. in fine, verſ. Præterea inſertur.* refert & ſequitur *Mich. Salon. d. num. 8. verſ. ſunt qui exiſtiment. & verſ. ſeq.* & placuit *Rotæ coram Illuſtriſ. Cardin. Lancelotto, in illa Romana Cenſus, 10. Ianuarij, 1605.* proximè citata, *num. 1.*

9 Verum † ſi quando venditor Cenſus illum impoſuit dixit fundum eſſe liberũ, & ſciebat hoc falſum eſſe poterit contra eum agi ad pretij reſtitutionem etiam executiuè, vt *poſt Seraph. deciſ. 161. num. 19. parte 1.* dicit *Zacchi. ad Galleſ. de obligat. camerali, quæſt. 37. num. 56.*

10 Quintus adiungi poteſt caſus † quando in contractu cẽſuali ſunt obligatæ Communitates Status Eccleſiaſtici, ita enim fuit ſancitum per *Sixtum V.* per quandam ſuam ſpecialem Conſtitutionem de qua meminit *Rota coram b. m. Litta in vna Romana pecuniaria, ſeu prætenſorum Cenſuum, 6. Martij, 1598.* quæ reperitur impreſſa *poſt Tract. deciſ. 284. num. 2.*

11 Sextus eſt caſus † quando dominus fundi ſuper quo Cenſus impoſitus, & collocatus fuit dolo & fraude, fundum ipſum omnino deſtruxit, vel reddidit penitus infructuoſum, vt firmat *Leonard. Leſſ. in d. ſuo tract. de Iuſt. & iure, lib. 2. cap. 22. dubit. 12. nu. 91. Nauar. in d. ſuo Comment. de vſur. num. 118. quæſt. 25. Fernand. Rebell. in ſuo tract. de obligat. Iuſtit. lib. 10. quæſt. 6. num. 18.* & nos diximus *ſupra hoc cap. 1. quæſt. 1. art. 3.*

12 Septimus caſus addi poteſt, † quando domino Cenſus non fuerunt adimpleta ea, quæ ſibi promiſſa fuerunt tempore venditionis Cenſus circa dationem fideiuſſorum, & alia ſimilia; ſi enim agat ad implementum, & loco, & in defectum adimplementi, ad damna, & intereſſe poterit repetere ſortem principalem, non vti pretium Cenſus, ſed vti intereſſe. *Stephan. Gratian. Diſceptat. Forenſ. tomo 2. cap. 301. num. 6. Sigiſmund. Scacc. in ſuo tract. de Commerc. §. 1. q. 7. p. 2. ampliat. 8. num. 295.* & nos diximus *ſupra parte 2. cap. 1. q. 2. num. 30.* & faciunt quæ in ſimili dicta ſunt *hoc eodem art. num. 8.* & hanc eandem ſententiam amplexa fuit *Rota coram b. m. Cantuccio, 11. Februarij, 1583. in vna Romana Cenſus, ſeu dotis*, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 285. nu. 3.* & multorum auctoritate firmauit *in vna Romana euictionis, 17. Februarij, 1603. coram Illuſtriſ. Cardinali Ludouiſio*, quæ ibidem eſt *deciſ. 286. num. 4. & ſeqq.* & repetiit *coram Reuerendiſſimo P. D. Coccino Decano, 27. Martij, 1607. in illa Meliuicenſi Cenſus*, quæ eſt *ibidem deciſ. 87. num. 5.*

13 Octauum † poſſumus annectere caſum ex mente *Rotæ in illa Vrbeuetana Cenſus, 31. Maij, 1581. coram b. m. Penia*, quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 10. num. 7.* quando inter emptorem, & venditorem Cenſus fuit initum pactum quod propter moram ipſius debitoris commiſſam in ſolutione Cẽſus tempore debito poſſit repeti ſors principalis, & tale pactum fuit iuriſiurandi religione confirmatum, nam licet pactum illud ſit illicitum, vt fuit demonſtratum *ſupra parte 2. cap. 1. quæſt. 3. art. 8. num. 6. & ſeqq.* attamen virtute iuramenti ſuſtineri, & ſeruandum eſſe, contractumq. reſcindi & reſolui, per regulam *l. ſi quis maior. C. de tranſact.* dicit *ibi Rota, num. 7.* & nos diximus *d. art. 8. num. 18. & ſeq.* intelligendo tamen, *vt ibi, num. 19.*

14 Nonus caſus annecti poteſt, † quando inter venditorem Cenſus, & eum, qui pro illo in contractu ipſo cenſuali fideiuſſor acceſſit fuit factum pactum, ꝙ ipſe venditor teneatur intra aliquod cõuentum tempus Cẽſum illum extinguere, & redimere, quod pactum eſſe licitum, & de iure permiſſum fuit dictum *ſupra d. parte 2. cap. 1. quæſt. 3. art. 8. num. 52. & ſeqq.* nam adueniente dicto tempore poterit venditor Cenſus à fideiuſſore compelli ad illum redimendum, vt diximus *d. art. 8.* & firmat *Mich. Salon. d. art. 3. controuerſ. 24. num. 1. verſ. circa priorem. & verſ. his tamen. Gaſp. Roder. in d. ſuo tract. de annu. reditib. lib. 2. quæſt. 1. nu. 6. in fine*, & firmatur ratione quam tradidimus *d. art. 8. nu. 53.* Quod procedere etiam in foro animæ, & conſcientiæ dicit *Salon. d. num. 1. verſ. his tamen.*

15 Quod quidem † pactum licitum eſt, & ſeruari debet non ſolum inter venditorem Cenſus, & fideiuſſorem, vt venditor cogi poſſit ad redimendum Cenſum, verum etiam inter venditorem Cẽſus, & eum, qui illius bonam fidem in dicto contractu recognouit. puta ſi Titius imponat Cenſum ſuper ſuis bonis, & illum vendat precibus & cõtẽplatione Sempronij, qui poſtea eiuſdem Titij bonam fidem recognoſcat (qui propterea dicitur verè debitor dicti Cenſus, vt diximus *ſupra d. parte 2. cap. 2. quæſt. 2. artic. 1*) Nam ſi inter Titium & Sempronium tempore recognitionis bonæ fidei fiat pactum quod Sempronius teneatur dictum Cenſum intra aliquod certum tẽpus redimere, & extinguere; lapſo dicto tempore poterit Sempronius à Titio compelli, & cogi ad dictam redemptionem, & extinctionem faciendam, vt docet *Mich. Salon. d. nu. 1. verſ. circa priorem.*

16 Decimus eſt caſus, † quando contractus fuit ab initio nullus, & inualidus, vt fuit reſolutum in *Rota coram b. m. Penia, 18. Iunij, 1599. in vna Romana Cenſus de Romulis*, quæ reperitur impreſſa *poſt Tract. de-ciſ.*

Digitized by Google

ciſ.287. in princ. vbi agitur de Cenſu impoſito ſuper re Eccleſiæ abſque cauſa, & ſine ſolemnitatibus, quem propterea eſſe nullum dicebamus *ſupra par. 1. cap. 2. quæſt. 3. art. 2.* Et hoc ipſum, quod ſtante nullitate Cenſus ab initio poſſit emptor illius etiam ab initio pretium repetere, voluit *Rota coram b.m. Iuſto, 28. Iunij, 1603. in vna Romana Cenſus, S.Celſi*, quæ eſt *ibidem deciſ. 229. num. 4.* & ſæpè in aliis cauſis.

17 Quod procedit etiam † quando Cenſus fuit declaratus nullus per Iudicis ſententiam, quæ in rem tranſiuit iudicatam, vt videbimus *infra hoc eod. cap. 1. quæſt. 6.*

De Cenſu autem nullo prætet alia poteſt dari
18 exemplum quando † tempore venditionis Cenſus venditor tradidit emptori pignora pretioſa, & vendibilia æquiualētia ſorti vt illa retineat donec Cenſus redimatur: cum enim eo caſu creditor, & dominus Cenſus habeat penes ſe tantundem bonorum debitoris vendibilium ſortem habere videtur, vnde Cenſus à ſui principio, & origine fuit nullus, iuxta ea quæ diximus *ſupra par. 2. cap. 1. quæſt. 3. art. 8.* & per conſequens fructus ex illo licitè percipi non potuerunt, & percepti debent reſtitui, vel in ſortem imputari, vt tradit *Felician. de Solis, in dd. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 2. lib. 1. cap. 10. num. 20.*

19 Licet † ipſe contrarium ſentiat ſi pignora ſint tradita retinenda non donec Cenſus extinguatur, ſed donec præſtentur fideiuſſores.

20 Aliud † ſanè eſt ſi dominus Cenſus habeat pignora capta in cauſam iudicati pro reditibus decurſis, nam eo caſu non dicitur Cenſus extingui, & ideo neque illius pretium repeti poteſt, ſed adhuc Cenſus manet, & reditus currunt, & pro reditibus, quæ deinceps poſt capta pignora effluxerunt poterit creditor rurſum aliam executionem intendere aduerſus debitorem, vel alia bona Cenſui obnoxia pro ſuo credito in cauſam iudicati capere, vt poſt *Bott. deciſ. 309.* comprobat *Felician. d. cap. 10. nu. 21.* vbi contrariis reſpondet.

21 Vndecimum † addere iubet caſum cuius meminimus *ſupra par. 1. cap. 3. quæſt. 4. num. 21.* videlicet, quando Cenſus fuit impoſitus ſuper fundo non libero, ſed alteri oneri obnoxio. de quo agit *Nauar. in d. ſuo Commen. de vſur. num. 119. in 25. quæſt. Stephan. Gratian. Diſceptat. Forenſ. tomo 1. cap. 175. nu. 16. & ſeqq.* vbi latè hanc concluſionem affirmat. agendo etiam contra eum executiuè, vt diximus *ſupra hoc eod. art. num. 9.*

Duodecimus addi poteſt caſus quando Cenſus
22 fuit impoſitus † ab eo qui tēpore impoſitionis erat quidem dominus fundi quem Cenſui ſubmittit, puta quia illum emerat cum pacto de retrouendendo; nam ſi fundus ille redimatur cum redeat ad redimentem liber ab omni onere, Cenſus præfatus euaneſcit, & propterea pretium in illius emptionem erogatum poteſt ab eius domino repeti, vt diximus *ſupra par. 1. cap. 2. quæſt. 1. art. 5. num. 4. & ſeqq.*

Decimumtertium pro nunc, & vltimum caſum habemus *infra hoc eod. cap. 1. quæſt. 4.* Quando ſcili-
23 cet, dominus Cenſus efficitur † dominus rei ſubiugatæ, & fundi cenſiti nanciſcitur dominiū, & proprietatem; Quia cum eo caſu Cenſus ipſe extinguatur, vt ibi videbimus, ſequitur vt licitè poſſit repeti etiam ab inuito pretium Cenſus, & ſors ipſa principalis. ad quem tamen locum in facti contingentia erit recurrendum.

ARTICVLI QVINTI

SVMMARIA.

1 *Obligatio ſoluendi Cenſum ceſſat in aliquibus caſibus, etiam quod Cenſus non fuerit redemptus, nec aliter extinctus.*

2 *Curſus fructuum Cenſus ceſſat ſtatim atque dominus Cenſus accepit pecunias ad computum ſortis principalis.*

3 *Intellige 1. ſi illas recepit libere, & vt perpetuo ſint apud ipſum.*

4 *Intellige 2. niſi appareat de eius voluntate, quod Cenſus duret & viuat quo ad reſiduum pretij non reſtituti.*

5 *Talis autem voluntas poteſt colligi etiam aliunde quam ex inſtrumento receptionis pecuniarum.*

6 *Et maximè ſi poſtea ſoluantur, & recipiantur fructus pro ea parte, Cenſus, quæ remanſerat.*

7 *Actus ſequens declarat qualis fuerit præcedens intentio.*

8 *Actum illicitum nemo præſumitur facere voluiſſe.*

9 *Interpretatio excluſiua delicti eſt ſemper capienda.*

10 *Fructus Cenſus non currunt intra annum à die facta diſdicta Cenſus.*

11 *Et multò minus ſi debitor Cenſus ſortem pro facienda extinctione legitimè depoſuerit.*

12 *Vel ſaltem fecerit realem & congruam ſortis oblationem.*

13 *Curſus fructuum Cenſus ceſſat quando domino Cenſus fuerunt data certa aſſignamenta pro illius extinctione.*

14 *Intellige 1. ſi dominus Cenſus ex dictis aſſignamentis fuit conſequutus integram ſatisfactionem.*

15 *Intellige 2. ſi per eum ſtetit quo minus plenariam ſatisfactionem receperit.*

16 *Intellige 3. dummodo dicta aſſignamenta fuerint illi data inſolutum pro dicto Cenſu.*

Intellige 4. ſi aſſignamenta ſufficiant pro toto Cenſu, ſecus ſi tantum pro parte, quia tunc extinguitur Cenſus ſolum pro dicta parte, num. 20.

Intellige 5. ſi aſſignamenta ita ſint tradita, vt acquirantur domino Cenſus irreuocabiliter, aliàs ſecus, numero 21.

17 *Aſſignatio facta creditori pro maiori illius ſecuritate non operatur nouationem.*

18 *Aſſignatio quæ ſit creditori per viam veræ dationis inſolutum, operatur debiti prioris extinctionem.*

19 *Nouatio inducitur per veram dationem inſolutum.*

22 *Curſus fructuum Cenſus ceſſat ſi vnus ex correis debendi vel vnus ex fideiuſſoribus Cenſum redimat.*

23 *Ceſſat ſimiliter ſi dominus Cenſus, in caſibus permiſſis, obtineat mandatum pro reſtitutione ſortis.*

24 *Intellige, ſi vltra relaxationem mandati procedatur ad actualem ſortis reſtitutionem.*

25 *Vel ad dationem inſolutum etiam factam à Iudice iudiciario nomine.*

26 *Curſus fructuum Cenſus ceſſat in omnibus caſibus in quibus eſt in facultate domini Cenſus ſortem recipere.*

27 *Creditor non exigens cum poteſt ſibi debet imputare.*

28 *Creditor differens petere ſuum creditum à debitore, præſumitur habere illum pro liberato.*

29 *Cur-*

29 *Curſus fructuum Cenſus ceſſato, quando domino Cenſus dantur pignora æquiualentia ſorti per ipſum retinenda, donec Cenſus extinguatur.*

An dentur caſus in quibus ceſſet curſus fructuum Cenſus abſque eo quod ille redimatur.

ARTICVLVS QVINTVS.

DIXIMVS *ſupra hac ead. quæſt. 3. art. 1.*
Quod debitor Cenſus liberatur ab
onere, & obligatione ſoluẽdi annuam
penſionem cenſualem, eo ipſo quod
Cenſum redemerit & per actum priori
1 ſimilem illum extinxerit. Quia tamen † ad effectum
vt ceſſet curſus fructuum Cenſus & obligatio illos
ſoluendi non eſt ſemper neceſſe vt Cenſus redimatur
vel aliter extinguatur, vt conſiderauit *Rota coram Seraph. deciſ. 1333. num. 1. par. 2. & coram b.m. Iuſto, 18. Martij, 1602. in illa Romana Cenſus*, quæ eſt
impreſſa *poſt Tract. Deciſ. 132. in princ.* dantur enim
plures caſus in quibus nulla præcedente Cenſus reuenditione
ceſſat curſus fructuum illius, & eius debitor
liberatur ab onere, & obligatione ſoluendi illum.
Ideo in hoc quinto Articulo eſt de illis particulariter,
& reſolutiuè videndum.

2 Primus autem caſus eſt, † ſi dominus Cenſus recipiat
pecunias ad computum ſortis principalis, nam
ex dicta receptione detegitur, & demõſtratum animus
illius, quod voluerit Cenſum extinguere, & habere
illum pro extincto, & reſiduum pretij, quod
non recepit relinquere penes debitorem Cẽſus ſub
nomine puri & ſimplicis mutui, & ideo non poteſt
amplius fructus ex dicto Cenſu percipere citra labem
vſurariam, vt firmauit *Rota coram b.m. Cardinali Tamphilio, 29. Nouembris, 1593. in illa Romana Cenſus*, quæ eſt impreſſa, *in fine tract. deciſ. 283. num. 6. & coram b. m. Litta, 23. Iunij, 1600. in illa Romana Saluiani Interdicti, quæ ibidem eſt deciſ. 272. num. 7. & coram R. P. D. Manzanedo, 6. Februarij, 1615. in vna Romana Cenſus, quæ eſt ibidem deciſ. 182. num. 3.* & conferunt
latè tradita per *Tiraq. de Retractu connent. ad fin. à num. 64. ad num. 85. & per Boccacc. in ſuo tract. de cenſib. parte 2. num. 130.*

Quod tamen eſt dupliciter intelligẽdum. & qui-
3 dem Primò † ſi pecuniæ præfatæ fuerint à domino
Cenſus receptæ ſimpliciter, & abſque proteſtatione,
& vt perpetuò ſuæ efficiantur, ſecus autem ſi ſoluantur
non liberè, & irreuocabiliter, ſed cum obligatione
de reſtituẽdo prioribus, & potioribus creditoribus
venditoris, & debitoris Cenſus, vt voluit
Rota coram R. P. D. Caualerio, 22. Iunij, 1609. in illa Romana fructuũ Cenſus, quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 247. nu. 3.*

4 Secundò declaratur præcedens concluſio, † vt
non procedat, quando conſtat de mente contrahentium,
quod voluerint pro reſiduo pretij non reſtituti
Cenſum remanere inextinctum, & in ſuo robore
& vigore, vt fuit declaratum in *Rota coram b. m. Iuſto, 12. Maij, 1600. in vna Romana anterioritatis*,
quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 134. nu. 6. & coram b.m. Litta, 23. Iunij eiuſdem anni in illa Romana Saluiani Interdicti*, quæ eſt *ibidem deciſ. 272. num. 10.* Quando
enim conſtat de animo continuandi contractum,
quo ad partem illius, eum non eſſe in totum reuocatum,
& reſolutum, docuit *Abb. conſ. 87. num. 2. lib. 2. Soc. ſen. conſ. 87. num. 11. lib. 1.*

5 Licet † autem ſuper iſta voluntate non fuerit confectum
publicum inſtrumentum, & ſcripturà, ſufficit
tamen voluntas poſita, & explicata in primo inſtrumento
venditionis Cenſus, quæ adhuc durare,
& perſeuerare præſumitur, *l. verum. l. fin. ff. pro ſoc.*
6 Et † maximè ſi poſt receptionem dictæ partis pretij
Cenſus fuerint ſoluti, & reſpectiuè recepti fructus
eiuſdem Cenſus pro parte pretij non reſtituti, ſolutio
enim, & receptio huiuſmodi ſatis manifeſtè demonſtrat
contrahentes voluiſſe Cenſum in reſiduo
ſortis non reſtitutæ perdurare, vt ſentiebat *Rota in illa Romana fructuum Cenſus coram R. P. D. Caualerio, 22. Iunij, 1609.* ſupra allegata quæ eſt *poſt Tract. de-*
7 *ciſ. 247. num. 4. & ſeq.* ſequens † enim fructuum ſolutio
manifeſtat, & detegit præcedentem volũtatem
fuiſſe conformem actui ſubſequuto. *Rom. conſ. 291. num. 2. & 4. Soc. ſen. d. conſ. 87. num. 14. lib. 1.*
8 Et abſque † dubio, quia dicti fructus licitè ſolui,
& recipi non poterant, niſi partes voluiſſent Cenſum
in illa parte remanere inextinctum. *Bar. in l. Titium, & Mæuium, num. 5. ff. de adm. tut. Bal. in l. ſi patruus, num. 13. verſ. item quia talis, C. Commun. vtr. Iudit. Pau. de Caſtro, conſ. 73. num. 1. verſ. reſtat, lib. 1.* ſem-
9 per † enim ea eſt capienda interpretatio, quę ſit excluſiua
delicti, *l. merito, ff. pro ſoc.*
10 Secundus caſus † in quo debitor Cenſus liberatur
à curſu fructuum illius eſt intra annũ poſtquam
fecit diſdictam dicti Cenſus, & intimauit illius dño,
quod vult illum redimere, iuxta formam Conſtitutionis
Pij V. ſuper Cenſibus, de qua nos diximus *ſupra hac ead. q. 3. art. 1.* Cum enim durante dicto anno ſit
in facultate domini Cenſus cogere debitorem illius
ad reſtituendum ſibi ſortem principalem, vt diximus
art. præced. num. 3. imputare ſibi debet, ſi illam
non recepit, & ideo debet ſe abſtinere à perceptione
fructuum quos non poſſet abſque labe vſuraria
recipere, vt optimè colligitur ex reſolutione facta in
Rota coram Illuſtriſs. Cardinali Lancelotto, 21. Ianuarij, 1600. in illa Bononienſi Cenſus, quæ eſt impreſſa, *in fine Tractat. deciſ. 248. num. 3. & coram Illuſtriſs. Cardinali Mellino, 26. Nouembris, 1604. in illa Romana Cenſus*,
quæ eſt *ibidem deciſ. 106. num. 3.*
11 Et multò † magis ceſſaret curſum fructuum ſi ipſe
debitor Cenſus pro extinctione illius congruo loco,
& tempore, adhibitiſq. neceſſariis ſolemnitatibus,
de quibus dicetur *infra hac ead. quæſt. art. 9.* ſortem
ipſam depoſuerit, nam facto legitimo depoſito,
cum ſit in arbitrio domini Cenſus pecuniam depoſitam,
& extantem recipere ceſſat curſus annuæ
reſponſionis cenſualis, vt dicemus *d. art. 9.* & eſt de
mente *Feliciani de Solis, in dd. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 4. cap. vnico, ſub num. 3. paulò poſt princ.*
ibi, *cuius rei argumento*.
12 Immo † quod ad hunc effectum ſufficiat ſola extraiudicialis
oblatio abſque depoſito, dummodo
ſit realis, & fuerit facta congruo loco & tẽpore tam
de ſorte, quam de omnibus fructibus decurſis, &
non ſolutis, firmat *Gaſp. Roderic. in d. ſuo tract. de ann. reditib. lib. 2. quæſt. 15. num. 4. cum multis ſeqq.* vbi latè
reſpondet ijs, quæ in contrarium adduci poſſent.
13 Tertius † adhuc caſus conſiderari poteſt in quo

fructus

fructus Cenſus non debentur etiam quod extinctus & redemptus non fuerit ſi domino Cenſus fuerint data certa aſſignamenta pro dicti Cenſus extinctio-
14 ne, ſi † tamen ex eis fuit realiter, & cũ effectu conſequutus integram ſatisfactionem pro extinctione eiuſdem Cenſus tam reſpectu ſortis, quam fructuum excurſorum, & non ſolutorum, vt fuit reſolutum in *Rota coram Illuſtriſs. Cardinali Mellino in illa Romana Cenſus*, quam ſupra proxime citauimus, *num. 1. & coram R. P. D. Caualerio, 22. Iunij, 1604. in illa Romana fructuum Cenſus*, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 247. num. 2.*

15 Vel † per eum ſtetit quominus fuerit illam conſequutus cum eſſet repoſitum in eius facultate, vt ex aſſignamentis ſibi datis pretium Cenſus, & ſortem principalem recipere valeret, vt ſentit *Rota coram Illuſtriſs. Cardinali Lancelotto, 21. Ianuarij, 1600. in illa Bononienſi Cenſus*, quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 248. nu. 4.* & dixit *coram R. P. D. Manzanedo, 6. Februarij, 1615. in illa Romana Cenſus*, quæ *ibidem eſt deciſ. 182. nu. 3.* Non enim poſſunt ſtare ſimul quod Cenſus duret, & poſſit emptor arbitrio ſuo ſortem repetere ad ſui libitum, vt ibi ſubdit *Rota*; ſecus autem ſi ex dictis aſſignamentis pretium Cenſus ad ſui arbitrium recipere non valuit. nam ita demum quis ex non exactis tenetur, ſi, cum eſſet obligatus exigere, nõ exegit, vt in puncto dixit *Rota coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato, 12. Decembris, 1608. in illa Romana Cenſus, quæ in calce Tract. eſt deciſ. 288. num. 3.*

16 Quod tamen † recipiendum eſſe exiſtimo ſi huiuſmodi aſſignamenta fuerũt data domino Cenſus titulo veræ, & realis dationis in ſolutũ in extinctionem dicti Cenſus & ſui crediti; ſecus autem ſi data fuerunt pro maiori ipſius cautela, & ſecuritate, & talis aſſignatio ſonet potius in hypothecam, quam in veram dationem in ſolutum, & ideo nõ cenſetur facta nouatio, ſed eſt in arbitrio eius ad cuius fauorem eſt facta cautela vti, vel non vti, prout ſibi magis videbitur *Afflict. deciſ. 307. num. 5.* facit *Surd. conſ. 365. num. 2. & ſeq. lib. 3.* & dixit *Rota coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato, 6. Iunij, 1603. in illa Romana Cenſus* quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 289. num. 1. & rurſus in alia Romana Cenſus coram eodem, 12. Decembris,* 1608. quæ eſt *ibidem deciſ. 288. num. 1.*

17 Quando † enim aſſignamento fiunt per viam dationis in ſolutum clara reſultat extinctio Cenſus ex actu retroſimili cõſenſus, & reſtitutionis ſortis principalis reſultante ex aſſignamentis, & datione in ſolutum, vt animaduertit *Rota coram b. m. Iuſto, 4. Februarij, 1608. in illa Romana anterioritatis*, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 290. num. 1.* Nam quando fit aſſignatio pro ſolutione, & ſatisfactione debiti ea importat dationem in ſolutum, *Menoch. conſ. 201. nu. 6. & in tract. de Præſumpt. lib. 2. præſumpt. 93. in fine,*
18 *Surd. conſ. 243. num. 21. lib. 2.* Per † quam dationem
19 in ſolutum dicitur recedi à priori contractu, & † inducitur nouatio, *Bart. in l. eleganter, num. 1. ff. de pignor. actione, & ibi Bal. colum. 1. verſ. ſed reſponde, Pau. de Caſtro, num. 6. verſ. eſt ergo alia ratio*, & dixit *Rota coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato in illa Romana Cenſus, 12. Decembris, 1608.* quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 288. num. 1. & in illa Romana anterioritatis coram b. m. Iuſto* proximo allegata, *num. 4.* & detegitur animus, & voluntas contrahentium. Quod dominus Cenſus loco illius velit fieri creditor aſſignamentorum, vt dixit *Rota in illa Romana Cenſus, 12. Decembris, 1608,* mox allegata.

20 Hæc tamen † intelligenda ſunt cum aliquo temperamento, & Primo, vt ſcilicet, dominus Cẽſus recipiendo aliqua aſſignamẽta pro extinctione Cenſus, quæ non ſint ſufficientia pro tota ſorte principali Cenſus, non intelligatur voluiſſe integrũ Cenſum extinguere, ſed dumtaxat pro ea parte quam capiunt aſſignamenta, vt ſenſit *Rota coram R. P. D. Caualerio, 22. Iun. 1609. in illa Romana fructuũ Cenſus*, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 247. ſub n. 2. & n. 7.*

21 Secundo intelligenda ſunt, † ſi aſſignamenta ita ſint tradita, vt irreuocabiliter acquirantur domino Cẽſus: ſecus autem, ſi reuocabiliter, puta, ſi illi fuerit traditum pretium redactum ex venditione bonorum ipſius impoſitoris Cenſus, etiam ad publica bannimenta. Nam ſi talis venditio, ſubhaſtatio, & deliberatio reſcindatur vel declaretur nulla, & per conſequens pretium illud ſit reſtituendum; vtique adhuc durat Cenſus per reſolutionem venditionis, ſubhaſtationis, & deliberationis. Nam cum titulus reducatur ad non titulum, dominus Cenſus redit ad primæua iura, & poteſt conſequi fructus ſui Cenſus; vt fuit reſolutum in *Rota coram R. P. D. Pirouano, in vna Romana pecuniaria, 20. Iun. 1614.* quæ eſt inter recollectas per *Farinac. deciſ. 374. ſub num. 3. verſ. Altera quæ, p. 1.* & faciunt dicta per nos, *inf. hoc eodem, cap. 1. quæſt. 5.*

22 His poteſt quartus † adiungi caſus, ſi plures ſint pro eodem Cenſu inſolidum obligati, vel tamquam correi debendi, vel tamquam fideiuſſores, & vnus ex illis totum Cẽſum redimat, nam licet iſte ex propriis ſuis pecuniis Cenſum extinguat, & extinctio proprio extinguentis, & non aliorum nomine fiat, ceſſat tamen curſus fructuũ etiam reſpectu aliorum correorum, vel confideiuſſorum. ſecus autem ſi iſte correus, vel confideiuſſor Cenſum totum non redimat, ſed titulo veræ, & ſimplicis emptionis acquirat, quia eo caſu poterit à correis, & confideiuſſoribus partem fructuum dicti Cenſus ipſis tangentem exigere, vt diximus *ſupra, parte 2. c. p. q. 2. art. 5.*

23 Quintus adhuc conſiderari poteſt caſus † ſi dominus Cenſus in caſibus permiſſis, de quibus diximus *ſupra art. præced.* obtineat mandatum contra debitorem Cenſus pro reſtitutione ſortis, nam tunc ſors cedit in debitum, ita vt vltra eam non poſſint peti aliqui fructus ex dicto Cenſu abſque labe vſuraria, vt fuit reſolutum *in Rota coram b. m. Cardinali Pamphilio, 29. Nouembris, 1593. in illa Romana Cenſus*, quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 283. num. 2. & 5.* & docet *Pacif. in ſuo tract. de Salu. Interd. Inſpect. 4. c. 1. nu. 44.* & ſecundum vltimam impreſſionem, *num. 165.*

24 Quod † tamen eſſe intelligendum exiſtimo, dummodo vltra mandati exequutiui relaxationem procedatur vlterius, vel ad actualem reſtitutionem ſortis, aut partis illius, quo caſu per ipſius receptionem videtur in neceſſarium antecedens receſſum à Cenſu, vt fuit dictum *in dicta Romana Cenſus coram b. m. Pamphilio*, proximè citata, *num. 8. verſ. & in caſu noſtro, & illa Romana Saluiani Interdicti, coram b. m. Lanta, 23. Iunij, 1600.* quæ eſt *in calce Tract. deciſ. 272. nu. 4. & ſeqq.* cum declarationibus tamen quas retuli ſupra in primo, & tertio caſu.

Vel

85 Vel ad † dationem in ſolutum etiam factam iudiciario nomine, vt fuit declaratum à *Rota coram Seraph. deciſ. 1333. per tot. par. 2.* Quamuis dominus Cenſus, propter ſuam negligentiam, & culpam pretium Cenſus non receperit, ſed illud recipere diſtulerit, vt ibi dicitur.

86 Et generaliter † ceſſat curſus fructuum Cenſus, quando eſt in mera facultate domini illius habere, & recuperare ſortem principalem, vt fuit declaratum in *Rota coram Illuſtriſ. Cardinali Lancelotto, 21. Ianuarij, 1600. in illa Bononienſi Cenſus*, quæ eſt *in fine Tract. deciſ. 248. nu. 3. & coram Illuſtriſſ. Card. Mellino, 26. Nouemb. 1604. in illa Romana Cēſus*, quæ eſt *ibidem deciſ. 106. num. 3. & coram b. m. Iuſto, 9. Aprilis. 1606. in illa Romana fructuum Cenſus, quæ ibid. eſt deciſ. 291.*
87 *num. 6. ad finem.* Eſt † enim eo caſu imputandum domino Cenſus ſi pretium non exegit cum potuerit, vt dixit *Rota coram Seraphino, d. deciſ. 1333. nu. 4.*
88 Nam † differens petere à debitore, præſumitur habere illum pro liberato.

89 Poteſt etiam alius addi caſus, in † quo fructus Cenſus ceſſant, videlicet, quando domino Cenſus dantur pignora pretioſa, & æquiualentia ſorti, & vendibilia, per ipſum retinenda, donec Cenſus extinguatur. Quod eſſe illicitum dictum fuit *ſupra p. 2. cap. 1. q. 3. art. 8. num. 44. & ſeqq.* nam cum penes ipſum ſit quodammodo ſors ipſa non eſt ferendum, quod ex Cenſu capiat fructus. Immo de hoc Cenſu eſt ſentiendum, perinde ac ſi foret extinctus, & redemptus, vt dicit *Pelician. de Cenſib. tomo 2. lib. 1. cap. 10. num. 20.* Quidquid contrarium ſentiat *Ludou. de Auend. de Cenſib. Hiſpan. cap. 102. num. 5.* Nam ratio, qua ipſe mouetur, concludit quidem reſpectu veræ, & realis redemptionis & extinctionis, non autem vt ceſſet curſus fructuum Cenſus, prout loquitur *Pelician.* Quos caſus eſſe habendos tamquam diuerſos, colligitur ex dictis *ſupra hoc eod. art. 5. num. 1.*

ARTICVLI SEXTI

SVMMARIA.

1 *Pretium in redemptione Cenſus poteſt reſtitui in qualibet ſpecie æſtimata, conſentiente domino Cenſus.*
2 *Pretium in contractu emptionis & venditionis, poteſt de contrahentium conſenſu ſolui in qualibet ſpecie æſtimata.*
3 *Pretij loco eſt quidquid datur in recompenſationem rei emptæ.*
4 *Cenſus extingui poteſt per compenſationem debiti puri, & liquidi.*
5 *Quæ extinctio facta oblatione compenſandi reſultat ipſo iure.*
6 *Compenſatio eſt ſpecies ſolutionis.*
7 *Cenſus extinguitur ſi domino illius dentur à debitore Cenſus in ſolutum pro eo bona ſtabilia.*
8 *Limitatur, ſi dominus Cenſus aliqua rationabili cauſa contradicat.*
9 *Dominus Cenſus non poteſt inuitus compelli ad accipiendum pro Cenſus extinctione fundum cenſitum.*
10 *Et multò minus ſi habeat hypothecata omnia bona debitoris Cenſus.*
Limitatur ex iuſta cauſa, num. 13.
11 *L. ſi quis argentum, §. ſi vero, C. de donat. Intellectus.*
12 *Datio inſolutum habet vim venditionis.*
14 *Iuſta cauſa ob quam dominus Cenſus cogi poteſt ad accipiendum in ſolutum fundum cenſitum pro extinctione Cenſus, eſt repoſita in Iudicis arbitrio.*
15 *L. 2. C. de reſcind. vend. habet locũ in datione in ſolutum.*
16 *Poſſeſſor bonæ fidei ex titulo inualido facit fructus ſuos, ſecus ſi titulus ſit reprobus.*
17 *Dominus Cenſus recipiens in ſolutum pro extinctione illius bona debitoris, ſi bona euincatur, non poteſt redire ad primæuum Cenſum.*
Limitatur ſi dominus Cenſus tempore receptionis proteſtetur, velle ſibi in caſu euictionis eſſe ſaluum ius ad Cenſum. num. 19.
Habet tamen vtilem actionem ex empto contra debitorem Cenſus.
20 *Debitor Cenſus volens redimere illum à tertio, qui eum à primo emptore viliori pretio emit, tenetur reſtituere pretium integrum, quod à primo emptore recepit.*
21 *Ceſſionarius ſuccedit in locum, & vniuerſum ius cedentis.*
22 *Reuendens Cenſum per ipſum viliori pretio à primo dicti Cenſus emptum, potest integrum pretium Cēſus pro ſe retinere, contra Ludouic. de Auend.*

An in redemptione Cenſus reſtitui poſſit pretium in alia ſpecie, quam in pecunia numerata?

ARTICVLVS SEXTVS.

1 IN propoſito Articulo concluſiuè procedendo † poſſe in redemptionē Cenſus reſtitui pretium illius in alia ſpecie quam in pecunia numerata, poſt multos voluit *Martin. Bonacin. de Contract. diſput. 3. q. 4. puncto vnico, num. 40. verſ. ſecundo, & infra.* probauit *Rota in vna Racanatenſi Saluiani Interdicti, 12. Ianuarij, 1607. coram R. P. D. Manzanedo*, quæ reperitur impreſſa *poſt Tract. deciſ. 142. nu. 7. & in vna Romana Cenſus, 7. Februarij eiuſdem anni coram R. P. D. Ottembergio*, quæ eſt *ibid. deciſ. 186. nu. 8.* Quidquid contrarium firmet *Ludou. de Auend. de Cenſib. Hiſpan. cap. 102. num. 4.*

Cui concluſioni non repugnant ea, quæ diximus *ſupra hac eadem q. 3. art. 1. num. 13.* dum firmauimus, quod in redemptione Cenſus ſit neceſſaria actualis pretij reſtitutio ex *Rota coram Reuerendiſſimo P. D. Sacrato, 27. Ianuarij, 1603. in illa Romana Cenſus*, quæ *poſt Tract. eſt deciſ. 204 num. 4.* Quoniam reſpondit eadem *Rota coram R. P. D. Ottembergio in illa Romana Cenſus* proximè allegata, *num. 9. verſ. nec obſtat*, quod licet *coram Reuerendiſſimo Sacrato, Rota* dixerit eſſe neceſſariam pretij reſtitutionem, nihil tamen attigit an requiratur numeratio pecuniæ in actu extinctionis, & propterea poſſumus nos inferre,
2 quod non ſit neceſſaria, cum regulare ſit vt † in contractu emptionis, & venditionis poſſit de partium conſenſu ſolui pretium in qualibet ſpecie æſtimata, *l. pretij, & ibi Gloſ. C. de reſcin. vendit. Gloſ. 3. in l. 2. ff. de*
3 *contr. empt.* quidquid † enim datur in recōpenſationem rei emptæ illius pretium dicitur *Tiraq. de retractu*

tractu Lign. §. 1. Gloſ. 14. num. 41. Claud. Bertazol. in ſuo
tract. de Clauſul. inſtrum. clauſula 30. Gloſ. 1. num. 6. & in
his proptiis terminis, dicit Boccace. in ſuo tract. de
Cenſib. par. 2. nu. 56. Thom. Bonmſign. in ſimili ſuo tract.
de Cenſib. cap. 14. num. 2. Ludou. Molina, in tract. de con-
tract. p. 2. diſput. 394. nu. 7. Fernand. Rebell. in ſuo tract.
de obligat. Iuſtit. lib. 10. quaſt. 6. num. 22. Nauar. in Com-
mentar. de vſur. num. 123. quaſt. 31. ſequitur Surd. conſ.
162. num. 40. lib. 2. Franc. Milanenſ. deciſ. 2. num. 70. &
ſeqq. lib. 2. Felic. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib.
tomo 2. lib. 1. cap. 8. num. 11. maximè verſ. ſed in ea con-
tentione, & lib. 2. cap. 1. nu. 17. Stephan. Gratian. Diſce-
ptat. Forenſ. tomo 2. cap. 321. num. 16. & placuit Rota
coram R. P. D. Ottembergio, 7. Februar. 1607. in illa Ro-
mana Cenſus, in principio huius articuli citata, nu.
8. Ita vt non videatur, quod de veritate huius con-
4 cluſionis poſſit probabiliter dubitari, quę † ſatis vi-
detur comprobari poſſe ex traditis à Nauar. in d. ſuo
Commentar. de vſur. nu. 124. quem ſeqnitur Boccacc.
d. parte 2. num. 58. Molina, d. num. 7. verſ. extingui etiam
poteſt, & Rebell. d. num. 22. dum affirmant Cenſum
extingui, & redimi poſſe per compenſationem de-
biti puri, & liquidi: non quid compenſatio fiat ipſo
iure, ſed poſtquam debitor Cenſus denunciauit il-
lius domino ſe velle cenſum redimere, compenſan-
do creditum ſuum cum pretio Cenſus, vt declarat
Ludon. Anend. d. cap. 102. nu. 8. Qua oblatione com-
penſationis facta Cenſum ipſo iure extingui dicit
5 Felicianus, & † ex iis, quæ in propoſito, dicit Felician.
de Solis, d. tomo 2. lib. 4. cap. vnico, num. 13. dum vult
Cenſum extingui ipſo iure per ſolam compenſatio-
6 nis oblationem. Compenſatio enim † eſt ſpecies ſo-
lutionis, l. ſi debitor, ff. qui potiora in pignor. hab. l. am-
plius, ff. rem rata habere, & ab hac concluſione non
diſſentit Rota dum coram Reuerendiſſimo P. D. Sa-
crato, 6. Iunij, 1603. in illa Romana Cenſus, quæ eſt im-
preſſa poſt Tract. deciſ. 289. per tot. & ſignanter num.
7 3. ſenſit † Cenſum extingui ſi domino illius dentur
pro eius extinctione bona ſtabilia, & in vna Roma-
na repetitionis indebiti corā R. P. D. Pirouano 30. Apri-
lis, 1610. quæ eſt ibidem deciſ. 292. per tot. & confir-
mauit coram eodem in eadem cauſa die 25. Iunij eiuſdem
anni, vt ibidem deciſ. 266. & dixerat antea coram Se-
raph. deciſ. 1333. parte 2.

8 Hæc autem † concluſio non procederet ſi domi-
nus Cenſus contradiceret recipere in extinctionem
Cenſus pretium in alia ſpecie, quam in pecunia nu-
merata, vt animaduertit Felician. de Solis, d. verſ. ſed
in ea extinctione, & nō videtur alienum ab alia Scri-
9 bentium traditione, quod † non ſit audiendus de-
bitor Cenſus ſi pro illius redemptione, & extinctio-
ne domino Cenſus non cōſentienti, immo recuſan-
ti, afferat in ſolutum prædium ſuper quo Cēſus fue-
rat conſtitutus & collocatus, vt firmauit Foller. in ſua
Pract. Cenſuali, in verbo, tamquam, num. 49. Bened. Bon.
in ſuo tract. de Cenſib. art. 61. num. 93. Boccace. in d. ſuo
tract. de Cenſib. par. 3. num. 66. Io. Bapt. Lup. ad l. 2. C. de
pact. int. empt. & vendit. Comment. 2. §. 3. num. 89. Cæ-
ſar Barz. deciſ. Bononien. 56. num. 36. Felician. de Solis,
d. tomo 2. lib. 3. cap. 5. nu. 15. verſ. ſed an illius, Gaſp. Ro-
deric. in ſuo tract. de annu. reditib. lib. 1. q. 9. nu. 68. verſ.
in contrarium vrget. Tiraq. de Retractu Lign. §. 1. Gloſ.
6. num. 21. Intrigliol. ſuper Bulla de Cenſib. q. 98. num. 22.
quidquid contra Roder. nitatur defendere Auend.
10 d. tract. c. 110. nu. 12. & 13. Et † multò minus ſi do-
minus Cenſus haberet generaliter obligata omnia
bona eius, qui Cenſum impoſuit, vt animaduertit
Tiraq. de Retractu Lign. §. 1. Gloſ. 6. num. 71. in fine, &
ſequitur Foller. in d. verbo, tamquam, num. 49. qui re-
11 ſpondet † ad tex. in l. ſi quis argentum, §. ſi vero. C. de
donat. vbi contrarium videtur ab Imperatore deter-
minatum quod ibi ſit ſpeciale & ſingulare in dona-
tione fauore donantis, quod approbant etiam alij
ab iſtis allegati. & Roderic. d. num. 68. verſ. nec obſtat
lex. Quod autem dominus Cenſus non poſſit com-
pelli, vt in extinctionem Cenſus recipiat in ſolutum
prædium Cenſui ſuppoſitum non obſcurè probatur
ex Conſtitutione Pij V. ſuper forma creandi Cenſus dū
ibi deciditur quod volente debitore Cenſus vende-
re fundum cēſuatum, dominus Cenſus debeat præ-
ferri omnibus aliis emere volentibus: nam videtur,
quod à contrario Cenſu ibi Papa non obſcurè ſen-
tiat, quod ſi ille dominus Cenſus nolit emere non
poſſit cogi ad accipiendum in ſolutū prædium præ-
fatum, vt conatur hoc deducere Boccace. in d. ſuo
12 tract. par. 3. num. 66. datio † enim in ſolutum ſimilis
eſt emptioni, l. prædium. C. de euict. Tiraq. d. §. 1. Gloſ.
14. num. 1. & ſeqq. Au autem hoc bene deducatur à
contrario ſenſu ex dicta Piana Conſtitutione alij
diiudicent.

13 Verum † enimuero poſſet Iudex ex iuſta, & legi-
tima cauſa cogere dominum Cenſus, vt pro illius
extinctione caperet fundum cēſuatum, vel alia bo-
na debitoris Cenſus. puta, Vel ex beneficio Auth.
Hoc niſi debitor, C. de ſolut. (quod in practica obſer-
uari teſtatur Bar. in §. quod autem. in princ. Auth. de
fideiuſſ. Pract. Papien. in forma reſponſ. libel. in act. hy-
pothec. in verbo, exceptionem ſolutionis, num. 3. Bonon-
ien. deciſ. 28. Surd. conſ. 225. num. 7. lib. 2. & illi renun-
ciari non poſſe dicunt Cin. & Din. ibi Alex. conſ. 37.
num. 6. lib. 2. Pract. Papien. in d. verbo, exceptionem, nu.
4.) obſeruatis tamen iis, quæ obſeruanda animad-
uertunt Rom. conſ. 163. Ieſ. conſ. 9. num. 12. lib. 1. Nat-
ta. conſ. 344. Bonon. d. deciſ. 28. Ioſeph. Ludo. deciſ. Pe-
ruſ. 64. Surd. deciſ. 30. num. 10. Hond. conſ. 18. lib. 1. &
alij paſſim. Vel ex beneficio, l. fin. §. & ſi præfatam.
C. de iure delibor. ad fauorē hæredis adeuntis hæredi-
tatem cū beneficio legis & inuentarij, prout quoti-
die fieri videmus in iudiciis ſeparationis, & diſcuſ-
ſionis bonorum, in quibus dantur, & aſſignantur
loca creditoribus ad iudicium venientibus per gra-
dus iuxta prioritatem, & potioritatem ſui crediti
cum cōſignatione bonorū ſui debitoris, iuxta æſti-
mationem à peritis faciendam, etiam in extinctio-
14 nem cenſuum. Et huc † fortè reſpexit Boccacc. in d.
ſuo tract. parte 2. num. 97. dum exiuente Menoch. de
arbitr. iud. quaſt. caſu 183. num. 25. & 28. aſſeruit eſſe
in Iudicis arbitrio repoſitum quando creditor Cen-
ſus cogi poſſit ad recipiendum in ſolutum bona ſui
debitoris in extinctionem Cenſus.

15 Quando † autem dominus Cenſus conſentiret
capere in ſolutum prædium cenſualem pro extin-
ctione Cenſus ſi incideret, læſio vltra dimidiam re-
ſpectu pretij, eſſet recurrendum ad beneficium l. 2.
C. de reſcin. vend. vt tradit Bon. in d. ſuo tract. de Cenſib.
d. art. 61. num. 94. verſ. quando verò.

Ceterum circa hunc Articulum poſſet de aliqui-
bus non incōgruè dubitari, & quidem Primò, quid
ſi do-

ſi dominus Cenſus accipiat fundum cenſuatum, vel
alia bona debitoris in ſolutum à Iudice coactus, vel
ex mera, & propria voluntate, & deinde debitor re-
ſtituatur ad eorumdem bonorum poſſeſſionem ex
remedio ſpoliatiuo, tenebitur ne dominus Cēſus ad
reſtitutionem fructuum, medio tempore ex dictis
bonis perceptorum? Et non teneri reſpondit *Rota
in vna Auximana ſpolij, 3. Decembris, 1610. coram R.
P.D. Pirouano*, quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 293. per tot.* ea
16 potiſſimũ ratione, quia † fructus illos percepit bo-
na fide, non obſtante quod poſſederit ex titulo re-
probo. vt ex multis dixit *ibi Rota, num. 2. & ſeqq.*

Secundò poteſt dubitari, An ſi dominus Cenſus
vel ſponte ſua, vel ex iudicis ſententia receperit in
ſolutum bona ſui debitoris in extinctionem Cēſus,
& illa ſibi poſtea euincantur, habeat illæſum, & in-
tegrum ſuum antiquum ius, ita vt poſſit ex integro
conſequi annuos fructus ex cenſu illo extincto per
dictam receptionem bonorum in ſolutum?

17 In qua † difficultate partem negatiuam firmauit
*Felician. in d d. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 2. lib. 3.
cap. 5. nu. 16.* ea ratione quia per dictam dationem
in ſolutum fuit extincta hypotheca, quam dominus
cenſus habebat ſuper dictis bonis in ſolutum rece-
ptis, quæ nõ poteſt amplius reuiuiſcere, vt animad-
uertit *Surd. conſ. 145. num. 13. cum multis ſeqq. lib. 1.*
& *deciſ. 113. & 266. num. 6. & ſeqq.* in quibus locis re-
18 ſpondet contrariis. Conſulitur † autem domino
Cenſus eo caſu, vel per actionē de euictione, vt do-
cet *Surd. d. conſ. 145. n. 20. per tex. in l. ſi prædium, C. de
euic, in l. ſi libera, C. de ſenten. & in l. elegãter. & ibi Gloſ.
ff. de pignor, act.* Vel vtili actione exempto, vt dicit
Felician. d. nu. 16. & admonet *I. C. in d. l. eleganter, in
princ.* & propterea *Gloſ. ibi in verbo, finita*, admonet
bonum eſſe, quod quando creditor recipit in ſolu-
tum pro ſuo credito bona ſui debitoris, proteſtetur
quod ſi bona illa euincãtur vult ſibi eſſe integram,
19 & illæſam primæuam actionem, quia † tunc per il-
lam proteſtationē eam ſibi conſeruat, vt poſt *Gloſ.*
dicit *Surd. d. deciſ. 266. num. 6.* & in propriis noſtris
terminis repetit *Felician. d. num. 16. verſ. quare credi-
tor annui reditus*, vbi affirmat quod dominus Cenſus
ſi bona ſibi in ſolutum data euincantur, poterit vir-
tute dictæ proteſtationis experiri aduerſus fideiuſ-
ſores, & tertios poſſeſſores pignorum, vel hypothe-
carum eadem primæua actione.

Ceterum, quia dominus Cenſus poteſt illum mi-
nori vel maiori pretio quam ipſe emerit, vendere,
vt dictum fuit latè *ſupra parte 2. cap. 2. q. 2. art. 6. nu.*
20 *17.* poteſt † in dubium reuocari, an ſi ille qui Cen-
ſum primo loco impoſuit, & alteri vẽdidit, velit re-
dimere ab aliquo tertio, qui illũ viliori pretio emit
à primo emptore, teneatur reſtituere illudmet pre-
tium quod à primo emptore recepit; an verò dum-
taxat pretium quod ille tertius expendit, quando
cenſum emit ab illo primo emptore. Hanc dubita-
tionem primus quẽ viderim, excitauit *Io. Azor. In-
ſtit. Moral. p. 3. lib. 10. cap. 8. quæſt. 5. verſ. ſi roges.* Vbi
reſoluit, debitorem Cenſus teneri ad reſtitutionem
illiuſmet pretij, quod à primo emptore tẽpore im-
poſitionis fuit ſolutum. Nam ille tertius emit totum
jus quod primus emptor habebat aduerſus impoſi-
torem. Sed ſi imponens voluiſſet redimere Cenſum
à primo emptore, antequã eum illi tertio venderet,
vtique integrũ pretium receptũ debuiſſet reddere,
& refundere. Ergo eodem modo, ſi redimat ab illo
tertio, debet eidem integrum Cenſus pretium reſti-
tuere. Et hanc cõcluſionem reperio fuiſſe latè com-
probatam à *Ludou. de Auend. d. tract. cap. 101. num. 7.*
21 vbi *ad finem* multos allegat. Et facit, quia † ceſ-
ſionarius ſuccedit in locum & vniuerſum ius ce-
dentis. *Rimin. iun. conſ. 291. num. 40. & conſ. 326. num.
13. lib. 3. Surd. conſ. 26. num. 16. lib. 1. & conſ. 333. num.
15. lib. 3.* qui multos allegat. *Gaſp. Roderic. de ann. re-
ditib. lib. 2 q. 17. num. 11. & ſeqq.*

Sed circa hanc reſolutionē rurſus dubitat *Auend.*
22 *d. num. ad med. verſ. Infertur etiam.* An † iſte tertius,
qui pro venditione Cenſus facta primo imponenti
recepit maius pretium quam ipſe erogauerit, quan
do emit illũ à primo eius emptore, poſſit illud plus
retinere, an potius teneatur tuere illi, à quo ipſe
emit. Et reſoluit, ꝙ nõ poſſit totũ retinere, ſed dum-
taxat vſque ad illam quantitatem, quam ipſe ero-
gauit in dicti Cẽſus emptionem: abinde autem ſu-
pra, teneri reſtituere ei à quo ipſe viliori pretio
emit. Quam concluſionē pluribus nititur firmare.

Ceterum hæc *Auend.* reſolutio mihi non placet:
Quia ſi iſte tertius ab initio licitè potuit Cenſum
illum viliori pretio emere, vt dictũ fuit *ſup. d. art. 6. n.
17. & ſeqq.* & potuit tamquam dominus licitè in-
tegros fructus ex dicto Cenſu percipere; cur non
poſſit etiam integrum rei propriæ pretium conſe-
qui & retinere? cum quotidie videamus, quòd ea-
dem res, ſeu mobilis, ſeu immobilis non ſemper eo-
dem pretio ematur & vendatur, ſed diuerſo; & qui-
libet dominus arbitratu ſuo rem antea per ſe em-
ptam diſtrahit modò viliori, modò cariori pretio,
quam ipſe emerit, & integrum ſibi requirit; nec re-
netur aliquam illius partem priori venditori reſti-
tuere.

ARTICVLI SEPTIMI

SVMMARIA.

1 *Cenſum reuendere poteſt & tenetur quilibet illius do-
minus.*
2 *Siue ſit maior, ſiue ſit minor, etiam abſque Iudicis iuſ-
ſu, & licentia.*
3 *Redemptio Cenſus peti poteſt duabus actionibus.*
4 *Redemptio rei vendita cum pacto redimendi, peti po-
teſt duabus actionibus.*
5 *Minor non poteſt Cenſum reuendere abſque tutoris au-
ctoritate.*
6 *Tutor non poteſt reuendere Cenſum ſui pupilli, abſque
debitis ſolemnitatibus.*
7 *Decretum Iudicis non eſt neceſſarium in alienatione,
quæ fit ex neceſſitate.*
8 *Decretum Iudicis quod ſit neceſſarium in reuenditione
Cenſus pupilli à tutore facienda, volunt aliqui.
Contrarium Auctor, num. 10.*
9 *Reuenditio Cenſus quod nõ fiat ex neceſſitate præciſa, cũ
proueniat ex principio voluntario, volunt quidam.*
10 *Cenſus reuenditio fit ex neceſſitate præciſa.*
11 *Legatum Cenſus non cenſetur ademptum ex reuendi-
tione illius, facta eius debitori.*
12 *Legatum non cenſetur ademptum ex alienatione rei le-
gatæ, facta ex neceſſitate.*

Siue

Siue ſit neceſſitas impoſita per legem, ſiue ſit neceſſitas rei familiaris, ibidem.

13 *Minor ſi ex reuenditione Cenſus remaneat læſus, reſtituitur aduerſus dictam reuenditionem.*

14 *Cenſum reuendere quod teneatur is, qui primo loco illum acquiſiuit, videtur ſentiendum.*

Contrarium concludit Auctor, num. 27. & ſeqq.

15 *Pactum de redimendo quod non poſſit exerceri contra ſecundum emptorem rei cum dicto pacto venditæ, volunt aliqui.*

Contrarium magis communiter tenetur, num. 27.

16 *Secundus emptor Cenſus quod pro illius reuenditione non poſſit conueniri actione perſonali, aliqui dicunt:*

Contrarium demonſtrat Auctor, num. 27.

17 *Actio perſonalis fundum non ſequitur.*

18 *Etiam quod obligatio ſit contracta habita ratione ad rem.*

19 *Secundus emptor Cenſus pro illius reuenditione, conueniri non poteſt actione reali.*

Actione reali non experitur, niſi dominus rei.

20 *Dominium rei venditæ tranſit ad emptorem, ſi tempore venditionis non fiat aliquod pactum impediens hanc dominij tranſlationem.*

21 *Vel niſi vendatur cum pacto de redimendo, & pro pacti obſeruatione hypothecetur expreſſè res ipſa, quæ venditur.*

22 *Hypotheca generalis impedit tranſlationem dominij rei hypothecatæ ſicut ſpecialis,*

23 *Maximè ſi ſit vallata iuramento.*

24 *Nam abſque iuramento contrarium tenent Scribentes magis communiter.*

25 *Hypotheca ſpecialis impedit tranſlationem dominij rei hypothecatæ.*

26 *Dominium eiuſdem rei non poteſt apud duos inſolidum eſſe.*

28 *Diſpoſitio generaliter loquens, debet generaliter intelligi.*

29 *Quilibet præſumitur ſe alligare legibus, loquentibus de actu quem gerit.*

30 *Secundus emptor Cenſus poteſt cogi ad illius reuenditionem, ſaltem per Iudicis officium.*

31 *Clauſula, Transferens, &c. appoſita in inſtrumento venditionis ad fauorem emptoris, operatur vt omnes actiones quæ erant penes venditorem reddantur ineſficaces qua ad ipſum.*

32 *Clauſula, Ponens illum in locum ſuum, &c. operatur vt penes venditorem remaneant actiones ineſficaces.*

33 *Redemptio Cenſus facta à primo illius emptore eſt valida, licet ipſe eo tempore non ſit amplius illius dominus.*

34 *Limitatur, ſi debitori Cenſus fuerit intimata ceſſio illius facta per primum emptorem ad alterius fauorem.*

35 *Limitatur 2. ſi debitor Cenſus tempore quo illum redimit haberet plenam, & perfectam notitiam dictæ ceſſionis.*

36 *Cenſus venditus pluribus perſonis pro partibus ſeparatis poteſt à quolibet redimi pro eius parte.*

37 *Cenſus venditi pluribus perſonis in eodem inſtrumento per partes diſtinctas, tot cenſentur quot ſunt perſonæ quæ emunt.*

38 *Cenſum ſi plures ſimpliciter emant, quod quilibet poſſit cogi ad reuendendum partem ſuam, dicunt aliqui.*

39 *Contrarium voluit Roman. conſ. 305.*

40 *Auctor diſtinguit, remiſſiuè.*

41 *Vnus ex pluribus condominis Cenſus, non poteſt alijs condominis quo ad eorum portionem præiudicare.*

42 *Maritus quod poſſit reuendere Cenſum ſuæ vxoris ſibi in dotem datum, contra Pelician.*

43 *Maritus ex cauſa neceſſaria poteſt res dotales alienare.*

44 *Maritus conſtante matrimonio eſt dominus rei ſibi in dotem datæ ſiue æſtimatæ, ſiue inæſtimatæ.*

45 *Maritus in omnibus caſibus in quibus conſtante matrimonio licitè alienat res dotales, illas alienat nomine proprio, non autem procuratorio nomine ſuæ vxoris.*

46 *Is qui pro alio Cenſum emit abſque illius mandato, non poteſt illum reuendere.*

47 *Procurator conſtitutus ad recipiendum ſolutiones, aliud facere non poteſt.*

48 *Procurator debet ad vnguem ſeruare formam mandati.*

49 *Retrouendere Cenſum eſt priorem contractum reſoluere.*

50 *Extinctio, & reſolutio Cenſus requirit actum priori ſimilem.*

51 *Retrouenditio Cenſus requirit mandatum ſpeciale.*

52 *Venditio requirit ſpeciale mandatum.*

53 *Procurator conſtitutus ad exigendum fructus Cenſus, non poteſt illum retrouendere.*

54 *Procurator conſtitutus cum ampliſſima facultate etiam cum libera, non poteſt reducere Cenſum ad minorem reſponſionem annuam.*

55 *Cenſum reuendere integraliter tenetur vnus ex pluribus hæredibus, ad quem integraliter Cenſus pertinet.*

56 *Secus ſi ad illum non ſpectet integraliter, ſed pro ſua portione hæreditaria.*

57 *Hæres fideicommiſſo grauatus, quòd Cenſum vendere non poſſit abſque decreto Iudicis, voluit Felicianus.*

58 *Contrarium defendit Auctor, & infra.*

59 *Alienatio neceſſaria non cenſetur prohibita hæredi grauato.*

60 *Fideicommiſſarius vniuerſalis, pendente conditione fideicommiſſi, non eſt verè dominus.*

61 *Reuenditio Cenſus non eſt alienatio, ſed reſolutio præcedentis contractus.*

62 *Hæredi grauato ante purificatam conditionem, & reſtitutam hæreditatem, rectè ſoluitur.*

63 *Hæres grauatus reuendens Cenſum ſubiectum fideicommiſſo, debet cauere de conſeruando pretium ad fauorem fideicommiſſarij.*

64 *Vſufructuarius quod poſſet Cenſum ſolus reuendere, dixit Roderic.*

65 *Cautius tamen eſt debitori ſi proprietarius, & vſufructuarius ſimul reuendant.*

66 *Vſufructuarius ſolus, nec ſolus proprietarius poteſt Cenſum redimere, ſed ambo coniunctim redimunt.*

Quidquid ſentiat Gratian. quod ſolus proprietarius redimat.

67 *Pater legitimus adminiſtrator bonorum filij, ſolus reuendit Cenſum filij.*

68 *Pretium Cenſus reuenditi, debet remanere penes vſufructuarium.*

Præſtita tamen per eum cautione de illo conſeruando & reſtituendo, finito vſufructu, num. 70.

Niſi ſit pater habens adminiſtrationem bonorum ſui filij, cuius ſit Cenſus, num. 71.

Limitatur ſi proprietarius velit ſoluere annuam reſponſionem, quam ſolitus erat percipere vſufructuarius, num. 72.

Dummodo tamen proprietarius ſit idoneus, num. 73.

Ac præſtet omnimodam ſecuritatem vſufructuario pro ſolutione annui reditus, num. 74.

69 *Vſusfructus nõ extinguitur propter reuenditionem Cenſus, cuius alter habet vſumfructum.*

75 *Vſusfructuarius poteſt licitè percipere reditus à proprietario retinente pretium Cenſus reuenditi, ratione ſui intereſſe.*

76 *Cenſus poſtquam eſt extinctus, nullos poteſt reddere fructus.*

Cenſum reuendere quis teneatur, & poſſit.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

CIRCA materiam redemptionis Cenſus eſt congruo loco indagandum quiſnam teneatur, & poſſit illum reuendere.

In quo articulo indubitata eſt con-
1 cluſio, † quod Cenſum reuendere poteſt, & debet quilibet dominus illius, vt ſanciuit *Pius V. in ſua conſtitutione de Cenſib. in verſ. Poſtremo*, in illis ver-
,, bis. [Sed etiam poſſe pro eodem pretio extingui
,, non obſtante etiam longiſſimi temporis, ac imme-
,, morabilis, immo centum, & plurium annorum præ-
,, ſcriptione, non obſtantibus aliquibus pactis dire-
,, ctè, vel indirectè talem facultatem auferẽtibus qui-
buſcumque verbis, aut clauſulis concepta ſint.] &
2 de hac concluſione nemo dubitat † ſiue dominus Cenſus ſit maior, ſiue etiam minor, qui poteſt dictam reuenditionem facere etiam abſque iuſſu, & licentia Iudicis, *Alber. in l. 2. in princ. C. de pact. int. empt. & vendit. Octau. Simoncell. in ſuo tract. de Decret. lib. 3. tit. 8. inſpect. 16. nu. 119. Foller. in ſua Pract. Cenſuali, in verbo, inſtrumentum gratiæ, num. 33. Boccacc. in ſuo tract. de Cenſib. par. 2. num. 104.* & dictum fuit *ſupra par. 2. cap. 2. quæſt. 2. art. 9* Et hanc ſententiam amplexi etiam ſunt *Gaſpar. Roderic. de ann. reditib. lib. 2. q. 15. num. 80. & ſeqq.* non diſſentit *Franciſc. Milanenſ. deciſ. 18. lib. 2. & Intrigliol. ſup. Bulla de Cenſib. q. 69. num. 1.* hoc expreſsè firmat.

3 Ad † iſtam autem redemptionem poteſt duabus actionibus perueniri; vna ſcilicet, quæ oritur ex ipſo contractu præambulo, informata ad id quod deducitur in pactum: altera præſcriptis verbis, quæ inſurgit ex dicto pacto cohærentia contractus: vt multorum auctoritate dicit *Tiraq.* (loquens de ven-
4 ditore † volente redimere rem venditam eum pacto redimendi) *de retract. Connent. §. 1. Gloſ. 1. num. 2. & 3.* Quod ad redemptionem Cenſus traxit *Ludou. de Auend. de Cenſib. Hiſpan. cap. 101. num. 6.*

5 Ceterum † ſolus minor non poteſt Cenſum retrouendere, ſed eſt neceſſaria tutoris auctoritas. *Foller. d. loco, num. 34. Boccacc. d. num. 104.* per tex. *in l. pupillo, & in l. Stichum, §. vſumfructum. & ibi Alber. ff. de ſolut. Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 4. cap. vnico, num. 3. verſ. ſi vero debitor.* ibi: *qua ratione*, & *tomo 2. eod. lib. 4. & cap. vnico, num. 8. verſ. ſed poſt hæc.*

6 Prout † nec etiam ſolus tutor poteſt abſque debitis ſolemnitatibus, vt deducit *Mich. Salon. in ſuo tract. de Contract. & commerc. human. tit. de Cenſib. art. 3. controuerſ. 18. num. 11. verſ. dico tertio.*

Sed dubitari poteſt, an in reuenditione Cenſus facienda à minore cum tutoris vel curatoris auctoritate ad effectum vt ritè, & legitimè facta dicatur, & redimens liberetur & ſit tutus, ita vt in futurum pro annuo Cenſu, nec reſpectu fructuum, nec reſpectu ſortis principalis poſſit conueniri, ſit neceſſarium Iudicis decretum.

7 Et non † eſſe neceſſarium aliqui exiſtimant ea potiſſimum ratione, quia huiuſmodi reuenditio eſt neceſſaria, & propterea non requirit Iudicis decretum, *l. 1. §. 1. l. magis puto, §. ſi pupillus, ff. de reb. eor. l. 1. l. prædium, & ibi Gloſ. C. quand. decret. opus non eſt. Simoncell. d. num. 119.*

8 Et licet † contrariam ſententiam amplectatur *Felician. de Solis, d. tomo 1. libro 4. cap. 1. num. 3. verſ. ſi vero debitor.* & latius confirmet *tomo 2. eod. lib. 4. cap. vnico, num. 8. per tot.* ea motus ratione, quia alienatio rei minoris à ſolo tutore facta abſque Iudicis competentis decreto. inutilis eſt, *d. l. de pupillo, & d. §. vſumfructum, l. ſi prædium, C. de præd. minor., l. lex qua Tutores, C. de admin. tutor.* cum aliis per ipſum allegatis *ibi. & d. num. 8. verſ. noſtra ſententia.* ibi. *non etiam officit ſecundum.* & propterea exiſtimet inutilem eſſe etiam reuenditionem Cenſus abſque ſimili decreto, non obſtante quod huiuſmodi reuenditio aliquo reſpectu videatur fieri ex neceſſitate, cum huiuſmodi neceſſitas reuendendi, vtpote procedens à principio voluntario, non
9 poſſit dici præciſa † de qua ipſe dicit eſſe intelligendam regulam illam quod in alienatione, & aliis actibus neceſſariis minorum non eſt neceſſarium Iudicis decretum. Attamen ego ab eo in hoc
10 omnino diſſentio, exiſtimans † dominium Cenſus teneri ex præciſa neceſſitate & ex natura contractus Cenſum reuendere, cum ita ſit diſpoſitum tam per Conſtitutionem *Martini V. & Calixti III. regiſtratas in c. 1. & 2. de empt. & vendit. inter Extrauag. commun.* quàm in *Bulla Pij V. in verbis ſupra relatis*, & ſæpius diximus, & hanc ſententiam pluribus confirmauit *Gaſpar. Roderic. in ſuo tractatu, de ann. reditib. lib. 2. quæſt. 15. num. 80. & ſeqq.* & ab ea non diſſentit *Rota in vna Romana Pecuniaria coram R. P. D. Ottembergio, 8. Martij, 1604.* quæ eſt impreſſa *poſt Tract. Deciſ. 294 num. 1. & coram eodem, die 7. Februarij, 1607. in illa Romana Cenſus, quæ ibidem eſt deciſ. 186. num. 5.*

Quod etiam videtur ſatis comprobari ex iis quæ propter hanc rationem neceſſitatis dicebat *Hon-*
11 *ded. conſ. 61. num. 18. lib. 1.* vbi concludebat, † quod reuenditio Cenſuum in totum vel pro parte facta eorum debitoribus non inducit ademptionem legati eorumdem Cẽſuum, quod placuit etiam *Steph. Gratian. Diſceptat. Forenſ. tomo 2. cap. 251. num. 65.* &
12 repetit *cap. 316. num. 1. & 3.* cum † ademptio legati non inducatur ex alienatione neceſſaria ſiue ſit neceſſitas rei familiaris, ſiue ſit neceſſitas impoſita per legem.

Digitized by Google

legem. *Rip. in l. Lucius, num. 27. verſ. hoc etiam, ff. de vulg. & pupill. Cardinal. Mantica, de Coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 6. num. 18.*

13 Bene verum eſt † quod ſi minor ex tali reuendi-
tione remanſerit læſus illi ſubuenitur ope reſtitutio-
nis in integrum, *d. l. 1. C. de præd. minor.* per quem tex.
Felician. d. num. 8. verſ. & licet admitteremus. ad quos
terminos finaliter videtur reſtringere opinionem
ſuam, quã tam magno apparatu verborum defen-
ſauit. ſequitur *Roder. d. quæſt. 15. num. 83.* Et licet ab
hac opinione diſcedat *Auend. d. tract. cap. 106. nu. 3.*
fatetur tamen, ſecurius facere debitores, ſi cum Iu-
dicis auctoritate tutoribus vel curatoribus Cenſum
redimendo ſortem præſtent. Quod cum factu fa-
cile ſit, faciendum conſulit.

Proſequendo autem materiam propoſiti articu-
li non contemnenda ſuboritur difficultas quando
Cenſus ad manus plurium perſonarum pertranſi-
uit, quis ad illius reuenditionem teneatur? Nam
vltimus dominus in cuius manibus de præſenti Cen-
ſus reperitur, an verò ille qui primus omnium Cen-
ſum illum acquiſiuit.

14 In qua † difficultate videtur prima conſideratio-
ne concludendum quod non poſſit conueniri ſe-
cundus vel vlterior emptor Cenſus, ſed debeat con-
15 ueniri prior. Primò, quia † vigore pacti de retro-
uendendo non poteſt agi contra ſecundum vel vl-
teriorem emptorem & poſſeſſorem rei ſemel cum
dicto pacto venditæ, *Bero. conſ. 155. num. 20. lib. 1.
Cagnol. ad l. 2. num. 133. C. de pact. int. empt. & vendit. Crau. conſ. 12. num. 7. lib. 1. & conſ. 201. lib. 2. Magon. deciſ. Florent. 105. nu. 2. Hier. Gabr. conſ. 66. num. 5. ad med. lib. 1.* qui alios multos allegant, & de magis
16 communi teſtantur. Secundò, † quia contra di-
ctum ſecundum vel vlteriorem Cenſus emptorem
non competit neque actio perſonalis oriens ex con-
tractu quæ afficit ſolam perſonam promittẽtis, non
autem ſingularem illius ſucceſſorem. *Cranet. d. nu. 7.*
17 *Gabr. d. conſ. 66. num. 6.* Actio † enim perſonalis fun-
dum non ſequitur, *l. cogi, §. vnde quæritur, ff. ad Tre-*
18 *bell.* etiam † quod obligatio ex qua agitur contra-
cta ſit habito reſpectu ad rem ipſam, *l. quædam, §. nihil intereſt, ff. de eden.* cum concordantibus apud
Tiraq. de retractu Lignag. §. 8. Gloſ. 5. num. 8. Iſte au-
tem ſecundus, vel vlterior emptor Cenſus nihil egit
cum impoſitore, & venditore illius merito, &c. Ne-
19 que etiam cõtra ipſum competit actio realis, † quo-
niam illa non experitur niſi dominus, *l. in rem, l. officium, ff. de rei vendic.* cum ſimilibus. dominium
autem ſeu quaſi dicti Cenſus non ad impoſitorem,
& venditorem, ſed ad emptorem illius pertinet,
quia fuit primum tranſlatum in primum empto-
rem, à quo deinde tranſiuit in ſecundum, & ab illo
20 in ſequentem, & ſic deinceps, niſi † tempore factæ
primæ illius venditionis inter contrahentes fuiſſet
initum aliquod pactum per quod impedita eſſet
hæc dominij, vel quaſi tranſlatio, & tranſmiſſio,
caſu quo cõtingeret Cenſum illum alienari ad not.
per *Iaſ. conſ. 128. lib. 4. Cranet. d. conſ. 201. num. 3. Gabr.*
21 *d. conſ. 66. num. 1. & 3.* Vel niſi † in prima dicti Cen-
ſus venditione pro obſeruantia pacti de illum re-
uendendo ille idem Cenſus fuiſſet obligatus expreſ-
sè, vel ſaltem generaliter ſub omnium bonorum hy-
22 potheca & obligatione, quæ † quoad hunc effe-
ctum idem operatur quod ſpecialis. *Grat. reſp. 15. num. 12. lib. 1. Socin. iun. conſ. 12. in fine, lib. 2. Ceph. conſ. 397. num. 84. lib. 3. Franc. Becc. conſ. 80. num. 7. lib. 1. Boer. deciſ. 182. num. 53. Cranet. conſ. 381. nu. 2.*
23 *lib. 3.* & abſque dubio † ſi talis generalis hypothe-
ca eſſet iuriſiurandi religione confirmata. *Socin. iun. conſ. 129. num. 1. 10. & ſequenti, lib. 2. Boer. d. deciſ. 182. num. 53. Roland. à Valle, conſ. 62. num. 39. & ſeq. lib. 2. Natta, conſ. 426. num. 8. lib. 3. Anton. Gabr. in tit. de Pignor. concluſ. 1. num. 1. & ſeqq.*, & ſignan-
ter *num. 7. Ioſeph. Ludou. Commun. concluſ. 74. in tit. de empt. & vendit. concluſ. 3. in 1. & 2. ampliat.* cum
24 † alioquin ſi non interueniat iuramentum magis
communiter teneant Scribentes per generalem hy-
pothecam non impediri rei hypothecatæ aliena-
tionem, nec dominij illius tranſlationem, *Caſſan. ad conſuetud. Burgund. Rubr. 11. Des Cenſes, §. 6. num. 10. Neguſ. in ſuo tractatu, de Pignor. & hypoth. par. 2. membro 1. num. 5.* de magis communi teſtatur *Peregr. in ſuo tractatu, de fideicom. art. 51. num. 77. Gabr. d. conſ. 66. num. 10. Vinc. de Franch. deciſ. Neapolit.*
25 *355. num. 5.* Licet † omnes abſque controuerſia ad-
mittant quod ſtante hypotheca ſpeciali impedia-
tur rei hypothecatę alienatio, & dominij illius trã-
ſlatio. Cum itaque, vt redeamus vnde digreſſi fu-
mus, Impoſitor Cenſus per primam illius vendi-
tionem eius dominium, vel quaſi tranſtulerit in
primum emptorem, & de præſenti reperiatur vel
penes ipſum, ſi, ſecundum ea quæ mox dicta ſunt
dominij tranſlatio prohibita fuerit, vel penes alios
in quos deinceps Cenſus ille fuit alienatus, vtique
primus Impoſitor & venditor nullum ipſius domi-
26 nium habere poteſt, cum † eiuſdem rei, eodem
tempore duo inſolidum domini eſſe non poſſint, *l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum, ff. comm. Ruin. conſ. 163. num. 12. libro 5.* & per conſequens non poteſt
reali actione contra hunc vltimum Cenſus domi-
num pro illius reuenditione experiri. & hæc ſunt,
quæ pro hac parte magnis vrgere videntur.

Contrariam tamen ſententiam amplectendam
27 eſſe exiſtimo. Quia † licet ſecundum aliquos non
poſſit contra tertios agi actione perſonali ad reuen-
dendum rem venditam cum pacto de reuenden-
do, magis tamen communiter Scribentes in con-
trariam ſententiam inclinant, & illam in Praxi ſer-
uari teſtantur *Paul. de Caſtro, in l. ſi cum venderet, num. 3. ff. de pignor. actione, Couar. Variar. reſolut. lib. 3. cap. 8. nu. 3. verſ. hinc apparet. Guido Papa, deciſ. 49. Magon. deciſ. Lucenſi 80. num. 2. verſ. tamen.* nobis
magis placuit. *Menoch.* qui teſtatur de magis com-
muni, *conſ. 63. in princ. & num. 14. libro 1.* & ita in
puncto reperio fuiſſe firmatum à *Boerio d. deciſ. 182. num. 38.* quem ſequitur *Foller. in ſua Pract. Cenſuali, in verbo, inſtrumentum gratiæ, num. 15. Boccacc. in ſuo tractatu, de Cenſib. par. 2. num. 99. Felician. de Solis, in dd. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 2. lib. 4. cap. vnico, num. 9. verſ. tertia propoſitio.* qui mouentur
pluribus rationibus, ſed potiſſimũ auctoritate con-
ſtitutionum *Martini V. & Calixti III. in cap. 1. & 2. de empt. & vendit. inter Extrauag. commun. verſ. & ſemper in ipſis contractibus,* &c. Quod multò aper-
tius videtur diſpoſitũ per *Pium V. in d. ſua Bulla ſuper forma creãdi Cenſ. in verſ. Cũ verò traditione pretij,* &c.
cuius quidem conſtitutionis verba æquè conue-

Digitized by Google

piunt ſecundo, ſeu vlteriori Cenſus emptori, ac Pri-
mo ponderando in primis illa relatiua, ei, & cui,
pretium dandum erit, &c. nam certè illi dandum
eſt pretiũ, qui eſt dominus Cenſus tempore quo fie-
ri contigerit redemptionem illius, pondero deinde
illa verba *quandocumque, &c.* quæ ſimilitet ſecun-
do, & vlteriori emptori conueniunt; ſi enim Cenſus
poteſt redimi, & extingui quandocumque, non de-
bet iſta generalis facultas reſtringi reſpectu primi
28 emptoris dumtaxat, nam † diſpoſitio generaliter
loquens debet generaliter intelligi, *l. 1. §. & gene-
raliter, ff. de legat. præſt.* Et hæc eadem opinio pro-
batur alia fortiſſima ratione, & ſolidiſſimo funda-
mento: quia cum Cenſus de ſui natura ſecundum
Pontificias conſtitutiones ſit redimibilis etiam poſt
longum, & longiſſimum tempus, etiam centum &
plurium annorum, etiam quod in impoſitione, &
venditione illius pactum de redimendo expreſsè
ſtipulatum non fuerit, vt ſanciuit *Pius V, in d. ſua
Conſtitutione, in verſ. Poſtremo Cenſus omnes*, &c. &
demonſtratum fuit *ſupra par. . . cap. 1. quæſt. 3. art. 7.*
& ideo cum quilibet ſciat, vel ſaltem ſcire debeat,
quod Cenſus ſub alia forma conſtitui, & vendi non
poteſt, & quod tale pactum de neceſſitate vel expri-
mitur, vel ſubintelligitur, quilibet, qui Cenſum emit
videtur ſe ſubiicere, & ſubmittere neceſſitati illum
29 reuendendi, *Crau. conſ. 12. num. 8. lib. 1.* Nam † qui-
libet præſumitur ſe alligare legibus loquentibus de
materia ſuper qua contrahit, & de actu, quem ge-
rit. *Ruin. conſ. 86. num. 16. & conſ. 145. num. 9. lib. 3.
Crauet. conſ. 75. nu. 5. lib. 1.* cum aliis apud *Surd. conſ.
42. num. 6. lib. 1.* & propterea licet iſte ſecundus vel
alterior emptor Cenſus non poſſit conueniri ad re-
uendẽdum illum per actionem perſonalem, vel rea-
lem, vt dicunt ij, qui contrariam opinionem ample-
ctuntur, nemo tamen negauerit, quin Iudex ex ſuo
30 officio, † quod imploranti tenetur impertiri, poſſit
illum ad reuendendum compellere, & multò magis
ſi in iſtum ſecundum emptorem tempore venditio-
nis Cenſus fuerint in ipſo inſtrumẽto tranſlatæ om-
nes actiones reales, perſonales, &c. prout in quoli-
bet inſtrumento alienationis, ſimiles actionũ tranſ-
31 lationes ſtipulari ſolent: nam eo † caſu inefficaces
redduntur actiones, quæ erant penes primum em-
ptorem quo ad ipſum. *Paul. de Caſtro, in l. 4. §. ſi ha-
res, num. 4. C. ad Trebell. & in l. ſi cum emptore, num. 4.
verſ. primus, & ibi Alex. ſub num. 3. Iaſ. ſub num. 5.*
& melius, *num. 14. ff. de pact. 10. Bott. conſ. 62. num. 8.
& 9. Gargiar. Patrocin. 14. num. 8.*
32 Maximè † ſi in dicto inſtrumento alienationis
Cenſus fuerit adhibita clauſula, *Ponens illum in lo-
cum ſuum*, &c. latè *Surd. conſ. 22. num. 35. & ſeq.
libro 1.* Et propterea cum primus emptor Cenſus
tranſtulerit omnes actiones in ſecundum empto-
rem, & ſic deinceps vnus alterum ſucceſſiuè poſue-
rit in locum & ius ſuum, non poterit primus em-
ptor & deinceps alij validè Cenſum reuendere, im-
mo obligatio & neceſſitas reuendendi erit in ſecun-
dum, & deinceps alios ſucceſſiuè emptores tranſla-
ta. Et hanc ſententiam ſequutus fuit etiam *Garz.
Maſtrill. deciſ. Regni Sicil. 142. num. 5. & ſeq. lib. 2.*
vbi pluribus illam comprobat.
33 Bene verum eſt, † quod ſi debitor Cenſus illum
redimat ab eo cui primo loco venditus fuerat, va-
lida erit redemptio & extinctio tamquam facta ab
eo cui Cenſus ille venditus fuerat, licet tempore re-
uenditionis non eſſet illius dominus, *l. filiusfamilias,
C. de pact. ibi Bart. Bald. Alex. l. 5. & Dec.* & poſt
alios *Surd. deciſ. 60. num. 8. & conſ. 43. num. 2. lib. 1.*
quorum auctoritate in his propriis terminis firma-
uit *Rota coram R. P. D. Pirouano, 30. Aprilis, 1610. in
illa Romana repetitionis indebiti.* quæ eſt *poſt Tract. de-
ciſ. 292. num. 6. & ſeq.* & confirmauit *coram eodem in
eadem cauſa, die 25. Iunij eiuſdem anni, 1610.* quæ eſt
ibidem deciſ. 266. in princ.
34 Dummodo † eidem Cenſus debitori non ſit fa-
cta denunciatio per ſecundum emptorem, & ceſ-
ſionarium Cenſus de dicta ceſſione, vel inter ip-
ſum & ceſſionarium præfatum non ſit lis ſuper eo-
dem Cenſu conteſtata, vel iſte debitor Cenſus eun-
dem ceſſionarium aliquando tamquam dominum
dicti Cenſus non recognouerit, iuxta regulam *l. 3.
C. de nouat. Felician. in d. ſuis Commentar. tom. 2. lib. 4.
35 cap. vnico, num. 9 verſ. ſed omnem.* Vel † niſi dictus
debitor Cenſus tempore factæ dictæ redemptionis,
plenam & perfectam ſcientiam haberet de dicta
ceſſione Cenſus, & illius ſecunda venditione cum
omnibus ſuis qualitatibus. *Felician. d. num. 9. verſ.
ſed dubitari conſueuit*, vbi hanc materiam bene de-
clarat, & placuit *Rota coram R. P. D. Pirouano in illa
Romana repetitionis indebiti, 30. Aprilis, 1610.* ſupra
proximè citata.

Alia nunc ſeſe nobis offert diſſoluenda dubita-
tio, quid ſi Cenſus fuerit venditus duobus, vel plu-
ribus. An vnus ex illis compelli poſſit vt partem
ſuam reuendat.

Pro cuius reſolutione ita diſtinguendum eſſe exi-
36 ſtimarem. Aut † illi duo, vel plures emerunt Cen-
ſum pro partibus diuiſis, & ſeparatis, & eo caſu,
cum tot ſit contractus quot ſunt perſonæ, quæ Cen-
ſum præfatum emerunt, licet vnico inſtrumento
contineantur, nemini dubium eſſe poteſt, quin qui-
libet poſſit cogi & compelli ad partem ſuam re-
uendendum, nam tempore impoſitionis, & vendi-
tionis Cenſus tot ortæ fuerunt obligationes ad re-
uendendum illum, quot fuerunt perſonæ, quæ ſe-
paratim & diuiſim Cenſum emerunt, argum. *l.
reos, §. cum in tabulis. ff. de duob. reis*: & ſicut quili-
bet ex illis emptoribus non poſſet recuſare reuen-
ditionem eius partis quam quilibet emiſſet, ſi de
tali venditione fuiſſent confecta & celebrata plu-
ra inſtrumenta diſtincta, & ſeparata, ita dicendum
eſt, quod poſſit cogi & compelli ad reuendendum
partem ſuam, licet ſuper emptione & venditione
Cenſus fuerit confectum, & celebratum vnicum
tantum inſtrumentum: Quia cum partes ſint ſe-
37 paratæ, & ſeparatim & diſtinctè emptæ tot † cen-
ſentur eſſe Cenſus, quot ſunt partes, & tot cenſen-
tur eſſe inſtrumenta quot ſunt venditiones in eo
comprehenſæ, *l. cum eiuſdem, l. ſi plura, ff. de ædil.
edict.* cum aliis apud *Surd. conſ. 150. num. 114. lib. 1.*
Aut verò dicti plures emptores ſimpliciter Cen-
ſum emerunt abſque partium expreſſione, & tunc
38 duas reperio Scribentium opiniones. Nam † *Ti-
raq. de retractu Conuent. §. 1. Gloſ. 6. num. 45. Foller.
in d. ſua Pract. Cenſuali, in verbo, inſtrumentum gra-
tiæ, num. 43. Boccacc. in d. ſuo tractatu, de Cenſib. par. 2.
num. 113.* tenet partem affirmatiuam quod quilibet
ex

Digitized by Google

ex dictis pluribus emptoribus cogi & compelli va-
leat ad reuendendum partem Cenſus firmo & inex-
tincto remanente Cenſu quoad alias partes ea ra-
tione, quia licet ſit vnus tantum contractus, plures
tamen ſunt obligationes & tot quot ſunt perſonæ,
quæ Cenſum illum acquiſiuerunt, *d.l.reos, §.cum in*
tabulis, ff.de duob.reis.

39 Contraria † tamen ſententia verior viſa fuit *Ro-*
man.conſ.305. num.1. & ſeqq. nam quamuis quo ad
eſſentiam, & ſubſtantiam tot ſint obligationes ad
reuendendum quot ſunt perſonæ, quæ Cenſum il-
lum emerunt, *d.§.cum in tabulis, l.eandem, in fine, l.ſi*
reus, ff.eod. attamen legis interpretatione vnicus
cenſetur Cenſus & vnicus contractus propter vnici-
tatem perſonæ vendentis, vt pluribus deducit *Rom.*
ibi, num.2.

40 Ego † verò reſolutionem huius difficultatis pen-
dere exiſtimo à reſolutione alterius de qua paulò
poſt dicemus *art.ſeq.* An ſcilicet, Cenſus ſit de ſui na-
tura indiuiduus, vel potius patiatur diuiſionem, ita
vt teneatur etiam inuitus, & cogi poſſit dominus
Cenſus ad illius diuiſionem, & eius partem reuen-
dere. Si enim reſpectu vnius perſonæ quæ ſola ſit
domina Cenſus permitteretur vt cogi poſſet ad re-
uendendum partem Cenſus ratione ſuæ diuiduita-
tis, eadem ratione erit dicendum hoc cenſeri con-
ceſſum in Cenſu qui ſit plurium perſonarum. & è
contra ſi hoc negari debet in vno domino eiuſdem
Cenſus, non erit concedendum in pluribus. eſt ita-
que ad ibi dicta recurrendum.

41 Ceterum † quidquid ſit de hac difficultate, hoc
tamen certum eſt quod vnus ex dictis pluribus do-
minis Cenſus non poteſt aliis condominis quoad
eorum portionem præiudicare, vt dixit *Rota coram*
Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, 7.Maij, 1607. in illa
Rauennatenſi Cenſus, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. de-*
ciſ.223. num.9. verſ.additur etiam.

Firma igitur ſit concluſio, quod reuenditio Cen-
ſus fieri debeat ab illius domino ſiue ſponte, ſiue
coactè, & iure medio fiat. Ex qua reſultat reſolutio
aliquot difficultatem. & Prima eſt, an maritus cui
fuit ab vxore datus Cenſus in dotem poſſit illum
reuendere?

42 In qua difficultate † licet partem negatiuam ſim-
pliciter amplectatur *Felician. in dd. ſuis Comment. de*
Cenſib. tomo 1. lib.4. cap.vnico, num.6. Mihi tamen
magis placet opinio affirmatiua, ea potiſſimum ra-
tione, quia ſumus in alienatione neceſſaria, vt *ſup.*
43 deductum fuit. Marito aût † licita eſt alienatio rei
dotalis, quando non ex voluntaria, ſed ex neceſſa-
ria cauſa alienat, *l.1.* vbi *Bart.Salic.Alber.* & omnes,
ff.de fundo dot. l.2.C.eod.Gloſ.in princ. Inſt.quib.alien.
lic.vel non. in verbo, prohibetur. & ibi Doctores com-
muniter, maximè *Hippol.Rimin.num.303.cum multis*
ſeqq. & ſignanter *num.330. & infra, vſque ad num.*
351. Roland.à Valle, conſ 80. lib.3. Quod eo magis il-
44 li licere dicendum † videtur, quo conſtante matri-
monio eſt verè dominus rei ſibi in dotem datæ; ſiue
data fuerit æſtimata ea æſtimatione, quæ emptio-
nem & vêditionem facit; ſiue fuerit data inæſtima-
ta: vt declarat *Gloſ.magna, circa med. in l.in rebus, C.de*
iure dotium, vbi multa adducit, & ſequitur *ibi Bart.*
nu.3. & Salic.in fine. Gloſ.in verbo, ipſius, in d.princ.In-
ſtit. Quib.alien. lic, vel non, vbi *DD.communiter,* & *ibi*
Aldobrand.in Addit. dicit communem. & *Hippol.Ri-*
min. pluribus confirmat, *num.321. cum ſeqq.* & plu-
res allegat *Laurent. Zenum.cautela 14. num.3.* Cum
itaque maritus ſit omni caſu dominus dicti Cenſus,
45 videtur ipſi licere illum reuendere: cum † in om-
nibus caſibus, in quibus maritus conſtante matri-
monio licitè alienat res dotales, illas non procura-
torio nomine ſuæ vxoris, ſed ſuo proprio, vti domi-
nus, alienet. Et hanc partem ex profeſſo per ſupra-
dictam rationem amplectitur *Gaſp.Roder.in ſuo tract.*
de ann.redditib. lib.2. cap.15. num.88. Pro qua tamen
concluſione videantur ea, quæ diximus *ſup. par.2.*
cap.2. quæſt.2. art.1. num.24. & ſeqq.

Alia poteſt ex prædictis ſolui dubitatio, An is, qui
pro alio & eius nomine Cenſum emit abſque illius
mandato poſſit eundem Cenſum ſimiliter abſque
mãdato reuendere, ita vt redimens liberetur à fructi-
bus, & à ſorte? Quæ difficultas ex præcedẽtibus fa-
46 cili negotio reſoluitur. Nam † cum iſte non ſibi,
ſed ei pro quo emit Cenſus dominium acquiſierit,
vt diximus *ſupra par.2. cap.2. quæſt.2. art.1. num.28.*
& ſeqq. ſequitur quod non ipſe, ſed dominus Cenſus
pro quo fuit emptus illum reuendere teneatur.

Nec refert quod iſte emptor poſſit ſolutiones fru-
ctuum dicti Cenſus recipere, vt dictum fuit *d.art.1.*
num.34. & ſeqq. Quia vt ibi diximus, hoc prouc-
nit ex tacito quodam & præſumpto mandato & ex
tacita approbatione illius perſonæ ad recipiendum
dictas ſolutiones fructuum reſultãte ex acceptatio-
ne Cenſus eius nomine empti, quaſi illi datum foret
mandatum ad contrahendum, & emendum Cen-
ſum præfatum. Quod tacitum mandatum non ex-
47 tenditur vlterius. Quia ſicut † is qui habet manda-
tum expreſſum ad recipiendum ſolutiones aliud fa-
cere non poteſt, vt poſt alios, dicit *Surd. deciſ.229.*
48 *num.28.* quoniam † debet ſeruare ad vnguem for-
mam ſui mandati, *l.diligenter. ff.mand.* Ita & multò
minus poterit is qui habet dumtaxat mandatum
tacitum, & præſumptum, vt argumentatur *Surd.*
ibidem, num.33.

49 Præterea † retrouendere Cenſum non eſt ſolutio-
nem eius quod ſibi debetur recipere, ſed eſt prio-
rem contractum reſoluere, vt diximus *ſupra hac ea-*
dem quæſt.3. art.1. num.5. & innuit *Felician. in dd.*
ſuis Commentar.de Cenſib. tomo 1. lib.4. cap.1. num.11.
verſ. cum verò principalis. Quæ reſolutio & extin-
50 ctio requirit actum retroſimilem, nec † ea inducitur
ex ſimplici, & nuda voluntate contrahentium, ſed
eſt neceſſaria retrouenditio, vt diximus *d.artic.1.*
51 Cum † autem illa non poſſit fieri in vim taciti &
præſumpti mandati, ſed requiratur expreſſum, &
ſpeciale, vt dixit *Rota corã R.P.D. Ottembergio, 7.Fe-*
bruarij, 1607. in illa Romana Cenſus, quæ eſt impreſſa
52 *poſt Tract. deciſ.186. num.1.* Quale † requiritur in
ipſa venditione. *Alexand. conſ.189. num.7. libro 7.*
dicendum eſt propterea illam non poſſe fieri ab
eo, qui pro alio, & alieno nomine Cenſum emit,
& acquiſiuit: quæ reſolutio videtur ſatis conclu-
denter comprobari ex iis, quæ in fortioribus ter-
minis firmauit *Rota coram Seraphino, d.deciſ.831.*
53 *num.1. & ſeqq.* vbi fuit firmatum, quod is † qui
habet expreſſum mandatum ad exigendum fructus
Cenſus non poteſt Cenſum retrouendere, quia in
venditione requiritur ſpeciale mãdatum: ergo mul-

Digitized by Google

eò minus poterit is, qui non expreſſum, ſed tacitum,
& præſumptum mandatum habet. Pro qua etiam
concluſione optimè facere videtur reſolutio facta
ab eadem *Rota coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio,
7. Maij, 1607, in illa Rauennatenſi Cenſus*, quæ eſt *poſt
Tract, Deciſ. 223*, vbi *num. 1. & ſeqq.* deciditur quod
54 † procurator quantumuis generalis, & ſub quacum-
que facultate etiam cum libera conſtitutus non po-
teſt Cēſum impoſitum ad rationem decem pro cen-
tenario & anno reducere ad octo: ergo multò mi-
nus poterit cum eodem mandato Cenſum ipſum
alienare, & reuendere, *Auth. multò magis, C. de ſa-
croſ. Eccleſ.*

Tertia ſubnecti poteſt dubitatio ex prædictis re-
ſoluenda, An debitor Cenſus iure deſideret illius
reuenditionem ab vno ex pluribus hæredibus do-
mini Cenſus recuſante totum Cenſum reuendere.
Quæ difficultas, iudicio meo, terminanda eſt per
55 conſiderationem caſuum. Primus eſt, † quando il-
le Cenſus ad vnum ex pluribus hæredibus in totum,
& integraliter pertinet iure dominij; & tamquam
talis ſolus poſſidet, & hoc caſu concludendum eſt,
quod iſte ſolus hæres ratione ſui integri dominij
poſſit ſolus conueniri, & compelli ad integri Cenſus
reuenditionem, facta tamen ſibi prius congrua diſ-
dicta, & notificatione futuræ redemptionis, taliter
tamen concepta vt ex ea reddi poſſit certus de ſua
obligatione per oſtenſionem inſtrumenti Cenſus,
vel aliter, aliàs illi nihil noceret diſdicta, vt voluit
*Rota coram R. P. D. meo Vbaldo, 27. Nouembris, 1613.
in illa Anconitana Cenſuum*, quæ eſt impreſſa *poſt
Tract, Deciſ. 278. num. 15.*
56 Secundus caſus eſt, † quādo dictus hæres non poſ-
ſidet dictum Cenſum integraliter tamquam pro-
prium, ſed vti communem cum aliis cohæredibus,
& pro indiuiſo cum illis, & hoc caſu ſit concluſio
quod non poſſit compelli ad reuendendum Cen-
ſum niſi pro portione hæreditaria facta ſimiliter illi
diſdicta & notificatione, vt mox dictum eſt. Et cum
hac diſtinctione ita in hoc articulo tranſeundum
Cenſeo ex not. *d. Soc. ſen. conſ. 253. in 4. dub. lib. 2. Ti-
raq. de retractu conuent. §. 1. Gloſ. 6. num. 42.* & in pro-
priis noſtris terminis, ita diſtinguit *Foller. in d. ſua
Tract. Cenſuali, in verbo, Inſtrumentum gratiæ, num. 42.
Bened. Bon. in ſuo Tract. de Cenſib. art. 89. num. 122. in
fine*, & non obſcurè ſequitur *Felician. d. tomo 1. lib. 4.
cap. 1. num. 9.* qui *ad Foller. d. num. 4.* ſe remittit.
57 Sed † quid, ſi hæredes ſint grauati fideicommiſ-
ſo, cum expreſſa prohibitione alienationis; poterit-
ne eo caſu, vel vnus, vel omnes Cenſum hæredita-
rium reuendere? & *Felician. in d. ſuis Comment. tomo
1. lib. 4. c. 1. num. 5.* partem negatiuam tenet, niſi
accedat Iudicis auctoritas & permiſſio: cùm hæres
ſtante dicta prohibitione alienare non poſſit. *Auth.
res quæ, C. communia, de legat.* cum aliis quos allegat.
Quam ſententiam fuit amplexus etiam *Maſtrillus
deciſ. Regni Siciliæ, 57.*
58 Ego † verò contrariam opinionem eſſe de iure
veriorem puto; tum quia talis alienatio eſt præciſè
neceſſaria, vt diximus *ſup. hoc ead. art. num. 9.* quæ
59 † non cenſetur hæredi grauato interdicta. *Petr. de
Fideicomm. q. 8. num. 255. & infra & num. 549. verſ.
Vnum autem. Menoch. de Præſumpt. lib. 4. præſumpt.
60 189. num. 106.* Tum † quia Fideicommiſſarius vni-
uerſalis pendente conditione fideicommiſſi, non eſt
verè dominus dicti Cenſus, *l. fin. §. ſin autem, ſub qua con-
ditione, C. de cadu. toll.* Et hanc poſteriorem ſenten-
tiam per iſtas rationes amplectitur *Roderic. d. q. 15.
num. 87. Intrigliol. de tract. q. 71. num. 6. Auend. d. cap.
106. num. 8.* Quamuis n. ſit prohibitus alienare bo-
61 na fideicōmiſſo ſubiecta, reuendēdo † tamen Cen-
ſum nihil alienat; ſed ex natura & lege contractus
eum reſoluit, vt diximus *ſup. hac 3. quæſt. art. 1. num. 5.*
62 Et hæc opinio comprobatur, quia hæredi † etiam
grauato fideicommiſſo, ante illius purificationem,
& hæreditatis reſtitutionem, rectè ſoluitur, *l. ante re-
ſtitutam.* vbi *Gloſ. Bal. Alber. Ang. & Imo. ff. de ſolut.*
63 Benè verum eſt, † quòd ſi hæres grauatus Cenſum
reuendat, debet præſtare cautionem ad fauorem
fideicommiſſarij, de conſeruando pretium, vt di-
cunt *Roder. & Auend. ſup. allegati.*

Quarta ſeſe nobis offert dubitatio ex ſupra fir-
mata concluſione reſoluenda reſpectu Cenſus, cuius
dominus moriens reliquit vni vſumfructum, alteri
proprietatem, quis ex eis debeat Cenſum illum re-
64 uendere? In qua dubitatione † licet *Gaſpar. Roder.
in d. ſuo tract. de ann. redditib. lib. 2. quæſt. 15. num. 84.*
nitatur firmare, quod tam vſufructuarius vniuerſa-
lis, quam particularis poſſit ſuo proprio iure ſolus
65 Cenſum reuendere, prout ſentire videtur *Ludouic.
Auend. de Cenſib. Hiſpan. c. 106. num. 7. Intrigl. autem
d. q. 71. num. 1.* vult, quòd ſolus hæres proprietarius
65 reuendat. Ego † tamen cautius facturum exiſtimo
debitorem Cenſus volentem illum extinguere, ſi
pro reuenditione obtinenda requirat, & interpellet
nō ſolum vſufructuarium, ſed etiam proprietarium,
cū tam vſufructuarius ratione ſui vſufructus, quam
proprietarius ratione proprietatis ius in dicto Cen-
ſu habeat. Et pro hac opinione faciunt tradita
per *Cagnol. in l. 2. num. 329. C. de pact. inter empt. &
vendit.* & per *Tiraq. d. Gloſ. 6. num. 29.* & ita in pro-
priis terminis concludunt *Foller. in d. verbo, Inſtru-
mentum gratiæ, num. 35. & ſeq. Bon. d. art. 89. nu. 122.
Boccacc. in d. ſuo tract. de Cenſib. par. 2. num. 105.*

Nec obſtat auctoritas *Roderici d. num. 84.* Quia
innititur falſo fundamento, quod in extinctione
Cenſus non ſit neceſſarius actus retrouenditionis;
ſed quod ſtatim reddito pretio Cenſus contractus
ipſe reſoluatur, & quod contractus iſte cenſualis ſo-
la ipſius venditoris voluntate reſolui poſſit. quod
falſum eſſe fuit demonſtratum *ſupra hac ead. quæſt.
3. art. 1.*

Et quod reuenditio huiuſmodi Cenſus fieri de-
beat coniunctim ab vſufructuario, & proprietario,
& à quolibet pro omni ſuo iure & intereſſe quod in
dicto Cēſu habet, videtur etiam comprobari; Quia
66 † verſa vice neque proprietario ſoli, neque ſoli vſu-
fructuario reuenditio fieri debet, vt docet *Felician.
d. lib. 4. cap. 1. num. 7.* quidquid ſentire videatur *Ste-
phan. Gratian.* poſt hæc ſcripta viſus, *Diſceptat. Forenſ.
tomo 3. cap. 585. num. 24. verſ. Non tamen reſtitutio.*
& infra, dicens quod ſoli proprietario reuenditio
Cenſus facienda ſit.
67 Quod † tamen non videtur procedere in Cenſu
alicuius filijfamilias, cuius vſusfructus, & admini-
ſtratio ad patrem pertineat ex diſpoſitione *L. cum
oportet, §. cum autem, C. de bon. quæ liber.* nam cum pa-
tri ſit cōceſſa maior facultas, quam aliis vſufructua-
rus

rijs ipſe ſolum poterit dictũ Cenſum reuendere, &
ſolus pretium recipere, vt animaduertit *Rota coram
R. P. D. Ottembergio, 8. Martij, 1604. in illa Romana pe-
cuniaria*, quæ reperitur impreſſa *poſt Tract. deciſ.
294. per totum*.
68 In reuenditione † autem huiuſmodi Cenſus ex
mente ſupradictorum pretiu Cenſus reuenditi de-
69 bet remanere penes vſufructuarium cum per † ta-
lem reuenditionem vſusfructus Cenſus non extin-
guatur, *arg. l. vxori meæ, ff. de vſufr. legat.* per quem
tex. poſt *Tiraq. Foller. & Bon.* in locis ſupra allega-
tis pro veriori, concludit *Felician. in dd. ſuis Commen-
tar. tomo 2. lib. 4. c. vnico, num. 15. verſ. de qua quæſtione.
Roderic. ſub d. nu. 84. verſ. pretium autem redempti Cen-
ſus*, & dixit *Rota in dicta Romana pecuniaria coram R.
P. D. Ottembergio* proxime citata, *num. 3. & 4*.
70 Debet † tamen eo caſu vſusfructuarius præſtare
cautionem de conſeruando pretium dicti Cenſus,
& de illo reſtituendo finito vſufructu, vt poſt mul-
tos firmat *Felician. d. num. 15. verſ. quo ad ſecundam*,
(licet ipſe *eodem num. 15. verſ.* ego vero, & infra ni-
tatur deducere leges. quib. Doctores mouentur non
probare eorum intentionem) cum qua etiam ſen-
tẽtia quod vſusfructuarius teneatur dictam cautio-
nem præſtare, tranſiuit *Rota in illa Romana pecunia-
ria coram R. P. D. Ottembergio. 8. Martij. 1604.* quæ eſt
71 *poſt Tract. deciſ. 294. num 6.* vbi † quo ad neceſſita-
tem præſtandi cautionem præfatam *Rota* limitat
in patre habente vſumfructũ in aduentitiis ſui filij.
72 Ceterum ſi † proprietarius voluerit annuatim ſol-
uere illummet reditum, quem vſusfructuarius ante
redemptionem dicti Cenſus ex eo percipere ſolitus
erat, quod poſſit pretium dicti Cenſus conſequi col-
ligitur ex *I. C. in l. fundi Trebatiani, ff. de vſu, & vſufr.
legat.* & tradit in puncto *Foller. in d. verbo, Inſtrumen-
73 tum gratis, num. 36.* Dummodo † tamen proprieta-
rius ſit idoneus. *Bon. in d. art. 49. ſub d. num. 122. Feli-
cian. in dd. ſuis Commentar. tomo 1. lib. 4. cap. 1. num. 7. in
74 fine.* Ac etiam † præſtet omnimodam ſecuritatem
vſufructuario, vt dicit *Felician. in dd. Commentar. to-
mo 2. lib. 4. & cap. vnico, num. 15. verſ. Follerius autem,
in fine*.
75 Quando † autem pretium Cenſus redempti re-
manet penes proprietarium, poterit quidem vſuſ-
fructuarius percipere ab eo eundem reditum, quem
ante Cenſus redemptionem, & extinctionem perci-
pere ſolitus erat à debitore Cenſus, non tamen tam-
76 quam fructus Cẽſus, qui † cum ſit extinctus, fructus
reddere nulla ratione poteſt, *arg. l. eius qui in prouin-
cia, ff. ſi cert. pet.* ſed ratione ſui intereſſe eo ſub præ-
textu quod ſi ipſe pretium dicti Cenſus reuẽditi re-
cepiſſet, vtique ſimilem annuum reditum cum di-
ctis pecuniis comparare ſibi potuiſſet, vel aliter ex
vſu pecuniæ lucrum aliquod, & emolumentum per-
cipere, quod cum id faciendi facultas fuerit ſibi
ſublata ex eo quod pretium illud ad manus pro-
prietarij peruenit, videtur pati euidens intereſſe,
cuius ratione cenſeo omnino dicendum quod poſſit
ab ipſo proprietario eundem annuum reditum, &
reſponſionem tuta conſcientia, & abſque vſuræ ſu-
ſpicione percipere. In hoc tamen remitto me Theo-
logorum iudicio.

ARTICVLI OCTAVI

SVMMARIA.

1 *Cenſus quod ſit de ſui natura diuiduus. & infra.*
2 *Cenſus pars vna tanti valet reſpectu partis, quanti to-
tus reſpectu totius.*
3 *Cenſus pars vna eandem affert vtilitatem reſpectu di-
ctæ partis, quam affert totus Cenſus reſpectu totius.*
4 *Dominus Cenſus quod cogi nequeat inuitus ad reuẽden-
dum partem Cenſus, volunt aliqui.
Contrariam ſententiam tenent alij plures, quos Au-
ctor ſequitur, num. 25.
Dummodo redimatur ad minus pars dimidia, num. 21.*
5 *L. tutor, §. Lucius ff. de vſur. Intellectus, & infra.*
6 *Pœna adiecta nõ ſoluenti debitum intra certum tempus,
non euitatur per ſolutionem partis debiti.*
7 *Creditor compelli non poteſt ad recipiendum creditum
abſque vſuris, quando vſuræ æquè principaliter de-
bentur.*
8. *Crediti diuiſio affert creditori incommoditates.
Declaratur, vt num. 10.*
9 *Debitor pecuniæ non poteſt partem debiti, & minuta-
tim ſoluere inuito creditore.*
10 *Incommoditas, quam ſentit creditor ob crediti diuiſio-
nem, quando ſit conſiderabilis.*
11 *Is qui Cenſum impoſuit & vendidit, non eſt debitor
ſortis.*
12 *Emptor fundi cum pacto de reuendendo non poteſt co-
gi ad reuendendum partem illius.*
13. *Fundus totus plus valet reſpectu totius, quam valeat
pars illius reſpectu dictæ partis.*
14. *Nemo inuitus cogitur incidere in communionem, & ſo-
cietatem.*
15 *Communio ſolet afferre incommoditates, & difficul-
tates.*
16. *Dominus Cenſus quod poſſit inuitus compelli ad reuen-
dendam partem illius, pluribus demonſtratur.
Dummodo debitor Cenſus redimat illum ſaltem pro me-
dietate, num. 21.*
17. *Quod non tollitur cur ſtare prohibetur?*
18. *Clauſula, non obſtantibus, &c. poſita in Conſtitutione
tollit tantum ea, quæ diſpoſitioni ſunt de directo con-
traria.*
19 *Etiam ſi, iſtæ particulæ, ſimul iunctæ demonſtrant di-
uerſitatem in facto, & identitatem in iure.*
20. *Et ſi, hæ particulæ, ſimul iunctæ denotant diuerſitatem
in facto, & identitatem in iure.*
22 *Partis appellatione intelligitur de dimidia.*
23 *Vnus ex pluribus inſolidum obligatis in contractu Cen-
ſus ſi partem redimat, remanet liberatus à reſiduo, ſe-
cundum aliquos.*
24 *Contrarium volunt alij magis communiter.*
25 *Limitatur communis ſi redimens partem vtatur ver-
bis ex quibus colligi poſſit voluiſſe ſe à reſiduo libera-
re, & dominus Cenſus acquieuit, & non fuit prote-
ſtatus.*
26 *Etiam quod alij correi, vel fideiuſſores non ſint ſoluẽdo.*
27 *Secus ſi dominus Cenſus proteſtetur ſe recipere abſque
præiudicio ſuæ obligationis inſolidum.*
28 *Redimens partem ſuam ſimpliciter, & non concipiens
verba taliter quod conſtet velle ſe liberare à reſiduo,
remanet ſimpliciter obligatus pro reſiduo.*
29 *Dominus Cenſus recipiens partem ab eo, qui vtitur ver-*

bis

bis quibus declarat velle liberare ſe à reſiduô, & non proteſtans velle ſibi eſſe ſaluum ius ſolidi, ſibi praiudicat, ſi habeat poteſtatem aliendi res ſuas, ſecus alias.

30 *Redimens partem ſuam Cenſus ſimpliciter de æquitate Canonica, remanet liberatus à reſiduo.*

31 *Pactum quod Cenſus non poſſit redimi niſi in totum, & niſi reſtituto integro pretio, credit illicitum Felician.*

32 *Sed quod pactum iſtud ſit licitum ſequitur Auctor, & comprobat reſpondens contrarijs.*

33 *Hæc ſecunda opinio limitatur ſi debitor Cenſus ſit adeo pauper vt manifeſtè appareat eſſe impoſſibile, vt totum vnica ſolutione redimat, ſecundum Lopez.*

34 *Sed Sotus hanc limitationem non amplectitur.*
Ea tamen non diſplicet Auctori attenta æquitate, n. 36.

35 *Iuſtitia contractus attenditur non ex accidentibus, ſed ex ſubſtantialibus.*

37 *Pactum quod venditori Cenſus liceat illum redimere per partes, eſt licitum.*

Cenſus an inuito eius domino redimi poſſit per partes, & an hoc fieri poſſit per pactum.

ARTICVLVS OCTAVVS.

ANTEQVAM ad reſolutionem huius octaui Articuli veniamus operæpretium eſſe duxi, vt breuiter diſſeramus: An Cenſus ſit de ſui natura diuiduus, vel potius diuiſionem non recipiat. In qua difficultate quidquid aliquando ſentire viſa ſit *Rota corā b. m. Litta, 23. Iun. 1600. in illa Romana Saluiani Interdicti*, quæ reperitur impreſſa *poſt Tract. Deciſ. 272. n. 6.* & antea *coram b. m. Cardinali Pamphilio, 29. Nouembris, 1593. in illa Romana Cen-*
1 *ſus, quæ ibidem eſt deciſ. 283, num. 10.* omiſſa † diſputatione non video quō probabiliter poſſit dubitari quin Cēſus ipſe ſit de ſui natura diuiduus. hoc enim deducitur quam clariſſimè non ſolum *ex c. 1. & 2. de empt. & vendit. int. Extrauag. commun.* in quibus expreſſè diſponitur quod Cenſus poſſit in totum vel pro parte redimi, quod non concederetur ſi eſſet de ſui natura indiuiſibilis; Sed etiam ex conſtitutione edita à *Pio V, ſuper forma creandi Cenſus*, dum ibi *in verſ. Poſtremo Cenſus omnes, &c.* ſanciuit quod ſi res ſuper qua Cenſus fuit impoſitus, & collocatus pereat in totum vel pro parte, aut reddatur infructuoſus in totum vel pro parte, ipſe quoque Cenſus debeat ad ratam perire: ſi enim eſſet de ſui natura indiuiduus deberet non pro parte, ſed in totum perire, & in totum extingui, etiam quod res ſuppoſita periret tantum pro parte, vel pro parte tantum redderetur infructuoſa. Ex qua Piana Conſtitutione ita intellecta Cenſum eſſe de ſui natura diuiduum colligebat *Nauar. in ſuo Comment. de vſur. num. 95. in 12. Gloſ.* vt aduertit *Boccaec. in ſuo tract. de Cenſib. par. 1. num. 13.* Quod eo magis ſentiendum eſſe exiſtimo, quo non repugnant regulæ diuiduorum, & indiuiduorum, quas conſiderant, & explicant Scribentes in *l. 4. §. Cato, & in l. Stipulationes non diuidun-*
2 *tur, ff. de verb. obligat.* tum † quia pars Cenſus diſtincta, & ſeparata ab aliis partibus tanti valet reſpectu ſui ipſius, quanti coniuncta cum aliis partibus, cum vniforme ſit illius pretium, & non poſſit ex poſt facto augeri, vel minui ob expreſſam prohibitionem *Pij V. in d. ſua Conſtitutione, in verſ.* [Declarantes pretium ſemel Cenſui conſtitutum nunquam poſſe ob temporum, aut cōtrahentium qualitatem, ſeu aliud accidens.] nec quo ad vltimo contrahentes minui, aut augeri; & ideo tātūdē valebit pars reſpectu partis, quanti valet totus Cenſus reſpectu totius. tum
3 † quia eandem prorſus vtilitatem affert pars Cenſus reſpectu partis, quam affert totus reſpectu totius, tam quo ad reditum, quia ſi totus, & integer Cenſus, puta centum aureorum in ſorte principali reddit annuum reditum, & annuam reſponſionem, puta octo aureorum, diſtributa ſors puta in octo partes, quælibet pars reddet vnum aureum annuum, & ſic ſi diſtribuatur in plures, vel pauciores partes, nam ſi quælibet pars erit æqualis, æqualem etiam affert reditum; ſi autem partes erūt inæquales, inæqualem reditus partem capient; quam quo ad tempus, quia pro qualibet parte anni inæqualis etiam erit pars reſponſionis & reditus, proportionata tamen vtroque caſu ad tempus, vnde verior videtur opinio quod Cenſus ſecundum ſui naturam ſit diuiſibilis tam reſpectu rei, quam voluntatis contrahentium, vt tenuit *Rota coram Illuſtriſs. Cardinali Ludouiſio, 23. Februar. 1604. in illa Romana Cenſus*, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 125. num. 15.*

Nec obſtat *Deciſio coram b. m. Cardinali Pamphilio*, ſupra in contrarium ponderata, quoniam in ea non dicitur quod contractus Cenſus ſit de ſui natura indiuiduus, ſed quod in cauſa illa fuit habitus pro indiuiduo ex veroſimili mente Iudicis, qui relaxauit mandatum pro tota ſumma. vt *ibi. num. 10.* & ita intelligendam etiam eſſe exiſtimo deciſionem *coram b. m. Litta*, pariter ſupra allegatā, quæ reſpondendo deciſioni factæ *coram b. m. Pamphilio*, conſiderat Cenſus indiuiduitatem iuxta illius deciſionis terminos, & non ſecundum propriam ipſius Cenſus naturam.

Præmiſſa hac Concluſione circa propoſitū Articulum, An Cenſus poſſit inuito domino per partes redimi, duas reperio Scribentium opiniones. Prima
4 fuit negatiua, † quod dominus Cenſus non poſſit compelli inuitus ad reuendendum partem Cenſus, quam ſequutus fuit poſt alios *Stephan. Grat. Diſcept. Forenſ. tomo 2. cap. 223. nu. 4. Franc. Milanenſ. deciſ. Regni Siciliæ, 2. nu. 75. lib. 2. Io. Bapt. Lup. ad l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. Commento 2. §. 2. num. 71. Gaſp. Roderic. in ſuo tract. de ann. reditib. lib. 1. q. 18. n. 37. in fine, & lib. 2. q. 16. num. 34.* & amplexa fuit *Rota coram b. m. Cardin. Pamphilio, 29. Nouembr. 1593.* quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 183. num. 7. & coram b. m. Litta, 23. Iunij, 1600. in illa Romana Saluiani Interdicti*, quæ eſt *ibidem deciſ. 272. nu. 6.* & videtur, quod poſſit confirmari pluribus rationibus, ſed infraſcriptis potiſſimum.

Primò per tex. in *l. Tutor, §. Lucius, ff. de vſur.* vbi *I. C.* reſpondit quod reſtituta parte ſortis adhuc currunt vſuræ totius; vnde ſicut in debito vſurario per ſolutionem partis non ceſſat curſus vſurarum, ſed integræ debētur, ita videtur quod in contractu Cenſus licet reſtituatur pars pretij, & ſortis principalis, non debet ceſſare curſus fructuum totius Cenſus, ſed integraliter ſolui debeant, & ſic Cenſus remanebit indiuiduus.

Sed

5 Sed † huic textui poſſumus multipliciter reſpon-
dere, & quidem Primò ex mente *Bart. in l. quidā exi-
ſtimauerunt, ff. ſi cert. pet.* quem ſequitur *Nauar. in ſuo
Commentar. de vſur. nu. 103. verſ. ad primum*, quod in
d. §. Lucius. I. C. loquatur de debito vſurario, & quod
6 debetur ſub vſuris; vſura aūt eſt quaſi pœna, † quæ
non euitatur per ſolutionem partis, *l. in exequutio-
ne, §. pro parte, ff. de verb. obligat.* In caſu autem Cen-
ſus noſtri annua reſponſio Cenſualis nō ſoluitur lo-
co pœnæ, ſed ipſamet principaliter deducitur in
contractum, & obligationem, cum emptor, & do-
minus Cenſus nil aliud emat, quam ius conſequen-
di, & percipiendi dictum reditum, & dictā annuam
reſpōſionem, vt ſupra ſæpius dictum fuit, & ſignan-
ter *p. 1. c. 1. q. 3. art. 2.* in definitione ipſius Cenſus,
merito non poteſt ex illo tex. *in §. Lucius*. deſumi va-
lidum argumentum ad deciſionem propoſitæ diffi-
cultatis, argum. *l. Papinianus exuli, ff. de min. nor. l. natu-
raliter, §. nihil commune, ff. de acq. poſſeſſ.* Secundò re-
ſpondetur, quod ideo in *d. §. Lucius* currūt vſuræ to-
tius debiti non obſtante obſignatione, & depoſito
partis: quia non fuit factum depoſitum integrum,
ſed diminutum, quod cum non ſuffragetur, nec li-
beret debitorem à curſu vſurarum, vt dicemus *infra
art. ſeq.* nimirum ſi ibi debitor tenetur ad integras
vſuras non obſtante depoſito partis. Defectus au-
tem depoſiti potuit ibi contingere, vel quia nō fuit
depoſita, & obſignata integra pars etiam reſpectu
ſortis, vel potius quia ibi erat debitum cum vſuris;
depoſitum autem, & obligatio fuit facta ſimpliciter
de debito principali; non autem de vſuris, quod vi-
7 detur magis eſſe ex mente I. C. ibi dum dixit, † quod
non poteſt creditor cogi ad recipiendū vnum abſ-
que alio, & ita hunc tex. intelligit *Alber. in d. l. qui-
dam exiſtimauerunt.* vbi *Alex. num. 8. & Iaſ. ſub nu. 6.
in 3. limitat. Salic. in l. 1. C. de ſolut.* & alij apud *Tiraq.
de Retractu conuent. §. 4. Gloſ. 4. num. 1. Neguſ. in ſuo
tract. de pignor. in 2. par. 3. mem. 5. par. princip. nu. 17.
& ſeqq.* Sed in caſu noſtro quæſtio verſatur an do-
minus Cenſus poſſit compelli & cogi ad reuenden-
dum partem Cēſus in ſorte principali, recepta par-
te pretij cum omnibus fructibus vſque ad illā diem
decurſis & maturatis pro dicta parte Cenſus redi-
menda, & ſic agitur de ſoluenda parte ſortis cum
omnibus illius fructibus.

Secundò igitur pro eadem opinione negatiua
8 adducitur ratio ducta † ab incommoditate, quam
reciperet dominus Cenſus ex illius diuiſione; quam
reſpectu creditorum conſiderat I. C. in *l. planè, vbi
Gloſ.* affert concordantes. *ff. fam. hercisc.* Nam † debi-
9 tor quantitatis non poteſt inuito creditore ſolutio-
nem diuidere, neque partem ſui debiti præſtare, *l.
2. §. & harum ff. de verb. oblig. l. obſignatione, C. de ſolut.*
& firmant communiter Scribentes, teſte *Neguſ. d.
parte 2. num. 18.*

10 Verum † huic quoque rationi poſſumus reſpon-
dere, vel ex mente *Nauar. d. num. 103. verſ. ſecundum*,
qui poſt *Dec. & Al. in d. l. quidam*, exiſtimauerunt,
dicit quod iſta incommoditas conſideratur dumta-
xat, quando multiplicantur perſonæ à quibus exi-
gendum ſit debitum quod nullatenus contingit in
caſu noſtro, nec in propoſita quæſtione, cum rema-
neat reſiduum debiti penes eumdem debitorem.

11 Vel † negando quod in propoſito Articulo debi-
tum ſit in pecunia numerata, quinimò reſpectu ip-
ſius Cenſus redimendi, & reſpectu ſortis principa-
lis nec dominus Cenſus dici poteſt creditor, nec im-
poſitor, & venditor illius poteſt dici debitor, *Gabr.
conſ. 141. num. 8. lib. 1. Surd. deciſ. 204. num. 32. Vinc. de
Franch. deciſ. 254. num. 9.* quorum & aliorum auctori-
tate nos diximus *ſupra parte 2. cap. 2. q. 5. in princ.*

Tertiò igitur pro hac negatiua ſententia videtur
12 ſtringere hæc ratio, quia † ſicut is, qui emit fundum
cum pacto de illum reuendendo non poteſt cogi
ad retrouenditionem faciendam de eius parte, ſed
tenetur reuendere dumtaxat totum, ne damnū ſen-
13 tiat tum ex eo † quod plus valet totus, & integer
fundus reſpectu totius, quā eius pars reſpectu par-
tis, *l. Mæuius, §. in fundo, ff. de leg. 2.* cum aliis conge-
ſtis à *Foller. in ſua Pract. Cenſuali, in verbo, inſtrumen-
tum gratia, nu. 37. ad med. verſ. ego autem. Bened. Bon.
in ſuo tract. de cenſib. art. 90. num. 123. Leonard. Leſſ. in
ſuo tract. de Iuſtit. & iure, lib. 2. c. 22. dubitat. 11. num.
14 73. & dubitat. 12. num. 93.* tum † ne cogatur inuitus
incidere in communionem, & ſocietatem quod iu-
ra non facilè admittunt, *l. ſi non ſortem. §. ſi centum,
15 ff. de cond. indebit.* Cum † communio ſoleat afferre
multas incommoditates & difficultates, *l. Pater, §.
dulciſſimis, & ibi Doctor. ff. de leg. 2. l. Sancimus, §. ne
autem, C. de donat.* Ita etiam pari ratione videtur di-
cendum, quod emptor & dominus Cenſus non poſ-
ſit compelli ad illum reuendendum per partes.

Ceterum hæc quoque ratio facili negotio tollitur
ex dictis à *Foller. d. num. 37.* Nam non eſt eadem ra-
tio in reuenditione partis Cenſus, quæ eſt in reuen-
ditione partis fundi, tum quia pars Cenſus ſepara-
ta, & diſtincta ab aliis partibus tanti valet reſpectu
eiuſdem partis, quanti coniuncta cum aliis parti-
bus, & eandem affert vtilitatem pars reſpectu par-
tis, quam affert totus Cenſus reſpectu totius, vt dixi-
mus *ſupra hoc eod. art. nu. 2. & 3.* & conſiderat *Mich.
Salon. in ſuo tract. de Contract. & commerc. human. in tit.
de Cenſib. art. 3. controuerſ. 23. ſub num. 6.* tum quia in
reuenditione partis Cenſus non eſt conſiderabilis
illa ſocietas, & communio, quæ conſideratur in re-
uenditione partis fundi, quoniam dominus Cenſus
in parte non redempta ſolus & inſolidum remanet
dominus, nec illam habet communem pro indiuiſa
cum venditore Cenſus, vt ad ſenſum patet.

16 Quam † ob rem contra fuit opinio quod domi-
nus Cenſus poſſit inuitus cogi, & cōpelli ad reuen-
dendum partem illius. quam in puncto defendit
*Foller. in d. ver. inſtrumentum gratia, num. 37. in fine,
Nauar. in d. ſuo Commentar. de vſur. num. 95. Gloſ. 12.
Boccacc. in d. ſuo tract. de Cenſib. p. 1. num. 13. & ſeq. &
par. 2. num. 106. Felician. de Solis, in dd. ſuis Commen-
tar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. cap. 8. nu. 16. verſ. denique,
ſententiam.* ibi, *& ipſe magis probo. Ludon. Lopez, in ſuo
tract. de contract. lib. 1. c. 59. verſ. igitur à clarioribus.* &
cum qua ego quoque tranſeundum cenſeo. Et eam
poſt hæc ſcripta reperio placuiſſe *Ludon. de Aaend.
in tract. de Cenſ. Hiſpan. c. 107. num. 8.* vbi illam con-
firmat, & reſpondet contrariis, & *num. 11. verſ. quin-
to*, multos concordantes adducit.

Primò per tex. *in c. 1. & 2. de empt. & vendit. inter
Extrauag. commun.* in quibus id expreſsè diſponitur,
17 quæ Conſtitutiones † cum in hac parte non repe-
riantur abrogatæ, & correctæ per *Pium V. in dicta*

ſua

Digitized by Google

ſua Conſtitutione ſuper Cenſib. cenſentur relicta in earum robore & vigore, *arg. l. præcipimus, in fine, C. de appellat. cum vulgar.*

18 Nec obſtat clauſula, † non obſtantibus, &c. poſita in d. Piana Conſtitutione, quoniam illa operatur dumtaxat reſpectu eorũ, quæ dictæ Pianæ Conſtitutioni eſſent de directo contraria; ſecus autem quo ad alia, quæ diſpoſitis in eadem Bulla de directo non contrariantur iuxta tradita per *Rom. conſ. 57. num. 1. Ruin. conſ. 69. num. 3. lib. 1.* cum aliis apud *Marſil. in l. 1. §. ſi ſerui, num. 30. ff. de quæſt.* Secundò, hæc eadẽ ſententia videtur ſatis concludenter con-
„ firmari ex eademmet *Bulla Pij V. in illis verbis.* [Po-
„ ſtremo Cenſus omnes in futurum creandos non ſo-
„ lum re in totum, vel pro parte perempta, vel infru-
„ ctuoſa in totum vel pro parte effecta, volumus ad
„ ratam perire: ſed etiam poſſe pro eodem pretio extingui, non obſtãte &c.] Ex quibus verbis ſatis clarè elici poſſe exiſtimo, quod mens, & intentio Papæ ibi fuit, quod Cenſus poſſit etiam pro parte redimi, & quod dominus Cenſus poſſit compelli ad reuendendum pro parte, ita ratiocinando. Nam ſicut ibi Papa voluit, quod Cenſus perire, & extingui debeat in totum vel pro parte, prout in totum, vel pro parte res ſuppoſita periret, vel infructuoſa efficeretur, ita etiam voluerit, quod idem ſequatur effectus, ſi debitor Cenſus totam vel partem ſortis principalis reſtituat ponderando illas particulas, ſed etiam,
19 † quæ in dicta Conſtitutione ſimul iunctæ dictos caſus coniungunt: licet enim particulæ illæ poni ſoleant inter diuerſa, & demonſtrent diuerſitatem in facto, denotant tamen identitatem in iure inter caſus, quos coniungunt, *l. 1. in princ. ff. de latin. libert.*
20 *tollen.* prout † eandem naturam habent particulæ. Sed &, ſimul iunctæ. *l. ſed & ſi. & ibi not. Bart. ff. de petit. hæred. idem Bart. in l. 2. num. 3. ff. ne quis eum. Iaſ. in l. re coniuncti, nu. 189. ff. de leg. 3.* ſicut igitur reſpectu extinctionis Cenſus, quę cõtingit ob peremptionem fundi cenſuati, vel ex eo quod fundus ille ſit effectus infructuoſus Papa diſponit, quod Cẽſus extinguatur in totum, vel pro parte, prout res ſuppoſita in totum, vel pro parte perierit, vel infructuoſa fuerit effecta: Ita idem ius eſſe debet reſpectu extinctionis, quæ fit per redemptionem, & reſtitutionem pretij, vt ſcilicet, etiam reſpectu extinctionis, quæ hoc modo contingit voluerit ibi ſancire Papa quod extinguatur totus Cenſus ſi totum illius pretium reſtituatur; pro parte autem ſi pars pretij reddatur. & ita videtur ſentire etiam *Boccacc. in d. ſuo tract. de Cenſib. parte 1. num. 13.*

21 Bene verum eſt, † quod retenta pro vera hac ſecunda opinione non erit liberum debitori Cenſus redimere quantulamcumque illius partem ad ſui libitum & arbitrium, ſed debebit ad minus dimidiam partem redimere: nam facultas redimẽdi pro parte conceſſa per *dd. Extrauag. 1. & 2. de empt. &*
22 *vend.* debet intelligi de dimidia, cum † partis appellatione regulariter veniat dimidia, *l. etiam partis, ff. de vſufr. l. nomen filiarum, §. portionis, ff. de verbor. ſignif. & ibi Alc. Rebuf.* & alij, cum citatis à *Feliciano de Solis, d. lib. 1. cap. 8. nu. 17.* licet ipſe ex quadam æquitate contrariæ opinioni adhæreat.

Admiſſa autem pro vera hac affirmatiua opinione, neceſſaria ſequitur dubitatio. An ſi vnus ex pluribus in contractu Cenſus inſolidum obligatis partem & ratam ſuam redimat liberetur ab obligatione ſolidi ita vt in futurum ad nihilum teneatur. Quam quæſtionem excitauit *Tiraq. in ſuo tract. de Retractu conuent. §. 1. Gloſ. 6. num. 40.* & pro illius reſolutione remiſit ſe ad tradita per Scribentes in *l. ſi*
23 *creditores, C. de pact.* † vbi *Alc. num. 18.* pro totali liberatione concludere videtur. quam ſententiam ſequuti etiam ſunt in propriis noſtris terminis *Boccacc. in d. ſuo tract. de Cenſib. par. 2. num. 110.* qui licet pro hac opinione alleget *Foller. in d. ſua Pract. Cenſu. in verbo, inſtrumentum gratia, nu. 41.* ipſe tamen *Foller.* ibi non loquitur ita ſimpliciter, prout illum refert *Boccacc.* ſed cum diſtinctione, quam nos paulò inferius afferemus. ſed opinionem *Alciati* ſimpliciter amplectitur *Felician. de Solis, in dd. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 2. lib. 3. cap. 2. num. 6. verſ. & hactenus Alciat.*

24 Contrariam † tamen ſententiam pro regula conſtituunt magis communiter *Doctores in d. l. ſi creditores,* vt teſtatur *Ronchegal. in d. l. 2. num. 105. cum pluribus ſeqq. & in l. 3. §. vbi duo, verſ. vtique, num. 18. & ſeqq. ff. de duob. reis. & ibidem, num. 23.* optima & concludenti ratione illam confirmat. & cum ea tranſeundum eſſe ego quoque exiſtimo, cum infraſcriptis tamen limitationibus.

25 Primò † vt non procedat quando debitor Cenſus redimens partem ſuam fuiſſet vſus verbis, ex quibus colligi poſſit quod redimeret dictam partẽ animo liberandi ſe à reſiduo, vtputa ſi dixiſſet ſe redimere pro parte ſua, vel pro ſua perſona, vel nomine ſuo, vel protuliſſet alia verba apta importare expreſſionem dictæ ſuæ voluntatis, & dominus Cenſus reuendens acquieuiſſet, & non fuiſſet proteſtatus ſe reuendere talem portionem abſque præiudicio ſuæ obligationis inſolidum quo ad alios correos, & fideiuſſores. *Foller.* in propriis terminis *in d. verbo, inſtrumentum gratia, num. 41.* & probat tex. in
26 *d. l. ſi creditores, C. de pact.* Etiam † quod alij correi, vel alij confideiuſſores non eſſent ſoluendo, *l. inter eos, §. cum inter, ff. de fideiuſſ. Alc. in d. l. ſi creditores,*
27 *num. 6.* Secus † autem ſi talem proteſtationem faceret, eo enim caſu illa mediante vis ſolidæ obligationis ſibi conſeruaret, vt dicunt communiter *Doctores in d. l. ſi creditores, Boer. deciſ. 310. num. 8.* & refert *Felician. d. c. 2. nu. 5. verſ. ſecunda, & ſolemus, Ronchegal. in d. l. 3. §. vbi duo, verſ. vtique, num. 38.* vbi latè inſiſtit, & explicat, *ff. de duob. reis.*

28 Quod † ſi vnus ex correis partem Cenſus redimat, & redimendo non concipiat verba taliter, vt ex illis dominus Cenſus colligere poſſit quod voluerit partem illam redimere tamquam partem ſuam, & pro perſona ſua, eo caſu etiã quod dominus Cenſus ſimpliciter recipiat, non tamen amittit ius ſolidi quo ad alios correos debendi, *d. l. ſi creditores, & ibi Paul. de Caſtro, num. 1. Iaſ. num. 3. in 2. limit.* & alij communiter, ſequitur *Ronchegal.* de magis communi atteſtans *d. verſ. vtique, num. 31. & 37.*

29 Iſta autem † Prima limitatio debet declarari vt ſit vera ſi reuendens ſit perſona, quæ habebat poteſtatem alienandi liberè bona ſua; ſecus autem ſi ſit minor, tutor, curator, vel aliæ ſimiles perſonæ, quibus eſt à iure interdicta libera ſuorum bonorum alienandi poteſtas: cum enim iſta remiſſio iu-

ris

ris ſolidi habeat vim alienationis, *arg. l. magis puto, §. fundum, ff. de reb. cor.* & ſapiat donationem. *Horat. Carpan.* poſt alios quos allegat *ad Statut. Mediolan. cap. 324. num. 19. & ſeqq.* merito qui non poteſt alienare, nec donare non poterit conſentire, vt redimens partem ſuam Cenſus ſe liberet à reſiduo. *Ronchegall. d. verſ. vtique, num. 43.* ſed erunt neceſſariæ ſolemnitates requiſitæ à iure vel ex forma ſtatuti in huiuſmodi perſonarum contractibus.

30 Secunda † aſſertur limitatio ad eandem concluſionem quod licet ſtricto Iure redimēs partem Cenſus ſimpliciter non remaneat liberatus à reſiduo niſi exprimat ſe ſoluere & extinguere pro parte ſua, vel pro ſua perſona, & dominus Cenſus talem ſolutionem admittat, & illi conſentiat, vt dictum eſt, attamen de æquitate redimens partem ſuā ſimpliciter remanet liberatus à reliqua parte, vt poſt *Bar. in d. l. ſi creditores*, proſequitur, & cōfirmat *Ronchegall. d. verſ. vtique, num. 44. & ſeq.* ad quem in contingentia facti recurratur. Quatenus vero quis velit in propoſita principali queſtione eandem partem affirmatiuam amplecti, non incongrua poteſt excitari dubitatio. An pacto fieri poſſit vt Cenſus nequeat niſi integraliter reſtituto toto, & integro pretio redimi & extingui, circa quam vario modo ſenſerunt Scribentes, vt videre eſt apud *Felician. de Solis, in dd. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. libro 1. cap. 8. num. 16. & tomo 2. eod. lib. 1. & cap. 8. num. 12.*

31 Nam † huiuſmodi pactum eſſe illicitum ſenſerunt multi, & ſignanter *Felician. d. tomo 1. lib. 1. & cap. 8. num. 16. verſ. quinta conditio.* Mouetur ea præcipua ratione, quod pactum iſtud videatur minuere, & reſtringere liberam redimendi facultatem, in qua maximè conſiſtit iuſtitia contractus cenſualis, vt non obſcurè elicitur ex *dd. Extrauag. 1. & 2. de empt. & vend. & ex d. Conſtitutione Pij V. ſuper Cenſib.* Aliam rationem conſiderabat *Fernand. Rebell. in ſuo tract. de obligat. Iuſtitiæ, lib. 10. quæſt. vlt. num. 3. verſ. tertia difficultas*, quod ſcilicet pactum hoc repugnet *dictis Extrauag. 1. & 2. de empt. & vend.* per quas datur facultas redimendi Cenſum per partes. Eandem ſententiam amplexus fuit etiam *Ludouic. Auend. d. cap. 107. num. 20.*

32 Contrariam † tamen ſententiam, & quod tale pactum ſit licitum defendunt & affirmant *Sot. de Iuſt. & iure, lib. 6. quæſt. 5. art. 3. concluſ. 4. Ludou Lopez, in d. ſuo tract. de Contract. lib. 1. cap. 59. verſ. ſecunda concluſio. Leonard. Leſſ. in ſuo tract. de Iuſt. & iure, lib. 2. cap. 22. dubitat. 11. num. 73. Mich. Salon. in d. ſuo tract. de Contract. & commerc. human. in tit. de Cenſib. art. 3. controuerſ. 23. num. 5. verſ. Primum ergo illud certum eſt. Franc. Sarmient. Selectar. Interpret. lib. 7. cap. 1. num. 28.* Et hæc opinio placuit etiam *Martino Bonacinæ in ſuo tract. de Contract. diſput. 3. q. 4. puncto vnico, num. 40. verſ. Sed contraria.* vbi multos allegat. Et probabiliorem, & magis conſentaneam non ſolum communi doctrinæ Scribentium, ac iuri communi ex *l. Tutor, §. Lucius, ff. de vſur.* decernente in caſu ſimili non poſſe creditorem compelli ad recipiendum partem debiti etiam diuiſibilis propter damnum, quod interim poteſt accidere ob dictam diuiſionem. Sed etiam naturæ contractus cenſualis, dicit *Rebel. in d. verſ. tertia difficultas.* nam ſicut in emptione Cenſus pretium integrum numerandum eſſe fuit in fauorem vendentis Cenſum cōſtitutum; ita ob æqualitatem Iuſtitiæ ſeruandam videtur dicendū, vt in redemptione eiuſdem Cenſus fieri poſſit pactio, quod idem integrum pretium à venditore Cēſus integraliter reddatur & reſtituatur domino Cēſus in actu redemptionis illius, cum inter contrahentes ſit ſeruanda æqualitas. eandē ſententiam amplexus fuit *Io. Guttierez, Pract. Quæſt. lib. 2. c. 174. nu. 2.* vbi contrariis reſpondet *Federic. Martin. in ſuo tract. de iure cenſu. c. 6. num. 386. Gaſp. Roderic. in d. ſuo tract. de ann. reditib. lib. 1. q. 18. num. 35. verſ. his tamen non obſtantibus*, vbi eam confirmat & reſpondet contrariis.

Cui opinioni ego quoque libentius aſſentior, cum non videam ex dicto pacto aliquo modo reſtringi, vel diminui liberam facultatem redimēdi Cenſum, quod pro fundamento ſibi aſſumebat *Felician. d. verſ. quinta conditio*, relinquitur enim in libera facultate & poteſtate eius, qui ad Cenſus ſolutionem tenetur, vt quandocumque ſibi libuerit Cenſum redimere, valeat quod vnum deſiderant, & iubent Summi illi Pontifices in dictis eorum Conſtitutionibus, ſed quod redemptio debeat fieri vnica, vel pluribus ſolutionibus reſpicit potius commoditatem debitoris, quam liberam facultatem redimendi. Nec *Mart. V. & Calix. III.* qui in dictis eorum *Extrauag.* dant facultatem redimēdi Cenſum per partes prohibent quin pacto fieri poſſit ne redemptio fiat, niſi integraliter, & per ſolutionem integri pretij Cenſus vna tantum vice reſtituendi, vt conſiderat *Rebel. d. verſ. tertia difficultas.*

33 Hanc † autem Concluſionem licet reſpectu ven-
ditionis Cēſus, qui homo diues, & qui facilè redem-
pturus Cenſus vnica ſolutione integraliter iudicari
poſſit, admittat *Ludou. Lopez, in d. ſuo tract. de Con-
tract. lib. 1. c. 59. verſ. tertia Concluſio.* Limitat tamen
quando eſt adeo pauper, vt apertè apparere poſſit
eſſe impoſſibile, vt ipſe poſſit totum & integrū Cen-
ſum vnica ſolutione redimere, quod bonis rationi-
bus comprobat, & eū ſequitur *Emanuel Rodriquez,
in ſua Summa caſuum conſcient. tomo 1. cap. 44. concluſ.*
34 *3. & 4.* Quibus † rationibus licet conetur reſpon-
dere *Sot. d. lib. 6. de Iuſtit. & iure, quæſt. 5. art. 3. in 4.
Concluſ. Mich. Salon. d. controu. 23. nu. 6. verſ. hanc con-
cluſionem. & num. 9. verſ. ad opinionem.* Quod contra-
ctui Cenſus ſit accidentale, quod venditor Cenſus
35 ſit diues vel pauper, & † in contractibus ad cogno-
ſcendum illorum iuſtitiam non ſunt attendēda ea,
36 quæ illis extrinſecus accidunt. Nihilominus † licet
ratio, & reſpōſio iſta de ſtricto iure, & de rigore pro-
cedat, ſatis tamen æqua ſemper mihi viſa fuit ſupra-
dicta ſententia Lopez, à qua in contingentia facti
ego non ita facilè recederem.

37 Multò † autem magis licitum eſſe exiſtimarem pactum, quo inter contrahentes conuenitur, quod venditori & debitori Cenſus, & ei, qui ad illius ſolutionem tenetur liceat redimere illum per partes, & pluribus ſolutionibus diſtinctis & ſeparatis, ſiue pro dimidia, ſiue alia portione, & non minori redemptio fiat, vt firmat *Sarmient. d. cap. 2. in fine*, & ſequitur *Felician. in dd. ſuis Commentar. tomo 1. lib. 1. cap. 8. num. 16. verſic. placet autem. Ludouic. Lopez, d. cap. 59. verſic. ſecunda Concluſio. Mich. Salon. d. controuerſ. 23. num. 5. verſic. primum ergo. & verſ. certum eſt.*

eſt. & Io. Franc. Leonis, in ſuo Theſauro fori Eccleſiaſt. parte 2. cap. 15. de Cenſib. num. 28.

ARTICVLI NONI

SVMMARIA.

1 *Diſdicta Cenſus, eſt de neceſſitate facienda.*
2 *Et fieri debet per bimeſtre ante redemptionem.*
3 *Debitor non debet eſſe nimium delicatus, nec creditor nimium oneroſus.*
4 *Obligatus vendere alieui, ſi alteri vendere velit, tenetur illi denunciare futuram venditionem, & per duos menſes expectare.*
5 *Diſdicta Cenſus debet fieri ex decreto competentis Iudicis.*
6 *Index competens an ſit Iudex debitoris, an creditoris Cenſus.*
7 *Diſdicta fieri poteſt non ſolum à debitore Cenſus, ſed etiam ab eius legitimo procuratore, exhibito tamen inſtrumento mandati, & illo apud acta relicto.*
8 *Diſdicta fieri poteſt non ſolū domino Cenſus, ſed etiam illius legitimo procuratori.*
9 *Diſdicta quomodo fiat furioſo, vel hæreditati iacenti.*
10 *Diſdicta non poteſt fieri minori.*
11 *Sed debet fieri eius tutori legitimè conſtituto.*
12 *Infans citari debet iuxta formam ſtatuti.*
13 *Forma data à ſtatuto, eſt obſeruanda.*
14 *Infans citari non poteſt.*
15 *Citatio facta infanti, eſt nulla.*
16 *Agere volens contra infantem debet citare eius proximiores, vt veniant illum defenſuri.*
17 *Citatio contra proximiores, quomodo ſit concipienda, remiſſiuè.*
18 *Infanti indefenſo non datur curator ad litem, ſed tutor.*
19 *Minor quattuardecim, ſed maior ſeptennio, citatur ad petendum ſibi dari curatorem.*
20 *Diſdicta Cenſus, quomoda concipiatur.*
21 *Dominus Cenſus ſiue ſit major, ſiue minor legitimè citatus ſi ſit contumax, fit depoſitum.*
22 *Oblatio pretij Cenſus etiam realis non ſuffragatur abſque depoſito, & num. 30.*
23 *Depoſitum factum ex abrupto non citato domino Cenſus ad recipiendum, non eſt releuans.*
24 *Depoſitum non poteſt fieri, quando dominus Cenſus non recuſat recipere pretium, & Cenſum reuendere.*
25 *Depoſitum vt afficiat, debet fieri ex aliqua iuſta cauſa.*
26 *Depoſitum vt releuet, debet fieri ex Iudicis decreto.*
27 *Iudex competens pro depoſito faciendo in redemptione Cenſus, eſt Iudex debitoris, qui vult Cenſum redimere.*
28 *Depoſitum vt ſit releuans, debet eſſe liberum.*
29 *Conditio intrinſeca adiecta depoſito, illud non vitiat.*
30 *Item debet eſſe reale, & non ſufficit ſola oblatio.*
31 *Depoſitum confeſſionatum non releuat, ſecundum aliquos.*
32 *Tradidit, hoc verbum importat realem traditionem.*
33 *Depoſitum confeſſionatum quod ſuffragatur debitori, ſentit Rota.*
Maximè conſentiente domino Cenſus, num. 36.
34 *Depoſitum cōfeſſionatū, habet priuilegia realis depoſiti.*
35 *Intellige contra depoſitarium, non contra tertium.*
37 *Depoſitum dicitur reale, licet non interueniat pecunia numerata, ſi detur cedula bancaria.*
38 *Depoſitum vt afficiat, debet eſſe integrum.*
39 *Ita vt non deficiat nummus.*
40 *Etiam in muliere, ruſtico, milite, & minore.*
41 *Mulier, & ruſticus, ſi deficiant circa faciendum depoſitum, reſtituuntur in integrum.*
42 *Depoſitum in materia redemptionis Cenſus debet fieri tam de ſorte, quam de omnibus fructibus non ſolutis.*
43 *Etiam de fructibus duorum menſium diſdictæ.*
Limit. ſi dominus Cenſus ante lapſum duorum menſium pretium recipiat, num. 47.
44 *Societas officij non diſſoluitur nuda voluntate ſociorum, ſed eſt neceſſaria expreſſa renunciatio, & diſdicta.*
45 *In diſdicenda ſocietate officij, ſolet præfigi terminus quindecim dierum.*
46 *Societas officij durat durante termino diſdictæ.*
47 *Debitor Cenſus non tenetur perſeuerare in Cenſu per duos menſes diſdictæ, niſi quatenus dominus velit.*
48 *Summa deponenda pro extinctione Cenſus ſi non ſit liquida, debet vltra depoſitum certæ quantitatis præſtari fideiuſſor de ſupplendo reſiduo, facta liquidatione.*
49 *Depoſitum debet fieri penes perſonam idoneam.*
50 *Depoſitum debet fieri in loco in citatione expreſſo.*
51 *Depoſitum debet habere qualitates, & circumſtantias conſideratas à Doctoribus ibi relatis.*
52 *Depoſito facto debitor Cenſus liberatur à curſu annui reditus, & non antea.*
53 *Depoſitum legitimè factū habet vim extinctionis Cenſus ex actu retro ſimili.*
54 *Depoſitum pro redemptione Cenſus, poteſt fieri quandocumque intra duos menſes à die diſdictæ Cenſus.*
55 *Etiam vltima die dictorum duorum menſium.*
56 *Dummodo fiat intra illorum duorum menſium tempus.*
57 *Depoſitum notificari debet hæredibus domini Cenſus, ſi ille moriatur poſt depoſitum legitimè factum.*
58 *Hæredibus domini Cenſus morientis poſt factum depoſitum eſſe notificandum ius redimendi Cenſum, volunt aliqui.*
59 *Vtilem eſſe hanc notificationem non neceſſariam, dicit Foller. & Auctor probat.*
60 *Reuenditio Cenſus fieri debet Iuris neceſſitate cogente.*
61 *Depoſitum factum à debitore Cenſus, ſi dominus Cenſus recuſet recipere abſque iuſta cauſa, perit eius periculo.*
62 *Niſi aliter inter contrahentes conuentum ſit.*
63 *Debitor Cenſus poteſt liberè depoſitum factum repetere, exceptis caſibus ibi expreſſis.*
64 *Debitor Cenſus repetens depoſitum, non cenſetur renunciare iuri redimendi Cenſum.*

Dominus quomodo ſit interpellandus pro reuenditione Cenſus, & quid ſit agendum ſi recuſet reuendere.

ARTICVLVS NONVS.

PROSEQVENDO materiam reſolutionis & extinctionis Cenſus per redemptionem, quam in hac 3. quæſt. principali pertractandam propoſuimus, cum per *Pium V. in ſua Bulla ſuper forma creandi Cenſus* ſancitum fuerit, quod quando traditione pretij reditus extinguendus eſt, debeat id denunciari

ciari ei, cui pretium dandum erit quod nos *ſupra hac*
ead. quæſt. 3. art. 7. diximus obſeruandum eſſe ſiue
Cenſus reperiatur penes ipſum, qui Cenſum emit,
ſiue penes illius hæredes: & cum hæc denunciatio,
1 & † diſdicta fit adeo neceſſaria, vt aliter facta Cen-
ſus redemptio ſit nulla, & non legitimè facta, vt
probauimus *ead. quæſt. 3. art. 1. num.* 20. Ideo operæ-
pretium eſſe duxi vt congruo ordine aliqua de illa
in hoc nono articulo inueſtigemus.

Et cum in iure, nec ex Pontificum conſtitutioni-
bus aliquam certam, & determinatam formam ha-
beamus, quæ in huiuſmodi denunciationibus ſer-
uari debeat, ſed poſſit concipi quibuſcumque ver-
bis, ex quibus apparere queat, mens, & intentio de-
bitoris Cenſus volentis illum redimere, vt dictum
fuit *d. art. 1. num.* 25. Ideirco decreui referendo for-
mam, quam in hac Peruſina Curia vſus, & commu-
nis ſtilus, & practica approbauit, indicare, & quaſi
digito demonſtrare quomodo, & qua forma de-
nunciatio præfata fieri conſueuit, vt quilibet poſſit
ſuo arbitratu & verbis ad id aptis ſimiles denun-
ciationes concipere. Debitor igitur Cenſus deſi-
derans ſe liberare ab onere annuæ reſpõſionis cen-
ſualis, quo reperitur grauatus, & Cenſum per reſti-
tutionē pretij extinguere, debet per aliquod tem-
pus ante id denunciare, & notum facere domino
Cenſus, vt ipſe poſſit ſtatuere, & deliberare de rein-
ueſtiendis ſuis pecuniis, vt admonuit *Rota coram Se-*
raph. deciſ. 1413. num. 2. parte 2. & nos diximus *d.*
2 *art. 1. num.* 18. Quod † tempus *Pius V. in d. ſua Con-*
ſtitutione, in verſ. cum verò traditione, &c. taxauit &
reduxit ad duos menſes, quod exiſtimauit eſſe con-
3 ueniens, & congruum, cum † nec nimium delicatus
debitor, nec nimium oneroſus creditor eſſe debeat,
l. ſi ſeruus, in fine, ff. de pignor. act. quod bimeſtrale
tempus videmus in ſimili exiſtimari congruum, &
4 tale † concedi ei, cui res aliqua ex pacto vendi de-
bet: nam ſi dominus rei illius velit eam validè, &
legitimè alteri perſonæ vendere, tenetur futuram
venditionem denunciare ei, cui ex pacto venden-
da eſt, & illum requirere an velit emere, cui ſolet
aſſignari terminus duorum menſium ad deliberan-
dum an emere velit, quo termino elapſo dominus
rei vendendæ cenſetur à dicto onere liberatus, &
rem illam poteſt cuilibet emere volenti, vendere.
Doctor. in l. qui Romæ, §. cohæredes maximè. Alex. nu. 7.
ff. de verbor. obligat. Rom. conſ. 27. num. 4. & conſ. 182.
num. 4. & ibi Mandoſ. in vlt. addit. Franc. Zoannett. in
ſuo tract. de empt. & vendit. ſub pact. num. 87. verſ.
Vnde.

5 Debet † etiam debitor Cenſus huiuſmodi de-
nunciationem facere non ex abrupto, & propria
auctoritate, ſed de mandato, & ex decreto Iudicis
6 competentis. Et † licet *Gaſpar. Roderic. in ſuo tract.*
de ann. redit. lib. 2. q. 18. num. 54. hoc caſu eſſe adeun-
dum Iudicem creditoris, & domini Cenſus exiſti-
met, argumen. *l. 2. C. vbi, & apud quem. & ibi not. per*
Gloſ. & Doctor. Signorol. conſ. 162. num. 4. & Tiraq. de
retract. Lignag. §. 8. Gloſ. 5. num. 2. Ego tamen liben-
tius amplector opinionem contrariam quod debeat
adiri Iudex debitoris volentis Cenſum redimere;
non autem Iudicem domini Cenſus, motus auctori-
tate *Bal. in l. acceptam, q. 13. num. 24. C. de vſur.* quem
ſequitur *Alex. conſ. 103. num. 4. lib. 5.* ad quos in ſimi-
li caſu ſe retulit ſimpliciter *Signol. in l. 2. C. de reſcind.*
empt. & vendit. ſub num. 113. & illos ibi refert, & ſe-
quitur *Io. Bapt. Lup. Commento 2. §. 4. num. 14.* & in
propriis terminis, dicit *Felician. de Solis, in ſuis Com-*
mentar. de Cenſib. tomo 2. lib. 4. cap. vnico, nu. 3. in fine,
verſ. ſed coram quo Iudice. Roderic. autem *d. num. 54.*
ego intelligerem procedere in terminis in quibus
loquitur *d. l. 2.* & alij per ipſum allegati, videlicet,
quando quis comparet tamquam actor petēdo re-
ſcindi, & annullari contractum tamquam nullum,
& per fraudem, & dolum, aut alios præter, & con-
tra ius celebratum. In caſu autem noſtro venditor
& debitor Cenſus comparet tamquam reus vt libe-
ret ſe, & bona ſua à nexu, & obligatione ſoluendi
annuam reſponſionem cenſualem, & contractum
ipſum non impugnat, & ideo ſuum, non domini
Cenſus Iudicem adire debet, vt dicunt *Bal. & Alex.*
ſupra allegati.

7 Poteſt † autem debitor Cenſus adire Iudicem
nō ſolum per ſemetipſum, ſed etiam mediantē per-
ſona ſui legitimi procuratoris, quo tamen caſu pro-
curator debet exhibere, & dimittere apud acta in-
ſtrumentum mandati, vt admonuit *Rota coram R. P.*
D. meo Vbaldo, 24. Maij, 1614. in illa Anconitana bo-
norum quæ eſt impreſſa *poſt Tract. Deciſ. 84. num. 9.*

8 Obtento † autem decreto Iudicis de denuncia-
tione facienda curabit debitor Cenſus, vt huiuſmo-
di denunciatio fiat vel ipſi domino Cenſus, qui ſit
maior, vel eius legitimo procuratori, iuxta ea quæ
dicta ſunt *ſupra hac ead. quæſt. 3. art. 1. num. 21. 22.*
& 23.

9 Si autem † dominus Cenſus ſit furioſus, vel deceſ-
ſerit, & illius hæreditas iaceat, vel abeſſe cœperit
nullo relicto procuratore, ſi debitor parauit pecu-
niam vt Cenſum redimat, & velit ſe liberare à curſu
fructuum, debet curare dari curatorem bonis fu-
rioſi, vel abſentis, vel hæreditati iacenti, prout ca-
ſus feret, & tali curatori diſdictam faciet, & pre-
tium Cenſus offeret, vt admonet *Roderic. d. tract. ſu*
de ann. redit. lib. 2. quæſt. 15. num. 57. vbi hanc ma-
teriam latè proſequitur. Si verò dominus Cenſus,
10 & is qui pretium dandum erit ſit minor † cui talis
denunciatio, & diſdicta de iure fieri non poteſt.
Bart. in l. ſi ex legati cauſa, num. 3. ff. de verbor. obligat.
& animaduertit in puncto *Gaſpar. Roderic. in d. ſuo*
tract. de ann. redit. lib. 2. quæſt. 15. ſub num. 49. &
cum iſta ſententia tranſiuit etiam *Intrigliol. ſup. Bul.*
de Cenſib. quæſt. 70. num. 4. & ibi addentes, quæ etiam
placuit *Rota coram R. P. D. meo Vbaldo, 27. Nouem-*
bris, 1617. in illa Anconitana bonorum ſeu Cenſuum,
quæ eſt impreſſa *poſt Tract. Deciſ. 278. num. 7.* Ideo
tali minori erit facienda diſdicta & denunciatio
ordine infraſcripto.

11 Si dictus † minor habet tutorem legitimè conſti-
tutum, illi eſt facienda diſdicta, & intimatio, *l. ſed ſi*
ex ſtipulatu. & ibi Gloſ. & Bart. in lectura quam facit
ſub d. l. ſi ex legati cauſa, num. 3. vbi etiam *Paul. de Ca-*
ſtro, num. 4. ff. de verbor. obligat. l. ſi dictum, §. fin. vbi
Gloſ. in verbo, pupillo, & Doctor. ff. de euict. per quæ
iura ita dixit *Rota coram R. P. D. meo Vbaldo, in illa*
Anconitana proximè allegata, *num. 8.*

12 Si autem † minor præfatus non habeat tutorē le-
gitimè cōſtitutum, erit inueſtigandū, an ſit infans,
vel maior infante. Siquidem ſit infans, & hoc caſu

Y ſi in

Digitized by Google

ſi in loco vbi dictus infans habitat adſit ſtatutum à
quo detur aliqua forma citandi, prout eſt in Ciuita-
te Peruſiæ, patria mea, *in Rubr. 20. lib. 2. ſtat.* & ab ea
13 non † eſſet tutum recedere abſque periculo nulli-
tatis. *Alex. conſ. 137. nu. 16. lib. 2. Felin. in c. cum dile-
cta, num. 36. & 55. ext. de reſcr. Ladrcb. Imol. conſ. 184.
n. 11. verſ. ſi enim forma ſtatuti. lib. 1. Aſin. in ſua Praxi
Iudiciar. §. 28. cap. 3. per tot.* & ſignanter *nu. 2. & ſeq.*
14 Ceſſante † autem ſtatutaria diſpoſitione, & pro-
uiſione & tūc, quia infans nec debet, nec pot citari,
l. 4. ff. de in ius voc. Affl. deciſ. 262. nu. 5. & alij relati à
15 *Neuiz. conſ. 17. nu. 1.* Et ſi † citetur, citatio eſt nulla,
& inanis, vt dicit *Iaſ. in d. l. 4.* quam legit cum *l. in ius
16 voc. nu. 11. eod. tit. de in ius voc.*, erunt † citandi con-
ſanguinei, & affines illius vt veniant ad defenden-
dum eū in Iudicio, mouēdo cōtra ipſum à debitore
Cenſus occaſione reuenditionis talis Cenſus, *l. hac
autem, §. non defendi, ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. Ne-
uiz. d. conſ. 17. num. 1. & ſeqq.* & maximè *num. 29. &
ſeqq. Bal. in c. 1. nu. 20. de Milit. Vaſal. in vſib. feud. Cra-
uet. conſ. 275. nu. 1. verſ. itaque, lib 2. Boccacc.* in puncto
17 *in ſuo tract. de Cenſib. par. 2. nu. 104.* Quo † modo au-
tem ſit concipienda dicta citatio, & ſub qua forma
ſint citandi conſanguinei, & affines, docet *Gloſ. in d.
§. non defendi, in verbo, quos habet, in fine, & ibi Bar.
num. 4. Neuiz. d. conſ. 17. num. 29.* Quibus conſangui-
neis ſic citatis comparentibus fiet iudicium cum ip-
ſis, & proceſſus dicetur ritè fabricatus.
18 Quod ſi † nullus cōſanguineus aut affinis veniat
defenſurus infantem, eſt inſtandum coram Iudice
vt illi conſtituatur, & deputetur ad eā litem, & eum
actum non curator, cum illum infans petere nō poſ-
ſit & curator non detur niſi petenti, ſed tutor cum
quo Iudicium iſtud exerceatur legitimè, vt docet
*Affl. d. deciſ. 262. num. 5. Neuiz. d. conſ. 17. num. 30. &
ſeqq. & num. 60. verſ. & prædicta ad euitandum. Ro-
bert. Maranta, in ſuo tract. de ord. Iudic. par. 4 diſtinct.
16. ſub num. 36. Caualcan. in ſuo tract. de tutore & cu-
rat. num. 281. in fine.*
19 Quod † ſi dominus Cenſus ſit quidem minor, ſed
maior infante tunc in locis vbi per ſtatuta eſt data
certa forma procedendi cōtra huiuſmodi minores,
erit ad vnguem illa obſeruāda. Ceſſante autem ſta-
tutaria prouiſione erit ipſemet citandus ad peten-
dum ſibi dari curatorem ad litem quam cum eo ha-
biturus eſt ipſe debitor Cenſus inſtās occaſione re-
demptionis talis Cenſus, cui comparenti, petenti, &
nominanti aliquem pro ſuo curatore ille dabitur, ſi
idoneus Iudici videbitur. Ipſo autem minore exi-
ſtente contumace, & contumacia per debitorem
Cenſus incuſata, eidem minori dabitur Curator à
Iudice ex officio, & iudiciario nomine, quem ipſe-
met Iudex elegerit, *Affl. deciſ. 256. num. 2. Neuiz. d.
conſ. 17. num. 40. cum multis ſeqq.* & ſignanter *num.
57. & ſeqq. Caualcan. in d. ſuo tract. de tutore & curat.
num. 282. per tex. in l. 1. C. qui pet. tutor.*
20 Debebit † igitur debitor Cenſus, qui pecuniam
paratam habet pro redemptione annuæ reſponſio-
nis cenſualis, qua grauatus reperitur, adire Iudicem
competentem vel per ſemetipſum, vel mediante
perſona ſui legitimi procuratoris, & ex illius decre-
to ad notitiam vel ipſiuſmet domini Cenſus, vel al-
terius legitimæ perſonæ pro eo, deducere, qualiter
ipſe comparens eſt paratus redimere Cenſum (ex-
primendo qualis ſit iſte Cenſus, & indicādo inſtru-
mentū, annum, menſem, & diem quo confectū fuit,
& nomen Notarij, cuius manu confectum fuit) &
illi realiter & cū effectu offerre pecunias neceſſarias
pro dicta redemptione facienda tam pro ſorte prin-
cipali, quam pro ſolutione fructuum dicti Cēſus ex-
curſorū, & nondum ſolutorū, & in poſterū per duos
menſes proximè futuros excurrēdorum; & proteſta-
ri per ſe non ſtetiſſe, neque ſtare, necnon requirere
eundem dominum Cēſus, vel aliam legitimam per-
ſonam pro eo ad recipiendum pretium dicti Cen-
ſus, ac fructus decurſos, & nō ſolutos, ac ēt decurren
dos durāte termino dictorū duorū menſiū præfixo-
rū à *Pio V. in d. ſua Bulla ſuper Cenſib.* & hoc ne igno-
rantiam aliquo modo prætendere poſſit, & valeat.
21 Domino † autem Cenſus exiſtente contumace,
& illius contumacia legitimè incuſata erit rurſus ci-
tandus pro certa die, & hora ad recipiendum in ta-
li loco pretium Cenſus, vnà cum dictis fructibus de-
curſis, & non ſolutis, & in poſterum decurrendis
etiam per dictos duos menſes poſt factam Cenſus
diſdictam, & ad remittendum iura, ſeu aliàs dictum
Cenſum reuendendum, & quietandum in forma,
aliàs ad videndum mandari fieri depoſitum, tam
de pretio Cenſus, & ſorte principali, quam de dictis
omnibus fructibus penes idoneam perſonam à Iu-
dice eligendam. & obtento decreto de deponendo,
fiet depoſitū penes perſonam à Iudice nominatam,
vt admonet *Io. Bapt. Lup. in d. Comm. 2. §. 4. num. 105.
verſ. quamobrem. Boccacc. in d. ſuo tract. de cenſib. p. 2.
22 nu. 117.* Nam † ſola oblatio etiam realis non ſuffra-
garetur, vt permulta iura cōcludit *Feder. Mart. in ſuo
tract. de iure Cenſ. c. 8. nu. 39. & ſeqq.* & dicemus infra
n. 28. vbi plures allegantur quidquid cōtrarium la-
tè conetur defendere *Roder. in d. q. 15. n. 62. cum ſeqq.*
23 Iſtud † autem depoſitū ſi fieret ex abrupto, non
facta requiſitione domino Cenſus, vel alteri legiti-
mæ perſonæ pro eo ad recipiendum pretium Cēſus,
& fructus omnes vt ſupra, & ad reuendendum Cen-
ſum cum comminatione quod aliàs fiet depoſitum,
debitori Cenſus non ſuffragaretur, *l. acceptam. & ibi
Doctor. C. de vſur. Tiraq. de retractu Lign. §. 9. Gloſ. 3.
nu. 5. Iaſ. conſ. 9. nu. 11. lib. 1. Curt. iun.* qui de commu-
ni *conſ. 28. ſub nu. 1. Rol. à Valle*, qui ſimiliter de com-
muni teſtatur *conſ. 63. nu. 31. lib. 1. Io. Bapt. Lup. d. §. 4.
nu. 105. in princ.* & in propriis noſtris terminis *Felic.
de Solis, in d. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 2. lib. 4.
cap. vnico. nu. 2. verſ. ſecundo. Gaſp. Roderic. d. quæſt. 15.
nu. 53.* & fuit dictum in *Rota coram Illuſtriſſimo Car-
dinali Ludouiſio. 4. Iunij, 1600. in illa Romana Cenſus.*
quæ eſt impreſſa *in fine Tract. deciſ. 295. nu. 1. coram
b. m. Iuſto, 16. Februarij. 1604. in illa Anconitana Cen-
ſuum.* quæ eſt *ibidem deciſ. 277. num. 7. & 8. & rurſus
in eadem cauſa. 24. Maij. 1613. coram R. P. D. meo Vbal-
do.* quæ *ibidem eſt deciſ. 84. num. 11.* & aliàs ſæpè.
24 Si enim † dominus Cenſus non fuerit legitimè in-
terpellatus ad recipiendum pretium Cenſus, & fru-
ctus omnes vt ſupra, non poteſt deregi an ipſe velit,
vel ne illud recipere, & Cēſum retrouēdere; depoſi-
to autem locus eſſe non poteſt, quando ipſe legitimè
interpellatus nō recuſat recipere, & Cenſum retro-
uendere, vel omnia ad quæ de iure tenetur adim-
plere, ad tex. in *l. qui decem. ff. de ſolut. Gabr. conſ. 57.
num. 6. lib. 1.* facit *l. nec creditores, C. de pignor. act.*

per

per quem tex: Andr.Facchin.controuerſ.Iur.lib.2.cap.
42. verſ.ego ſanè. & dixit Rota in vna Romana Cenſus,
2.Aprilis, 1607. coram R.P.D. Manzanedo, quæ eſt
25 poſt Tract.Deciſ.296.nu.3. Nam † depoſitum vt rele-
uet debet fieri ex aliqua legitima cauſa, l.qui mu-
tuam, §.1. ff.mandat. l.fideiuſſor qui, ff.de fideiuſſ. Cra-
26 uet.conſ.705.num.8.& dicit Rota ibi, nu.1. Ac † etiam
præcedente decreto competentis Iudicis. Iudex au-
27 tem competens † eſt Iudex ipſius debitoris Cenſus,
qui vult illum redimere. Bald.in l.acceptam, num.24.
C.de vſur. Alex.conſ.103. num.4. lib.5. Cagnol. in l.2.
nu.113. & ibi Io.Bapt.Lupus, num.114. C.de pact.int.
empt. & vend. Caroce.de Depoſ. par.2. q.86. Felician.d.
lib.4.cap.vnico,num.3.in fine; alids non eſt releuans,
Rol.à Valle, poſt alios, d.conſ.63. num.32. lib.1. & in
propriis terminis Felician. d.lib.4. & cap.vnico,nu.3.
verſ. quinto requiritur, & Mich.Salon. in ſuo tract. de
Contract. & commerc.human. in tit. de Cenſib. art.3.
controuerſ.18. num.11. verſ. Dico tertio.

Vbi autem ad depoſitum faciendum peruenien-
dum erit, curare debet debitor Cenſus vt illud fa-
ciat cum debitis circumſtantiis, & quidem.

28 Primò, † vt ſit liberum, & non cautelatũ & con-
ditionale, Bart.in l.ſoluturus,nu.5 ff.de ſolut. quem in
noſtris propriis terminis ſequitur Foller. in ſua Pract.
Cenſuali,in verbo,inſtrumentum gratia,nu.52., Boccacc.
in d.ſuo tract.de Cenſib.par.2. nu.121. Felic.d.lib.4. &
c.vnico, nu.3. verſ.quarto requiritur, & reſoluit Rota
in pluribus cauſis, & ſignanter coram R.P.D.Manza-
nedo in illa Romana Cenſus, 2.Aprilis, 1607.ſupra pro-
ximè allegata, nu.2. & in eadem cauſa coram eodem, die
13.Iunij, 1608.quæ ibidem eſt deciſ.238.nu.1. & coram
Illuſtriſs.Cardinali Ludouiſio, 6.Iunij, 1611.in illa Laure-
tana bonorum, quæ eſt ibidem deciſ.297.num.8. & co-
ram R.P.D. Dunazet, 25.Nouembris, 1613.in vna Ia-
nuenſi Cenſus, quæ eſt ibidem deciſ.173.num.7. Alids
non ſuffragaretur etiam quod fieret ex decreto Iu-
dicis, vt dixit Rota in dicta Romana Cenſus coram R.P.
D.Manzanedo, 13.Iunii.1608.proximè allegata, nu.6.
29 Niſi conditio † tacitè ineſſet, & eſſet intrinſeca re-
ſultans ex ipſomet inſtrumento Cenſus. Foller.in ſua
Pract. Cenſuali, in verbo, Inſtrumentum gratia, nu.52.
quem ſequitur Intrigliol. in d.tract. q.78. num.13.
30 Secundò, † depoſitum debet eſſe reale, nec ſufficit
ſola oblatio, l.acceptam, C. de vſur. Tiraq. de retractu
Lign. §.11. Gloſ.2. num.16. & de retractu Conuent. §.4.
Gloſ.6.nu.4. Neguſ.de Pignor. & hypothec.p.5.memb.3.
p.2.nu.17. Boer.deciſ.124.nu.25. Ioſeph Ludouic.deciſ.
Peruſ.105.nu.2. & ſeq. & in noſtris propriis termi-
nis Foller.in ſua Pract. Cenſuali, in d.verbo, inſtrumen-
tum gratia, num.46., Bened.Bon. in ſuo tract. de Cen-
ſib.art.94.num.127., Boccacc. in d. ſuo tractatu, par.2.
num.204., Felician.de Solis, qui multos allegat d.lib.
4. cap.vnico, num.1. in 1.tomo, & in 2.tomo, eod. lib.4.
& cap.vnico, num.2. & nos ſupra diximus, num.22.
31 Prout † nec releuaret depoſitum confeſſionatum,
ſi credimus. Bon. d.tract.art.96. nu.129. Io.Bapt.Lup.
ad d.l.2. C.de pact.int.empt. & vendit.comment.2. §.4.
nu.108., Felic.d.tomo 2.lib.4. & cap.vnico, nu.2. quod
videtur ſenſiſſe etiam Boccacc.d.p.2.nu.117.& nõ vi-
detur eſſe alienum à mente Pij V. in d. ſua Conſtit.de
Cenſib. in verſ. Cum vero traditione pretij, &c. ponde-
32 rãdo illud verbũ traditione, † quod requirit realem,
& actualem traditionem, vt in ſimili conſiderat Ti-
33 raq. d.§.4 Gloſ.6.nu.22. Contrarium † tñ quo ad de-
poſitũ confeſſionatũ tenuit Rota coram b.m. Iuſto, 9.
Aprilis, 1601. in vna Romana Cẽſus, quæ eſt poſt Tract.
deciſ.131.nu.3. & ſeq. & coram eodem, die 16. Februa-
rij, 1604. in illa Anconitana bonorum, quæ eſt ibidem
deciſ.277.num.12. Quod non videtur carere optima
34 ratione, cum † depoſitũ confeſſionatũ habeat pri-
uilegia veri, & actualis depoſiti, ſecundum magis
cõmunem opinionem Scribentium, de qua teſtatur
Bellon.in §.Præterea, in princ. Inſtit. quib. mod.re contra.
oblig. & refert Vinc.Caroc. in ſuo Tract. de depoſit.p.1.
35 q.2. nu.18. Maximè † contra ipſum depoſitariũ con-
tra quem hmõi depoſitũ confeſſionatũ hẽt paratam
executionem ſicut verũ, & reale. Tiraq. d.§ 4.Gloſ.6.
36 nu.13. & 19. Io.Bapt.Lup.d.§.4 nu. 108. Et † abſque
dubio procederet opinio Rotæ cõſentiente domino
Cenſus, & tale depoſitũ confeſſionatũ acceptãte, vt
poſt Natt.conſ.231.nu.4. dicit Rota coram b.m. Iuſto,
9. Aprilis, 1601. in illa Romana Cenſus ſupra proximè
allegata, nu.3. Et in caſibus conſideratis à Foller.in d.
verbo, inſtrumentum gratia, n.48. & à Bon. d.tract.art.
37 96.nu.129. Dicetur † aũt depoſitũ actuale, & reale
etiam quod pretium Cẽſus non fuerit depoſitatum
in prompta & numerata pecunia, ſed depoſitata
dumtaxat fuerit cedula bancaria, vt dixit Rota co-
ram b.m. Iuſto pluries, & maximè in illa Romana Cen-
ſus, 9. Aprilis, 1601. quæ eſt poſt Tract. Deciſ.131.
nu.2. & in eadẽ cauſa, 18.Martij, 1602. quæ eſt ibidem
deciſ.132.nu.1. & in vna Romana fructuum Cenſus, 9.
Aprilis, 1606. quæ ibidem eſt deciſ.291. num.3. & 4.
38 Tertiò, † depoſitum debet eſſe integrũ, non dimi-
nutum. Crau.conſ.106.n.1.lib.1. Menoch.conſ.358.nu.
13.lib.4. in puncto, Foller.in d.verbo, inſtrumentũ gra-
tia, nu.49. Bon.in d.ſuo tract art.95.nu.128. Boccac.d.
tract.p.2.n.118. Felic.d.d.ſuis Commentar.tomo 1.lib.4.
c.vnico, n.2. verſ. non tamen ſatisfaciet. & tomo 2. eod.
lib.4. & c.vnico, nu.30. Io.Bapt.Lup.d.§.4.nu.104. Ita
39 † vt ſi deficiat in vno ſolo nummo, nõ releuet. Tiraq.
d.§ 4.Gloſ.6.n.23. faciunt notata per Iaſ.in Auth.qui
rem, n.16.verſ.contrarium, & ibi Dec.n.18. C.de ſacroſ.
Eccleſ. & in terminis de quibus loquimur, hoc dixit
Foller.d.nu.49. & Felician.d.num.3. & Mediolanenſ.deciſ.
18.num.31. lib.2. Intrigliol.in d.tract.quæſt.75. nu.1.
& ſeqq. & Rota coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio,
4.Iunij, 1600. in illa Romana Cenſus, quæ eſt poſt Tract.
deciſ.295. num.5. & illa Lauretana bonorum, 6.Iunij,
1611. coram eod. quæ eſt ibidem deciſ.297. num.5.
40 Quod † procedere etiam in ruſtico, muliere, mi-
lite, & minore, dicit Felic.d.tomo 2. & lib.4. c.vnico,
ſub num.3. verſ. procedit etiam poſt Foller. in d.verbo,
inſtrumentum gratiæ, num.53. & voluit etiam Intrigl.
d.tract. quæſt.79. num.1. & ſeqq.
41 Non eſſet † tamen illis deneganda reſtitutio in
integrum, ſi credimus Oddo in ſuo tract.de reſtit.in in-
tegr. par.2.q.89. art.1. num.14. & Caroc. in tract. de
Depoſ. par.2. quæſt.13.
42 Integritas † autem depoſiti conſideratur non ſo-
lum reſpectu ipſius pretij Cenſus, & ſortis principa-
lis, quæ regulari debet ab eo quod fuit erogatum in
emptionẽ Cenſus præfati, cũ tale pretiũ nec minui,
nec augeri poſſit, ita diſponente Pio V, in d.ſua Bulla
ſuper Cenſib. in verſ.declarantes, &c. & ſentit Rota co-
ram b.m. Iuſto, in illa Romana annuæ reſponſionis, 30.
Octobris, 1602. quæ eſt impreſſa in fine Tract. De-

ciſ. 151. *in fine*, ſed etiam reſpectu fructuũ decurſo-
rum, & non ſolutorum pro rata temporis, iuxta *not.*
per Couar. Var. reſolut. lib. 1. cap. 15. num. 9. & 10. Ti-
raq. d. tract. de retractu Conuent. §. 4. Gloſ. 4. num. 1. Ca-
gnol. in l. 2, C. de pact. int. empt. & vendit. num. 71. &
in puncto dixit *Foller. in d. ſua Tract. Cenſuali, in ver-*
bo, huiuſmodi, num. 59. Decian. conſ. 2. nu. 160. lib. 1. Fe-
lician. d. tomo 1. lib. 4. cap. vnico, nu. 2. in fine. Marc. Ant.
Peregrin. conſ. 99. nu. 2. & ſeqq. lib. 1. Mich. Salon. in
d. ſuo tract. de Contract. & commer. human. in tit. de Cen-
ſib. art. 3. controuerſ. 18. nu. 11. verſ. dico tertio, in fine,
& dixit *Rota coram R. P. D. meo Vbaldo, in illa Anconi-*
tana Cenſuum, 24. May. 1613. quæ eſt *poſt Tract. deciſ.*
84. nu. 14. & corã Illuſtriſſ. Cardinali Ludouiſio, 4. Iunij,
1600. in illa Romana Cenſus, quæ ibidẽ eſt deciſ. 295. n. 3.
43 Sed poſſet † in dubiũ reuocari, An deponi etiam
debeant fructus decurrendi etiam per duos menſes
poſt factam diſdictã Cenſus. In qua dubitatione li-
cèt negatiuã ſentẽtiam amplexus fuerit *Steph. Grat.*
Diſcept. Foreuſ. tomo 1. c. 8. num. 30. & ſeq. ea ratione,
quia aliàs ſequeretur, quod in contractu Cenſus eſ-
ſet permiſſa anticipata ſolutio, quã eſſe prohibitam
ẽt ſi fiat de cõſenſu ipſarũ partium ipſe dicit aucto-
ritate *Hond. conſ. 39. lib. 2.* & nos diximus *ſupra par. 2.*
cap. 1. q. 1. art. 2. Affirmatiuam tamen opinionem vi-
detur amplexa *Rota coram Illuſtriſſ. Card. Lancelotto,*
in vna Romana Saluiani Interdicti, 21. Martij, 1600.
quæ eſt impreſſa *poſt Tract. Deciſ. 282. nu. 5.* & expreſ-
ſius *coram R. P. D. meo Vbaldo in illa Anconitana Cen-*
ſus, 24. May, 1613. quæ eſt *ibidem deciſ. 84. n. 16.* quam
ego quoque libẽtiſſimè amplector, ducto argumẽto
à ſocietate officij, cum quo ad hũc effectũ inter hos
contractus magna videatur eſſe affinitas & ſimilitu-
44 do, tũ quia ſicut in ſocietate officij diſſoluẽda † non
ſufficit nuda volũtas ſociorum, ſed eſt neceſſaria ex-
preſſa renunciatio, & vt dicũt diſdicta, aliàs duraret
durante vita ſociorũ, vt demonſtrat *Caſtracan. in ſuo*
tract. de ſociet. offic. cap. 55. nu. 9. cum ſeqq. ita etiã Cen-
ſus non reſoluitur nuda volũtate, ſed requiritur pro
forma quod iſta voluntas denũcietur & notificetur
domino Cẽſus, vt dictum eſt *ſupra hac eadem quæſt. 3.*
art. 1. nu. 20. & hoc eodem art. 9. nu. 1. tum quia ſicut
in ſocietate officij quando ea eſt diſſoluenda per re-
45 ſtitutionem pecuniarũ in ſocietate poſitarũ, † ſolet
per contrahentes præfigi terminus quindecim die-
rum ad faciendam dictam diſdictam, *Boccacc. in ſuo*
tract. de ſociet. offic. nu. 164. Caſtracan. in ſimili tract. cap.
57. nu. 1. & infra, ita in cõtractu Cenſus talis termi-
nus fuit per *Pium V. in ſua Bulla ſuper Cenſib. in verſ.*
Cũ verò traditione pretij, &c. præfixus vt ſit duorum
menſium; tum demũ, quia ſicut in ſocietate officij
46 ſocietas durat † durante termino dictorũ quinde-
cim dierũ, *Put. deciſ. 68. lib. 3. Hond. cõſ. 38. n. 11. lib. 1.*
Caſtrac. d. tract. c. 61. nu. 2. Boccac. eod. tract. nu. 15. Ita
etiam in Cenſu, quod durante termino dd. duorum
menſiũ poſt illius diſdictã debeat Cenſus durare, &
per ſolam diſdictã nõ dicatur extinctus & redẽptus,
non obſcurè nobis declarauit *Pius V. in d. verſ. Cum*
verò; nam dum ibi Papa mãdat dictam denũciatio-
nem eſſe faciendam per bimeſtre, antequã Cẽſus ſit
extinguẽdus per pretij traditionem, neceſſariò ſup-
ponit quod intra illud bimeſtre Cenſus viuat. Vnde
ſicut in ſocietate officij durante termino dictorum
quindecim dierum debentur fructus, vt dicunt *Put.*
Hond. Caſtr. & Boccacc. in locis proximè allegatis, hoc
idem concludendũ eſt in cõtractu Cenſus, quod de-
beantur fructus ẽt pro illis duobus mẽſibus, qui de-
bẽt præcedere Cenſus redemptionem. Et propterea
cũ durante dicto bimeſtre fructus Cenſus debeãtur,
donec realiter & cũ effectu pretiũ illius numeretur
& ſoluatur in manibus domini Cẽſus, & fiat reuen-
ditio, vt diximus *ſupra hac. 3. q. art. 1.* ſequitur qđ vo-
lẽs illũ per traditionẽ pretij extinguere, teneatur nõ
ſolũ deponere ſortẽ ipſam principalẽ & fructus de-
curſos vſque ad diẽ factæ denũciationis & non ſolu-
tos, verùm ẽt decurrẽdos per dictos duos mẽſes, aliàs
depoſitũ nõ poterit dici integrũ, nec ſuffragabitur.
Nec videtur vrgere quod eo caſu diceretur fieri
anticipata ſolutio, quia cũ Cenſus non extinguatur
nec per denunciationem, nec per depoſitũ, ſed per
pretij numerationem & reuẽditionẽ, vt dictum eſt;
vtique qñ Cenſus per receptionem pretij & illius re-
uenditionem extinguetur, fructus qui ſoluentur ẽt
pro illo bimeſtre erũt iam debiti & maturi: & non
erit verum dicere quod fiat ſolutio anticipata; ma-
ximè quia ſicut dominus Cẽſus põt differre illius re-
uenditionem vſque ad finem dictorum duorũ men-
ſium; ita ẽt debitor volens redimere nõ cogitur fa-
cere depoſitũ eo tẽpore quo declarat ſe velle facere
redemptionẽ, ſed põt illud differre vſque ad finem
dictorũ duorũ menſiũ, vt dicemus *infra in fine huius*
9. art. nu. 47. cũ duobus ſeqq. & ſic eo tpe depoſitũ fiet
de fructibus nõ anticipatis, ſed iã maturis & debitis.
Non inficior tamen quod ſi dominus Cẽſus rea-
liter & cũ effectu ante finem dictorũ duorũ mẽſium
recipiat pretium Cẽſus non poterit integros fructus
duorũ menſiũ percipere, ſed tantùm pro rata tps il-
lucuſque decurſi, aliàs reciperet fructus ex Cẽſu iam
extincto, quod nõ licet: cùm illo extincto nõ poſſint
amplius ex eo currere aliqui fructus, *arg. l. eius qui in*
prouincia, ff. ſi cert. pet. & *ſupra* ſæpius dictũ fuit. Nam
47 † licet debitor Cẽſus teneatur per dictos duos men-
ſes perſeuerare in Cenſu; hoc tũ procedit, quatenus
dominus Cenſus intra dictos duos menſes pretiũ re-
cipere nolit: vt poſt alios declarat *Martin. Bonacin. in*
ſuo tract. de Contract. diſput. 3. q. 4. puncto vnico, nu. 40.
verſ. circa prædictam. ibi, *Ego verò exiſtimo.* Et propte-
rea, ſi pretiũ ante lapſum dictorũ duorũ menſiũ re-
cipiat, expirat Cẽſus: quo finito, fructus amplius de-
beri nõ poſſũt, vt dicemus *infra hac 3. p. c. 2. n. 1. & 2.*
48 Quod ſi † ſumma vel reſpectu ſortis, vel reſpectu
fructuum nõ ſit liquida, & propterea depoſitũ non
poſſit fieri de certa quantitate, ne reprehendi poſſit
quod nõ ſit integrũ, vltra depoſitũ certæ quãtitatis
debet ẽt præſtari cautio cum fideiuſſoribus de ſup-
plendo quidquid deficere cõſtiterit, vt per tex. in *l.*
ſtatuliber ratione, ff. de ſtatu lib. dicit *Io. Bapt. Lup. d. §.*
4. n. 104. ad fin. Franc. Milanenſ. deciſ. Regn. Sicil. 18. n. 28.
& ſeqq. lib. 2. ſequitur *Felician. d. tomo 2. lib. 4. c. vnico,*
nu. 3. verſ. denique, vbi pro hoc articulo remittit ſe
ad *Barbo. in l. diuortio, §. vi. par. 2. num. 35. ff. ſol. matr.*
49 Quartò † depoſitum vt afficiat debet fieri penes
idoneam perſonam, *Tiraq. d. §. 4. Gloſ. 7. num. 11. Bon.*
d. tract. art. 98. num. 131.
50 Quintò † ad effectum vt depoſitum ſuffragetur
& ſit releuãs debet fieri in loco, & tẽpore in citatio-
ne expreſſis, aliàs deponẽti nõ ſuffragaretur, vt ad-
monet poſt alios *Io. Bapt. Lup. d. §. 4. nu. 112. & ſeq.*

Et

51 Et † in ſumma debet habere omnes qualitates, & circumſtantias, quas deſiderant Scribentes in legitimo depoſito. iuxta ea quæ adnotat *Menoch. de arbitr. Iudic. quæſt. Caſu 232. Foller. in d. verbo, inſtrumentum gratia, nu. 46. cum multis ſeqq. vſque ad nu. 59. Caſſan. conſ. 41. num. 18. & ſeq. Boccac. in d. ſuo tract. de Cenſib. par. 2. num. 116. vſque ad num. 123.* latiſſimè poſt alios, *Vinc. Carocc. in d. ſuo tract. de depoſit.* Quibus addi poteſt loquens in puncto *Ludou. de Auend. in tract. de Cenſib. Hiſpan. c. 102. num. 9. cum ſeqq.*

52 Depoſito † autem per debitorem Cenſus illum redimere volentem legitimè facto, illud notificabit domino Cenſus, vel alteri legitimæ perſonæ pro eo, qua notificatione, & illius relatione legitimè exequuta ſi dominus Cenſus vltra duos menſes à die primæ denunciationis & diſdictæ inchoandos recuſet, vel differat facere reuenditionem Cenſus, illius debitor liberatur ab onere ſoluẽdi annuam reſponſionem cenſualem, *Foller. in d. verbo, inſtrumentum gratia, num. 58. Bon. in d. ſuo tract. de Cenſib. art. 38. num. 116. Felician. d. tomo 1. lib. 4. cap. vnico, num. 2. & nu. 3. verſ. cuius rei argumento, & tomo 2. eod. lib. 4. & cap. vnico, num. 1. Mich. Salon. d. controuerſ. 18. num. 11. verſ. dico ſecundo, & verſ. dico tertio.* & reſoluit *Rota coram b. m. Iuſto, 9. Aprilis, 1601. in illa Romana Cenſus,* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 131. nu. 1. & coram eodem, 18. Martij, 1602. in illa Romana Cenſus, quæ ibidem eſt deciſ. 132. per tot. & in illa Romana fructuum Cenſus coram eodem, 9. Aprilis, 1606. quæ eſt ibidem*
53 *deciſ. 291. num. 2. & ſeq.* Nam † depoſitum legitimè factum habet vim extinctionis Cenſus ex actu retroſimili, vt fuit de mente *Rota coram eod. b. m. Iuſto, in illa Anconitana Cenſus, 16. Februarij, 1604.* quæ eſt *ibidem deciſ. 277. num. 10. & ſeq.*

54 Depoſitum † autem iſtud fieri poteſt quandocumque intra terminum duorum menſium poſt factam diſdictam Cenſus, & denunciationem quod debitor vult illum redimere ſiue fiat in principio dictorum duorum menſium, ſiue in medio, ſiue
55 † etiam in fine, cũ non deſinãt currere fructus Cenſus à die facti depoſiti, ſed ab vltima die dictorum duorum menſium, vt fuit reſolutum in *Rota coram*
56 *Seraph. deciſ. 1413. num. 2. par. 2.* dummodo † fiat intra illud bimeſtre, vt ſentire videtur *Rota coram b. m. Iuſto, in illa Anconitana bonorum, 16. Februarij, 1604.* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 277. num. 8. & coram R. P. D. Dunozet, 25. Nouembris, 1613. in illa Iannenſi Cenſus,* quæ eſt *ibidem deciſ. 173. num. 4. & coram Seraph. d. deciſ. 1413. num. 2.*

57 Si † autem facto depoſito pendente termino dictorum duorum menſium, vel pendente lite ſuper reuenditione talis Cenſus cõtingat mori dominum, & creditorem Cenſus, debet tale depoſitum notificari illius hæredibus, aliàs depoſitum factum citato eorum auctore illis non nocet, vt dicit *Bon. in d. ſuo tract. art. 97. num. 130. per tex. in l. ſi quis inficiatus, & ibi not. Bar. ff. depoſ.* & alia Iura.

58. Quibus † etiam hęredibus eſſe ſignificandum ius competens debitori Cenſus ad illum redimendum,
59 dicit idem *Bon. d. num. 130.* & † vtile eſſe affirmat *Foller. in d. verbo, inſtrumentum gratia, num. 47.* licet, & bene, neget id eſſe neceſſarium. ea ratione, quod
60 † reuẽditio iſta debeat fieri ex iuris neceſſitate, quæ omnibus innoteſcit. Immo cũ iſta reuendendi neceſſitas, ſit de ſubſtãtia cõtractus cenſualis ex *d. Bulla Pii V. ſuper Cenſib.* & ſæpius dictum fuit, eo ipſo quod hæredes præfati ſciunt fuiſſe factum depoſitum pro dicti Cenſus redemptione, ſcire etiam debent ſe teneri ad illius reuenditionem, vnde nulla neceſſitas cogere poteſt volentem redimere, vt notificet dictis hæredibus ius quod habet redimẽdi. Et hãc partẽ defendit *Intrighol. d. tract. q. 76. n. 6. et ſeqq.*

Sed adhuc circa hunc articulum contingit dubitari de nonnullis, & Primò, quid ſi depoſitum vt ſupra legitimè factum pereat ex eo forte quod depoſitarius decoxerit, vel ex alio accidenti cuius periculo pereat?

61 Et † ſi dominus Cenſus iniuſte, & abſque legitima cauſa recuſauerit reuenditionem Cenſus, illi depoſitum periret, ſecus autem ſi iuſtã habuit cauſam recuſandi, quo caſu non ſibi, ſed deponenti periret, vt diſtinguunt *Foller. in d. verbo, inſtrumentum gratia, nu. 50. Io. Bapt. Lup. d. §. 4. nu. 103. Boccacc. d. ſuo tract. de Cenſib. par. 2. nu. 116. el ſecondo. Felician. de Solis, in dd. ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 2. lib. 4. cap. vnico, num. 6.* Quam ſententiam amplexus etiam fuit *Nicol. Intrighol. vbi ſup. q. 76. per tot.* & probauit etiam *Rota coram b. m. Iuſto, 20. Nouembris, 1602. in illa Romana Cenſus,* quæ eſt *poſt Tract. Deciſ. 298. num. 2.*

62 Niſi † aliter inter partes conueniatur, vel vtriuſque partis mora conſiderari poſſit: nam primo caſu periculum & damnum quilibet ſentiret iuxta formam conuentionis: ſecundo verò caſu eſſet commune, vt dixit *Rota in dicta Romana Cenſus coram b. m. Iuſto,* proximè allegata, *num. 2. & 3.*

Secundò dubitatur, An debitor Cenſus poſſit, poſtquam fecit depoſitum illud liberè reuocare, &
63 pecunias depoſitatas repetere? Et † partẽ affirmatiuã exiſtimat veriorem *Foller. in d. verbo, inſtrumentum gratia, nu. 54.* & ſequitur *Felic. d. tomo 2. lib. 4. & cap. vnico, nu. 4.* ex cõmuni Scribentium traditione. Quam tñ dicit eſſe limitãdam in aliquibus caſibus, videlicet: Primò, vbi dominus Cenſus acceptauit depoſitum, illiq. conſenſit. Secundò, vbi depoſitum fuit intimatum domino Cenſus, vt reciperet, & ipſe non fuit in mora. Tertiò, ſi depoſitum fuit factum mandante Iudice. Hoc idem firmat *Intrigliol. d. tract. quæſt. 80 num. 3. & Ludou. Auend. d. cap. 102. nu. 16.* Quarto, ſi fuit factum de communi partium cõſenſu, tã domini, & creditoris Cenſus, quàm debitoris illius, vt notãt *Foller. d. n. 54. & Felic. d. n. 4.*

64 Si autem † debitor Cenſus in caſibus permiſſis depoſitum repetat, non propterea cenſetur renunciare facultati redimendi Cenſum, cum hæc facultas nec tacitè, nec expreſsè poſſit auferri, ita diſponente *Pio V. in d. ſua Bulla de Cenſib. Foller. in d. verbo, inſtrumentum gratia, num. 57. Carocc. de depoſ. par. 3. quæſt. 58. Ludou. de Auend. d. cap. 102. num. 17.* ſequitur *Felician. d. cap. vnico, num. 5.*

ARTICVLI DECIMI

SVMMARIA.

1 *Redemptio Cenſus probatur per publicũ inſtrumentum.*
2 *Inſtrumentum publicum quod ſit neceſſarium ad probandum redemptionem Cenſus, vult Farinacc. Contrarium defendit Auctor, num. 10. & ſeqq.*

Digitized by Google

3 *Solemnitas eadem requiritur in contrahendo, & diſtrahendo.*

4 *Cenſualis contractus quod requirat inſtrumentum in ſui creatione, defendunt aliqui, & num. 6.*

Contrarium eſt verius, num. 11. & ſeqq.

5 *Solutio debiti debet probari iiſdem modis, quibus probatur ipſius debiti conſtitutio.*

7 *Solutio debiti ſuper quo eſt confecta publica ſcriptura, non poteſt probari minori numero quinque teſtium.*

Declaratur vt hoc procedat, quando in conſtitutione debiti partes conuenerunt vt de eo fieret publica ſcriptura, & non forent aliter contracturæ, nu. 14.

8 *Probatio quæ fit per quinque teſtes, æquipollet probationi, quæ fit per publicam ſcripturam.*

9 *Reſolutio contractus debet probari per publicam ſcripturam, vel per quinque teſtes.*

Intelligitur in contractibus, qui requirunt ſcripturam, num. 15.

11 *Cenſus impoſitio probatur multis modis, remiſſiuè.*

Redemptio Cenſus, an de neceſſitate ſit probanda per Inſtrumentum.

ARTICVLVS DECIMVS.

VT tandem huic tertiæ quæſtioni extremam manũ imponamus, reliquum eſt vt in hoc decimo Articulo videamus quibus modis probari poſſit ea ſpecies extinctionis Cenſus, quæ per illius redemptionem explicatur. In quo articulo tota difficultas videtur reſtricta, An ad probandum dictam redemptionem, & extinctionem ſit neceſſaria ſcriptura publica, quo diſcuſſo apparebit etiam, an huiuſmodi redemptio probari etiam poſſit per alia genera probationum.

1 Quod † autem Cenſus redemptio probetur per publicum inſtrumentum reuenditionis Cenſus, eſt tam clarum, quam quod clariſſimum, & voluit *Rota coram b.m. Lita. 10. Decembris, 1603. in illa Romana Cenſus*, quæ eſt impreſſa in *fine Tract. deciſ. 271. nu. 3.* ſed difficultas verſatur, an huiuſmodi inſtrumen-

2 tum ſit de neceſſitate probationis, & quod † ſit omnino neceſſarium conſuluit *Farinacc. conſ. crimin. 112. num. 1. & 2. lib. 2.* qui hanc partem pluribus confirmare, & comprobare conatur, & hiſce potiſſimis rationibus, & fundamentis.

3 Primò, † quod eædem ſolemnitates requirantur in contrahendo, & diſtrahendo, *l. prout quiſque, ff. de ſolut. l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur. Bal. conſ. 220. nu. 1. lib. 1. Oſaſch. deciſ. Pedem. 53. nu. 11. verſ. &*

4 *ad hoc facit regula.* Sed in † contractu cenſuali tempore impoſitionis, & venditionis Cenſus debet de neceſſitate confici publicum inſtrumentum, manu publici Notarij. *Boccacc. in ſuo tract. de Cenſib. par. 1. num. 94. & par. 2. num. 189. & 190.* Ergo erit quoque de neceſſitate conficiendum ſuper illius diſſolutione & reſolutione.

Secundò pro eadem ſentẽtia adducitur hæc alia ratio, quæ ſuperiori non eſt admodum diſſimilis.

5 † iiſdem modis debet probari ſolutio debiti, quibus probatur ipſum debitum, & illius creatio, & conſtitutio. *Dec. in d. l. nihil tam naturale, num. 3. ff. de reg. iur. Tiraq. de legib. Connub. Gloſ. 5. num. 13. ad fin. verſ.*

6 *& eodem modo.* Sed in † contractu cenſuali ad probandum illius conſtitutionem, & venditionem requiritur ſcriptura publica ſaltem ex legis diſpoſitione, *l. Cenſus, ff. de Probat.* per quem tex. ita dicit *Bal. conſ. 220. num. 1. lib. 1.* ergo &c. ex qua ratione ſequitur aliud fundamentum. Quod quatenus ad probationem redemptionis Cenſus nõ ſit neceſſarium publicum inſtrumentum, ſed poſſit etiam fieri per

7 teſtes, † non ſatis erunt duo teſtes, ſed de neceſſitate debebunt adhiberi quinque, per regulam *l. teſtium.* & ibi notant communiter Scribentes, *C. de teſtib.* videlicet, quod vbi creditum eſt redactum in ſcriptis, illius ſolutio nõ poſſit probari minori numero quinque teſtium. quod not. etiam *Specul. in tit. de teſtib. §. Reſtat, nu. 1. verſ. item cum quis, Nepos de Monte Albano in ſuo tract. de teſtib. n. 84. Feder. Schenck. in ſimili tract. num. 59. Nell. de Sancto Gemin. in ſuo ſimili tract. nu. 84. Crot. in eod. ſuo tract. nu. 226. verſ. aliquando,* & alios refert *Farinacc. d. conſ. 112. nu. 1. & 2.* ſed ſuper contractu Cenſus vt plurimum conficitur publica ſcriptura, vel ex iuris neceſſitate, vt mox dictum eſt, vel ſaltem ex cõtrahentium voluntate: ergo ad probationem diſſolutionis, & redemptionis Cenſus erunt neceſſarij ſaltem quinque teſtes, & propterea perinde eſt, ac ſi requiratur ſcriptura publica, cum

8 † probatio quæ fit per quinque teſtes æquipolleat probationi quæ fit per publicam ſcripturam, & per inſtrumentum manu publici Notarij confectum, ex not. per *Doctor. in d. l. teſtium.* & per *Gloſ. in l. optimam, C. de contrahen. ſtipul.* Vnde ſtatuto requirenti probationem per inſtrumentum publicum, ſatis ſit ſi probatio fiat per quinque teſtes. *Marſil. in ſuo ſingul. 157. Mascard.* qui alios refert, *in tract. de Probat. vol. 3. concl. 1237. num. 2.*

9 Quartò, † hæc eadem opinio videtur quod poſſit confirmari ex theorica, quam attulimus *ſupra par. 2. cap. 2. quæſt. 4. art. 6. nu. 20.* vbi ex *Bal. conſ. 415. lib. 2.* relato ab *Oſaſch. deciſ. Pedem. 57. num. 15. verſ. contrarium tamen dicebamus*: quod licet vbi agitur de confectione contractus ſufficiat fieri probationem per duos teſtes; attamen quando agitur de contractus reſolutione, ſolutio ſit probanda vel per publicam ſcripturam, vel per quinque teſtes, quæ probationes æquipollent, vt mox dictum eſt; & propterea cum in hoc articulo agatur de extinctione & reſolutione contractus cenſualis, videtur quod ſolutio ſit probanda vel per publicam ſcripturam, vel per quinque teſtes.

10 Quibus † tamen non obſtantibus cõtrariam ſententiam veriorem eſſe exiſtimo, quod ſcilicet, ad probandam redemptionem Cenſus non ſit neceſſarium publicum inſtrumentum, ſed ſufficiat quodlibet aliud legitimum probationis genus, quod videtur iuſtificari in primis ex eademmet regula, qua principaliter innititur *Farinac. d. conſ. 112.* dum contrarium defendit, videlicet, quod iiſdem modis probatur ſolutio, quibus probatur debitum, & illius creatio, & conſtitutio. *Tiraq. d. Gloſ. 5.*

11 *num. 13. in fine.* Nam † ſicut conſtitutio, & creatio Cenſus poteſt probari non ſolum per publicum inſtrumentum, ſed multis etiam aliis modis, prout deductum fuit latè *ſupra par. 1. cap. 4. per tot. max. num. 13. & ſeqq.*, eiſdem etiam poterit probari

illius

Digitized by Google

illius redemptio, & reſolutio, & maximè per teſtes,
cum probatio quæ fit per teſtes ſit ceteris firmior,
& validior. *Aym. in Rubr. ext. de teſtib. Felin. in Rubr.*
ext. de fide instrum. num. 1. latè exornat *Maſcard. in*
ſuo tract. de Probat. volum. 1 quæſt. 5. num. 3. cum multis
ſeqq. & probationi, quæ fit per publicum inſtrumen
tum anteponi debeat, vt eſt tex. *in c. cum Ioannes, §.*
porro, ext. de fide instrum. & deducit *Maſcard. vbi ſup.*
Quibus addi poteſt quod cum in iure receptum
ſit, quod in aliquibus caſibus, & negotiis ſit adhi-
benda ſcriptura vel pro ſubſtantia actus, vel pro il-
lius validitate, quos caſus congerit *Gloſ. in c. 1. §. poſt-*
quam, in verbo inſcriptis, de Cenſib. lib. 6. & alij, quos
refert *Franc. Hercul. de probando negatiua, nu. 93.* cum
inter iſtos caſus non enumeretur quod redemptio
Cenſus debeat in ſcriptis celebrari, videtur ſatis ve-
riſimile, quod in huiuſmodi redemptione nec pro
illius ſubſtantia, nec pro eius validitate ſit de ne-
ceſſitate conficienda publica ſcriptura, & quod pro-
inde talis redẽptio poſſit per quodlibet legitimum
probationis genus iuſtificari. Quæ Concluſio mul-
to verior apparebit ex reſponſionibus, quas ad con-
traria ſtatim afferemus. Non obſtant igitur ea, quæ
12 pro contraria opinione fuerũt allegata. Nam † ad
Primum quod in Conſtitutione Cenſus requiratur
ſcriptura apparet reſponſio ex iis, quæ diximus *ſup.*
d. parte 1. cap. 4. vbi auctoritate *Rotæ* & aliis rationi-
bus fuit demonſtratum *Pium V. in ſua Bulla ſuper*
Cenſib. non requirere quod in creatione, & conſtitu-
tione Cenſus de neceſſitate conficiatur publicum
inſtrumentum, quæ hic non repeto.

13 Ad id † autem quod pro ſecundo fundamento
aſſumebatur ex *l. Cenſus, ff. de probat. per Bal. conſ.*
220. lib. 1. reſpondetur Primò, quod in hoc *Baldus*
eſt ſibi ipſi contrarius; nam in *d. l. teſtium, verſ. ſed vt*
dixi, C. de teſtib. firmat, quod in contractibus, qui ex
iuris diſpoſitione requirunt ſcripturam (qualem eſ-
ſe contractum cenſualem, dicit *d. conſ. 220*) ſolutio
poteſt probari per duos, vel tres teſtes: ergo ſuper
eius dicto nullum fieri poteſt iuridicum fundamen-
tum, *l. qui cõtraria, de teſtibus*. Secundò reſpondetur,
quòd *d. l. Cenſus, & Bal. in d. conſ. 220.* qui ea nititur,
loquitur in Cenſu retentiuo; non autem in Cenſu
conſignatiuo de quo nos agimus, quos Cenſus val-
dè inter ſe differre docuimus, *ſupra d. parte 1. cap. 1.*
quæſt. 4. art. 6.

14 Ad illud † autem quod tertio loco afferebatur,
ſcilicet, quod quando debitum eſt redactum in ſcri-
ptis, ſolutio ſit neceſſario faciẽda vel per publicum
inſtrumentum, vel per quinque teſtes, & non ſuffi-
ciat minor numerus teſtium, reſpondetur hoc pro-
cedere quando in creatione, & conſtitutione debi-
ti fuit inter partes conuentum, quod de eo confice-
retur publica ſcriptura, & publicum inſtrumẽtum,
& contrahentes non forent aliter cõtracturi, vt ani-
maduertit *Bal. d. conſ. 220. num. 1. lib. 1. Crot. in d. ſuo*
tract. de teſtib. nu. 226. verſ. aliquando. Quod nõ con-
tingit in propoſito noſtro Articulo. licet enim ex
partium voluntate tempore impoſitionis, & vendi-
tionis Cenſus, vt plurimum conficiantur publica
inſtrumenta, hoc tamen non accidit ex eo, quod
contrahentes nolint aliter cõtrahere, quàm in ſcri-
ptis, ſed vt facilior ſit huius contractus probatio,
argum. l. contrahitur, ff. de pignor.

15 Ad quartum † verò, & vltimũ reſpondetur, quod
Bal. & Oſaſch. in contrarium allegati, loquuntur in
iis contractibus in quibus ab initio tempore eorum
celebrationis requiritur ſcriptura publica, quod
non contingit in contractu Cenſus, in cuius impoſi-
tione, & venditione non eſſe neceſſariam ſcriptu-
ram, diximus *ſupra & d. parte 1. cap. 4.*

QVÆSTIONIS IV.

SVMMARIA.

1 *Diſpoſitio facta ob certam cauſam ob illa recipit deter-*
minationem.
2 *Alimenta relicta ob certam cauſam illa ceſſante, am-*
plius non debentur.
3 *Diſpoſitio qualibet reſtringitur ad ſuam cauſam.*
4 *Cauſa ceſſante, ceſſat effectus.*
5 *Maximè ſi ſit cauſa finalis.*
6 *Cenſus impoſitus ſoluendus ad certam cauſam, extingui-*
tur deficiente cauſa.
Intelligẽ de Cenſu gratis conceſſo, non de eo, qui fuit pre-
tio emptus, num. 8.
7 *Decima non debentur Rectori Eccleſiæ, ſi Eccleſia ipſa*
funditus ſubuertatur.

Cenſus extinguitur, ſi ceſſet cauſa ob quam fuit conceſſus.

QVÆSTIO QVARTA.

EXTINGVITVR etiam Cenſus, ſi ceſ-
ſet cauſa propter quam fuit conſtitu-
1 tus & alteri conceſſus. Nam † diſpoſi-
tio facta ad aliquam certam cauſam,
& in ipſa diſpoſitione expreſſam de-
terminatur ſecundum illam, *l. Seio amico, ff. de ann. le-*
2 *gat.* Vnde ſi † alicui fuerint relicta alimenta ob ali-
quam certam & determinatam cauſam, ceſſat obli-
gatio ſoluendi illa quàm primum ceſſat cauſa ex
qua relicta ſunt, *d. l. Seio amico, Soc. ſen. conſ. 68. nu. 1.*
lib. 1. Dec. conſ. 621. in princ.
3 Nam † regulare eſt, quod omnis diſpoſitio reſtrin-
gi debeat ad ſuam cauſam, & ab illa determinetur,
l. cum pater, § dulciſſimis, ff. de leg. 2. Surd. in ſuo tract.
4 *de alim. tit. 5. quæſt. 5. num. 5.* & quod † ceſſante cauſa
ceſſet etiam illius effectus, *l. adigere, § quamuis, ff. de*
iure patron. cum aliis apud *Tiraquel. in ſuo Tract. de*
5 *cauſ. ceſſan. parte 1. nu. 12. & ſeqq.* Maximè † ſi cauſa
illa fuerit finalis latiſſimè, idem *Tiraq. in eod. tract.*
parte 2. limit. 1.
6 Et propterea † ſi Cenſus ab aliquo impoſitus &
conſtitutus ſit ſuper ſuis bonis ſoluendus ob defen-
ſionem Caſtri, & fortalitij, ſi Caſtrum, aut fortali-
tiũ illud radicitus deſtruatur, ita vt non poſſit con-
tingere, nec dari neceſſitas illud defendendi, &
tuendi, Cenſus quoque extinguitur, & amplius ſol-
ui non debet, *Rom. conſ. 417. num. 4 Crau. conſ. 318.*
num. 18. & conſ. 499. num. 21. lib. 3. refert *Tiraq.* loco
proximè citato, *parte 1. num. 217.* & nos diximus *ſu-*
pra parte 1. c. 1. quæſt. 4. art. 2. num. 33.
7 Prout † in ſimili videmus, quod ſi Eccleſia, cui
deci-

decimæ debentur, ſubuertatur, & funditus corruat, ita vt amplius in ea ſacramenta adminiſtrari non valeant, decimarum quoque præſtatio cenſetur remiſſa, *Paul. de Caſtro, conſ. 38. lib. 1. Craue.d. conſ. 499. num. 20. lib. 3.*

8 Hoc tamen † intelligendum eſt, non de Cenſu qui conceſſus fuit ob ſolutionem pecuniæ, & mediante pretio, ſed de eo qui conceſſus fuit gratis, & titulo merè lucratiuo. In Cenſu enim emptitio non poteſt conſiderari talis cauſa impoſitionis, cuius ceſſatio poſſit Cenſum ipſum extinguere, & liberare imponentem à neceſſitate illum ſoluendi. Nam in Cenſu emptitio, & qui per ſolutionem pecuniarum conceditur, nulla alia cauſa impoſitionis, & obligationis ſoluendi annuam reſponſionem cenſualem conſiderari poteſt, quam ipſamet pretij, & pecuniarum ſolutio, quæ non poteſt dici ceſſare, niſi per actum priori ſimilem, & ſic niſi pecunia, & pretium in emptionem eiuſdem Cenſus erogatum reſtituatur, vt diximus *ſupra hoc eod. cap. ſ. q. 3. art. 1.*

QVÆSTIONIS V.

SVMMARIA.

1 *Cenſus extinguitur, ſi fundus illius tranſeat in dominium domini Cenſus.*
Intelligitur 1. Quando Cenſus fuit impoſitus ſuper ſolo fundo, qui tranſiuit in dominium domini Cenſus, ſecus ſi ſuper pluribus, quorum tantum vnus tranſeat ad illum, num. 7.
Intelligitur 2. vt dominus Cenſus non amittat ius repetendi ſortem, num. 9.
Intelligitur 3. quando dominus Cenſus non acquiſiuit dominium illud irreuocabiliter; ſed reuocabiliter, num. 12.
2 *Res propria nemini ſeruire poteſt.*
3 *Seruitus extinguitur, ſi prædium ſeruiens tranſeat in dominium domini fundi dominantis.*
Intelligitur ſi totus fundus ſeruiens efficiatur domini fundi dominantis, ſecus ſi remaneat pars fundi, quæ ſeruire poſſit, num. 8.
4 *Ius conſequendi decimam ex fundo extinguitur, ſi is cui decima debetur efficiatur dominus prædij ex quo decima ſolui debet.*
5 *Cenſus non extinguitur ſi fundus illius tranſeat in dominium alterius, quàm domini Cenſus.*
6 *Cenſus per alienationem fundi ſuppoſiti non extinguitur.*
7 *Cenſus impoſitus ſuper duobus fundis, vno tranſeunte in dominium domini Cenſus, ſuſtinetur in alio quatenus ſit capax.*
8 *Seruitus non extinguitur ex eo, quod dominus prædij dominantis efficiatur dominus prædij ſeruientis, ſi remaneat pars fundi, quæ ſeruire poſſit.*
9 *Dominus Cenſus acquirens dominium fundi cenſuati, non amittit ſortem principalem.*
10 *Sed poteſt agere contra debitorem Cenſus, vt ſortem reſtituat.*
11 *Vel vt alium Cenſum eiuſdem qualitatis ſibi conſtituat.*
12 *Dominus Cenſus ſi acquirat dominium rei cenſuatæ irreuocabiliter Cenſus extinguitur, ſecus ſi reuocabiliter.*
13 *Cenſus tamen reuiuiſcit, ſi domino Cenſus euincatur dominium rei cenſuatæ.*
14 *Intelligitur ſi dominus Cenſus recipiat fundum illum in extinctionem Cenſus, ſecus aliàs.*
15 *Cenſus per acquiſitionem fundi cenſiti, non extinguitur ad effectum retinendi fundum iure prælationis.*

Cenſus extinguitur, ſi dominus Cenſus efficiatur dominus fundi cenſuati.

QVÆSTIO QVINTA.

1 QVOD † Cenſus extinguatur, ſi res cenſui ſuppoſita tranſeat in dominium domini Cenſus, videtur concludendum ex *Boer. deciſ. 399. Bened. Bon. in ſuo tract. de Cenſ. n. 69. nu. 102.* vbi hanc ſententiam amplectitur, & eam non obſcurè probauit *Rota coram b. m. Penia, 29. Aprilis 1592. in illa Romana Cenſus de Comitibus*, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 299. num. 1.* & expreſsè fuit amplexa *coram R. P. D. Manzanedo, 6. Februarij, 1615. in illa Romana Cenſus*, quæ eſt *ibidem deciſ. 182. nu. 2. & in illa Rom. Domus, 22. Iunij, 1611. coram Illuſtriſſimo Cardin. Lancelotto, quæ ibid. eſt deciſ. 306. num. 6. & coram R. P. D. Dunozet in illa Romana Prælationis, 2. Aprilis, 1618. quæ ibid. eſt deciſ. 308. num. 4.* & videtur ex infraſcriptis reddi indubitabile.

Primò, quia cum per impoſitionem Cenſus conſtituatur ſuper fundo, qui Cenſui ſubiicitur, quoddam ius reale, vt diximus *ſupra p. 1. c. 2. q. 3. art. 1.* vbi ex mente *Rotæ* & aliorum firmauimus hanc Cenſus impoſitionem ſpeciē quandam ſeruitutis præſeferre, licet vera & formalis ſeruitus non ſit: & propterea

2 ſicut † id quod meum eſt mihi ſeruire nō poteſt, *l. Vranius. ff. de fideiuſſ. l. vti fru. ff. ſi vſusfr. petat. l. neque pignus. ff. de reg. iur.* Qua ratione nō poſſe quem ſuper re ſua ad ſui commodum Cenſum imponere aliàs dicebat *Rota coram Illuſtriſs. Cardin. Lancelotto, 9. Decembr. 1602. in illa Romana nullitatis Cenſus*, quæ reperitur impreſſa *in fine Tract. deciſ. 2. num. 6. & coram Illuſtriſs. Cardin. Ludouiſio, 26. Nouembris, 1604. in illa Romana Cenſus*, quæ eſt *ibidem deciſ. 5. num. 9. & rurſus coram R. P. D. meo Vbaldo, 15. Decembris, 1614. in illa Romana retractus domus, quæ ibidem eſt deciſ. 71. num. 8., & coram R. P. D. Manzanedo, 6. Februar. 1615. in illa Romana Cenſus*, quæ eſt *ibid. deciſ. 182. nu. 2.* Vnde

3 † ſicut ſeruitus realis ſtatim atque quis efficitur dominus vtriuſque prædij dominantis, ſcilicet, & ſeruientis tollitur confuſione, & extinguitur, *l. quidquid, in fine, ff. commu. prædior. l. 1. ff. quemadmod. ſeruit. amittat. l. ſi commune, ff. de ſeruit. ruſticor. prædior. l. tria prædia, in fine, C. eodem tit.* Ita etiam dicendum eſt, quod ceſſet, & extinguatur ius percipiendi fructus Cenſus impoſiti ſuper fundo, poſtquam dominus Cenſus eſt effectus dominus fundi Cēſui ſuppoſiti, & quaſi ſeruientis, vt dixit in puncto *Rota coram b. m. Penia, 29. Aprilis, 1592. in illa Romana Cenſus de Comitibus*, quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 299. num. 1.*

4 Secundò † hæc eadem ſententia confirmatur ex iis, quæ poſt *Iacob. Butrig.* notat *Bened. de Plumbino* per illum tex. *in l. ſi is cui, in fine, ff. de ſtatuliber.* vbi concludunt, quod ſi quis emat fundum ſibi debentem

Digitized by Google

tem decimam, deinde verò vult illum reuēdere de-
bet eſſe cautus in reuenditione, vt reſeruet ſibi ex-
preſsè ius conſequēdi præfatas decimas ex illo fun-
do, aliàs ſi fundus venderetur ſimpliciter trāſiret in
emptorem liber, & abſque onere ſoluendi decimas
præfatas. ſequitur *Veronen. cautela 92. Incip. ſi ali-
quis emit.* Quod nō alia ratione contingit, niſi quia
aſſequendo mediante dicta emptione dominiū di-
cti fundi ex quo decima debebatur extinctum fue-
rat ius, quod ante dictam emptionē habebat conſe-
quendi decimas ex eo. ergo eodem modo à ſimili ſi
dominus Cenſus acquirat dominium fundi cenſiti,
debet amittere ius conſequendi Cenſum ſuper eo
impoſitum.

Ex quibus videtur non eſſe fidēdum de *Gaſp. Ro-
der.* dum *in ſuo tract. de ann. reditib. lib. 2. quæſt. 9. num.
43. verſ. ex quo infertur.* dicit quod ſi creditori Cen-
ſus per Iudicis ſententiam pro fructibus decurſis, &
non ſolutis addicatur fundus ſubiugatus, non extin
guitur Cenſus, niſi fundus ille æquiualeat ſorti, &
penſionibus decurſis, quo caſu tantum concedit ex-
tingui Cenſum, & procedere opinionem ſupra ex
Boer. deciſ. 399. & aliis confirmatam.

5 Verum † enimuero ſi bona ſuper quib. Cenſus im-
poſitus & collocatus fuerat tranſeat in dñium non
domini Cenſus, ſed alterius cuiuſcumque perſonæ
extrinſecæ vtique Cenſus non extinguitur, cū † ob
venditionē fundi cenſuati Cenſus non alteretur, vt
fuit firmatum in *Rota coram Reuerendiſſimo P. D. Sa-
crato, 27. Ianuarij, 1603. in illa Romana Cenſus*, quæ eſt
impreſſa *poſt Tract. deciſ. 204. num. 7. & in alia Roma-
na Cenſus coram eod. 14. Ianuarij, 1602.* quæ eſt *ibid.
deciſ. 90. num. 5. & 11.* vbi Rota mouetur tum aucto-
ritate *Couar. Var. Reſolut. lib. 3. c. 7. num. 6.*, tum quia
ſi per alienationem fundi Cēſui obnoxij extingue-
retur, Cenſus eſſet in poteſtate vēditoris, & debito-
ris illius ſtatim atque Cenſum vendidiſſet alienan-
do fundum ſuppoſitū ſubtrahere ſe ab onere illum
ſoluendi & reddere eluſorias omnes cautiones, ſine
quibus emptor Cenſus non contraxiſſet, quod pro
valdè abſurdo reputat ibi Rota, & nos diximus latè
ſupra parte 2. cap. 2. quæſt. 3. art. 4.

Concluſio autem principalis, vt ſupra formata
& comprobata debet aliquot modis declarari, &
quidem.

7 Primò, † vt ſit vera quando Cenſus fuit impoſitus
ſuper vno ſolo prædio, quod tranſeat poſtea in do-
minium domini Cenſus, ſecus autem ſi fuerit con-
ſtitutus, & collocatus ſuper pluribus, quia eo caſu ſi
vnum ex dictis prædiis trāſeat in dominium domi-
ni Cenſus ſuſtinebitur Cēſus ſuper alio prædio qua-
tenus ſit capax, & reddat tot fructus ex quibus ſolui
poſſit integra reſponſio cenſualis. quod probatur
tum quia eo caſu Cenſus cenſetur impoſitus inſoli-
dum ſuper omnibus illis prædiis, vt dictum fuit *ſu-
pra parte 1. cap. 3. q. 3. art. 2.* auctoritate Rotæ in plu-
ribus deciſionibus, quibus addenda eſt in puncto
reſolutio Rotæ facta *coram R. P. D. meo Vbaldo*, 15.
Decembris, 1614. *in illa Romana Retractus domus*, quæ
eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 71. num. 9.* Et hanc Con-
cluſionem reperio poſt hæc ſcripta placuiſſe *Ludo-
uico de Auend. de cenſi. Hiſpan. cap. 102. num. 7.*, tum
8 † quia videmus in ſimili de ſeruitute, quæ non ex-
tinguitur, quamuis dominus fundi ſeruiētis efficia-
tur etiam dominus fundi dominantis vel econtra, ſi
remaneat pars fundi, quæ ſeruire poſſit, *l. vt pomum.
§. 1. vbi Bart. & Caſtrenſ. ff. de ſeruit. Doctor. in l. pro
parte, ff. eod. tit.* & in *l. ſi cōmuni fundo, & in l. vnus ex
ſocijs, §. 1. ff. de ſeru. ruſtic. præd. Cepol. in ſuo tract. de ſer-
uit. vrban. præd. c. 22. n. 1. & 2.* & ita in puncto decla-
rauit hanc Concluſionem *Rota in illa Romana retra-
ctus domus coram D. meo Vbaldo* proximè allegata,
num. 12. dicens ita fuiſſe reſolutum aliàs coram *b. m.
Penia, in illa Romana Cenſus de Comitibus, 29. Aprilis,*
1592. quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 299.*

9 Secundò declaratur † eadem Concluſio, vt pro-
cedat dumtaxat quo ad effectum, vt debitor Cen-
ſus liberetur ab onere ſoluendi fructus annuos di-
cti Cenſus; non autem vt dominus Cenſus amittat
ſortem principalem, & pretium, quo Cenſum illum
emerat.

10 Immo † ipſe eo caſu agere poterit contra debi-
torem Cenſus, vel vt ſibi ſortem, & pretium Cenſus
11 reſtituat, vel † vt ſibi conſtituat alium Cēſum eiuſ-
dem quantitatis, & bonitatis ſeruata forma *Bullæ
Pij V. ſuper Cenſibus*, vt alibi dictum fuit.

12 Tertiò † declaratur, vt ſit vera eadem principalis
Concluſio quando dominus Cenſus efficeretur etiā
dominus fundi cenſuati irreuocabiliter, ſecus au-
tem ſi illius dominium aliquo caſu reſolui contin-
geret: Nam quidquid dicant *Ludou. Auend. d. tract.
cap. 108. num. 8. & Nicol. Intrigliol. ſup. Bul. de Cenſib.
13 quæſt. 67.* tali caſu † reuiuiſcit, vt firmat *Melauenſ. de-
ciſ. 9. num. 43. & ſeqq.* qui reſpondet rationibus *In-
trigliol.*, quam reprobāt etiam *addentes ad ipſummet
Intrigliol. ibi in litera A*, & eandem ſententiam fuit
amplexa *Rota*, &c. vt declarauit *Rota coram Seraph.
deciſ. 872. num. 3. parte 1.* auctoritate *Tiraq. de Retra-
ctu Lignag. §. 1. Gloſ. 7. num. 67. cum duob. ſeqq.* & repe-
tiit eadem *Rota coram Reuerendiſſimo P. D. Coccino
Decano 20. Iunij, 1616. in vna Veliterna Cenſus*, quæ eſt
impreſſa *poſt Tract. deciſ. 300. ad finem. & in illa Ro-
mana Prælationis*, quæ eſt *ibid. deciſ. 308. num. 7.*

14 Quod † tamen intelligendum eſſe exiſtimo, vt
procedat, quādo fundus ille non veniret ad manus
domini Cenſus ex titulo veræ datationis in ſolutum
ſibi à debitore Cenſus factæ in extinctionem dicti
Cenſus, quoniam eo caſu actio, & hypotheca ſemel
extincta amplius non poſſet reuiuiſcere. vt deducit
Surd. deciſ. 266. num. 6. per tex. quem dicit expreſſum.
in l. eleganter, in princ. ff. de pignor. act. ſed quando
fundus ille tranſit ad dominum Cenſus ex alia cau-
ſa, quia tunc non intrat illa ratio quod hypotheca
cenſeatur extincta, & ideo non prohibetur domi-
nus Cenſus agere primæua actione aduerſus debi-
torem Cenſus *l. ex ſextante, §. latinus largius, ff. de ex-
cept. rei iud.* & declarat *Surd. d. num. 6. verſ. & non ob-
ſtat, & num. 11. in fine.*

Quartò principaliter declaratur ſupra firmata
Concluſio: quòd cùm hoc caſu Cenſus extinguatur
ſolum ratione incompatibilitatis, vt dixit *Rota in d.
Roman. Prælationis, num. 7. & in alijs deciſionibus ibi
relatis*, per acquiſitionem dominij fundi cenſuati
15 factam à domino Cenſus, non extinguitur † ipſe
Cenſus quo ad effectum retentionis & manutentio-
nis dicti fundi iure prælationis: vt in puncto decla-
rauit *Rota in d. Rom. pecuniaria, nu. 5. & ſeqq.* Nā hoc
ius prælationis tribuit etiam ius retinendi, vt dixi-
mus

mus *ſupra parte 1. cap. 2. q. 1. art. 4 num. 1.* Quod non amittit dominus Cenſus, ſi acquirat dominium dictæ rei cenſuatæ.

QVÆSTIONIS VI.

SVMMARIA.

1 *Cenſus extinguitur, ſi per Iudicis ſententiam fuerit declaratus nullus.*
2 *Declaratur ſi talis ſententia tranſiuit in iudicatum, ſecus ſi per appellationem fuit ſuſpenſa.*
3 *Iudex non poteſt annullare Cenſum ſi non producatur illius inſtrumentum apud acta, vel aliter illius nullitas probetur.*
4 *Cenſu per Iudicis ſententiam extincto, ſors principalis repeti poteſt.*

Cenſus extinguitur, ſi declaretur nullus per Iudicis ſententiam.

QVÆSTIO SEXTA.

1 EXTINGVITVR † alio modo Cenſus, ſi Iudex per ſuam diffinitiuam ſententiam illū declarauerit nullum, & vſurarium, vt dixit *Rota coram b. m. Iuſto, 28. Iunij, 1602. in illa Romana Cenſus Sancti Celſi*, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 229. num. 4.*

2 Quod tamen † intelligendum eſt ſi, & poſtquam ſententia illa tranſitum fecerit in rem iudicatam: nam ſi fuerit per appellationem ſuſpenſa, ſicut non retardat manutentionem in quaſi poſſeſſione exigendi Cenſum, vt fuit deductum *ſupra par. 2. cap. 2. quaſt. 5. art. 2.* eodem modo, & multò minus poterit operari totalem dicti Cenſus extinctionem, & priuationem domini illius ſuo iure.

3 Ad hoc autem † vt Iudex poſſit ſuper nullitate Cenſus validè pronunciare, neceſſe eſt vt coram eo producatur inſtrumentum vēditionis Cenſus in publicam, & authenticam formam, quia aliàs illo non viſo, non poterit Iudex ſuper prætenſa nullitate cognoſcere, & iudicare an Cenſus iure poſſit nullus, & inualidus declarari, vt fuit dictum in *Rota coram R. P. D. Mercomontio, 13. Iunij, 1605. in Recanatenſi Cenſus*, quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 301. num. 2.*

Quod dictum erit maximè verum in Cenſu conſtituto iuxta formam Cōſtitutionis *Pij V. ſuper Cenſib.* retenta opinione illorum, qui volunt ſuper conſtitutione, & venditione Cenſus eſſe de neceſſitate conficiendum publicum inſtrumentum manu publici Notarij, vt dictum fuit *ſupra parte 1. cap. 4. num. 4. & ſeq.* quia tamen reſpectu probationis hæc ſententia non eſt communiter recepta cum *d. c. 4. num. 15. & ſeq.* demonſtratum fuerit ad probationem impoſitionis Cenſus nō eſſe neceſſariam publicam ſcripturam, ideo hæc Concluſio non poterit verificari, niſi in caſibus, in quibus ſuper vēditione Cenſus fuit confectum inſtrumētum publicum; in alijs autem caſibus in quibus cōſtitutio & venditio Cenſus probabitur, per aliud genus probationis erit dedicenda & iuſtificanda nullitas illius aliàs, & quàm per inſtrumentum.

4 Vbi † autem Iudicis ſententia lata ſuper nullitate Cenſus in rem tranſiuit iudicatam ſors ipſa principalis, & pretium, quo Cenſus emptus fuerat poteſt per dominum Cenſus repeti, vt declarauit *Rota coram b. m. Penia, 18. Iunij, 1599. in illa Romana Cenſuum de Romulis*, quæ eſt in fine *Tract. deciſ. 287. nu. 1.*

QVÆSTIONIS VII.

SVMMARIA.

1 *Cenſus fundatus ſuper re, in qua imponens habet ius temporale, extinguitur ſi ius illud expiret.*
2 *Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris.*
3 *Cenſus impoſitus à vaſallo ſuper re feudali, extinguitur finito feudo.*
4 *Cenſus impoſitus ab emphyteuta ſuper re quam retinet in emphyteuſim, ceſſat finito iure emphyteutis.*
5 *Clericus poteſt imponere Cenſum ſuper bonis ſui beneficij duraturum dumtaxat, donec ipſe eſt dominus dicti beneficij.*
6 *Cenſu extincto, ceſſat obligatio fideiuſſoris.*
7 *Fideiuſſor cenſetur præſtitus ſecundum naturam contractus, ſuper quo fuit adhibitus.*
8 *Fideiuſſor non tenetur in plus, quàm teneatur principalis debitor.*
9 *Etiam quod ſit fideiuſſor euictionis.*
10 *Cenſu extincto ex eo quod expiret ius, quod imponens habebat ſuper re Cenſui obnoxia, dominus Cenſus poteſt repetere ſortem.*

Cenſus extinguitur, ſi venditor illius in re quam ſuppont habeat ius temporale, & illud expiret.

QVÆSTIO SEPTIMA.

1 ALIVS ſuccedit modus, quo Cenſus extinguitur † & eſt, quādo fuit impoſitus & collocatus ſuper fundo in quo imponens habebat ius tēporale, ſi illud ius reſoluatur nam † re-
2 ſoluto illo iure, & ſic iure datoris reſolui etiam ius acceptoris, & ſic ius emptoris & domini Cenſus, dicunt communiter Scribentes, ex regula *l. lex Vectigali, ff. de pignor.* & in his propriis terminis, voluit *Rota corā b. m. Cardin. Platto, 6. Aprilis, 1590. in illa Viterbienſi Cenſus*, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 15. nu. 10.* Licet ſecus ſit, ſi dominus fundi cēnſuati illum alienet: nam ex tali alienatione nullo modo reſultat extinctio Cenſus ſuper eo impoſiti, vt demonſtratum fuit *ſupra hac ead. parte 3. quaſt. 5. num. 5. & 6.*

Poteſt autem iſte caſus multipliciter exemplificari, &

3 Primò † in Cenſu impoſito à vaſallo ſuper prædio feudali, qui licet ſubſiſtat durante iure vaſalli, poſtquam autem feudum fuit reuerſum ad dominum vel alteri apertum, vel alio modo vaſallus eo priuatus remanſit, onus dicti Cenſus ſuperimpoſiti euaneſcit,

neſcit, *c.1. §. quid ergo, de Inueſtit. de re aliena fact. in vſib. feud. Clar. in ſua Pract. in §. feudum, quæſt. 37. Pariſ. con. 98. num. 4. lib. 2.* & nos latè explicauimus *ſup. parte 1. cap. 2. quæſt. 2. art. 1. per totum.*

4 Secundum † poteſt afferri exemplum in emphyteuta, qui ſimiliter imponat Cenſum ſuper re, quam retinet in emphyteuſim Cenſus iſte extinguitur ſtatim atque expirat ius emphyteutæ imponentis, vt diximus *d. quæſt. 2. art. 2. per totum.*

5 Tertiò † poteſt exemplificari in Clerico beneficiato, qui licet poſſit ſuper bonis ſui beneficij, & ſuæ Eccleſiæ abſque ſolemnitatibus requiſitis imponere Cenſum, ille tamen extinguitur, & reſoluitur ſtatim, atque per ceſſum, vel deceſſum, vel aliam quamcumque cauſam beneficium amittat, vt dictum fuit *in d. cap. 2. quæſt. 3. art. 2.*

Ex quo 3. *cap.* alia peti poſſunt exempla ad demonſtrandũ quod finito iure, quod imponens Cenſum habet ſuper prædio quod ſupponit, extinguitur etiam ipſe Cenſus, quæ omnia conſultus prætermitto.

6 Vbi autem † Cenſus extinctus fuerit ex eo, quod ius imponentis fuerit reſolutum, nec fideiuſſor præſtitus de ſoluendo Cenſum, vel pro illius euictione
7 amplius remanet obligatus. nam † fideiuſſor intelligitur præſtitus ſecundum naturã contractus Cenſualis ſuper quo fuit adhibitus, & acceſſit *Rum.* poſt alios *conſ. 146. num. 5. lib. 1.* & nos dicemus *infra hac ead. parte 3. cap. 2. num. 4.* Et ideo ſicut principalis imponens hoc caſu ad nihil aliud tenetur, quam ad reſtitutionem ſortis erogatæ, & receptæ reſpectiuè, pro pretio dicti Cenſus venditi, quæ reſtitui debet loco euictionis, eodem modo fideiuſſor ad aliud te-
8 neri non poteſt, cum † non teneatur in plus, quàm ſuus principalis, *l. Græcè, §. illud, ff. de fideiuſſ.* quod
9 † procedere etiam in fideiuſſore euictionis, dicit *Pariſ. conſ. 111. in princ. lib. 4.*

10 Intelligenda † eſt etiam hæc Concluſio in iſta ſeptima quæſtione firmata, vt extinguatur Cenſus, ex eo quod ceſſet ius, quod habebat imponens ſuper fundo, quem Cenſui ſubiecit, quoad obligationem tantum ſoluendi annuas reſpõſiones cenſuales, non autem vt dominus Cenſus priuetur pretio ipſius Cenſus, & ſortem principalem amittat, vt mox diximus, & in ſimili dictum fuit *ſupra hoc eod. cap. 1. quæſt. 5. num. 9.*

Cenſus an extinguatur præſcriptione.

QVÆSTIO VIII.

QVONIAM facili negotio poteſt contingere, quod is qui ad Cenſus ſolutionem tenetur, & obligatus eſt, ceſſet per longum, vel longiſſimum tempus ab illius ſolutione, fuit aliquando per Scribentes dubitatum. An obligationi ſoluendi Cenſum poſſit aliquo temporis ſpatio præſcribi, de qua dubitatione eſt in hac octaua & vltima Quæſtione differẽdum; quæ quæſtio duobus eſt principalibus explicanda Articulis.

Primus eſt. An obligationi ſoluendi Cenſum aliquo temporis ſpatio præſcribatur.

Alter. An huiuſmodi præſcriptio proſit quo ad fructus Cenſus in futurum decurrendos.

ARTICVLI PRIMI

SVMMARIA.

1 *Obligationi ſoluendi Cenſum, præſcribi poteſt.*
2 *Iura realia tolluntur præſcriptione.*
3 *Obligationi ſoluendi Cenſum præſcribitur lapſu decem, vel viginti annorum.*
4 *Præſcriptio ſicut habet locum reſpectu totius Cenſus, ita etiam reſpectu partis illius.*
5 *Solutio partis Cenſus, impedit præſcriptionem totius Cenſus.*
6 *Præſcriptio legitima obligationis ſoluendi Cenſum, reddit tutum debitorem etiam in foro conſcientiæ.*
7 *Debitor Cenſus nitens præſcriptioni nil aliud probare debet, quàm lapſum temporis ad præſcribendum ſufficientis.*
8 *Dominus Cenſus volens euitare præſcriptionis exceptionem, debet probare præteritas ſolutiones.*
9 *Iuri exigendi Cenſum non præſcribitur, ſi dominus Cenſus fuit legitimè impeditus illum exigere.*
10 *Præſcriptio non currit, non valenti agere.*
11 *Mala fides impedit præſcriptionem.*
12 *Etiam immemorabilem, ſi ſit mala fides vera.*
13 *Mala fides auctoris, nocet ſucceſſoribus.*
14 *Mala fides auctoris ſi ſit vera, impedit ne illius hæres poſſit inchoare præſcriptionem etiam ex propria perſona.*
Secus ſi ſit mala fides præſumpta, ibid.
15 *Ampliatur tam in præſcriptione totius Cenſus, quàm partis illius.*
16 *Præſcriptio non currit, ſi Cenſus à quacumque perſona ſolutus fuerit.*
17 *Præſcriptio ceſſat, vbi negligentia creditoris conſiderari non poteſt.*

Obligationi ſoluendi Cenſum, an præſcribatur.

ARTICVLVS PRIMVS.

CIRCA hunc primum Articulum non bene inter ſe conueniunt Scribentes, ſed in duas ſunt diuiſi opiniones. Ego
1 † verò omiſſa diſputatione, & opinione recitatione affirmatiuã ſententiam amplectendam eſſe exiſtimaui cum *Ancu. conſ. 30. num. 7. Caſſan. ad Conſuet. Burgund. Rubr. 11. Des Cenſes, §. 2. num. 33. verſ. breuiter dic. ibi ideo loquendo. Foller. in ſua Pract. Cenſu. in verbo, tanquam, num. 35. Tiber. Decian. Reſponſo 2. num. 42. & ſeqq. lib. 1.* qui teſtatur de communi: *Gaſp. Roder. in ſuo tract. de annu. reditib. lib. 1. q. 17. nu. 3. Crau. conſ. 57. num. 8. lib. 1. Natta, conſ. 627. num. 3. lib. 3. Doctor Marta voto, 115. num.* 8. & pro hac opinione poſſunt allegari omnes illi quos citabimus infra in ampliationibus, & in *ſeq. artic.* & ab hac concluſione neque etiam videtur abhorrere *Rota* dum *in vna Romana Cenſus, 31. Iulij, 1596. coram b. m. Corduba,* quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ.*

deciſ.264. per tot. ſaluat à præſcriptione quendam Cẽſum eo ſub prætextu, quod dominus illius fuerat impeditus iuſto impedimento illum exigere: ergo ceſſante dicto impedimẽto, clarè ſenſit præſcriptionem currere.

Et hanc ſententiam eò libentius ego amplectendam Cenſui, quo in caſu propoſito non agimus de præſcribendo annuo Cenſu materiali, qui debetur, & ſoluitur ſingulis annis, vel ſemeſtribus, ſed de præſcribendo Cenſu formali, id eſt, iure exigendi, & percipiendi dictum annuum Cenſum, quod vt ſu-

2 pra ſepius dictum fuit eſt ius reale. Iura † autem realia legitimi tẽporis præſcriptione acquiruntur. *Corn. conſ.43. num.4. & 14. lib.2. Felin. in c.vlt. num. 57. & ext. de Præſcript.* propter quam rationem *Frãc. Balb. in ſuo tract. de Præſcript. in 4. parte 4. partis prin. 9. quæſt. 5. ſub num.2. verſ. poterit ergo procedere,* dicebat ſingularem ſucceſſorem, ad quem peruenisset res, ſuper qua erat aſſignata penſio, & reſponſio annua, vel collocatus Cenſus, poſſe huic iuri præſcribere, ſequitur *Aureb. Corbul. in ſuo tract. de iure emphyteut. cauſa 15. ob non ſolut. Canon, limitat. 31. num.3. verſic. aut verò is.*

3 Et † propterea ad complendam huiuſmodi præſcriptionem ſufficit non ſolum lapſus triginta, vel quadraginta annorum, vt innuunt Doctores ſupra relati, ſed ſatis erit curſus decem, vel ad ſummum viginti, vt vult *Balb. d. quæſt.5. num.1. & ead. parte 4. quæſt.7. num.4. ad finem.*

4 Ampliatur † autem hæc Concluſio nonnullis modis, & quidem Primò, quod ſicut præſcribitur iuri & obligationi ſoluendi totum Cenſum, ſi ſit ceſſatum à ſolutione fructuum totius Cenſus, ita præſcribatur iuri, & obligationi ſoluendi partem illius, ſi ſit ceſſatum à ſolutione fructuum partis, & ceſſet mala fides.

5 Licet † enim ſolutio partis Cenſus impediat quo minus præſcribi poſſit, & præſcriptus dicatur totus Cenſus *Federic. Martin. in ſuo tract. de Iure Cenſu. c.8. num.166.* ſufficit tamen, vt præſcribi valeat, & præſcriptum dicatur parti, quæ non fuit ſoluta. *Balb. d. quæſtione 5. num.1.* & melius *d. quæſt.7. num.4. Gigas, in ſuo tract. de penſion. quæſt.84. num.1. Foller. in dicta ſua Pract. Cenſu. in verbo, Huiuſmodi, num.106. Ioan. Bapt. Bou. in ſuo tract. de ſtatut. ar. Vrb. præſcr. Gloſ.19. num.224.*

6 Ampliatur ſecundò, † hæc eadem Concluſio, vt præſcribens, vt ſupra, ſit tutus etiam in foro cõſcientiæ, vt ex mente Theologorum dicit *Foller. in d. verbo, huiuſmodi, num.107.*

7 Ampliatur tertiò, † vt debitori Cenſus fundanti ſe in præſcriptione ad effugiendam ſolutionem illius ſufficiat dumtaxat negare ſe ſoluiſſe, quia ſola negatio ſufficit cum curſu tanti temporis, quod ſit aptum ad præſcribendum, & non tenetur probare

8 negatiuam, ſe in præteritum nõ ſoluiſſe; immò † teneatur dominus Cenſus ad effectum, vt poſſit exigere fructus illius probare ſibi fuiſſe in præteritum ſoluto, vt poſt alios tradit *Crau. d. conſ.57. nu.9. & conſ. 711. num.11. lib.2. Natta, d. conſ.627. num.2. in fine, & nu. ſeq. lib.3. Marc. Antonin. Variar. Reſolut. lib.2. reſolut.5. num.16.* qui alios allegat.

Limitatur et eadem concluſio nonnullis modis, &

9 Primò, † Niſi conſtet de impedimento legitimo domini Cenſus, quo minus valuerit fructus præfatis exigere, nam ſtante huiuſmodi impedimento, ius exigendi Cenſum nullo temporis ſpatio amittitur

10 ex vulgari regula † quod non valenti agere nõ currit præſcriptio. *l.1. in fine, C. de annal. except.* & ita fuit reſolutum in *Rota coram b. m. Cordub. 4. 31. Iulij, 1596. in Romana Cenſus ſupra* proximè allegata. *ante num. 1. & coram eodem, 21. Ianuarij, 1597. in eadem Romana Cenſus,* quæ eſt *poſt Pract. deciſ.265. per totum.*

Limitatur ſecundò generaliter, & hæc limitatio reſtringit etiam omnes præcedentes ampliationes,

11 † vt non procedat ad fauorem eius, qui eſt conſtitutus in mala fide, & ſcit ſe teneri in Cenſus ſolutionem, *Bal. conſ.316. num.4. lib.3. Foller. in d. verbo, Huiuſmodi, nu.106. & nu.109. Bened. Bons in ſuo tract. de Cenſib. art.43. num.69. verſ. circa priuatos Cenſus,* vbi non alia ratione negat hos annuos Cenſus præſcribi, quam ob malam fidem debitoris. eandem ſententiam amplexus fuit *Balb. d. quæſt.5. num.2. Corbol. d. limit.3. num.2.* & pluribus confirmat *Gaſpar. Roderic. d. quæſt.17. num.3. Decian. d. conſ.2. num. 190. & ſeqq. Crauet. d. conſ.57. num.8.* & pleríque ex iis, quos citauimus ſupra in confirmatione principalis concluſionis.

Quæ limitatio vera eſt etiam in ſingulari poſſeſſore bonorum Cenſui ſubiugatorum: is enim licet poſſit præſcribere contra creditorem Cenſus, quia tunc non præſcribit actioni perſonali, ſed iuri reali, vt ſupra dictum fuit, ſi tamen ipſe quoque ſit in mala fide, puta quia dum acquiſiuit bona ſubiugata, ſuſcepit in ſe onus ſoluendi Cenſum, non poteſt propter iſtam ſuam malam fidem præſcribere, vt deducit *Foller. in d. verbo, huiuſmodi, num.109.*

12 Quæquidem † mala fides, maximè ſi ſit vera, eſt tantæ efficaciæ, vt impediat præſcriptionem etiam temporis immemorabilis, & de cuius initio non extet memoria, vt poſt multos quos congerit, dicit *Decian. d. conſ.2. nu.196. Peregr. in ſuo tract. de iure fiſc.*

13 *lib.6. tit.8. num.13.* Et nocet † non ſolum ipſi debitori Cenſus, ſed etiam illius hæredibus. *Foller. d. nu. 106. & nu.109. Bon. d. art.43. nu.69. in fine, Decian. d. conſ.2. nu.197. & ſeq. Balb. d. q.5. nu.2. verſ. nec reſpectu hæredis, & d. quæſt.5. nu.4. Corbol. d. limit.3. num.3. Gaſp. Roderic. d. quæſt.17. num.3. & 105.* qui multos allegant.

14 Ita † vt ob veram malam fidem defuncti, nec etiam poſſint inchoare præſcriptionem hæredes ex propria eorum perſona, prout poſſent illam inchoare, ſi defunctus fuiſſet dumtaxat in mala fide præſumpta. *Balb. in d. ſuo tract. de præſcr. in 2. parte, 3. part. princip. q.12. nu.14. verſ. ſextò limita. Alex. in l. Pomponius, §. cum quis, num.22. ff. de acq. poſſeſſ. Capic. deciſ. 86. num.9. Soc. iun. conſ.76. num.99. lib.1. Alex. Turrat. num. in l. non puto, §. 3. q.2. num.3. ff. de iure fiſc.*

15 Quæ limitatio amplianda eſt etiam, † vt mala fides noceat nõ minus reſpectu præſcriptionis totius cenſus, quàm reſpectu præſcriptionis partis illius, quoniam ita militat ratio peccati, in qua eſt fundata limitatio reſpectu partis, ſicut reſpectu totius, vt concludit *Balb. d. quæſt.7. num.4.* refert *Gig. d. ſuo tractatu de penſion. d. quæſt.84. num.1. Ioan. Bapt. Bou. d. Gloſ.19. num.224. & ſeq.*

16 Limitatur tertiò, † vt numquam currat præſcriptio, quando Cenſus fuit ſolutus ab eo, qui illum impo-

impoſuit, licet non ſoluerit is, ad quē peruenit fundus, ſuper quo Cenſus ipſe conſtitutus, & collocatus fuit, & illum tamquam liberū, & nulli oneri obnoxium poſſedit, *Caſſan. d. Rubr. 11. Des Cenſes, §. 2. ſub num. 9. verſ. nunc ſuccedit, Foller. d. verbo, huiuſmodi, nu. 108. Boccacc. in ſuo tract. de Cenſib. p. 3. n. 90. Scapuccin. in ſuo tract. de Saluiano Interd. lib. 2. q. 21. num. 2.* in ſecunda declaratione, *verſ. vnde hac ratione creditor facit, Feder. Martin. d. ſuo tract. de iure Cenſu. c. 8. nu. 167. & ſeq. & nu. 171. & ſeqq.* vbi comprobat, & contrariis reſpondit.

17 Cum † enim dominus Cēſus fuerit ſolutus ab eo, qui Cenſum impoſuerat, & ſibi vendiderat, vtique non poteſt agere contra eum, qui fundum ſuppoſitum diu poſſedit, & propterea nō poteſt dici negligens, ita vt contra ipſum potuerit currere præſcriptio, quæ non currit cōtra non valentem experiri, *l. 1. §. ſi quis autem, ff. de itin. actuq. priuato, l. fin. C. de annal. except.* & latè proſequuntur *Caſſan. & Foller.* in locis proximè allegatis, & hic repetenda ſunt ea, quæ plenè ad hoc propoſitum diximus *ſupra par. 2. cap. 2, q. 5. art. 9. num. 59. & ſeq.*

ARTICVLI SECVNDI

SVMMARIA.

1 *In præſtationibus annuis præſcribendis, quod requirantur indiſtinctè tot præſcriptiones, quot ſunt anni, voluit Martin. Gloſator, & ſequaces.*

2 *Quod indiſtinctè ſufficiat vnica præſcriptio, voluit Bulgar. Gloſator, & alij multi.*

3 *Annuæ præſtationes, ex vltima voluntate vt præſcribantur, tot requiruntur præſcriptiones, quot ſunt anni.*

4 *Legatum annuum pro primo anno eſt purum, pro ſequentibus, eſt conditionale.*

5 *Præſcriptio in obligationibus conditionalibus incipit currere dumtaxat, à die purificatæ conditionis.*

6 *Legata annua tot ſunt, quot ſunt anni pro quibus debentur.*

7 *In præſtationibus annuis, quæ ex contractu debentur, vnica eſt ſtipulatio, & obligatio.*

8 *In præſtationibus annuis ex cōtractu vnica, ſufficit præſcriptio pro tempore futuro.*

9 *Ampliatur ſi obligatio ab initio fuit pura, etiam quod ſolutio, & exactio eſſet dilata in diem, vel ſub aliqua conditione ſuſpenſiua.*

10 *Limitatur ſi tempore factæ obligationis ſtipulatio, ſit concepta per verba importantia diſtributionem temporum.*

11 *Dummodo ſit facta expreſſa dinumeratio temporum, nec ſufficit diſtributio comprehenſa in generalitate verborum.*

12 *Diſtributio temporum non inducit pluralitatem obligationum, niſi fiat expreſſa dinumeratio temporum.*

13 *Limitatur ſecundò, ſi debitor interpellatus vt ſoluat non negauit, ſed ob inopiam diſtulit, nam lapſus triginta annorum prodeſt quo ad præteritos fructus, ſecus quo ad futuros. Quod tamen Auctori non placet.*

14 *Obligatio in contractu Cenſus ab initio eſt pura, ſed exactio differtur ad certum tempus.*

Declaratur, vt num. 17.

15 *Hypotheca locatoris ſuper bonis conductoris oritur in principio contractus tempore quo fit conductio pro omnibus annis aſſictus.*

16 *Præſcriptio in contractu Cenſus, quod vnica ſufficiat etiam reſpectu temporis futuri, voluit multi.*

17 *Contrarium reſpectu temporis futuri, voluit Rota.*

Etiam reſpectu tertij poſſeſſoris conuenti Saluiani, numero 21.

18 *Contractus Cenſus habet in ſe conditionem, quod ſit redimibilis ad voluntatem debitoris.*

19 *Contractus cenſualis non dicitur reſolutus, non facta redemptione Cenſus, vel aliter eo non extincto.*

20 *Hypothecaria, & Saluiano præſcribitur decem, vel viginti annis.*

22 *Obligationis natura, non mutatur ex mutatione perſonæ.*

23 *Præſcriptio longi temporis eſt inducta odio creditoris negligentis, & fauore poſſidentis.*

24 *Negligentia creditoris conditionalis non poteſt conſiderari, niſi poſt purificatam conditionem.*

Præſcriptio in contractu Cenſus, an proſit quo ad fructus decurrendos.

ARTICVLVS SECVNDVS.

EX Concluſione firmata in præcedenti Articulo non leuis ſuboritur difficultas: An præſcriptio de qua loquuti fuimus, & quam concluſimus currere contra dominum Cenſus negligentem exigere annuas reſponſiōnes cenſuales per longum, & longiſſimum tempus proſit non ſolum quo ad Cenſus præteritos, verum etiam quo ad futuros, de qua in hoc Articulo eſt differendum.

Et quoniam iſtius difficultatis reſolutio videtur pendere à reſolutione alterius, videlicet: an ad præſcribendas annuas præſtationes ſufficiat vnica præſcriptio pro omnibus annis, an verò tot requiratur præſcriptiones quot ſunt anni, ideo de illa eſt in primis videndum, circa quam tres reperio Scribentium opiniones.

1 Prima † eſt, quod indiſtinctè tot requirantur præſcriptiones, quot ſunt anni ſiue præſtatio ſit facienda vigore obligationis orientis ex vltima voluntate, ſiue oriatur ex contractu inter viuos, quæ ſententia fuit originalis *Martini Gloſatoris*, & eam ſequutus fuit *Fulgoſ. conſ. 164. num. 1. Butr. in c. peruenit, nu. 27. ext. de Cenſib. Cappella Toloſ. deciſ. 343. Boer.* qui teſtatur de communi *deciſ. 336. Boccacc. in ſuo tract. de Cenſib. p. 3. num. 67.* & magis communiter Vltramontani, teſte *Guido Papa, deciſ. 406. ad finem.*

2 Secunda † fuit opinio ſuperiori ex diametro contraria originalis *Bulgari,* etiam *Gloſatoris,* quod indiſtinctè ſufficiat vnica præſcriptio in omnibus præſtationibus annuis, ſiue debeantur ex vltima voluntate, ſiue ex contractu inter viuos, quam amplexi ſunt multi, quos refert *Boer. d. deciſ. 336. num. 2.* & in propriis terminis *Federic. Martin. in ſuo tract. de iure Cenſ. c. 8. num. 147. & 150. & 157. & ſeqq.*

3 Tertia † autem fuit ſententia inter iſtas media diſtinguens debitum annuum ex vltima voluntate à debito annuo, & cōtractu inter viuos, ſcilicet, quod in debitis annuis orientibus ab vltima voluntate, verior ſit opinio Martini, quod tot requirantur præ-

Digitized by Google

ſcriptiones, quot ſunt anni, quæ videtur fundata.
4 Primò, † quia legatum annuum licet pro primo
anno ſit purum, attamen proſequentibus annis eſt
conditionale, *l. ſi Stichum, §. ſtipulatio, ff. de verb. oblig.*
5 In † obligationibus autem, & debitis conditionali-
bus nō incipit præſcriptio niſi à die purificatæ con-
ditionis, *l. cum notiſſimi, §. illud, C. de præſcr. trigin. vel
quadrag. ann. Corn. conſ. 43. nu. 7. & ſeqq. lib. 2.* quā ra-
tionem amplectitur, & in ea conuenire omnes, dicit
Gaſp. Roder. in ſuo tract. de ann. redditib. lib. 1. q. 17. num.
6 102. Secundò, † quia in legatis annuis tot ſunt lega-
ta, quot ſunt anni, *l. Senatus, §. fin. ff. de donat. cauſa
mort.* & ideo legato annuo non poteſt præſcribi, niſi
de anno in annum, & pro illis tantum annis in qui-
bus fuit ceſſatum in ſolutione per ſpatium triginta
annorum.
7 In † preſtationibus autem debitis ex contractu in-
ter viuos, quia vnica eſt obligatio, & ſtipulatio, *d. l.
Senatus, §. fin. & d. §. Stipulatio.* Quod vnica ſufficiat
8 † præſcriptio tam pro præteritis, quam pro futuris
præſtationibus, *c. de quarta, ext. de Præſcr.* quam ſen-
tentiam ita diſtinguētem, tenuit *Gloſ. in d. l. cum no-
tiſſimi, §. in his, in verbo, cuiuſque, verſ. tu dic tertio, C. de
præſcr. trigin. vel quadr. ann. & ibi Bart. n. 2.* & illā am-
plexi ſunt *Crau. in ſuo tract. de antiq. tempor. p. 4. §. Ma-
teria, ſub n. 36. Boer. d. deciſ. 336. nu. 3.* & *Sribentes com-
muniter, in l. de pupillo, §. ſi pluribus, ff. de noui oper. nūc.*
vbi *Alex. num. 6.* dicit eam eſſe tutiorem, quam ſe-
quuti etiam ſunt, *Signor. conſ. 31.* qui reſpondet con-
trariis, *Abb. in c. auditis, nu. 36. ext. de Præſcr. Balb. in
ſuo tract. de Præſcr. in 4. p. 4. part. princip. q. 4. nu. 2.* vbi
alios cōgerit *ſub nu. 3. verſ. Inde etiam, Caſſan. ad Con-
ſuet. Burgund. Rubr. 11. Des Cenſes, §. 2. nu. 34. verſ. ſed
quæro, & nu. 45. Foller. in ſua Pract. Cenſ. in verbo, hu-
iuſmodi, nu. 107. Aufrer. ad Capel. Toloſ. deciſ. 343. Iaſ.
conſ. 7. nu. 5. verſ. & tenendo hanc. lib. 1. Gig. in ſuo tract.
de Penſion. q. 83. num. 7.* qui teſtatur de magis com-
muni, prout etiam talem profitetur *Anton. Gomez.
Var. Reſolut. tomo 2. c. 11. nu. 45.* vbi contrariis reſpon
det *Corn. conſ. 181. num. 72. verſ. quod & tertio.* iunctis
dictis ibi per eum *num. 76. lib. 2. & conſ. 22. nu. 23. lib.
3.* vbi dicit non eſſe locum diſputationi, nec ab iſta
opinione in conſulendo, & iudicando eſſe recedēn-
dum, *Surd. conſ. 302. nu. 8. lib. 3. Mar. Antonin. Variar.
Reſolut. lib. 2. Reſolut. 5. nu. 9.* & in propriis terminis
eam ſequitur, & magis communem profitetur *De-
cian. conſ. 2. nu. 39. & ſeqq. lib. 1.* Qui licet hoc dicat in
ratione dubitandi, in ſolutione tamen contrarium,
num. 190. & ſeqq. hanc opinionem non impugnat,
ſed aliter reſpondet, eandem ſententiam reſpectu
præſcriptionis annui Cēſus amplectitur *Andr. Gail.
Practic. Obſeruat. lib. 2. concluſ. 73. num. 1.* vbi multos
allegat. & ibi *Bernard. Greu. in Addit. num. 1. Mynſin-
ger. ſingular. Obſeruat. centur. 3. obſeruat. 13. Stephan.
Grat.* poſt hæc ſcripta viſus, *Diſceptat. Forenſ. tomo 3.
c. 490. num. 1.* & tamquam veriorem & frequentio-
rem ſequitur *Felician. de Solis, in ſuis Commentar. de
Cenſib. tomo 2. lib. 4. c. vnico, num. 14. in princ. & verſ.
nihilominus*, & cum ea conſueuit tranſire *Rota*, vt
*coram Put. deciſ. 259. lib. 1. & coram Mobed. deciſ. 226.
quæ eſt 4. de Præſcript. & coram Illuſtriſſ. Cardin. Melli-
no, 13. Iunii, 1603. in illa Romana fructuum Cenſus*, quæ
eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ. 302. in fine, & coram R.
P. D. meo Vbaldo, 22. Iunij, 1616. in illa Romana Saluia-
ni Interdicti*, quæ eſt *ibidem deciſ. 303. num. 1.* & aliàs
ſæpè. & cum illa tamquam magis cōmuni ego quo-
que libentiſſimè pertranſeo quidquid *Feder. Martin.
in d. ſuo tract. de iure Cenſ. c. 5. nu. 84. & ſeqq.* hanc di-
ſtinctionē impugnare conatus ſit. Illam tamen quo
ad illud caput quod reſpicit debita annua ex con-
tractu inter viuos ex mēte Doctorum, dupliciter li-
9 mitandam eſſe cenſeo, & quidem Primò, † vt non
procedat quando debitum eſt in ſui origine, & à
principio conditionale, quod ſub conditione mul-
tiplicaretur, ſed tantum habeat locum in iis debitis
pro quibus obligatio fuit orta, & purè facta tempo-
re ſtipulationis, licet dilata ſit exactio in diem, vel
ſub aliqua conditione purificanda ſuſpenſa per ea,
quæ dicta ſunt ſupra ex *l. cum notiſſimi, §. illud, C. de
præſcript. trig. vel quadr. ann. Balb. d. q. 4. in fine, Aufrer.
ad deciſ. Toloſ. 343. nu. 5. Gaſp. Roder. d. ſuo tract. de ann.
redit. lib. 1. q. 17. nu. 101. ad med. verſ. ſicut reditus an-
nuus*, & voluit *Rota in vna Romana Cenſus de Caffarel-
lis, 9. Decembris, 1587. coram b. m. Gypſio*, quæ eſt *poſt
Tract. deciſ. 230. num. 11.*
10 Limitatur ſecundò, † ex mente *Ang. in l. ſi Stichū,
§. Stipulatio, ad fin. ff. de verb. oblig.* qui dicit hanc eſſe
ſuam nouam opinionem, per tex. in *l. pluribus, §. fin.
ff. eo. tit.* ſi tempore ſtipulationis fuerit adiectum ali-
quod verbum diſtributiuum temporum per dictio-
nem, quandocumque, vel ſimilem: Quia tunc cen-
ſentur eſſe plures diſpoſitiones, & ideo plures requi-
runtur præſcriptiones, quam ſententiam poſt *Ang.*
ſequuti ſunt *Iaſ. in d. l. de pupillo, §. ſi pluribus, num. 4.
ff. de noui oper. nunc. Balb. d. q. 4. num. 4. Foller. in d. ſua
Pract. Cenſu. in verbo, huiuſmodi, nu. 105. ad fin. Gigas,
d. quæſt. 83. num. 8. Mobed. d. deciſ. 226. num. 1. Io. Bapt.
Bon. de Statut. Vrb. præſcr. Gloſ. 19. num. 210.*
11 Hæc † tamen limitatio intelligi debet, vt proce-
dat dumtaxat, quando eſt facta expreſſa dinumera-
tio temporum, vt ſentit *Roderic. d. num. 101. ad fin.
verſ. tom ſi ſtipulatio*, puta pro primo, ſecūdo, & ter-
tio anno, & ſic deinceps, ſecus ſi non ſit facta dicta
expreſſa, & ſpecifica temporum dinumeratio, ſed
ſtipulatio fuerit concepta ſimpliciter per verba di-
ſtributiua ſub vnica verborum ſtructura, nam tunc
ſufficit vnica præſcriptio pro toto tempore & diſtri-
butiuum nihil penitus operatur, vt ipſemet *Ang. in
d. §. Stipulatio*, omnes inclinare fatetur. & aliter in-
tellecta hæc limitatio communiter à Scribentibus
reiicitur in *d. §. Stipulatio*, & ſignanter ab *Alex. nu.
6. Imo.* latè *Roman. nu. 14. cum duob. ſeqq. Iaſ. num. 13.
Seiſſell. num. 30.* quorum opinio comprobatur ex *d. l.
pluribus*, vbi I. C. loquitur in caſu in quo fuerat facta
expreſſa, & ſpecifica temporum dinumeratio, vt de-
clarant *Doctor. in d. §. Stipulatio.* maximè *Iaſ. d. num.
13. & ibi Pancirol. ad Bart.* dicit, quod ſecundum iu-
12 ra noſtra † diſtributio in tempora non inducit plu-
ralitatem, niſi fiat expreſſa dinumeratio tēporum,
adducens pro hoc *Bart. in l. Centurio, num. 26. ad fin.
verſ. quoniam ſecundum iura noſtra, ff. de vulg. & pu-
pill.* & declarat etiam *Tob. Non. in §. at ſi ita, num. 2.
verſ. non obſtat. Inſtit. de verbor. obligat.*
Limitat alio modo eandem Concluſionem *Fe-
13 der. Mart. d. c. 5. nu. 101. & ſeqq.* † quādo debitor an-
nuæ præſtationis & annui reditus non negat ſe eſſe
debitorē, immo hoc confitetur, ſed vel ob inopiam,
vel aliam cauſam non ſoluit; nam ſi triginta annis
nullam

nullam penſionem præſtet, vnica tantum præſtatio,
ea nimirum, quæ ante triginta annos cępit deberi
præſcriptione triginta annorum eſt ſublata, rema-
nente iure exigendi eas annuas penſiones, quæ à vi-
ginti nouem, viginti octo, viginti ſeptẽ, viginti ſex.
& pauc ioribus annis cęperunt deberi, quod pluri-
bus nititur ibi comprobare; ſecus autem ſi debitor
interpellatus vt ſolueret negauit atque creditor tri-
ginta annos, quibus amplius debitorem non inter-
pellauit effluere paſſus eſt: eo enim caſu vniuerſum
ius annuæ præſtationis vnica præſcriptione eſſe ex-
tinctum affirmat *ibi Martin. nu. 94. cum pluribus ſeqq.*
& ſeptem fundamentis nititur id aſtruere. Quod
etiam tenendum eſſe quando non apparet debito-
rem annui Cenſus fuiſſe interpellatum affirmat ſi
Cenſumq; neget: nam eo quoque caſu ab vniuerſo
iure Cenſus, etiam quo ad futuras præſtationes præ-
ſcriptione triginta annorum immunem, & liberum
fieri dicit *ibi, num.* 104.

Ceterum hæc Martini traditio mihi placere non
poteſt ob malam debitoris fidem. Inſurgentem ma-
ximę ex interpellatione ſibi facta, ob quam nullo
tempore currit præſcriptio, *c. fin. de præſcript. c. poſſeſ-
ſor. de reg. iur. lib. 6.* Quod ſentiens ipſe *Feder. cap. 5.
num.* 113. declarat dicta per ſe procedere vel inſpe-
cto iure ciuili, quod in præſcriptione longiſſimi tem-
poris triginta, vel quadraginta annorum bonam
fidem non requirit, vel in iis caſibus in quibus de
iure Canonico bona fides pręſumitur quos recenſet
Couar. in d. cap. poſſeſſor, par. 2. §. 8.

Tranſeundo itaque in hoc Articulo principali
cum hac tertia, & vltima opinione diſtinguente, ſe-
cundum quam annuæ præſtationes, & annua debi-
ta ex contractu puro vnica extinguuntur præſcri-
ptione etiam pro tempore futuro facilis videtur re-
ſolutio propoſitæ principalis difficultatis. an in
præſcriptione iuris exigendi annuum Cenſum ſuffi-
ciat vnica præſcriptio, an verò requirantur plures.
14 Cum † enim in venditione Cenſus vnica ſit obli-
gatio ſoluendi annuas reſponſiones cenſuales futu-
ris aduenientibus temporibus, ſed ſola illarum exa-
ctio differatur de anno in annum, vel de ſemeſtre in
ſemęſtre, prout maturabuntur, videtur quod dicta
obligatio ſit pura, & ortum trahat de tempore ven-
15 ditionis, vt † dici ſolet de obligatione, ex hypothe-
ca, quæ contrahitur ad fauorem locatoris ſuper bo-
nis conductoris pro ſolutione affictus pro omnibus
annis pro quibus fuit facta locatio ſub vnica ver-
borum ſtructura, & conceptione. *Natta, conſ. 584.
num. 1. & ſeq. lib. 3. Iaſ. in l. diuortio, nu. 37. ff. ſol. matr.
Neguſ. in ſuo tract. de pignor. & hypoth. par. 5. memb. 1.
num. 11. & ſeqq. Menoch. conſ. 381. num. 24. lib. 4. Ma-
gon. deciſ. Lucenſ. 69. num. 15. & ſeq. Rota Diuerſ. de-
ciſ. 679. num. 7. & ſeqq. par. 1.* Et propterea videtur
16 prima conſideratione concludendum, † quod ad
præſcribendũ Iuri exigẽdi annuum Cenſum etiam
reſpectu temporis futuri vnica ſufficiat præſcriptio,
quæ incipiat à die qua primum fuit ceſſatum à ſo-
lutione, *Bal. in d. l. cum acutiſſimi, §. ex his, C. de præſcr.
30. vel 40. ann. Balb. in d. quæſt. 4. nu. 2. Foller. in d. ver-
bo, huiuſmodi, num.* 105. *Gig. d. quæſt. 83. num. 7.* & pro
communi *Decian. d. conſ. 2. num. 39. & ſeqq. lib. 1. Ro-
der. d. quæſt. 17. num. 101.* ſequitur *Aluar. Valaſch.
Conſult. tomo 1. conſult. 49. num. 4. 6. & ſeqq.*

17 Ceterum † ab hac ſententia retrahit me auctori-
tas *Rotæ* non ſolum *coram Put. d. deciſ. 259. num. 2.
& ſeqq. lib. 1. & coram Mohed. d. deciſ. 226.* ea ratio-
ne, quia licet venditor Cenſus obligetur ab initio
tempore ſtipulationis pro omnibus præſtationibus,
& reſponſionibus omnium ſequentium annorum,
& poſſit ab initio conueniri etiam pro fructibus ma-
turandis in futurum, non tamen poteſt exigi pro
decurrẽdis, vt vnica ſolutione omnes ſoluat, ſed co-
gi debet de anno in annum, vel de ſemeſtre in ſeme-
ſtre, prout tempore venditionis Cenſus inter partes
conuentum fuerit. Et ideo cum non valenti agere
non currat præſcriptio, vt dictum fuit, concluden-
dum eſt, quod quo ad fructus Cenſus decurrendos,
quorum ſoluendorum dies non venit, nec ceſſit non
poſſit dici completa præſcriptio. Sed etiam *coram
b. m. Gypſio in ill. Romana Cenſus de Caffarellis, 9. De-
cembris, 1587.* quæ eſt *in fine Tract. deciſ. 230. nu. 12.
& coram Illuſtriſſimo Cardinali Mellino, 13. Iunii, 1603.
in illa Romana fructuum Cenſus*, quæ eſt *ibidem deciſ.
302. num. 1. & coram R. P. D. meo Vbaldo, 23. Iunii,
1614. in vna Vormatienſi Cenſus, quæ ibidem eſt deciſ.
18 304. num. 2.* Ea ratione, quod † contractus cenſua-
lis habeat in ſe conditionem, quod Cenſus ſit redi-
mibilis ad voluntatem & arbitrium venditoris &
debitoris illius, & quod propterea ante declaratio-
nem dictæ voluntatis non poſſit dici nata actio. *Pa-
cif. in ſuo tract. de Salu. Interd. inſpect. 2. cap. 2. nu. 292.*
ſecundum nouiſſimam impreſſionem: vnde nec poſ-
ſit etiam tractari de illius præſcriptione quo ad Cen
ſus futuros, ſed dumtaxat quo ad præteritos. *Bal.
conſ. 316. num. 4. lib. 3. Socin. iun. conſ. 80. nu. 24. lib. 3.*
qui in dicta deciſione non fuerunt allegati. Licet
autem quo ad præſcribẽdum Cenſus præteritos ſuf-
ficiat, reſpectu omnium, curſus triginta annorũ cę-
ptus à die, quo ceſſatum fuit in ſolutione, vt ſupra
concluſum fuit; Ius tamen petendi fructus Cenſus
19 in futurum non poteſt dici ſublatum cum † con-
tractus ipſe cenſualis (ex quo ius illud exigendi &
obligatio ſoluendi oritur.) non ſit reſolutus non fa-
cta per venditorem illius, vel eum, qui ad fructuum
dicti Cenſus ſolutionem tenetur, redemptione vel
aliter non extincto Cenſu.

Et quamuis ſecundum opinionem, quam tenuit
Rota, & nos ob illius auctoritatem amplectimur; hęc
videantur procedere abſque difficultate ſi præſcri-
ptio obiiciatur à principali debitore Cenſus, vel ab
eius vniuerſali hærede, quorum reſpectu conditio
impedit natiuitatem actionis ante purificatã con-
ditionẽ, vt dictum eſt, ſecus tamen dicendum vide-
tur, ſi obiiciatur à tertio poſſeſſore conuento hypo-
20 thecaria, vel Saluiano Interdicto, quibus ſimplici-
ter præſcribitur lapſu decem annorum inter præ-
ſentes, & viginti inter abſentes, *l. 1. & 2. C. ſi ad-
uerſ. credit. præſcr. oppon. & ibi Gloſ.* & communiter
Scribentes, *Pacific. d. cap. 2. num. 272. Felician. in dd.
ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 3. cap. 4. nu. 12.
& tomo 2. eod. lib. 3. & cap. 4. num. 18. Mari. Antonin.
Variar. reſolut. lib. 2. reſolut. 5. num. 2.* & nos diximus
ſupra par. 2. cap. 2. quæſt. 5. art. 9. & teſtata fuit ſæ-
pius *Rota*, & maximè *in illa Romana Saluiani Interdi-
cti, 22. Iunii, 1616. coram R. P. D. meo Vbaldo*, quæ eſt
impreſſa *poſt Tract. Deciſ. 303. num. 3.* prout in hac
materia dictam diſtinctionem recipere videtur ea-

Digitized by Google

dem *Rota* tam coram *b.m.Cardinali Mantica*, quam coram *b.m.Iuſto* in deciſionibus, quæ reperiuntur poſt *Pacific. deciſ.*85. *&* 86. ſecundum eandem impreſſionem.
21 Illa † tamen diſtinctio non videtur in propoſito
22 amplectẽda, tum † quia ex mutatione perſonæ non videtur quod mutari poſſit natura obligationis orientis ex contractu cenſuali, qui, vt diximus, eſt conditionalis, & per conſequens non poteſt contra eam naſci obligatio, nec inchoari præſcriptio, niſi à die qua potuit agi, vt latè demõſtratum fuit *d.art.*9. tum quia ſumus in præſcriptione longi temporis de-
23 cem, vel viginti annorũ, quæ † fuit introducta partim odio negligentis, partim fauore poſſidentis, vt dicit *Balb.in d.ſuo tract.de praſcr. par.*2.*quaſt.*1.*nu.*1. & in propriis noſtris terminis *Caſſan. ad conſuetud.*
24 *Burg. Rubr.*11. *Des Cenſes*, §.2. *num.*41. In † obligationibus autem conditionalibus non poteſt conſiderari negligentia creditoris, niſi à die, qua purificata cõditione, ipſe potuit agere, vt dictum eſt, tum demum, quia contrariam ſententiam communiter amplectantur Scribentes, vt poſt multos teſtatur *Odd.conſ.*82. *num.*39. *& ſeqq. lib.*1. refert in terminis noſtris *Felician. d.tomo* 2. *lib.*3. *cap.*4. *num.*18. *verſ.ego tamen*, & nos diximus *ſupra d.art.*9.*num.*50. *& ſeqq.* merito, &c.

CAPITIS SECVNDI

SVMMARIA.

1 *Cenſu redempto ceſſat omnis obligatio ſoluendi illum tam realis reſpectu rei ſuppoſitæ.*
2 *Quam perſonalis reſpectu obligationis perſonalis.*
3 *Fideiuſſor Cenſus liberatur ſequuta Cenſus extinctione.*
4 *Fideiuſſor cenſetur praſtitus, ſecundum naturam contractus in quo acceſſit.*
5 *Fideiuſſor non tenetur in plus, quam teneatur principalis debitor pro quo intereeſſit.*
6 *Etiam quod ſit fideiuſſor euictionis.*
7 *Cenſus fundatus ſuper Cenſu, ceſſat redempto primo Cenſu.*
8 *Fructus Cenſus debentur pro ea rata pro qua Cenſus non fuit redemptus.*
9 *Diſdicta Cenſus poteſt fieri in qualibet parte anni.*
10 *Cenſu redempto in medio anni quod fructus illius debeantur pro toto anno, voluit Bonius.*
11 *Verior eſt ſententia, quod debeantur pro rata temporis.*
12 *Pactum quod ſi redemdtio Cenſus fiat ſoluto ſemeſtre dominus Cenſus non teneatur compenſare fructus indebitè perceptos cum ſorte, eſt illicitum.*
13 *L.qui Roma, in princ. ff.de verb.oblig. Intellectus.*
14 *Foller. in ſua Pract. Cenſ. reprehenditur. Defenditur, num.*16.
15 *Pactum quod fit inter emptorem, & venditorem Cenſus de illo non redimendo niſi lapſo biennio, eſt illicitum.*
17 *Dominus Cenſus recipiens ſortem abſque proteſtatione de non præiudicando ſibi quo ad fructus non ſolutos, ſibi non præiudicat.*
18 *Fructus Cenſus peti poſſunt iure actionis.*
19 *Vſuræ quæ peti poſſunt iure actionis non cenſentur remiſſæ per receptionem ſortis.*
20 *Secus ſi peti poſſunt ſolum per Iudicis officium.*
21 *Fructus Cenſus ex contractu nullo adeo ſunt indebiti vt repeti poſſint, etiam extincto Cenſu.*
22 *Fructus ex contractu Cenſuali nullo, non poſſunt licitè recipi etiam à ſponte ſoluentibus.*
23 *Fructus Cenſus indebitè ſoluti, qua actione repetantur.*
24 *Bona vſurarij non ſunt hypothecata pro reſtitutione vſurarum.*

De aliquibus, quæ ex Cenſus reſolutione, & poſt illam conſequuntur.

CAPVT SECVNDVM.

VIDIMVS ſupra in primo capite huius tertiæ partis principalis, quibus modis extinguitur, & reſoluitur Cẽſus, ſequitur, vt pro complemento huius noſtri Tractatus aliqua breuiter dicamus de iis, quæ ex huiuſmodi extinctione & reſolutione, & poſt illam conſequuntur; quorum pleraque collegimus ex iis, quæ aliis in partibus huius Tractatus pertractata fuerunt.

1 Ex reſolutione autem † & extinctione Cenſus illud præcipuum ſequitur, quod inde reſultat omnimoda liberatio à quacumque obligatione ſoluendi Cenſum tam reali reſpectu rei ſubiugatæ, quæ ab onere impoſitionis Cenſus remanet penitus liberata. *Bon. in ſuo tract. de Cenſib. art.*81. *num.*114. *Boccacc. in ſimili ſuo tract. par.*2. *num.*115. & dixit *Rota coram b.m. Cardinali Blanchetto, 16. Decembris*, 1594. *in illa Vrbeuetana Cenſus*, quæ eſt impreſſa *poſt Tract. deciſ.*82. *coram b.m.Litta*, 23. *Iunij*, 1600. *in illa Romana Silviani Interd.* quæ eſt *ibidem deciſ.*272. *num.*3.
2 *&* 5. Quàm † perſonali reſpectu obligationis perſonalis qua debitor Cenſus eſt obſtrictus, nam ipſemet debitor Cenſus liberatur ab onere ſoluẽdi annuas reſponſiones cenſuales in futurum. *Bon.d.tract. art.*93. *num.*126. & voluit *Ludou.Velazq. de Auend. de Cenſib. Hiſpan. c.*102. *num.*1. *ad fin.* & dixit *Rota coram R.P.D.meo Dunazet*, 10. *Iunij*, 1613. *in illa Romana pecuniaria*, quæ eſt *poſt Tract. deciſ.*270.*num.*3. *verſ. qua verò, & num. ſeq.*
3 Quod † quidem procedit non ſolum reſpectu ipſiuſmet debitoris Cẽſus, verum etiam reſpectu fideiuſſoris, qui in contractu cenſuali acceſſit. nam extincto, & reſoluto Cenſu amplius non tenetur, vt fuit dictum *ſupra hac ead. par.*3.*cap.*1.*quaſt.*7.*num.*6.
4 *& ſeq.* fideiuſſor enim † intelligitur præſtitus ſecundum naturam contractus cenſualis, ſuper quo fuit adhibitus *Rum.* poſt alios quos allegat *conſ.*146. *num.*5. *lib.*1. & ideo ſicut eo caſu principalis imponens ad nihil aliud tenetur, quam ad reſtitutionem ſortis erogatæ, & receptæ reſpectiuè pro pretio dicti Cenſus venditi, & Cenſu redempto, vel aliter reſoluto remanet penitus liberatus, vt ibi diximus; eodem modo fideiuſſor ad aliud teneri non poteſt, ſed
5 remanere debet omnino liberatus, † cum non teneatur plus, quam ſuus principalis, *l.Græce*, §.*illud*,
6 *ff.de fideiuſſ.* etiam † quod eſſet fideiuſſor euictionis. *Pariſ.conſ.*111. *in princ. lib.*4. & diximus *d.quaſt.*7.

Verum enimuero occaſione huius concluſionis contingit de nonnullis dubitari, & quidem Primò, an redempto, vel aliter reſoluto Cenſu ſuper quo

alius

Digitized by Google

alius Cenſus impoſitus & fundatus fuit (prout fun-
dari & creari poſſe, deductum fuit *ſup. par. 1. c. 3.*
q. 1. art. 3.) ceſſet, & extinguatur etiam alter Cen-
7 ſus ſuper eo fundatus & conſtitutus. Et † partem
affirmatiuam veriorem eſſe exiſtimo, ex quo Cenſus
ille nouus remanet abſque fundo, vt diximus in
ſimili *ſup. hac 3. par. cap. 1. quæſt. 1. art. 1. num. 22.* de
Cenſu impoſito ſuper Cenſu antiquo, quòd pereat
ſi perit fundus antiqui Cenſus. Nam cùm rema-
neat abſque fundo, neceſſe eſt vt ipſe quoque Cen-
ſus ſuper eo fundatus pereat. Et hanc eandem par-
tem affirmatiuam non obſcurè tenuit *Ludou. Auend.*
d. tract. cap. 54. num. 10. qui dicit, debitorem huius
noui Cenſus eo caſu compellendum eſſe vel ad il-
lum redimendum, vel ad fundandum & cõſtituen-
dum illum ſuper nouo fundo idoneo & capace.

Secundò dubitatur, an ſi Cenſus pro parte redi-
matur, vel aliter reſoluatur pro parte, debeantur
fructus illius pro parte non redempta, & non reſo-
luta. Quæ tamen dubitatio non magnam habet
difficultatem, facilis enim eſt illius reſolutio, ſi repe-
tamus ea, quæ diximus *ſupra hac ead. par. 3. cap. 1.*
8 *quæſt. 3. art. 1.* Ibi † enim plenè deductum fuit re-
dempta parte Cenſus ex partium conſenſu deberi
fructus reliquæ partis non redemptæ, maximè vbi
expreſsè actum fuit quod pro reliqua parte Cenſus
non redempta fructus debeantur.

Tertia offert ſeſe nobis non iniocunda dubitatio
oriens ex iis, quæ notat *Nauar. in ſuo Commentar. de*
vſur. num. 126. quæſt. 41. & reaſſumit *Boccacc. d. ſuo*
9 *tract. par. 2. num. 59.* dum firmant † quod diſdicta,
& redemptio Cenſus poteſt fieri in qualibet parte
anni, & quandocumque debitor Cenſus voluerit,
quod videtur etiam fuiſſe de mente *Pii V. in ſua Bul-*
la ſuper forma creandi Cenſ. in verſ. cum verò traditio-
ne precij reditus extinguendus erit, &c. & maximè in
illis verbis *volumus nihilominus quandocumque redi-*
tum extingui poſſe, &c. quia licet Cenſus ſit de ſui
natura perpetuus, eſt tamen redimibilis venditore
volente, vt dixit *Rota coram b. m. Gypſio, 28. Martij,*
1588. in vna Romana Cenſus de Caffarellis, quæ eſt im-
preſſa *poſt Tract. Deciſ. 305. num. 2.* Modo contingit
quod debitor Cenſus illum redimit non in fine an-
ni (qui incipere debet à die factæ per eum venditio-
nis eiuſdem Cenſus) ſed in aliqua anni parte. Du-
bitatur an teneatur ad ſolutionem fructuum dicti
Cenſus pro integro anno, an verò dumtaxat pro ra-
ta dicti anni, qua Cenſus durauit?

10 In qua † dubitatione licet prima conſideratione
videretur concludendum fructus Cenſus ſoluendos
eſſe pro toto, & integro anno, argum. *l. qui Romæ, in*
prin. ff. de verbor. oblig. & ſentiunt *Bon. in d. ſuo tract.*
art. 85. num. 118. & nonnulli alij relati à *Feliciano*
de Solis, in ſuis Comment. de Cenſib. tomo 2. lib. 4. cap.
vnico, num. 7. verſ. prima, & Gaſp. Roderic. in ſuo tract.
de ann. reditib. lib. 2. quæſt. 15. num. 76.

11 Attamen † contrariam opinionem exiſtimãt ve-
riorem plerique alij non ſolum, quia eam in practi-
ca ſeruari teſtatur *Caguol. in l. 2. num. 45. & 77. C. de*
pact. int. empt. & vendit. & ſequitur *Poller. in ſua Tract.*
Cenſuali, in verbo, inſtrumentum gratiæ, num. 59. Sed
etiam quia ita de iure ſentiendum eſſe affirmant
Couar. Var. reſolut. lib. 1. cap. 15. num. 10. Ludou. Moli-
na, in ſuo tract. de Contract. par. 2. diſput. 390. num. 4.
Fernand. Rebell. in ſuo tract. de oblig. Iuſtit. lib. 1. q. 6.
num. 23. Io. Bapt. Coſta, in ſuo tract. de Ration. & conſi-
derat. Rata, quæſt. 108. nu. 1. Feder. Martin. in tract. de
iure Cenſ. cap. 6. num. 384. & alij multi, quos refert
Felician. d. cap. vnico, num. 7. verſ. tertia opinio. Qui-
bus addantur poſt hæc ſcripta viſi, *Nicol. Intrigl.*
ſup. Bul. de Cenſib. q. 74. num. 2. Mart. Bonatin. de Con-
tract. diſp. 3. q. 4. puncto vnico, num. 32. verſ. addit. Lu-
dou. Auend. d. cap. 102. num. 3. ad fin. vel quia in hoc
cõtractu emitur ius ad penſionem annuam, & ideo
eſt ſoluẽda pro rata temporis anni, vt dicit *Molina.*
d. num. 4. paulò poſt princ. verſ. ratio eſt. Vel quia iſti
annui reditus non debentur ratione fructuum præ-
dij ſubiugati; ſed ratione pretij quo empti fuerunt,
vnde ſunt diuidendi inter emptorem, & vendito-
rem, vt ex *Bal. in c. cum M. Ferrarienſis, col. 2. verſ. no-*
ta quod nomine, num. 5. ext. de conſtitut. dicit *Couar. d.*
num. 10. vbi *num. 11.* propter eandem rationem id
extendit etiam ad annuos reditus fructuarios quod
ſolui debeant pro rata temporis, & non pro integro
anno. Vel quia ſi Cenſus deberentur pro toto anno
ſequeretur quod dominus Cenſus frueretur pro in-
tegro anno reditibus, ac pretio, quod pro abſurdo
reputat *Felician. d. verſ. tertia opinio, in fine,* ibi ex-
pendi etiam ſolet. Et cum hac opinione tranſeun-
dum omnino Cenſeo non ſolum quia eſt receptiſſi-
ma, & vſu frequẽtiſſima, ideoq. amplectenda in iu-
dicando, & conſulendo, verum etiam quia ita vide-
tur ſenſiſſe *Pius V. in d. ſua Bulla,* dum ibi diſponit
quod debitor Cenſus poſt duos menſes à die factæ
per ipſum diſdictæ Cenſus & denunciationis futu-
ræ redemptionis illius, poſſit quandocumque Cen-
ſum illum redimere. nam ad effectum vt illa facul-
tas redimendi ſit debitori Cenſus proficua dicen-
dum eſt, quod non ſolum à die factæ realis, & effe-
ctualis redemptionis Cenſus, ſed immo ab vltima
die dictorum duorum menſium diſdictæ, facto legi-
timo depoſito, ſecundum ea, quæ diximus *ſupra hac*
ead. par. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 9. liberetur ab onere
ſoluendi annuam reſpõſionem cenſualem pro tem-
pore futuro, & ſic quod nõ teneatur ad fructus Cen-
ſus pro reliqua parte anni cepti tempore redem-
ptionis, vel lapſus dictorum duorum menſium, ſed
dumtaxat pro rata dicti anni decurſa vſque ad di-
ctam diem. & cum hac ſententia tranſit etiam *Ti-*
raq. de Retractu Conuent. §. 5. Gloſ. 3. Nauar. in d. ſuo
Comment. de vſur. num. 126. quæſt. 42. Boccacc. d. ſuo
tract. par. 2. num. 60. facit *Peregr. in ſuo tract. de fideic.*
art. 49. num. 10. verſ. aut conſtitutæ ſunt. & alij multi,
quos recenſet *Felician. de Solis, in d. verſ. tertia opinio.*

12 Quam † ſententiam adeo veram exiſtimauit *Ro-*
ta coram b. m. Cardinali Blanchetto, 24. Maij, 1596. in
illa Eugubina, ſeu Perusina Cenſus, quæ eſt impreſſa *poſt*
Tract. Deciſ. 155. num. 4. vt affirmauerit eſſe illicitum
& vſurarium pactum, quod ſi Cẽſus redimatur poſt
factam ſolutionem ſemeſtris, non teneatur dominus
Cenſus compenſare cum ſorte principali fructus
Cenſus, quos recepit pro rata temporis.

13 Ad *l. qui Roma* † in contrarium ponderatam re-
ſpondet *Couar. d. cap. 15. num. 10* Quod non poteſt
adaptari caſui noſtro, in quo debitor Cenſus poteſt
illum quandocumque redimere. nam in caſu *d. l.*
conuenerant inter ſe contrahentes, quod debitor
non poſſet ſortem reſtituere niſi lapſo biennio, &

nimi-

nimirum ſi tenetur ad vſuras integri biennij, quamuis intra illud ſortem reſtituat, quod pactum eſſe illicitum in contractu cenſuali demonſtratum fuit, *ſupra par. 2. cap. 1. quæſt. 3. art. 7.*

14 Et hinc † apparet quod in terminis *dictæ Bullæ Pij V.* eſt omnino repræhendenda, & reiicienda limitatio, quam ad hanc concluſionem tradit *Foller. in d. verbo, inſtrumentum gratiæ, num. 59.* videlicet, quod ea non procedat, quando inter emptorem & venditorem Cenſus eſſet initum pactum de illo non re-
15 dimendo, niſi lapſo certo tempore: nam † tale pactum tamquam reſtringens facultatem redimendi, eſt de directo contra diſpoſitionem dictæ Bullæ, & non caret ſuſpicione vſurarum; cum dicta facultas debeat eſſe libera & non coarctata ad aliquod certum tempus, vt ſæpius dictum fuit, & ſignanter *d. art. 7.*

16. Non † inficior tamen quod hoc dictum *Foller.* poſſet fortè recipi iuxta terminos *d. l. qui Romæ.* circumſcripta dicta Bulla. cum *d. l.* ita frequentiſſimè intelligi à Scribentibus affirmet *Conat. d. c. 15. nu. 10.*

Quartus ſeſe nobis affert ſcrupulus remouendus ad hunc locum pertinens. An ſi dominus Cenſus quando reuendit illum recipiat pretium & ſortem principalem abſque aliqua proteſtatione, & reſeruatione fructuum iam illucuſque decurſorum, & non ſolutorum, aliquod ſibi faciat præiudicium, quin poſſit poſtea dictos fructus, & penſiones decurſas & non ſolutas nouo iudicio conſequi.

17 In qua † difficultate cõcluſiuè, & reſolutiuè procedendo ſentio per receptionem ſortis ſimpliciter, & abſque proteſtatione & reſeruatione factam nullum generari præiudicium domino Cenſus, quin petere poſſit fructus vſque ad illum diem decurſos, & non ſolutos. moueor eo potiſſimo & ſolidiſſimo
18 fundamento: Quia † iſtæ annuæ reſponſiones cenſuales debentur principaliter & per ſe, ex ſtipulatione & partium conuentione; non autem acceſſoriè, & in conſequentiam, & ideo poteſt dominus Cenſus illas petere, exigere, & conſequi per viam principalis actionis, vt dictum fuit *ſupra par. 2. cap. 2.*
19 *quæſt. 5. per tot.* Quo † caſu per receptionem ſortis non cenſentur modo aliquo remiſſæ & condonatæ reſponſiones iam maturæ, & creditor in tali caſu recipiens ſortem ſimpliciter, & abſque aliqua proteſtatione, & reſeruatione nullum ſibi facit præiudicium quo ad fructus, & penſionem iam debitas,
20 licet † ſecus ſi dicti fructus & reſponſiones non deberentur principaliter, & per ſe ex ſtipulatione, & conuentione partium, ſed acceſſoriè, & in conſequentiam, & pro illis exigendis, & cõſequendis nulla competeret actio, ſed eſſet recurrendum ad officium Iudicis: Quia dicto caſu creditor recipiens ſortem ſimpliciter abſque proteſtatione & reſeruatione non poſſet poſtea dictas reſponſiones debitas recipere, ſed cenſeretur illas debitori remiſiſſe, & condonaſſe, arg. *l. centum Capuæ, in fine, & ibi Ang. col. fin. verſ. vltimo not. ff. de eo quod cert. loc. l. fin. vbi Bart. num. 3. Paul. de Caſtro, num. 2. Iaſ. num. 1. & 5. ff. eod. tit. Tob. Non. conſ. 82. num. 1. Magon. deciſ. Florent. 83. num. 7. Surd. in ſuo tract. de alim. tit. 1. quæſt. 45. num. 62. Hond. conſ. 30. num. 52. lib. 1.*

Quinta ſubnecti poteſt dubitatio oriens ex iis, quæ dicta ſunt *ſupra p. 2. c. 2. q. 4. art. 7.* vbi cõcluſum fuit, quod ex cõtractu Cenſus nulliter & illicitè conſtituti, non poſſunt fructus percipi, ſed ſunt imputandi in ſortem, vel reſtituendi. An ſi ex tali Cenſu fructus fuerint ſoluti, poſſint poſt Cenſus redẽptio-
21 nem, & extinctionem repeti. In qua † dubitatione breuiter, & concluſiuè agendo vera eſt pars affirmatina, quod ſcilicet, dicti fructus tamquam ſoluti abſque cauſa repeti omnino poſſint, quam firmauit *Rota coram b. m. Gypſio, 13. Februarij, 1595. in illa Vrbeuetana Cenſus,* quæ reperitur impreſſa *poſt Tract. deciſ. 12. num. 3. & in eadem cauſa coram eodem die 2. Maij eiuſdem anni,* quæ eſt *ibidem deciſ. 228. num. 1. &*
22 *per tot,* vbi *num. 2.* ſubiicit *Rota,* † quod ex contractu Cenſus impoſiti contra formam dictæ Conſtitutionis *Pij V.* adeo ſunt indebiti fructus, vt nec etiam à ſponte ſoluentibus licitè percipi, & accipi poſſint,
23 Si quis † autem quærat qua actione fructus iſti indebitè, & illicitè percepti repeti, & recuperari poſſint, dicerem eſſe in primis animaduertendũ, quod licet recipiẽs hos fructus teneatur ad illorum reſtitutionem, vt dictum eſt, pro hac tamen reſtitutione facienda nõ ſunt obligata, & hypothecata eius bo-
24 na, vt † in fortiori concludunt *Doctores,* quod nec etiam ſunt obligata bona vſurarij pro reſtitutione vſurarum, *Io. Andr. Abb.* & communiter alij *in c. cum tu, in c. tua, de vſur.* & de communi teſtatur *Nauar. in ſuo Manuali, cap. 17. nu. 263. verſ. alia verò. & Anton. Gama, deciſ. Luſitan. 271. aliàs 272. incipit. Egit actor, num. 1.* & propterea non poterit agi contra tertios poſſeſſores bonorum domini Cenſus actione hypothecaria, vel remedio Saluiani Interdicti, ſed agendum erit actione perſonali, contra ipſum, vel eius hæredes, vt reſtituat vel per conditionem ſine cauſa, *argum. l. 1. ff. de condit. ſine cauſa,* & non obſcurè ſenſiſſe videtur *Rota coram b. m. Gypſio, in illa Vrbeuetana Cenſus, 13. Februarij, 1595.* quæ eſt *poſt Tract. deciſ. 12. num. 3.* vel per conditionem indebiti, *c. debitores,* vbi omnes, *ext. de vſur. Specul. in tit. de action. ſeu petition. §. ſequitur videre, num. 51.* ex quibus hoc ſenſit *Rota corã eodem b. m. Gypſio, die 2. Maij eiuſdem anni 1595.* quæ eſt *ibidem deciſ. 228. num. 1.* Cautius tamen erit ſi libellus generaliter concipiatur ſuper reſtitutione dictorum fructuum, iuxta formam traditam per *Specul. in Rubr. de vſur. in princ.* quam arctare ſe ad conditionem indebiti, vel ſine cauſa, vt admonet *idem Specul. ſub d. num. 51. in fine.*

Et per hæc ad laudem Omnipoten. Dei, eiuſq. glorioſiſſimæ Matris, totiuſq. Cæleſtis Curiæ eſt impoſitus finis huic noſtro Tractatui de Cenſu Conſignatiuo.

Digitized by Google

Digitized by Google


DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

In Corpore Tractatus de Cenſibus

D. LVDOVICI CENCII I. C. PERVSINI

ALLEGATAE, ET ANTEHAC NVMQVAM IMPRESSÆ.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M. DC. XXI.

Sumptibus IOANNIS PAVLI GELLII Bibliopolæ Romani. Ad ſignum Nauis. *Ex Typographia Ioannis Salis.*

Digitized by Google

INDEX LOCVPLETISSIMVS DECISIONVM SACRAE ROTAE ROMANAE,

IN TRACTATV DE CENSIBVS, DEDVCTARVM ORDINE ALPHABETICO,

Primus numerus eſt Deciſionum, alter Notabilium.

A b

ABSOLVTIONES à iuramento tot requiruntur, quot fuerunt præſtita iuramenta, deciſ.148. num.9.

Abſolutio à iuramento non tollit vim, & effectum iuramenti quo ad validitatem contractus, deciſ. 148. num.10.

A c

Acceſſiones contingentes rei poſt obitum teſtatoris, hæredibus non teſtatori competunt, deciſ.82. num.4.

Acceſſoria obligatio ceſſat obligatione principali finita, d.deciſ.82. num.3.

Acceſſorium non poteſt ſtare ſine principali cui accedat, deciſ.193. num.2.

Accollans ſibi cenſum tenetur ad ſolutionem fructuum illius, deciſ.191. num.1.

Accollatio debiti facta ſine conſenſu creditoris non liberat debitorem, deciſ.26. num.5. deciſ.238. num.2.

Acquirere quilibet ſibi poteſt ex aliena pecunia, deciſ.123. num.2.

Acquiſitio cui fiat vt cognoſci poſſit eſt principaliter ſpectandus animus acquirentis, deciſ.170. num.4.

Actio dicitur eſſe de loco de quo eſt perſona creditoris, deciſ. 3. num.15.

Reſpectu exactionis dicitur circumſcribi loco, ibid. nu.19.

Tam actiuè quam paſſiuè trãſit in hæredem, deciſ.284.n.3.

Et in hæredes hæredis, deciſ.14. num.3.

In rem ſcripta ſequitur poſſeſſorem rei, deciſ.90. num.9.

Perſonalis ſequitur perſonam imponentis cenſum, deciſ. 90. num.10.

Realis competit pro cenſu, deciſ.230. nu.8.

Cenſetur propoſita cum exceptione, quæ inerat obligationi, deciſ.263. num.8.

Pignoratitia, vide infra, in verbo, Pignoratitia.

Actor cẽſetur deducere ab initio omne ius ſuũ, deciſ.58.n.5.

Actor ex priuilegio cameralis obligationis poteſt variare, & Iudices diuerſos adire, deciſ.101. num.12.

Intellige quando reus conuentus eſt contumax, d. deciſ. 101. num.12.

Actore non probante reus abſoluitur, deciſ.129. num.1.

Actoris ius non mutatur ex mutatione perſonæ rei conuenti, deciſ.213. num.6. deciſ.250. num.3.

Actus ſequens præſumitur factus in executionem præcedentis obligationis, deciſ.61. num.3.

Et præcedentis conuentionis, deciſ.111. num.3.

Factus contra legem poteſt valere in odium contrahentium non in præiudicium tertij, deciſ.85. num.9.

Ab initio nullus vt reualidetur requiritur nouus conſenſus, deciſ.153. num.3.

Non operatur vltra intentionem agentis, deciſ.183. nu.7. deciſ.205. num.3.

Præſumitur factus de mandato eius cuius intereſt fieri, deciſ.189. num.1.

A d

Adiectus non dicitur quando diſpoſitio eſt æqualiter in perſonam omnium collata, deciſ.172. num.7.

In obligatione ſoluendi non datur, niſi adſit principalis debitor, deciſ.285. num.5.

Cui ſoluatur non datur, niſi adſit qui petere poſſit, d. deciſ.285. num.6.

Adminiſtratio bonorum amittitur ob decoctionem, deciſ. 168. num.10.

Adminiſtrationis ratio reddi debet ab eo, qui adminiſtrauit, et ad quem ſpectat negotium adminiſtratũ, deciſ.178.n.4.

Adminiſtrator liber poteſt ea omnia, quæ poteſt facere dominus, etiam alienando, deciſ.170. num.6.

Non tamen poteſt donare, nec legare, d.deciſ.170. nu.7.

A f

Affinitas per mortem vnius ex coniugibus, diſſoluitur, deciſ.22. num.3.

A g

Agẽs ſine actione dẽt repelli à limine iudicij, deciſ.263.n.3.

Ex contractu debet prius ex parte ſua adimplere contractum, deciſ.262. num.2.

Ad detegendam nullitatem contractus non tenetur reſtituere accepta ex dicto contractu, d.deciſ.262. num.4.

Ad reſciſſionem, vide infra, Reſciſſio.

A l

Aliena res vendi poteſt, deciſ.102. num.10.

In præiudicium vendentis, non domini rei venditæ, d.deciſ.102. num.11.

Non poteſt hypothecari, d.deciſ.102. num.12.

Alienans rem cenſetur dumtaxat alienare ius, quod habet in illa re, deciſ.67. num.3.

Alienatio an dicatur facta ex cauſa neceſſaria, vel voluntaria, deciſ.25. num.3. & ſeqq.

Facta cauſa extinguendi cenſus dicitur voluntaria, d. deciſ.25. num.5.

Facta contra expreſſam prohibitionem, eſt nulla ipſo iure ab initio, deciſ.45. num.2.

Limit. ſi fiat cum conſenſu prohibentis, deciſ.59. nu.14.

Etiam ſi prohibitio ſit facta in contractu inter viuos, deciſ.47. num.1.

Limit. Si fiat ex cauſa neceſſaria, deciſ.52. num.1.

Dummodo neceſſitas probetur aliunde, quam per aſſertionem alienantis, ibid. num.6.

Facta ab hærede grauato, imputatur in portionem quam detrahere poteſt, deciſ.49. num.1. & 2.

Facta cum conſenſu prohibẽtis, nõ eſt irrita, deciſ.59.n.14.

Facta poſt decoctionem cenſetur ſimulata, & in fraudem creditorum, deciſ.85. num.1.

Vt reputetur ſimulata, & in fraudem creditorũ requiritur,

ſcientia dantis, & recipientis, quod bona debitorit non ſufficiant creditoribus, d.deciſ.85. num.3.
Rei noa impeditur per litem ſuper iure connexo rei, deciſ. 307. num.2.
Rei eccleſiæ nulliter facta eſt nulls, ſi Eccleſia volet, deciſ. 264. nam.2. deciſ.265. num.1.& 5.
Reliqua, vide infra, in verbo, Eccleſia.
Rerum minoris non poteſt fieri abſque ſolemnitatibas, deciſ.278. num.21.
Alienationis probibitio, vide infra, in verbo, Probibitio.
Alimentoram obligatio durat viuente alimentario, deciſ. 150.nam,6.
Alternatiuæ pars vna alteram declarat, deciſ.1. num.7.
Ia alternatiuis electio eſt debitoris, deciſ.218. num.2.
Intellige quando vtraque pars alternatiua eſt æqualiter certa, d.deciſ.218.num.3.

A n

Animus acquireatis principaliter ſpectatur in acquiſitionibus dominij, & poſſeſſionis, deciſ.170. num.4.
Annua præſtatio ſuper fructibus bonorum alicuius vniuerſitatis licitè vendi poteſt, deciſ.97. num.2.
Dicitur ius immobile, & ſeparatū de per ſe, deciſ.3.na.16.
Dicitar eſſe de loco vbi eſt deſtinata ſolutio illius, d.deciſ. 3. num.17.
Debita ex contractu vnica præſcriptione tollitur pro omnibus aanis, deciſ.230. nam.9. deciſ.303. aum.1.
Limit.quando promiſſio eſt conditionalis, deciſ.230. num. 11.& d.deciſ.303. num.3.
Anaui reditas ex ſui propria natara, & ſignificatione non computantur inter immobilia, vel mobilia, ſed coaſtituant tertiam ſpeciem de per ſe, deciſ.3. num.13.
Aanui reditus tanc dicuntur bona immobilia, quando percipiuntur ex certis ſundis non ex reditibus generalibas, deciſ.3. num.18.
Et quādo debentur actione reali vel mixta, d.deciſ.3.n.20.
Et quando de neceſſitate ſant applicandi ad mobilia, vel immobilia, d.deciſ.3. num.22.
Tertia ſpecies bonorum conſtituta ex annais reditibus nil aliud eſt quam ius, ſea actio ad illos exigendum, d. deciſ. 3. num.13.
Anticipata ſolutio non prohibetur in cenſu, niſi deducatur in pactum, deciſ.95. aum.8.
Anticipata, vel poſtergata ſolatio cenſas non reſpicit ſubſtaatiam contractas, deciſ.116. aum.2.
Sed eſt quid accidentale, deciſ.116. num.3.
Anticipatæ ſolutionis conventio non præſamitur, deciſ.123. num.8.

A p

Apocba priuata non recognita nalla fidem facit, deciſ.203. num.2.
Non recognita per teſtes in ea ſubſcriptos non caret ſaſpicione antidatæ, deciſ.253. nam.1.
Appellatio remanet deſerta ſi caaſa non expediatar iatra quadriannium à die interpoſitæ appellationis abſque prorogatione ſatalium, deciſ.31. num.1.
Saſpendit effectum ſententiæ, deciſ.139. nu.7. deciſ.219. aum.9. deciſ.213. num.7. deciſ.234.num.4.
Appellatio conceditur in poſſeſſorijs reſpectu fructuū, deciſ. 233.num.6.
Vbi aon præceſſit cauſæ cognitio, deciſ.263. nam.9.
Quo ad vtrumque effectam, d.deciſ.263. aam.10.
Appellatio de iure Canonico datur à quocumque grauamiae, deciſ.242.num.12.
Appellatio nō cōceditur in remedio Saluiani, dec.268.n.14.
Non conceditur ia iudicijs executiuis, deciſ.258. num.2.
Lim.reſpecta liquidationis, deciſ.258. num.2.
Lim.quando ſententia complicat negocium principale, d. deciſ.258. num.3.
Limit.quando ſeatentia implicat negotium principale, d. deciſ.258. num.3. verſ.imma.
Appellatur à denegata dilatione ad ſoluēdā, deciſ.268.n.3.
Approbans contractum non poteſt illum impugnare, deciſ. 96. num.23.

A r

Argamentum ab extenſioae, ad ſurrogationem non procedit, deciſ.60. ſub num.1. in fine.

A ſ

Aſſerenti qaem eſſe ſoluendo incumbit onus probandi, deciſ. 73. nam.3. Contractum eſſe fæneratitium, vel nullum incumbit onus probandi, deciſ.96. num.5.
Aſſertio iurata nocet iuranti, qaando eſt doloſa, & alteri præiudicialis, deciſ.56. num.4.
Venditoris fundum eſſe liberum, intelligitur de ea libertate qua noa impedit validitatem contractus venditionis, deciſ.148. num.10.
Aſſignatio quæ fit pro ſolutione debiti importat dationem in ſolutam, deciſ.290. num.3.
Aſſociatio familiæ conceditur ex iaſtrumento habēte clauſum conſtitati, deciſ.253.aam.10.
Etiam contra ſingulares poſſeſſores, deciſ.149. num.3.
Noa ſolum creditori, ſed etiam illius ceſſionario, deciſ.159. num.3.

A t

Attentata non dantur vbi adeſt diuerſitas cauſarum, deciſ. 243. aum.1.
Noa dicantur purgata per ceſſionem poſſeſſionis cum conditione, ſi qua eſt, deciſ.62.num.1.
Non dicantar purgata niſi refectis expenſis, damnis, & intereſſe, d.deciſ.62. num.2.

A u

Aaditor cameræ Apoſtolicæ tamqaam executor literarum Apoſtolicarum eſt Iudex competens etiam quo ad Epiſcopos, deciſ.218.num.7.
In obligatioaibas cameralibus habet facultatē priuatiuam quo ad omnes alios Iudices, deciſ.101. num.11.
Authen. vide iafra, in verbo, Textus.

B a

BANNIMENTA, vide infra, Edicta.
Bart. in l.3. verſ. tu dic, ff. de Interd. non recipitar, deciſ.240. nam.3.

B e

Beneficiatus in vita æquiparatur vſufructuario in morte vſaario, deciſ.176. num.8.
Reſigaans beneficium qaos fructus conſequatur, infra, in verbo, Fructus.
Beneplacitam Apoſtolicum ſi ia alienatione reſeruetur, non valet alienatio illo non obtento, deciſ.253. nu.7.
Ceaſetar obtentam poſt lapſum triginta annorum, maximè quando fuit reſeruatum in inſtramento, d. deciſ. 253. num.8.
Ia alienatione rei Eccleſiæ non præſumitur niſi poſt ſpatium ad minus triginta annoram, deciſ.27. aum.3. deciſ. 28. nam.7.
Eſt loco ſolemnitatis, deciſ.28. num.2.
Facit præſumi alienationē factā eſſe vtiliter, deciſ.30.n.3.

B o

Bona alieaari prohibita nō veniunt in generali obligatione, qaando adſunt alia bona ſuper qaibas poteſt verificari obligatio.

Digitized by Google

obligatio, deciſ. 39. num. 4. deciſ. 49. num. 19. deciſ. 163. num. 8 in fine.
Obligata in ſubſidium non poſſunt capi in executionem, niſi prius probata inſufficientia bonorum principaliter obligatorum. deciſ. 263. num. 2.
Alienata debent imputari in legitimam, vel Trebellianicam alienanti debitum, deciſ. 310. num. 1.
In dubio præſumuntur allodialia, non feudalia, deciſ. 72. num. 10.
Etiam ſi ſint intra fines feudi, d. deciſ. 72. num. 11.
Licet aliqui, & malè contrarium velint, d. deciſ. 72. nu. 11.
Eccleſiæ non poſſunt alienari abſque ſolemnitatibus, deciſ. 253. num. 6.
Emphyteutica, vide infra, in verbo, Emphyteuſis.
Minoris, vide infra, in verbo, Minor.
Bonorum appellatione veniunt pecuniæ, deciſ. 187. num. 1.
Bona fides in materia vſuraria non eſt conſiderabilis, deciſ. 119. num. 5.
Cauſatur ex titulo iniuſto, & temeraria, deciſ. 293. nu. 5.
Cauſata ab errore iuris ſufficit ad acquiſitionem fructuum, ſed non dominij, deciſ. 293. num. 7.
Limit. ſi tali errori ius reſiſtat, d. deciſ. 293. num. 11.
Sublim. Dummodo ius abſolutè reſiſtat, ſecus ſi ſimpliciter det formam actui, d. deciſ. 293. num. 14.
Cauſata ab errore facti non impedit acquiſitionem fructuum, deciſ. 293. num. 20.
Inducitur ex emptione facta à iudice vendente ſeruatis ſeruandis, d. deciſ. 293. num. 10.
Inducitur ex aſſertione viri legalis, & fide digni, maximè ſi fiat in iudicio, d. deciſ. 293. num. 17.
Amplia etiam ad præſcribendum dominium, d. deciſ. 293. num. 18.
Bona fides poſitiua non inducitur ex titulo inualido, deciſ. 293. num. 8.
Bonam fidem recognoſcens in contractu cenſus cenſetur recipere pretium cenſus, deciſ. 104 num. 10.
Et eſt principalis debitor cenſus, deciſ. 134. num. 1. deciſ. 180. num. 5.
Bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, deciſ. 206. num. 5. deciſ. 293. num. 1.
Immo ſufficit abeſſe malam fidem, d. deciſ. 206. num. 6. deciſ. 293. num. 3.
Etiam ſi poſſideat abſque titulo, vel inualido ratione culturæ, & curæ, d. deciſ. 293. num. 2. & 4.
Limit. ſi poſſideat ex titulo reprobo, d. deciſ. 293. num. 6.

B r

Breue Apoſtolicum ſuſtinetur ex iuſtificatione dumtaxat vnius ex pluribus narratis in breui ſi tale ſit quod potuerit præbere iuſtã cauſam concedendi gratiã, deciſ. 78. n. 2.

B u

Bulla Pij V. ſuper cenſibus dedit certam formam contractui cenſuali, deciſ. 81. num. 1.
Seruanda eſt in qualibet parte mundi, deciſ. 80. num. 6. deciſ. 87. num. 6.
Maximè in ijs, quæ reſpiciũt iuſtitiam, vel iniuſtitiam cenſus & inducunt æqualitatem, deciſ. 80. num. 9.
Et in ijs quæ concurrunt ad tollendam vſurariam prauitatem, d. deciſ. 80. num. 10.
Et in ijs quæ ius naturale, & Diuinum declarant, d. deciſ. 80. num. 10.
Non annullat cenſus creatos ante illius promulgationem, deciſ. 92. num. 3.
Duo facit, primum dat formam contractui, ſecundum improbat nonnulla pacta, deciſ. 146. num. 2.
Prohibens deduci in pactum intereſſe lucri ceſſantis, intelligitur de extrinſeco, non intrinſeco, deciſ. 147. num. 16.
Non prohibet intereſſe lucri ceſſantis ſi probentur requiſita Pauli de Caſtro, deciſ. 147. num. 20.
Concedens domino cenſus prælationem in venditione fundi cenſiti, quomodo intelligitur, deciſ. 156. num. 9.
Recipit interpretationem paſſiuam à iure communi, deciſ. 71. num. 4.
Eſt exorbitans, deciſ. 71. num. 5.
Concedens ius retrahendi eſt exorbitans, deciſ. 159. nu. 3.
Multum præiudicat domino, deciſ. 306. num. 5.
Debet ſtrictè intelligi, deciſ. 159. num. 3.
In verſ. hanc autem ſalutiferam, &c. quomodo intelligatur, deciſ. 186. num. 8. & 9.
In verſ. contractuſq. ſub alia forma, &c. declaratur, deciſ. 116. num. 4. & ſeq. deciſ. 146. nu. 6. deciſ. 147. num. 2.
Bullæ Pij V. ſuper cenſib. non vſus allegari non poteſt, deciſ. 80. num. 6.

C a

CADVCITAS eſt pœna, deciſ. 67. num. 11.
Excuſatur ob quamlibet cauſam credendi, etiam quod ſit minus iuſta, deciſ. 4. num. 3.
Non incurritur ob alienationem reuocabilem ſi reuocetur, deciſ. 49. num. 20. deciſ. 50. num. 2.
Non incurritur ob alienationem factam contra expreſſam prohibitionem, niſi ſequuta declaratione, deciſ. 74 nu. 1.
Calculatio poteſt ſemper fieri etiam poſt relaxatum mandatum, deciſ. 197. num. 10.
Calumnioſè proponi præſumitur id quod à perſonis magis informatis non fuit propoſitum, deciſ. 118. num. 5.
Cameralis obligatio habet executionem paratam, deciſ. 86. num. 1. deciſ. 259. num. 2.
Tamquam res iudicata, deciſ. 191. num. 2.
Non cenſetur appoſita in inſtrumento, niſi exprimatur, deciſ. 254. num. 1.
Non admittit niſi certas exceptiones, deciſ. 259. num. 2. deciſ. 86. num. 2.
Exceptionem nullitatis, deciſ. 75. num. 3.
Exceptiones requirentes altiorem indaginem, deciſ. 75. nu. 3. deciſ. 191. num. 3.
Limit. ſi probetur incontinenti per publicum inſtrumentum, d. deciſ. 191. num. 4.
Vulneratur per ſententiam reuocatoriam aliarum ſententiarum laturum pro executione cameralis obligationis, deciſ. 255. num. 1.
Si non extendatur non releuat, deciſ. 101. num. 7.
Cameralis obligationis effectus, & priuilegium eſt, vt actor poſſit variare quacumque inhibitione non obſtante, deciſ. 101. num. 8.
Limit. quando reus comparuit coram primo Iudice, deciſ. 101. num. 9.
Cameralis obligationis executio non competit, niſi pro expreſſis, deciſ. 285. num. 14.
Non datur niſi ad inſtantiã creditoris principalis non etiam tertij, etiam quod dicti tertij interſit, deciſ. 33. num. 1.
Datur contra non nominatos in inſtrumento, deciſ. 33. nu. 2.
Limit. quando obligatio eſt reſtricta ad certam perſonam, d. deciſ. 33. num. 3.
Non retardatur per allegationem falſæ cauſæ, ſi non ſit euidens, deciſ. 21. num. 4.
Nec per exceptionem enormiſſimæ læſionis, ſi altiorem requirat indaginem, d. deciſ. 21. num. 5. deciſ. 86. num. 12.
Nec per exceptionem moleſtiarum, & ſequeſtrorum, deciſ. 191. num. 6.

Non competit pro his quæ veniunt ex iuris interpretatione, deciſ.285.num.15.
Limit. ſi allegentur per viam replicationis, d.deciſ.285. num.16.
Cameralis obligatio obligat efficacius, ſed non in plus quam contrahentes velint, deciſ.33.num.44.
Cameralem obligationem non adijcit procurator ſine ſpeciali mandato, deciſ.254. num.5.
Non exequitur Iudex, niſi ſpecialiter habeat in facultate, deciſ.243. num.5.
Camerarius S.R.E. poteſt exercere etiam ea, quæ requirunt ſpeciale mandatum, deciſ.86. num.3.
Canonicis in cauſa Eccleſiæ in materia prohibita non creditur, deciſ.28. num.5.
Canonici non poſſunt præiudicare Eccleſiæ recipiendo minorem ſummam quam debeatur, deciſ.304. num.3.
Capitulum ſi Epiſcopali ſede vacante conſequitur fructus, illos non conſequitur ſi Epiſcopus ad aliam Eccleſiam fuerit tranſlatus, deciſ.176. num.11.
Obligatur ex venditione facta à Canonicis tamquam vniuerſis, ſecus ſi fiat tamquam à ſingularibus perſonis, deciſ.287. num.6.
Caputaq. deciſ.17. lib.1. declaratur, deciſ.67. num.5. deciſ. 74. num. . . .
Carcer. geſta in carcere ſunt nulla tamquam geſta ob metum, deciſ.266. num.1.
Limit. quando carcer non eſt directus ad illud gerendum, d.deciſ.266. num.5.
Carceris metus, infra, in verbo, Metus.
Caſus in ſtatuto non expreſſus, eſt regulandus ſecundum Ius commune, deciſ.86. num.10.
Cataſtrum non probat dominium, neque poſſeſſionem in præiudicium eius, qui non interfuit illius confectioni, deciſ. 16. num.5.
Facit tamen aliquam fidem, deciſ.279. num.10.
Maxime ſi concurrant adminicula, deciſ.279. num.11.
Cauſa adiecta legato ſi reſpicit fauorem legatarij non limitat legatum, deciſ.43. num.8.
Iuſta capiendi pecuniæ ad cenſum eſt ſolutio æris alieni, deciſ.136. num.7.
Originalis attẽditur nõ quod inde ſequitur, deciſ.181.n.2.
Cauſæ dicuntur diuerſæ, quando agitur de terminis eiuſdem cenſus diuerſo tempore maturatis, deciſ.243. num.2.
Cauſa extinctionis cenſus ſapit petitorium, deciſ.247. nu.6.
Semel effecta appellabilis ſemper durat appellabilis, deciſ. 257. num.2.
Cauſa ceſſante, ceſſat effectus, deciſ.266.num.6.

C e

Cedula bancaria habet vim ſolutionis factæ præſenti pecunia, deciſ.103.num.7. deciſ.104.num.1. deciſ.131. nu.2. deciſ.132.nu.1. deciſ.290.num.2. deciſ.291. num.3.
Etiam in emptione cenſus, deciſ.291. num.4.
Cenſus præſumitur impoſitus ſuper fundo exiſtente in loco contractus, deciſ.94. num.4.
Impoſitus ſuper re aliena valet in præiudicium imponentis, deciſ.13. num.1. & 2.
Secus in præiudicium domini, deciſ.15.n.8. deciſ.16.n.3.
Cenſum impoſitum ſuper fundo onerato alio cenſu ſi quis emat poteſt agere contra venditorem, vel vt fundum liberet, vel vt faciat conſentire habentes intereſſe, deciſ.6. num.5.
Cenſus debet eſſe minor, vel ad ſummum æqualis fructibus fundi ſuppoſiti, deciſ.4. num.4.
De ſui natura continet hypothecam, deciſ.5. num.11.
Conſtitutus contra formam Bullæ Pij V. eſt nullus, deciſ. 8. num.5.
Vitalitius ſuſtinetur propter periculum vitæ, deciſ.9. num.12.
Exigitur via executiua, deciſ.21. num.2.
Eſt onus reale, deciſ.54. num.3.
Computatur inter immobilia, deciſ. 81. num. 7. deciſ.82. num.11. deciſ.83. num.23.
Etiam in ſtatutis, deciſ.85. num.7.
Non eſt res cenſuata, ſed quid diſtinctum ab ipſa re, deciſ. 81.num.8. deciſ.185. num. 3.
Non venit appellatione mobilium, vel pecuniæ, deciſ.82. num.1.
Venit appellatione iurium legatorum, deciſ.82.num.7.
In quo concurrunt requiſita per Bullam Pij V. eſt validus, deciſ.98. num.1.
Eſt diuiduus tam ratione rei, quam ratione voluntatis, deciſ.125. num.15.
Immo eſt indiuiduus, deciſ.272. num.6. deciſ.283. nu.10.
Exigi poteſt etiam ex contractu nullo, quando venditor ſe expreſsè obligauit ad damna, & intereſſe, deciſ.139.n.8.
Eſt de ſui natura ſemper redimibilis, deciſ.151.num.2.
Tranſit cum ſua hypotheca, deciſ.183. num.9.
Et cum ſuis fideiuſſoribus, d.deciſ.183. num.9.
Contra quemcumque rei ſuppoſitæ poſſeſſorẽ, deciſ.40.n.1.
Cenſum in re propria ad ſui commodum nemo habere poteſt, deciſ.2.nu.6. deciſ.5.n.9. deciſ.306.nu.6. deciſ.182.n.2.
Cenſum durare, & eſſe in arbitrio illius dominium ſortem repetere ſunt incompatibilia, deciſ.283. num.3.
Cenſus eſt ſpecies ſeruitutis, deciſ.71.nu.11. deciſ.1. num.4.
De ſui natura irredimibilis perpetuus fit, redimibilis venditore volente, deciſ.305. num.2.
Impoſitus ſuper re Eccleſiæ, vide infra, in verbo, Eccleſia.
Impoſitus ſuper re emphyteutica, vide infra, in verbo, Emphyteuſis.
Impoſitus ſuper re ſubiecta fideicommiſſo, vide infra, in verbo, Fideicommiſſum, & in verbo, Impoſitio.
Impoſitus ſuper re expreſsè alienari prohibitus, vide infra, in verbo, Impoſitio cenſus.
Cenſualis contractus, vide infra, in verbo, Contractus.
Cenſus fructus, vide infra, in verbo, Fructus.
Cenſus extinguitur, vide infra, in verbo, Extinctio.
Cenſus impoſitus à minore, vide infra, in verbo, Minor.
Cenſus perimitur, vide infra, in verbo, Peremptio.
Cenſus in dubio præſumitur validus, donec probetur aliquis illius defectus, deciſ.110. num.2.
Cenſus emptus pro perſona nominanda facta nominatione illi, non ementi acquiritur, deciſ.125. num.5.
Intellige pro parte pro qua fuit facta nominatio, ſed alia pars acquiritur ementi, d.deciſ.125. num.9.
Et tot cenſentur cenſus quot perſonæ nominantur, d.deciſ. 125. num.14.
Emptus cum pecunijs depoſitatis eu lege ne amoueantur niſi cum conſenſu Titij, eo non conſentiente amotiom, eſt inualidus, deciſ.115. num.1.
Emptus ex pretio fundi mox imponenti venditi, cenſetur vſurarius, deciſ.122.nu.2. deciſ.2. num.8.
Maximè ſi cenſus ematur eodem pretio, deciſ.22. num.3.
Emptus cum aliena pecunia acquiritur ei cuius nomine emitur, deciſ.166. num.11.
Acquiritur ei pro quo emitur mediante ſtipulatione Notarij, vel legitimi procuratoris, deciſ.167. num.1.
Emptus cum pecunia communi acquiritur ſocijs communiter, & vtrique ſolui debet, deciſ.172. num.4.

Cenſus

Digitized by Google

Cenſus pretium, vide infro, in verbo, Pretium.

Ceoſus ex quibus pactis reddatur illicitus, infra, in verbo, Pactum.

Cenſus dicitur reſolutus eo ipſo quod illius dominus poteſt od ſui libitum ſortem repetere, deciſ. 182. num. 3.

Cenſu reſoluto pretium remanet purum mutuum, deciſ. 31. num. 7.

Cenſus perimitur per extinctionem, deciſ. 113. num. 9.

Cenſus non ceſſat niſi cum effectu ſit ſatisfacto illius domino de ſorte, deciſ. 204. num. 4. vel ſi non conſtituto in mora domino ſiat legitimum depoſitum, deciſ. 204. nu. 6.

Cenſu nullo declarato pretium eſt ſtatim reſtituendum, deciſ. 229. num. 4.

Ceſſio poſſeſſionis cum conditione ſi qua eſt non valet pro purgatione attentatorum, deciſ. 62. num. 1.

Ceſſio actionis ſine expreſſione cauſæ præſumitur ſimulata, deciſ. 164. num. 5.

Niſi ſiat coniuncta perſona, deciſ. 164. num. 8.

Iurium intelligitur quatenus cedens habeat, deciſ. 164. num. 7.

Facta pro minori pretio quam ſit creditum cedentis ſuffragatur reſpectu totius ſummæ debitæ, deciſ. 83. num. 6.

Fideiuſſori debet fieri efficaciter, deciſ. 148. num. 17.

Poſſeſſori in quo annotatur poſſeſſio iura debent cedi talia qualia habet cedens, deciſ. 148. num. 4.

Facta vltra vitam cedentis nihil valet, deciſ. 184. num. 1.

Non validatur ex cauſa friuola, & iniuſta, deciſ. 275. n. 3.

Facto ex interuallo nullo præcedente pacto, non ſuffragatur, deciſ. 184. num. 2.

Limit. ſi ſit facta ad ipſiuſmet ſoluentis liberationem, d. deciſ. 184. num. 3.

Limit. ſi ſolutio ſit facta à ceſſionario non proprio, ſed fideiuſſorio nomine, d. deciſ. 184. num. 7.

Ceſſio in incorporalibus idem operatur quod traditio in corporalibus, deciſ. 249. num. 3.

Ceſſio facta ſoluenti ex pecunijs debitoris, non releuat, deciſ. 205. num. 1. deciſ. 180. num. 6.

Ceſſio debet intimari de mandato Iudicis cum intimatione, aliàs non releuat, deciſ. 161. num. 3.

Vel debet transmitti copia authentica ceſſionis, & relinqui debitori, d. deciſ. 161. num. 4. & 15.

Et non ſufficit notificare nomen Notarij de ceſſione rogati, d. deciſ. 161. num. 9.

Non ſuffragatur ceſſionario, quando ſolutio omnem obligationem extinguit, deciſ. 180. num. 6.

Cedens non poteſt præiudicare ceſſionario, deciſ. 223. nu. 11.

Ceſſionarius non conſequitur plus iuris, quam haberet cedens, deciſ. 83. num. 7.

Acquirit poſſeſſionem incorporalium abſque apprehenſione, deciſ. 249. num. 2.

Repræſentat perſonam cedentis, & illius iuribus vti poteſt, deciſ. 68. num. 3. deciſ. 183. num. 4.

Succedit in locum cedentis, deciſ. 183. num. 4.

Ceſſionario competit remedium retinenda, infra in verbo, Interdictum.

C i

Citatio primo, maximè in criminalibus, debet fieri perſonaliter, deciſ. 133. num. 3.

Facta à publico nuncio cenſetur facta de mandato iudicis, deciſ. 161. num. 5.

Extraiudicialis requirit ſpeciale iudicis mandatum, deciſ. 161. num. 6.

Facto extra iuriſdictionem Iudicis mandantis, non præſumitur facta de mandato Iudicis, deciſ. 161. num. 7.

Quod præceſſerit demonſtrat comparitio citati, non citari facientis, deciſ. 173. num. 6.

Eſt neceſſaria etiam in executiuis, deciſ. 257. num. 3.

Debet eſſe certa, deciſ. 278. num. 4.

Ad videndum induci & iurare teſtes, non ſufficit niſi perſonaliter facta, deciſ. 79. num. 22.

Limit. quando præceſſit citatio perſonaliter poſtea citandus non reperitur, vel difficulter poteſt citari, deciſ. 79. num. 23.

Facta in loco domicilij electi à forenſe ſufficit etiam quando citatio deberet eſſe perſonalis, d. deciſ. 79. num. 24.

Limit. ſi electio domicilij eſſet facta ex eo quod citandus habitaret in aliquo loco remotiore propter commoditatem curſorum, quia dicta electio non operatur quando citatio debet eſſe perſonalis, deciſ. 79. num. 25.

Nullo conualidatur per comparitionem citati, d. deciſ. 79. num. eod.

Citationis executæ probatio non releuat, niſi conſtet de citationis tenore, deciſ. 84. num. 4.

Citatus debet ſemper opponere, deciſ. 197. num. 9.

C l

Clauſula ſequens debet referri ad proximo, deciſ. 51. num. 4.

Generalis non refertur ad ea, quæ habent ſpecialem prouiſionem, deciſ. 54. num. 6.

Oppoſito ad fauorem emptoris reſtringitur ad intereſſe reale, deciſ. 64. num. 5.

Derogatoria non ampliat præcedentem diſpoſitionem, ſed intelligitur poſita ad limites illius, deciſ. 306. num. 2.

Poſita in vno capitulo illud tantum reſpicit, & qualificat, deciſ. 140. num. 4.

Poſita in vna parte inſtrumenti non refertur ad ea, in quibus militat diuerſa ratio, deciſ. 140. num. 5.

Poſita in fine refertur tantum ad ea, quibus qualitas conuenit, deciſ. 146. num. 7.

Non refertur ad omnia quando ex tali relatione inſurgeret correctio iuris communis, d. deciſ. 146. num. 8.

Non refertur ad omnia quando proprietas ſermonis non patitur, deciſ. 147. num. 3.

Clauſulæ executiuæ non alterant diſpoſitionem, deciſ. 223. num. 5.

Clauſula poſita in licentia vendendi res Eccleſiæ quam habeant vim, deciſ. 36. num. 3. & deciſ. 37. num. 4.

Clauſula ad cedendum, &c. pro pretio, &c. importat facultatem vendendi, deciſ. 186. num. 3.

Aliàs aliter, nec alio modo indicat præciſam intentionem, deciſ. 117. num. 4.

Ad rationem tot ſolidorum, ſtat demonſtratiuè, deciſ. 219. num. 5. deciſ. 220. num. 2.

Appellatione remota, non tollit reſtitutionem in integrum, deciſ. 109. num. 5.

Minus operatur quam res iudicata, d. deciſ. 109. num. 6.

Aliàs quacumque occaſione vel cauſa, operatur vt diſpoſitio comprehendat omnem caſum, deciſ. 151. num. 3.

Arbitrio Rotæ. Intelligitur proue de iure, deciſ. 236. num. 1.

Citra nouationem preſeruat anteriorem hypothecam, deciſ. 104. num. 7.

Confeſſus fuit ſe habuiſſe, & recepiſſe, ſunt verba viſus, & ſenſus Notarij, non partium, deciſ. 135. num. 3.

Conſtito facit reſcriptum conditionale, deciſ. 237. num. 2.

Requirit ordinem iudiciarium, deciſ. 8. num. 8.

Et cauſæ cognitionem, deciſ. 36. num. 3. 4. & 10.

Conſtituti appoſita in contractu nullo, non operatur, deciſ. 253. num. 14.

Reli-

Reliqua, vide infra, in verbo, Conſtitutum.
Cum intimatione appoſita in decreto operatur vt non facta intimatione decretum non afficiat, deciſ.84. num.11. deciſ.173. num.5.
Cum libera, &c. in mandato intelligitur dummodo procurator contrahat bona fide, & obliget dominum pro proprio illius facto, deciſ.190. num.1.
Recipit reſtrictionem à verbis ſubſequentibus, d.deciſ. 190. num.2.
De ſuo dato, & facto, &c. non liberat venditorem ſcienter alienantem bona fideicommiſſo ſubiecta ab æſtimationis reſtitutione, deciſ.198. num 8.
Nec à facto ſuorum auctorum, deciſ.198. num.9.
Nec à libera rei vendita traditione, d.deciſ.198. num.9. verſ. vltra.
Dummodo licita, & honeſta, poſita in confirmatione non comprehendit expreſſa, deciſ.124. num.2.
Et cætera, comprehendit ea tantum, quæ ſunt de natura actus, non alia, deciſ.84. num.7.
Vel ea quæ ſunt cępta exprimi, non ea quorum ſaltem principium non fuit cęptum exprimi, deciſ.84. num.8.
Ex certa ſcientia in reſcripto Principis non operatur in tertij præiudicium, deciſ.72. num.4.
Maximè quando nulla præceſſit cauſæ cognitio, d.deciſ.72. num.5.
Motu proprio in reſcripto Principis non operatur in tertij præiudicium, deciſ.72. num.4.
Maximè quando non præceſſit cauſa cognitio, d.deciſ.72. num.5.
Omnia, & ſingula, poſita in inſtrumento refertur ad enunciata, deciſ.285. num.4.
Promiſit facere conſentire, &c. poſita in inſtrumento venditionis, intelligitur dummodo emptoris interſit, & poſſit pati aliquod damnum, deciſ.297. num.4.
Pro quo de rato promiſit, comprehendit omnia contenta in inſtrumento, deciſ.164. num.4.
Quacumque occaſione vel cauſa, operatur vt diſpoſitio comprehendat omnem caſum, deciſ.151. num.3.
Recepit in contanti, &c. vide infra, in verbo, Verbum recepit.
Reſeruato conſenſu domini in alienatione rei emphyteuticæ, præſernat validitatem contractus, deciſ.40. num.13. & 14.
Saluis, &c. reſtringit diſpoſitionem, deciſ.107. num.5.
Si legitimè conſtiterit, &c. cuius ſit effectus, deciſ.36. num.6. & 7. & deciſ.37. num.4. & 5.
Sine præiudicio iurium quo ad alios obligatos appoſita in inſtrumento liberationis, operatur vt nihil cenſeatur actum reſpectu aliorum in inſtrumento non comprehenſorum, deciſ.104. num.5.
Immo quod quo ad alios cenſeantur repetitæ obligationes cum priuilegio prioritatis, & potioritatis, deciſ.104. num.6.
Præſeruat ius, ita vt non cenſeatur alteratum, deciſ.251. num.4.
Sine præiudicio legitimæ executionis præſeruat iuriſdictionem iudicis à quo, deciſ.258. num.1.
Si quid exequendum exequatur, ſuſpendit exequutionem donec de iuſtitia ſententiæ exequendæ cognoſcatur, deciſ. 87. num.1.
Debet iuſtificari ex eiſdem actis, deciſ.242. num.10. deciſ. 255. num.1.
In commiſſione appellationis intelligitur de, & circa cauſam ſuper qua fuit pronunciatum, deciſ.243. num.4.
Intelligitur prout de iure, deciſ.255. num.7.
Suſpendit dumtaxat donec cognoſcitur de iuſtitia ſententia, deciſ.79. num.2.
Si vocatis vocandis conſtiterit, vide ſupra clauſulam, Conſtito.
Tamquam principalis, &c. conſtituit principalem debitorem, deciſ.134. num.5.
Vocatis vocandis, vide ſupra, clauſulam, conſtito.
Clauſulæ ſublata, poteſt renunciari, deciſ.59. num.15.
Decreti irritantis, poteſt renunciari, deciſ.59. num.15.

C o

Collegij exiſtentia non probatur ex ſola denominatione, deciſ.30. num.5.
Colono partiario plurimum defertur circa fructuum quantitatem, deciſ.293. num.22.
Commodum quod datur propter grauamen, ceſſat ſublato grauamine, deciſ.141. num.5.
Compenſatio non fit de debito vnius cum debito alterius, deciſ.111. num.9.
Crediti cum debito cui fuit in partita contrapoſitum non ipſo iure, ſed ſi opponatur fit, deciſ.160. num 10.
Maximè ſi quantitas debiti, & crediti non correſpondeat, deciſ.160. num.11.
Compulſorialis proceſſus eſt nullus, ſi Notarius non iuret de fideliter exercendo, deciſ.8. num.3.
Debet conferri cum proceſſu originali compulſato, deciſ. 8. num.4.
Conceſſio ad vitam eſt alienatio, deciſ.253. num.5.
Condictione indebiti agens tenetur probare ſolutum non fuiſſe debitum, deciſ.112. num.1.
Condictio ex l fin. C.de acq.poſſ. competit ex inſtrumento habente clauſulam conſtituti, contra tertium poſſeſſorem habentem titulum & bonam fidem, deciſ.303. num.11.
Non tollitur niſi ſpatio triginta annorum, deciſ.303.n.12.
Conditionem non euenuiſſe, non eſt probandum quando hoc eſt notorium, & clarum, deciſ.199. num.6.
Conductor compenſat ſterilitatem vnius anni cum vbertate alterius, nec petit tunc remiſſionem, deciſ.10. num.9.
Non ſibi, ſed domino poſſidet, deciſ.79. num.18.
Confeſſio Prelati non præiudicat Eccleſiæ, deciſ.7. num.4.
Maximè quando continet remiſſionem iurium, d.deciſ.7. num.5.
Et tendit ad diſtractionem rerum Eccleſiæ, d.deciſ.7.nu.6.
Teſtatoris non poteſt impugnari ab hærede, deciſ.209. n.5.
Debitoris eſt ceteris probationibus efficacior, deciſ.210. num.4. deciſ.212. num.2. deciſ.234. num.3.
Facta in vno iudicio, & contra quam fuit iudicatum, non præiudicat confitenti in alio iudicio, deciſ.76. num.6.
Reſultans ex productione iurium facta in vna cauſa, non præiudicat in alia, deciſ.10. num.12.
Qualificata poteſt ſcindi ſi contineat diuerſa, & ſeparatā capitula, deciſ.113. num.6.
Limit. ſi qualitas ſit talis, quæ actum cui adijcitur reddat nullum, d.deciſ.113. num.7.
Cedentis facta poſt ceſſionem non præiudicat ceſſionario, deciſ.125. num.7.
Prohibiti actum facere non probat, deciſ.310. num.3.
Limit. ſi concurrant coniecturæ, deciſ.310. num.4.
Venditoris facta poſt venditionem, non præiudicat emptori, deciſ.125. num.8.
Extraiudicialis etiam facta parte abſente de æquitate canonica probat, deciſ.114. num.1.
Si ſit probata per teſtes idoneos probat etiam de iure ciuili, d.deciſ.114. num.3.

Maximè

Maximè quando agitur ſolum de probanda veritate rei geſtæ, d.deciſ.114. num.2.
Et abſque dubio concurrentibus adminiculis, d.deciſ.114. num.4.
Facta ad fauorem vnius perſonæ alteri non ſuffragatur, deciſ.130. num.4.
In depoſito probat numerationem, deciſ.131. num.4.
Erronea non præiudicat, deciſ.148. num.13.
Adminiculata non poteſt ex abrupto reuocari, deciſ.189. num.7.
Facta ad vnum finem non probat ad alium diuerſum, deciſ.188. num.4.
De recepto, quæ tendit ad alium obligandum, non releuat, deciſ.241. num.3.
Limit. ſi ſit admodum veriſimilis, d.deciſ.241. num.4.
Limit. contra confitentem, d.deciſ.241. num.5.
Non reſtricta ad certam rem non præiudicat, deciſ.270. num.1.
Facta à creditore de recepto, non eſt ſufficiens abſque adminiculis, deciſ.270. num.3.
Procuratoris ſpontanea non nocet, deciſ.7. num.3.
Facta in iudicio ſi à domino non reuocetur, præiudicat, deciſ.100. num.21.
Maximè ſi dominus fuerit præſens, d.deciſ.100. num.22.
Facta in vna cauſa non nocet in alia, deciſ.100. num.14.
Poteſt quandocumque à domino reuocari, deciſ.210. nu.7.
Limit. ſi dominus illius vigore obtinuit in primo iudicio, deciſ.210. num.8.
Confinium deſignatio demonſtrat quid in diſpoſitione comprehenſum ſit, deciſ.299. num.2.
Confirmatio dicitur facta ex certa ſcientia, quando tenor rei confirmatæ inſeritur in ſupplicatione, deciſ.124. num.3.
Conformitas ſententiarum, vide infra, in verbo, Sententia.
Confuſio actionum non ſequitur in hærede cum beneficio inuentarij, deciſ.175. num.5.
Coniecturæ concludentiſſimæ habent vim probationis, deciſ.128. num.6.
Maximè quæ ſequuntur poſt contractum, deciſ.128. nu.7.
Coniecturis non eſt opus in claris, deciſ.125. num.10. deciſ.137. num.5.
Conſenſus non præſumitur præſtitus animo donandi, ſed ad validandum contractum, deciſ.18. num.2.
Reſultans ex actibus poſitiuis non debet extendi vltra dictos actus, deciſ.74. num.10.
Conſenſui nil magis repugnat, quam error, deciſ.271. nu.10.
Conſentire alienationi, & alienare paria ſunt, deciſ.18. num.13.
Conſentiens alienationi rei fideicommiſſo ſubiectæ excluditur à commodo fideicommiſſi, deciſ.14. num.4.
Poteſt tamen petere conſeruationem indemnitatis, d.deciſ.14. num.4.
Conſentiens alienationi rei ſuæ nihil amplius petere poteſt, deciſ.14. num.5.
Conſentiens imponi cenſum ſuper re ſua poteſt petere releuatorem, d.deciſ.14. num.6.
Conſtitutum operatur etiam mortuo conſtituente, vt conſtitutarius non priuetur ſua poſſeſſione, deciſ.235. nu.11.
Limit. ſi poſt mortem conſtituentis conſtitutarius negligat capere poſſeſſionem exiſtentem penes hæredes conſtituentis, d.deciſ.153. num.12.
Etiam ſi negligat per modicum tempus, d.deciſ.253. n.13.
Conſuetudo eſt obtinenda in contradictorio iudicio parte opponente, deciſ.9. num.21.
Non inducitur ex ſententijs difformibus, deciſ.9. nu.22.
Non ſuffragatur in materia vſuraria, deciſ.9. num.23 deciſ.11. num.2. & ſeqq. deciſ.153. num.3. deciſ.227. num.3.
Debet probari aliàs non ſuffragatur, deciſ.3. num.10.
Debet probari ſpecialiter in caſu de quo agitur, deciſ.3. num.11.
Tollit vſuræ præſumptionem, & ab ea excuſat, deciſ.117. num.10.
Suſtinet contractum Cenſus etiam ſi aliquid in eo interueniat contra ſubſtantiam illius, deciſ.124. num.11.
Non probatur ex atteſtatione Doctoris, deciſ.3. num.12.
Contractus qui publicè frequentatur, præſumitur licitus non vſurarius, deciſ.10. num.6.
A partium conuentione legem accipit, deciſ.59. num.7.
Nulliter geſti ſuſtinentur ex æquitate, quando plures contractus ſunt ita geſti, deciſ.59. num.17.
Non vitiatur ob vitium, quod non reſpicit ſubſtantiam illius, deciſ.116. num.1.
In dubio præſumitur iuſtus non fœneratitius, deciſ.96. num.2.
Præſumitur validus, deciſ.96. num.3.
Non debet eſſe ſine effectu, deciſ.96. num.4.
Præſumitur verus, quando præceſſit obligatio contrahendi, deciſ.96. num.24.
Præſumitur legitimè initus, deciſ.117. num.2.
Non iudicatur ex eo, quod in illo ſcriptum eſt, ſed ex eo quod inter contrahentes actum fuit, deciſ.134. num.3.
Vſurarius non validatur propter obſeruantiam ſubſequutam, deciſ.155. num.2.
Nec per Papæ confirmationem, d.deciſ.155. num.5.
Nec per iudicis ſententiam. d.deciſ.155. num.8.
Ab initio nullus partium facito conſenſu non validatur, deciſ.155. num.4.
Nullus ex defectu cauſæ eſt nullus ſi volet is, qui de nullitate dicere poteſt, deciſ.206. num.7.
Qui habet implicitum ſtatum validitatis, non eſt ipſo iure nullus, deciſ.265. num.3.
Initus cum Eccleſia abſque ſolemnitatibus non eſt nullus, niſi poſt declarationem Eccleſiæ, deciſ.265. num.4.
Reliqua ſupra, in verbo, Eccleſia.
Vnus poteſt eſſe validus inter contrahentes, quoad alios inualidus, deciſ.85. num.8.
Contrahentes non cogitantes de effectu reputantur ſtulti, deciſ.96. num.17.
Contrahens cum aliquo certa qualitate expreſſa, non poteſt illam negare, deciſ.163. num.15.
Contractus plures celebrati eodem die coram eiſdem teſtibus, & Notario ſunt correſpectiui, deciſ.122. num.1.
Contractus Cenſus ratificatur percipiendo fructus illius, deciſ.80. num.6.
Dicitur conditionalis, vt ſcilicet fructus ex eo debeantur, quatenus Cenſus non fuerit redemptus, deciſ.303. nu.4.
Intellige inter emptorem, & venditorem Cenſus, vel eorum hæredes, ſecus reſpectu tertij poſſeſſoris præſcribentis hypothecariam, d.deciſ.303. num.5.
Contractus cenſualis forma in quibus conſiſtat, deciſ.146. num.3.
Subſtantialia quæ ſint, deciſ.308. num.21.
In contractu Cenſus non venditur res ſuper qua Cenſus impouitur, ſed ius percipiendi annuam penſionem, deciſ.1. num.2. deciſ.4. num.5. deciſ.116. num.9.
Ex contractu Cenſus oritur actio realis, deciſ.230. num.6. & 8.
Contractus Cenſus eſt licitus, deciſ.10. num.5.

Con-

Contraria proponens non eſt audiendus, deciſ.118. num.8.

Conuentio clara debet ſeruari, deciſ.304. num.1.

Copia ſimplex nullam facit fidem, nec probationem, deciſ. 130. num.7.

Copula requirit concurſum vtriuſque copulati, deciſ.253. num.2.

Correſpectiua dicuntur pacta poſita in eodem inſtrumento; licet habeant cauſam ſeparatam, deciſ.124. num.4.

Contractus celebrati eodem die coram eiſdem Notario & teſtibus, deciſ.122. num.1.

Correſpectiuitas ad præſumendum delictum non inducitur ex vicinitate actuum, quando quilibet habet ſuam cauſam, deciſ.123. num.11.

Correus totum ſoluens poteſt obtenta ceſſione repetere à correis eorum partiones, deciſ.18. num.1.

C r

Creditor conueniens coram vno Iudice vnum ex pluribus inſolidum obligatis, non prohibetur conuenire alium coram alio Iudice, deciſ.32. num.12.

Immiſſus ex Saluiano non poteſt negare poſſeſſionem debitoris, deciſ.68. num.5.

Vigore clauſulæ precarij poteſt capere poſſeſſionem bonorum ſui debitoris propria auctoritate, deciſ.149. num.2. deciſ.150. num.2.

Conſentiens alienationi rei ſibi obligatæ, & hypothecatæ, amittit hypothecam, deciſ.163. num.17.

Poſterior non poteſt per ſuum factum præiudicare anteriori, deciſ.160. num.12.

Exigens aliquid vltra ſortem committit vſuram, deciſ. 182. num.5.

Sui ipſius nemo eſſe poteſt, deciſ.183. num.10.

Poteſt agere contra debitorem ſui debitoris concurrentibus aliquibus, deciſ.187. num.5.

Tenetur probare fuiſſe in loco deſtinatæ ſolutionis perſonam legitimam, quæ reciperet ſolutionem, deciſ.224. n.2.

Anterior, & potior non poteſt propria auctoritate capere poſſeſſionem rei ſibi obligatæ ab altero poſſeſſæ, deciſ. 232. num 6.

Etiam ſi ſimpliciter poſſideret abſque iuris fomento, d.deciſ.232. num.10.

In diem non poteſt agere antequam dies ſolutionis venerit, deciſ.267. num.3.

Cum hypotheca reſpectu bonorum præfertur anteriori habenti ſolum actionem perſonalem, deciſ.279. num.7.

Habet fundatam intentionem ſuper non ſolutione, nec tenetur probare negotiuam, deciſ.295. num.4.

Habet electionem an agat contra principalem debitorem, vel contra fideiuſſorem obligatum principaliter, & inſolidum, deciſ.83. num.6.

Retinens rem diuiſibilem pro ſuo credito, ſi quid vltra ſuum creditum ſupereſt, id retinet ſine cauſa, deciſ.69. num.7.

Agens contra fideiuſſorem tenetur illi cedere iura efficacia, deciſ.148. num.19.

In Saluiano debet ſatisfieri de fructibus, deciſ.69. num.1.

Non tenetur cedere iura, niſi talia qualia habet, deciſ. 148. num.vlt.

Creditum iuſtificatur ex inſtrumento, deciſ.68. num.2. deciſ.95. num.1. deciſ.230. num.1.

Poteſt contraponi debito ad effectum conuertendi od quamcumque cauſam recipienti placitam, deciſ.160. num.9.

Contrapoſitum debito in partita extinguit debitum, deciſ. 160. num 8.

Quod peti non poteſt non præſumitur remiſſum ex regula, l.Procula, ff.de Probat. deciſ.305. num.3.

C u

Curt.iun. conſ.210. num.21.

D a

DAMNVM quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet imputare, deciſ.119. ſub num.6. in fine.

Damna & expenſæ non reficiuntur, niſi facta eorum liquidatione, deciſ.267. num.4.

Damna, & intereſſe peti poſſunt loco adimplementi, deciſ.286. num.4.

Datio in ſolutum habet aliquando vim pretij, deciſ.81. nu.2.

Facta pro cautela, & maiore vtilitate creditoris, non inducit nouationem, deciſ.288. num.2.

Facta ſimpliciter ſtatim liberat debitorem, deciſ.289. n.3.

Secus ſi poſt dationem in ſolutum aliquid remaneat faciendum ad fauorem creditoris, d.deciſ.289. num.4.

Datione in ſolutum receditur à priori contractu, deciſ.290. num.4.

Dationem in ſolutum importat aſſignatio facta pro ſolutione debiti, deciſ.290. num.3.

Res in ſolutum data creditori, eſt loco crediti, deciſ.288. num.1.

D e

Debitor non poteſt eſſe teſtis in cauſa propria, deciſ.5. nu.15.

Aſſerens ſe ſoluiſſe debet probare, deciſ.130. num.3.

Minoris vt conſequatur pleniſſimam ſecuritatem, debet ſoluere auctoritate Iudicis, deciſ.175. num.1.

Immo requiritur iuſſus Iudicis, & contradictio debitoris, ita vt ſolutio appareat coacta, deciſ.175. num.2.

Sui ipſius nemo eſſe poteſt, deciſ.183. num.10. deciſ.306. num.7.

Eiuſdem rei eſſe poteſt, & creditor reſpectu diuerſarum perſonarum, deciſ.183. num.11.

Si ſuccedat creditori confunduntur actiones, & extinguitur obligatio, deciſ.183. num.12.

Intellige ſi ſuccedat irreuocabiliter, ſecus ſi reuocabiliter, d.deciſ.183. num.12.

In qua quantitate quis remaneat non poteſt verificari, niſi ſolidatis computis, deciſ.184. num.1. verſ. nec videtur, & num.9.

Suſcipiens terminum ad ſoluendum, videtur fateri debitum, deciſ.210. num.3.

Limit. ſi terminum ſuſcipiat metu mandati, quia non fatetur debitum quo ad tempus futurum, d.deciſ.210. nu.5.

Eſt in damno ſi cogatur ſoluere monetam pretioſiorem, quam ſoluerit, deciſ.217. num.8.

Filiifamilias ſoluens patri vti patri, non liberatur, deciſ.294. num.7.

Cenſus, vide infra, in verbo, Venditor Cenſus.

Debitor non tenetur offerre, nec proteſtari, quando non adeſt perſona legitima, quæ recipiat, deciſ.224. num.3.

Non remanet liberatus ob mandatum alteri factum, vt pro ſe ſoluat, deciſ.238. num.4.

Non cogitur facere inſtrumentum cum camerali obligatione, deciſ.254. num.4.

Soluens tutori putatiuo liberatur, deciſ.278. num.15.

Intellige ſi pecuniæ ſint verſa in vtilitatem pupilli, deciſ. 278. num.16.

Debitori in dubio fauendum eſt, deciſ.221. num.1.

Debita tot ſunt, quot ſunt termini Cenſus maturati, deciſ. 243. num.3.

Debitum ex vna cauſa poteſt ex partium conſenſu conuerti, vt debeatur ex alia cauſa, deciſ.92. num.2.

Debitorum nomina poſſunt dari in ſolutum, deciſ.81. nu.3.

De-

Deceptis non decipientibus iura ſubueniunt, deciſ.34. nu.4.
Deciſio in terminis facit recedi à regulis iuris, deciſ.65.n.2.
Declaratio non tollit ius quæſitum ex actu declarato, deciſ.7. num.8.
Dici non poteſt illa, quæ non exponit, ſed perimit actum declaratum, deciſ.7. num.9.
Facta à perſona, & tempore ſuſpecto non eſt releuans, deciſ.38. num.4.
Non diſponit, ſed quid in præteritum actum ſit oſtendit, deciſ.96. num.18.
Retrotrahitur ad tempus diſpoſitionis, deciſ.96. num.19.
Decoctus is dicitur, qui poſtquam talis fuit declaratus fugam arripuit, deciſ.85. num.4.
Ob decoctionem perditur adminiſtratio bonorum, deciſ.168. num.10.
Geſta poſt decoctionem non præiudicant creditoribus, deciſ.168. num.6.
Decretum Iudicis habet præſumptionem pro ſe non ſolum reſpectu Iuſtitiæ, ſed etiam reſpectu ſolemnitatum, deciſ.22. num.1. deciſ.23. num.1. & 5. deciſ.25. num.8. deciſ.30. num.1. deciſ.86. num.4.
Redditur nullum ex falſa cauſa, deciſ.26. num.2. & 6.
Sufficit eſſe veram cauſam principalem, deciſ.35. num.6.
Præſumitur interpoſitum ex iuſta, & vera cauſa, donec contrarium probetur, maximè ſi ſint ſeruatæ debitæ ſolemnitates, deciſ.35. num.1. & 2.
Factum cum conditione intimandi non afficit nan facta intimatione, deciſ.84. num.11. deciſ.173. num.5.
Tollit omnem ſuſpicionem, deciſ.86. num.4.
Non requiritur in actu qui fit ex neceſſitate, deciſ.294. num.1.
In alienatione bonorum filijfamil. minoris ab eius patre facta, deciſ.294. num.2.
Decretum qui vult impugnare debet illius nullitatem manifeſtè probare, deciſ.22. num.2.
Delegatio debitoris non liberat, niſi fiat cum conſenſu creditoris, deciſ.238. num.3.
Denunciatio facienda domino Cenſus de futura conditione fundi cenſiti requiritur pro forma, deciſ.157. num.3.
Debet fieri cum omnibus conditionibus, quibus res illa vendenda eſt, deciſ.71. num.1.
Debet fieri etiam quod dominus cenſus haberet aliunde notitiam dictæ venditionis, deciſ.157. num.2.
Debet fieri non à venditore, ſed ab emptore rei, & cur, deciſ.156. num.9.
Debet fieri ei qui poteſt declarare, an velit præferri, deciſ.307. num.4.
Denunciatio non eſt neceſſaria in quolibet actu, deciſ.162. num.5.
Sed tantum in caſibus in iure expreſſis, d.deciſ.162. nu.4.
Depoſitum nullum non releuat, deciſ.84. num.12.
Factum de conſenſu alicuius non poteſt abſque illius conſenſu leuari, deciſ.121. num.1.
Confeſſionatum liberat conſentiente creditore, deciſ.131. num.1. deciſ.291. num.5.
Obligat depoſitarum, deciſ.281. num.5.
Probat numerationem, deciſ.291. num.6.
Regulare ſi ſaluatur contra, vel præter legem dictam in actu deponendi non extinguitur, ſed ſemper manet, deciſ.145. num.6.
Conditionatum non releuat, deciſ.173. num.4. deciſ.238. num.1. deciſ.296. num.2. deciſ.297. num.8.
Factum abſque præiudicio iurium non nocet, deciſ.233. num.4.
Debet ita fieri vt deponens abdicet à ſe dominium rei depoſitæ, deciſ.238. num.7.
Factum non citata perſona legitima, eſt nullum, deciſ.277. num.5.
Non vitiatur ſi adijciantur conditiones intrinſecæ, deciſ.277. num.12. deciſ.281. num.6.
Factum ſine cauſa non releuat, deciſ.296. num.1.
Factum non citato creditore ad recipiendum non releuat, deciſ.295. num.1. deciſ.297. num.6.
Legitimè factum habet vim realis ſolutionis etiam ad effectum acquirendi fructus, deciſ.291. num.1.
Impedit curſum vſurarum, deciſ.291. num.2.
Factum pro extinctione Cenſus liberat ab illius fructibus, deciſ.131. num.1.
Si fiat poſt duos menſes diſdictæ non releuat, deciſ.173. ſub num.4.
Legitimè factum habet vim extinctionis Cenſus ex actu retroſimili, deciſ.277. num.10.
Debet eſſe integrum, aliàs eſt nullum, deciſ.84. num.13. deciſ.215. num.3. deciſ.295. num.5. deciſ.297. num.5.
Etiam ſi deficiat in vno nummo, deciſ.84. num.14.
Tam reſpectu ſortis, quam fructuum, deciſ.84. num.15. deciſ.295. num.3. deciſ.282. num.5.
Etiam reſpectu fructuum duorum menſium diſdictæ, deciſ.84. num.16.
Depoſito non eſt opus vbi creditor offert ſe paratum recipere, deciſ.296. num.3.
Depoſitum licet liberet à ſolutione facienda, non tamen retractat iam factam, deciſ.297. num.1.
Depoſiti periculum ſpectat ad conſentientem depoſito, deciſ.298. num.2.
Eſt commune inter debitorem, & creditorem, quando vtriuſque mora intercedit, deciſ.298. num.3.
Deponere non eſt accollare, deciſ.297. num.2.
Depoſitarius ſoluens contra, vel præter pacta facta in actu deponendi de ſuo ſoluit & mutuatur, deciſ.145. num.7.

D I

Dictio, Alij, etiam iuncto ſigno vniuerſali importat ſimilitudinem, deciſ.306. num.1.
Autem, intelligitur retentis iiſdem terminis, deciſ.123. num.9.
Reſoluitur aliquando in diſiunctiuam, deciſ.123. num.10.
Euidens, idem eſt quod clarum & indubitatum, deciſ.28. num.9.
In, multum differt à præpoſitione, deciſ.214. num.8.
Eſt apta includere terminum cui adijcitur, deciſ.214. numero 9.
Iuxta, aliquando ſtat demonſtratiuè, deciſ.207. num.2.
Ipſe, a, um, refert nomen proprium, deciſ.51. num.2.
Nullo modo, inducit formam, deciſ.146. num.4.
Perpetuo, inducit fideicommiſſum abſolutum, deciſ.43. num.4.
Satisfactio, non importat neceſſario actualem numerationem, deciſ.252. num.1.
Spontè denotat meram, & liberam voluntatem, deciſ.123. num.7.
Statim, intelligitur cum aliquo temporis interuallo, deciſ.103. num.11.
Etiam duorum menſium, deciſ.103. num.12.
Tamen, reſtringit omnia præcedentia, deciſ.171. num.2.
Difficultas æquiparatur impoſſibilitati, deciſ.175. num.7.
Dilatio ad ſoluendum eſt concedenda debitori, deciſ.268. n.2.
Etiam in remedio Salutani, deciſ.268. num.8.
Si à Iudice denegetur debet appellari, deciſ.268. num.3.

Dili-

Diligentiam adhibuiſſe quem præſumendum eſt, deciſ.25. num.7.
Diſdicta Cenſus eſt de neceſſitate facienda à volente redimere illum, deciſ.173. num.4. deciſ.276. num.1.
Debet fieri per duos menſes ante, deciſ.276. num.2.
Poteſt fieri quibuſcũque verbis declarantibus voluntatem redimendi, deciſ.176 num.3. deciſ.277. num.9.
Euaneſcit ſi Cenſus non redimatur intra duos menſes, deciſ.84. num.2.
Si non fiat Cenſus remanet integer, deciſ.277. num.2.
Debet fieri legitimæ perſonæ, deciſ.278. num.8. & 12.
Non poteſt fieri pupillo, deciſ.278. num.7.
Diſpoſitio quantumuis exorbitans extenditur quantum proprietas verborum patitur, deciſ.156. num.4.
Etiam quod eſſet maior ratio in vno quam in alio, d.deciſ.156. num.5.
Loquens in venditione an procedat in addictione pignoris, deciſ.156. num.7.
Si deueniat ad caſum à quo incipere non poterat irritatur, deciſ.283. num.7.
Diſpoſitio rei ſpectat ad illius dominum, deciſ.171. num.1.
Diſpoſitionem liberam habere denotat habere dominium, deciſ.167. num.2. deciſ.170. num.3.
Diſpoſitum non habet locum ſi ceſſet præſuppoſitum, deciſ.84. num.21. deciſ.271. num.8.
Diuerſa facta dicuntur, quæ diuerſa tempora continent, deciſ.113. num.10.
Diuiduus contractus quando dicatur, deciſ.125. num.16. & 17.
Diuiſione in facienda fit aſſignatio rerum arbitrio Iudicis, deciſ.49. num.8.

D o

Dolus requiritur ad effectum vt pœnæ locus ſit, deciſ.49. num.13.
Contra dolum proprium nemo auditur, deciſ.34. num.2.
Dominium transfertur traditione, deciſ.40. num.12.
Rei cenſuatæ remanet penes venditorem, deciſ.47. num.4.
Rei venditæ tranſit in emptore facta illius traditione, & ſoluto pretio, deciſ.147. num.8.
Non transfertur ex ſubhaſtatione nulla, deciſ.153. num.7.
Vtile & directum non poteſt concurrere in eadem perſona reſpectu eiuſdem rei, deciſ.151. num.1.
Non acquiritur ſine animo acquirentis, deciſ.163. num.6. in fine.
Non poteſt eſſe in ſuſpenſo, deciſ.160. num.4.
Rei emptæ nomine alieno abſque mandato ante ratificationem remanet apud vendentem, deciſ.160. num.5.
Vel acquiritur ementi ſed reuocabiliter, deciſ.160. numero 6.
Dominus rei pro indiuiſo poteſt dicere rem ad ſe ſpectare, deciſ.39. num.6.
Domini duo eiuſdem rei inſolidum eſſe non poſſunt, deciſ.167. num.4. deciſ.169. num.4. deciſ.171. num.1.
Dominus Cenſus vigore clauſulæ præcarij poteſt propria auctoritate capere poſſeſſionem bonorum cenſuatorum, deciſ.149. num.1. deciſ.150. num.1.
Debet præferri omnibus in venditione fundi cenſiti, deciſ.157. num.1. deciſ.307. num.1.
Et præfertur dominus Cenſus antiquioris, deciſ.308. numero 3.
Etiam quod poſterior Cenſus ſit maioris quantitatis, deciſ.308. num.8. & 9.
Maximè ſi alius ſit in poſſeſſione, deciſ.308. num.11. & ſeqq.
Etiam reſpectu Cenſus impoſiti ante Bullam Pij V. d.deciſ.308. num.18. & 19.
Et multò magis illi datur retentio ſi poſſideat, deciſ.308. num.1.
Non debet deponere pretium, ſed ſufficit ſola voluntatis declaratio, deciſ.157. num.2.
Non poteſt ſortem repetere ad ſui libitum, deciſ.230. n.13.
Volens retrahere rem cenſitam debet ſoluere integrum pretium.
Nec eſt audiendus ſi velit excomputare pretium rei cum ſuo credito, & cum pretio Cenſus, deciſ.159. num.4.
Reliqua, vide infra, in verbo, Emptor, & in verbo, Manutentio.
Donatio inter patrem & filium ex cauſa matrimonij etiam futuri, valet. deciſ.16. num.2.
Non eget inſinuatione, deciſ.107. num.2.
Donatio facta filijs firmatur iuramento, deciſ.107. nu.1.
Inter virum, & vxorem morte confirmatur, deciſ.166. num.8.
Præſumitur ex ſolutione indebiti voluntariè facta, deciſ.111. num.7.
Limit. in ſoluente vſuras indebitas, deciſ.111. num.8.
Donator non tenetur de euictione, deciſ.198. num.11.
Limit. ſi contractus incipiat à promiſſione, deciſ.198. numero 12.
Tenetur ſatisfacere creditoribus, quando ſoluto ære alieno aliquid illi ſupereſt, deciſ.284. num.6.
Dos quo ad maritum eſt titulus oneroſus, reſpectu verò mulieris dotatæ eſt lucratiuus, deciſ.175. num.11.
Succedit loco legitimæ, deciſ.119. ſub num.2.

D u

Duo vincula magis ſtringunt, quam vnum, deciſ.308. numero 14.
Declar. vt d.deciſ.308. num.15.

E c

ECCLESIA *tenetur ex contractu ex quo vtilitatem percipit, deciſ.229. num.2.*
Reſtituitur de iure aduerſus ſententiam, deciſ.279. num.12.
Non debet locupletari cum aliena iactura, deciſ.287. nu.2.
Non tenetur reſtituere pretium ex cõtractu receptum niſi probetur verſum in eius vtilitatem, deciſ.287. num.3.
Eccleſiaſticæ rei alienatio requirit copulatiuè iuſtam cauſam, & ſolemnitates, deciſ.8. num.7. deciſ.18. num.17. deciſ.28. nu.1. deciſ.30. n.2. deciſ.36. nu.2. dec.37. n.2.
Cauſa debet probari aliunde, quam per inſtrumentalem enunciationem, deciſ.27. num.4.
Non probatur aſſertione partium, deciſ.28. num.5. deciſ.36. num.9. deciſ.37. num.6. & 7.
Cauſa iuſta eſt vtilitas, vel neceſſitas Eccleſiæ, dec.27. n.5.
Cauſa vtilitatis debet eſſe euidens, ideſt clara, & indubitata, deciſ.28. num.8.
Cauſa neceſſitatis debet eſſe præciſa, deciſ.27. num.6.
Nec præſumitur ex antiquitate temporis, deciſ.28. num.6.
In alienatione facta ex cauſa vtilitatis emptor non tenetur probare pretium eſſe verſum in vtilitatem Eccleſiæ, deciſ.8. num.10. deciſ.29. num.1. deciſ.287. num.5.
In alienatione facta ex cauſa neceſſitatis emptor tenetur probare pretium eſſe verſum in cauſam enunciatam, deciſ.8. nu.11. deciſ.28. n.4. deciſ.36. nu.12. deciſ.287. n.4.
Verſio autem probatur præſumptionibus, & coniecturis, deciſ.29. num.3.
Solemnitas & tractatus capitularis non eſt neceſſarius, vbi interuenit beneplacitum Apoſtolicum, deciſ.30. nu.6.

Non

Non ſufficit niſi adſit conſenſus ſuperioris, vel legitima illius confirmatio, deciſ. 37. num. 3.
Impoſitio Cenſus ſuper re Eccleſiæ requirit ſolemnitates, & iuſtam cauſam, deciſ. 77. num. 2. deciſ. 40. num. 5.
Repete quæ mox dicta ſunt de alienatione rei Eccleſiæ circa cauſam & ſolemnitates.
Abſque beneplacito Apoſtolico eſt inualida, deciſ. 28. n. 3.
Facta à prælato ad fauorem ſui conſanguinei non caret ſuſpicione, deciſ. 8. num. 9.
Suſtinetur tamen ſi ab Eccleſia fuerit approbata, deciſ. 29. num. 5.
Declaratur. vt in deciſ. 40. num. 6. & ſeqq.
Eccleſiæ allegant i læſionem incumbit onus probandi, deciſ. 30. num. 4.
Eccleſiaſticæ rei alienatio facta à Prælato in conſanguineum non caret ſuſpicione, deciſ. 36. num. 11.
Eccleſiaſtica bona poſſunt ex iuſta cauſa generaliter obligari, deciſ. 30. num. 9.
Contractus celebratus cum Eccleſia ſine ſolemnitatibus eſt nullus ſi Eccleſia volet, deciſ. 29. num. 4.

E d

Edicta non comprehendunt contractus iam perfectos, deciſ. 217. num. 5.
Debent intelligi vt minus deuient à iure communi quam fieri poſſit, deciſ. 217. num. 6.
Debent intelligi ne quis damnum patiatur, deciſ. 217. num. 7.

E g

Ægidianæ non eſt locus ſtante nullitate, vel iniuſtitia ſententiæ, deciſ. 263. num. 11.
Nec in rebus Eccleſiæ, deciſ. 263. num. 12.

E m

Emphyteuta, qui tenetur ſoluere canonem reſpondentem fructibus rei non liberatur à ſolutione ob peremptionem partis rei, ſi fructus partis remanentis ſufficiant pro ſolutione integri canonis, deciſ. 1. num. 5.
Volens vendere melioramenta tenetur denunciare domino directo pretium quod ab alio accipi poteſt, & pro eodem pretio illum alijs præferre, deciſ. 71. num. 3.
Emphyteutica bona expreſſè alienari prohibita non cenſentur hypothecata pro ſolutione Cenſus deſuper impoſiti, deciſ. 73. num. 1.
Non veniunt in generali obligatione bonorũ, dec. 77. n. 1.
Secus ſi ſint tantum tacitè prohibita alienari, deciſ. 77. num. 2.
Poſſunt hypothecari, deciſ. 77. num. 3.
Poteſt ſuper illis Cenſus imponi, deciſ. 40. num. 2. deciſ. 76. num. 7.
Limit. vt d. deciſ. 40. num. 6. & ſeqq.
Emphyteutica rei alienatio quando non eſt expreſſè prohibita non eſt nulla ipſo iure, ſed domino volente, deciſ. 40. num. 7. & ſeqq.
Emptio rei propriæ eſt impoſſibilis, deciſ. 5. num. 8.
Facta pro alio, vide infra, in verbo, Res.
Facta pro perſona nominanda, vide infra, in verbo, Res.
Emptor non tenetur eſſe ſollicitus de pretij verſione, deciſ. 35. num. 9.
Non venditor tenetur ad onera pro re vendita, deciſ. 146. num. 10.
Non poteſt retinere rem & pretium ſub prætextu moleſtiarum, deciſ. 191. num. 8.
Tenetur adimplere promiſſa, quando eſt in poſſeſſione rei emptæ licet poſſeſſio non ſit libera, deciſ. 191. num. 5.
Emens ſcienter rem prohibitam alienari ſequuta euictione non poteſt agere ad pretium, deciſ. 48. in fine.
Pro perſona nominanda non poteſt poſt emptionem nouum onus rei emptæ imponere, deciſ. 163. num. 5.
Ex aliena pecunia ſibi non domino pecuniæ acquirit, deciſ. 165. num. 9.
Emere quis poteſt pro alio ex ſuimet ementis pecunia, deciſ. 125. num. 3.
Emptor Cenſus debet ſubire periculum rei cenſui ſuppoſitæ, deciſ. 85. num. 2.
Emptor Cenſus non poteſt cogere venditorem ad redimendum Cenſum, deciſ. 195. num. 6. deciſ. 283. num. 4.
Vel partem illius, deciſ. 272. num. 9.
Limit. intra annum diſdictæ, deciſ. 277. num. 7.
Si ſit certus de illius redemptione Cenſus, redditur nullus, deciſ. 283. num. 5.

E n

Enunciatio Notarij transfert onus probandi contrarium in aduerſarium, deciſ. 100. num. 18.
Probat numerationem pecuniæ in actu emptionis Cenſus, vide infra, in verbo, Numeratio.
Epiſcopus regularis ſibi non monaſterio acquirit ſi appareat id voluiſſe, deciſ. 225. num. 5.
Vide infra, in verbo, Ordinarius.
Epiſtola facit fidem contra ſcribentem maximè in principe, deciſ. 270. num. 6.
Error iuris quis propriè dicatur, deciſ. 293. num. 19.
Notarij in omittendo non vitiat, nec contrahentibus nocet, deciſ. 96. num. 13.
Probatur ex partium confeſſione, d. deciſ. 96. num. 20.
Probatur ex omiſſione eius, quod apponi debuit, deciſ. 100. num. 17.
Ætas probatur ex inſtrumento ſponſalium, & matrimonij, deciſ. 20. num. 2.
Euictionis promiſſio facta in contractu ab initio nullus ipſo iure, tamquam acceſſoria nulla eſt, deciſ. 45. num. 3. deciſ. 48. ſub num. 3. verſ. quod autem.
Limit. ſi venditor eſſet in dolo, deciſ. 45. num. 5.
Limit. ſi contractus ab initio non fuiſſet nullus quo iure, deciſ. 45. num. 4.
De euictione qui tenetur actione ex empto tenetur ad intereſſe, deciſ. 44. num. 1.
De euictione actio non datur ante ſequutam euictionem, deciſ. 198. num. 1.
De euictione agere non poteſt emens ſcienter rem ſuppoſitam fideicommiſſo, deciſ. 198. num. 13.
Dummodo ſcientia ſit clara, deciſ. 198. num. 14.
Limit. ſi res vendita foret expreſſè alienari prohibita, d. deciſ. 198. num. 17.
Euicta res dr quãdo ſola poſſeſſio fuit euicta, deciſ. 286. n. 7.
Euicta poſſeſſione agi poteſt ad damna, & intereſſe, d. deciſ. 286. num. 8.
Ante ſequutam euictionem agi poteſt ad intereſſe, ſi res fuit vendita à ſciente illam eſſe alteri obligatam, deciſ. 198. num. 2.
Vel vt res libera tradatur, deciſ. 286. num. 10.
Reliqua vide infra, in verbo, Venditor, & in verbo, Fideiuſſor.

E x

Exactio de non exactis debet rationem reddere is, qui exigere tenetur, deciſ. 288. num. 3.
Exceptio requirens altiorem indaginẽ reijcitur in Saluiano.
Reijcitur in camerali obligatione, deciſ. 75. num. 3.
Super qua lis pendet dicitur requirere altiorem indaginem, deciſ. 191. num. 4.

Digitized by Google

Qua poteſt probari per publicum inſtrumentum non dicitur requirere altiorem indaginem, deciſ.75. num.4.

Firmat regulam in contrarium, deciſ.165. num.9. verſ. & firmatur.

Exceptio cedendarum non repellit eum, qui cedere poteſt iura talia qualia habet, deciſ.178. ſub num.3. deciſ. 148. num.13.

Melioramentorum non obſtat in iudicio ſpolij, deciſ.153. num.1.

Etiam ſi ſint magna, deciſ.153. num.6.

Limit. ſi ſint facta circa rem ipſam reſtituendam, deciſ. 153. num.4.

Non implementi non poteſt opponi ab eo, qui primo contrauenit, deciſ.86. num.13.

Non numeratæ pecuniæ non opponitur à depoſitario, deciſ.131. num.1. deciſ.291. num.6.

De iure Canonico poteſt opponi, & probari poſt duos annos, deciſ.135. num.4.

Exceptioni huic ſolet renunciari vbi pecunia numerata non interuenit, deciſ.127. num.3.

Nullitatis Cenſus non admittitur in Saluiano, deciſ.95. num.5.

Sententiæ non obſtat quando opponens paſſus fuit diſcuti ſuper negotio principali, deciſ.225. num.6.

Quod Cenſus ſit male impoſitus reſpicit petitorium, deciſ. 251. num.5.

Quod fundus Cenſus ſit feudalis reſpicit petitorium, deciſ.251. num.7.

Quod nemo audiatur niſi docto de legitimo mandato reſpicit perſonam comparentis, non agentis, deciſ.286. num.2.

Exceptioni huic cenſetur renunciatum per patientiam proceſſus ad vlteriora, deciſ.248. num.3.

Excommunicatus licet non audiatur agendo, poteſt tamen ſe defendere vti reus, deciſ.20. num.2.

Executio facta pendente lite eſt nulla, & attentata, deciſ.256. num.4.

Executor habet præſumptionem pro ſe quod fecerit executionem ſuper bonis expreſſis in mandato, deciſ.108. num.2.

Executiua via, vide infra, in verbo, Via executiua.

Exempla non reſtringunt, ſed declarant regulam, deciſ.10. num.10.

Expenſæ & damna non reficiuntur niſi facta eorum liquidatione, deciſ.267. num.4.

Expreſſio generalis habet vim ſpecialis, immo indiuidua quando non poteſt verificari niſi in re generaliter expreſſa, deciſ.94. num.2.

Confinium in contractu Cenſus eſt neceſſaria vt poſſit conſtare de peremptione fundi cenſiti, deciſ.94. num.3.

Eius quod tacitè ineſt non eſt ſuperflua, deciſ.285. nu.12.

Quæ fit ad tollendam dubitationem non eſt ſuperuacanea, deciſ.285. num.13.

Expreſſum dicitur quod venit in neceſſarium antecedens expreſſi, deciſ.74. num.4.

Quod virtualiter ineſt orationi prolatæ, d.deciſ.74. numero 4.

Extinctio Cenſus requirit actum priori ſimilem, deciſ.61. num.1. deciſ.272. num.1. deciſ.273. nu.1. deciſ.274. num.2. deciſ.275. num.6. deciſ.247. num.4.

Requirit partium conſenſum, & precij numerationem, deciſ.272. num.3.

Non ſequitur ex eo quod in locum fundi ſuper quo fuit impoſitus alter fundus ſubrogetur, deciſ.60. num.3.

Nec per alienationem fundi ſuppoſiti, deciſ.90. num.5. & 11.

Nec ſi dentur aſſignamenta pro illius extinctione, deciſ. 106. num.1.

Niſi poſtquam dominus Cenſus cõſequutus fuit integram ſatisfactionem, d.deciſ.106. num.3. deciſ.147. num.2.

Nec ſi fundus cenſitus tranſeat ad tertium, deciſ.204. num.7.

Nec ſi Cenſus alteri cedatur, deciſ.183. num.2. & ſeqq.

Nec ſi illius dominus efficiatur dominus fundi cenſiti, ſi remaneant in dominio venditoris Cenſus alia bona ſuper quibus ſuſtineri poſſit, deciſ.71. num.12.

Extinguitur Cenſus per peremptionem fundi cenſiti, deciſ.10. num.1. deciſ.80. num.3.

Ita vt nec ſit reſtituendum illius pretium, deciſ.10. nu.3.

Intellige vt extinguatur pro rata pro qua fundus perimitur, deciſ.88. num.1. deciſ.102. num.9.

Impoſitus ſuper duobus prædijs pereunte vno ſuſtinetur ſuper altero, ſi ſit capax totius Cenſus, deciſ.90. num 6. deciſ.195. num.5.

Impoſitus ſuper re ſubiectu fideicommiſſo illo purificato ſi conſumpta ſit detractio quartarum, deciſ.41. nu.2. & ſeqq.

Si dominus Cenſus obtineat mãdatum pro reſtitutione ſortis principalis, deciſ.106. num.3. deciſ.248. num.1.

Intellige ſi ſit in eius facultate ſortem recipere, d.deciſ. 106. num.3. deciſ.248. num.3.

Limit. ſi mandatum relaxetur pro reſtitutione pretij loco damnorum, & intereſſe, deciſ.272. num.4.

Per reuenditionem illius, deciſ.182. num. 1.

Per receptionem pecuniarum ad computum ſortis, deciſ. 182. num.2.

Limit. vt non extinguatur in totum per receptionem partis pretij Cenſus quando conſtat de voluntate contrahentium, quod reliqua pars Cenſus remaneat viua, deciſ. 134 ſub num.6.

Limit. ſi pecuniæ reſtituãtur reuocabiliter, deciſ.247. n.3.

Intellige vt extinguatur tantum pro parte pecuniæ reſtitutæ, deciſ.247. num.7.

Per dationem in ſolutum factam pro extinctione illius, deciſ.290. num.1.

Per reſtitutionem ſortis, deciſ.272. num. 5.

Extinctio Cenſus peti non poteſt ab illius emptore, ſecus ab alijs, deciſ.33. num.9.

Extinguitur Cenſus pro rata pro qua fundus efficitur infructuoſus, deciſ.88. num.1.

Non ſolum quo ad fructus, verum etiam quo ad ſortem, deciſ. 88. num.5.

Extinctus non præſumitur qui ſoluitur, deciſ.130. num.6.

Extinguitur quando dominus illius acquirit proprietatem fundi cenſiti, deciſ.299. nu.1. deciſ.308. num.4. & 7.

Intellige quando acquiſitio eſt irreuocabilis, dec.300. n. 1.

Limit. quoad effectum retentionis fundi, deciſ.308. n.5.

Limit. ſi in dominio venditoris Cenſus remaneat tanta pars fundi cenſiti ſuper qua poſſit ſuſtineri totus Cenſus, deciſ.71. num.12.

Extinctionis Cenſus cauſa dicitur reſpicere petitorium, deciſ.247. num.6.

Extinctio non probatur per ſimplicem quietantiam, deciſ. 274. num.1.

F a

FACVLTAS *alienandi reſtringitur ad ſubſequentem prohibitionem alienationis, deciſ.107. numero 4.*

Factum

Digitized by Google

Deciſionum Sacræ Rotæ Romanæ.

Factum defuncti non nocet hæredibus cum beneficio inuentarij, deciſ.72. num.2.

Facta dicuntur diuerſa, quæ diuerſa tempora continent, deciſ.113. num.10.

Factum iudicis cenſetur factum partis, deciſ.90. nu.13. deciſ.156. num.3. deciſ.282. num.8.

Limit. ſi iudex minus rectè procedat, deciſ.238. numero 6.

F i

Fideicommiſſarius qui conſenſit imponi Cenſum ſuper re ſubiecta non præiudicat ſibi quo ad conſeruationem indemnitatis quam petere poteſt ab imponente, & eius hæredibus, deciſ.14 num.1. & ſeqq.

Fideicommiſſum præſumitur impoſitum ſuper re teſtatoris non hæredis, deciſ.67. num.7.

Inducitur ex prohibitione alienationis veſtita cum aliqua cauſa, deciſ.43. num.1. etiam in caſu mortis, deciſ.43. num.2.

Abſolutum inducitur ſi teſtator aliquid ordinat non per viam rationis ſed per viam diſpoſitionis, deciſ.43. numero 3.

Super bonis fideicommiſſo ſubiectis, an Cenſus fundari poſſit, vide infra, in verbo, Impoſitio.

Inductum in caſu alienationis rei purificatur, ſi ſuper illa re Cenſus imponitur, deciſ.47. num.5.

Fideicommiſſi ſubuertendi animus non poteſt conſiderari in eo, qui habet filios, deciſ.49. ſub num.15. & numero 16.

Fideiuſſor præſumitur bene informatus de negotio in quo accedit, deciſ.7. num.7.

Qui ſe obligat in negotio ad alium ſpectante dicitur fideiuſſor, ſed large, deciſ.184. num.5.

Sed propriè ſi obliget ſe vti principalis & inſolidum, deciſ.20. num.7.

Ampl. etiam in materia ſtatutaria, deciſ.20. num.9.

Intellige quo ad ipſos obligatos, ſecus quoad ipſum principalem creditorem, deciſ.20. num.8. deciſ.60. num.1. deciſ.134. ſub num.2. deciſ.180. num.4.

Euictionis obligatus ex quacumque cauſa tenetur etiam in caſu inualiditatis contractus, deciſ.46. num.3.

Ante ſequutam euictionem conueniri non poteſt, deciſ.46. num.5.

Limit. quando promiſit rem liberam tradere, d.deciſ.46. num.6.

Ante ſequutam euictionem fruſtra petit ſe eximi, deciſ.195. num.8. deciſ.199. num.2.

Fideiuſſio de euictione auget pretium rei venditæ, deciſ.23. num.7.

Fideiuſſor ex natura contractus debet eleuari indemnis ab eo pro quo fideiuſſit, etiam ſi nihil fuerit expreſſum, deciſ.14. num.9. deciſ.194. num.1.

Ampl. vt etiam hæres hæredis fideiuſſoris debeat indemnis releuari ab hærede hæredis principalis debitoris, deciſ.14. num.2.

Intellige vt non poſſit petere releuationem antequam ſoluat, deciſ.194. num.3.

Sed poſtquam ſoluit, deciſ.194. num.2.

Fideiuſſoris obligatio eſt nulla vbi eſt nulla obligatio principalis, deciſ.21. num.9.

Limit. quando nullitas non prouenit ex iure communi, ſed ex aliquo iure ſpeciali, deciſ.192. num.4.

Limit. quando fideiuſſor obligauit ſe vti principalis, & cum iuramento, deciſ.21. num.7. deciſ.192. num.2. & 3. deciſ.193. num.3.

Limit. quando fideiuſſor obligauit ſe etiam in caſu nullitatis contractus, deciſ.21. num.8. deciſ.192. num.5. deciſ.193. num.4.

Intellige quando obligatio principalis eſt nulla ipſo iure, deciſ.21. num.12.

Limit. ſi in obligatione fideiuſſoris non militet eadem ratio, d.deciſ.21. num.12.

Fideiuſſor poteſt pro fideiuſſione facienda aliquid accipere, deciſ.141. num.1.

Limit. ſi certum ſit nullum imminere periculum fideiuſſori, deciſ.141. num.2.

Fideiuſſor tenetur promiſſa adimplere, deciſ.46. numero 4.

Qui acceſſit pro vna re non cenſetur pro alia obligatus, deciſ.60. ſub num.1. verſ. non obſtat.

Fideiuſſor in cauſa in qua fideiuſſit non poteſt teſtificari, deciſ.117. num.12.

Fideiuſſoris intereſt obligationem potius valere pro parte, quam pro toto, deciſ.125. num.19.

Fideiuſſor non opponens exceptiones legitimas ſibi præiudicat, deciſ.115. num.5.

Et ſi ſoluit non repetit, deciſ.145. num.1. deciſ.83. numero 2.

Maximè ſi non denunciauit ſuo principali, vt ſe defendat, deciſ.145. num.2.

Intellige ſi ſciebat talem exceptionem ſibi competere, d. deciſ.83. num.3.

Qui diu ſtetit in obligatione poteſt petere liberationem, deciſ.68. num.4.

In rem ſuam non cenſetur liberatus liberato principali, deciſ.104. num.8. deciſ.159. num.4.

Non poteſt euitare ſolutionem debiti quod ſuus principalis pluries recognouit, deciſ.145. num.5.

Et ſoluens non poteſt reprehendi, deciſ.196. num.4.

Qui ſe obligauit ſine temporis præfinitione remanet obligatus durante obligatione ſui principalis, deciſ.183. num.1.

Cenſetur approbare omnia contenta in contractu in quo accedit, deciſ.163. num.13.

Etiam quo ad confeſſiones, & enunciata, d.deciſ.163. num.14.

Soluens ſi obtinuit ceſſionem poteſt repetere à confideiuſſoribus id quod ſoluit dempta portione ſibi tangente, deciſ.178. num.2. deciſ.179. num.1.

Præſumitur ſoluere non ſolum vt acquirat iura contra principalem debitorem, ſed etiam vt ſe liberet ab obligatione fideiuſſoria, deciſ.183. num.5.

Qui acceſſit in inſtrumento habente executionem paratam poteſt agere contra ſuum principalem, deciſ.195. num.10.

Sed contrarium placuit Rotæ, d.deciſ.195. num.10.

Dicitur ſtetiſſe diu in obligatione poſt nouem annos, deciſ.195. num.9.

Immo eſt in iudicis arbitrio, deciſ.199. num.4.

Poteſt agere vt liberetur à moleſtijs, quæ ſibi de facto inferuntur, deciſ.196. num.3.

Qui paſſus fuit moleſtias, licitè petit ſe à fideiuſſione eximi, deciſ.199. num.5.

Non obligatur in plus quam principalis debitor, deciſ.197. num.6.

Poteſt tamen obligari fortius & ſic executiuè licet debitor non ita teneatur, d.deciſ.197. num.7.

Fideiuſſores ſi plures accedant quilibet tenetur pro æquali portione, deciſ.180. num.1.

Limit. ſi maius emolumentum reportet vnus, quam alius, quia tenetur quilibet ratione emolumenti quod percipit, d.deciſ.180. num.2.

Fideiuſſor liberatur à fideiuſſione dato alio fideiuſſore loco ſui, deciſ.200. num.3.

Vel dato idoneo releuatore, deciſ.200. num.3.

Scilicet vbi eſt impoſſibile vt eximatur à fideiuſſione, deciſ.201. num.6.

Liberato principali debitore, deciſ.207. num.1.

Limit. ſi ſit fideiuſſor in rem ſuam, deciſ.104. num.8.

Limit. ſi obligauerit ſe vti principalis, & inſolidum, deciſ.139. num.4.

Fideiuſſoria obligatio habet inſertam conditionem ſi cauſa ſubſiſtat, deciſ.90. num.4.

Eſt diuiſibilis, & tenet pro ea parte pro qua tenet obligatio principalis, deciſ.125. num.18.

Extinguitur ſi fideiuſſor ſuccedit debitori ſi hoc ad incommodum principalis creditoris non cedit aliàs ſecus, deciſ.183. num.8.

Fideiuſſor in contractu Cenſus licitè accedit, dec.138.n.2.

Fideiuſſor Cenſus non liberatur ex eo quod in locum fundi cenſiti alter ſurrogetur, deciſ.60. in princ. & num.2. deciſ.105. num.5.

Nec ſi Cenſum emat, deciſ.206. num.1.

Nec ſi Cenſus alteri cedatur, deciſ.183. num.1.

Liberatur ſequuta Cenſus extinctione, deciſ.202. num.2. deciſ.203. num.4.

Liberatur ſi mutentur perſonæ, deciſ.208. num.1.

Liberatur ſi alteretur pretium Cenſus, deciſ.208. nu.1.

Non poteſt cogere debitorem Cenſus ad illius extinctionem, deciſ.200. num.1.

Poteſt agere vt eximatur à fideiuſſione, deciſ.200. nu.2.

Scilicet reſpectu obligationis ſoluendi Cenſum, deciſ.199. num.3.

Vel vt conſeruetur indemnis, deciſ.200. num.2.

Poteſt petere exemptionem à fideiuſſione, vel vt Cenſus extinguatur, deciſ.195. num.7. deciſ.201. num.7.

Ex Cenſus extinctione percipit emolumentum non principaliter, ſed ſecundario, deciſ.180. num.3.

Fides extracta ex libris publicis ab illorum cuſtode plenè probat, deciſ.89. num.2.

Filiusfamilias contrahens cum patre non tenetur ſeruare ſolemnitates ſtatuarias, vide infra, in verbo, Statutum.

Filiusfamilias fideiubens pro excarcerando patre non reſtituitur, deciſ.18. num.14.

Quãdo teneatur redimere patrem, deciſ.18.n.14. & ſeqq.

Præſumitur natus poſt contracta ſponſalia non ante a, deciſ.20. num.4.

Dicitur impropriè creditor legitimæ, deciſ.49. num.3.

Non poteſt pro ſua legitima aliquid eligere, dec.49.n.5.

Agens vti hæres patris præſumitur talis, dec.211. n.4.

Qui non poteſt diſponere de bonis, vel eorum fructibus, nec etiam poteſt ſuper illis ſocietatem contrahere, deciſ.59. num.9.

Intellige in præiudicium patris, deciſ.59. num.10.

Filia acquiritur ius ex ſtipulatione patris pro ea, & eius dote, deciſ.16. num.1. & 2.

Filia venit ad fideicommiſſum ad quod vocantur filij, deciſ.41. num.1.

Finis contrahentium in contractibus ſpectandus eſt, deciſ.141. num.4.

F o

Forenſis de iure communi non poteſt collectari, deciſ.3.n.1.

Etiã ſi habeat bona ſub dominio collectãtis, d.3.n.2. & 3.

Forenſis poteſt collectari à loco habente ad id particulare priuilegium, deciſ.3. num.4.

Vel ſi diſponatur ſtatuto condito ab eo in cuius territorio ſunt bona forenſis, deciſ.3. num.5.

Dummodo tale ſtatutum ſit conditum à non recognoſcente ſuperiorem, deciſ.3. num.6.

Vel ſtante conſuetudine immemorabili, d.deciſ.3. num.7.

Non ſufficit autem conſuetudo triginta vel quadraginta annorum, deciſ.3. num.7. & ſeqq.

Forenſis in contrahendo ligatur ſtatutis loci contractus ſi diſponunt ſuper forma contrahendi, deciſ.18. num.5.

Forma dat eſſe rei, deciſ.186. num.9.

Forum quis ſortitur in loco contractus, deciſ.195. num.4.

In loco deſtinatæ ſolutionis, deciſ.195. num.4.

Forum ſortiri & ligari ſtatutis à pari procedunt, deciſ.195. num.5.

F r

Fraude factum dici non poteſt quod licitè fieri potuit ſine fraude, deciſ.5. num.13.

Fraudis ſuſpicio oritur ex temporis breuitate, deciſ.85.n.5.

Fraudibus eſt obuiandum, deciſ.90. num.12.

Fructuum perceptio probatur ex poſſeſſione, dec.54.n.4.

Fructus veniunt ſub nomine intereſſe, deciſ.61. num.9.

Pendentes tempore conditi teſtamenti, & tempore mortis non veniunt in legato mobilium, deciſ.82. num.10.

Dicuntur deductis expenſis, deciſ.88. nu.6. deciſ.89.n.5.

Percepti bona fide, & conſumpti non ſunt reſtituendi, deciſ.119. num.1.

Præſcribuntur triennio, deciſ.119. num.2.

Percepti ex cauſa vſuraria non acquiruntur percipienti, deciſ.119. num.3.

Immo tamquam alieni ſunt domino reſtituendi, deciſ.119. num.4.

Dotis propter onera matrimonij debent eſſe correſpectiui ad dotem promiſſam tẽpore matrimonij, deciſ.119.n.7.

Percepti ex re empta nomine alieno ſunt reſtituendi ei pro quo res empta fuit, deciſ.160. num.1.

Intellige ſi præceſſit mandatum de emendo, deciſ.160. num.3.

Limit. quando nullum præceſſit mandatum niſi poſt ratificationem, deciſ.160. num.3.

Percepti ex re Eccleſiæ vt non acquirantur ſufficit quod contractus ſit nullus, deciſ.229. num.5.

Percepti lite pendente ſuper petitorio ſunt reſtituendi in iudicio ordinario, deciſ.140. num.2.

Fructus veniunt à die motæ litis in quolibet Interdicto probata quaſi poſſeſſione, deciſ.231. num.1.

In Interdictis poſſeſſorijs non veniunt niſi à die intentati iudicij poſſeſſorij, non autem percepti in principio litis ſuper petitorio, vel poſſeſſorio ordinario, deciſ.240. num.1.

Fructus petiti ſi tempore ſententiæ non extant fit condemnatio in æſtimatione, deciſ.79. num.10.

Fructus ex mutuo non poſſunt licitè percipi, deciſ.227. num.2.

Fructuum liquidatio fit iuxta depoſitiones teſtium deponentium de minore quantitate, deciſ.293. num.21.

In fructibus ſpectatur tempus, quo ſeparantur à ſolo, deciſ.177. num.4.

Fructus naturales beneficij pendentes tempore reſignationis pertinent ad ſucceſſorem in beneficio, deciſ.177. num.8. & 10.

Ampl. etiam ſi eſſent maturi & proximi recollectioni, deciſ.177. num.9.

Sepa-

Deciſionum Sacræ Rotæ Romanæ.

Separatim ſolo debentur reſignanti uſque ad diem admiſſæ reſignationis à Papa. deciſ. 176. nu. 6. deciſ. 177. num. 1.

Ampl. etiam ſi bona eſſent locata, & dies ſolutionis affectus tranſiſſet poſt reſignationem, deciſ. 176. num. 7. deciſ. 177. num. 2.

Limit. [illegible] non ſit ad fauorem certæ perſonæ, ſed libera, deciſ. 177. num. 17.

Fructus [illegible] beneficij, quorum dies ſolutionis tempore reſignationis non venerat pertinent ad reſignatarium, deciſ. 176. num. 2. deciſ. 177. num. 7. & num. 16.

Limit. ſi beneficium vacet per mortem, quia diuiduntur pro rata inter hæredem, & ſucceſſorem in beneficio, deciſ. 177. num. 10.

Fructus [illegible] dicuntur qui proueniunt ex re non producente [illegible] fructus, deciſ. 177. num. 6.

Quotidianæ [illegible] deciſ. 177. num. 13.

Fructus cenſus [illegible] ciuiles, deciſ. 176. num. 1.

Inter immobilia non computantur, deciſ. 86. num. 1.

Ex cenſu nullo non debentur, deciſ. 139. num. 3. deciſ. 227. num. [illegible] deciſ. [illegible] num. 6.

Et non poſſunt percipi etiam à ſponte ſoluente, deciſ. 228. num. [illegible]

Et percepti computantur in ſortem ipſo iure abſque facto hominis, deciſ. [illegible] num. [illegible] & ſeqq.

Limit. quando quis obligauit ſe ad ſolutionem fructuum quocunque caſu nullitatis cenſus ad [illegible], dec. 139. n. 7.

Indebitè ſoluti repetuntur, deciſ. 228. nu. 12.

Non ſoluti peti & exigi non poſſunt, deciſ. 270. nu. 2.

Cenſus poſt illius extinctionem non debentur, deciſ. 270. num. 4.

Nec à die ſuſcepti mandati pro recuperatione ſortis, deciſ. 283. num. 2.

F u

Fundamento ſublato corruit ædificium, deciſ. 40. num. 2.

Fundus cenſus debet eſſe certus, alias cenſus eſt illicitus, deciſ. 88. num. 3. deciſ. 95. num. 1. & 6.

Limit. ante Bullam Pij V. deciſ. 91. num. 7. deciſ. 97. nu. 1.

Fundus cenſus dicitur eſſe certus, quando ex adiacentiis poteſt certificari, deciſ. 98. num. 2.

Quando imponitur ſuper fundo ſito in tali loco, & ibi imponens non habebat niſi vnum fundum, deciſ. 94. nu. 1.

Quando ex demonſtrationibus certificatur, deciſ. 99. numero 2.

Non tamen ſufficit demõſtrare per numerum perticarum niſi, diſtinguatur à reſiduo, deciſ. 99. num. 1.

Tranſit cum ſuo onere, deciſ. 232. num. 19. deciſ. 183. nu. 9. deciſ. 104. num. 8.

Præſumitur ſufficiens pro ſolutione cenſus, donec contrarium probetur, deciſ. 265. num. 7.

Fundus vnus poteſt in plures diuidi, & plures fieri deſtinatione domini, deciſ. 98. num. 3.

G e

GENITIVVS de ſui natura ſtat reſtrictiuè, deciſ. 219. num. 8.

Geſta poſt detentionem non præiudicant creditoribus, deciſ. 168. num. 6.

Geſta per tutorem à Iudice ſiue bene, ſiue male decretum valent, deciſ. 278. num. 14.

H e

HÆREDITAS poſtquam fuit adita cenſetur ſoluendo donec contrariũ probetur, deciſ. 284. n. 5.

Hæreditas non præſumitur adita, deciſ. 280. n. 3.

Cenſetur adita per reuocationem procuratoris à defuncto conſtituti, deciſ. 211. nu. 6.

Per ſolutionem legatorum, deciſ. 280. num. 1.

Hæres non adimplens intra tempus præfixum incurrit pœnas ex teſtatore impoſitas, deciſione 15. num. 1.

Ampl. etiam quod nulla præceſſerit interpellatio, deciſ. 15. num. 2.

Ampl. etiam quod non fuerit electa perſona cui erat præſtandum erat legatum, deciſ. 15. num. 3. & ſeqq.

Grauatus adeundo cenſetur prohibitionem teſtatoris acceptare, deciſ. 65. num. 4.

Intellige prout iacet, & ſecundum eius naturam, deciſ. 65. num. 5.

Non dicitur in dolo dum non alienat de melioribus rebus hæreditatis, deciſ. 49. num. 14.

Non poteſt declarare animum defuncti, deciſ. 166. nu. 2.

Conuentus ab aliquo tanquam hæres, pro tali videtur approbatus, deciſ. 211. num. 5.

Agens vti hæres, probare tenetur ſe eſſe talem, deciſ. 279. num. 3.

Non probat ſe eſſe talem ex eo ſolum quod probet ſe eſſe in gradu ſucceſſibili, niſi doceat de aditione, deciſ. 279. num. 6. deciſ. 280. num. 2.

Cum inuentario non tenetur niſi quatenus eſt in hæreditate, deciſ. 42. num. 2.

Non tenetur habere ratum id quod defunctus fecit in ſui præiudicium, deciſ. 107. num. 9.

Non ſoluit de ſuo, ſed de fructibus bonorum hæreditatis, deciſ. 232. num. 18.

Fonens bonum [illegible] poteſt denegare ſolutionem, deciſ. 251. num. 6.

Intellige quando adſunt alij creditores prætendentes meliora iura, & hæreditas non eſt ſoluendo, deciſ. 251. numero 7.

In hæredem tranſeunt omnia iura actiuè, & paſſiuè, deciſ. 225. num. 3.

H y

Hypotheca conditionalis non nocet niſi purificata conditione, deciſ. 4. num. 2.

Non poteſt cadere in rem propriam, deciſ. 5. num. 10.

Eſt mater, & principale fundamentum Saluiani Interdicti, deciſ. 31. num. 5.

Non transfert in creditorem rem hypothecatam, deciſ. 77. num. 4.

Acquiſita ad fauorem ementis pro perſona nominanda, an ex nominatione reſoluatur, deciſ. 163. num. 3.

Non datur vbi non adeſt creditum, deciſ. 279. num. 8.

Reſoluitur reſoluto iure debitoris, deciſ. 163. num. 10.

Dummodo reſolutio fiat ex cauſa neceſſaria, deciſ. 163. num. 11.

Contracta ſuper pecunijs amittitur eo ipſo quod pecunia tranſeunt in dominium alterius, deciſ. 187. num. 3.

Hypothecam amittit creditor ſi conſentiat venditioni rei ſibi hypothecatæ, deciſ. 165. num. 17.

Hypothecatio rei prohibitæ alienari ſub pœna caducitatis, non facit incidere in pœnam niſi ſequatur traditio, deciſ. 4. num. 1.

I a

IACOB. Venent. de ann. præſtat. par. 1. q. 20. num. 3. reprehenditur, deciſ. 55. num. 10.

Iactare ſummi nemo præſumitur, deciſ. 130. nu. 5.

I d

Identitas probari debet ab eo qui ſe fundat in illa, deciſ. 5. num. 7.

Probatur ex duabus demonſtrationibus, deciſ. 75. num. 2. deciſ. 95. num. 7.

Idoneus facultatibus an teneatur præſtare cautionem à iure requiſitam certant Doctores, deciſ. 201. num. 8.

I g

Ignorantia facti notorij & publici non præſumitur, deciſ. 85, num. 6.
Vt præſumatur requiritur lapſus decennij, deciſ. 111. num. 4.
Fallit in muliere, & hærede, maximè qui non cohabitauit cum defuncto, deciſ. 111. num. 5.
Improbabilis, & ſupina non excuſat, deciſ. 216. num. 1.
In dubio præſumitur niſi probetur ſcientia, deciſ. 83. num. 4. deciſ. 299. num. 3.
Maximè in abſente, deciſ. 83. num. 5.
Ignorantia hæredis præbet iuſtam cauſam reſtitutionis in integrum, deciſ. 303. num. 8.

I l

Illatio non fit ex diuerſis, deciſ. 218. num. 5.

I m

Impenſa acceſſoria ſæpè fit, quæ dicitur in faciendo, deciſ. 52. num. 4.
Pro reparatione feudi dēt fieri ex ipſo feudo, dec, 72. n. 6.
Imponens cenſum ſuper re expreſſè alienari prohibita, cadit à iure ſuo, deciſ. 48. num. 1.
Et impoſitio eſt ipſo iure nulla ab initio, deciſ. 43. n. 5. dec. 44. n. 5. & 6. deciſ. 45. n. 2. deciſ. 46. nu. 1. deciſ. 75. n. 1.
Limit. ſi imponat tantum ſuper illius fructibus, deciſione 48. num. 1.
Limit. ſi imponat pro cauſis neceſſarijs, deciſ. 52. num. 1.
Limit. ſi imponat pro ſoluendo ære alieno teſtatoris, deciſ. 52. num. 1.
Limit. ſi imponat pro reparatione, & reſtauratione rei prohibitæ alienari, deciſ. 52. num. 2.
Limit. ſi prohibitio ſit tacita dumtaxat, deciſ. 75. nu. 1. verſ. & lites quo caſu non ſuſtinetur in præiudicium vocati, deciſ. 107. num. 3.
Limit. ſi accedat conſenſus fideicommiſſarij, deciſ. 54. num. 1.
Limit. ſi imponat ſuper melioramentis in dicta re factis, deciſ. 55. num. 6.
Vel illius hæres poteſt illum quandocumque redimere, deciſ. 271. num. 2.
Si reſtituat partem pretij, videtur velle recedere à cenſu, deciſ. 272. num. 7.
Si ſinat labi bimeſtre diſdictā non poteſt cogere dominum cenſus ad reuendendum, niſi facta noua diſdicta, deciſ. 277. num. 8.
Ex facultate ſibi à debitore data debet ab illo liberari, deciſ. 138. num. 4.
Impoſitio cenſus inducit obligationem rei ſuppoſitæ, deciſ. 47. num. 5.
Facta ſuper prædio cuius medietas eſt apta illum ſufferre, cenſetur impoſitus dumtaxat ſuper illa medietate, deciſ. 49. num. 18.
Facta ſuper re partim libera, partim ſubiecta fideicommiſſo, ſuſtinetur ſuper parte libera quatenus ſit capax, deciſ. 57. nu. 1. deciſ. 64. nu. 1. deciſ. 66. num. 1. deciſ. 67. num. 1. deciſ. 107. num. 7.
Suſtinetur ratione legitimæ debitæ imponenti, deciſ. 68. num. 6. deciſ. 70. num. 1. deciſ. 71. num. 13.
Facta ſuper re ſubiecta fideicommiſſo non valet, deciſ. 59. num. 12.
Lim. in præiudicium imponentis, deciſ. 59. num. 13. deciſ. 60. num. 4.
Limit. durante vita imponentis, deciſ. 42. num. 1.
Facta ſuper re communi cenſetur facta ſuper parte imponentis, deciſ. 65. num. 1.
Dummodo pars illa ſit capax, d. deciſ. 65. num. 1.
Et non præſumitur excedere portionem imponentis, deciſ. 68. num. 8.
Etiam ſi res illa ſit deſignata per confinia conuenientia toti rei, deciſ. 67. num. 4.
Impoſitio cenſus eſt quid facti nec præſumitur, niſi probetur, deciſ. 111. num. 1.
Limit. poſt ſolutionem decennalem, deciſ. 111. num. 6.
Probatur aliter quam per ſcripturam, deciſ. 96. nu. 12. & 27. deciſ. 100. num. 3. & 10. deciſ. 112. num. 4. deciſ. 113. num. 1.
Probatur ex diuturna fructuum ſolutione, deciſ. 96. nu. 26. deciſ. 111. num. 6. deciſ. 113. num. 2. & 4.
Probatur ex partium confeſſione, deciſ. 96. num. 25. deciſ. 100. num. 4. deciſ. 111. num. 2. deciſ. 112. num. 3. deciſ. 113. num. 1.
Probatur teſtibus, deciſ. 100. num. 1.
Probatur per enunciationem alterius inſtrumenti cum adminiculis, deciſ. 112. num. 2.
Probatur ex eo quod fuit extinctus, deciſ. 112. num. 5. deciſ. 113. num. 5.
Impoſitio cenſus cenſetur alienatio facta titulo oneroſo, deciſ. 85. num. 2.
Facta ſuper re aliena, valet. deciſ. 139. num. 5. in fine.
Intellige in præiudicium imponentis, deciſ. 13. num. 1.
Ex impoſitione cenſus oritur duplex actio, vna perſonalis, altera in rem ſcripta, deciſ. 90. num. 8.
Impoſitor cēſus tenetur ad defenſionem illius, & bonorum ſuppoſitorum, deciſ. 109. num. 7.
Etiam ſi bona illa ſint ab aquis occupata, & inundata, deciſ. 109. num. 8.
Si non ſeruet promiſſa poteſt conueniri ad intereſſe, & loco illorum ad reſtituendam ſortem, deciſ. 285. num. 3.
Impoſitio cenſus fit ſuper toto fundo, non ſuper aliqua parte illius, deciſ. 1. num. 3.
Præſupponit in imponente dominium rei quam ſupponit, deciſ. 2. num. 5.
Dicitur alienatio, deciſ. 8. num. 6. deciſ. 36. num. 1. deciſ. 27. num. 1. deciſ. 37. num. 1. deciſ. 38. num. 2.
Facta ſuper pluribus prædijs cenſetur facta ſuper omnibus inſolidum, deciſ. 71. num. 9.
Imponi debet cenſus ſuper fundo certo, aliàs eſt illicitus, deciſ. 88. num. 3. deciſ. 95. num. 1. & 6.
Vide ſupra, in verbo, Fundus.
Impoſitio facta ſuper feudo mixto reuocari poteſt, deciſ. 72. num. 1.
Facta ſuper fundo idoneo, & non idoneo ſuſtinetur ſuper idoneo, deciſ. 72. num. 8.
Facta ſuper re certa, & generaliter ſuper omnibus bonis imponentis ſuſtinetur ſuper illa re certa, deciſ. 102, nu. 5. deciſ. 103. num. 14.
Et alia bona cenſentur appoſita tamquam hypotheca pro aſſecuratione cenſus, deciſ. 80. num. 4.
Intellige poſt Bullam Pij V. nam antea poterat imponi ſuper omnibus bonis, deciſ. 81. nu. 1. & 5. deciſ. 91. nu. 7.
Imponi poteſt ſuper pluribus fundis non ſpecificata quantitate pro qua ſingula corpora grauantur, deciſ. 90. nu. 2.
Non poteſt niſi in re immobili, fructifera, & certa, deciſ. 80. num. 1.
Imponi poſſunt plures cēſus ſuper eodē prædio, deciſ. 6. n. 1.
Etiam quod fructus dicti prædij non ſufficiant pro omnibus cenſibus, deciſ. 6. num. 2.

Dummodo impoſitio fiat iuxta formam Bullæ Pij V. deciſ.6. num.3.
Dummodo tempore impoſitionis crederetur fructus illius fundi ſufficere pro omnibus cenſibus, deciſ.6. num.4.
Imponens cenſum ſuper re aliena tenetur facere conſcutiue omnes intereſſe prætendentes, deciſ.13. nu.2. deciſ.17. num.2. deciſ.35. num.8.
Impoſitio cenſus conſtituit in re ius diſtinctum ab ipſa re, deciſ.40. num.1.
Impugnare quis non poteſt id quo vſus fuit, deciſ.78. nu.4.
Nec contractum, quẽ ſemel approbauit, deciſ.96. nu.23.
Impugnans actum non poteſt ſe illo iuuare, deciſ.10. num. 9. & 15.

I n

Incontinenti quid fieri, dicitur quod fit die ſequenti, deciſ.61. num.6.
Indebitum repetens debet concludenter probare ſe indebitum ſoluiſſe, deciſ.95. num.1.
Vide ſupra, in verbo, Condictio.
Indemnitatis promiſſio intelligitur tam quo ad ſortem, quam quo ad omne intereſſe, deciſ.138. num.1.
Importat de ſui natura fideiuſſorem damnum non eſſe paſſurum, deciſ.140. num.2.
Tam diu durat, quam diu durat obligatio fideiuſſoris, deciſ.140. num.3.
Facta ad fauorem fideiuſſoris cenſus non irritatur ex eo quod cenſus ſit nullus, deciſ.96. num.2.
Iniuriam non facit, qui ius exequitur, deciſ. 266. num.3.
Intellige ſi executio ſit iuſta, deciſ.266. num.4.
Inſtantia nullitatis, vide infra, in verbo, Nullitas.
Inſtrumentum publicum eſt probatio probata, deciſ.133. num.6. deciſ.135. nu.1. deciſ.136. n.2. deciſ.177. n.1.
Nullo eget adminiculo, deciſ.5. num.1. deciſ.7. num.1.
Facit rem certam & manifeſtam, deciſ.24. num.2. deciſ.125. num.11.
Tantum probat quantum cantat, deciſ.178. num.3.
Non productum apud acta citata parte ad dicẽdum contra, non releuat, deciſ.203. nu.1. deciſ.255. nu.2. & 4.
Limit. ſi fuerit rogatum à Notario actuario, quod non eſt exhibendum, deciſ.178. num.8.
Inſtrumentum publicum nõ reprobatur probationibus præſumptiuis, deciſ.125. num.12. deciſ.137. num.8.
Sed requirũtur plenę, & concludentes, et exactiſſimæ, deciſ.7. num.2. deciſ.95. num.12. deciſ.125. num.13. deciſ.133. num.7. deciſ.135. num.5. deciſ.137. num.7.
Et teſtes omni exceptione maiores, deciſ.24. num.4. deciſ.133. num.7. deciſ.136. num.1.
Et de neceſſitate, & concludenter deponentes, deciſ.24. num.6. deciſ.136. num.6.
Inſtrumentum præſumitur verum ſolemne, & de partium conſenſu celebratum, deciſ.76. num.5. deciſ.117. nu.1. deciſ.259. num.1.
Inſtrumento in dubio ſtandum eſt, deciſ.76. num.4.
Non extenditur ad eos, qui illius confectioni non interuenerunt, deciſ.125. num.6.
Inſtrumẽto impugnato nõ põt quis ſe iuuare, deciſ.100. n.9.
Non eſſe factum non probatur ex eo quod non reperiatur in prothocollo, deciſ.96. num.10.
Extractum ex archiuio publico ſi habeat aliquod vitium non præualet non habenti vitium, deciſ.11. nu.1.
Inſtrumenti ſolemnitates, vide infra, in verbo, Solẽnitas.
Intentio declaratur ex ſubſequutis, vide infra, in verbo, Obſeruantia.
Elicitur ex cõiecturis, & præſumptionib. deciſ.25. 8. et 9.
Interdictum retinendæ cõpetit ceſſionario, deciſ.231. n.10.
Interdictum retinendæ datur pro cenſu, deciſ.232. num.5.
Datur ceſſionario, deciſ.231. num.10. deciſ.249. num.1.
Dummodo iuſtificet poſſeſſionem cedentis, deciſ.249. nu. 4. deciſ.255. num.5.
Et exiſtentiam crediti ceſſi, deciſ.255. num.5.
Admittit ſuſpenſionem petitorij, deciſ.232. num.3.
Dicitur poſſeſſorium breue, & ſummariſſimum, deciſ. 232. num.2.
Non requirit probationes exactas, deciſ.210. nu.1. deciſ.242. num.2.
In hoc iudicio cõdemnatio ad reſtitutionem fructuum decurſorum, & non ſolutorum eſt reſtitutio ad ſtatum, deciſ.233. num.7.
Non admittit exceptionem defectus dominij, deciſ.232. num 4.
Nec exceptionem concernentem petitoriũ, deciſ.248. n.1.
Reliqua, vide infra, in verbo, Manutentio.
Interdictum Saluianum, vide infra, in verbo, Saluianũ.
Intereſſe debitum à venditore ob euictionem rei venditæ taxatur iuxta tempus euictionis, non venditionis, deciſ.44. num.3.
Debitum ex eo quod euincatur res fideicommiſſo ſubiecta taxatur non iuxta tempus venditionis, ſed iuxta tempus quo fideicommiſſarius incipit habere dictæ rei commodum, deciſ.44. num.4.
Debitum ob euictionem rei in ſolutum datæ taxatur habita ratione eius quod creditor habuiſſet ex re ſibi in ſolutum data, deciſ.58. num.3. Iuxta valorem dictæ rei, deciſ.58. num.2.
Taxari poteſt ad rationem fructuum rei, quando ſunt certi, deciſ.124. num.7.
Taxatur iuxta rei euictæ æſtimationem, deciſ.198. nu.3.
Intereſſe obligatio intelligitur de reale, deciſ.56. num.2.
Appellatione veniunt fructus, deciſ.61. num.9.
In contractu cenſuali eſt ipſe cenſus, qui ſoluitur, deciſ.61. num 8. deciſ.62. num.4. deciſ.63. num.2.
Intereſſe debetur ſi datio in ſolutum non habeat effectum, ex legis diſpoſitione, deciſ.58. num.1.
Propter moram debetur à die interpellationis, deciſ.61. num.7.
Debetur creditori cui ex culpa debitoris non ſoluitur, deciſ.119. ſub num.6.
Debetur ex contractu cenſus nulliter celebrato, deciſ. 229. num.1.
Dummodo pretium cenſus ſit verſum in vtilitatem venditoris, deciſ.229. num.2.
Non debetur nulla præcedente interpellatione, vel mora, deciſ.270. num.5.
Non debetur ob retardatam ſolutionem, quando non concurrunt requiſita à Paulo de Caſtro, deciſ. 283. nu.1.
Intereſſe in Saluiano poteſt liquidari abſque eo quod præcedat condemnatio, deciſ.58. num.4.
Intereſſe lucri ceſſantis peti poteſt poſt moram, deciſ.58. num.6.
Eſt acceſſorium ad hypothecam, deciſ.58. num.8.
Intereſt noſtra non habere rem communem cum fiſco, deciſ. 189. num.2.
Interpellatio facta hæredibus propter obligationem defuncti non releuat, niſi doceatur de obligatione, deciſ.278. num. 18.
Interpellatus iudicialiter ſi non implet promiſſa, tenetur ad intereſſe, deciſ.139. num.1.
Interpretatio ea eſt facienda, quæ fauet aĩæ, deciſ.10. n.12.

Intellige in foro Poli, ſecus in foro exteriori, deciſ. 10. num. 13.
Ea eſt capienda per quam contrauentio, & pœna excluditur, deciſ. 49. num. 12.
Ea eſt capienda, quæ minus præiudicat, deciſ. 223. nu. 7.
Ceſſat vbi verba ſunt clara, deciſ. 140. num. 7. deciſ. 215. num. 4.
Sumi non poteſt ex obſeruantia difformi, deciſ. 215. nu. 3.
Intimatio litis non eſt neceſſaria, vbi ſi fieret, eſſet ſuperflua, deciſ. 281. num. 7.
Æquipollet citationi, deciſ. 297. num. 7.
Intellige ſi præcedat iudicis decretum, d. deciſ. 297. n. 7.
Reliqua, vide ſupra, in verbo, Denunciatio.
Intimatio ceſſionis, vide ſupra, in verbo, Ceſſio.
Inuentarium hæredis non nocet creditoribus certis non citatis, deciſ. 38. num. 3.
Non ritè factum perinde eſt ac ſi factum non fuiſſet, deciſ. 72. num. 7.
Inuentum fuit ne hæres teneatur vltra vires hæreditatis, & ne creditores ſuis creditis defraudentur, deciſ. 231. num. 5.
Liberat hæredem ab obligatione perſonali, non autem bona hæreditaria, deciſ. 230. num. 6.
Probat contra eum, qui illud confecit, deciſ. 96. num. 20.
Inueriſimile quod eſt non debet admitti, nec attendi, deciſ. 118. num. 7.

I r

Irredimibilitas rei venditæ debet pretio compenſari, deciſ. 152. num. 2.

I u

Iudex præſumitur velle quod ordo iuris dictat, deciſ. 267. num. 5.
Suſpenſo petitorio quo ad illud caret iuriſdictione, deciſ. 55. num. 8. deciſ. 245. num. 2.
Vltra petita non poteſt pronunciare, deciſ. 187. num. 6.
Iudicis factum, vide ſupra, in verbo, Factum.
Iudicem adiens duplici nomine poteſt opponere exceptiones ſibi competentes vtroque nomine, deciſ. 257. nu. 4. & 7.
Iudicem recuſatum adiens cenſetur renunciare recuſationi, deciſ. 8. num. 2.
Iuramentum non probatur ex inſtrumento cui eſt, ſublata fides à ſtatuto, deciſ. 18. num. 2.
Habet vim clauſulæ omni meliori modo, deciſ. 22. num. 6.
Extortum ex falſa cauſa non obligat, deciſ. 26. num. 7.
Non habet paratam executionem, deciſ. 254. num. 8.
Quando ſuppleat ſolẽnitates requiſitas à ſtatuto in contractibus. vide infra, in verbo, Statutum.
Calumniæ petitur ſi nõ præſtetur proceſſus redditur nullus, deciſ. 195. num. 1.
Præſtari poteſt à procuratore habente generale mandatum ad lites, deciſ. 195. num. 2.
Præſtari poteſt in recapitulatione terminorum ſubſtantialium, deciſ. 201. num. 4.
Omitti poteſt quando ceſſat penitus omnis ſuſpicio calumniæ, deciſ. 215. num. 6.
Iurans non venire contra contenta in inſtrumento excluditur à remedijs, quibus poſſet impugnare contractum ſi non eſſet iuratus, deciſ. 18. num. 19.
Limit. ſi interueniat enormiſſima læſio, deciſ. 18. numero 20.
Soluere præciſè ſe obligat ad ſoluendum in termino conuento, deciſ. 268. num. 13.
Fundum cenſus eſſe liberum in caſu contrario eſt periurus, deciſ. 148. num. 11.
Ius capiendi poſſeſſionem propria auctoritate cedi poteſt, deciſ. 150. num. 4.
Ius metimur ex perſona actoris, deciſ. 213. num. 5.
Non mutatur ex perſonarum mutatione, deciſ. 232. num. 17. deciſ. 242. num. 5.
Ius Prælationis in venditione fundi cenſiti competit domino cenſus propter ius quod habet in re cenſuata, deciſ. 156. num. 6. deciſ. 308. num. 8.
Competit etiam ſi venditio fiat per viam ſubhaſtationis, deciſ. 156. num. 1.
Non competit contra eum, qui habet ius potentius ex ſtatuto, vel aliunde, deciſ. 310. num. 4.
Debet exerceri, & acceptari cum ſua cauſa, deciſ. 71. num. 2.
Ius conſequendi annuam penſionem ex re videtur inducere medium vtile dominium, deciſ. 151. num. 1.
Limit. niſi in conceſſione dicti iuris fiat reſeruatio, d. deciſ. 151. num. 1. verſ. ſiquidem.
Intellige vt ſolus proprietarius non poſſit dictum medium vtile dominium inducere, d. deciſ. 151. num. 1. verſic. nec etiam.
Iurium appellatione venit cenſus, deciſ. 82. num. 7.

L e

LEGATVM *factum pro dote Capellæ eſt validum, deciſ. 15. num. 4.*
Factum ſoluendum Capellanis nominandis ab ipſo teſtatore eo non nominante, non efficitur caducum, deciſ. 15. num. 5. & ſeqq. vbi de ratione.
Legatum rei ad vſum, vel pro vſu importat proprietatem, deciſ. 43. num. 7.
Legatum vſus rei importat vſumfructum, deciſ. 43. nu. 9.
Mobilium reſtringitur ad mobilia, quæ teſtator habebat tempore teſtamenti, deciſ. 82. num. 2.
Limit. ſi teſtator etiam ad futura reſpexit, deciſ. 82. nu. 3.
Non comprehendit pretium rei per teſtatorem emptæ, & poſt eius mortem retractæ, deciſ. 82. num. 6.
Legatario non eſt edendum totum teſtamentum, ſed tantum particula legati, & inſtitutionis à qua legatum pendet, deciſ. 127. num. 2.
Legatarius mobilium, pecuniarum, & nominum eſt immittendus ex Saluiano, data cautione de reſtituendo in caſu quo hæreditas non eſſet ſoluendo, deciſ. 69. num. 1.
Legitima filiorum nullo onere poteſt grauari, deciſ. 64. numero 2.
Semper cenſetur liquida, deciſ. 64. num. 3.
Legitima & Trebellianica continẽti medietatem eius quod eſt reſtituendum ex fideicommiſſo, deciſ. 41. nu. 2. & 3.
Eſt aſſignanda filijs iudicis arbitrio, deciſ. 49. num. 6.
Legitimæ fructus debentur ſaltem ex æquitate, deciſ. 119. num. 2. ad finem.
Legitimæ alienandæ prohibitio vſque ad certam ætatem, valet. deciſ. 49. num. 17.
in Legitimam imputantur alienata per filium, deciſ. 49. num. 7.
Limit. ſi alienatio ſit facta doloſè, & de rebus melioribus hæreditatis, deciſ. 49. num. 9.
Pro legitima filij cenſentur electa alienata, deciſ. 64. n. 4.
Legitima cenſetur electa per filium ſuper re in qua cenſum impoſuit, deciſ. 68. num. 7.
Legitimatio perſonarum eſt neceſſaria etiam in iudicijs executiuis, deciſ. 257. num. 3.
Non eſt neceſſaria niſi parte opponente, deciſ. 286. nu. 1.
Læſio maxima non præſumitur, ſed ab allegante debet concludenter probari, deciſ. 86. num. 11.

Qualis

Digitized by Google

Qualis requiratur ad reſcindendam tranſactionem, deciſ. 275. num. 1.

Prabet cauſam reſtitutionis, deciſ. 279. num. 1.

Lex, vide infra, in verbo, Textus.

Lex futuris non præteritis dat formam negotijs, deciſ. 92. num. 4.

Limit. ſi procedat declarando, deciſ. 217. nu. 11.

Procedens corrigendo dicitur correctoria, non declaratoria, deciſ. 217. num. 12.

L i

Liber domeſticus non probat abſque teſtium adminiculo, deciſ. 242. num. 1.

Niſi iuſtificetur, deciſ. 79. num. 30.

Societatis non probat pro ſocietate, deciſ. 143. num. 1.

Mercatoris, vide infra, in verbo, Mercator.

Liberatio facta vni ex correis prodeſt alijs, deciſ. 134. nu. 5.

Liberatio principalis debitoris prodeſt fideiuſſori, deciſione 104. num. 3.

Lim. ſi fiat cum clauſula ſine præiudicio quo ad alios obligatos, deciſ. 104. num. 4.

Liberatio à moleſtijs, terminus ad liberandum non eſt dandus illi, qui eum habuit, deciſ. 108. num. 3.

Libra, vide infra, in verbo, Moneta.

Limitatio ad regulam debet plenè probari, deciſ. 268. numero 7.

Lis non dicitur finita per ſententiam ſi non habeat executionem, deciſ. 278. num. 9.

Litis denunciatio non eſt neceſſaria, vbi ſi fieret, eſſet ſuperflua, deciſ. 281. num. 7.

Litiganti non eſt prohibitum acquirere nouum ius à tertio non exiſtente in lite, & ex illo obtinere, deciſ. 307. nu. 3. deciſ. 308. num. 2.

Litera Apoſtolica habent executionem paratam, deciſ. 215. num. 1.

L o

Locupletari is dicitur, qui ſoluens vſuras minores liberatur à grauioribus, deciſ. 229. num. 3.

M a

MALA fides inducitur ex lite, deciſ. 153. num. 3. deciſ. 206. num. 8.

Non inducitur ex actu facto cum curatore putatiuo, deciſ. 293. num. 12.

Malam fidem abeſſe ſufficit pro fructuum acquiſitione, deciſ. 206. num. 6.

Inter malam & bonam fidem datur medium, deciſ. 293. num. 9.

Mandatum relaxatum in ſententia ſuſpenditur per appellationem, deciſ. 109. num. 4.

Mandatum ad delinquendum nō præſumitur, deciſ. 133. n. 1.

Etiam ſi in eo adeſſet clauſula cum libera, deciſ. 133. numero 2.

Vel clauſula quod procurator poſſit facere omnia, quæ poſſet dominus ſi eſſet præſens, d. deciſ. 133. num. 2.

Extenditur ad ſolita conſtituentis, deciſ. 223. num. 6.

Mandatum probatur coniecturis, deciſ. 189. num. 4. deciſ. 273. num. 2.

Ex confeſſione, & proteſtatione conſtituentis, deciſ. 189. num. 6.

Præſumptionibus, deciſ. 271. num. 6.

Leuioribus probationibus, quando agitur de exoneratione procuratoris, deciſ. 189. num. 5.

Præſumitur in deponente alterius nomine, deciſ. 233. n. 2.

Maximè concurrentibus adminiculis, deciſ. 233. num. 3.

Præſumitur in ſoluente, deciſ. 250. num. 6.

Maximè ſi ſoluam magnam ſummam, deciſ. 239. num. 2.

Præſumitur ex impenſa facta in re ad alium ſpectante, deciſ. 273. num. 3.

Non releuat ſi non exhibeatur, quando pars opponit, deciſ. 255. num. 3.

Executiuum non debet exequi, niſi iuſtificetur ex eiſdem actis, deciſ. 255. num. 6.

Mandatum ſpeciale requiritur ad retrouendendum Cenſum, deciſ. 186. num. 1.

Ad renunciandum, deciſ. 257. num. 6.

Mandatum de aſſociando, vide ſupra, in verbo, Aſſociatio.

Mandatum ad omnia & ſingula quæ poteſt dominus cum libera tribuit facultatem expediendi ea, quæ requirunt ſpeciale mandatum, deciſ. 186. num. 2.

Mandatum expirat ob decoctionem mandantis, deciſ. 168. num. 9.

Mandatum de manutenendo datur ei, qui poſſidebat ante litem motam, deciſ. 209. num. 1. deciſ. 212. num. 1.

Maximè ad effectum conſequendi fructus, deciſ. 103. numero 4.

Conceditur pendente lite ſuper appellatione, deciſ. 213. num. 8. deciſ. 101. num. 1.

Conceditur domino Cenſus exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi, deciſ. 226. num. 1. deciſ. 231. num. 1. deciſ. 235. num. 2.

Etiam pendente Iudicio ſuper diſcuſſione bonorum, deciſ. 232. num. 20.

Limit. ſi is qui negat ſoluere ſit hæres cum beneficio inuentarij debitoris, deciſ. 232. num. 15.

Limit. ſi is qui erat in quaſi poſſeſſione exigendi habuit ſe pro ſpoliato, deciſ. 232. num. 16.

Non impeditur oppoſita exceptione nullitatis Cenſus, deciſ. 209. num. 7.

Nec per exceptionem extinctionis Cenſus, deciſ. 235. num. 3. deciſ. 249. num. 7.

Nec per ſententiam à qua fuit appellatum, deciſ. 209. num. 6. deciſ. 212. num. 5. numquam tranſit in iudicatum, deciſ. 242. num. 14.

Non requirit exactas probationes, deciſ. 242. num. 2.

Non requirit probationem tituli nec in profanis, deciſ. 242. num. 15.

Nec in beneficialibus, deciſ. 242. num. 16.

Habet naturam Interdicti retinendæ, deciſ. 101. num. 4.

Manutentio conceditur ei qui poſſidebat tempore motæ litis, deciſ. 211. num. 1. deciſ. 234. num. 1.

Conceditur etiam hæredibus, deciſ. 211. num. 2.

Contra ſucceſſores ob ſolutiones factas ab auctore, & prædeceſſore, deciſ. 242. num. 4.

Ex poſſeſſione præſumpta ob anteriorem poſſeſſionem, deciſ. 242. num. 6.

Conceditur exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi Cenſum, deciſ. 247. num. 5. deciſ. 248. num. 3.

Ceſſionario ex poſſeſſione cedentis, deciſ. 249. num. 1. deciſ. 250. num. 1.

Probata tamen poſſeſſione cedentis, deciſ. 249. num. 4.

Pendente iudicio ſuper appellatione, vel nullitate ſententiæ, deciſ. 245. num. 4.

Etiam quod poſſeſſio eſſet contra ius, deciſ. 101. numero 2.

Non impeditur oppoſita exceptione ſimulationis, deciſ. 212. num. 3.

Nec per exceptionem fideicommiſſi, deciſ. 236. num. 4.

Nec per ſententiam contra quam fuit petita reſtitutio in integrum, deciſ. 244. num. 4. deciſ. 245. num. 4.

Non denegatur ſpoliatori in iudicio ſpolij, deciſ. 101. numero 3.

Conceditur domino cenſus, donec per ſententiam declaretur eum qui ſoluit non eſſe debitorem, deciſ. 238. nu. 10.

Manutentio in incorporalibus datur pro ſola poſſeſſione ciuili, deciſ. 212. num. 4.

Reliqua, vide ſupra, in verbo, Interdictum.

Maritus ad quas impenſas teneatur, & ad quos in fundo dotali, deciſ. 35. num. 3. & ſeqq.

Quando non præſumatur ſimulatè emere pro vxore, deciſ. 165. num. 8.

Emens ex ſua propria pecunia pro vxore, non præſumitur ſimulatè emere, deciſ. 166. num. 4.

Poteſt pro vxore emere, vt illi acquirat, deciſ. 166. num. 7.

Materiæ concernentes peccatum, & res ſpirituales ad Papam ſunt referendæ, deciſ. 80. num. 11.

M e

Mercatoris promiſſio habet vim veræ ſolutionis, deciſ. 103. num. 9.

Conſuetudo & obſeruantia ſeruanda eſt, deciſ. 59. num. 8.

Liber adminiculatus probat etiam inter tertios, deciſ. 103. num. 10. deciſ. 209. num. 4. deciſ. 239. num. 1.

Probat ſolutionem ad fauorem creditoris, deciſ. 226. nu. 2.

Metus non inducitur ex mandato iudicis relaxato cauſa cognita, deciſ. 210. num. 6.

Debet probari ab allegante, deciſ. 266. num. 8.

Non probatur ex proteſtatione facta tempore actus geſti, deciſ. 266. num. 8.

Metus durat durante cauſa metus, deciſ. 266. num. 2.

Non infertur dum fit iuris executio, deciſ. 266. num. 3.

Intellige quando executio eſt iuſta, deciſ. 266. num. 4.

Præſumitur in eo, qui eſt conſtitutus in carceribus, deciſ. 266. num. 9.

Carceris non poteſt opponi contra eum, qui non fuit cauſa carcerationis, deciſ. 266. num. 7.

M i

Minor non poteſt ſe obligare ſine ſolemnitatibus ſtatuti, deciſ. 10. num. 6.

Qui ſe maiorem iurauit non reſtituitur in integrum, deciſ. 34. num. 3.

Non conſtituitur in mora ob interpellationem à procuratore minus legitimo, deciſ. 84. num. 10.

Reſtituitur in integrum tam ſi pecunia ſit deperdita ſui facilitate, quam ſi culpa ſui curatoris, deciſ. 175. num. 3.

Dummodo probet pecuniam fuiſſe deperditam, deciſ. 175. num. 4.

Minoris bona alienari prohibentur, deciſ. 293. num. 31.

Limit. ſi alienatio fiat ſeruata forma iuris, deciſ. 293. num. 4.

Limit. ſi fœnus & vſuræ ſuperant fructus bonorum, deciſ. 23. num. 2.

Limit. pro dotanda ſorore, deciſ. 23. num. 6.

Declar. vt debeant prius alienari mobilia ſi extent, deciſ. 23. num. 8. & 9.

Minoris contractus non irritatur ſub prætextu falſæ cauſæ, niſi probata falſitate cauſæ, deciſ. 21. num. 3.

Suſtinetur vigore decreti licet aliæ ſolemnitates non interuenerint ſi illius nullitas manifeſtè non probetur, deciſ. 22. num. 1. & 2.

Reliqua, vide infra, in verbo, Statutum.

Cenſus impoſitus per minorem ad fauorem pariter priuilegiati ſuſtinetur abſque ſolemnitatibus, deciſ. 19. num. 1. & 2.

Item quando factus maior illũ ratificauit, d. deciſ. 19. nu. 3.

Item quando fuit impoſitus à tutore cauſa ſoluendi acconcium pro ſorore pupilli, d. deciſ. 19. num. 4.

Item quando in impoſitione fuerunt ſeruatæ ſolemnitates iuris, deciſ. 21. num. 1. & 11.

Minus ſolui dicitur etiam reſpectu temporis, deciſ. 223. num. 12.

M o

Mobilium appellatione non veniunt cenſus, deciſ. 82. num. 1.

Neque fructus pendentes tempore conditi teſtamenti, & mortis teſtatoris, deciſ. 82. num. 10.

Modus adiectus legato ſi reſpiciat fauorem legatarij non limitat legatum, deciſ. 43. num. 8.

Monacus quidquid acquirit, acquirit Monaſterio, deciſ. 225. num. 4.

Limit. ſi efficiatur Epiſcopus, nam non Monaſterio, ſed ſibi acquirit, ſi appareat id voluiſſe, d. deciſ. 225. num. 5.

Moneta quæ eſt in obligatione ſolui debet, quando debetur certum genus monetæ, deciſ. 214. num. 2. deciſ. 216. nu. 2. deciſ. 219. num. 1.

Intellige ſi reperitur ſin minus debet ſolui eius valor ſecundum tempus ſolutionis faciendæ, deciſ. 214. nu. 2. deciſ. 216. num. 2. deciſ. 217. nu. 4. deciſ. 222. num. 6.

Sed quod debeat attendi valor qui currebat tempore obligationis, deciſ. 216. nu. 6. deciſ. 217. nu. 1. deciſ. 220. nu. 3.

Declar. quod ſi ſit alterata bonitas intrinſeca monetæ promiſſæ, quia debet attendi valor qui erat tempore contractus, deciſ. 214. num. 3.

Si verò ſit mutatus valor extrinſecè, attenditur valor currens tempore ſolutionis, deciſ. 216. num. 3. deciſ. 218. nu. 1. deciſ. 219. num. 9.

Moneta ſolui debet iuxta æſtimationem inter contrahentes conuentam, deciſ. 218. num. 4. deciſ. 220. num. 4.

Si ſit promiſſa in auro non poteſt ſolui alterius materiæ, deciſ. 219. num. 3.

Limit. ſi ex forma obligationis ſit poſita in ſolutione alia ſpecies monetæ, deciſ. 220. num. 1.

Reliqua, vide infra, in verbo, Scuta aurea.

Moneta illa præſumitur promiſſa, quæ apparet ſoluta, deciſ. 221. num. 2.

Monetæ valor attendi debet de tempore contractus, quando eſt in obligatione moneta imaginaria, & fuit alteratus illius valor extrinſecè, deciſ. 214. num. 1.

Declar. quod poſſit ſolui vel moneta promiſſa, vel æquiualens, deciſ. 221. num. 5.

Moneta currens ſi ſit in ſolutione, quomodo ſolutio facienda ſit, deciſ. 217. num. 2.

Libra eſt moneta imaginaria conſtituta ex certis monetis inferioribus, deciſ. 214. num. 4.

Mora ſapit delictum, deciſ. 147. num. 14.

Committitur per lapſum diei vbi adeſt obligatio cameralis, deciſ. 197. num. 1.

Committitur ob non ſolutionem etiam lite pendente, deciſ. 224. num. 4.

Non committitur quando in loco deſtinatæ ſolutionis nõ adeſt perſona legitima cui ſoluatur, deciſ. 224. num. 1.

Mors ciuilis æquiparatur naturali dumtaxat in caſibus in iure expreſſis, deciſ. 176. num. 10.

M u

Mulier obligans ſe cum viro etiam principaliter nõ remanet obligata, niſi manifeſtè probetur pecunias eſſe verſas in propriam illius vtilitatem, deciſ. 32. num. 4.

Limit. vt d. deciſ. 32. num. 5. & ſeqq.

Mulier nobilis difficulter præſumitur committere vſuras, deciſ. 117. num. 3.

Mulieris

Digitized by Google

Mulieris obligatio eſt inualida vbi remanet penitus indotata, deciſ.33. num.5.
Intellige vt debeat remanere dimidia dotis, d.deciſ.33. num.5. & ſeqq.
Hoc autem an ſpectandum ſit reſpectu temporis contractus, vel ſolutionis, d.deciſ.33. num.5. & ſeqq.
Mulieri volenti annullare contractum ſub prætextu falſæ cauſæ, incumbit onus probandi dictam falſitatem, deciſ. 35. num.2.
Mulieris contractus cum ſolemnitatibus eſt validus, & exequibilis, deciſ.34. num.1.
Nec impeditur executio ſub prætextu quod in loco adeſſent alij conſanguinei proximiores, ſi contrarium fuerit cum iuramento aſſertum, deciſ.34. num.2.
Maximè vbi contractus fuit vtilis mulieri, deciſ.34. n.5.
Reliqua, vide infra, in verbo, Statutum.
Mulier ſi imponat Cenſum abſque ſolemnitatibus, impoſitio eſt inualida, deciſ.31. num.3.
Nec reconualeſcit ob ſolutionem fructuum Cenſus, deciſ. 31. num.11.
Mutatio voluntatis, vide infra, in verbo, Voluntas.
Mutuum fieri poteſt ſub ſpe futuræ nominationis, deciſ. 135. num.4. verſ. ſecundo reſpondebatur.

N a

NARRATA in breui Apoſtolico præſumuntur vera, quando fuit diu obſeruatum, deciſ.78. nu.1.

N e

Neceſſaria cauſa ob quam reſoluto iure debitoris reſoluatur hypotheca illius dicitur quæ habet ortum à præcedenti obligatione, deciſ.163. num.12.
Vel quæ non poteſt abſque incommoditate omitti, deciſ. 163. num.16.
Neceſſitas in quam quis ſponte ſe coniecit non excuſat, deciſ.159. num.6.
Negatiua eſt probanda ab eo qui ſe fundat in illa, quando contra negata viget præſumptio, deciſ.96. num.6.
Probatur ex lectura inſtrumenti, deciſ.96. num.8.
Limit. quando affirmatiua poteſt probari aliter quam per inſtrumentum, & ſcripturam, deciſ.96. num.9.
Negociari ſolitus, vide infra, in verbo, Solitus.
Negotiorum geſtor acquirit ei pro quo emit, ſequuta ratihabitione, deciſ.170. num.2.
Nemo præſumitur iactare ſuum, deciſ.161. num.11. deciſ. 285. num.10.
Et potius admittitur error etiam in facto proprio, deciſ. 161. num.12.
Et ad excludendam hanc præſumptionem ſufficit qualibet occaſio, deciſ.161. num.13.
Nemo tenetur de culpa, & negligentia alterius, deciſ.298. num.1.
Nemo debet duplici onere, & incommodo grauari, deciſ. 71. num.7.

N o

Nomina debitorum poſſunt dari in ſolutum, deciſ.81. nu.3.
Non entium nullæ ſunt qualitates, deciſ.205. num.2.
Notarius datus in adiunctum debet ſe ſubſcribere, aliàs actus eſt nullus, deciſ.8. num.1.
Limit. vt d.deciſ.8. num.2.
Notarius ſtipulando acquirit ius abſenti abſque acceptatione, deciſ.165. num.4. deciſ.172. num.1. deciſ.173. n.8.
Maximè accedente iuramento debitoris, deciſ.172. num.2.
Intellige ad effectum vt is qui ſe obligat non poſſit penitere, non vt abſenti inuito acquiratur ius, deciſ.173. n.9.
Notario creditur de relatione citationis, d.deciſ.277. nu.6. deciſ.278. num.3.
Intellige ſi conſtet de illius executione, deciſ.84. num.3.
Intellige non procedere ſi dicat nuncium citaſſe prout in cedula, ſi tenor citationis non ſit regiſtratus apud acta, deciſ.278. num.1. ſecus ſi non referat ſe ad cedulam, deciſ.278. num.3.
De productione mandati non creditur, ſi eius tenor non regiſtretur, deciſ.278. num.2.
Aſſerenti ſe vidiſſe, & legiſſe inſtrumentum non creditur circa diſpoſita in inſtrumento, deciſ.278. num.6.
Notarij error, vide ſupra, in verbo, Error.
Notarij verba, vide infra, in verbo, Verba.
Notarij enunciatio, vide ſupra, in verbo, Enunciatio.
Notarij aſſertio, vide infra, in verbo, Verba.
Notitia, vide infra, in verbo, Scientia.
Nouatio non inducitur ex ijs, quæ fiunt ad cautelam, & tuitionem creditoris, deciſ.104. num.11. deciſ.288. num.2. deciſ.289. num.1.
Non inducitur niſi expreſſè dicatur, deciſ.204. num.12.
Non fit abſque conſenſu, & facto eorum, de quorum intereſſe agitur, deciſ.125. num.23.

N u

Nullitas non poteſt opponi à tertio, deciſ.31. num.8.
Poteſt opponi ab hærede, deciſ.31. num.9.
Etiam quod principalis viuens non fuerit conqueſtus de nullitate, deciſ.31. num.10.
Nullitatis inſtantia non fit deſerta licet deſeratur inſtantia appellationis, deciſ.55. num.3.
Nullum quod eſt, nullum operatur effectum, deciſ.50. numero 1.
Quod eſt ex defectu cauſæ eſt nullum, ſi velit is, qui poteſt dicere de nullitate, deciſ.206. num.7.
Quod eſt ratificari non poteſt, deciſ.278. num.20.
Numeratio pecuniæ in venditione Cenſus eſt requiſitum neceſſarium, deciſ.80. num.5.
Intellige poſt Bullam Pij V. ſecus antea, deciſ.81. num.1.
Numeratio pecuniæ probatur confeſſione partium, iuncta præcedente promiſſione, deciſ.61. num.2.
Ex verbis inſtrumenti, deciſ.118. num.6.
Aliunde quam ex inſtrumento Cenſus, deciſ.133. num.11.
Aſſertione Notarij, deciſ.95. num.11. deciſ.98. num.5. deciſ.102. num.1. deciſ.110. num.4. deciſ.123. num.1. deciſ.125. num.4. deciſ.133. num.5. deciſ.135. num.2. deciſ.137. num.3. deciſ.177. num.9.
In depoſito probatur confeſſione, deciſ.277. num.11.
Numerus ſingularis eſt de ſui natura conuertibilis in pluralem, deciſ.90. num.3.

O b

OBLATIO facta creditori recuſanti habet vim ſolutionis, deciſ.267. num.1.
Facta non creditori non releuat, deciſ.173. num.1.
De recipiendo non inducit acceptationem debitoris, deciſ.238. num.9.
Conditionalis, & non libera non releuat, deciſ.281. nu.8.
Facta creditori impedit ſententiam in Saluiano, deciſ. 267. num.2.
Obligatio ad intereſſe intelligitur de reale, deciſ.56. numero 2.
De faciendo conſentire omnem perſonam. Intelligitur dummodo emptoris interſit, deciſ.56. num.3.
Probatur per priuatam ſcripturam, deciſ.81. num.9.

Acceſſo-

Acceſſoria redditur nulla, annullata obligatione principali, deciſ. 139. num. 3.
Intellige quando nullitas prouenit ex defectu formæ, deciſ. 139. num. 5.
Simplex non reſtricta ad tempus cenſetur perpetua, deciſ. 140. num. 1.
Facta cum pacto reſolutiuo, ſi aliquid intra certum tempus non fiat, ſi non fiat reſoluitur, deciſ. 173. num. 2.
Intellige hoc procedere volente creditore, deciſ. 173. nu. 3.
Rem tradi habet annexam obligationem rem dari, deciſ. 198. num. 4.
Qualibet tranſit in hæredem, deciſ. 206. num. 2.
Obligatus ad factum capi poteſt perſonaliter, deciſ. 197. num. 2.
In forma cameræ tenetur ad intereſſe, deciſ. 197. num. 5.
Rem dare tenetur illam dare liberam, ita vt ab accipiente dominium non poſſit auocari, deciſ. 198. num. 5.
Tenetur ad damna, & intereſſe, deciſ. 198. num. 10.
Soluere cum certis pactis non poteſt aliter ſoluere, deciſ. 281. num. 2. deciſ. 282. num. 1.
Aliter ſoluendo malè ſoluit, deciſ. 281. num. 4. deciſ. 282. num. 4.
Præſtare fideiuſſores non cenſetur liberatus pro tempore futuro, ſi fuerint receptæ ſolutiones pro tempore præterito, deciſ. 286. num. 6.
Obligans ſe ad inueſtiendum pecunias, non inueſtiendo tenetur ad intereſſe, deciſ. 285. num. 1.
In obligationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe, deciſ. 9. num. 10.
In obligationibus dubijs venit quod eſt minus, deciſ. 217. num. 9.
Ex obligatione conditionali agi non poteſt, niſi purificata conditione, deciſ. 263. num. 1.
Obligationis cauſa ceſſante, ceſſat obligatio, deciſ. 266. nu. 6.
Obligatio fideiuſſoria, vide ſupra, in verbo, Fideiuſſoria obligatio.
Obligatio cameralis, ſupra in verbo, Cameralis obligatio.
Obliuio cenſetur inducta ſpacio decem annorum, deciſ. 250. num. 4.
Limit. ſi de contrario appareat, deciſ. 250. num. 5.
Obreptio non committitur per taciturnitatem eorum in quibus partes conueniunt, deciſ. 103. num. 13.
Obſeruantia longæua liberat ab onere probandi, deciſ. 78. num. 1.
Subſequuta magnam vim habet ad remouendum actus nullitatem, deciſ. 96. num. 16.
Efficit vt detur fides ſcripturæ etiam informi, deciſ. 96. num. 22. deciſ. 100. num. 7.
Declarat qualis fuerit præcedens intentio, deciſ. 143. nu. 2. deciſ. 151. num. 6. deciſ. 181. num. 9. deciſ. 285. nu. 9.
Declarat actum, deciſ. 221. num. 3.
Præualet ſtatuto, deciſ. 221. num. 6.
Non deſeruit pro interpretatione actus, niſi conſtet de cauſa ob quam ita fuerit obſeruatum, deciſ. 218. num. 6.

O f

Officia Romanæ curiæ ſunt de regalibus, & non poſſunt oppignorari, deciſ. 9. n. 5. & infra. Et vbi quo hoc procedat.
Semper remanent iura penes officiales, deciſ. 9. num. 6.
Quoad titulum non poſſunt alienari ſine conſenſu Papæ, deciſ. 9. num. 7.
Sunt in commercio, & eorum fructus poſſunt in totum communicari, deciſ. 9. num. 8.
Non poſſunt ſubhaſtari, niſi cum magna difficultate, & de licentia Papæ, deciſ. 9. num. 19.
Officium cum eſt in totum grauatum nil remanet officiali periculo expoſitum, deciſ. 9. num. 13.
Officium acquiritur non illi ſuper cuius vita panitur, ſed illi cui reſeruatur facultas percipiendi fructus, deciſ. 169. num. 1.
Officij dominus is dicitur per cuius mortem vacat, deciſ. 59. num. 16.
Officiali atteſtanti de pertinentibus ad ipſius officium creditur, deciſ. 89. num. 3.
Maximè ſi ſit deputatus ad illud officium à Principe, deciſ. 89. num. 4.

O n

Onus reale ſpectat ad poſſeſſorem rei, deciſ. 54. num. 2. deciſ. 191. num. 10.

O r

Ordinarius dum viſitat non poteſt propria auctoritate capere poſſeſſionem rei ab alio poſſeſſæ, deciſ. 232. num. 8.
Etiam ſi talis poſſeſſio eſſet ſimplex detentatio abſque iuris fundamento, deciſ. 232. num. 10.
Origo rei ſpectanda eſt, deciſ. 251. num. 2.

P a

PACTVM de retrouendendo conſtituto tempore, eſt in iure permiſſum, deciſ. 152. num. 3.
Pactum illicitum quod reſpicit totum, contractum vitiat, & vitiatur, deciſ. 152. num. 10.
Intellige quando tendit ad perimendam ſubſtantiam contractus, d. deciſ. 153. num. 13.
Secus ſi non ſit contra ſubſtantiam contractus, deciſ. 146. num. 14. deciſ. 147. num. 1.
Pactum appoſitum in contractu fauore vnius, intelligitur ſi eo vti velit, deciſ. 198. num. 18.
Quod ſolutio fiat de moneta currente, quomodo intelligatur, deciſ. 214. num. 7.
Quod onera pertineant ad venditorem, eſt contra naturam emptoris, deciſ. 93. num. 2.
Quod venditor teneatur ad omnes expenſas inducit præſumptionem ſimulationis, deciſ. 93. num. 3.
Quod pecuniæ depoſitatæ non poſſint leuari abſque conſenſu tertij, valet. deciſ. 115. num. 2.
Pacta illicita vitiantur, & non vitiant contractum, deciſ. 117. num. 7.
Cum vno factum alteri non præiudicat, deciſ. 145. num. 4.
Quod non facit tranſire cõtractum de vna ſpecie ad aliam, non eſt contra ſubſtantiam contractus, deciſ. 145. num. 11.
Secus ſi faciat tranſire, deciſ. 147. num. 6.
Pactum reſolutiuum contractus in emptione, & venditione ſuſtinetur, deciſ. 147. num. 9.
Quod dominium rei venditæ non tranſeat in emptorem, niſi ſoluto integro pretio, valet. deciſ. 79. num. 17.
Pacta inter contrahentes conuenta, non poteſt vnus in alterius præiudicium alterare, deciſ. 281. num. 5.
Pacti ſcientia non nocet abſque obligatione propria, deciſ. 145. num. 8.
Pacta quæ ſunt contra ſubſtantiam contractus cenſualis vitiantur, & vitiant contractum, deciſ. 152. num. 15.
Quod non eſt contra ſubſtantiam contractus vitiatur & non vitiat, deciſ. 87. num. 2. deciſ. 145. num. 3. deciſ. 146. num. 1.
Quod ceſſante debitore Cenſus in ſolutione per aliquod tempus Cenſus reſoluatur, eſt contra ſubſtantiam Cenſus, deciſ. 87. num. 3.
Etiam in terminis Bullæ Pij V. deciſ. 87. num. 4.
Quod Cenſus redimi debeat intra certum tempus, eſt contra ſubſtantiam Cenſus, deciſ. 124. num. 9.

Quod

Quod venditor Cenſus ob moram in ſoluendo cogi poſſit ad redimendum, non eſt contra ſubſtantiam Cenſus, deciſ. 147. num. 10. & ſeqq.
Quod debitor Cenſus teneatur illum redimere arbitrio emptoris, eſt contra ſubſtantiam contractus, deciſ. 147. nu. 5.
Quod ſi venditor non redimat intra certum tempus fiat irredimibile, eſt contra ſubſtantiam contractus, deciſ. 152. num. 7.
Quod Cenſus duret per certum tempus, annullat contractum in totum, deciſ. 155. num. 1.
Quod Cenſus redimi non poſſit, eſt illicitum, deciſ. 152. n. 5.
Anticipata ſolutionis non eſt contra ſubſtantiam Cenſus; ideo vitiat, & non vitiatur, deciſ. 308. num. 21. & ſeq. deciſ. 95. num. 9.
Quod emptor Cenſus retineat fundũ cenſuatum titulo conductionis donec Cenſus redimatur, eſt parum licitum, deciſ. 93. num. 4.
Vitiatur, ſed non vitiat, d. deciſ. 93. num. 4.
Non eſt contra ſubſtantiam contractus, deciſ. 93. num. 5.
Quod Cenſus ſit liber ab omni onere non repugnat naturæ Cenſus, deciſ. 93. num. 1. deciſ. 146. num. 9.
Quod ſoluatur Cenſus per aliquod tempus ante illius conſtitutionem, non valet. deciſ. 115. num. 3.
Quod ſi redimatur Cenſus finito ſemeſtre dominus illius non teneatur compenſare fructus receptos pro rata, non eſt validum, deciſ. 115. num. 4.
Quod Cenſus redimi non poſſit, niſi intra certum tempus reprobatur, deciſ. 117. num. 5.
Quod emptor Cenſus nõ teneatur ad remiſſionem, niſi damnum aſcendat ad certam quotam, eſt illicitum, deciſ. 117. num. 6.
Quod fructus Cenſus non ſoluantur per biennium non vitiat, deciſ. 137. num. 9.
Quod Cenſus ſoluatur abſque aliqua defalcatione ob caſum fortuitum, eſt contra Bullam Pij V. deciſ. 146. num. 12.
Non tamen eſt contra ſubſtantiam contractus, deciſ. 146. num. 13.
Quod venditor Cenſus teneatur illum redimere ad arbitrium emptoris, eſt illicitum, deciſ. 147. num. 4.
Quod venditor Cenſus ob moram in ſoluendo cogi poſſit ad redimendum, valet inſpecto iure communi, deciſ. 147. num. 7.
Quod Cenſus redimatur eſt illicitum, deciſ. 154. num. 2.
Etiam quod non deducatur in ſtipulationem, ſed emptor ſit aliunde ſecurus de redemptione, deciſ. 154. num. 3.
Quod debitor Cenſus ob moram in ſoluendo teneatur ad damna, & intereſſe, eſt licitum, deciſ. 147. num. 15.
Vel ſaltem non eſt contra ſubſtantiam contractus, deciſ. 147. num. 19.
Quod ſi debitor Cenſus ſit moroſus in ſolutione per duos menſes poſt lapſum cuiuſlibet ſemeſtris poſſit emptor ſortem repetere, non eſt licitum, deciſ. 152. num. 11.
Sed non repugnat naturæ & ſubſtantiæ Cenſus, deciſ. 152. num. 12.
Pactum de redimendo toties quoties applicatur, & conuenit contractui Cenſus, deciſ. 151. num. 5.
Etiam ſi fiat pactum de redimendo intra certum tempus, deciſ. 151. num. 5.
Pacta improbata per Bullam Pij V. in contractu Cenſus, non tangunt nouam formam dictis contractus, deciſ. 146. n. 5.
Papa dat formam contractibus in materia vſurariis, deciſ. 80. num. 7.
Conſenſum non extendit, deciſ. 105. num. 4.
Poteſt derogare iuri poſitiuo, deciſ. 124. num. 11.
Non diſpenſat contra ius diuinum, & naturale, deciſ. 155. num. 7.
Supplet defectum ſolemnitatis, non cauſæ, deciſ. 36. nu. 8.
Paria ſunt ſcire, & ſcire debere, deciſ. 162. num. 2.
Pecuniam eſſe deperditam, vel eſſe difficilis exactionis, deciſ. 175. num. 6.
Rem habere non poſſe, vel cum magna difficultate, deciſ. 175. num. 8.
Pars citata debet ſemper opponere, deciſ. 197. num. 9.
Pater non poteſt ad ſui commodum authorizare perſonam filij, deciſ. 19. num. 9. deciſ. 20. num. 12.
Eſt à lege conſtitutus adminiſtrator, & vſufructuarius bonorum aduentitiorum filij, deciſ. 294. num. 10.
Eſt melioris conditionis, quam ſint alij vſufructuarij, deciſ. 294. num. 5.
Non tenetur cauere, deciſ. 294. num. 9.
Paterna præſentia ſupplet defectum curatoris, & conſanguineorum, qui requiruntur à ſtatuto, deciſ. 18. num. 8.
Declar. vt deciſ. 20. num. 11.
Paterna adminiſtratio de bonis filij eſt libera ab omni hypotheca, ab omni onere reddendi rationem, & ab omni contradictione, deciſ. 294. num. 8.
Patria poteſtas finitur maxima capitis diminutione, deciſ. 18. num. 8.
Pecuniæ appellatione non venit Cenſus, deciſ. 82. num. 1.
Dominium acquiritur per commixtionem, deciſ. 187. nu. 2.
Accipienti quando ſolutio fit ad commodum tam ſoluentis, quam accipientis, deciſ. 137. num. 4.
Ex quacumque titulo habili ad illud transferendum licet momento maneat penes recipientem, deciſ. 123. num. 2.
Pecunia depoſitata ad effectum inueſtiendi, facto inueſtimento dicitur inueſtita pecunia creditoris non debitoris, deciſ. 132. num. 2.
Non requiritur de neceſſitate in reuenditione Cenſus, deciſ. 186. num. 8.
Nec in venditione Cenſus, quem vendens retinet ab alio, deciſ. 187. num. 8.
Soluta, & recepta ſimpliciter cenſetur ſoluta, & recepta pro fructibus & non pro ſorte, deciſ. 272. num. 8.
Venit appellatione bonorum, deciſ. 187. num. 1.
Pecuniam eſſe deperditam, vel eſſe difficilis exactionis, paria ſunt. deciſ. 175. num. 6.
Pœna priuationis impoſita per teſtatorem ſi non ſeruetur eius præceptum incurritur per hæredem ſi intra tempus præfixum non ſeruet etiam nulla præcedente interpellatione, deciſ. 15. num. 1. & 2.
Conuentionalis concurrit cum legali, nec ab ea conſumitur, deciſ. 47. num. 6.
Incurſa ob alienationem rei euitatur ſi res illa redimatur, deciſ. 49. num. 20.
Dummodo alienatio reuocetur ante declarationem incurſus pœnæ, deciſ. 50. num. 2.
Impoſita legatario ſi teſtator non exprimat cui ſit applicanda, applicatur hæredi, deciſ. 50. num. 3.
Pœnitentiæ non eſt locus in contractibus nominatis, ſed eſt agendum ad implemendum. deciſ. 186. num. 3.
Penſio tranſlata eſt noua penſio, deciſ. 60. num. 6. verſ. non obſtat deciſio.
Penſio debita ex locatione ſuccedit loco fructuum, deciſ. 177. num. 3.
In penſionibus, quæ debentur ex locatione inſpicitur tempus, quo fructus ſeparantur à ſolo, deciſ. 177. num. 5.
Periculum cum periculo compenſatur, deciſ. 9. num. 14.
Periculum Cenſus ſpectat ad emptorem, deciſ. 80. num. 3.

Periu-

Periurium repellit ab agendo non ab excipiendo, deciſ. 20. num. 1.

Perſona loquentis non comprehenditur ſub generali ſermone, deciſ. 285. num. 7.

Limit. 1. niſi ſubiecta materia aliud ſuadeat, deciſ. 285. num. 8.

Limit. 2. quando generalis ſermo non poteſt verificari in alia perſona, deciſ. 285. num. 11.

Petitorium ſuſpendi non poteſt in interdicto retinendæ, deciſ. 55. num. 9.

Petitorio ſuſpenſo iudex caret iuriſdictione quo ad illud, deciſ. 55. num. 8.

P i

Pignoris conſtitutio pro tanta quantitate vt non ſit ſpes luitionis, dicitur alienatio, deciſ. 77. num. 5.

Pignoratitia vtilis datur debitori pro recuperanda poſſeſſione pignoris ſoluto debito, deciſ. 267. num. 7.

Pius V. in ſua Bulla de Cenſibus habuit intentionem excludere Cenſus perſonales, deciſ. 80. num. 2.

Inducere æqualitatem inter emptorem, & venditorem, deciſ. 80. num. 2.

Vt poſſit conſtare de Cenſus peremptione, deciſ. 80. num. 3.

Tollere abuſus circa contractum cenſualem, non autem inducere nouas conditiones contra ius, deciſ. 1. num. 8.

P l

Plus dictum quam ſcriptum vbi apparet dicto non ſcripto ſtatur, deciſ. 96. num. 14.

Et omiſſum pro ſcripto habetur, deciſ. 96. num. 15.

P o

Poſſeſſio probatur per teſtes ſingulares concordantes in quadam generalitate, deciſ. 16. num. 4.

Venditoris probatur ex clauſula conſtituti appoſita in inſtrumento venditionis, deciſ. 95. num. 2.

Etiam contra habentem cauſam ab ipſo conſtituente, deciſ. 95. num. 3.

Rei conuenti in Saluiano probatur per litis ſuſtentationem cum adminiculis, deciſ. 95. num. 4.

Conſtituentis probatur per clauſulam conſtituti ad ipſius, & conſtituentarij præiudicium, deciſ. 150. num. 5.

Solo animo retinetur, deciſ. 242. num. 7.

Declar. per decem annos & non vltra, deciſ. 242. numero 8.

Scilicet quando alius occupauit poſſeſſionem naturalem, deciſ. 242. num. 9.

Poſſeſſionis apprehenſio probatur ex inſtrumento, deciſ. 54. num. 4. verſ. de poſſeſſionis.

Continuatio probatur ex inſtrumento locationum, deciſ. 154. num. 4. verſ. de poſſeſſionis.

Poſſeſſor non eſt priuandus ſua poſſeſſione lite pendente, deciſ. 236. num. 3.

Nec pendente appellatione, deciſ. 248. num. 2.

Rei cenſuatæ tenetur ad ſolutionem fructuum Cenſus, deciſ. 191. num. 11.

Poteſt poſſeſſionem ſuam propria auctoritate tueri, donec non conſtat de ſuo malo iure, deciſ. 237. num. 4.

Eſt in ſua poſſeſſione manutenendus, deciſ. 242. num. 3. Vide ſupra, in verbo, Manutentio.

Conuentus Saluiano liberatur offerendo creditum, deciſ. 268. num. 10.

Conuentus Saluiano patitur ob alienam culpam, deciſ. 268. num. 12.

Poſſeſſoris conditio non mutatur ex mutatione perſonæ, deciſ. 55. num. 1.

Poſſeſſor bonæ fidei, vide ſupra, Bonæ fidei poſſeſſor.

Retinendæ contentatur leuioribus probationibus, deciſ. 210. num. 1.

P r

Prælatio, vide ſupra, in verbo, Ius prælationis.

Præſcriptio in materia vſuraria non eſt conſiderabilis, deciſ. 119. num. 5.

Contra Eccleſiam non currit minor quadragenaria, deciſ. 216. num. 4.

Vt inducatur requiritur continuatio poſſeſſionis, deciſ. 216. num. 4. verſ. illa vero.

Non poteſt compleri durante pupillari ætate, deciſ. 130. num. 2.

Etiam ſtatutaria, deciſ. 230. num. 2.

Dormit durante pupillari ætate creditoris, deciſ. 230. nu. 3.

Etiam ſtatutaria, deciſ. 230. num. 3.

Statutaria ſubintrat in locum præſcriptionis quadraginta annorum, deciſ. 230. num. 4.

Non currit non valenti agere, deciſ. 264. num. 1. deciſ. 265. num. 6.

Non interrumpitur per iudicium in quo actor ſuccubuit, deciſ. 264. num. 3.

In annuis præſtationibus debitis ex contractu reſpectu futurorum non ſufficit vna, deciſ. 302. num. 1. deciſ. 304. num. 2.

Præſumi non debet, quod fieri non ſolet, deciſ. 252. num. 6.

Præſuppoſitum ſi ceſſet non habet locum diſpoſitio, deciſ. 84. num. 21.

Præſtatio annua, vide ſupra, in verbo, Annua præſtatio.

Præteritione filiæ non rumpitur teſtamentum patris, vbi viget ſtatutum excluſiuum feminarum, deciſ. 42. num. 4.

Pretium ſuccedit loco rei venditæ, deciſ. 294. num. 3.

Conuentum præſumitur iuſtum, deciſ. 37. num. 6.

Bonorum hæreditariorum imputatur in creditum hæredis cum beneficio inuentarij, deciſ. 279. num. 9.

Rei hypothecatæ ſuccedit loco illius, deciſ. 284. num. 4.

Pretium Cenſus poteſt repeti quando Cenſus fuit impoſitus ſuper re expreſſè alienari prohibita, deciſ. 46. num. 1.

Quando Cenſus fuit impoſitus ſuper re non libera, deciſ. 46. num. 2.

Debet reſtitui ſtatim atque Cenſus fuit declaratus nullus, deciſ. 229. num. 4.

Repeti non poteſt ſub prætextu quod fundus ſit alteri obligatus, deciſ. 56. num. 1.

Dummodo fructus dicti fundi ſufficiant omnibus, & dominus Cenſus non ſit in damno, deciſ. 56. num. 1.

Ante Bullam Pij V. ſuper Cenſib. poterat conſtitui in proprio debito venditoris Cenſus, deciſ. 81. num. 4.

Debet ſolui in pecunia numerata in ipſo contractu, deciſ. 103. num. 6. deciſ. 120. num. 2.

Et hoc eſt inductum pro forma, deciſ. 103. num. 8. deciſ. 118. num. 3.

Limit. ante Bullam Pij V. deciſ. 92. num. 1. & 5.

Limit. poſt Bullam ſi conſtet pecunias perueniſſe cum effectu ad manus venditoris Cenſus, deciſ. 92. num. 6.

Dicitur ſolutum in pecunia numerata, ſi fiat depoſitum in banco, deciſ. 133. num. 12.

Si detur cedula bancaria, vide ſupra Cedula.

Eſt iuſtum quod conſuetudo regionis recepit, deciſ. 117. num. 9.

Poteſt ſolui in pecunia aliena, deciſ. 125. num. 1.

Poteſt ſolui creditori venditoris Cenſus, deciſ. 134. numero 4.

Princeps ex ſua poteſtate ordinaria poteſt tollere ius poſſeſſionis, deciſ. 232. num. 11.

Intelli-

Intellige quo ad expulſos, & ex cauſa, non quo ad poſſeſſores, deciſ. 232. num. 12.
Non præſumitur velle præiudicare iuribus tertij, deciſ. 72. num. 9.
In qualibet diſpoſitione præiudiciali terminum præfigit ad ſe defendendum, deciſ. 232. num. 14.
Non expellit intruſos, niſi præcedēte citatione, & præfixo illis termino ad faciēdas ſuas defenſiones, dec. 232. n. 13.
Principalis in negotio is dicitur ad cuius vtilitatem principaliter geritur, cæteri dicuntur fideiuſſores; deciſ. 184. num. 6. deciſ. 201. num. 3.
Intellige quo ad ſe ipſos, ſecus reſpectu creditoris, deciſ. 184. num. 8. & 9.
Limit. ſi quo ad creditorem id expreſſè actum fuiſſet, deciſ. 184. num. 8.
Principaliter quod agitur attenditur, deciſ. 147. num. 11.
Prior in tempore potior in iure, deciſ. 104. num. 2.
Priuilegiatus certans de damno potior eſt æquè priuilegiato, qui non agit de damno, deciſ. 18. num. 7.
Priuatio iuris eſt pœna, deciſ. 67. num. 12.
Probationes etiam non releuantes ſi admittantur parte non contradicente, ſuffragantur. deciſ. 100. num. 5.
Proceſſus cōpulſorialis, vide ſupra, in verbo, Cōpulſorialis.
Informatiuus factus in cauſa criminali non facit fidem in ciuili, deciſ. 130. num. 8.
Factus non citato eo qui fuit proteſtatus nihil fieri ipſo non citato, eſt nullus, deciſ. 256. num. 3.
Procurator ad lites nō pōt recipere ſolutiones, deciſ. 84. n. 5.
Nec interpellari ad recipiendas ſolutiones, deciſ. 84. nu. 6.
Poteſt iurare de Calumnia, deciſ. 195. num. 3.
Procurator emens pro domino, illi acquirit dominium, & poſſeſſionem, deciſ. 170. num. 1.
Non poteſt remittere ius ſui principalis, quod non patitur controuerſiam, deciſ. 223. num. 2.
Cum libera non poteſt donare, deciſ. 223. num. 4.
Non poteſt inducere obligationem cameralem ſine mandato ſpeciali, deciſ. 254. num. 5.
In rem ſuam exigit nomine proprio, deciſ. 231. num. 11.
Non poteſt facere conditionem domini deteriorem, deciſ. 257. num. 5.
Procuratoris facultas limitata reſtringit ampliorem facultatem de iure ſibi competentem, deciſ. 190. num. 6.
Aſſertio non præiudicat principali, deciſ. 295. num. 2.
Confeſſio, vide ſupra, in verbo, Confeſſio.
Producens inſtrumentum cenſetur coarctare ſe probationi reſultanti ex inſtrumento, deciſ. 100. num. 11.
Acta cenſetur illa ratificare, deciſ. 249. num. 5.
Inſtrumentum cenſetur fateri omnia contenta in eo, deciſ. 280. num. 4.
Productio facta in vna cauſa non præiudicat in alia, deciſ. 109. num. 3.
Prœmium declarat mentem ſtatuentium, deciſ. 18. num. 3.
Profeſſio ob metum redditur nulla, deciſ. 113. num. 8.
Prohibitio alienationis non extenditur vltra perſonas expreſſas, deciſ. 13. num. 4. deciſ. 51. num. 1. & 3.
Veſtita cum cauſa inducit fideicommiſſum, deciſ. 43. nu. 1.
Etiam in caſum mortis, deciſ. 43. num. 2.
Expreſſa impedit dominij tranſlationem, deciſ. 198. nu. 6.
Reſtringitur à cauſa, deciſ. 43. num. 6.
Vt odioſa eſt ſtrictè intelligenda, deciſ. 49. num. 11.
Poſita in vno legato ad aliud non extenditur, deciſ. 50. num. 6.
Realis concomitatur rem quocumque vadat, dec. 51. nu. 7.
Non inducitur vbi teſtator non expreſſit, deciſ. 51. num. 8.
Facta ad fauorem fideicommiſſi non debet operari illius detrimentum, deciſ. 52. num. 5.
Facta vt bona remaneant in familia impedit tranſlationem dominij, deciſ. 107. num. 6.
Etiam ſi ſit facta in contractu inter viuos, deciſ. 107. nu. 6.
Nuda ab omni cauſa non eſt ſeruanda, deciſ. 67. num. 6.
Prohibitus alienare rem, cenſetur etiam prohibitus ſuper illo Cenſum imponere, deciſ. 39. num. 1. & 2.
Alienans ſtatim cadit à iure ſuo, & commodo contractus, deciſ. 47. num. 2.
Incurrit pœnam ſi alienet, deciſ. 39. num. 1.
Etiam ſi faciat actum ex quo ſequi poſſit alienatio, deciſ. 48. num. 3.
Cenſetur etiam prohibitus facere actum ex quo ſequi poſſit alienatio, deciſ. 48. num. 2.
Non cenſetur prohibitus alienare fructus rei, deciſ. 86. n. 7.
Prohibita alienari non veniunt ſub generali obligatione, deciſ. 39. num. 4. deciſ. 49. num. 19.
Non prohibentur hypothecari, deciſ. 40. num. 3. & ſeqq.
Poſſunt ſtatim ſequuta alienatione reuocari, dec. 198. n. 7.
Prohibitioni non dicitur contrauentum vbi non offenditur mens teſtatoris, deciſ. 49. num. 15.
Promiſſio indemnitatis intelligitur reſpectu debiti validi, ſecus reſpectu inualidi, deciſ. 33. num. 10.
Vide ſupra, in verbo, Indemnitas.
Promittens rem venditam alteri non eſſe obligatam, intelligitur de obligatione quæ poſſet præiudicare emptori, deciſ. 297. num. 3.
Proponens contraria non eſt audiendus, deciſ. 118. num. 8.
Propoſitum idem operatur in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito, deciſ. 297. num. 3.
Proprietas cenſetur relicta cum relinquitur res ad vſum, vel pro vſu, deciſ. 43. num. 7.
Proprietarius non poteſt propria auctoritate capere poſſeſſionem rei ſuæ ab alio occupatæ, deciſ. 232. num. 6.
Ampl. etiam in fiſco proprietario, deciſ. 232. num. 7.
Ampl. etiam ſi tantum detineretur abſque iuris fomento, deciſ. 232. num. 10.
Proteſtatio nihil fieri non probatis probandis, & non ſeruatis ſeruandis reddit nullum contractum aliter factum, deciſ. 263. num. 5.
Tendens ad limitandam obligationem, ſi fiat de conſenſu vtriuſque partis cōſeruat ius proteſtantis, deciſ. 103. n. 2.
Declaratoria non poteſt fieri procuratori, niſi quando dominus haberi non poteſt, deciſ. 278. num. 17.
Proteſtatio in contractu Cenſus præſeruat illum à nullitate, deciſ. 17. num. 1.
Ampl. etiam ſi adeſſent aliqua pacta contraria Bullæ Pij V. de Cenſib. deciſ. 17. num. 1. deciſ. 90. num. 1. deciſ. 95. num. 10. deciſ. 102. num. 6. deciſ. 103. num. 1. deciſ. 110. num. 7.
Ampl. etiam ſi dicta pacta eſſent expreſſa in inſtrumento Cenſus, deciſ. 103. num. 3.
Limit. ſi dominus Cenſus vtatur dictis pactis illicitis, deciſ. 103. num. 4.
Limit. vt non ſuppleat defectum realis numerationis, deciſ. 103. num. 5.
Declar. vt non ſuſtineat pacta contraria Bullæ, ſed tantum Cenſum, deciſ. 2. num. 9.

Q u a

QVALITAS requiſita à ſtatuto debet concludenter probari ab eo, qui ſe in ſtatuto fundat, dec. 38. n. 1
Quo ſi poſſeſſio exigendi non acquiritur ex depoſito facto metu mandati, deciſ. 233. num. 1.

Pro-

Probatur per leuiores probationes, quando præceſſit obligatio ſoluendi, deciſ. 209. num. 2.
In remedio retinendæ iuſtificatur ex inſtrumento quietationis, deciſ. 210. num. 2. deciſ. 241. num. 1.
Etiam ſi agatur cõtra eũ, qui nunquam ſoluit, dec. 241. n. 2.
Acquiritur per vnicum actum, deciſ. 213. num. 1. deciſ. 235. nu. 1. deciſ. 237. nu. 1. deciſ. 244. n. 2. deciſ. 245. n. 1.
Acquiritur ex præcedentibus ſolutionibus, deciſ. 231. n. 1.
Acquiſita contra defunctum eſt manutenibilis contra hæredes, deciſ. 213. num. 4.
Tranſit paſſiuè contra ſucceſſorem ſoluentis, etiam quod ipſe nunquam ſoluerit, deciſ. 231. num. 3.
Lim. ſi ſit reſolutum ius ſui auctoris, deciſ. 231. num 4.
Non acquiritur ex ſolutione facta metu mandati, deciſ. 231. num. 8. deciſ. 244. num. 1.
Intellige ſi mandatum fuit iniuſtum, ſecus ſi fuit iuſtum, deciſ. 231. num. 9.
Quaſi poſſeſſio exigendi Cenſum probatur confeſſione principalis debitoris, deciſ. 209. num. 3. deciſ. 234. num. 1.
Confeſſione procuratoris debitoris, deciſ. 234. num. 2.
Quaſi poſſeſſio transfert onus probandi contrarium in aduerſarium, deciſ. 72. num. 9.
Quaſi poſſeſſio decennalis exigendi Cenſum facit præſumi illum eſſe ſolemniter, & ritè impoſitum, deciſ. 100. nu. 19.
Maximè contra negantem impoſitionem Cenſum & de mendacio conuictum, deciſ. 100. num. 20.
Quietantia non ſolet fieri propter imaginarias ſolutiones, deciſ. 252. num. 5.
Limitata limitatum producit effectum, deciſ. 305. num. 4.
Generalis non extenditur ad ea, quæ vindicari poſſunt, deciſ. 305. num. 5.
Etiam ſi verba ſint vniuerſalia, deciſ. 305. num. 6.
Qui vult conſequens videtur velle omne neceſſarium antecedens, deciſ. 278. num. 22.
Lim. ſi in eo qui vult cõſequẽs deficiat poteſtas, dec. 278. n. 23.
Quæ incontinenti fiunt, cenſentur ineſſe, deciſ. 122. num. 1. deciſ. 134. num. 2.
Quæ ſunt digna ſpeciali nota ſi non exprimantur cenſentur neglecta, deciſ. 254. num. 3.
Quod non mutatur ſtare non prohibetur, deciſ. 116. num. 5.
Quod de iure licet põt licitè in pactũ deduci, deciſ. 152. n. 14.
Quod non valet ab initio tractu temporis non conualeſcit, deciſ. 160. num. 10.
Intellige ipſo iure, ſecus ſi Princeps aliter voluerit.

R a

RATIFICATIO *æquiparatur mandato, deciſ. 30. num 7.*
Requirit ſcientiam omnium qualitatum actus ratificandi, deciſ. 84. n. 20. deciſ. 223. n. 14. deciſ. 190. n. 3.
Emptionis inducitur ex perceptione fructuũ, dec. 165. n. 7.
Actorum inducitur ex illorum productione, deciſ. 249. n. 5.
Etiam ſi fiat à procuratore, deciſ. 249. num. 6.
Vt ex ſcientia inducatur debet eſſe plena & certa iuris & facti, nec ſufficit ſcientia in genere, deciſ. 278. num. 24.
Non inducitur ex ſcientia ſuperueniente cũ actu nullo, niſi probetur etiam ſcientia nullitatis, deciſ. 278. num. 23.
Non inducitur ex actu niſi de neceſſitate ſequatur, deciſ. 278. num. 25.
Et niſi actus ſit factus cum eo qui ratificationem prætendit, deciſ. 278. num. 27.
Tacita inducitur ex ſcientia rei geſtæ, & taciturnitate, deciſ. 165. num. 5. deciſ. 189. num. 9.
Non retrotrahitur cum quis locupletatur cum aliena iactura, deciſ. 160. num. 7.
Probatur ex confeſſione iudiciali, deciſ. 168. num. 4.
Excluditur ex qualibet iuſta cauſa, deciſ. 278. num. 26.
Ratificari non poteſt actus nullus ab initio, deciſ. 84. nu. 19.
Ratio adminiſtrationis, vide ſupra, in verbo, Adminiſtratio.

R e

Redemptio Cenſus debet eſſe in arbitrio venditoris, non emptoris, deciſ. 152. num. 8.
Debet eſſe in arbitrio domini fundi cenſuati, deciſ. 153. n. 8.
Non eſt incluſa in re ipſa, ſed extra rem, deciſ. 153. n. 9.
Retractum retroſtualem liberat rem cenſitã, deciſ. 82. n. 9.
Reditus annui, vide ſupra, in verbo, Annui reditus.
Regreſſus non datur à priuatione ad habitũ, deciſ. 271. nu. 9.
Relatio non releuat ſi non exhibeatur relatum, deciſ. 5. nu. 6. deciſ. 75. num. 5.
Non fit ad omnia præcedentia quando ratio recti ſermonis non patitur, deciſ. 116. num. 6. deciſ. 240. num. 8.
Nec quando repugnat rectitudo iuris, & intentionis diſponentis, deciſ. 116. num. 7.
Peritorum, vide ſupra, in verbo, Periti.
Remiſſio gratuita habet vim donationis, deciſ. 223. num. 3.
Eſt ſtricti iuris, deciſ. 223. num. 8.
Debet interpretari vt minus quam ſit poſſibile præiudicet remittenti, deciſ. 223. num. 9.
Remiſſoria in profanis in ſecunda inſtantia datur etiam abſque fumo, deciſ. 118. num. 1.
Maximè quando materia articulata eſt releuãs, deciſ. 118. nu. 2.
Si petatur calumnioſè, non conceditur, deciſ. 118. num. 4.
Præſumitur peti calumnioſè ad probandum id quod nunquam fuit oppoſitum, deciſ. 118. num. 5.
Repetitio non datur niſi vbi præceſſit actualis ſolutio, deciſ. 252. num. 2.
Repetitio qualitatum non habet locum in oratione, & diſpoſitione diuerſa, deciſ. 67. num. 8.
Nec quando concurrit diuerſitas rerum, deciſ. 67. num. 9.
Nec quando agitur de pœna, deciſ. 67. num. 10.
Nec quando plus operaretur in caſu ad quem fit repetitio, quam in caſu in quo facta eſt expreſſio, deciſ. 67. num. 13.
Res aliena vendi poteſt, deciſ. 139. num. 6.
Res ſi deueniat ad caſum à quo incipere non poteſt irritatur, deciſ. 283. num. 7.
Sua nemini poteſt ſeruire, deciſ. 71. num. 8.
Tranſit cum ſua cauſa, deciſ. 183. num. 9.
Empta ad proprietatem Titij ipſi non emptori acquiritur, deciſ. 165. num. 1.
Sub nomine alicuius pro eo empta cenſetur, niſi contrarium probetur, deciſ. 165. num. 2.
A marito pro vxore, ſi ipſa fructus percipiat illi non marito empta cenſetur, deciſ. 165. num. 3.
Ex pecunia aliena efficitur ementis, deciſ. 164. num. 1.
Niſi nomen ementis ſimulatè apponatur, deciſ. 164. nu. 2.
Ex pecunijs meis non efficitur mea, deciſ. 202. num. 4.
Nomine abſentis ſequuta ratificatione, illi acquiritur, deciſ. 160. num. 2. deciſ. 168. num. 1.
Tenetur tamen pretium reſtituere, deciſ. 168. num. 5.
Pro perſona nominanda ante nominationem eſt in dominio emptoris, deciſ. 163. num. 1.
Niſi conſtet de contraria mente emptoris, deciſ. 163. nu. 7.
Efficitur hypotheca ad fauorem creditorum ementis, quæ remanet etiam facta nominatione, deciſ. 163. num. 2.
Niſi repugnet ſubiecta materia, deciſ. 163. num. 6.
Niſi repugnet veriſimilis mens ementis, deciſ. 163. nu. 8.
Res acquiritur non procuratori ementi, ſed domino pro quo emitur, deciſ. 169. num. 2.
Etiã quod alteri cõcedatur dictæ rei diſpoſitio, dec. 169. n. 3.

De

De re communi diſponens cenſetur diſponere tantum de ſua portione, deciſ. 67. num. 2.
Rei appellatione in alienatione rei communis, quando veniat tota, deciſ 65. num. 3.
Reſciſſionem contractus petens debet refundere accepta vigore dicti contractus, deciſ. 262. num. 1.
Niſi agat vt detegatur nullitas dicti contractus, deciſ. 262. n. 4.
Reſcriptum Principis refertur ad omnia narrata in precibus, deciſ. 124. num. 1.
Conditionale ante purificatam conditionem non tribuit ius, deciſ. 237. num. 3.
Reſeruatio dominij rei venditæ, donec integrum pretium ſoluatur eſt de iure licita, deciſ. 2. num. 1.
Sed extinguitur ſoluto pretio, deciſ 2. num. 2.
Iurium contra debitorem eſt incompatibilis cum extinctione debiti, deciſ. 289. num. 2.
Reſignās beneficiū Eccleſiaſticū habetur ꝓ mortuo, dec. 176. n. 9.
Poſt reſignationem nullos fructus pōt percipere, deciſ 176. nu. 4.
Et ſi percipiat tenetur ad illorum reſtitutionem, deciſ. 176. nu. 5. deciſ. 177. num. 12.
Abdicat a ſe omne ius tam quo ad poſſeſſionem, quam quoad proprietatem, deciſ. 176. num. 3 deciſ. 177. num. 11.
Reſoluto iure datoris reſoluitur ius accepторis, deciſ. 55. num. 10. deciſ. 41. num. 5.
Iure debitoris reſoluitur hypotheca, deciſ. 163 num. 10.
Intellige ſi reſolutio fiat ex cauſa neceſſaria, deciſ. 163. nu. 11.
Reſponſum dandum eſt iuxta thema propoſitum, deciſ. 120. nu. 5.
Reſtitui debent recepta ſine cauſa, deciſ. 12. num. 3.
Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam datur vbi conſtat de bono iure, & de iniuſtitia, deciſ. 24. num. 1. & ob quamlibet iniuſtitiam, deciſ. 279. num. 2.
Impedit executionem ſententiæ, deciſ. 109. num. 1.
Limit. ſi executio eſſet prius petita, vel cepta, deciſ. 109. nu. 2.
Dummodo executio ſit cepta poſt latam ſententiam, ſecus ſi ante, deciſ. 109. num. 2.
Tantum reſtituit, quantam abſtulit læſio, deciſ. 206. num. 3.
Reſtituit etiam ad fructus, deciſ. 206. num. 4.
Reſtitutionis cauſa pendente ceſſat effectus rei iudicatæ, deciſ. 237. num. 1. deciſ. 244. num. 3.
Retentio pro damnis, & expenſis denegatur, quando ſunt omnino illiquida, deciſ. 369. num. 2.
Retractus reſoluit priorem contractum ita ac ſi factus non eſſet, deciſ. 81. num. 8.
Fundi cenſiti non poteſt fieri conditionibus, & pactis diuerſis ab ijs, quibus venditus fuit, deciſ. 159. num. 1.
Retrahere volens tenetur ſubire eaſdem conditiones, quibus venditio fuit cum alio celebrata, deciſ. 159. num. 2.
Retrotractio in voluntarijs non fit in præiudicium eius, cui erat ius quæſitum, deciſ. 163. num 4.
Nō fit quādo alius nō potuiſſet ab initio explicari, dec. 163. n. 6.
Reuenditio cenſus eſt actus neceſſarius, deciſ. 186. num. 5.
Non requirit de neceſſitate pecuniā numeratā, deciſ. 186. nu. 8.
Probatur ex inſtrumento reuenditionis, deciſ 271. nu. 3.
Fieri pōt cuicumque ēt quod nō habeat mandatū, dec. 271. n. 5.
Reo ſufficit ſi vincat ob non ius actoris, deciſ. 71. num. 6.

R o

Rogitu Notarij probatur aſſertione ipſius facta in eodem inſtrumento, deciſ. 100. num. 8.
Rota non ſolet exequi ſententias latas extra ſuum tribunal, deciſ. 203. num. 5. deciſ. 248. num. vlt. deciſ. 31. num. 2.

S a

SAluianum interdictum intrat probatis duobus extremis, deciſ. 32. num. 3.
Et conſtat de poſſeſſione rei conuenti, deciſ. 261. na. 1.
Competit pro legatis, deciſ. 69. num. 2.
Etiā ſuper mobilibus, pecunijs, et nominib. debitorū, dec. 69 n. 3.
Contra poſſeſſorem bonorum emphyteuticorum, deciſ. 40. nu. 4.
Ceſſat oblato credito, deciſ. 269. num. 1.
Non eſt extinctiuū aliarū actionū, ſed cumulatiuū, dec. 54. n. 5.
In Saluiano non admittitur exceptio dominij, deciſ. 40. num. 11.
Exceptio requirens altiorem indaginem, deciſ. 196. num. 1.
Non poteſt ferri ſententia ſi offeratur creditum, deciſ. 267. nu. 2. deciſ. 269. num. 3.
Non debetur principaliter res, ſed creditum, dec 268. n. 9. et 14.
Extremum primum probatur ex inſtrumento, deciſ. 32 num. 1.
Extremū ſecundū probatur ex ſuſtentatione litis, deciſ. 32. nu. 2.

S c

Scientia vbi requiritur ad aliquem effectum debet probari plenè, & concludenter, deciſ. 157. num. 3. verſ. vltra.
Præſumitur in eo, qui tenetur indagare, deciſ. 162. num. 1.
Maximè ſi tenetur indagare ratione officij, deciſ. 162. num 3.
In his, quæ afferant commodum, deciſ. 165. num. 5.
Ex cohabitatione cum eo, qui actum gerit, deciſ. 165. num. 6. deciſ. 198 num. 15.
Limit. in teſtamento, & inſtrumentis, deciſ. 198. num. 16.
In quolibet actu præſumitur eſſe de ſubſtantia, deciſ 162. nu 5.
Non præſumitur, ſed debet probari ab eo, qui in illa ſe fundat, deciſ. 83. num. 4.
Scientiam inſtrumenti vt quis dicatur habere opus eſt vt lectum illi fuerit, deciſ. 223 num. 15.
Scriptura non eſt de ſubſtantia contractus, deciſ. 96. num. 11.
Informis non probat, deciſ 278. num. 9
Scripturæ notariatus vrbis ſunt fructiferæ, deciſ. 519. ſub n. 6.
Solent locari, deciſ 224. num 6.
Scutū auri in auro boni, & iuſti ponderis ſi quis ſoluere promittat non poteſt ſoluere in moneta alterius materia, dec. 219. n 3.
Etiam ſi in promiſſione adijciat, quæ ſcuta conſtituūt libras tot, quia hæc additio cenſetur facta ad demōſtrationē, dec. 219. n. 5.
Ampl. vt non poſſit ſoluere qualibet ſcuta aurea, ſed tantum ea, quæ ſunt boni, & iuſti ponderis, deciſ. 219. num. 4.
Lim. ſi ſit penuria monetæ aureæ, ſine tamen damno creditoris, deciſ 219. num. 7.
Limit ſi in ſolutione ſit poſita alia ſpecies monetæ, dec 220. n 1.
Sñia iniuſta nō tranſit in iudicatū, dec. 19 a 5 et 6. dec. 225. n 7.
Iniuſtitia apparet conſtito de bono iure contra quem ſententia fuit lata, deciſ. 536. num 1.
Et ſi non iuſtificetur ex proceſſu, deciſ 263 num. 6.
Sententia debet eſſe conformis libello, deciſ 159. num. 7.
Alias eſt nulla, deciſ. 137. num 7.
Sententia lata contra aliam ſententiam iniuſtam à qua non fuerat appellatum, valet. deciſ. 19. num. 5. & 6.
Lata ad fauorem defuncti non poteſt exequi ad fauorem hæredum, niſi prius docto quod ſint hæredes, deciſ. 256 num 2.
Lata ex proceſſu agitato ſine actione eſt ipſo iure nulla, deciſ. 263. num. 3. Intellige ſi pars opponat, deciſ 263. num 4.
Quæ tranſiuit in iudicatum retractatur ope reſtitutionis in integrum ob quamcumque iniuſtitiā ēt non notoriam, dec. 84. n. 1.
Non dicitur inferre nouū grauamen ſi exprimat id, quod in neceſſariā conſequētiā implicitè cōtinebatur in alijs, dec. 188 n. 4.
A qua fuit appellatum non impedit manutentionem, deciſ. 209. num. 6. deciſ. 242. num. 13.
Suſpenſa per appellationem non poteſt executioni demandari, deciſ. 242. num. 11.
Lim. in mandato de manutenendo, deciſ. 242. num. 13.
Per quam declaratur nullum inſtrumentum ſi illud non fuerit productum, eſt nulla. deciſ. 301. num. 2.
Confirmatoria ſententia de partibus non tranſportatis actis, eſt nulla, deciſ. 301. num. 1.
Dubia eſt interpretanda ne contineat iniuſtitiam, dec. 267. n. 6.
Sententiæ tres conformes ſunt exequendæ, deciſ. 188. num. 1.
Dicūtur cōformes, quādo continēt idē in ſubſtātia, dec. 188. n. 2.
Sunt exequendæ in ea parte in qua ſunt cōformes, dec 188. n. 5.
Executio non impeditur ex eo quod vna contineat aliquod Capitulum ſeparatum quod non erat in alijs, deciſ. 188. num. 5.
Sententiæ effectus ſuſpenditur per commiſſionem reſtitutionis in integrum, deciſ. 244. num. 3
Seruitus non extinguitur licet dominus fundi dominantis efficiatur dominus fundi ſeruientis, ſi remaneat pars fundi, quæ ſeruire poſſit, deciſ. 71. num. 10.
Simulatio probatur coniecturis, & præſumptionibus, deciſ. 5. nu. 2. deciſ. 120. num 5.
Debent tamen eſſe efficaces, & dilucidæ, deciſ. 120. num. 5.
Probatur ꝓbato tractatu, cōcluſione, & cā ſimulādi, d. 528. n. 1.
Maxime quando agitur de ſimulatione, quæ remouet conſenſum ab acta, deciſ. 528 num. 2.
Probatur duobus teſtibus, dec. 128. n. 3. vbi quales eſſe debeant.

Ex

Digitized by Google

Index locupletiſsimus

Ex inueriſimilitudine, deciſ. 123. num. 8.
Ex confeſſione partium, deciſ. 164 num. 3.
Ex recognitione bonæ fidei, deciſ. 164 num. 3.
Non præſumitur, deciſ 166 num. 3. deciſ. 120. num. 6.
In publico instrumento. deciſ 125. num. 21.
Ex liberali traditione, deciſ. 123. num 6.
Limit. ad effectum, vt illam allegans teneatur probare, deciſ. 120. num. 7.
Simulationis cauſa & coniecturæ ſunt probandæ ab eo, qui actum ſimulatum dicit, deciſ. 112. num. 6. deciſ. 128. num. 5. deciſ. 125 num. 22 deciſ. 166. num. 3.
Suſpicio ceſſat vbi res ita geri potuit, deciſ. 5. nu. 12. dec. 24. n 9.
Vbi præceſſit cauſa vera, ita faciendi. dec. 5. nu. 14 dec. 24. n. 8.
Ex veritate, deciſ. 127 num. 4 deciſ. 259. num. 4.
Tollitur præſumptionibus, & coniecturis, deciſ 5. num. 3.
Per numerationem pecuniæ, deciſ. 5. num. 4
Exceptio non retardat executionem cameralis obligationis, deciſ. 5 num. 16. deciſ. 259 num. 3.
Limit. ſi ſit concludenter probata, deciſ. 5. n. 16 dec. 259. n. 3.
Simulatio in emptione pro alia facta ex quibus præſumatur, deciſ. 170. num. 5.
Abſque cauſa ſimulandi non præſumitur, deciſ. 120. num 3.
Facile detegitur ex ſerie facti, deciſ. 120. num. 4.
Soc. ſen conſ. 16. nu. 13. lib. 3. declaratur, deciſ. 49 n. 10. & ſeqq.
Societas officij eſt licita, & cur, deciſ. 9. num. 3. & 16.
Vltra valorē officij non ſuſtinetur, dec. 9. n. 1. & 2 dec 227 n. 1.
Inita ſuper pluribus officijs non dicitur diſſoluta per venditionem vnius officij, ſi alterum quod remanet ſit capax totius ſummæ. deciſ. 90. num. 7. deciſ. 91. num. 1.
Si officium quod remanet non ſit capax totius ſummæ, ſuſtinetur pro ſumma cuius eſt capax, deciſ. 91. num. 2.
Finito periculo remanet purum mutuum, deciſ. 9. num. 17.
Finito periculo non ſuſtinetur in vim ſponſionis. deciſ. 9. nu. 15.
In ſocietate officij inter ſocios communicatur periculum, & quomodo, deciſ. 9. num 4
Societatis contractus abſque officio redditur nullus; & vſurarius. deciſ. 9. num. 20.
Contrahitur ſuper officio emendo, deciſ. 59. num. 6.
In eo contractu habetur modica conſideratio idoneitatis officialis, ſed conſideratur perſona accipientis pecunias, & eius fideiuſſorum, deciſ. 59. num. 11.
Solent contrahi ſuper ſcripturis notariorū vrbis, deciſ. 124. n. 6.
Societas contrahi poteſt ſuper re aliena in præiudicium contrahentis, deciſ. 9. num. 18. deciſ 59. num. 3.
Solo conſenſu perficitur, deciſ. 59 num. 1.
Contrahi poteſt multis modis, deciſ 59. num. 2.
Finito tempore durat in effectibus, & damnis non diuiſis, deciſ. 181. num. 5.
In ſocietate contrahenda plurimum tribuitur conſuetudini, deciſ. 59. num. 7.
Socij plures an poſſint ſuper eodem officio admitti, deciſ. 9. nu. 9.
Socius ex natura contractus tenetur releuare ſocium pro ſua rata, deciſ. 181. num. 3.
Tenetur communicare ſibi ipſi decoctionem aliorum ſociorum, deciſ. 181. num 3.
In re communi præfertur alijs non ſocijs, deciſ 306. num. 4.
Qui in ſocietate habet parem participationem, non debet ſentire maius damnum, deciſ. 181. num. 4 & 7.
Socij debent habere commune damnum contingens occaſione ſocietatis. deciſ. 181. num. 6.
Etiam ſi accidat finita ſocietate, deciſ. 181. num 7.
Etiam quod pactum videretur contrarium, deciſ. 181. num. 8.
Solemnitas requiſita a ſtatuto non expeditur per procuratorem, deciſ. 186. num 4.
Non requiritur in actibus neceſſarijs, deciſ. 186. num. 5.
In actibus mulierum, &c. non requiritur quando mulier ſit locupletior, deciſ. 186. num 7.
Inſtrumentorum reſpiciens Pontificatum teſtes & his ſimilia, ſi reperiantur in prothocollo Notarij in inſtrumento præcedenti, cenſetur repetita in inſtrumentis ſubſequentibus, deciſ. 96. nu. 21. deciſ. 100. num. 6.
Suppletur iuramento, dec. 26. n. 1. Et quando, dec. 18. n. 2. et 13.
Soluens negociari, poteſt vltra ſortem recipere aliquod intereſſe, deciſ. 228. nu. 3. Dummodo non recipiat ex contractu illicito & vſurario, deciſ. 228. num. 4.
Solutio releuat etiam quod ſtatim pecunia reſtituatur, ſi affert vtilitatem reſtituenti, deciſ. 2. num. 3.
Ex qua cauſa ſit facta apparet ex inſtrumento quietationis, deciſ. 213. num. 3.
Solutionis cauſarum pluralitas non præſumitur, deciſ. 213. nu. 3.
Solutio eadē non poteſt parere duos effectus diuerſos, dec. 123. n. 5.
Momentanea parit acquiſitionem dominij pecuniarum quādo affert commodum, & vtilitatem accipienti, deciſ. 123. num. 4.
Limit. quādo præceſſit conuētio de reſtituēdo ſtatim, d. 123. n. 5.
Facta cedenti poſt ceſſionem, quæ non fuit legitime intimata, liberat ſoluentem, deciſ. 161. num. 2.
Vnica eodem tpe facta non extinguit duplex debitū, d 168. n. 7.
Subſequens demonſtrat qualis moneta eſſet in obligatione, deciſ. 221. nu 2. Cœpta in certa ſpecie monetæ non poteſt mutari ob contradictionem creditoris, deciſ. 222. num. 4.
Etiā quod ſimilis ſolutionis modus nō ſit præſcriptus, d. 221. n. 4.
Et attenditur vltima præcedens ſolutio, deciſ. 221. num 7.
Eſt probanda ab eo qui ſe fundat in illa, deciſ. 225. num. 2.
Facta metu mandati non conſtituit in quaſi poſſeſſione exigendi, deciſ. 231. num. 8.
Limit. ſi mandatum ſit iuſtum, deciſ. 231. num. 9.
Præſumitur facta in executionem præcedentis mandati, & decreti, deciſ. 251. num. 1. & 3.
Facta ſimpliciter dēt cedere in duriorem cām, deciſ. 83. nu. 1.
Solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio, deciſ. 271. num. 1. deciſ. 281. num. 1.
Solutio cenſus non retardatur donec cognoſcitur ſuper validitate cenſus, deciſ. 66. num. 2.
Quod fiat anticipate, vel poſtergatè non reſpicit ſubſtantiam contractus, deciſ. 116. num. 2.
Sed eſt quid accidentale, deciſ. 116. num. 3.
Non eſt contractus cenſus, ſed potius illius diſſolutio, deciſ. 116. num. 8.
Solutionem actualem præceſſiſſe ex coniecturis colligitur, deciſ. 252. num. 3.
Soluendo quem eſſe is probare debet qui aſſerit, deciſ. 78. nu. 3.
Soluens pecunias, & mox illas ex noua cauſa ſecum reportans ſoluiſſe dicitur, deciſ. 130. num. 9.
Lim. ſi reportet abſque noua cauſa, deciſ. 130. num. 9.
Cenſuum illi cū quo contraxit liberatur, deciſ. 161. num. 1.
Limit. quando contractus fuit celebratus copulatiue pro abſente, & pro contrahente, deciſ. 172. num. 6.
Dēt exprimere an proprio, vel alieno noīe ſoluat, dec. 184. nu. 4.
Abſque proteſtatione dicitur ſponte ſoluere, deciſ. 250. num. 2.
Conſtituit aduerſarium in legitima quaſi poſſeſſione exigendi, deciſ. 250. num. 7.
Statim repetiturus non dicitur ſoluere, & non facit pecunias recipientis, deciſ. 187. num. 4.
Lim. ſi ex tali ſolutione recipiens ſentiat cōmodū, d. 187. n. 10.
Debitum alienum ex propria pecunia ſuccedit in locum creditoris, deciſ. 202. num. e.
Intellige ſi hoc agatur, & iura cedantur, deciſ. 202. num. 3.
Solui aliud pro alio inuito creditori non poteſt, deciſ. 219. nu. 2.
Minus dicitur etiam reſpectu temporis, deciſ. 223. num. 12.
Solutum ob cauſam non poteſt tanquam indebitum repeti, deciſ. 111. ſub num. 8.
Suſcipiens terminum ad ſoluendum videtur debitum fateri, deciſ. 250. num. 8.
Sors ſuccedit loco intereſſe, deciſ. 139. num. 2.
Etiam ſtante obligatione camerali, deciſ. 197. num. 4.
Sors cenſus repeti poteſt ſi debitor non ſeruet facta loco damnorum, & intereſſe, deciſ 87. nu. 5. deciſ. 285. nu. 2. d. 286. nu. 5.
Quando cenſus fuit impoſitus ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis, deciſ. 137. nu. 1. Quando cenſus eſt nullus, deciſ. 287. n. 1.
Quando in cenſu ſunt obligatæ Communitates, deciſ. 284. num. 2.

S p

Spoliator tenetur ad oīa damna, expenſas, & intereſſe, d. 63. n. 1.
Non pōt opponere exceptionem melioramētorum. dec. 153. n. 1.
Etiam ſi ſint magna, deciſ 153. num. 6.
Niſi ſint facta circa rem ipſam reſtituendam, deciſ. 153. nu 4.
Non poteſt opponere exceptionem compenſationis, dec. 153 n. 2.

Spoliatus

Spoliatus non tenetur reſpondere ſpolianti, qui prius fuit conuẽtus ex vi compulſiua, vel ablatiua, deciſ. 183. num. 1.
Spolium non dicitur purgatum niſi refectis damnis, expenſis, & intereſſe, deciſ. 62. num. 3.

S t

Statutum loquens de minore procedit in filiofamilias minore, deciſ. 20. num. 10.
Dans formam contractibus minorum ligat ſubditos contrahentes extra territorium ſi tollat fidem ſcripturis, & inſtrumentis aliter factis, deciſ. 18. num. 1.
Nec operatur eo caſu iuramentum, deciſ. 18. num. 2.
Requirens in contractu præſentiam proximiorum intelligitur ſi potuerint interuenire, deciſ. 24. num. 10.
Quod potuerint interuenire probatur ex alio inſtrumento facto eadem die, deciſ. 22. num. 2.
Declarat. vt d. deciſ. 22. num. 3. & 4.
Intelligitur de proximioribus tempore contractus non de illis, qui deſierunt eſſe, deciſ. 22. num. 4.
Tollens nullitatem, non tollit eam, quæ prouenit ex defectu iuriſdictionis, deciſ. 55. num. 7.
Quod contra delinquentes poſſit procedi per contradictas intelligitur, dummodo ſint vere delinquentes, deciſ. 133. num. 4.
Statutum recipit interpretationem paſſiuam a iure communi, deciſ. 190. num. 4.
Exorbitans recipit interpretationem reſtrictiuam, d. 190. n. 5.
Ligat contrahentes in loco ſtatuentium, deciſ. 201. nu 2. Vide ſupra, in verbo, Forum.
Dans facultatem fideiuſſori petendi liberationem, quomodo intelligitur, deciſ. 201. num. 9.
Inducens præſcriptionẽ non procedit in actione reali, d. 230. n. 7.
Non trahitur retro, ſed complectitur tantũ futura, d. 230. n. 10.
Limit. ſi expectent perfectionem de futuro, deciſ. 230 num. 5.
Statutum ſi ad explicationem actus plura requirat pro forma vno deficiente actus corruit, deciſ. 18. num. 16.
Statutum Vrbis lib. 1. c. 113. cum reſpiciat formam contrahendi ligat minorem contrahentem in Vrbe, deciſ. 18. num. 4.
Habet locum in omnibus contractibus ex quibus minor lædi poteſt, deciſ. 18. num. 15. deciſ. 31. num. 4.
Habet locum tam in agnatis, quam in cognatis, deciſ. 86 nu. 5.
Statutum dans formam contractibus minorum non habet locum quando filius minor contrahit cum patre, deciſ. 18. num. 10.
Limit. quando ex contractu filius euidenter & manifeſtè læderetur, deciſ. 18. num. 11. deciſ. 20. num. 14.
Limit. quando contractus eſt initus fauore alterius, dec. 20. n. 15.
Stylus curiæ facit ius, deciſ. 268. num. 6.
Stuprum non præſumitur, deciſ. 20. num. 5.

S u

Subhaſtatio nulla non eſt habilis ad transferendum dominium, deciſ. 153. num. 7.
Subrogatum aſſumit naturam eius in cuius locum ſubrogatur, deciſ. 52. num. 3.
Lim. quando militat diuerſa ratio, deciſ. 50. num. 4.
Lim. quando non concurrunt eadem qualitates, deciſ 50. nu. 5.
Lim. quo ad incurſum pœnæ, deciſ. 50. num. 6.
Subrogatio fundi in locum fundi conſiſt, vide infra, in verbo, Tranſlatio.
Succeſſio materna ſpectat ad filios, deciſ. 279. num. 5.
Surd. conſ. 115 num. 24. & 27. reprehenditur, deciſ. 293. nu. 16.
Suſpenſio petitorij, vide ſupra, in verbo, Petitorium.

T a

TAciturnitas creditoris inducit præſumptionem debitum eſſe ſolutum, deciſ 29. num. 2.
Principalis inducit præſumptionem ſolutionem fuiſſe factam de eius mandato, deciſ 59 num. 8.

T e

Teſtamentum non præſumitur, deciſ 279 num. 4.
Teſtator præſumitur velle grauare hæredem minus, quam fieri poſſit, deciſ. 271. num 7.
Debet ſemper concludere in ſuo dicto, dec. 24. nu. 5. d. 136. n. 5.
Maximè quando deponit contra inſtrumentum, deciſ. 24. nu 6.
Contra producentẽ plenè probat, deciſ. 150 nu. 6. deciſ. 129 n. 2
Limit. ſi ſint contrarij inter ſe, d. deciſ. 129. num. 4.
Limit. de ſtilo Rotæ, deciſ. 130. num. 2.
Sibi ipſi contrarius non probat, deciſ 129. num. 6
Qui poteſt reportare commodum ex ſua depoſitione dicitur deponere in cauſa propria, deciſ. 222. num. 2.
Deponens ſuper negatiua debet reddere cauſam ſcientiæ etiam non interrogatus, deciſ 222. num. 3.
Debet deponere ſe vidiſſe actum ex quo negatiua reſultat, deciſ. 222. num. 4.
Debet excludere actum & potentiam, deciſ. 222. num. 5.
Super his, quæ percipiuntur iudicio intellectus, debent ſemper reddere cauſam ſcientiæ, deciſ. 76. num. 3.
Teſtes contra inſtrumentum debent eſſe omni exceptione maiores, deciſ. 117. num. 11.
Semel approbati reprobari non poſſunt, deciſ. 128. num. 4.
Contrarij vnus alterum deſtruit, deciſ. 129. num. 5.
Examinati in cauſa criminali ex officio abſque partis citatione, nullum faciunt probationis gradum, deciſ. 133. num. 8.
Immo nec quidem indicium, deciſ 133 num. 9.
Lim. ſi fraus habeat illos pro rite, & rectè examinatis, deciſ. 133 num. 10.
Duo conteſtes faciunt plenam probationem, deciſ. 100. num. 2.
Inſtrumentarij faciunt fidem licet alias eſſent inhabiles, deciſ. 110. num. 5.
In concurſu præferuntur plures paucioribus, digniores minus dignis, melius informati ijs, qui non habent informationem, practici non practicis, vicini non vicinis, deciſ. 89. num. 1.
Examinati omiſſa citatione ad videndum illos iurare, dicuntur nulliter examinati, deciſ. 16. num 6.
Et non faciunt quidem indicium, deciſ 36. num. 13.
Text in Auth. res quæ C. commun. de legat. habet tantum locum in ſubſidium, deciſ. 107 num. 8.
In l. eos, C. de vſur. intellectus, deciſ. 23. num. 12.
In l. cum propria, C. ſi quis alt. vel ſibi. intellectus, deciſ. 166 n. 1.
In l. per diuerſas, C. mand. ceſſat, vbi nulla competit actio, deciſ. 164. num 6.
In l. curabit, C. de act. empt. habet locum etiam quod agatur via executiua, deciſ. 191. num. 9.
Intrat quando res cuius pretium fuit retentum eſt frugifera, deciſ. 119. num. 6.
In l. aduerſus, C. de vſur. procedit dumtaxat in vſuris, deciſione 304. num. 4.
In l. 3. § ſi tendum, & §. ſed, & ſi debiterem, ff. de donat. inter vir. & vxor. Intellectus, deciſ. 106. num. 9.
In l ſicut, § ſi debitor, ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolu. Intellectus, deciſ. 168. num. 8.
In l. Papinianus, & ibi Gloſ. ff. de fideiuſſ. loquitur in vero fideiuſſore, deciſ. 184. num. 7.
In l. ſi præcedente, §. Lucius, ff. mand. non habet locum in concordia confirmata a Principe, deciſ. 207. num. 2. verſ. non obſtat.
In l. 3 ff de interd. Intellectus, deciſ. 240 num 4.
In l Procula, ff de probat. Intellectus, deciſ 305. num. 1.
In l. ſi taſtamentum, ff eo limitatur, deciſ. 310. num 5.
In cap olim cãm. & in cap. fin. de cenſib. Intellectus, d. 216. n. 5.
In c. quia pontificali, de off. aleg. in 6. Intellectus, dec 215. n. 8.

T i

Titulus non eſt neceſſarius ad acquiſitionem fructuum, dummodo abſit mala fides, deciſ. 293. num. 3.
Inualidus licet non inducat bonam fidem poſitiuam, non tamen cauſat malam fidem, deciſ. 293. num. 8.

T o

Totum recipit qualitatem à ſuis partibus, deciſ. 214. num. 5.
Totum & pars ſunt eiuſdem iuris, deciſ 214. num. 6.

T r

Traditio in incorporalibus probatur ex patientia, dec. 168. nu. 3.
Tranſactio ſuper iure claro non valet, deciſ. 223 num. 1.
Vt dicatur læſiua debet cõſiderari dubius litis euẽtus, d. 275. n. 4.
Pro ſubſtantia requirit litem, deciſ. 275. num. 5.
In qua inſurgit læſio vltra tertiam partem debet reſcindi, deciſ. 275. num. 1.
Tranſactiones natura eſt vt quælibet pars aliquid det, vel remittat, deciſ. 223 num. 13. deciſ. 275. num. 2.
Tranſlatio cenſus de vno fundo ad alium non inducit extinctionem illius, deciſ. 105 nu 1. deciſ. 106. nu. 2. deciſ 00. ante nu. 1.
Nec innouat obligationes præcedentes, deciſ. 105. num. 2.

Penſio-

Penſionis de vno beneficio ad alterũ nihil innouat reſpectu penſionarij, ſed tantum reſpectu beneficij, deciſ. 105. num. 3.

T u

Tutor habens litem cum pupillo non remouetur, deciſ. 278. n. 10.
Sed illi datur adiunctus, deciſ. 278. num. 11.
Si non patitur adminiſtrare tutorem adiunctum redditur ſuſpectus, deciſ. 278. num. 13.
Datus à Iudice ſiue bene, ſiue male bene adminiſtrat, deciſione 278. num. 14
Datus propter impedimentum tutoris durat durante impedimento, deciſ. 84. num. 9.
Non poteſt auctorari in actu in quo agitur de eius proprio intereſſe, deciſ. 84. num. 18.
Non poteſt alienare res minoris abſque ſolemnitatibus iuris, deciſ. 84. num. 22.
Faciens actum nomine proprio non cenſetur facere tutorio nomine, deciſ. 84. num. 17.
Contrahens pro pupillo curare debet vt factus maior ratum habeat, deciſ. 137. num. 6.
Stipulando pro pupillo illi acquirit abſque acceptatione, deciſ. 172. num. 3.
Dans dotem pro pupilla cenſetur dare ad computum eius quod habet in adminiſtratione, deciſ. 175. num. 9.
Intellige hoc procedere in dubio, ſecus quando conſtat de contrario, deciſ. 175. num. 10.
Conſtitutus ad certum actum non poteſt circa alia ſe intromittere, deciſ. 277. num. 1.
Poteſt valide gerere ante præſtitam ſatiſdationem, d. 277. n. 2.
Dari poteſt habenti tutorem impeditum durante excuſatione, deciſ. 277. num. 4
Emens nomine proprio non præiudicat pupillo, deciſ. 278. n. 19.
Tutoris cõfeſſio adminiculata præiudicat pupillo, dec. 181. n. 10.
In tutrice maxime in matre non præſumitur fraus, dec. 23. n. 4.
Geſta per tutorem, vide ſupra, in verbo, Geſta.

V a

VAlor monetæ, vide ſupra, in verbo, Moneta.

V e

Venditio cenſus, quem venditor habet cum alio non requirit pecuniam numeratam, deciſ. 187. num. 8.
In venditione, quæ fit per viam ſubhaſtationis poſſunt apponi conditiones, & cautelæ, deciſ. 150. nu. 9. verſ. minus etiã facit.
Venditor tenetur liberare rem vẽditam ab onere cenſus ſuperimpoſiti, deciſ. 282. num. 2.
Venditio rei alienæ in præiudicium vendentis valet, deciſ. 13. nu. 1. deciſ. 17. num. 3. deciſ. 59. num. 5.
Venditio quod ſit voluntaria, vel neceſſaria eſt quid accidentale, deciſ. 156. num. 8.
Facta à Iudice plus offerenti differt ab adiudicatione, ſeu datione in ſolutum facta creditori, deciſ. 156. num. 8.
Fundi cenſuati debet notificari domino cenſus, deciſ. 157. nu. 3.
Etiam quod aliunde de ea notitiam habeat, deciſ. 157. num. 3.
Reſoluitur propter pretij reſtitutionem, deciſ. 310. num. 2.
Venditionis appellatione an veniat addictio pignoris, d. 156. n. 7.
Ea eſt natura quod dominium pretij in venditorem, res empta in emptorem transferatur, deciſ. 2. num. 4.
Venditor qui promiſit generalem defenſionem tenetur liberare à quacumque moleſtia, deciſ. 108. num. 1.
Conſequitur fructus rei venditæ pro rata pretij non ſoluti, deciſ. 124. num. 5.
Etiam interueniente ſola mora irregulari, deciſ. 124. num. 8.
Poteſt quandocumque de conſenſu emptoris à venditione recedere, deciſ. 152. num. 9.
Qui tenetur de euictione actione ex empto tenetur ad omne intereſſe, deciſ. 44. num. 1.
Etiam lucri ceſſantis, quando emptor eſt ſolitus negociari, deciſ. 44. num. 2.
Quod intereſſe taxatur iuxta tempus euictionis non venditionis, deciſ. 44. num. 3.
Venditor cenſus non prohibetur rem cenſui ſubiectam vendere, deciſ. 90. num. 11.
Poteſt quandocumque illum redimere, d. 102. nu. 6. d. 154. n. 1.
Venditor cenſus, vide ſupra, in verbo, Impoſitio cenſus.
Verba in ſtatutis ſunt propriè intelligenda, deciſ. 86. num. 9.
Contractus interpretantur contra fundantem ſe in illis, deciſ. 217. num. 10. deciſ. 221. ſub num. 1. deciſ. 223. num. 10.
Adiecta inter lineas, & non per remiſſam approbatam non dicuntur de corpore ſcripturæ, deciſ. 203. num. 3.
Sunt applicanda ad ſenſum bonum, & vitio carentem, deciſione 147. num. 17.
Debent intelligi ciuiliter, deciſ. 67. num. 3.
Debent applicari ad ſanum intellectum, deciſ. 102. num. 7. deciſ. 147. num. 17.
Et vt excludatur contractus illicitus, deciſ. 102. num. 7. deciſ. 147. num. 18.
Demonſtratiua ad oculum non extenduntur vltra rem demonſtratam, deciſ. 82. num. 5.
Diſpoſitiua Notarij probant, deciſ. 100. num. 16.
Aſſertiua Notarij probant, deciſ. 127. num. 2.
Verbum nullum in inſtrumento debet eſſe ſuperfluum, d. 67. n. 5.
Verbum habuit, & accepit in pecunia numerata, &c. importat actualem numerationem, deciſ. 110. num. 3.
Numerauit, importat actualem numerationem, deciſ. 102. numero 2. deciſ. 127. num. 1.
Recepit in contanti, &c. importat realem numerationem, deciſ. 102. num. 3.
Admittit tamen probationem in contrarium, deciſ. 102. nu. 4.
Videbitur, aliquando importat neceſſitatem, deciſ. 268. num. 1.
Aliquando arbitrium boni viri, deciſ. 268. num. 4.
Aliquando arbitrium iudicis ordinarij, deciſ. 268. num. 5.
Veriſimile non eſt quem velle ſe obligare vltra ratam ſuæ participationis, deciſ. 178. num. 3.
Quem velle ſoluere pro eo, cũ quo nihil habet agere, d. 189. n. 3.

V i

Via executiua non competit niſi pro expreſſis in inſtrumento, deciſ. 254. num. 2.
Vbi per ſententiam fuit vulnerata obligatio cameralis, deciſione 256. num. 1.
Vbi cœptum fuit iudicium via ordinaria, deciſ. 260. num. 1.
Limita, quando iudicium ordinarium verſatur circa inobſeruantiam inſtrumenti, & deinde agatur executiuè ad obſeruantiam eiuſdem inſtrumenti, deciſ. 260. num. 2.
Vicino non datur ius prælationis de iure communi, deciſ. 308. nu. 16. & ſeqq.
Vincula duo magis ſtringunt, quam vnum, deciſ. 308. num. 14.
Declar. vt in d. deciſ. 308. num. 15.
Vis non poteſt conſiderari in geſtis de iudicis mãdato, d. 181. n. 2.

V n

Vniuerſitas fungitur vice pupilli, & minoris, deciſ. 18. num. 6.

V o

Voluntatis mutatio non præſumitur, deciſ. 61. num. 4.
Etiam ex longi temporis interuallo, deciſ. 61. num. 5.
Probatur à poſteriori, deciſ. 168. num. 2.

V ſ

Vſusfructus cenſetur relictus quando relinquitur vſus rei, deciſ. 43. num. 9.
Vſufructuarius debet retinere pretium rei in qua habet vſumfructum, deciſ. 294. num. 4.
Debet tamen præſtare cautionem, deciſ. 294. num. 6.
Vſura eſt prohibita de iure Diuino, deciſ. 155. num. 6.
Vſuræ ſuſpicio ceſſat vbi nullum aut modicum adeſt commodum, deciſ. 123. num. 13.
In perſona honeſta, deciſ. 10. num. 7.
In contractibus qui publice frequentantur, deciſ. 10. num. 6.
Vſurarius contractus, vide ſupra, in verbo, Contractus.

V t

Vtile per inutile in ſeparabilibus non vitiatur, ſed inutiliter adiectum vitiatur, deciſ. 117. num. 8.

V x

Vxor an, & quando validè ſe obliget pro marito, deciſ. 32. num. 4. & ſeqq.
Non tenetur ad culturã fundi dotalis, ſed maritus, dec. 35. n. 3.
Declar. vt in d. deciſ. 35. num. 4. & ſeqq.

F I N I S.

Digitized by Google

DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ, QVAE IN TRACTATV DE CENSV REFERVNTVR.

Illuſtriſſimo Cardinale Mellino, Romana Cenſus, Mercurij 30. Octobris, 1602.

SVMMARIA.

1 *Cenſui non perimitur in totum, nec pro parte ob peremptionem partis fundi cenſuati.*
Dummodo pars remanens reddat tot fructus, qui ſufficiant pro ſolutione integri Cenſus, ibid.
Ampl. attenta etiam Bulla Pij V. ſuper Cenſib. num. 6.
2 *In venditione Cenſus non venditur res ſuper qua Cenſus eſt impoſitus, ſed ſolũ ius percipiendi annuã reſponſionẽ.*
3 *Cenſus conſtituitur ſuper toto fundo, non autem ſuper aliqua illius parte.*
4 *Conſtitutio Cenſus, eſt quadam ſpecies ſeruitutis ſuper re cenſuata.*
5 *Emphyteuta, qui tenetur ſoluere Canonem reſpondentem fructibus rei, non liberatur à ſolutione ob peremptionem partis rei, ſi fructus partis remanentis ſufficiant pro ſolutione integri Canonis.*
7 *Alternatiua pars vna alteram declarat.*
8 *Pius V. in ſua Bulla de Cenſib. tollit abuſus circa contractum cenſualem, non autem inducit nouas conditiones contra ius.*

DECISIO PRIMA.

FVBRAT impoſitus Cenſus ſuper quadam domo in Inſula S. Bartholomæi proxima Tyberi, quę propter eius inũdationem fuit diruta in parte, alia tamen pars, quæ remanebat erat capax ad ſuſtinendũ totum onus Cenſus. Fuit dubitatum in Rota de mandato S.D.N. me proponente, ſi Cẽſus remanebat in totum ſuper parte capace, vel perierat pro partis perẽptę rata. Cuius dubij reſolutio duplicem habet inſpectionẽ. Altera eſt, an iuxta terminos iuris communis circumſcripta Conſtitutione *s.m. Pij V. ſuper forma creãdi Cenſus*, hẽat locum perẽptio pro rata partis, quę periit, ſi fructus partis remanẽtis ſũt ſufficientes pro ſolutione Cenſus. Altera verò eſt, præſuppoſito quod Cenſus in hoc caſu nõ pereat ſecundum terminos iuris Communis. an dicta Conſtitutio ſit in hoc noui Iuris inductiua, vel recipiat interpretationem paſſiuam à iure communi.

Et quantum ad primã difficultatem fuit per Dños
reſolutum, ꝙ circumſcripta dicta Conſtitutione,
1 Cenſus † non perimatur per peremptionẽ rei in par-
2 te, ſi remaneat alia pars capax. mouebãtur, quia † per
impoſitionem Cenſus ſuper re non venditur res, nec
transfertur illius dñium in emptorẽ Cenſus, ſed venditur
ſolum ius exigendi certam quantitatem fructuum ex illa re, & conſtituitur ius quoddam diſtinctum, & ſeparatum à dñio, & proprietate ipſius, vt
bene deducit *Aim. conſ. 217. nu. 4.* Et ideo cum non
vendatur res, ſed ius exigendi nõ eſt attendenda ſolum perẽptio rei in parte, ſed neceſſariũ eſt ad iſtum
effectum, vt periculũ pertineat ad emptorem, ꝙ domus ſit ita perempta in parte, ꝙ pars remanens non
ſit ſufficiens ad reddendũ quantitatem fructuũ debitam pro illo iure vẽdito. Mouebantur etiam, quia
3 † hoc ius exigendi certam quantitatem fructuũ conſtituitur ſimpliciter ſuper ipſa re, & nõ ſuper aliqua
certa parte ipſius rei, & ppea donec ſupereſt tanta
pars rei, ſuper qua eſt conſtitutũ hoc ius, quæ ſit ſufficiens ad ſolutionem cenſus, nõ poteſt dici res per-
4 empta ad effectũ perẽptionis Cenſus: quia † impoſitio Cenſus eſt quædam ſpecies ſeruitutis ſuper re;
ideo iuxta naturã ſeruitutum remanet ſuper qualibet parte capace. *Bar. in l. Stipulationes nõ diuiduntur, in 3. oppoſ. ff. de verb. oblig.* & ſufficit ꝙ idẽ Cẽſus poſſit
de nouo imponi ſuper illa parte, quæ remanet, vt
bene deducũt informantes. Tertiò & vltimò place-
5 bat Dñis ſimile emphyteuſis, in qua † qñ non ſoluitur quid modicũ pro recognitione decreti dñij, ſed
penſio correſpondet fructib. ſi res non eſt in totum
perempta, & remanet tanta pars, quę ſit ſufficiẽs pro
penſione, dẽt integrè ſolui, *Bart. in l. 1. nu. 4. C. de iure emphyt.* & iſta opinio eſt cõiter recepta, vt per *Bero. conſ. 130. n. 11. lib. 1.* & ideo cũ Cenſus correſpondeat
fructib. ex eadem rõne, idem vr̃ dicẽdum in hoc caſu, vt ſentit *Greg. Lopez in l. 28. Glo. 12. partit. 5. tit. 18.*

Quantum ad ſecundam difficultatem Dñi cõcluſerunt, etiam attenta dicta Conſtitutione Cenſum
6 † non perire, quando pars non perempta eſt ſufficiens pro ſolutione fructuum: quia in ea non continetur expreſsè, quod per peremptionem partis ſequatur peremptio Cenſus pro rata quando remanet alia pars capax; ſed ſolum in ea conſtituitur regula generalis, quod re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum, vel pro parte effecta Cenſus pereat pro rata. Quæ verba non ſunt ita clara, quæ non poſſint intelligi de peremptione, per quam res non reddatur inſufficiens ad ſoluendum fructus Cenſus, & ſic quando alia pars rema-

Digitized by Google

nens eſt capax,& ideo oēs regulæ cōcurrunt pro hac
parte ꝙ debeāt recipere interpretationem paſſiuam
à iure cōi ex ſubiecta materia, & ex natura contra-
ctus,vt ſolum fuerit intellectū inducere peremptio-
nem Cenſus pro rata,qñ alia pars remanens non eſt
capax, vel ſaltem ꝙ iſte caſus vti omiſſus remaneat
ſub diſpoſitione iuris cōis. Secundò mouebantur ex
illis verbis immediatè ſequentibus in eadem clau-
ſula,& ſub eadē ſtructura verborū aut in totum,aut
pro parte infructuoſa reddita; cum.n. in hoc caſu
Conſtitutio diſponat,ꝙ Cenſus pereat pro rata,qñ
res eſt reddita infructuoſa ex alio capite quā perem
ptionis, nulla rō ſuadet ꝙ re in aliqua parte nō pe-
rempta ſi vna pars eſt reddita infructuoſa,& fructus
reliquæ partis ſufficiunt pro ſolutione Cenſus, mens
Conſtitutionis fuerit,ꝙ Cēſus dēat perire pro rata:
7 & ideo cum iſti caſus ſint æquiparati, & † vna pars
alternatiuæ declaret aliam,ab iſta parte debet reci-
pere declarationē alia pars in Conſtitutio loquitur
de perēptione in parte,per quā ſequebatur talis di-
minutio fructuum, ꝙ non ſint ſufficientes pro ſolu-
8 tione Cenſus. Tertiò mouebantur, quia † mēs illius
Conſtitutionis non fuit velle addere nouas condi-
tiones contra diſpoſitionem iuris cōis,ſed ſolum ha-
buit præ oculis tollere pacta, & cōditiones illi con-
trarias,& abuſus,qui irrepſerāt, vt apparet ex Proœ-
mio. Et ideo concluſerūt nō eſſe recedendū ab hac
opinione,quā ēt ſequuti fuimus in alia cauſa *Roma-
na Cenſus coram R.P.D. meo Sacrato, 14. Ian. præteriti*,
& tanto magis,quia ſuſcitarentur multæ lites.

Illuſtriſſimo Cardinali Lācelotto, Romana nullitatis Cenſus, Lunæ 9. Dec. 1602.

SVMMARIA.

1 *Reſeruatio dominij rei venditæ donec integrum pretium ſoluatur, eſt de iure licita.*
2 *Reſeruatio dominij extinguitur ſoluto pretio.*
3 *Solutio releuat etiam quod ſtatim pecunia reſtituatur, ſi afferat vtilitatem reſtituenti.*
4 *Venditionis ea eſt natura, quod dominium pretij in venditorem, & rei emptæ in emptorem transferatur.*
5 *Cenſus impoſitio præſupponit in imponente dominium rei ſubiugatæ.*
6 *Cenſum ſuper re propria, nemo ad ſui commodum poteſt imponere.*
7 *Pactum reſtringens facultatem vendendi rem cenſuatam non valet, ſed vitiatur.*
8 *Cenſus ſi ematur cum pretio ſoluendo ex emptione rei, eſt nullus.*
9 *Proteſtatio quod Cenſus non intelligatur cōſtitutus contra formam Bullæ, non ſuſtinet pacta contraria Bullæ, ſed Cenſum.*

DECISIO II.

HÆREDES Franciſci Arditij vēditoris
vineæ,de qua agitur, prætendebant ſe
eſſe præferendos creditorib. anteriori-
bus Auguſtini Iunctini eiuſdē vineę em
ptoris,& fundabant ſe in duob. pactis reſeruationis
dñij, quorum alterum fuerat appoſitū in contractu
principali emptionis,& venditionis donec pretium
fuerit integrè ſolutū, alterū impoſitum in ipſo con-
tractu impoſitionis Cenſus, donec ſcilicet, Cenſus
redemptus fuiſſet. Quorum neutrum eis ſuffragari
Domini cenſuerunt,& ideo non eſſe præferendos.
Nam quantū attinet ad primam reſeruationē dñij
1 illa euanuit per integrum pretij ſolutionē. Nam †.n.
de validitate hmōi reſeruationis nō ſit dubitandū,
2 tñ † ſoluto precio hmōi reſeruatio extinguitur, vt p
Soc.iun.conſ.86.n.7.lib.4. & de ſolutione integri pre-
tij conſtat, cum reſpectu ſcutorum noningentorum
non cōtrouertatur; reſpectu aūt ſcutorū mille ſolu-
tionem verè factā fuiſſe in contanti apparet ex eodē
inſtro,in quo adeſt ēt quietantia, & licet poſtea pe-
cunia ſoluta fuerit in Cenſum inueſtita & cōuerſa,
tñ ex hac ſolutione quantumuis momentanea fuit
3 extincta obligatio pretij,& per † eam fuit acquiſitū
dñium vineæ ſoluēti, cum ex illa cōmodum,& vtili-
tatem reſtituens perceperit, vt *Bar. in l. qui ſic ſolut.
verſ. ſecundo caſu, ff. de ſolut. & ibi Caſtr. Bal. in l. ſi tibi
pecuniā, n. 2. verſ. oppono. & ibi Alex. n. 5. et Dec. in fine,
ff. ſi cert. pet.* cum aliis allegatis *in cauſa Bononieñ. Cen-
ſus, 24. Aprilis, 1600. coram D. Decano*, & ſic iſti duo
actus ſolutionis pretij, & impoſitionis Cenſus ſunt
conſiderandi vt ſeparati, alias impoſitio Cenſus nō
valuiſſet ex defectu pecuniæ non numeratæ contra
formam *Bullæ fel. rec. Pij V.* Vnde non obſtat *Couar.
Var. reſolut. lib. 3. c. 11. n. 5. & 6.* Quia vltra ꝙ non lo-
quitur in terminis Cenſus conſtituendi, iuxta formā
Bullæ,ſed in annuo Cenſu redimibili,& in caſu lon
gè diuerſo,nihilominus illius dñij reſeruatio habuit
effectum ſuum, & exſpirauit, vt iam dictum eſt.
Quantū ad aliam reſeruationem dñij poſt ſolu-
tionem pretij in Cenſum conuerſi, neque illa poteſt
ſuffragari,tū quia implicat contradictionem, ꝙ ſit
ſequuta venditio, & ſolutū pretiū,& tū dñium non
4 fuerit trāſlatū cū † de natura vēditionis ſit,ꝙ dñium
pretij in venditorem,& rei emptę in emptorē tranſ-
feratur, *l. ex empto, ff. de act. empt.* ita vt ſi quis velit
vendere,& retinere dñium,nihil egerit, *Bal. in Rubr.
C. de contr. empt. q. 11. n. 11. Tiraq. de Retr. Lign. §. 1. Glo.
2. nu. 76.* tum ēt quia repugnat naturæ Cenſus, quæ
5 † præſupponit dñium rei in vendente Cēſum, & ſic
in Auguſtino, & ſic nō potuit Frāciſcus emptor Cen
ſus illud ſibi reſeruare vſque ad extinctionem: tum
ēt quia quatenus Franciſcus extitiſſet dñs vineæ,nō
6 † potuiſſet ſuper vinea ipſius ad ſui vtilitatē,& com
modum Cenſus imponi, *l. neque pignus, ff. de reg. iur. cū
vulg.* tū denique,quia per hmōi reſeruationem dñij
fuiſſet reſtricta facultas, & libertas Auguſtini ven-
ditoris Cenſus, cū eo durante nō potuiſſet de re ſua
7 liberè diſponere, ꝙ † eſſet cōtra formā Bullę prohi-
bētis pactū auferēs, vel reſtringens facultatem alie-
nādi rē Cēſui ſuppoſitā, ac ideo pactū imitaretur, vt
in *cauſa Bononiēſi Cēſus, 24. Apr. 1600. corā D. Decano.*
Stante igitur nullitati pacti nō obſtat, ꝙ hēat ſal-
tē vim hypothecę ex *Couar. ſup. allegato*, quia cū reſer
uatio ſit nulla,& habeatur pro nō appoſita, nō po-
teſt ex illa aliquis effectus conſiderabilis reſultare.
Non obſtat ꝙ omnia ſunt facta in ipſo contractu
8 vēditionis vineæ, † quia iſti duo actus ſunt conſide-
rādi vti ſeparati,& diſtincti, aliàs ſi vellemus ꝙ pre-
tium eſſet ſolutum per viam Cenſus, deficeret in
Cenſu pecunia numerata, & eſſet contra formam
Bullæ, & contra formam ipſius inſtrumenti.
9 Non obſtat proteſtatio; quia † deſeruit ad ſuſti-
nendum Cenſum; non autem pacta illicita,& Bullę
contraria, quæ vult haberi pro non appoſitis.

Bonæ

Digitized by Google

Bonę mem. Cardinali Lancelotto Aueníonenſi, Carpenctoractenſi, ſeu Cauillicenſi collectarum, 9. Martij, 16. Maij, & 27. Iunij, 1583.

SVMMARIA.

1 *Forenſes de iure communi non poſſunt collectari.*
2 *Ampl. etiam ſi habeant bona ſub dominio collectantis, & de ratione, num. 3.*
4 *Forenſes poſſunt collectari à ciuitate, vel loco habente ad id particulare priuilegium.*
5 *Forenſes poſſunt collectari ſtante ſtatuto condito ab eo in cuius territorio ſita ſunt bona Forenſium.*
6 *Dummodo ſtatutum ſit conditum a non recognoſcente ſuperiorem.*
7 *Forenſes poſſunt collectari, ſtante conſuetudine immemorabili.*
8 *Immo, ſecundum aliquos, ſufficit conſuetudo triginta, vel quadraginta annorum.*
9 *Verior tamen, & magis communis eſt vt requiratur immemorabilis.*
10 *Conſuetudo vt ſuffragetur, debet probari.*
11 *Et debet probari ſpecialiter in caſu de quo agitur.*
12 *Doctori atteſtanti de conſuetudiñe, non eſt credendum.*
13 *Annui reditus ex ſui propria natura, & ſignificatione non computãtur inter mobilia; vel immobilia, ſed conſtituunt tertiam ſpeciem de per ſe.*
14 *Tertia ſpecies bonorum, quæ conſtituitur ex annuis reditibus nil aliud conſtitui, quam ius quoddam, ſeu actionem ad illos exigendum.*
15 *Actiones dicũtur eſſe de loco, de quo eſt pſona creditoris.*
16 *Annuæ praſtationes dicuntur ius immobile, & ſeparatum de per ſe.*
17 *Annuæ praſtationes dicuntur eſſe de loco, vbi eſt deſtinata ſolutio ipſarum.*
18 *Annui reditus tũc dicũtur bona immobilia, quãdo percipiũtur ex certis fundis, nõ ex reditibus generalibus.*
19 *Iura, & actiones quo ad exactionẽ, dũr circũſcribi loco.*
20 *Annui reditus veniunt appellatione immobilium, quando debentur actione reali, vel mixta.*
21 *Realitas actionis oritur ex hypotheca cõſtituta ſup bonis.*
22 *Annui reditus computantur inter immobilia, qñ de neceſſitate ſunt applicandi ad mobilia, vel immobilia.*

DECISIO III.

DVm proponeretur in ſignatura S. D. N. commiſſio ad inſtantiã Aueníonenſiũ, & Carpenctoractenſium pro reducendo ad viam iuris breue ſuæ ſanctitatis cõceſſum Ciuitati Cauillicenſi exortæ fuerũt nonnullæ in iure difficultates, quas S. S. mãdauit in Rota determinari, propterea propoſitis per me in relationibus Dñorum nõnullis dubiis Partibus hincinde informãtib. Dñi die *9. Martij, 16. Maij, et 27. Iun. præſentis anni* 1583. *fecerunt infraſcriptas Cõcluſiones.*

1 Quarum Prima eſt, † quod Forenſes de iure cõmuni non poſſunt collectari. Ratio eſt, quia collecta eſt munus, quod imponitur perſonę pro rebus, & ſi perſona non eſt ſubdita vel rõne domicilij, vel originis, non põt ei imponi ex defectu Iuriſdictionis. vt not. *Bart. in l. Libertus, §. ſola ratio, nu.* 1. *ff. ad munic.* vbi dicit ita tenere oẽs, *& in l. reſcripto, §. fin. nu. 4. verſ. collectæ. de muner. Feder. conſ. 151. col. 1. verſ. & alia dicuntur. Dec. conſ. 285. nu. 4. verſ. tertio cõprobatur. Alciat. conſ. 79. tomo 2. lib. 5.* & eſt Cõcluſio in iure veriſſima, vt dicit *Alex. conſ. 52. col. 3. nu. 10. verſ. nec obſtat, lib. 6. Natta, conſ. 150. n. 4. lib. 1.* & cõiter à Doctor. approbata, vt dicit *Corn. conſ. 22. col. 2. verſ. & licet, vol. 1. Curt. iun. cõſ. 81. col. 1. vol. 1. Parpal. in l. placet, n. 56. C. de ſacroſ. eccleſ. Gabr. de iure immun. cõcluſ. 2. n. 1. & 2. in fi.*

2 Quæ Cõcluſio procedit ẽt † ſi Forenſes hẽant bona ſub dñio Collectantis, vt not. *Bart. in l. 1. nu. 3. C. de mulier. & in quo loco, lib. 10 Corn. conſ. 22. col. 2. verſ. & licet, lib. 1. Alex. conſ. 68. n. 2. vol. 2. & conſ. 52. in princ. lib. 5. Rim. ſen. conſ. 415. nu. 28. lib. 3.* Et rõ eſt quã tradit *Bal. in l. vnica, C. de eo, quod inter, col. 6. nu. 44 verſ. dicimus etiam,* quia ideo collecta imponitur perſonę
3 pro rebus, quia † obligatio dirigitur in perſonã, licet cauſa finalis ſit ipſa res; & cũ perſona ſit dignior reb. attendi potius dẽt perſona, quã res, vt poſt *Io. Andr. & Oldr.* dicit *Nat. conſ. 105. nu. 8. lib. 1.* Ex hac prima Concluſione infertur, ꝙ cum ciues Aueníonenſes, & Carpenctoractẽſes nõ ſint ſubditi ciuitati Cauillicẽſi non pñt ab ipſa collectari, ſed à Ciuitate Aueníonẽſi, & Carpenctoractẽſi quib. ſunt ſubditi.

4 Secunda eſt Concluſio, † ꝙ Forenſes pñt collectari à Ciuitate, vel loco habẽte ad id particulare priuilegium: *Bart. in l. numerũ, §. patrimonium, nu. 4. de muner. & honor. & in d. l. 1. C. de mulier. & in quo loco, lib. 10. n. 28. verſ. Itẽ fallit in Ciuitate. & in l. formã, §. illam, nu. 2. de Cenſib. & in l. cũ neque, in fine, C. de incol. lib. 10. Alex. d. cõſ. 68. col. 2. n. 8. verſ. nec dubiũ, Parpal. ad l. placet, n. 57. verſ. Fallit primo, Gabr. d. concl. 2. n. 2.* & iſta eſt vera, & indubitata Concluſio, vt dicit *Curt. iun. conſ. 60. n. 8. verſ. ſuccedit igitur, et conſ 61. col. 3. n. 10. ad fin.*

5 Tertia eſt † Concluſio, ꝙ Forenſes pñt collectari ſtante ſtatuto condito ab eo in cuius territorio ſunt bona Forenſium, ſcd'm *Bal. in l. vnica, C. de ſenten. quæ pro eo q. intereſt, col. 6. n. 43. verſ. ſimiliter dico. Alex. conſ. 101. col. 3. n. 8. vol. 1. et d. cõſ. 52. col. 2. n. 6. Corn. conſ. 22. col. 3. verſ. Contractus, vol. 1. Dec. cõſ. 694 n 6. Ruin. cõſ. 116. n. 11. vol. 4. & conſ. 126. in princ. eod. lib. Pariſ. cõſ. 25. n. 7. 8. cũ ſeq. vol. 1. Gabr. d. concl. 2. nu. 15. Nat. conſ. 447. col. 3. verſ. quia contractus, vol. 2. Curt. iun. conſ. 60. n. 7. & 8. & conſ. 61. n. 5. & 8. Aim. conſ. 8. n. 6. Iaſ. conſ. 83. col. fin. lib. 3.* licet contrariũ tenuerint *Aret. conſ. 132. & Corn. conſ. 194 n. 3. lib. 4* & alij nõnulli. Quod
6 † ſtatutũ dẽt eſſe conditum à nõ recognoſcente ſuperiorẽ, vt dicit *Ruin. conſ. 111. col. fin. vol. 5.* ſequitur *Natta, conſ. 447. nu. 6. verſ. ſoluatur, vol. 2.*

7 Quarta eſt Concluſio, ꝙ † Forenſes pñt collectari ſtante cõſuetudine immemorabili, *Bart. in d. l. cũ neque, in fine, C. de incol. lib. 1. et in d. l. 1. C. de mulier. & in quo loco, lib. 10. n. 28. verſ. Item fallit in ciuitatibus, quæ hoc hẽant, Corn. d. conſ. 22. col. 2. verſ. tñ non videtur, vol. 1. Alex. conſ. 78. n. 14. & 16. vol. 6. et d. conſ. 52. col. 2 n. 3. verſ. hoc præſuppoſito, vol. 5. & conſ. 136. nu. 17. verſ. ſed ad hæc, lib. 2. & cõſ. 101. n. 8. verſ. & dicit Bar. lib. 1. Aret. d. conſ. 132. col. 4. in princ. verſ. ſecundo reſpondeo, Rub. conſ. 9. nu. 9. Iaſ. in d. l. placet, in 2. lect. nu. 5. in fine, Alciat. reſpon. 36. n. 2. tomo 2. lib. 5. Dec. d. conſ. 285. nu. 6. Ruin. conſ. 3. num. 22. in 5. & conſ. 116. num. 12. vol. 4. Natta, conſ. 160. nu. 14. poſt princ. vol. 1. & d. conſ. 447. nu. 8. & 11. vol. 2. Socin. iun. conſ. 49. nu. 23. lib. 1.* Et licet *Alex.* ſibi contrarius in *conſ. 68. nu. 13. verſ. &*
8 *clarum eſt vol. 2.* dixerit † ſufficere triginta, vel qua-

draginta annos, quem ſequutus eſt *Curt. iun. d. cõſ. 61. nu. 6. verſ. cum igitur, lib. 1. Pariſ. conſ. 25. nu. 58. cum ſeq. & nu. 82. & 101.* vbi refert alios tenere hãc opi-
9 nionem. Tamen † ex ſupradictis, & aliis quos refert idem *Pariſ. nu. 19. & 23.* verior, & magis communis videtur opinio, quod requiratur immemorabilis. Et licet nõ deſint, qui tenuerũt ſufficere decẽ annos, vt *Parpal. d. l. placet, n. 61. Gabr. d. concluſ. 2. nu. 10.* tamen *Rota* voluit firmare ſuper iſta quarta concluſione.

Quinta eſt concluſio, dato quod adeſſet immemorabilis conſuetudo, Priuilegium, vel ſtatutũ de-
10 bẽt † probari in terminis de quibus eſt præsẽs controuerſia, videlicet, ſuper collectis impoſitis Forẽſibus pro annuis pẽſionibus, ſiue preſtationibus, emolumẽtis præſentibus, & futuris, & cũ pacto quod dictæ penſiones ſint immunes, & exemptæ à quibuſcumque oneribus, taleis, ſubſidiis pro quacumque vrgentiſſima cauſa, & aliis de quibus in inſtrumẽtis dictarũ penſionum. Et quod conſuetudo collectandi Forenſes debeat probari adeſſe in loco de quo agitur, tradit *Aret. d. conſ. 132. col. 3. Natta, conſ. 160.*
11 *nu. 14. lib. 1. Dec. d. conſ. 185. nu. 7.* Et debet † etiam probari ſpecialiter in caſu de quo agitur, *Oldr. conſ. 137. col. 1. Alex. conſ. 196. colum. 3. verſ. quia dicto. in*
12 *2. Aim. cõſ. 96. nu. 4.* Nec † ſtãdum eſt Doctori atteſtãti de hac cõſuetudine, *Corn. cõſ. 83. n. 13. lib. 4. Aret. d. cõſ. 132. col. 3. verſ. ſed tñ his nõ obſtãtibus. Dec. d. conſ. 285. nu. 6. verſ. nõ obſtat. Gabr. de Probat. concl. 4.* & hãc opinionẽ tenet Rota, vt per *Mohed. deciſ. 209. & 276.*

Sexta, & vltima concluſio. (Licet Dominis videretur ſuperflua ſtante ſupradicta prima firmata, in qua concluditur, quod Auenonenſes, & Carpentoractenſes tamquam Forẽſes nõ poſſunt collectari in Ciuitate Cauillicenſi ẽt pro bonis exiſtẽtibus in eius territorio) tamen fuit propoſita, & reſoluta ẽt id poſtulantibus agentibus pro dicta Ciuitate Cauillicenſi. Hæc aũt ſexta cõcluſio continet quod annuæ iſtæ pẽſiones, ſiue reditus nõ reputãtur de bonis Ciuitatis Cauillicẽſis, ſed Auenionẽſis, & Carpẽctoractẽſis ad effectũ illos collectandi. & moti fuerũt Dñi.
13 Primò, quia † annui reditus ex ſui propria natura, & ſignificatione nõ cõputantur inter bona mobilia, vel immobilia, ſed cõſtituunt tertiam ſpeciem de per ſe, quia mobilia, & immobilia propriè tangi, & palpari poſſunt, & de loco ad locũ moueri & circũſcribũtur loco; reditus aũt annui minimè; & propterea niſi ſimus in caſu in quo neceſſario ſint trahendi ad alterũ eorũ, non computãtur inter immobilia, iuxta doctrinam *Abb. in c. nulli, nu. 9. & 10. de reb. Eccleſ. non alien. & ibi Bero. nu. 77. cum ſeq. Marian. Soc. de oblation. Libel. 8. q. 5. nu. 7. verſ. ſed iuxta prædicta*, & plerique omnes ita tenent, vt dicit *Tiraq. de retractu Lign. §. 1. Gloſ. 6. n. 3. cum ſeq. & in §. 32. n. 83. Foller. in Pract. Cenſu. fol. mihi. 163. nu. 25.* Et non verſamur modo in caſu in quo cogamur applicare iſtos annuos reditus bonis mobilibus, vel immobilibus, ſed tñ quæritur ad effectũ illos collectãdi, & propte-
14 rea remanẽt ſub iſta tertia ſpecie. Quæ † nihil aliud cõſtituit, quã ius quoddam, ſeu actionẽ ad illos exigendum. quæ actio nõ comprehenditur ẽt appellatione mobilium, vel immobilium, ſed & ipſa conſtituit tertiam ſpeciem, *l. à Diuo Pio. §. in venditione, de re iudic. l. quam Tuberonis, §. fin. ff. de pecul. Bar. in l. mouentium. de verb. ſign.* & eſt cõmunis opinio, vt per *Iaſ. conſ. 5. vol. 3. Tiraq. de retr. Lign. §. 1. Gloſ. 7. n. 9. Pariſ. conſ. 94. vol. 3. Gabr. de verb. ſign. concluſ. 7. nu. 1.* Et
15 † actiones dicũtur eſſe de eo loco de quo eſt perſona creditoris cuius oſſibus sũt affixæ p effectũ exactionis, *l. fin. §. quid enim prodeſt, C. de long. tempor. præſcript. & ibi not. per Doctor. l. ſi quis ergo caſus. de pecul. Lap. allegat. 91. la prima, nu. 6. verſ. modo eſt quæſtio, Soc. conſ. 101. col. 2. verſ. ſecundo ergo præmitto, vol. 1. Alex. conſ. 16. in fine, vol. 6. Rub. conſ. 136. col. 1. verſ. ſuadetur & ſecundo. Rim. ſen. conſ. 244. n. 13. lib. 1.* Et in annuis reditibus eſt *conſ. Aret. 10.* vbi ex pluribus rationi-
16 bus concludit, † quod annuæ præſtationes dicũtur quoddam ius immobile abſtractum, & ſeparatũ de
17 per ſe, & dicuntur † eſſe de loco vbi eſt deſtinata ſolutio, & perſonam creditoris, ſequitur vt latè comprobat *Caſſan. ad Conſuetud. Burgun. in tit. de Confiſcat. §. 1. verſ. & apertè, n. 18. verſ. ſed iuxta, & n. 23.* & ſequuta eſt *Rota in cauſa Romana de Burdeſia. de anno 1571. coram b. m. Oradino*, vbi propter rationes *Aret. & Caſſan.* reſoluit Cenſus conſtitutos ſuper certis tenutis, ac aliis bonis mobilibus, & immobilibus Vrbis veteris, & Valliſmontorij eſſe iudicandos de bonis exiſtentibus Romæ ex quo Romæ fuerunt celebrati contractus dictorũ Cenſuum, & ibi fuit deſtinata ſolutio, & in d. deciſione reſpõdetur ad adducta in contrarium. Inſtrumenta aũt annuarum penſionum de quibus agitur fuerũt cõfecta in Ciuitatibus Auenionenſi, & Carpenctoractenſi, & ibi deſtinata ſolutio, licet bona ſuper quibus ſunt impoſitæ ſint in territorio Cauallicenſi. Secũdò mouebantur
18 Dñi, quia † vt annui reditus dicãtur bona immobilia, opus eſt quod percipiantur ex certis fundis, non ex reditibus generalibus prout in hoc caſu, quia tũc ſequũtur perſonã creditoris, vt declarat *Tiraq. de iure Primog. q. 49. n. 9. & 10.* vbi dr̃, quod dicũtur reditus fundales. At reditus, de quibus agitur ſunt impoſiti non ſuper certis fundis, ſed generaliter ſuper bonis mobilibus, & immobilibus, vt dictũ eſt. Et ex his ceſſãt, quæ dicũtur ꝙ iura, & actiones nõ circum-
19 ſcribũtur loco, † qa ſecꝰ eſt quo ad effectũ exactionis faciẽdæ in loco, vt declarat *Lap.* & alij ſupra allegati.
20 Non obſtat etiã quod † qñ annui reditus debentur actione reali, vel mixta, prout in hoc caſu, tunc veniunt appellatione immobilium. *Bal. in l. 2. in fine, C. de execut. rei iudic. Doctor. omnes in l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cogan. Gabr. d. concl. 4. nu. 4. Tiraq. d. Gloſ. 6. nu. 11.*
21 Quia reſpondetur, † quod realitas oritur ex hypotheca ſuper bonis iuxta not. per *Bar. in l. Inſtituto, §. Codicillis, nu. 4. ff. de leg. 2.* at principalis obligatio, quæ eſt conſideranda eſt perſonalis pro qua aſſecuranda fuit facta hypotheca, vt benè declarat *Caſſan. & Aret.* in locis ſupra allegatis.

Minus obſtãt, quæ dicũtur de fiſco, & impreſtitis Venetiarũ, quia in cõtractibus non deſtinatur ſolutio facienda in loco creditoris. Præterea procedunt
22 † quando annui reditus ſunt neceſſario applicãdi, vt ſupra dictũ eſt, & ita ſentit *Tiraq. d. Gloſ. 6. n. 3. & 4.*

Et ex iſtis Domini concluſerũt quod Auenionenſes, & Carpenctoractenſes nõ poſsũt collectari à Ciuitate Cauallicenſi pro annuis, & perpetuis penſionibus, quas ipſi ab ea emerũt, tum qa Dñi Auenionẽſes, & Carpẽctoractẽſes ſunt Forẽſes dictæ ciuitates, tũ ẽt qa dictæ pẽſiones reputãtur de bonis ciuitatũ Auenionẽſis & Carpẽctoractẽſis, nõ Cauallicẽſis.

Illu-

Digitized by Google

Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, Romana fideicommiſſi de Iacobatijs, 5. Decembris, 1608.

SVMMARIA.

1 *Hypothecatio rei probibita alienari ſub pęna caducitatis non facit incidere in pęnam, niſi ſequatur traditio.*
2 *Hypotheca conditionalis non nocet, niſi purificata conditione.*
3 *Caducitas excuſatur ob quamlibet cauſam credendi, etiam quod ſit minus iuſta.*
4 *Cenſus vendendus debet eſſe minor, vel ad ſummum æqualis fructibus fundi ſuppoſiti.*
5 *In venditione Cenſus non venditur res ſubiugata, ſed ius percipiendi cenſum ex illa re.*

DECISIO IV.

FVIT concluſum non intrare contrauentionem: cum enim fuerit reſolutum Cenſum potuiſſe imponi, & cenſeri impoſitum ſuper medietate domus, quæ erat propria, & libera Martij, & Tarquinij, dummodo nõ excederet dictam medietatem, quod fuit reſeruatum particulariter videndum, & hodie agatur, an probetur talis exceſſum: Viſum fuit Dominis non probari. Et quia exceſſus poteſt dupliciter conſiderari, vel quia fructus Cenſus excedant fructus, qui ex medietate domus percipiuntur, vel quia pretia Cenſuum ſuperant valorem medietatis ipſius domus quo ad proprietatem, & dominium. cenſuerunt domini exceſſum in propoſito conſiderari debere hoc ſecundo modo, qui ſine dubio non adeſt, vel ſaltem non probarur. Domini enim de Iacobatiis non prætendunt, vel non probant ſortem principalem cenſuum excedere medietatem proprietatis domus ita vt intret contrauentio, per quã ſit incurſa caducitas. Addebant aliqui ex Dominis non probari etiam exceſſum reſpectu fructuũ, quia Cẽſus Clauarij impoſitus ex maxima parte pro extinguendo debito hæreditario debet imputari in medietate domus fideicomiſſaria, nõ autem in libera: licet enim dicatur etiam pro parte impoſitus pro reparatione totius domus; dominis de Iacobatiis incumbit onus probãdi quanta ſit illa pars, quæ fuit erogata in reparatione. Videbatur etiã aliquibus non eſſe imputandum Cenſum Marci Antonij Moretti, quia nõ fuit impoſitus ſuper domo de qua agitur. quamuis autem fuerit in ſpecie hypothecata in euentum non ſolutiones fructuum, attamen
1 hęc hypotheca fuit nulla, & nõ apparet † quod fuerit deuectum ad dationem, quæ requiritur, vt incurratur pœna ex hypotheca. *Bal. in c. 1. §. aut libellario, num. 4. verſ. ſequitur in textu quib. mod. feud. amit.* latè *Neguſ. de Pignor. in 3. membro 2. parte num. 78. & ſeq. Corbol. de cauſa priuat. ob alienat. limit. 33.* Faciunt tradita per *Lamberteng. de Contract. mulier. in fine, num. 159. verſ. & poſſet* & per *Petr. à Petra, de fideic. q. 8. num. 54. verſ. poſſunt autem.* Accedat quod hypotheca fuit conditionaliter adiecta in euentum non ſolutionis fructuũ, vnde dato quod de ſui natura cau-
2 ſaret caducitatem, hoc † tamen præſtari non poſſet antequam exiſtat conditio ex cumulatis à *Tiraq. de Retract. Lign. §. 1. Glo. 2. nu. 23. & à Corbolo, de Priuat. ob alienat. Limit. 36. nu. 3. & 4.* cuius conditioni purificationem cum non probet domini de Iacobatiis, non poſſunt ex hoc capite prætendere contrauentionem.

Ex quibus fuit concluſum non apparere de aliqua contrauentione ad effectum incurrendi caduci-
3 tatẽ, pro † qua excuſanda quęlibet, etiam iniuſta cauſa credendi ſufficere ſolet, *l. igitur, §. poteſt. de liberali cauſa, Ang. in l. Plagij, C. ad leg. Flau. de Plagiar. Corbol. de Priuat. ob non ſolut. canon. Limit. 17. num. 2.*

Circa illud autem, quod dictum eſt eſſe attendendum exceſſum reſpectu valoris rei non fructuum, ſi opus eſſet ego iterum partes libenter audirem, tum quia materia eſt exemplaris, tum quia, vt credo, nõ
4 caret dubitatione: quia † pro validitate Cenſus requiritur quod prædij reditus ſuperet, aut ęquet Cen-
5 ſum. vt per *Nauar. de Vſur. poſt nu. 79.* Et † quia non emitur res, ſed ius exigendi quantitatem fructuum ex illa re, vt dixit *Rota in vna Romana Cẽſus, 30. Octobris, 1602. coram Illuſtriſſimo Cardinali Mellino* in qua fuit dictum non eſſe curandum ſi pars fundi ſuper qua fuit impoſitus Cenſus periret, modo fructus illius partis, quæ remanſit ſufficerent pro ſolutione Cenſus.

Eodem Romana Cenſus, Veneris 26. Nouembris, 1604.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum publicum eſt probatio probata, & nullo eget adminiculo.*
2 *Simulatio poteſt coniecturis, & præſumptionibus probari;*
Debent tamen eſſe efficaces, & diſucidæ, num. 5.
3 *Simulatio poteſt præſumptionibus, & coniecturis excludi.*
4 *Simulationis præſumptio excluditur per numerationem pecuniæ.*
6 *Relatio non releuat ſi non exhibeatur relatum.*
7 *Identitas probari debet ab eo, qui ſe fundat in illa.*
8 *Emptio rei propriæ, eſt impoſſibilis.*
9 *Cenſus ſuper re propria non poteſt ad ſui commodum imponi.*
10 *Hypotheca non poteſt cadere in rem propriam.*
11 *Cenſus de ſui natura continet hypothecam.*
12 *Simulationis ſuſpicio ceſſat, vbi res ita geri potuit.*
Item vbi præceſſit cauſa vera ita faciendi, num. 14.
13 *Fraude factum dici non poteſt, quod licitè fieri potuit ſine fraude.*
15 *Debitor non poteſt eſſe teſtis in cauſa propria.*
16 *Simulationis exceptio non retardat exequutionem cameralis obligationis.*
Niſi ſit concludenter probata. ibidem.

DECISIO V.

POST multas poſitiones huius cauſæ tandem Domini vnanimiter in eam venerunt ſententiam, hæredes Darij teneri ad ſolutionem Cenſus ſcutorum ſexcentorum, *die 9. Februarij,*

bruarij, 1587 ad fauorem q. D. Fabij Aronnis ſenio-
ris impoſiti. Adeſt enim inſtrumentum habens om-
nes ſolemnitates publicæ ſcripturæ, & interuene-
runt omnia requiſita in cõſtitutione Cenſus ex *Con-
ſtitutione Bullæ Pij V*. Et quamuis inſtrumẽtum ipſum
1 † ſit ex ſe probatio probata, & nulla propterea in-
digeat coadiuuatione, aut adminiculis, *Bal. in l. in-
tereſt, in vlt. not. C. de ſolut. Dec. conſ. 36. num. 2.*, nihi-
lominus pro eo adducuntur ab informantibus pro
D. Fabio multæ vrgentes coniecturæ & veroſimili-
tudines ad magis excludendam ex aduerſo allega-
2 tam ſimulationem. Quæ † ſicut coniecturis, & præ-
ſumptionibus probari poteſt, longè magis etiam
3 excludi, † vt bene per *Ceph. conſ. 325. num. 25. & ſeq.*
Inter quas coniecturas viſa eſt potiſſima, & multum
conſiderabilis illa, quæ deſumitur ex partita ban-
chi domini Bernardi Olgiati, in qua apparet pretiũ
Cenſus, quod legitur in inſtrumento ſolutum à D.
Fabio fuiſſe poſitum ad creditum Dorij venditoris
eadẽmet die conſtituti Cenſus cum expreſſione, ꝙ
ſint eædemmet pecuniæ; quam coniecturam magni
facit *Rota* ad iſtum effectũ *in vna Bononienſi Cenſus,
19 Octobris, 1598. coram R. P. D. meo Decano Penia*. Ex
4 eodem iuſtificatur narrata numeratio, quod † ma-
ximè excludit præſumptionem ſimulationis, *Aim.
conſ. 145. circa med.* vt fuit dictum in *Romana ſimula-
tionis, 14. Maij, 1601. coram R. P. D. meo Iuſto*. Ponde-
rarunt etiam domini promiſſionem cedulæ banca-
riæ, promiſſionem dandi plures fideiuſſores, & inte-
rim donec accederent firmam remanere obligatio-
nem D. Olgiati, & plures alias cautelas tam pro aſ-
ſecutatione ſolutionis fructuum, quam pro firmita-
te, & validitate Cenſus; ad quid enim perditio hæc
in caſu fictitio, & ſimulato? vigebant etiam multæ
aliæ coniecturæ enumeratæ ab informantibus pro
D. Fabio.

Quæ autem econuerſo pro ſimulatione addu-
cuntur viſæ fuerunt dominis multum leues, & exi-
5 guæ, cum † tamen requirantur efficaces, & diluci-
dæ, *Caputaq. deciſione 163. parte 3.* Illa enim præci-
pua, & in qua informantes pro Dario faciunt ma-
gnum fundamẽtum deducta ex apocha, ſeu decla-
ratione D. Fabij ſenioris confecta, die 12. *Martij*,
1578. non placuit dominis. Declaratio enim refer-
tur ad retroſcripta folia, & ad Cenſum in retroſcri-
ptis foliis deſcriptum, & non apparet quod ſit ille
de cuius exactione hodie agitur; in eâ enim non fit
aliqua mentio temporis, Notarij, aut aliquarum
qualitatum, ex quibus colligi poſſit, quod de iſto
Cenſu ſcutorum ſexcentorum, vt ſupra per D. Fa-
bium impoſito, loquatur, ſed ſimpliciter ſe refert
6 ad retroſcripta folia, quæ † ſi non exhibeantur de-
claratio remanet incerta, & nihil concludit, *Auth. ſi
quis in aliquo, C. de eden.* & folia, quæ dantur inciſa,
& lacerata, (non ſine ſcrupulo, & ſuſpicione) non
releuant niſi duobus copulatiuè probatis, videli-
cet, quod loquantur de hoc Cenſu, & quod ſint illa-
met retroſcripta, quæ vocantur in dicta apocha, &
propterea non ſufficeret probare quod folia con-
cordant cum inſtrumento de quo agitur. Nec facit
quod dicitur non conſtare de pluralitate Cenſuum:
7 quia nec etiam conſtat de identitate, & † tamen eſt
probanda ab aduerſariis vt fundamentum ſuæ in-
tentionis, *Corn. conſ. 144. poſt num. 11. lib. 4. Aim.
conſ. 198. num. 4.* Sed identitas non probatur, nec
probari poteſt, cum impoſſibile ſit declarationem
de qua in apocha applicari Cẽſui iſti; illa enim præ-
ſupponit, & loquitur de Cẽſu impoſito à tertio can-
tante ad fauorem Fabij ſenioris, qui re vera ſpectat
ad Darium, & de eius pecuniis fuit emptus, quæ ac-
commodari non poſſunt huic Cenſui vendito à Da-
rio D. Fabio ſeniori: aliàs enim daretur emptio rei
8 propriæ, † quæ eſt impoſſibilis, *l. cum res, C. de contr.
empt. l. res ſua, ff. eod. tit. l. neque pignus, ff. de reg. iur.*
9 Et quod ſuper re propria † non poſſit quis ad ſuam
vtilitatem Cenſum imponere, fuit dictum in *Roma-
na nullitatis Cenſus, 9. Decembris, 1602. coram R. P. D.
10 meo Lancelotto*. In † rem enim propriam non poteſt
cadere hypotheca, *l. ſi rem alienam. la ſeconda, ff. de
11 pignor.* Et tamen in cõſtitutione Cẽſus, vltra † quod
de ſui natura continet hypothecam, vt per *Couar.
lib. 3. Variar. reſol. cap. 7. poſt num. 6.* adeſt etiam ex-
preſſa ipſius Darij.

Non obſtat quod in inſtrumento appareat Da-
rium accepiſſe hanc ſummam ad effectum ſe rele-
uãdi de fructibus ſocietatis officij per eum vti fide-
12 iuſſorem ſolutis, quia † cum re vera potuerit ſic
contrahi, & ad iſtum effectum ceſſat ſuſpicio ſimu-
13 lationis, *Aim. conſ. 319. num. 9. in fine*. Et non † po-
teſt dici fraude factũ quod licuit facere fraude ceſ-
ſante, *l. qui autem, in princ. de his quæ in fraud. cred.
Zuccard, in l. 1. num. 51. in fine, C. qui adm. ign. poſt
Bal.* quem citat, *in Auth. ex cauſa, num. 72. C. de liber.
14 præter.* immo † iſta præexiſtens cauſa, quæ vera fuit
excludit ſimulationis ſuſpicionem, vt fuit reſolu-
tum *in vna Fauentina bonorum, 2. Aprilis, 1571. co-
ram b. m. Cardinali Lancelotto*.

Nec releuat quod dicatur Fabium ſeniorẽ num-
quam exegiſſe fructus iſtius Cenſus: iſta enim nega-
tiua non probatur, & quietantiæ ſi extant erunt in
manibus aduerſariorum. Minus etiam facit Do-
minum Fabium non curaſſe, quod fideiuſſores ac-
cederent, vt fuerat promiſſum: quia non debuit eſ-
ſe de hoc ſollicitus, cum ſua magis intereſſet domi-
num Olgiatum remanere obligatum, cuius obliga-
tio expirabat cum primum alij acceſſiſſent. Nec di-
xerunt domini eſſe attendendam aliquam atteſta-
tionem D. Bernardini factam vel faciendam, quia
durat adhuc obligatio, & fideiuſſio ipſius, & pro-
15 pterea debitor eſt, & † non conueniens vt dicat
teſtimonium in cauſa propria ad ſui fauorem, vt
fuit reſolutum in *Foroliuienſi Cenſus, 9. Februarij,
1590. coram b. m. Orano*.

Alia, quæ adducuntur viſa fuerunt ſatis leuia, &
minus digna, quæ allegentur contra inſtrumentum
clarum. Et in omnem euentum tolluntur per præ-
ſumptiones, quæ pro inſtrumento ſunt vrgentes.
*Paul. de Caſtro, conſ. 162. num. 1. lib. 1. Felin. in c. fin.
nu. 7. de Præſumpt.* tantò magis, quia agitur de exe-
16 cutione obligationis Cameralis, quam † non im-
pedit exceptio ſimulationis, niſi ſic concludenter
probata, vt fuit reſolutum *in vna Romana Cenſus de
Columna coram R. P. D. Lancelotto*.

R. P.

R. P. D. Penia, Romana Cenſus de Caualeriis, 26. Iunij, 1596.

SVMMARIA.

1 *Cenſus plures poſſunt ſuper eodem prædio validè collocari.*
2 *Ampl. Etiam quod fructus dicti prædij non ſufficiant pro omnibus Cenſibus.*
3 *Dummodo impoſitio fiat iuxta formam Bullæ Pij V. ſuper Cenſibus.*
4 *Dummodo tempore impoſitionis crederetur fructus ſufficere pro omnibus Cenſibus.*
5 *Emens Cenſum imperitum ſuper fundo onerato alio Cenſu, poteſt agere contra venditorem vel vt fundum liberet, vel vt faciat conſentire habentes intereſſe.*

DECISIO VI.

DIE 13. *Iunij* proximè præteriti domini omiſſa ſcrupuloſa diſputatione ſuper vſuraria prauitate, quam abfuiſſe ab ipſo contractu ſentiebant reſtrinxerũt difficultatem ad validitatem Cenſus dominorum de Vitelleſchis. ad quam in hac poſitione *Rota* affirmatiuè reſpondit Cenſum fuiſſe validum.

1 Licet † enim tempore impoſitionis Cenſus ad fa-
uorem Vitelleſcorũ quarta pars Caſalis fuiſſet gra-
uata alio Cenſu ad fauorem dominorum de Rog-
geriis valido, & antiquiori, & deductis fructibus
Roggeriis perſoluendis non ſupereſſent ex fructi-
bus dicti Caſalis niſi ſcuta quinquaginta quinque,
2 & † ſic non eſſet capax impoſitionis Cenſus ſcuto-
rum centum quadraginta ad fauorem Vitelleſco-
3 rum; tamen Cenſus iſte † fuit pronunciatus validus
tamquam impoſitus iuxta formam Conſtitutionis
4 *Pij V.* ſuper re ſui natura fructifera, † quæ tempore
creati Cenſus credebatur ſufficere non ſolum pro
Cẽſu Vitelleſcorum, ſed etiam pro alio dominorum
de Roggeriis. Non obſtat quod fundus ſuper quo
Cenſus imponebatur non eſſet liber, nec capax ta-
lis Cenſus, cum ſuper illo eſſet iam alius Cenſus im-
poſitus, quia non propterea reddebatur inualidus:
5 Competebat † tamen actio contra venditorẽ vt res
liberaretur, vel faceret conſentire habentes intereſ-
ſe, *l. ex his prædijs, C. de euict. Dec. conſ. 483. num. 18.
Oſatb. deciſ. 24. num. 4. & ſeq.* & fuit dictum *in vna
Romana Cenſus diebus 6. & 17. Aprilis. 1577. coram
R. P. D. meo Decano.* Et eo magis in hanc ſententiam
itum fuit, quia in Cenſuum impoſitione ſolet appo-
ni clauſula, quod Cenſus eſt bene, & validè impoſi-
tus, & quod fundus eſt capax, & pleno iure dominij
pertinet ad venditorem, qui promittit facere con-
ſentire omnem perſonam. & ita fuit reſponſum ſe-
cluſo omni affectu.

Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, Romana Cenſus, Lunæ 23. Iunij, 1608.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum eſt probatio probata.*
2 *Inſtrumenti ad reprobationem requiruntur plenæ, concludentiſſimæ, & apertiſſimæ probationes.*
3 *Confeſſio ſpontanea procuratoris, non nocet domino.*
4 *Confeſſio Prælati non præiudicat Eccleſiæ.*
5 *Maximè quando continet remiſſionem iurium.*
6 *Et tendit ad diſtractionem rerum Eccleſiæ.*
7 *Fideiuſſor præſumitur bene informatus de negotio in quo accedit.*
8 *Declaratio non tollit ius quæſitum ex actu declarato.*
9 *Declaratio dici non poteſt illa, quæ non exponit, ſed permit actum.*

DECISIO VII.

RESOLVTVM fuit Cenſum in totum eſſe validum, cum in eius venditione interuenerint omnia requiſita in *Bulla Pij V.*

Non obſtat quod dicitur de non
integra ſolutione pretij, quia in con-
1 trarium cantat inſtrumentum, † quæ eſt proba-
tio probata, euidens, & manifeſta, vt latè per *Tiraq.
de retractu Lign. g. §. 2. Gloſ. 1 num. 20.* & in numera-
tione pretij Cenſus, dixit *Rota in vna Bononienſi Cen-
ſus, 24 Aprilis, 1600. coram R. P. D. meo Decano.* &
coram me *in Romana Cenſus ſcutorum decem, & octo
millium, 23. Februarij, 1604.* & propterea domini
dixerunt non eſſe habendam rationem Petri, Ful-
uij, & Ludouici Rinaldi contrarium atteſtantium,
2 quia eſt fides, quæ non facit fidem, & † aduerſus in-
ſtrumentum requiruntur plenæ, apertiſſimæ, & con-
cludentiſſimæ probationes. *Bero. conſ. 146. ſub num.
54. lib. 2.* & fuit dictum in illa Romana Cenſus ſcu-
torum decem & octo millium.

Nec obſtat quod iſti fuiſſent deputati à Congre-
gatione S. Bernardi ad emendum Cenſum de quo
agitur: quia poſt emptionem, & ius in eo quæſitum
Monialibus non potuerunt in earum præiudicium
aliquam declarationem facere, vt in terminis fuit
reſolutum *in illa Romana Cenſus ſcutorum decem &
3 octo millium.* Facit quod dicitur Cõfeſſionem † ſpon-
taneam procuratoris non nocere domino. *Alex.
conſ. 130. num. 6. lib. 4. Pariſ. conſ. 115. nu. 21. & ſeqq.
4 lib. 1.* ſicut † nec confeſſio Prælati præiudicat Ec-
cleſiæ, *c. 2.* vbi *Gloſ. in verbo, conuentum, de Teſtib. in
6. Feder. de Sen. conſ. 143. num. 2. Ang. conſ. 145. nu. 8.*
fuit dictũ *in Veronenſi Iuriſdictionis, 18. Martij, 1596.
5 coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio.* & † tantò mi-
nus quando continet iuris remiſſionem. *Bero. conſ.
6 116. num. 11. lib. 1.* & † tendit ad diſtractionem re-
rum ipſius Eccleſiæ. *Abb. in c. fin. num. 44. verſ. &
non credo quod præiudicet Eccleſiæ, de Præſcr.* Et tantò
minus præiudicare habet atteſtatio dictorum de-
putatorum, quia illum redarguit ſolutio fructuum
7 integri Cẽſus per decem annos, & vltra; quod † vti-
que non feciſſet Laurentius bene informatus de
quantitate pretij ſoluta; Quia eadem met die, qua
fuit Cenſus ſtipulatus acceſſit vti fideiuſſor tam pro
euictione, quam pro ſolutione eiuſdem, & habuit
penes ſe apocham prædictam.

Neque dici poteſt quod ipſe ſoluerit eo quia pre-
tium fuit integrè ſolutum, ſed ex interuallo non in
actu ſtipulationis, quia quando de contrario non
cõſtaret; vt dictum eſt adhuc repugnat ſolutio fru-
ctuum,

Digitized by Google

ctuum. Quia Laurentius erat Prælatus, & iuris peritus, qui optimè ſciuiſſet nullitatem Cēſus propter Conſtitutionem *Pij V.* & propterea tot fructus indebitos ſciens non ſoluiſſet, argum. *l. merito, ff. de Probat.* Nec obſtat quod dicitur iſtos deputatos potuiſſe declarare actum per ipſos geſtum, quia iſta
8 non eſt declaratio, † cum non verſetur circa rem dubiam, ſed circa rem claram, quæ non tollit ius quæſitum ex actu declarato. *Paul. de Caſtro, conſ. 338.*
9 *ad fin. lib. 1. Dec. conſ. 114. poſt num. 5.* Et † nullo modo poteſt dici declaratio illa, quæ non exponit, ſed perimit actum. *Bal. in l. 1. in fin. C. de liber. præter.*

R. P. D. Corduba Leodienſis Cenſus, 11. Decembris, 1596.

SVMMARIA.

1 *Notarius datus in adiunctum debet ſe ſubſcribere, alias proceſſus eſt nullus.*
2 *Comparens coram Iudice recuſato, cenſetur renunciare recuſationi.*
3 *Proceſſus compulſorialis eſt nullus, ſi Notarius non iuret de fideliter exercendo.*
4 *Proceſſus extractus vigore compulſoriæ, debet conferri cum proceſſu originali compulſato.*
5 *Cenſus conſtitutus cōtra formam Bullæ Pij V. eſt nullus.*
6 *Impoſitio Cenſus dicitur quædam alienatio.*
7 *In alienatione rerum Eccleſiæ requiruntur copulatiuè iuſta cauſa, & ſolemnitates.*
8 *Clauſula, ſi vocatis vocandis conſtiterit, requirit ordinem iudiciarium.*
9 *Cenſus creatus à Prælato ſuper bonis Eccleſiæ ad fauorem ſui conſanguinei, eſt ſuſpectus.*
10 *In alienatione rei Eccleſiæ facta ob vtilitatem, emptor non tenetur probare pretium eſſe verſum in vtilitatem Eccleſiæ.*
11 *Secus ſi alienatio fiat ob neceſſitatem, quia emptor tenetur probare pretium eſſe verſum in cauſam enunciatam.*

DECISIO VIII.

PRo parte Dominorum de Naſque multa allegabantur ad oſtendendum proceſſus, & acta de partibus de nouo compulſata, non eſſe integrè extracta.

Nam Primò dicebant, quod cum cauſa fuiſſet introducta coram Officiali Leodienſi, coram Balthaxare de Auguſto, Decano S. Bartholomæi Leodienſi, coram duobus Canonicis Eccleſiæ Leodienſis, corā Officiali Næmuricenſi, & corā Decano S. Georgij Colonieſi, & vltimò coram Decano S. Martini Leodienſi non fuerunt integrè exhibiti, ſed ſolum eorum principium. Sed hanc difficultatem Domini reiecerūt, quia vt videri poteſt ex progreſſu non fuerunt plures inſtantiæ, ſed vnica continens plures auuocationes à Iudicibus, quibus commiſſiones fuerant præſentatæ, in quarum vim cœperant procedere, & ſic exhibita fuerunt, & producta acta, quæ quilibet Notarius habebat, vt fol. 30. 35. & 37.

Secundò opponebant quod coram Decano Sancti Martini fuerat præſentata Bulla Benedicti & alia iura pertinentia, & concernentia bona, & facultates poſſeſſas iuſto titulo ab Abbate, & tranſumptum priuilegiorum Cleri, ſecūdum exemptiones, & concordiam Cleri cum Epiſcopo Cardinale Grosbech ſuper depoſitiones huius Abbatis, de cuius mala alienatione, & diſſipatione bonorum Monaſterij agitur, vt patet ex ſummario, *nu. 2.* de quibus non apparebat in proceſſu. Quæ oppoſitio minus fuit admiſſa, quia quamuis impreſſus priuilegiorum, & proceſſus huiuſmodi fuerint exhibiti, nō tamen regiſtrati, & cum non fuerint de actis, vt patet *fol. 83. & 84.* illorum tranſportatio non erat neceſſaria præſertim cum illa priuilegia tenderent ad declarationem Iuriſdictionis Iudicis.

Tertium obiectum fundabatur in extractione facta ab Andrea Chriſtiani Notario ſolo cui Domini de Naſque curauerāt adiungi alium Notarium Matthæum Lamborceget, & ſic quod caret omni
1 fide ex regula, quod † quando datur Notarius adiunctus, tunc ambo Notarij debent ſubſcribere, & ſignare, & ſi aliter fiat, proceſſus eſt nullus, ad not. *in c. quoniam contra, vbi Abb. num. 32. Felin. 41. & 43. de Probat. Guido Papa, decis. 122. num. 2. Anend. de exequut. mandati, cap. 15. nu. 475. & ſeq. & cap. 23. nu. 13.*
2 ſed placuit Dominis reſponſio, quod † per actus poſtea factos à Dominis de Naſque corā ſolo Andrea fuit receſſum in recuſatione, iuxta *not. in c. cum ſpeciali, vbi Abb. num. 12. in fine, de appell. Alex. conſ. 12. num. 6. lib. 5.* Vltra quod Abbati non poterat imputari, quod non curauerit dictum Matthæum interuenire deſcriptioni, nam ſignata fuit tantum ad effectum remouendi ſuſpicionem, *Amb. ſi verò, vbi Iaſ. num. 2. C. de Iudic. Idem Iaſ. in l. Prætor. §. cogendi, num. 4. de eden. Ann. conſ. 220. num. 12.* quæ ſuſpicio fuit ſublata ex hoc quod proceſſus fuit præſente parte publicatus, ſubſcriptus, & auſcultatus.

Non obſtat quod Notarius non præſtiterit iu-
3 ramentum fidelitatis exercende † ſine quo compulſatio eſt nulla, quia Notarius etiam quod in creatione præſtet iuramentum, nihilominus non admittitur ad exercitiū, niſi ſit examinatus per Vicarium, ſeu officialem, & de nouo iuramentum præſtet de fideliter adminiſtrando, vt eſt notorium in illis partibus.

Quartò fuit appoſitum, q in eiſdē proceſſibus deficiebāt cōmiſſiones directæ dictis Iudicibus, & illarum præſentationes. Sed admiſerūt Domini reſponſionem datam, quod ſcilicet, commiſſiones ſunt inſertæ in citationibus, quod ſufficit præſertim ex ſtilo illarum partium. Quo verò ad defectū collationis, quam dicebant eſſe factam cum proceſſu compulſato penes Notarium remanente, quod non ſuf-
4 ficit, † quia debuit fieri cum originali, vt fuit reſolutum *in Legionenſi Præſtimoniorum 28. Ianuar. 1584. coram R. P. D. meo Pamphilio,* non fuit habita conſideratio, cum detur actus collationis, qui dicit illam fuiſſe factam cum originalibus proceſſibus productis coram compulſoro.

Sed quātum ad iuſtitiam ſententiæ Rotalis contra Cenſum, duo opponebantur pro parte Mona-
5 ſterij. Primum, quod contra *Bullam Pij V.* non † fuit conſtitutus Cenſus in prompta, & numerata pecunia,

Digitized by Google

nia, ſed per viam confeſſionis de recepto, & illa etiã
ſuſpecta tamquam facta à Prælato, qui malè verſa-
batur in rebus Eccleſiæ, & ad fauorem conſangui-
nei. Quam nullitatem Domini complexi ſunt tam-
quam claram, & expreſsè contra diſpoſitionem di-
ctæ Bullæ.

Secundò opponebatur defectus ſolemnitatis, &
cauſæ, quæ ſuper impoſitione Cenſus ſuper re Ec-
6 cleſiaſtica (quæ † dicitur ſpecies alienationis, *c. nul-
li, de reb. Eccleſ. non alienan. Tiraq. de retractu Lignag.
§. 1. Gloſ. 6. num. 6.*) copulatiuè requiruntur ſicuti
7 † in rei Eccleſiæ alienatione, *c. 1. de reb. Eccleſ. non
alien. lib. 6. Clem. 1. eod. tit. Couar. Variar. reſolut. lib. 2.
cap. 17. num. 3.* & quantum ad ſolemnitatem illam
dicebant Domini non ſuppleri ex cõfirmatione of-
ficialis Leodienſis in executionem gratiæ Legati,
quia non fuerat ſeruata illius forma propter clau-
8 ſulam. † Poſtquam vocatis vocandis ſibi conſtite-
rit, quæ operatur vt debeat ſeruari ordo iudicia-
rius, *c. exhibita, vbi Abb. num. 6. de Iudic.* Qui ordo
non fuit ſeruatus, cum Conuentus, qui omnino erat
vocandus non fuerit vocatus.

Fuit etiam conſideratum, quod nec etiam cauſa
neceſſitatis eſſet bene probata, vt fuerat dictum *in
hac cauſa coram R. P. D. meo Orano*, præſertim cum ver-
ſemur in materia ſuſpecta, tum propter qualitatem
Prælati, quæ ſimiliter conſiderata fuit *in cauſa Pla-
centina de Puteoboncllis coram R. P. D. meo Decano*, tum
9 † etiam quia Cenſus imponebatur ad fauorem con-
ſanguinei, iux. not. *in Auth. quibuſcumque, C. de ſacroſ.
Eccleſ. Alciat. de Præſumpt. reg. 1. Præſumpt. 29.* &
fuit dictum *in Romana Caſalis coram Cantuccio, 10.
Martij, 1578. eſt deciſ. 65. num. 18. par. 2. diuerſ.* vltra
quod iſta neceſſitas non probatur per teſtes validè
examinatos.

Nec etiam probatur quod pecunia verſa fuerit
10 in vtilitatem Eccleſiæ: quidquid † enim dicendum
ſit quando alienatio fit ex cauſa vtilitatis, quo caſu
emptor non debet eſſe ſollicitus de verſione, ſecus
11 † tamen dicendum erat quando fit ex cauſa neceſ-
ſitatis pro ſoluendo ære alieno: tunc enim onus pro-
bandi quod pretium ſit verum in illam cauſam ſpe-
ctat ad eum, in quem fuit facta alienatio, *Inn. in c. 1.
depoſit. verſ. vel forte. Bal. in Auth. hoc ius porrectum,
num. 2. C. de ſacroſ. Eccleſ.* fuit reſolutum *in Romana
Domus de Pinonibus, de anno 1581. coram b. m. Rubeo,
& in cauſa Romana Caſalis Palazzetti, de anno 1587.
coram Reuerendiſſimo Oriolenſi*, & in quampluribus
aliis cauſis.

Ex quibus reſponderunt Domini inta eſſe in for-
ma probãti, & ſententias Rotales eſſe confirmãdas.

Illuſtriſſimo Cardinali Mellino, Romana ſocietatum, Lunæ 29. Ianuar. 1601.

SVMMARIA.

1 *Societas non poteſt contrahi ſuper officio, niſi vſque ad illius valorem.*
2 *Societas contracta vltra valorem officij, non ſuſtinetur in vim alterius contractus.*
3 *Societates officiorum, cur ſint licitæ, & num. 16.*
4 *Periculum in ſocietate officij, quomodo inter ſocios communicari dicatur.*
5 *Officium eſt de Regalibus, & non poteſt oppignorari, & quomodo hoc procedat, infra.*
6 *Officium ſemper remanet integrum penes officialem.*
7 *Officium quo ad titulum non poteſt alienari, ſine conſenſu Papæ.*
8 *Officia ſunt in commercio, & eorum fructus poſſunt in totum communicari.*
9 *Socij plures an poſſint ſuper eodem officio admitti, & infra.*
10 *Obligatio ad intereſſe ſuccedit in obligationibus facti.*
11 *Socius eo ipſo eſt admiſſus in officio, eſt ei cõmunicatum officium, & non eſt amplius communicabile.*
12 *Cenſus vitalitij ſuſtinentur propter periculum vitæ.*
13 *Officium cum eſt in totum grauatum, nil remanet officiali periculo expoſitum.*
14 *Periculum cum periculo compenſatur.*
15 *Societatis contractus, ceſſante periculo vitæ, non ſuſtinetur in vim ſponſionis.*
17 *Societas, finito periculo, remanet purum mutuum.*
18 *Societas etiam ſuper re aliena contrahi poteſt in præiudicium contrahentis.*
19 *Officia non poſſunt ſubhaſtari, niſi cum magna difficultate, & de licentia Papæ.*
20 *Societatis contractus ſine officio, redditur vſurarius.*
21 *Conſuetudo eſt obtinenda in contradictorio iudicio, parte opponente.*
22 *Conſuetudo non inducitur ex ſententijs difformibus.*
23 *Conſuetudo non ſuffragatur in materia vſurarum.*

DECISIO IX.

HONORIVS Trincius ſuper ſuo officio
militiis Pij valoris ſcutorum quingen-
torum acceperat à Lælio Baſſiano di-
uerſis temporibus plures pecuniarum
quantitates longè excedẽtes valorem
officij. Dubitaui an iſtæ ſocietates of-
ficij fuerint validæ in totum, vel ſolum vſque ad va-
lorem officij, & Domini fuerunt cõcordes, quod ſo-
cietates officij initæ cum eadem perſona ſuper eo-
dem officio ſuſtineãtur ſolum vſque ad valorem of-
ficij, & non vltra. mouebantur Primò propter *Con-
ſtitutiones fel. record. Pauli IV. & Pij IV. in Conſtitu-
tione enim Pauli IV.* prohibentur contrahi ſocietates
officij vltra medietatem valoris officij, & requiritur
ſupplicatio ſignata manu Papæ. *Conſtitutio verò Pij
IV.*, continet moderationem illius Conſtitutionis,
1 & permittit † vt in futurum contrahi poſſint ſocie-
tates ſine ſupplicatione vſque ad valorem officij, &
non vltra. & quãuis nõ reperiatur publicatio Con-
ſtitutionis Pij IIII. tamen dicebant Dñi, quod aut iſta
Conſtitutio fuit publicata, & ſocietates vltra valorẽ
non ſuſtinentur, aut non fuit publicata, & multò
minus ſuſtinentur: quia ſi iſta Conſtitutio non ha-
buit effectum, remanet Conſtitutio Pauli IV. prohi-
bens contrahi ſocietates vltra medietatem valoris
officij. Vltra quod ſi publicatio eſt neceſſaria in
Conſtitutionibus emanatis motu proprio, illa eſt
multum veriſimilis, cum iſta Conſtitutio reperiatur
regiſtrata in Secretaria Apoſtolica, impreſſa ab Im-
preſſoribus, Cameralibus, & publicè vendita, &
vſque ad hanc diem fuerit ſemper allegata in deci-
ſionibus cauſarũ, & obſeruata abſque aliqua con-
tradictione. Et ceſſat ſecundum Dominos omnes
diffi-

difficultas, quia in Pontificatu Pauli *IV*. expedie-
bantur ſuper huiuſmodi ſocietatibus ſupplicatio-
nes, quæ vigore illius Conſtitutionis erant neceſſa-
riæ, & poſt iſtam Conſtitutionem *Pij IV*. non fuerũt
amplius expeditæ iuxta formam iſtius conſtitutio-
nis, & ſocietates fuerunt contractæ vltra medieta-
tem valoris officij. & ex iſta obſaruantia ſubſequu-
ta ſatis apertè declaratur quod iſta Conſtitutio *Pij*
IV. fuit publicata, & habuit effectum.

Secundò circumſcriptis etiam iſtis conſtitutioni-
2 bus mouebantur Domini: Quia † ex diſpoſitione
iuris communis iſtæ ſocietates non poſſunt ſuſtineri
in exceſſu neque in vim contractus ſocietatis, neque
in vim alterius contractus.

Quantum ad contractum ſocietatis notiſſima eſt
illius forma, quod partes ineunt ſocietatem ſuper
officio, & officialis facit participem fructuum eum,
qui dat pecunias pro rata parte, quam partem pro-
pter incertitudinem fructuum officij, & ad effectum
euitandi labores computorum idem officialis redu-
cit ad rationem duodecim pro centenario, & ideo
3 † cum dans pecunias admittatur ab officiale in ſo-
cium officij, & ad participandum de fructibus; in eo
quod ſocietates excedunt valorem officij, ceſſat of-
ficium quod eſt ſubiectum ſocietatis, & communi-
catio fructuum, quorum ſocius pecunias conferens
particeps fieri poſſit, & conſequentes ſine ſubiecto,
& communicatione fructuum non poteſt conſiſte-
re ſocietas, *l. verum. ff. pro ſoc. in fin.* & duodecim
pro cẽtenario percipiuntur ex pecunia, ex qua non
poſſunt licitè percipi fructus. Et quamuis officium
non pereat communi periculo, ſed per mortem offi-
cialis totum pereat damno ipſius contra naturam
contractus ſocietatis, tamen ex hoc non ſequitur
4 quin officium ſit ſubiectum ſocietatis: quia † pro
maiori commoditate contrahentium periculum ſo-
cietatis inter ſocios communicatur: ſi enim officia-
lis moritur, officium amittit; & è contra ſi moritur
ille qui dedit pecunias amittit ſuum capitale, & ſic
cum effectu compenſatur periculum cum periculo.

5 Nec placuit Dominis, quod † officia ſint de rega-
libus, & non poſſint pignorari, vel obligari, & ideo
licet ſocietates abſorbeant totum officij valorem,
6 officium † ſemper remanet integrum penes officia-
lem: & conſequenter remanet etiam ſubiectum ſo-
cietatis, & res quæ poſſit cõmunicari: quia per iſtum
contractum non alienatur officium, ſed ſocius ad-
mittitur ſolùm ad participationem fructuum, & in
exceſſu non remanent fructus qui poſſint commu-
7 nicari. Præterea † licet titulus officij non poſſit alie-
nari ſine conſenſu Papæ ad effectum euitandi frau-
des, & vt poſſit eſſe certus de vacatione, tamen re-
ſpectu cõtrahentium (dummodo non mutetur per-
ſona officialis, & remaneat periculum vitæ in ea-
8 dem perſona) officia † ſunt in communi commer-
cio, & poſſunt etiam in totum fructus communica-
ri, vt fuit dictum *in cauſa Romana officij ſcriptoriæ, 1.*
Aprilis, 1588. coram R. P. D. meo Pamphilio, & tan-
tò magis per viam contractus ſocietatis, qui aliter
iniri non poteſt, & permittitur à Papa etiam ſine li-
centia. Nec obſtat quod ſicut idem prædium, &
fructus illius poſſunt vendi pluribus perſonis, ita
9 † pariter ſuper officio, & illius fructibus poſſint ad-
mitti plures ſocij, quia inter iſtos duos caſus ratio
diuerſitatis eſt euidens. Quando enim eadem res
venditur pluribus venditio eſt valida, quia cũ ven-
ditor teneatur ſolum tradere, & ſic ad factum cuius
10 † loco ſuccedit obligatio ad intereſſe, ſi non poteſt
ſecundo emptori tradere idem prædium, vel fructus
illius ſoluendo intereſſe liberatur; ſed in ſocietate
11 ſecus eſt, quia non † poteſt conſiſtere ſine officio, &
eo ipſo quod eſt admiſſus aliquis in ſociũ officium,
eſt ei communicatum, & non eſt amplius commu-
nicabile, & conſequenter de tempore contractus
nihil remanet penes ſocium quod poſſit alteri com-
municare, & ſuper eo admittere alium in ſocium.

Quod verò non poſſint ſuſtineri in iuri alterius
contractus fundamẽtum Dominorum fuit: quia in
vim Cenſus vitalitij propter periculum vitę æſtima-
bile pecunia, iuxta *conſ. Oldr. 207.* non poteſt ſuſti-
12 neri: quia † de natura huius Cenſus vitalitij eſt,
quod pecunia repeti non poſſit, & ſuſtinetur ſolum
propter incertitudinem vitæ, vt per *Dec. conſ. 113.*
ſub nu. 1. & ideo cum dans pecuniam ad ſocietatem
poſſit illas repetere elapſis ſex mẽſibus iſte cõtractus
ẽ cõtrarius naturæ Cenſus vitalitij. Rõne verò aſſum-
13 pti periculi non poteſt ſuſtineri, quia † quando offi-
cium eſt grauatum in totum, non exiſtente officio,
nec fructibus nihil remanet officialis periculo expo-
ſitum pro cuius aſſecuratione aliquid præſtari poſ-
ſit. nihil intereſt, *l. periculi, ff. de nautic. fœn.* Et
etiam quia nullum periculum transfertur in officia-
14 lem pecunia æſtimabile, cum † periculum periculo
15 compenſetur. Et † ceſſante periculo non põt etiam
ſuſtineri in vim contractus ſponſionis, quia iuſtitia
ſponſionis pariter eſt fundata ſuper periculo. Et li-
cet *Sot. de Iuſt. & iure, lib. 6. quæſt. 6. art. 2. col. pen. Na-*
uar. conſ. 29. num. 3. de vſur. nitantur ſolum iuſtifica-
re iſtos contractus ratione aſſumpti periculi, & aſſe-
curationis, & in vim ſponſionis, tamen vterque eo-
rum præſupponit exiſtentiam, & capacitatem offi-
cij, & dubitant ſolum de validitate huius cõtractus,
quia non poteſt reduci ad rationem Cẽſus, cum ca-
pitale poſſit repeti finitis ſex menſibus; neque po-
teſt ſuſtineri in vim cõtractus ſocietatis: quia ſocius
iuxta naturam ſocietatis non ſubit periculum amiſ-
ſionis officij, & ideo putant illum eſſe reducendum
ad contractũ aſſecurationis, vel ſponſionis; ſed cum
in iſto contractu periculum cum periculo compen-
ſetur, vt dictum fuit, ceſſat eorum fundamentum &
contractus remanet licitus ex ſui natura, & ſuſtine-
tur ex lege Societatis, neque eget iuſtificatione re-
ducendo illum ad aliam ſpeciem contractus, quem
contrahentes non intellexerunt inire, & tantò ma-
gis cum in vim illorum contractuum non poſſit ſu-
ſtineri.

Tertiò dicebant Domini non eſſe recedendum
ab hac opinione, quia vltra rationes concurrunt
etiam auctoritates Doctorum. Hanc enim opinio-
nẽ ſemper tenuit Rota, vt patet ex multis Deciſio-
nibus factis in hac materia in *cauſa Romana ſocieta-*
tis de Ferris, 6. Nouembris, 1581. coram R. P. D. meo Se-
raphino, in cauſa Romana ſocietatis de Luchinis, 24. Ia-
nuarij, 1575. coram Illuſtriſſimo Cardinali Blanchetto,
& coram eodem in alia Romana ſocietatis, 28. Ianuarij,
1591. & 20. Octobris, 1595. & in alia Romana ſocie-
tatis, 1. Iulij, 1596. coram R. P. D. meo Corduba. Et De-
ciſiones, quæ allegantur in cõtrarium non tangunt
iſtum

iſtum caſum, & in eis ſemper præſupponitur exi-
ſtentia, & capacitas officij.
16 Licet † enim iſte contractus ſuſtineatur ratione
periculi, vt fuit dictum in cauſis *Romana compromiſſi,*
& Forolinienſi ſocietatis coram b.m. Epiſcopo Laureta-
17 *no*, & ideo † ceſſante periculo remanet purum mu-
tuum, & fructus non debentur, vt fuit reſolutum *in*
Cauſa Romana ſocietatis coram b.m. Cardinali Lance-
lotto, & Romana damnorum coram Cotta, tamen ex
hoc non ſequitur, quod ſocietates ſuſtineantur ſo-
lum propter periculum abſque officio, & quod non
requiratur exiſtentia, & capacitas officij. In cauſa
verò Romana, ſeu Tuſculana ſocietatis. officium
erat capax, & fuit reſolutũ ſocietatem ſuſtineri, quia
18 etiam † ſuper re aliena poteſt contrahi ſocietas in
præiudicium contrahentis, & præſertim cum adeſ-
ſet probabilis ignorantia dantis pecuniam ad ſo-
cietatem officij, quæ in hoc caſu ceſſat. Et alia deci-
ſio, quæ allegatur *in cauſa Romana ſocietatis de Luchi-*
nis, quod à communiter accidentibus inſpiciantur
potius fideiuſſores, quam officia, quæ ad colorãdum
cõtractum, & ad euitandum vſurariam prauitatem
interponuntur, non facit ad rem, quia licet habea-
tur reſpectus magis ad fideiuſſores, quã officia, cum
19 † officia non poſſint ſubhaſtari niſi cũ magna diffi-
cultate, & de licentia Papæ, & à fideiuſſoribus ſit
facilior exactio; tamen ex hoc non infertur, quod
ſocietates ſuſtineantur abſque officio, & potius illa
deciſio confirmat hanc opinionem, cum admittat
20 † contractum ſocietatis ſine officio eſſe vſurarium,
& ſic Rota numquã receſſit ab hac opinione, quam
etiam ſequuti ſunt multi Iudicis extra Rotam, ad-
hibito etiam conſilio Theologorum, & omnes re-
centiores qui de iſtis ſocietatibus ſcripſerunt.

Et denium articulo diligenter diſcuſſo eadem
opinio placuit Congregationi ad iſtum effectum à
S.D.N. inſtitutæ, cui interfuerunt quinque Illuſtriſ-
ſimi Cardinales; tres Auditores Rotæ antiquiores,
& tres Theologi.

Non obſtat quod ex cõſuetudine ineundi ſocie-
tates vltra valorem officij iſti contractus ſuſtinen-
21 tur ex bona fide contrahentium. Quia † iſta con-
ſuetudo non probatur obtenta in cõtradictorio iu-
dicio cũ oppoſitione partium, & effectuationi man-
data prout probari debet, & conſtat de contrario
ex Deciſionibus factis in diuerſis cauſis, ſecundum
22 quas fuit iudicatum & † conſuetudo non inducitur
ex ſententiis difformibus, *Alber. in l. quæſitum, §. ſi*
quod eodem, ff. de fundo inſtructo, Aim. conſ. 96. num. 5.
23 Vltra quod ſi probaretur non releuaret, quia † con-
ſuetudo non ſuffragatur in materia vſuræ, *c. quia in*
omnibus, de vſur. & fuit latè deductum *in cauſa Roma-*
na ſocietatis, 2. Iunij, 1570. coram b.m. Cardinali Lan-
celotto.

R. P. D. Penia, Viterbienſis Cenſus, 31. Maij, 1591.

SVMMARIA.

1 *Cenſus extinguitur perempta re, ſuper qua fuit impoſi-*
tus.
2 *Fundamento ſublato corruit ædificium.*
3 *Pretium Cenſus non reſtituitur perempto fundo, ſuper*
quo fuerat conſtitutus.
4 *Annua reſponſiones Cenſuales, ſunt legitima via conſe-*
quendæ.
5 *Contractus Cenſus, eſt licitus.*
6 *Contractus, qui publicè frequentantur, præſumuntur*
liciti, non vſurarij.
7 *Perſona honeſta à ſuſpicione vſuræ, eſt libera.*
8 *Pactum quod Cenſus ſit liber à quocumque caſu, intel-*
ligitur de caſu reſpectu fructuum, non reſpectu rei.
9 *Sterilitas vnius anni cum vbertate alterius compenſa-*
tur.
10 *Exempla non reſtringunt, ſed declarant regulam in qui-*
bus terminis loquatur.
11 *Pactum quod ſi iuxta certum tempus non ſoluantur*
fructus Cenſus, vel fideiuſſores non renouentur, poſſit
repeti ſors principalis defenditur.
12 *Interpretatio ea capienda eſt, quæ magis fauet animæ.*
13 *Intellige in foro Poli, ſecus in foro exteriori.*
14 *Pactum quod Cenſus redimi non poſſit, eſt illicitum.*
15 *Intelligi ſi fiat ad commodum emptoris Cenſus, ſecus*
ſi alterius.

DECISIO X.

SEVERINVS Meſſinus anno 1567. vẽ-
didit D. Sebaſtiano Vantio Epiſcopo
Vrbeuetano vnum annuum Cenſum
ſcutorum octuaginta liberũ, & exem-
ptum à quocumque grauamine, ſeu
impoſitione tam ordinaria, quam ex-
traordinaria, & à quocumque etiam fortuito caſu,
Maximè belli, peſtis, grandinis, tempeſtatis, vis ma-
ioris, ſeu quouis alio vel diſſimili deſurſum, vel deor-
ſum prouenientе, & in eiuſmodi euentu tãtumdem
de ſuo donare liberè velle dixit de ſemeſtre in ſe-
meſtre ac in principio cuiuſlibet ſemeſtris annua-
tim perſoluendum cum promiſſione, quod caſu quo
per ſpatium ſex menſium ipſe, vel eius heredes in ſo-
lutione ceſſarent, tunc agi poſſit contra eos ad re-
ſtituendum pretium, ſeu ſortem principalem: Et ca-
ſu quo huiuſmodi Cenſus fuerit venditus, donatus,
vel legatus fabricæ alicuius Capellæ, ſeu alteri pio
loco, non poſſit redimi, niſi alius Cenſus ſimilis ei-
dem pio loco donaretur. Qui pro iſto Cenſu fuerat
obligatus eũ veluti vſurarium coram Auditore Ca-
meræ accuſauerat, & cum D. Locumtenens A.C.
meũ ſuffragium exquireret, ego inclinabam in par-
tem affirmatiuam, quod cõtractus eſſet feneratitius,
tum quia Cenſus eximebatur ab omni caſu etiam
fortuito, quæ conditio videtur repugnare naturæ
1 Cenſus, † cum perempta re ſuper qua imponitur,
confeſtim extinctus cenſeatur. neque enim verum
eſt, quod ſcripſit *Sot. lib. 6. de Iuſt. & iure, q. 5. art. 1.*
videlicet, hanc conditionem non contineri in *Ex-*
trauag. Martini V. & Calix. III. de empt. & vendit.
Nam ſicut prudenter monuit *Nauar. tract. de vſur.*
num. 73. & 74. non ideo id exprimere omiſerunt illi
Pontifices, quia aliud ſentirent, ſed propterea quod
2 de ea re non dubitarent. Nam † certum eſt ſublato
fundamento non ſuſtineri fundatum, *c. cum Paulus,*
1. q. 1. ſolum enim dubitabatur an qui pretia rece-
piſſent ad ſolutionem tenerentur cum Cenſus ob
quos data fuerunt pereuntibus prædiis perirent, cui
dubi-

dubitationi reſpondentes Pontifices diffiniuerunt
3 prædiis † pereuntibus non reſtitui pretia, nõ autem
dicunt non extingui Cenſus. Tum etiam ex illa con-
ditione, quod ſi venditor ceſſaret à ſolutione fru-
ctuum per ſex menſes, tũc ad ſolutionem ſortis prin-
cipalis compelli poſſet: hoc enim naturam Cenſus
4 perpetui oppugnat. Nam † is, cui debentur fructus
Cenſuum legitima via agere debet ad eos conſe-
quendos, verum talem pactionem apponere non
licet ad tradita per *Conrad. de Contract. quaſt. 83.*

Cum autem ex aduerſo peteretur vt cauſam pro-
ponerem in Rota illam propoſui ſub die 11. *Februa-
rij*, 1591. & Domini tunc dixerunt, quod cauſa con-
cordaretur. Sed cum agentes pro validitate cõtra-
ctus nollent concordiam inire iterum cauſa propo-
ſita ſub die 31. *Maij*, fuit concluſum per Dominos
contractum eſſe validum, & licitum.

5 Primum conſiderabant † iuxta Conſtitutiones
Mart. V. & Calix. III. Cenſum iuſto pretio vẽdi poſ-
ſe, vt concludit etiam *Anch. conſ. 30. & Decian. conſ.
2. num. 68. & ſeq. lib. 1.*

Item iſtum Cenſum fuiſſe creatum & venditum
cum præfatis pactionibus de anno 1567. & ſic ante
Conſtitutionem *Pij V.* de Cenſuum creatione, quæ
fuit edita de anno 1568. & ſub prædicta forma tũc
6 publicè, & palàm frequentabatur, † vnde præſume-
batur licitus, non vſurarius. *Grat. conſ. 39. num. 4. &
conſ. 49. num. 12. lib. 2. Socin. iun. conſ. 22. num. 3. lib. 4.
Crauet. conſ. 327. num. 21. Rol. conſ. 58. num. 18. & 19.
lib. 4.* Accedebat qualitas perſonæ contrahentis vi-
delicet, D. Sebaſtiani Vantij Epiſcopi Vrbeuetani,
viri probatæ vitæ, & bonæ opinionis & famæ, in
7 quem non facile cadit ſiniſtra ſuſpicio: nam † ge-
neraliter honeſtæ perſonæ à ſuſpicione vſurarum re-
leuantur, *Crauet. conſ. 145. num. 24. Decian. d. conſ. 2.
num. 83. Menoch. conſ. 343. num. 17.*

Non obſtat primum pactum, quo Cenſus eximi-
tur à quocumque grauamine, ſeu impoſitione & à
quocumque caſu etiam fortuito, cũ tamen debeat
ſuper re certa ac diffinita ita conſtitui, vt ea perem-
pta, perimi debeat iuxta intellectum *Extrauag. Con-
ſtitutionis Martini V. & Calix. III. ſub tit. de empt. &
vendit.* & receptam opinionem, quam profitetur
Rom. conſ. 412. num. 4. & Pariſ. conſ. 75. num. 31. lib. 4.
Nam Domini dicebãt ad excludẽdum vſuram pa-
8 ctum poſſe † referri ad caſum fortuitum contingen-
tem ſuper fructibus, vt videlicet Cenſus deberet eſ-
ſe liber, & immunis ab omni, & quocumque caſu
fortuito non rem ipſam ſtabilem ſuper qua Cenſus
ipſe impoſitus totaliter perimente, & deſtruente:
nã tunc certum eſt Cẽſum ipſum eſſe totaliter peri-
mendum, ſed à caſu deuaſtante fructus ipſius rei,
Pariſ. d. conſ. 75. nu. 31. lib. 4. & fuit reſolutum *in vna
Romana nullitatis Cenſus ſub die* 4. *Nouembr.* 1583. *co-
ram D. Lauretano.* Nec verba pacti videbantur hunc
ſenſum excludere illa, videlicet belli, peſtis, gran-
dinis, tempeſtatis, vis maioris, &c. quibus ſignifica-
tur non interitus, & deſtructio rei ſtabilis, ſed potius
fructuum inde prouenientium ita vt propter bel-
lum, vel peſtem, vel grandinem, vel turbinem ven-
ti, aut ignis deſurſum, aut deorſum prouenientis vel
domus fructum habitationis, vel agri, aut prædia,
vel vineæ fructum meſſium vel vini reddere aliquo
tempore non valeant; hoc enim caſu licitum eſt pa-
ctum de non petendo reductionem, ſeu defalcatio-
9 nem: nam † ſterilitas vnius temporis cum vbertate
alterius compenſari poteſt, *l. licet, C. locat. c. propter
ſterilitatem, de locat.* Iſta enim exempla quamuis non
10 reſtringunt, † declarant tamen regulã procedere in
terminis ſimilibus. *Oldr. conſ. 244. num. 14. Socin. iun.
conſ. 2. num. 1. lib. 4.* Quod fiebat euidentius ex eo
quod in eiuſmodi euentu debitor Cenſus tantun-
dem de ſuo liberè velle donare dixit: & ideo dona-
tio debet reſtringi, vt non intelligatur de æſtima-
tione totius Cenſus, ſed illius anni, vel temporis quo
in fructibus contigit ſterilitas, ſeu interitus, arg. *l.
cum de indebito, ff. de Probation.*

Non obſtat aliud pactum quod ſi per ſex menſes
ceſſatum fuerit à ſolutione Cenſus, vel fideiuſſores
nõ fuerint renouati, poſſit cogi ad pretij reſtitutio-
11 nem: quia † fuit per Dominos reſpõſum hoc etiam
pactum non eſſe pretium, ſed ſi ipſe non obſeruaue-
rit contractum celebratum cum iuramento: tunc
enim reſoluitur per *l. ſi quis maior, C. de tranſact.* & ei
culpa poteſt imputari, *l. quod quis, ff. de reg. iur.*

12 Nec obſtat quod † in dubio ea ſit facienda in-
terpretatio, quæ magis fauet animæ, *Caſſad. deciſ. 1.
num. 1. de vſur. Prob. in c. quamquam, num. 39. de vſur.
lib. 6. Menoch. conſ. 107. num. 24.* quod vtique contin-
geret hoc caſu ſi fieret interpretatio declarando
13 iſtum contractum fuiſſe fœneratitium: nam † regu-
la procedit in foro conſcientiæ, ſiue in foro Poli, ſe-
cus tamen eſt in foro exteriori, ſiue ciuili, ſiue in fo-
ro fori, *Rol. conſ. 40. lib. 2. num. 4.*

Poſtremo Domini dixerunt non obſtare illud pa-
ctum de non redimendo Cenſum alicui pio loco
donatum, niſi alius Cẽſus ęquè idoneus donaretur,
cum id non liceat ad *Nauar. de vſur. num. 72. & 78.*
Quoniam *Nauar.* loquitur abſolutè quando per pa-
ctum conuentum eſt ne Cenſus redimi poſſit, quod
14 † eſt illicitum, & vſurarium reſpiciens commodum
ipſius emptoris. At in propoſito caſu pactum fuit
15 appoſitum ad fauorem piæ cauſæ, & cum † ex hoc
emptor non percipiat vberiores fructus, non debet
Cenſus vſurarius cenſeri.

R. P. D. Gypſio, Vrbeuetana Cenſus, Lunæ 6. Iunij, 1594.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumenta extracta ex Archiuio publico, ſi habeant aliquod vitium, non releuant in concurſo aliorum, quæ carent vitio.*
2 *Conſuetudo non validat contractum illicitum.*
3 *Conſuetudo contra ius Diuinum, vel naturale, eſt corruptela.*
4 *Conſuetudo non attenditur in materia vſurarum. Nec excuſat, num. 6.*
5 *Emptor Cenſus cum pacto vt liceat ei cogere venditorem ad redimendum Cenſum & pretium reſtituendum non facit fructus ſuos, & quare, in ſtincto principio.*

DE-

DECISIO XI.

FVERAT declaratum Cenſum, de quo agitur, nullum, & inualidum eſſe, quia illius emptores appoſuerunt pactum quod liceret eis, ac ipſorũ hæredibus cogere venditorem ad redimendum Cenſum, & pretium reſtituendum; ſed poſtea examinatis nonnullis teſtibus, ac productis nonnullis inſtrumentis, ac iuribus, Dubitaui an D. Octauius vnus ex dictis hæredibus eſſet excuſandus ita vt non teneretur reſtituere fructus Cenſus ante litem conteſtatam perceptos, & excuſandum non eſſe concluſum fuit; tum quia teſtes non probant allegatam conſuetudinem cum non deponant de multiplicitate inſtrumẽtorum, nec conſtat habuiſſe effectum, præter id quod dicta inſtru-
1 menta † ex Archiuio extracta, & producta non releuant in concurſu aliorum inſtrumentorum, quæ ſunt abſque dicto pacto; tum etiam, quia ſi dicta conſuetudo probaretur D. Octauio non poſſet ſuf-
2 fragari: Quia † huiuſmodi conſuetudo non poteſt validare cõtractum illicitum, cum ſit contra ius naturale & Diuinum, *cap. inter dilectos, de exceſſ. prælat.*
3 *cap. fin. de conſuetud.* vbi Doctores dicunt, † quod potius eſt quædam corruptula, quam conſuetudo,
4 *Bero. conſ. 167. in princ. libro 1.* Nec in hac † materia vſurariæ prauitatis attendenda eſt conſuetudo, *Sot. de iuſtit. & iure, libro 6. quæſt. 1. col. 6. paulò poſt princ. verſ. reſtat ergo ertia argumentea.* Et
5 ratio quare † emptor ſic contrahens non faciat fructus ſuos illa eſt, quia ipſe non amittit dominium illarum pecuniarum cum præfato pacto ſolutarum, *Soc. vbi ſupra, quæſt. 1. art. 4. in principio.* Et
6 † quod talis conſuetudo non excuſet, tradit *Bero. vbi ſupra, numero 10. verſic. non obſtat conſuetudo, libro 1.* Qui etiam reſpondet ad *Bar.* & alios in contrarium allegatos, quod conſuetudo loci excuſet, vt *ibi per eum, num. 1.*

R. P. D. Gypſio, Vrbeuetana Cenſus, Lunæ 13. Februarij, 1595.

SVMMARIA.

1 *Contractus Cenſus cum pacto quod emptor poſſit quandocumque compellere venditorem ad redimendum, eſt illicitus.*
Fructus percepti ex Cenſu illicito, imputantur in ſortem, ibidem & imputantur in ſortem ipſo iure abſque facto hominis, num. 2.
3 *Reſtitui debent recepta ſine cauſa.*

DECISIO XII.

DOMINI Monaldus, & Iordanus de Clementinis tunc minores emerant Cenſum de cuius fructibus hodie agitur cum pacto quod liceret ipſis emptoribus quandocumque compellere Dominos de Gualteriis venditores ad Cenſum redimendum, & pretium reſtituendum.
1 Propterea † Rota reſoluit huiuſmodi contractum eſſe nullum, & fructus ſolutos extinguere ſortem principalem, & ſuper hoc fuerunt latæ duæ ſententiæ.
Poſtremo coram me fuit quæſitum an fructus ſoluti tempore communionis prædictorum fratrum venirent computandi in ſortem principalem in præiudicium D. Octauij filij q. Ioardani, cum ipſe non ſit hæres Monaldi & *d. die 13. Februarij,* Domini reſolnerunt fructus ſolutos tempore commu-
2 nionis extinxiſſe ſortem principalem, cum † hoc caſu extinctio & compenſatio fructuum in ſortem fiat à lege ipſo iure abſque hominis facto, *cap. 1. & 2. cap. conqueſtus, de vſur. cap. cum contra. de pignor. l. 1. & 2. C. de pignor. actione, Socin. conſ. 29. num. 27. verſic. circa tertium, libro 1. Pariſ. conſ. 54. num. 79. libro 1. Roland. conſ. 40. ſub num. 37. libro 2.* Fructus autem, qui reperiuntur per D. Iulium ſunt illi, quos vltra ſortem D. Octauius poſt diuiſionem
3 recepit, ad quorum † reſtitutionem teneri non eſt dubitandum, cum ſine cauſa ad ipſum peruenerint *Lex his omnibus cauſis, ff. de cond. indeb. l. 1. C. eod.* Quamuis contra Monaldum, ſiue eius hæredes prædictus D. Octauius poterit habere recurſum de euictione Cenſus pro rata eos tangente.
An verò in calculo faciendo habenda ſit ratio illius partis Cenſus retrouenditi de anno 1570. poterit particulariter videri.

R. P. D. . . . . Romana Cenſus, de Turinis, Lunæ 28. Aprilis, 1598.

SVMMARIA.

1 *Venditio rei alienæ in præiudicium vendentis, valet.*
2 *Cenſum ſuper re aliena, vel alteri obligata imponens, tenetur facere conſentire omnes intereſſe prætendentes.*
3 *Ceſſionarius non habet plus iuris, quam habeat cedens.*
4 *Prohibitio non extenditur vltra perſonas expreſſas.*
5 *Prætendens annullare Cenſum ex defectu dominij, debet illum probare.*

DECISIO XIII.

CVM Ioan. Baptiſta Almodianus in ſuo teſtamento expreſſè prohibuiſſet alienationem domus, de qua agitur, Domini de Turinis prætendebant Auguſtinum non potuiſſe vendere directum dominium, & imponere Cenſum ſuper dicta domo, & talem impoſitionem fuiſſe ipſo iure nullam. Vnde dato dubio an Bernardino moderno Capellano obſtaret teſtamentum d. q. Ioan. Baptiſtæ, fuit reſponſum negatiuè.
Nam cum emptori non conſtaret de huiuſmodi teſtamento, & quod filiis fuiſſet relicta domus. Im-
1 poſitio † ſuſtinetur in præiudiciũ Auguſtini imponentis, etiã quod fuerit ſuper re aliena, quæ in præiudicium vendentis vendi poteſt, *l. rem alienã, ff. de contr.*

empt. Afflict. deciſ.369. & fuit dictum *in illa Romana, ſeu Tuſculana ſocietatis, 9. Maij, 1588. coram R.P.D.*
2 *meo Gypſio*; Quamuis † ſi dominus reclamauerit imponens teneatur ad faciendum c[illegible] omnes intereſſe prætendentes, *l.ex his prauis, C. de euict. Dec. conſ.483. num.18.* cum alijs allegatis *in illa Romana Cenſus de Caualerijs, 26. Iunij, 1596. coram R.P.D. meo Penia.* In hoc autem nulla erat reclamatio filiorum Auguſtini in quorum præiudicium Cenſus erat impoſitus; nec Turini etiam poſſunt reclamare, quia in hac medietate ſuper qua erat impoſitus habent ius ab Auguſtino.

Non obſtat quod Turini habeant ius à Fratribus, qui erant vocati ad hanc domum in caſu alie-
3 nationis: nam † fratribus nullum ius competebat ex dicta alienatione quæ non erat facta à filiis, qui
4 erant prohibiti alienare, & † prohibitio non debet extendi vltra perſonas expreſſas, *l.pater filium, §.fundum Titianum, ff.de leg.3. Auth. de reſtit. fideic. §. nos igitur, & ibi Gloſ. in verbo, voluiſſe, collat.9. Couar. Variar. reſolut. libro 3. cap.5. num.4.* plures congerit *Molina, de iure Primog. Hiſpan. libro 1. cap.4. numero 11.*

Cum ergo Auguſtinus alienauerit cui non erat prohibita alienatio non intrat pœna appoſita ad fauorem Fratrum, *Gozad. conſ.59. num.4.*

5 Dicebant etiam Domini non probari † defectum dominij per Turinos de tempore impoſitionis Cenſus: non enim probatur ex teſtamento producto, quia cum fuerit conditum de anno 1520. & ſic per quatuordecim annos ante impoſitionem Cenſus de illo tempore poterant obiiſſe filij Auguſtini, quo caſu ipſe eis erat ſucceſſor, & maximè veriſimilis videtur obitus filiorum de dicto tempore, tum ex auerſione Auguſtini in ipſa impoſitione Cenſus interuentu, ac conſenſu vxoris pro ſuo intereſſe, quod proculdubio viuentibus filiis ceſſabat, tum etiam ex venditione facta Turinis inde ad ſex annos cum expreſſione quod erant mortui, & non eſt veriſimile quem eſſe immemorem ſalutis æternæ.

Minus obſtabat quod prohibitio alienationis eſſet perpetua, & tranſitoria ad filios Galieni Phiſici conſobrini teſtatoris, quia non conſtat de eorum exiſtentia, & Turinis prætendentibus factum eſſe locum ſubſtitutioni ad eorum fauorem incumbit onus probandi eorum exiſtentiam.

Illuſtriſſimo Cardinale Lancelotto, Romana releuationis indemnitatis, Lunæ 4. Februarij, 1602.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor ex natura contractus debet releuari ab eo pro quo fideiuſſit, etiam ſi nihil fuerit expreſſum.*
2 *Hæres hæredis fideiuſſoris iure petit releuationem ab hærede hæredis principalis debitoris.*
3 *Actiones omnes tam actiuè, quam paſſiuè tranſeunt in hæredes, & eorum hæredes.*
4 *Conſentiens alienationi rei fideicommiſſo ſubiectæ, excluditur à commodo fideicommiſſi.*
5 *Fideicommiſſarius conſentiens quod ſuper bonis fideicommiſſo ad ſui fauorem ſubiectis imponatur Cenſus, non cenſetur fideicommiſſo renunciare.*
6 *Conſentiens vt ſuper ſuis bonis Cenſus imponatur, non dicitur bona illa alienare.*

DECISIO XIV.

CVM Horatius de Magdalenis vocatus ad fideicommiſſum Vannotiæ poſt mortem Fabij de Creſcentiis ſine filiis conſenſerit quod D. Fabius Cenſum imponere poſſet ſuper Caſale Valerani, & ad hunc effectum fideicommiſſo Vannotiæ renunciauerit, & cum Cenſus ad vtilitatem Fabij fuerit impoſitus, & ratione illius conſenſus Horatius, ſiue eius hæredes damnum paſſi fuerint, Domini cenſuerunt Dominum Alphonſum Soderinum, qui eſt hæres Antoninæ, hæredis Fabij teneri ad releuandum indemnes Dominos de Magdalenis, qui ſucceſſerunt in bonis, & hæreditate Ho-
1 ratij vigore ſubſtitutionis ad eorum fauorem factæ. Fundamentum deciſionis fuit, † quia ex natura fideiuſſionis eſt vt qui pro aliquo fideiuſſerit, vel bona ſua pro aliquo obligauit, debeat releuari indemnis etiam ſi nihil fuerit expreſſum, iuxta tex. *in l.Lucius, ff.mand.* vbi ex illo tex. id notat expreſsè *Bal. Negus. de Pignor. 3. memb. 6. par. princip. num.45.* maximè quando fideiuſſor, ſiue ille, qui bona pro alio obligauit paſſus fuit damnum, *cap.peruenit, de fideiuſſ. cum vulgar.* Vnde quemadmodum ſi Horatius, & Fabius viuerent poſſet Ho-
2 ratius petere releuationem ab ipſo Fabio, ita † Domini de Magdalenis, qui ſunt hæredes hæredis Horatij mediante perſona Caroli debent releuari indemnes à Domino Soderino, qui eſt hæres hæredis Fabij mediante perſona Antoninæ, cum omnes
3 † actiones tam actiuè, quam paſſiuè tranſeant in hæredes, & hæredes hæredum, *l. per ſucceſſionem, ff. de reg. iur. l.fin. C.de hæred.inſtit.*

Damnum autem ſenſiſſe Dominos de Magdalenis occaſione dicti conſenſus non eſt dubitandum, cum propter huiuſmodi conſenſum, & obligationem ſint priuati quinta parte Caſalis Valerani ad Horatium ſpectante, ex qua fructus dicti Cenſus ſoluuntur, & quæ poſſidetur per Dominum Cenſus in vim ſententiæ Rotalis.

Neque obſtant deducta pro D. Soderino. Nam quod aliàs fuerit coram *b. m. D. de Rubeis* reſolutum non conſtare de iure Caroli, id prouenit ex eo, quia ipſe agebat vigore fideicommiſſi Vannotiæ, in quo fuit dictum ipſum non eſſe comprehenſum; ſed numquam fuit dubitatum quin ipſe poſſet agere pro releuatione indemnitatis circa quod non cenſetur aliquo modo per conſenſum præiudicatum, ſicuti neque dubitatum fuit quin Horatius eſſet ad fideicommiſſum vocatus. Et quam-
4 uis † ratione ſui conſenſus fuerit à fideicommiſſo excluſus, ita vt non potuerit ſuam ratam Caſalis vindicare, tamen ex hoc non ſequitur, quin tam ipſemet Horatius, quam Domini de Magdalenis eius hæredes mediante perſona Caroli poſſint agere contra hæredes Fabij pro releuatione indemnitatis ab obligatione facta pro Fabio.

Non

Non obſtat renunciatio fideicommiſſi, quia non ideo Caſale remanſit liberum penes Fabinm, ſed illa facta fuit ſolum ad effectum, vt Cenſus validè imponi poſſet, cuius validitas per Dominos de Magdalenis modo non controuertitur.

5 Non obſtat † quod conſentiens alienationi rei
ſuæ nihil amplius petere poſſit, *l. Codicillis, §. 1. ff. de leg. 2.* cum aliis allegatis, quia Horatius non conſenſit alienationi Caſalis, ſed ſolum conſenſit quod ſuper eo Cenſus imponeretur non obſtante fideicom-
6 miſſo, quòd perinde eſt † ac ſi pro imponendo Cen-
ſu accommodaſſet fundum Fabio, ac illum pro illo obligaſſet ratione cuius obligationis, vt dictum eſt, poteſt petere releuationem indemnitatis.

Illuſtriſſimo Cardinale Platto, Viterbienſis Cenſus, Veneris 6. Aprilis, 1590.

SVMMARIA.

1 *Pœna impoſita à teſtatore ſi hæres aliquid intra præfixum terminum non faciat, ob morã hæredis incurritur.*
2 *Ampliatur. Etiam quod nulla præceſſerit interpellatio.*
Ita vt priuatus non poſſit diſponere de re qua fuit priuatus in præiudicium eius cui pœna applicatur, nu. 8. & ſeq.
Ampliatur 2. etiam ſi non ſit facta electio perſonæ, cui ſit ſoluendum legatum, & num. ſeqq.
4 *Legatum factum pro dote Capellæ conſtruendæ, eſt validum.*
5 *Legatum factum pro dote Capellæ ſoluendum Capellanis nominandis ab ipſo teſtatore eo non nominante, non efficitur caducum, nec irritum.*
6 *Vel quia habetur perinde ac ſi teſtator dictam nominationem ſibi non reſeruaſſet.*
7 *Vel quia præſumitur illũ pœnituiſſe dictæ reſeruationis.*
8 *Cenſus ſuper re aliena in præiudicium Domini, imponi non poteſt.*
10 *Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris.*

DECISIO XV.

RESOLVERVNT Domini iuſtas eſſe ſententias latas ad fauorem Monaſterij, & Fratrum S. Mariæ de Quercu ſuper deuolutione hæreditatis q. Dominici Petratij, ob id quod hæredes non adimpleuerint eiuſdem Dominici voluntatem, in aſſignanda dote Capellæ quam ipſe teſtator conſtrui iuſſerat intra terminum duorum an-
1 norum præfixum. Cum † enim hoc teſtatoris præ-
ceptum haberet adiectam pœnã priuationis, & deuolutionis hæreditatis ad d. Eccleſiam S. Mariæ iuſtè iudicatum fuit deuolutioni huiuſmodi locũ fuiſſe ſtante hæredum mora in adimplẽdo, *Paul. de Caſtro, conſ. 292. in 8. dub. lib. 1. Gozad. conſ. 34. nu. 7. Aim. conſ. 193. ſub nu. 4. Alb. conſ. 38. ſub nu. 14. Corn. conſ. 99. col. 1. & conſ. 250. col. 4. Tiber. Decian. cõſ. 11. n. 13.*
2 *lib. 2.* Quod † procedit ẽt nulla facta interpellatione
ſtante lapſu termini duorum annorum appoſiti à teſtatore, *Gozad. Aim. & Alb.* in locis ſupra relatis.

Non obſtat quod teſtator nullos elegerit Capellanos, quibus ſolutio fieret prout ſe electurum in le-
3 gato profeſſus fuerat. Quia † electione nõ facta non
videbantur hæredes obligati ad ſoluendum iuxta tex. cum ibi notat. in *l. ſi quis ita ſcripſerit hæredem, ff. de hæred. inſtit. & in l. qui plures, ff. de vſufr. legat.* cum alijs allegatis. Quia fuit reſponſum in caſu noſtro nullam adeſſe incertitudinem propter quam legatũ debeat vitiari. Neque. n. dubitari põt de perſona legantis, nec ignorari quid legetur, nec cui legetur ex quo legitur apertè in teſtamento Dominici legare ſexaginta ſcuta annua pro dote Ca-
4 pellæ cõſtruẽdæ, & † propterea de validitate legati nõ
eſt ambigendũ, *Paul. de Caſt. in l. 2. n. 3. ff. de hæred. inſt.*

5 Nec † redditur inutile, nec irritũ ex eo quod Ca-
pellani inter quos erat facienda diſtributio dictorum ſexaginta ſcutorum non fuerunt à teſtatore nominati; nã defectus huius nominationis nõ alterat præcedẽtem diſpoſitionem certam, ſed perinde eſt
6 † ac ſi teſtator nullam de hmôi Capellanorũ nomi-
natione faciẽda feciſſet mentionẽ, vt declarat idem *Paul. de Caſtro, Imol. Alber. & alij in d. l. 2. ff. de hæred. inſtit. Alex. & alij in l. teſtamentũ. C. de inſtit. & ſubſtit.*
7 *Aim. conſ. 147. nu. 6.* Vel † perinde erat ac ſi teſtato-
rẽ pœnituiſſet ſibi reſeruaſſe talem nominationem, *l. pen. C. de inſtit. & ſubſt. & Alex. & alij in d. l. ſi teſtamentũ. Curt. iun. cõſ. 12. n. 1. Menoch. cõſ. 224. n. 10. lib. 3.*

Neque dicatur ex hoc ſaltem ceſſare culpã, aut dolũ in hæredibus differentibus exequi volũtatem teſtatoris, quaſi habuerint ſaltẽ probabilẽ cauſam differẽdi ſolutionem ſexaginta ſcutorũ, donec eligerẽtur Capellani. Quia cũ clara ſint verba relicti facti Capellæ, non debuerũt hæredes ob omiſſam nominationem Capellanorũ differre ſolutionem pro dote Capellæ faciendam. Et ſi modo optabant eligi Capellanos, qui Capellæ inſeruirent, debebant vel illos ipſi nominare vel curare vt ab Epiſcopo eligerẽtur; maximè cũ nõ poſſint allegare aliquam ignorãtiam; tum ẽt ex eo quod poſt factam ab Epiſcopo electionem horum Capellanorum fuerũt moniti. Poſtremo ẽt, quod in iudiciũ vocati litẽ ſuſtinuerunt, & ad executionẽ legati deuenire neglexerunt.

8 Sequitur ex his † poſt incurſam pœnam priuatio-
nis hæreditatis non potuiſſe ſuper bonis hæreditariis Cenſum imponi in præiudicium Fratrum, quibus erat ius quæſitum, tamquam ſuper re aliena, *l. rem alienam, de contr. empt. l. 2. de Pignor.*

Nec refert quod fuerit impoſitus ante latam ſen-
9 tentiam ſuper deuolutioni, quia † ſatis eſt quod
fuerit impoſitus poſt incurſam pœnam, & poſt applicatam hæreditatem Fratribus, *Tiraq. de retractu Conuent. §. 1. Gloſ. 7. num. 20.*

10 Et in omnem euentum † reſoluto demum iure
hæredum reſolutum fuit ius Morotij ad cuius fauorem fuit ab hæredibus impoſitus Cenſus, *l. lex Vectigali, ff. de pignor. Alex. conſ. 65. lib. 3.* Reliqua bene tolluntur per informantes.

R. P. D. Penia, Lauretana Pecuniaria, Lunæ 28. Februarij, 1605.

SVMMARIA.

1 *Filiæ acquiritur ius ex ſtipulatione facta pro ea, & eius dote à patre, & num. 2.*

Digitized by Google

2 *Donatio inter patrem, & filium ex cauſa matrimonij, etiam futuri, valet.*

3 *Cenſus impoſitio facta ſuper re aliena, non præiudicat domino rei.*

4 *Poſſeſſio probatur etiam per teſtes ſingulares concordantes, in quadam generalitate.*

5 *Cataſtrum non probat dominium, nec poſſeſſionem in præiudicium eius, qui non interfuit illius confectioni.*

6 *Examen teſtium factum omiſſa citatione ad videndum illos iurare, eſt nullum.*

DECISIO XVI.

CVM præſuppoſitis quod Fabritius Firmanus, anno 1581. emerat quoddam prædium à Petrodominico de caſtro Fidardo pro ſe, & Camilla filia, & pro eius dote tradenda tẽpore nuptiarum; & quod de anno 1584. idem Fabritius ſuper eodem prædio impoſuerat duos annuos Cenſus, vnum ſcutorum octuaginta pro pretio ſcutorum mille ad fauorem Philippi Bertini, & alterum eiuſdem ſummæ ad fauorem Bertini & Oliuerij de Seratis; & præſuppoſita apocha dationis in dotem dictorũ bonorum eidem Camillę, & eius marito ſub die 15. *Iulii*, 1583. factæ. Dubitaui, an Fabritius potuerit dicta bona in præiudicium Camillæ, & eius dotis obligare. Et cauſa ſæpè propoſita, & nõ reſoluta, denique in hac propoſitione in negatiuam ſentẽtiam itum fuit, Fabritium nõ potuiſſe bona obligare in præiudicium Camillæ, quia fuerãt empta pro ea, & eius dote tradenda tempore nuptiarũ & pater fuerat etiam pro
1 Camilla abſente ſtipulatus, & ſic † acquiſitio fuit facta ad ipſius vtilitatem, *Bal. Nouell. de dot. p. 6. Priuil. 46. n. 3. verſ. nam immo.* Quæ licet habuerit vim donationis, quæ regulariter inter patrem, & filiam
2 eſt prohibita, non † tñ ex cauſa matrimonij ẽt futuri, *l. Pomponius Philadelphus, & ibi Bar. ff. fam. herciſ. Alex. in l. ſi cum dotem. not. 5. nu. 7. ff. ſol. matr. Iaſ. in l. ſi extraneus, nu. 16. in princ. ff. de cond. cauſ. dat.* Vnde cum fauore dotis filia fuerit capax donationis, *d. l. Pomponius* conſequenter ſtipulatio pro filia fuit valida, & ex ea fuit illi ius quæſitũ, *Bart. in l. quod dicitur, 130. n. 4. verſ. quãdoq. ſtipulatur illud. & ibi Alex. n. 3. verſ. itẽ quia videmus quod in dote, ff. de verb. oblig.*

3 Ex præfatis merito inferebatur non † potuiſſe deinde Fabritium patrem per impoſitionem Cẽſuum filiæ, cui fuerat ius quæſitum, præiudicare. *Dec. conſ. 239. num. 6. verſ. ſed ad hoc reſpondetur clariſſimè Caſſan. conſ. 53. num. 53. in fine.*

Et quoniam hæc ſententia minus difficulter retenebatur ſi Camillæ fuiſſet conſignatũ prædium emptum antequam Cenſus imponerentur, nam Domini ſine difficultate tenebant poſt conſignationem non potuiſſe Cenſus imponi: ideo conſignationem ante Cenſuum impoſitionem cenſuerunt Domini probari ex teſtibus pro Camilla inductis: nam Dominicus Spera ſuper primo affirmabat ſe ſcire quod poſt emptionem factam de anno 1581. Camilla poſſederat prædium pro ſe emptum, & reddebat bonam rationẽ dicti, quia fuerat ipſius factor, addebatq. ſuper ſecundo laboratores dicti prędij ab anno 1582. & citra cum conſenſu, & voluntate Fabritij recognouiſſe Camillam in dominam, & poſſeditricem dicti prædij, eiq. de fructibus reſpõdiſſe cum iſto teſte cõcordabat Vicianus Pandulphi ſuper 16. aſſerens dictũ prædium ſemper fuiſſe cultum, & poſſeſſũ à Camilla, & ab ipſa ſemper fuiſſe fructus perceptos; & rem magis declarans idem teſtis ſuper 17. affirmabat ſe ſcire, quod poſt prædium emptum tam antequam Camilla nuptui traderetur, quam poſtea ſemper fuerat ab ipſa poſſeſſum. Supradictis adſtipulabantur teſtes de auditu, nempè Ciccus de Maximis ſuper 17. & Io. Bernardinus Ioanninus ſuper primo, & Claudius de Grandis apertis verbis teſtificantes ſeu Fabritio Camillæ patre audiuiſſe, quod ipſe conſignauerat hoc prædium Camillæ pro ſua dote.

Non refragabatur, quod teſtes videbãtur ſingulares: quia, præterquam quod ſingularitas non erat
4 obſtatiua, ſed adminiculatiua; Poſſeſſio † probatur etiam per teſtes ſingulares concordantes in quadam generalitate. *Verat. deciſ. 269. par. 3.*

Rurſus non obſtabat, quod prædium reperiretur deſcriptum in Cataſtro ſub nomine Fabritij:
5 Quia † Cataſtrum non probat dominium, nec poſſeſſionem in præiudicium illius, qui non interuenit cum cataſtrum conficeretur, *Alexand. conſ. 147. verſ. licet inter, lib. 5. Pariſ. conſ. 104. num. 169. verſ. & etiam, libro 1.*

Teſtium examinatorum contra Camillam non fuit habita ratio, quia præter ceteros defectus examen patiebatur vnam nullitatem notabilem, quia
6 † deerat citatio ad videndum eos iurare. *Rota in vna Con henſi decimarum, 31. Ianuarij, 1600. coram D. Cardinali Pamphilio tunc Rotæ Auditore.*

Illuſtriſſimo Cardinale Pamphilio, Aſſiſienſis Cenſus, Veneris 9. Iunij, 1604.

SVMMARIA.

1 *Proteſtatio in contractu Cenſus, præſeruat illum à nullitate.*
Etiam ſi eſſent appoſita aliqua pacta contra formam Bullæ Pij V.

2 *Cenſus impoſitus ſuper re aliena, ſuſtinetur in præiudicium imponentis.*

3 *Res aliena vendi poteſt.*

4 *Cenſus vendi poteſt ad rationem octo, & etiam decem pro centenario.*

DECISIO XVII.

PRo informantibus nempè Cenſum eſſe validum, quia fuit impoſitus ſuper certis bonis ſtabilibus, cum ſuis confinibus deſignatis, ſoluto integro pretio in pecunia numerata in præſentia Notarij, & teſtium, & ſeruatis omnibus alijs à Bulla *felic. record. Pij V.* ſuper modo creandi Cenſus requiſitis. Et vlterius
1 proteſtatio, † quæ operatur validitatem Cenſus, etiam ſi aliqua pacta contra illius formam fuiſſent appoſita. *Hieron. Gabr. conſ. 47. num. 8. lib. 2.* & fuit deciſum *in cauſa Beneuentana Cenſus, die 29. Martij, 1593. coram me,* & alios ſæpè.

Non

Non obſtat quod dicitur bona fuiſſe communia Andreæ venditoris Cenſus cum Cæſare eius fratre, quia cõtrarium apparet ex donatione omnium bonorũ facta per ipſum Cæſarem ad fauorem Andreæ longè ante impoſitionem Cenſus. Vltra quod hoc
2 non concernit validitatem Cenſus, qui † in præiudicium vendentis etiam ſuper re aliena impoſitus
3 ſuſtinetur, † cum res aliena vendi poſſit, *l. rem alienam, ff. de contr. empt.*

Minus obſtat quod Cẽſus fuerit impoſitus ad ra-
4 tionem octo † pro centenario: quia nec in Bulla *Pij V.* nec alibi reperitur prohibitum conſtitui, & vendi ad dictam rationem, cum pretia rerum pro varietate locorum, & temporum diuerſo modo conſiderentur, *l. pretia rerum. ff. ad l. falcid. Nauar. in Comment. de vſur. nu.* 104. *&* 140. & in venditione Cenſus ad rõnem decem pro centenario reſoluit *Rota in vna Foroliuienſi Cenſus, 13. Nouemb. 1589. corã b. m. Orano.*

R. P. D. Marcomontio, Bononienſis Cenſus, Lunæ 17. Martij, 1608.

SVMMARIA.

1 *Statutum dans formam contractibus minorum, ligat ſubditos contrahentes extra territorium ſtatuentium, ſi tollat fidem ſcripturis, & inſtrumentis aliter factis.*

2 *Iuramentum non probatur ex inſtrumento, cui dempta eſt fides à ſtatuto.*

3 *Proœmium declarat mentem ſtatuentium.*

4 *Statutum Vrbis, lib. 1. cap. 113. cum reſpiciat formam, & ſolemnitatem contrahendi non perſonam contrahentis, ligat minorem forenſem in Vrbe contrahentem.*

5 *Forenſis in contrahendo ligatur ſtatutis loci contractus, ſi diſponant ſuper forma contrahendi.*

6 *Vniuerſitas fungitur vice pupilli, & minoris.*

7 *Priuilegiatus certans de damno potior eſt æquè priuilegiato, qui non agit de damno.*

8 *Patria poteſtas finitur maxima capitis diminutione.*

9 *Pater non poteſt ad ſui proprium commodum auctorizare perſonam filij.*

10 *Filius contrahens cum patre, non tenetur ſeruare ſolemnitates ſtatutarias.*

11 *Limita cum damnũ filij eſt euidẽs, & ibi habetur ratio.*

12 *Conſenſus non præſumitur præſtitus animo donandi, ſed ad validandum contractum.*

13 *Alienare, & alienationi conſentire, paria ſunt.*

14 *Filius fideiubens pro excarcerãdo patre, non reſtituitur.*

15 *Filius quando teneatur redimere patrem, & infra.*

16 *Statuto plura requirente pro forma in explicatione actus, vno deficiente actus corruit.*

17 *Alienatio bonorum eccleſiaſticorum copulatiuè requirit cauſam alienandi, & ſolemnitates.*

Iuramentum quando non ſuppleat defectum ſolemnitatum, requiritur à ſtatuto.

18 *Statutum Romæ circa contractus minorem habet locum in omnibus contractibus, in quibus minor lædi põt, ibi.*

19 *Iurans non venire contra contenta in inſtrumento excluditur à remedijs, quibus poſſet impugnare contractum, ſi non eſſet iuratus.*

20 *Limita ſi interueniat enormiſſima læſio.*

DECISIO XVIII.

CVM Theodorus ciuis Bononienſis ob dilapidatã pecuniam Regiminis Bononienſis detineretur in carceribus Vrbis fuit de anno 1600. inter ipſum, & dictum Regimen inita concordia, in qua Theodorus cum promiſſione ſolutionis reſidui debiti ſi vnquam ad pinguiorem fortunam rediret ceſſit Regimini quemdam annuum Cẽſum librarum 320. qui erat pars dotis Iſabellæ prædefunctæ ipſius vxoris, illiq. ceſſioni Hãnibal filius Theodori, & Iſabellæ, tunc impubes pubertati proximus præſtitit conſenſum cum iuramẽto, & cum auctoritate Curatoris ad id ſpecialiter ſibi deputati, & cum decreto Iudicis; renunciauitq. priuilegio minoris ætatis, atque promiſit contentis in illo contractu numquam contrauenire. Elapſis poſtea aliquot annis cũ idem Hannibal vti filius, & hæres Iſabellæ petiiſſet fructus Cenſus ab Alexandro antiquo eius debitore, qui iam illum extinxerat mediante ſolutione librarũ quatuor millium facta Regimini ceſſionario, fuit inter dictum Alexãdrum & Cameram Bononiæ ex vna parte, & Hannibalem ex altera introducta lis in partibus. Vnde cum auuocata & mihi commiſſa fuiſſet. Dubitaui, an prædicta ceſſio, & extinctio Cenſus obſtet Hannibali, & dubio vtraque parte informante propoſito Rota reſpondit negatiuè. Et mota eſt potiſſimè ex omiſſione formæ, ſeu ſolemnitatis ſtatutariæ, quæ in iſta alienatione rei ad minorem ſpectantis requirebatur, ſiue conſideremus locum Cenſus alienati, & originis, ac domicilij Hannibalis, ſiue locum celebrati contractus.

Statutum enim Bononiæ *ſub tit. de Contract. cum minoribus, & filijsfamilias faciendis* expreſsè prohibet ſuis ſubditis etiam extra ciuitatẽ, & diſtrictum Bononienſ. contrahere niſi ſub quadam forma, quæ hic ſeruata non fuit. Ideoq. clarum eſt, quod iuxta terminos illius ſtatuti ceſſio Hannibalis non eſt habenda in conſideratione.

Et licet dubitari ſoleat, an ſtatutaria diſpoſitio liget ſuos ſubditos extra ſuum forum, tamen illa
1 dubitatio tollitur † ex quo ſtatutum Bononiæ procedit vlterius tollendo fidem ſcripturis, & inſtrumentis aliter confectis etiam extra territorium ad latè tradita per *Tiraq. de legib. connub. Gloſ. 8. num. 219. & Rota in cauſa Bononienſ. terrarum, 29. Maij, 1579. coram Cantuccio, quæ eſt deciſ. 104. parte 2. Diuerſ.* dixit dictum ſtatutum eſſe indubitanter obſeruandum. Quo ſtante non eſt facienda uis in iuramento Hannibalis, quia illud annullatur à dicto ſtatuto auctoritate Apoſtolica confirmato. Et
2 † ſi fides dempta eſt contractui, ita vt cõtractus non probetur, nec etiam probatur iuramentum contentum in contractu, *Bar. in l. omnes populi, num. 25. de iuſtit. & iure,* & fuit conſideratum in *d. deciſ. coram Cantuccio;* & in ſimilibus terminis in ſtatuto Vrbis de præſcriptione ſexdecim annorum apud *Mohed. deciſione 16. de Præſcript. & Pat. deciſ. 116. libro 1.*

Quod ſi dictum Statutum Bononiæ non vẽdicat ſibi locum in iſta cauſa, quoniam diſponere vide-

Digitized by Google

cur quando adeſt ſuſpicio, quæ in iſto caſu omnino
ceſſauit, videlicet, quod minor ſe contulerit extra
diſtrictum vt fraudem faceret ſtatuto, ſicuti colligi-
3 tur ex Proœmio, † quod declarat mentem ſtatuen-
tium, *Bar. in l. fin. de hared. Inſt. Oldr. conſ.* 103. *num.* 1.
ibiq. adden. Rom. conſ. 436. *num.* 10. & ex quo aliàs mi-
nor Bononienſis vix contrahere poſſet alibi, quam
in diſtrictu Bononienſi. Quidquid ſit de iſta conſi-
deratione, quam Domini non firmarũt, non tamen
prætera obſtabit Hannibali ceſſio, quia ſubin-
trat ad eius fauorem ſtatutum Vrbis, *lib.* 1. *cap.* 113.
quod in alienationibus faciendis rerũ ad minorem
ſpectantium dat certam formam, quæ cum in ceſſio-
ne Cenſus non fuerit ſeruata, præſertim in deputa-
tione duorum curatorum ideo ſit locus verbis, &
diſpoſitioni dicti ſtatuti, quod talis alienatio nul-
la, & inualida cenſeatur.
4 Et quidem non eſt dubium, † quin dictum ſtatu-
tum comprehendat minorem forenſem contrahen-
tem in Vrbe, cũ reſpiciat ſolemnitatem, ſeu formam
ſub qua minor debet contrahere; non autem illius
perſonam inhabilitet, iuxta doctrinam *Bar. in l.* 1.
nu. 13. *&* 14. *C. de Summa Trinit. & fide catol.* quã om-
nes ſequuntur, vt dicit *ibi Iaſ.* & de cõmuni teſtatur
Purpur. ibidem, nu. 98. & quamplurimos refert *Lam-
berteng. de Contract. mulier. Gloſ.* 2. *nu.* 26. *& ſeqq.* & eſt
5 generalis regula, † quod in reſpicientibus formam
contractus, & ſolemnitates Forenſes ligantur ſtatu-
tis loci in quo contrahunt, *Gabr. de conſuet. concluſ.* 2.
num. 4. *Surd. conſ.* 257. *nu.* 1. *&* 3. *Caputaquen. deciſ.* 206.
& 215. *par.* 3. *Caſar de Graſſ. deciſ.* 2. *num.* 1. *de donat.*
Non obſtat quod iſte minor cõtraxit cum Com-
6 munitate Bononiæ, † quæ fungitur vice, & priuile-
gio pupilli, *l. nihil, ff. ad municip. l. reſpublica, C. ex quib.
cauſ. maior. l. rempublicam, C. de iure reip. lib.* 10. *Bar. in
l. nulli, nu.* 4. *ff. quod cuiuſq. vniuer. nom. Corn. conſ.* 189.
7 *nu.* 4. *lib.* 3. Quia † etiam ſi dictus minor ad alterius
minoris fauorem obligaſſet ſe, & ius remiſiſſet ſuũ,
haberet nihilominus locũ ſtatuti diſpoſitio, quan-
doquidem inter duos priuilegiatos contrahentes
potior eſt cauſa eius qui in contractu inſimul inito
læſus eſt, aut damnum ſenſit, arg. *c. auditis, de reſt. in
integr. l. fin. ff. ex quib. cauſ. maior. l.* 1. *C. ſi aduer. fiſc.* &
ad hoc plures cumulat *Lamberteng. in d. tract. de Con-
tract. mulier. in fine, num.* 125. *& ſeqq.*
Non obſtat quod propter præſentiam patris non
fuerit neceſſaria alia deputatio Curatoris. Quia
omiſſo quod dicitur Theodorũ paſſum fuiſſe maxi-
8 mã capitis diminutionem, † per quã finita fuit pa-
tria poteſtas, *§. cum autem is, Inſtit. quib. mod. ius patr.
pot. ſoluit.* adhuc non potuit † ad ſui proprium com-
9 modum auctorizare filij perſonã, vt in his terminis
eſſe verã opinionem, reſpõdit *Bal. conſ.* 213. *in prim.*
tradit *Iaſ. conſ.* 69. *in* 2. *dub. lib.* 1. vbi ait hanc opi-
nionem eſſe tuendam, & ſequendam in iudicãdo.
Pariſ. conſ. 97. *num.* 21. *& ſeq. lib.* 3. latè *Tiraq. de legib.
Connub. Gloſ.* 8. *num.* 115. *& Aſcan. Clement. de patr.
poteſt. cap.* 6. *effect.* 10. *num* 6.
Nec obſtat quod ſtãte ſtatuto vt minor ſine cer-
10 ta ſolemnitate contrahere non poſſit, filius † tamen
ſine dicta ſolemnitate poſſit contrahere cũ patre, il-
liq. donare vt ex magis communi opinione, dicit
Gabr. concluſ. 2. *de ſtatut. nu.* 1. *&* 5. nam quidquid ſit
de veritate illius opinionis, ſufficit quo ad præſen-
11 tem inſpectionem, quod † illa fundata eſt in præ-
ſumptione quod pater capiat pro filio bonum cõſi-
lium, ideoq. non procedit quãdo damnum filij eſt
euidens, vt hic idem *Gabr. d. concluſ.* 2. *nu.* 7. poſt *Bar.
Iaſ. & Dec.* quos allegat. Deinde Hannibal non do-
nauit Cẽſum ſuo patri, ſed potius alienauit dictum
12 Cenſum ad fauorem Regiminis, quia † & conſenſus
non præſumitur ad donandum, ſed ad validandum
contractum. *Bal. in l. mater tua, nu.* 10. *de rei vendic.*
13 & idem eſt, † quod duo ſimul alienent, vel quod vni
alienanti alter conſentiat. *Surd. poſt Bal.* & alios
quos allegat *conſ.* 15. *num.* 20. *libro* 1. *Dec. conſ.* 121.
num. 2. *Alciat. conſ.* 238. *num.* 4. *Tiraq. de Legib. con-
nub. Gloſ.* 7. *num.* 24.
Non obſtat quod cauſa iſtius ceſſionis, ſeu cõſen-
ſus fuerit Hãnibali neceſſaria propter tex. *in Auth.
14 ſi captiui, C. de Epiſc. & Cleric.* ſicut † in ſimili filius
fideiubens pro patre excarcerando non reſtituitur,
Salic. in l. 1. *nu.* 4. *C. de filiofam. minor. ibiq. Alex. Ca-
ſtrenſ.* & alij, & dixit *Rota in cauſa Bononienſi pecunia-
ria,* 9. *Iunij.* 1603. *coram R. P. D. meo Ludouiſio.* Nam
15 fuit reſponſum. Primum † quod tex. in d. auth. non
compellit præciſè filium ad liberandum patrem, ſed
ſolummodo ſub comminatione exhæredationis, &
ſic loquitur *deciſ.* 63. *par.* 2. *diuerſ.* ex prædictis aũt pa-
tet nõ fuiſſe cur Hannibal extimeſceret de paterna
exhæredatione. Secundo, quod ille tex. loquitur in
maiore annis decem & octo ſicuti colligitur ex illius
lectura, & notauit ibi *Bal. in* 3. *not.* Tertio non eſt re-
currendum ad ius commune dum verſamur in ter-
minis ſtatuti, quod quidem vltra vtilitatẽ minoris
alia duo requirit ſolemnitatem, videlicet, & cauſam
16 expreſſam, ac plenè cognitam † ita vt vno deficien-
te alterũ corruat, quia vnũ altero non ſuppletur, *l.
cum hi, §. ſi Prator, in princ. & ibi Gloſ. ff. de tranſ. l. item
veniunt, §. Prator. de pet. hared. l. non enim de adop.* Vn-
de admiſſo quod pietas erga patrem deſeruiat pro
legitima cauſa alienandæ rei ad minorem ſpectan-
tis, defecit tamen alterum ſtatuti requiſitum, vide-
licet, ſolemnitas, & iſte defectus viciat contractum,
l. teſtamentum, C. de teſtam. ibiq. *Bal. l. qui Roma, §.
Flauius Hermes, ff. de verb. oblig.* & in his terminis li-
berationis patris quod ſolemnitas ſtatuti ſit indi-
17 ſtinctè ſeruanda, dixit *Bal. d. conſ.* 213. ſicuti † etiam
de iure communi præter cauſam alienandi requiri-
tur ſolemnitas in alienatione bonorum Eccleſiæ, *c.*
1. *de reb. Eccleſ. non alien.* Idemq. eſt in rebus mino-
ris. *Afflict. deciſ.* 249. *Put. deciſ.* 205. *lib.* 3. *& not. in tit.
C. de prad. & alijs rebus minor. non alien.* Hinc patet re-
ſponſio ad Deciſ. in cauſa Bononienſi pecuniaria,
quia ibi fuerant ſeruatæ ſolemnitates ſtatutariæ,
& nihilominus Rota poſtea cenſuit illum minorem
fore audiendum ſuper enormiſſima læſione.
Non obſtat quod dictum ſtatutum in c. 113. non
18 diſponit in caſu iurato: nam † vltra quod dici põt
iuramentũ eſſe ſublatum per aliud ſtatutũ, *cap.* 151.
eod. libro, & dari iſtorũ ſtatutorũ cõcurſum vt in hoc
vnũ ab altero ſuppleatur quod Rota non abnuit in
cauſa Romana fideiuſſionis de ſancta Cruce, Luna 3. *De-
cemb. proximi prateriti, coram R. P. D. meo Sacrato,* &
põt habere magnã rõnem, cũ ſæpius fuerit reſolutũ
illud ſtatutũ habere locũ in omnibus cõtractibus in
quibus minor lędi põt vt copioſè deducitur in *Deci-
ſione Romana reuelationis indẽnitatis,* 22. *Martij,* 1602.
coram

1

Digitized by Google

coram R. P. D. meo Ottembergio, & in Romana argentorum, 27. Iun. 1607. coram R. P. D. meo Ludouiſio. Fuit præterea reſponſum quod ſtatutum, vt prædictum eſt, præter ſolemnitatem, & cauſam alienandi requirit etiam euidentem vtilitatem minoris, quę nedum hic non probatur, quin potius conſtat de læſione illius enormiſſima.

19 Illa autem Concluſio, † quod propter iuramentum de non veniendo contra contenta in contractu excludatur quis à remedio ſibi competente contra talem contractum ſi non fuiſſet iuratus, quam dicunt communem, *Couar. in c. quamuis pactum, 3. par. §. 4. num. 4. in princ. & Pinel. in repet. l. 2. C. de reſcind.*
20 *vendit. §. 3. cap. 1. nu. 1. & ſeq.* non † procedit quando interuenit enormiſſima læſio, *Caſſador. Deciſ. vnica, de empt. & vend. Couarr.* alios allegans *d. §. 4. nu. 5. & lib. 2. Var. Reſolut. c. 4. num. 5.* & communem dicit *Molina, de Primogen. Hiſpan. lib. 2, c. 3. num. 18.* optimè *Corn. conſ. 288. num. 16. lib. 3.* Hic autem fuit enormiſſimè læſus Hannibal; quia nulla aderat ſpes reualendi ſe ab iſta ceſſione, quæ ratio fuit conſiderata *in dicta Romana argentorum coram Domino Ludouiſio.* atque iſta non ſpes vltra quod ab euentu fuit confirmata, apparebat etiam in limine contractus, quia ex illo pinguior fortuna ſi quæ vnquam contigiſſet Theodoro erat præoccupata, & obligata Regimini Bononięſi. Vnde nec obſtat vtilitas conſiderata, ex quo pro libris viginti quinque millibus ſolutæ fuerunt ſolummodo libræ quattuor mille, quia nec id procedit abſolutè, & reſpicit ſolum patris vtilitatem, non autem minoris.

Atque ex his Domini cenſuerunt ceſſionem non obſtare Hannibali. Dixerunt tamen, quod agentes pro camera Bononiæ iterum audiantur ſi voluerint, quia materia eſt larga, & exemplaris.

R. P. D. Manzanedo, Romana Cenſus, Mercurij 22. Iunij, 1611.

SVMMARIA.

1 *Cenſus impoſitus per minorem ſine ſolemnitatibus ſtatuti, non eſt inualidus vbi fuit celebratus cum pariter priuilegiato, & num. 2. & vbi fuit ratificatus poſtea, num. 3.*

4 *Et quando fuit impoſitus à tutore ſuper bonis pupilli ex cauſa acconcij ſororis pupilli.*

5 *Sententia contra rem iudicatam, eſt nulla.*

6 *Limita ſi ſententiæ tranſita in iudicatum ſint iniuſtæ.*

DECISIO XIX.

DOMINI vtraque parte informante dixerunt conſtare de re iudicata, & venire ad fauorem Liuię exequendã. Adſunt enim pro Liuia duæ ſentẽtiæ latæ à Dominis Bilio, & Ruino conformes, quæ iuxta ſtatutum vobis inter Romanos, inter quos cauſa vertitur, habent vim trium conformium, præcipuè cum de illarum iuſtitia appareat ex eo quod Cenſus fuit impoſitus per Iacobum.

1 Non obſtat illius inualiditas oppoſita † ex quo Iacobus de tempore impoſitionis erat minor, & ſolemnitates ſtatutariæ non interuenerunt. Fuit enim reſponſum, quod cum impoſitio Cenſus fuerit facta
2 à muliere de pecuniis dotalibus † prędicta exceptio de defectu ſolemnitatum non poteſt opponi à minore contra mulierem ęquè priuilegiatam, quia inter duos pari priuilegio gaudentes, potior eſt cauſa damnũ patiẽtis, *arg. tex. in c. auditis, de reſt. in integr. tex. in l. 1. C. ſi aduerſ. fiſc. tex. in l. fin. ff. ex quib. cauſ. maior. & in l. verũ, §. itẽ quęritur, & ibi Bar, in princ. & Bal. ff. de mor. Lãberteng. de Contr. mulier. in fine, n. 125.*
3 *& ſeq.* Secundò fuit reſponſum, † quod Iacobus factus maior iſtum Cenſum ratificauit ex quo illius fructus per plures annos ſine controuerſia ſoluit, quin & illum in ſe accollauit in concordia, & diuiſione inter fratres inita, & tandem illum extinxit, & redemit vnde non obſtante ſtatuto obligatio confirmatur *Gabr. conſ. 15. nu. 15. & ſeq. lib. 1. Cephal. conſ. 51. num. 40. & ſeq.* & per conſequens ceſſat condictio indebiti per Iacobum intentata.

4 Conſiderabant † etiam Domini conſtitutionem iſtius Cenſus factam fuiſſe mediante Scipione fratre tutore, & curatore Iacobi, & cum expreſſione, quod fratres capiebant illas pecunias pro acconcio ſororis in monaſterio collocãdæ, quæ cauſa erat iuſta, & quamuis non probetur in illam fuiſſe pecunias verſas, ſatis tamẽ preſumi videbatur ex quo de tempore conſtituti Cenſus ſoror fuit allocata in Monaſterio quod non fit ſine acconcio, & ſumma erat modica ſcutorum centum, & proportionabilis dictæ cauſæ acconcij.

5 Nec obſtare videbatur inualiditas oppoſita † contra vltimam ſententiam D. Ruini quaſi latam contra duas pro Iacobo, quæ faciunt rem iudicatam:
6 reſpondetur enim hoc non mereri allegari † ſtante iniuſtitia dictatum duarum ſententiarum latarum pro Iacobo, & ſic non tranſierant in rem iudicatam, & cauſa appellationis fuerat cõmiſſa eidem D. Ruino cum clauſula, quod præfixo Liuiæ termino ad docendum de cauſis reſtitutionis in integrũ, & illo elapſo, & nihil quod releuet dicto, conſtito ſibi de duabus conformibus, & re iudicata, & quod ſtatuto vrbis locus eſſet exequeretur; ſin minus cauſam appellationis cognoſceret. Vnde cum idem Iudex videret iniuſtitiam dictarum ſententiarum, & quod non eſſent exequendæ proceſſit in cauſa appellationis, ac illã cognouit & potuit præfatas ſententias tamquam iniuſtas reuocare.

Quibus ſic ſtantibus, & conſtito hodie de Iuſtitia duarum ſententiarum fauorabilium Liuiæ & quod ſunt conformes, & inter Romanos viſum fuit intrare ſtatutum, & adeſſe rem iudicatam, & eſſe exequendam ad fauorem Liuiæ ex ſupradictis.

R. P. D. Ottembergio, Beneuentana Cenſus, Veneris 28. Nouembris, 1608.

SVMMARIA.

1 *Periurium repellit ab agendo non ab excipiendo.*

2 *Excommunicatus licet non audiatur agendo, poteſt tamen ſe defendere vti reus.*

3 *Minor ætas probatur per inſtrumenta ſponſaliorum, & matrimonij.*

4 Nemo

4 *Non præſumitur natus ex coniugibus ante contractum inter eos matrimonium.*

5 *Stuprum non præſumitur.*

6 *Minor nõ poteſt ſe obligare ſine ſolemnitatibus ſtatuti.*

7 *Fideiuſſor eſt etiam qui ſe obligat vti principalis in negocio ad alium ſpectante.*

8 *Declara hoc procedere quo ad ipſos obligatos, ſecus reſpectu principalis creditoris.*

9 *Statutum loquens de fideiuſſore procedit etiam in eo, qui obligauit ſe vti principalis, quando conſtat pecuniam ad eum non perueniſſe.*

10 *Statutum loquens de minoribus, procedit etiam in filiofamilias minore.*

11 *Præſentia patris in contractu minoris, ſupplet præſentiam conſanguineorum.*

12 *Pater non poteſt auctorizare filio ad ſuimet fauorem, & commodum.*

13 *Filius poteſt contrahere cum patre, abſque ſolemnitatibus ſtatuti.*

14 *Limita 1. quando ex facie inſtrumenti apparet de damno filij.*

15 *Limita 2. Quando contractus principaliter eſt initus ad fauorem alterius, licet reſultat cõmodum patris etiam in conſequentiam.*

DECISIO XX.

VARIAE fuerunt latæ ſententiæ ſuper validitate obligationis D. Io. Camilli, & fratrum ipſius filiorum Vincentij Mauroni, qui ſimul cum patre impoſuerunt Cenſum annuum ducatorum ducẽtorum triginta duorum, & illum vendiderunt Iulio de Gabatiis pretio ducatorum tricentorum viginti, & pro annua ſolutione ſe inſolidum obligauerunt. Vltima ſententia R. P. D. Hortenſij declarauit præfatam obligationem eſſe nullam, & inualidam, quam Domini confirmandam cenſuerunt.

Nam quo ad validitatem non obſtat nullitas op-
1 poſita ex capite periurij: † illud enim ſolum repellit
ab agendo; non autem ab excipiendo, *s. dilecti*, vbi
Ant. de Butr. in 2. not. de except. Rim. ſen. conſ. 61. nu. 6.
Seraph. de Priuileg. iuram. Priuileg. vlt. poſt nu. 17. verſ.
quarto limita. Honded. conſ. 18. num. 57. lib. 1. quidquid
in contrarium dixerit *Bal. conſ. 11. lib. 4.* Et eſt ſimi-
2 le in excommunicato, † qui etiam ſi non poſſit com
parere in Iudicio, vt actor, non tamen prohibetur
ſe defendere vt reus, *s. intelleximus, de iudic.*

Quo verò ad iuſtitiam Io. Camillus primogeni-
tus tempore impoſitionis Cenſus, ſcilicet 1590. erat
3 minor, † vt conſtat ex inſtrumento ſponſalium, &
matrimonij contracti inter Vincentium, & Beatri-
cem eius parentes anno 1568. nec eſt attendẽdum
quod dicitur ipſum potuiſſe naſci ante contractum
4 matrimonium, † cum hoc non præſumatur à cõmu-
5 niter contingentibus, & quia † non præſumitur ſtu-
6 prum. *Bal. conſ. 213. in fine, lib. 2.* Quare non † potuit
ſe obligare propter Statutum Beneuentanũ, quod
prohibet minores, ſeu pupillos fideiubere etiã pro
patre, & fratre: licet enim ambo tamquam princi-
pales ſe obligauerint, tamen pecuniæ peruenerunt
ad patrem, & ceſſerunt ad illius vtilitatem, vt ap-
paret ex duabus apochis eadem die factis quod ea-
dem ſumma Vincentio patri ſoluta fuit à Iulio em-
ptore Cenſus, & creditori Vincẽtij ex diuerſis cau-
ſis ex eadem pecunia, vt deponunt teſtes in ſum-
mario, *num. 7.* & facit, quia Io. Camillus renuncia-
uit priori hypothecæ, quam habebat in bonis Vin-
centij ſui patris ratione quorumdam legatorũ ſibi
relictorum per q. Bartholomęum de Chariſſimis pa-
truum, & conſtituit ſe poſteriorem creditorem Iu-
7 lio. vnde † cenſetur filium tamquam fideiuſſorem
acceſſiſſe, *Bar. in l. Reos, num. 1. in fine, & ibi Doctor. ff.*
de duob. reis, Natta, qui multus cumulat *conſ. 51. nu.*
8. Rota, conſ. 64. num. 5. lib. 1. Surd. conſ. 20. nu. 27. Non
8 obſtat quod † iſta doctrina habeat locum inter ip-
ſos correos, non inter correos, & principales credi-
tores reſpectu quorum nullus ex correis habetur
pro fideiuſſore, ſed pro principali, *Bart. vbi ſupra.*
verſ. ſi ergo quæritur, & verſ. aut non eſt ex mera libera-
litate, Natta. d. conſ. 51. num. 6. Surd. d. num. 27. Nam
9 † ſtatutum loquens de fideiuſſore locũ etiam habet
in correo obligato, quando conſtat ad eum pecu-
niam non perueniſſe, vt ait *Alex. conſ. 41. lib. 1. poſt*
Io. Andr. ad Speculat. in tit. de ceſſion. action. §. fin. in
Addit. quæ in ciuit. *diſputauit Alber.*

Non obſtat quod ſtatutum non diſponat expreſ-
10 sè in filiisfamilias, quia † cum loquatur generaliter
in contractu pupillorum, & minorum aptũ eſt com-
prehendere filiosfamilias minores & colligitur in-
tentio ſtatuentium: nam dum voluit in contracti-
bus pupillorum, ſeu minorum ſeruari omnia dicta
in contractibus mulierũ; Inter quæ ſpecialiter con-
ſtitutum eſt, quod mulieres non poſſint pro aliquo
etiam patre, & matre, vel marito fideiubere cũ vni-
uerſali dictione aliàs præfata omnia, &c. idem di-
ſponit in minoribus ne, ſcilicet; pro patribus fide-
iubeant, per conſequens intelligendum eſt de filiiſ-
familias. Et hoc intellectu recepto etiam ſi dica-
mus Ioan. Camillum re vera fuiſſe correum, & prin-
cipalem, nihilominus eius obligatio erit nulla, &
inualida: quia ſtatutum diſponit vt mulieres, &
minores non poſſint contrahere, niſi ex cauſa ne-
ceſſaria, vel vtili, idq. cum conſilio duorum proxi-
miorum conſanguineorum, vel affinium, & cum de-
creto Sindici, & Iudicis, quodq. contractus aliter
facti aliquo modo non valeant, & præſumuntur do-
lo, vel metu contracti, nec iuramento, vel alia qua-
uis renunciatione firmentur.

11 Non obſtat quod iſta † ſolemnitas poſſit ſupple-
ri per præſentiam patris, qui optima conſilia capit
pro filiis, *l. nec in ea, ff. de adult. l. fin. in princ. C. de iu-*
12 *reiur. Paul. de Caſtro, conſ. 42. parte 2.* Quia † non po-
teſt ad ſui proprij commodum pater auctorizare
perſonam filij, vt fuit dictum in *Bononienſi Cenſus,*
27. Martij præteriti coram R. P. D. meo Marcomontio.

13 Similiter non obſtat quod † filius poſſit contra-
here cum patre ſine ſolemnitatibus Statuti, quia
14 † non procedit quando ex facie ſcripturæ apparet
damnum filij, vt *Gabr. de ſtatut. Concluſ. 2. num. 7.* &
fuit dictum *coram Illuſtriſſimo Mellino in cauſa S. Seue-*
rini bonorum, 8. Februarij, 1602. & in Bononienſi rele-
uationis indemnitatis coram me, 22. Martij, 1602. Nec
15 † quando contractus principaliter eſt initus ad fa-
uorem alterius, licet in eo reſultet commodum pa-
tris, *Eugen. conſ. 88. num. 52. & 53.*

R. P.

R. P. D. Orano, Romana Cenſus, de Prouanis, Mercurij 8. Aprilis, 1598.

SVMMARIA.

1 *Cenſus impoſitus ſuper re minoris ſeruatis de iure ſeruandis, eſt validus, & num. 11.*

2 *Pro Cenſu datur via executiua.*

3 *Contractus minoris non irritatur ob ſub prætextu falſæ cauſæ, niſi probata illius falſitate, & num. 11.*

4 *Cameralis obligationis effectus non retardatur per allegationem falſæ cauſæ, ſi non ſit euidens.*

5 *Læſionis enormiſſimæ allegatio, quæ requirat altiorem indaginem, non impedit executionem cameralis obligationis.*

6 *Iuramentum habet vim clauſulæ eſſe omni meliori modo.*

7 *Fideiuſſor obligans ſe vti principales cum iuramento, tenetur non obſtante nullitate obligationis principalis.*

8 *Fideiuſſor promittens non allegare nullitatem contractus, tenetur etiam quod ſit nulla obligatio principalis.*

9 *Fideiuſſoria obligatio corruit, ſi non ſubſiſtat principalis.*

Declara ſi obligatio principalis, nulla ſit ipſo iure, n. 12.

Limita ſi obligatione fideiuſſorem non militet eadem ratio, num. 13.

10 *Fideiuſſor obligans ſe vti principalis, & inſolidum ſit correus debendi.*

DECISIO XXI.

MARCVS Antonius de Prouanis minor cum interuentu D. Quiſadæ procuratoris Chriſtophori de Prouanis, & Gregorij eius patrui tutoris, & pro tempore curatoris accedente decreto Iudicis, & aliis ſolemnitatibus tam à iure communi, quam à ſtatuto requiſitis impoſuerat annuum Cenſum ſcutorum cētum ſexaginta ſuper quadam eius domo in via aquæductus vrbis ad commodum q. Petri Pauli pro pretio ſcutorū duorum millium ad effectum, vt in narratiua inſtrumenti expreſſum erat, extinguēdi ſocietates officiorum per genitorem ſuum contractas; pro cuius aſſecuratione Lyppomannus, Antonius Radius, & Aloiſius Barzius vti principales principaliter, & inſolidum medio iuramento acceſſerunt. ſucceſſu temporis denegata ſolutione fructuū Cenſus hæredes Petri Pauli coram Auditore Cameræ, ſeu Iudice ab eo deputato conuenerunt obligatos, & obtinuerunt pro Cenſibus decurſis relaxari mādatum, à quo introducta coram me cauſa appellationis, ex quo in commiſſionis calce fuerat appoſita clauſula, ſi quid exequendum exequatur, &c.

Dubitaui an eſſet locus executioni mandati relaxati per A. C. & Domini vnanimiter concluſerunt affirmatiuè.

1 Qui partes erant in confeſſo contractum † Cenſus fuiſſe celebratum ſeruatis omnibus de iure ſeruandis. vnde cum Lyppomannus & ſocij promiſiſſent in eo ſoluere Cenſus, & quod minores de Prouanis effecti maiores præſtarent conſenſum, & contractum ratificarent, prout fecerunt merito contra tergiuerſantes de Cenſu annuo hæredi emptoris re-

2 ſpondere potuit † via executiua per relaxationem mandati procedi.

Nec ad contrarium dicendum Domini moueri potuerunt, quod decretum in conſtitutione Cenſus allegetur ex falſa cauſa fuiſſe appoſitum, videlicet, pro ſoluendo ære alieno, & ſocietatibus officiorum contractis occaſione ædificij domus ipſorū de Prouanis; cum tamen prætenderetur pars pretij Cenſus conuerſa in extinctionem debitorum eorum patrui.

3 Nam reſponſum fuit primò, quod † falſitas cauſæ non erat præſumēda, ſed cauſæ expreſſæ tandiu ſtandum donec contrarium probaretur, vt in terminos contractus minoris fuit dictum corā *Puteo decif. 245. lib. 3. Chiſſanen. decif. 183. per tex. in l. 1. in fine princ. ff. de reb. eor. ibi manente pupilli actione, ſi poſtea poterit probari obreptum eſſe Prætori, l. magis puto; §. nec paſſim, ff. eod.*

4 Vt † enim impediat executionem cameralis obligationis allegatio falſæ cauſæ debet eſſe euidens: *Alex. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 54. ff. de verb.*

5 *obligat.* nō ſecus ac enormiſſima læſio, † quæ demum impedit executionem cameralem, ſi altiorem indaginem non requirat, *Galleſ. ad obligat. cameral. parte 4. quæſt. 1. num. 17. Anton. Auguſt. in epitom. tit. de iure iur. §. de obligat. cameral. num. 4.*

Secundò, quia præſuppoſito, quod cauſa expreſſa eſſet falſa, cuius occaſione ceſſaret obligatio minorum, nihilominus iſti promiſſores ſtante iuramento

6 per eos præſtito non ideo fuerūt liberati, quia † illud habet vim clauſulæ omni meliori modo, &c. *Bal. in l. ſi quis pro eo, num. 15. ff. de fideiuſſor. Mobed.*

7 *decif. 223. alias 2. eo. tit.* & quia ſe † obligauerunt vti principales, & inſolidum, *Mobed. d. vbi ſupra, Bal. in l. ſi prædium, num. 5. C. de iure dot. Alex. conſ. 32. nu. 10. & 11. lib. 4.* vbi dicit ſe nōn inuenire contradictorem, *& conſ. 29. num. 35. & ſeq. lib. 7. Corn. conſ. 214. lib. 2. Iaſ. conſ. 18. num. 4. lib. 3. Natta conſ. 162. num. 19. & 345 nu. 2. verſ. tertio dubitatur. Couar. in c. quamuis pactum, parte 2. §. 6. num. 3. de pact.* Quod eo magis di-

8 cendum videbatur, quoniam † ipſi in dicto inſtrumento promiſerunt non allegare nullitatem contractus, ſed ea, ſi qua adeſſet, non obſtante ſoluere, & adimplere in eo contenta, *Alex. conſ. 32. nu. 4. & ſeq. vol. 2. Aim. conſ. 187. Incipit A, & B.* vbi dicit, quod vigore pacti non poteſt allegari nullitas, maximè quando interuenit iuramentum. Et omnem anſam vlterius dubitandi tollebat, quod pecuniæ Cenſus fuerant de eorum mandato ſolutæ, & conuerſæ in extinctionem ſocietarum pro quibus ipſi erant obligati: nam in effectu pater negotium Cenſus ad ipſos re, & vtilitate pertinuiſſe.

Quapropter parum ad propoſitum videbatur

9 deduci per Scribentes dum cōtendebant ex † cauſæ falſæ expreſſione principalem obligationem ipſo iure corruere, & in conſequētiam tamquam acceſſoriam fideiuſſoriam ex traditis per *Ceph. conſ. 437. num. 22. cum ſeqq. Odd. de reſtit. in integ. parte 1. quæſt. 8. art. 7. nu. 41. & ſeq.* Quia diuerſi ſunt termini præſentis caſus: nam iſti non ſunt ſimplices fideiuſſores, ſed equè principales, & inſolidum obligati cum

10 iuramēto & hypotheca bonorum, ideo † reputantur tamquam duo correi, *Mobed. d. decif. 2. Natta, conſil. 345. Decian. reſpon. 22. num. 5. volum. 2.*

Et

Digitized by Google

Et ſic eorum obligatio non dicitur acceſſoria, ſed
11 principalis. Nā † cum fuerit ſeruatis ſeruandis ce-
lebratus cum expreſſione cauſarum quod eſſent ini-
tæ multæ ſocietates & acceptę pecunię in vſum me-
liorationis domorum minorum præſumitur validus
à principio, licet probato contrario poſſit annulla-
ri, *l. 1. in princ. ibi manente pupillo actione, ff. de reb. cor.
Chiſſan. in decis. 183.* & ita procedit *conſ. Laurent. de
Pinas 71. num. 4. & 5.* & aliorum allegatorum, qui
12 loquuntur in terminis caſus in quo † obligatio mi-
noris ab initio fuit ipſo iure nulla, quia natiuitati
obligationis reſiſtebat ſtatutum; ideoque cum con-
tractus ab initio valuerit, & obligatio fideiuſſoria
habuerit effectum, hoc caſu ſublata principali obli-
gatione non tollitur acceſſoria, *Cepħ. conſ. 427. nu.
13 29. lib. 3.* Nec † etiam quando fauore minoris irri-
tatur obligatio principalis, irritatur obligatio ac-
ceſſoria, quæ non eſt æque fauorabilis, *Paris. conſ. 16.
num. 11. lib. 2.* & bene hic per informantes pro hę-
redibus Cornelij.

R. P. D. Pirouano, Romana nullitatis Cen-ſus, Lunæ 8. Nouembris, 2610.

SVMMARIA.

1 *Decretum Iudicis habet præſumptionem pro ſe non ſo-
lum reſpectu iuſtitiæ, ſed etiam reſpectu ſolemnitatum.*
2 *Decretum Iudicis impugnare volens, debet probare il-
lius nullitatem.*
3 *Affinitas ſoluitur morte alterius, ex coniugibus.*
4 *Statutum requirens præſentiam proximiorum, intelligi-
tur de proximioribus tempore contractus.*

DECISIO XXII.

DOMINI approbauerunt ſententiam
Rotalem, quia obiectus, qui pro par-
te D. Maroldi contra Cenſus validi-
tatem opponitur nō videtur ſufficien-
ter probatus, nempe quod in huius
Cenſus conſtitutione non interuene-
rint proximiores Statiliæ, licet in Vrbe reperirentur
contra diſpoſitionem ſtatuti Vrbis, *c. 151. lib. 1.* an-
nullantis omnes cōtractus mulierum ſine huiuſmo-
di ſolemnitatibus. nam cum Cenſus fuerit per Stati-
liam conſtitutus cum decreto Iudicis, & præſentia
curatoris ad id ſpecialiter deputati, ſatis de illius
1 validitate conſtare dicitur, † cum pro decreto Iudi-
cis præſumatur nō ſolum quo ad ſolemnitatem re-
quiſitam pro iuſtitia, *Alex. conſ. 125. nu. 5. lib. 1. Me-
noch. de Præſumpt. lib. 2. præſumpt. 75. nu. 5.* ſed etiam
quo ad ſolemnitatem requiſitā ad validitatem de-
creti, *Alc. Regula 3. Præſumpt. 3. & 14 in princ. Surd.
2 conſ. 29. num. 7. vol. 1.* Et ideo † volenti venire contra
Decretum incumbit onus manifeſtè probandi il-
lius nullitatem tamquam fundamentum ſuę inten-
tionis, *l. nimis graue, C. de teſtib. l. qui accuſare, C. de
eden. l. ſi minores, C. de in integr. reſtit. l. verius, C. de pro-
bat.* Quæ probatio non affertur: quia licet teſtes pro
Maroldo dicant in Vrbe adfuiſſe Antonium Groſi-
linum maritum Hortenſiæ ſororis Statiliæ, & detur
fides præſentiæ ipſius Antonij, dū Notarius actua-
rius in eā atteſtatur eodem die 20. Februarij quo
inſtrumentum Cenſus fuit celebratum eum coram
Iudice Capitolino comparuiſſe, & conſequenter
contractui interuenire potuiſſe, *Caſtr. conſ. 174. dub.
2. lib. 1. Cran. conſ. 86. num. 14.* Tamen probatum non
eſt quod de dicto tempore Hortenſia Statiliæ ſoror
viueret, prout requirebatur ad concludendam affi-
3 nitatem, † quæ per mortem vnius ex cōiugibus po-
tuit eſſe diſſoluta, *l. cui eorum, §. affinitatis, vbi Bar. ff.
de poſtul. Gloſ. in l. ſed hoc, in verbo, ſuccurrendum, ff. de
re iudic. Tiraq. in tract. ceſſant. cauſ. parte 1. nu. 27. &
31. Rota Peruſ. Deciſ. 2. num. 17. parte 1 Vrſill. ad Af-
flict. deciſ. 46. num. 14.*
4 Et certum eſt, † quod tale ſtatutum requirens pro-
ximiores intelligi debet de his, qui ſunt tales de
tempore celebrati contractus, nō de illis, qui deſie-
runt eſſe, *d. §. affinitatis*, & probarunt *Caſtr. conſ. 249.
num. 1. & ſeq. lib. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Gloſ. 9.
nu. 96.* atque ita ceſſante præſuppoſito affinitatis,
contractum ſuſtineri fuit reſolutum.

R. P. D. Dunozet, Romana Caſalis, Veneris 3. Aprilis, 1615.

SVMMARIA.

1 *Decretum Iudicis præſumitur validum, & aſſerenti
contrarium incumbit onus concludenter probandi, &
num. 5.*
2 *Minorum bona ſtabilia licitè alienantur, quando fœnus
& vſuræ ſuperant fructus bonorum illius.*
3 *Cenſus in cuius emptionem non fuit ſolutum pretium
in pecunia numerata, eſt nullus, quæ nullitas ſolet ſa-
nari in ſignatura ſanctiſſimi.*
4 *Fraus regulariter, & præcipuè in matre tutrice, non
præſumitur.*
6 *Minorum bona ſtabilia licitè per tutorem alienantur,
vt dos detur marito recuſanti illam accipere in bonis
ſtabilibus.*
7 *Fideiuſſio de euictione auget rei vendendi pretium.*
8 *Stabilia minorum non ſunt alienanda, donec extant
mobilia.*
9 *Dummodo conſtet tempore faciendæ alienationis exta-
re mobilia.*

DECISIO XXIII.

CVM ſub die 14. Ianuarij, 1614.
fuerit reſolutum informante ſo-
lum domina Octauia de Maxi-
mis conſtare de nullitate aliena-
tionis Caſalis venditi q. Domino
Franciſco Scapuccio à q. D. Bri-
gida de Magiſtris & D. eius ma-
tre, & curatrice. Hodie eius filij, & hæredes exami-
natis de nouo teſtibus obtinuerunt denuo ſuper di-
cta reſolutione audiri, & dubio bis propoſito, cau-
ſaq; diligenter examinata, Domini receſſerūt à deci-
1 ſis. ea maximè ratione, quia † cum regulariter præ-
ſumatur pro validitate decreti Iudicis, & d. D. O-
ctauiæ incumbat onus cōcludenter probandi con-
trarium, vt ex multis allegatis fuit in hac cauſa de-
ciſum die Veneris 26. Nouembris, 1610. corā b. m.
Penia,

Penia, tota facti ſerie perſpecta non ſolum omnia, quæ pro parte D. Octauiæ adducuntur nō concludunt ex falſa cauſa Iudicem huic alienationi Caſalis decretum ſuum interpoſuiſſe, quin potius probationes adductæ pro parte DD. de Scapuciis magis incaleſcunt ad iuſtificandam neceſſitatem cauſæ alienationis.

2 Indubitati † enim iuris eſt licitum eſſe alienare bona ſtabilia minorum, quando fœnus & vſuræ ſuperant fructus bonorum hæreditariorum per tex. expreſſum in *l. magis puto, §. non paſſim, ff. de reb. eor. qui ſub. Imol. conſ. 98. nu. 4. Ang. Aret. conſ. 128. nu. 25. & 26. Natta, conſ. 631. nu. 37. verſ. ex præmiſſis igitur,* Quod fundamētum in iure veriſſimum iuſtificatur in facto; nam ſi ratio habeatur ſolius calculi dati pro parte Dominæ Octauiæ apparebit vſuras ſuperare fructus caſalis, quod ſolum q. Dominę Brigidæ in partem hæreditatis obuenerat, fructus ſiquidem dotis promiſſæ aſcendebant ſingulis annis centum octuaginta fructus Cenſuum non controuerſorum ad ſcuta nonagintaquattuor vltra Cēſum debitum Canonicis Sanctæ Mariæ Maioris, quód erat ſcutorum quadraginta, ſicq. comprehēſo Canone ſcutorum ſexaginta ſex omne illud fœnus conſtituebat ſummam ſcutorum tricentorum octuaginta, fructus verò Caſalis de tempore contractus, vt cōſtat ex locatione ad nouennium facta antea per quinquennium non excedebat ſummam ſcutorum ducentorum nonaginta trium. Vnde apparet ad ſenſum interuſuria longè excedere fructus Caſalis non comprehenſis, quæ annuatim ad reſarciēdam domum, aut meliorandū Caſale fundi dominus etiam parciſſimis impendit.

Nec obſtare viſa fuerunt ea, quæ cōtra partitam ſcutorum quadraginta debitam ſingulis annis dictis Canonicis adducuntur, ſcilicet, non eſſe habendam rationem dictæ ſummæ in hoc calculo, quia
3 † Cenſus erat nullus ex cōſtitutione *ſanctæ mem. Pij V.* cum non eſſet facta actualis pecuniæ numeratio: Placuit enim Dominis reſponſio, cum debitum pro Canonibus decurriſſet ad euitandam caducitatē nullo iure poſſet controuerti potuiſſe in ſignatura ſanctiſſimi obtineri ſanationem huiuſmodi nullitatis; & in omnem euētum cum neceſſario ſoluenda eſſet ſors principalis eadem ſumma erat recipienda ſub vſuris, vel vendendum Caſale, & ideo æquitas ſuadet habēdam eſſe rationem huius partitæ ad iſtum effectum.

Prout non obſtare viſum fuit quod dicebatur veriſimile eſſe locationē iſtam vltimam ſcutorum ducentorum nonaginta trium factam à d. D. Modeſta fuiſſe in fraudem minorum, vt poſtea viliori pretio dictum Caſale ad manus Scapuccij ex primo matrimonio filij perueniret. Reſponſum enim fuit, vltra
4 quod † fraus regulariter, & præcipuè in matre tutrice non præſumitur, ceſſare omnē doli præſumptionem ex eo quod per quinquennium antea reperiebatur facta huiuſmodi locatio, & veriſimile non eſt, matrem in fauorem conductoris penitus extranei tanta tempore voluiſſe hoc præiudiciū filiabus inferre locādo Caſale pro minori pretio, ſi valor dicta ſcuta 293. excederet; tum ēt, quia dictum Caſale, vt deponunt teſtes, fuit exhibitū pro eodē pretio marito Brigidæ, qui illud inſolutū accipere recuſauit.

Nec etiam ſatis concludenter probatus videtur vetus valor fructuū dicti Caſalis ex eo quod ex anteriori locatione facta ad rationem ſcutorū trium pro quolibet rubro, vel ex poſteriori facta pro ſcutis quingentis; nam quo ad primam cum facta pro ſcutis tribus pro quolibet rubro, & Caſale ſolummodo conſiſtat in rubris nonaginta, euidenter patet pretium fuiſſe multò minus, & non aſcendere niſi ad ſummam ſcutorum ducentorum ſeptuaginta. Et licet adeſſet pactum facultatiuum ſeminandi, quo caſu cōductor tenebatur ſoluere ſcuta quinque pro quolibet rubro ſeminato; tamen nec ex hoc neceſſario colligitur dictum caſale fuiſſe tunc locatum pro maiori affictu, cum nec totum caſale poſſet ſeminari quolibet anno. Quo verò ad locationem poſteriorem attinet, nec etiam illa probat vetum valorem reditus dicti Caſalis, tum quia non eſt locatio, ſed reconditio facta potius ex affectu, quam ex vero valore, vt euentus docuit, cum ſubcōductor fuerit coactus deſerere locationem & fugam arripere, tum etiam quia medio tempore potuit dictum Caſale meliorari à d. D. de Scapucciis emptore. Et in omnem euentum non ſufficit d. D. Octauiæ probare per poſſibile fructus Caſalis ad eam ſummam aſcendere, quæ ſufficeret ad omnia alia debita hæreditaria ſoluenda, ſed cum ex ſupra-
5 dictis, impugnet decretum Iudicis † clara, & euidens incumbit probatio, quæ in hoc caſu non videtur adeſſe.

Placuit etiam Dominis aliud fundamentū addu-
6 ctum ad ſuſtinendum d. alienationem marito, † ſcilicet, recuſante recipere bona ſtabilia in dotem tūc licitum eſſe tutori illa alienare, vt dos detur in pecunia; & hanc iuſtam alienationis bonorum minorum cauſam eſſe iuridicam tradit Iuriſconſultus, in *l. ſiue generalis, ff. de iure dot. l. lex quæ tutores. & ibi Gloſ. C. de adm. tut. Gloſ. in l. ob æs, C. de præd. minor.* cum ſimilibus, quod huic caſui applicatur: cū enim Brigida eſſet nubilis, & D. Pacificus numquam potuerit adduci, vt Caſale in dotem acciperet, ſed vellet pecunias, & hac de cauſa matrimonij tractatus penè fuerit diſſolutus neceſſario inferendum eſt ſufficientem adfuiſſe cauſam alienandi. & quamuis dicatur in deciſione præcedenti iſtam cauſam non amplius fuiſſe vrgentem, quia matrimonium iam erat contractum ſub promiſſione ſolutionis dotis infra triennium, & ita remanebant pecuniæ dotales ſub vſuris, placuit tamen reſpōſio, quod Scapuccius pro tali dote fideiuſſerat, & lapſo biennio cogebatur ſoluere in pecunia tria millia. & ideo bene potuit durante adhuc triennio vendere Caſale, vt adueniente tempore pecuniæ eſſent paratæ: nec enim qui venale exponit Caſale debet exſpectare vltimam horam termini, quia ſubeſſet periculum vtrum emptor tunc reperiretur, qui legitimo pretio emere vellet; tum maximè, quia ex ſupradictis apparet vſuras ſuperaſſe fructus, & omnis dilatio ſemper fuiſſet nociua minori.

Conſiderarunt etiam Domini non ita facilè potuiſſe vendi extraneo, & ignoto iſtud Caſale, cum ſuper eo antiqua lis extitiſſet, & prætenſa de uolu-
7 tio, & emptum fuiſſe † ſine vllo fideiuſſore de euictione quod facit partem pretij ad *l. fundi partem, ff. de contr. empt. Couar. Var. Reſolut. lib. 2. cap. 3. num. 4. verſ.*

verſ.quinto infertur, Rota decif. 148. *num.* 5. *parte* 2.

Quibus non obſtare viſum fuit quod dicitur pro
8 parte D.Octauiæ adfuiſſe bona mobilia quo † cum non poterat ad ſtabilium alienationem deueniri: nam cum hoc non probetur niſi ex inuentario facto multò ante tempus dictæ alienationis, & illa potuerunt eſſe alienata pro ſoluendis aliis debitis hære-
9 ditariis, non † venit ex hoc capite reſcindēdus contractus celebratus cum ſolemnitatibus tam ex diſpoſitione iuris, quam ſtatuti requiſitis.

Quod autem dicitur conſanguineos, qui huiuſmodi alienationi conſenſum præſtiterunt, prout requirit ſtatutum habuiſſe in hoc contractu conſiderabile intereſſe, hoc in facto non ſubſiſtit, aut ſaltem non eſt probatum vt debet ſatis concludenter, ideo Domini de eo nullam rationem habuerūt.

Ex quibus ita vtraque parte informante fuit deciſum.

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Romana Cenſus, Lunæ 8. Martij, 1610.

SVMMARIA.

1 *Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam datus, vbi conſtat de bono iure, & de iniuſtitia ſententia.*
2 *Inſtrumentum facit rem certam, & manifeſtam.*
3 *Numeratio pecuniæ probatur per atteſtationem Notarij.*
4 *Teſtes deponentes contra inſtrumentum, debent eſſe omni exceptione maiores.*
5 *Teſtium dicta debent ſemper concludere.*
6 *Teſtes deponentes contra inſtrumentum debent concludenter, & ex neceſſitate concludere.*
7 *Cauſa legitima capiendi pecunias ad Cenſum, eſt ſolutio æris alieni.*
8 *Simulationis præſumptionem excludit, præexiſtentia cauſæ vera.*
9 *Item quando actus potuit fieri verè, & ſine fraude.*
10 *Defectus propinquorum in contractu minoris non inualidat contractum, niſi probetur illos potuiſſe interuenire celebrationi inſtrumenti.*

DECISIO XXIV.

DOMINI dixerunt conſtare de cauſis
1 reſtitutionis † in integrum ex bono iure Bartholomæi, & Mariæ coniugum, *Caputaq. decif.* 94. *parte* 3. & propterea de iniuſtitia ſententiæ contra ipſos latæ, *Guido Papa, decif.* 215. *ſub num.* 8. & 368. fuit dictum *in vna Auximana dotis*, 14. *Maij*, 1575. *coram b.m. Cardinali Seraphino.*

Bonum ius autem eſt clarum ex publico inſtru-
2 mento, † quod facit rem certam, & manifeſtam, *c.cum dilecti, vbi Abb.num.* 2. *de donat. Bar. in l.* 1. *num.* 8. *ff. de noui oper. nunc. Bal. in l. intereſt, num.* 2. *C. de ſolut. Alex. conſ.* 135. *num.* 5. *lib.* 6. & in noſtris terminis, dixit *Rota in Beneuentana Cēſus*, 16. *Decembris*, 1594. *coram Illuſtriſſimo Cardinali Mantica, in Bononienſi Cenſus*, 24. *Aprilis*, 1600. *corā Illuſtriſſimo Cardinale Pamphilio, & in vna Romana Cenſus*, 10. *Ianuary*, 1605. *coram R.P.D. meo Lancelotto*, in quibus fuit dictum
3 † ſatis conſtare de numeratione pecuniæ poſtquam de ea Notarius in inſtrumento atteſtatur; & propterea pars quæ dicit Cenſum creatum fuiſſe ſine pecuniæ interuentu id habet apertiſſimè probari, vt fuit dictum in illa Beneuentana, & aliis ſupradictis Deciſionibus. Tales autem non ſunt probationes, quæ in contrarium adducuntur: nam teſtes ad hoc inducti non ſunt conteſtes, aliqui non ſunt formiter examinati, aliqui, vt filia Statiliæ, habet intereſſe in
4 cauſa cū ipſa eſſet creditrix, & tñ teſtes † qui deponūt contra inſtrumentū, & cōtenta in eo debent eſſe omni exceptione maiores, *l. optimam, in fine, vbi Bal. C. de contr. & comm. ſtipul. Bart. in l.* 1. *§. ſi quis neget, num.* 12. *poſt med. ff. quemad. teſtam. aper. Iaſ. conſ. conſ.* 124. *num.* 2. *ad finem, verſ. ſed ad iſtud obiectum, lib.* 1. *Corn. conſ.* 261. *poſt num.* 24. *lib.* 4. ſuit dictum in terminis illis in vna *Foroliuienſi Cenſus*, 13. *Nouembr.* 1589. *coram b. m. Orano, & in vna Bononienſi Cenſus*, 19 *Octobris*, 1598. *coram R. P. D. meo Decano*. aliqui etiam non deponunt concludenter, vt bene perpendunt informantes pro Bartholomæo, & Maria.
5 Et licet † teſtes debeant ſemper concludere, ex regula *l. neque natales, C. de probat. c. in præſentia, eod. tit.*
6 attamen præcipuè † vbi agitur de probando contra inſtrumentum debent neceſſario, & concludenter deponere. *Alex. conſ.* 33. *nu.* 15. *lib.* 3. *Iaſ. conſ.* 13. *col.* 4. *verſ. ſecundo pro eadem parte, lib.* 3. *Menoch. de arbitrar. caſu* 105. *num.* 2.

Coniecturæ adductæ pro ſimulatione non placuerunt Dominis. Præcedens enim pactio de capiendo ad Cenſum ſummam in qua Statilia remanſit creditrix nō concludit ſimulationem, immo po-
7 tius illam excludit: † quia legitima cauſa accipiēdi pecunias ad Cenſum, prout plerumque cōtingit eſt ſolutio æris alieni, & debitum erat verum & reale;
8 præexiſtens † autem cauſa, quæ vera fuit tollit ſuſpicionem ſimulationis, quæ etiam non habet locum vbicumque Cenſus potuit realiter, & verè conſtitui, vt fuit dictum coram me, *in alia Romana Cenſus*, 26. *Nouembris*, 1604.

Neque etiam argui poteſt ſimulatio ex eo quod muratores creditores Statiliæ emerint cenſura ab illo ad cuius fauorem illum cōſtituerat Statilia. Quia vltra quod hoc eſt factum per plures menſes poſt eius creationem, iſtud nihil concludit, quia potuit
9 † fieri verè & ſine fraude, vnde ceſſat ſuſpicio fraudis, & ſimulationis, *l. qui autem, in princ. ff. de his, quæ in fraud. credit.* & ſuit dictum *in allegata Romana Cenſus coram me.*

Deciſio in cauſa Senogallienſi Cenſus coram R. P. D. meo Decano non applicatur, quia vt ex eius lectura apparet, multa ibi concurrebant, ex quibus maxima oriebatur præſumptio quod realiter pecunia non interueniſſet, quod ceſſat in caſu noſtro.

Nec obſtat quod obiicitur Cenſum fuiſſe impoſitum à Statilia non adhibitis ſolemnitatibus Statuti, quia contrarium apparet ex decreto Iudicis, & præſentia Curatoris ad id ſpecialiter deputati. Non releuat quod non interuenerint propinqui, quos conſtat ex depoſitionibus teſtium extitiſſe tempore
10 conſtitutionis Cenſus. Quia † non ſufficit quod extarent, ſed debet probari quod potuerint celebrationi inſtrumenti interuenire, *Paul. de Caſtro, conſ.* 324. *in* 2. *dub. lib.* 1. *Corn. conſ.* 306. *num.* 8. *libro* 1. Et

fuit

fuit dictum *in Romana Cenſus. 22. Februarij anni præteriti coram me*, hoc autem non deponunt.

Ex quibus fuit concluſum conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum.

R. P. D. Bubalo, Romana Cenſus, 23. Ianuarij, 1591.

SVMMARIA.

1 *Emptor rei Eccleſiæ, & minoris, quando fit venditio ex cauſa neceſſitatis debet eſſe ſollicitus, quod pretium conuertatur in cauſam expreſſam.*

2 *Secus quando venditio fit ex cauſa voluntaria, propter vtilitatem.*

3 *Alienatio rei minoris facta cauſa extinguendi illius æs alienum, ſuſtinetur tamquam facta ex cauſa neceſſaria.*

4 *Alienatio facta vt ex pretio rei ſuppoſitæ extinguatur Cenſus maior quam ſint fructus rei venditæ, dicitur facta ex cauſa vtilitatis, et ſic voluntaria, nõ neceſſaria.*

5 *Alienatio rei minoris facta cauſa extinguendi Cenſum, eſt facta ex cauſa voluntaria, non neceſſaria.*

6 *Verſio pretij bonorum pupilli in eius vtilitatem, eſt inducta fauore pupilli.*

7 *Quilibet præſumitur facere id ad quod de iure tenetur.*

8 *Decretum Iudicis interpoſitum cum cognitione cauſæ, habet præſumptionem pro ſe.*

9 *Intentio, & voluntas hominum elicitur ex coniecturis, & præſumptionibus, & num. 8.*

DECISIO XXV.

DVBITAVI in hac cauſa eum aliquibus præſuppoſitis an Paulus Natus, à quo D. Victoria, & Hieronyma cauſam habent, emptor domus, quæ ei vendita fuit de anno 1533. à filiis & hæredibus q. Pauli Blondi teneretur eſſe ſollicitus vt pars pretij depoſitati cõuerteretur in extinctionem Cenſuum in caſu & ad effectum de quo agitur, & Dñi in hac materia firmarunt duas Cõcluſiones.

1 Altera eſt, † quod emptor rei Eccleſiæ & minoris, quando fit venditio ex cauſa neceſſaria pro ſoluendo ære alieno debet eſſe ſollicitus quod pretiũ conuertatur in ſolutione æris alieni, pro quo fuit facta venditio. *Inn. in c. 1. n. 1. verſ. vel forte*, vbi alij *de depoſ. Abb. & alij, in c. quod quibuſdam, de fideiuſſor. Laurent. Rodulph. in c. ſine exceptione, num. 168. 12. q. 2. Rebuff. in Compend. de alienat. rei eccleſ. nu. 40. Couar. Varreſol. lib. 2. cap. 17. num. 3.* & in his terminis procedit Deciſio facta à *R. P. D. Decano de Rubeis b. m. in illa Romana domus de Picionibus*.

2 Altera eſt Concluſio, quod † quando venditio fit non ex cauſa neceſſaria æris alieni, ſed voluntaria propter vtilitatẽ, eo caſu emptor ſoluendo pretium liberatur, nec tenetur probare verſionem, *Dec. conſ. 36. nu. 18. verſ. tertio principaliter, & conſ. 330. num. 3. Crot. conſ. 4. nu. 6. lib. 1.* & in his terminis fuerunt factæ Deciſiones *in cauſa Auximana bonorum, & Anconitana terrarum de anno 1578. coram R. P. D. Seraphino*.

In caſu autem de quo agitur, tenuerunt Domini nos verſari in caſu ſecundæ Concluſionis: quia apparet venditionem domus nõ fuiſſe factam ex cauſa æris alieni, ſed ex cauſa voluntaria, nempe, quia fructus Cenſus impoſiti ſuper domo excedebãt fructus ipſius domus, † quo caſu quamuis ſuſtineatur 3
alienatio bonorum pupilli tamquam ex cauſa æris alieni, iuxta tex. in *l. magis puto, §. non paſſim, in fine, ff. de reb. cor.* nihilominus nõ æquiparatis effectus, quia † alienatio ex dicta cauſa propter exceſſiuum modum vſurarum magis pertinet ad vtilitatem, quam ad neceſſitatem. quod etiam ſuadetur, quia iſta domus erat ruinoſa, vt apparet ex dicto duorum teſtium examinatorum à Iudice, qui interpoſuit decretum. 4

Nec poteſt dici facta ex cauſa neceſſitatis, quia creditores Cenſus vrgerent, † nam non poterant repetere ſortem principalem Cenſus, iux. *Extrau. Calixti, & Martini, ſub tit. de empt. & vendit.* 5

Præterea Domini conſiderabãt, quod in hoc caſu emptor nõ poterat eſſe ſollicitus, vt pecuniæ verterentur in extinctionem Cenſuum, quia hæredes venditoris prætendebant Cenſus fuiſſe impoſitos ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis, & ex hoc ipſos non teneri ad illorum extinctionem, & propterea ſuper nullitate Cenſus commiſerunt cauſam in Curia Capitolij de anno 1538. quo ſicut non eſſet venditoribus vtile, vt dd. Cenſus ſoluerentur ſtante ſupradicta lite, ſed potius eis expediebat annullare Cenſus ex cauſa fideicõmiſſi, & ſic ceſſat ratio quod emptor teneatur eſſe ſollicitus, quia † verſio eſt inducta ad fauorem pupilli, nec debet in odium retorqueri, *l. quod fauore, ff. de reg. iur.* 6

Nec dicatur litem ſuper fideicõmmiſſo fuiſſe ceptam poſt venditionem per quinque annos, & iſto medio tempore emptorem curare debuiſſe, quod Cenſus extinguerentur: quia præſumendum eſt ipſum hanc diligentiam feciſſe, ſed propter prætenſum fideicommiſſum non eſſe ſequutam extinctionem, vt effectus docuit. † Quilibet enim præſumitur facere id ad quod de iure tenetur. 7

Vltimò mouebãtur Domini ex pluribus circumſtantiis huius facti. Primò, quia venditores cum decreto Iudicis, conſenſu curatoris, & propinquorum ſuſceperunt in ſe onus extinguẽdi Cenſus quod facere poterant, quia venditio erat ex cauſa voluntaria, nec neceſſaria præſertim ſtante decreto Iudicis, quod proceſſit cũ cognitione cauſæ † pro quo præſumitur, iux. *conſ. Imol. 98. num. 9. Alex. conſ. 8. nu. 10. lib. 5.* Secundò, quia illinc ad modicũ tempus cæperunt extinguere Cenſum non impoſitum ſuper domo vendita, & ſic cæperunt agnoſcere debitum ad quod obligati erant. Tertiò, quia cum fuiſſet mota lis ſuper d. domo contra emptorem ab illis de Gotifredis pro ſolutione Cenſus ipſi venditores vſque ad annum 1568. ſuſceperunt in ſe litem defendendo ſub prætextu fideicommiſſi, ex † quo appatet illos numquam habuiſſe intentionem extinguendi d. Cenſum, & conſequenter fruſtratoria erat omnis diligentia emptoris, vt Cenſus extingueretur. 8 9

Ex quibus patet reſponſio ad omnia quæ in contrarium adducta fuerunt. Et ex his omnibus ſimul iunctis, fuit concluſum ad fauorem D. Hieronymæ, & Victoriæ de Natis, nempè ſupradictam exceptionem contra eas appoſitam non eſſe conſiderabilem, neque admittendam.

Illuſtriſſimo Cardinale Pamphilio, Foroliuienſis reſciſſionis contractus, Veneris 19. Decembris, 1603.

SVMMARIA.

1 *Solemnitas requiſita ex conſuetudine in contractu minorum, ſuppletur iuramento.*
2 *Decretum Iudicis interpoſitum ex falſa cauſa, eſt nullũ.*
3 *Debitum ex cauſa Cenſus, non dicitur neceſſarium.*
4 *Venditio facta pro extinguendo Cenſu, non dicitur facta ex cauſa neceſſaria.*
5 *Accollatio debiti facta ſine conſenſu creditoris, non liberat debitorem.*
6 *Exprimens falſam cauſam pro obtinendo Iudicis decreto, non eſt ſine dolo.*
Iuramentum extortum ex falſa cauſa, non obligat.

DECISIO XXVI.

CONTRACTVS venditionis prædij de quo agitur, non placuit Dominis; & omiſſo defectu ſolemnitatum conſue-
1 tudinis Foroliuij, † ſuppletur iuramento, iuxta notata *in Auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit.* dixerunt contractum
2 eſſe nullum ex falſa cauſa, † quæ reddit Iudicis decretum deſuper interpoſitum ipſo iure nullũ, *l. magis puto, §. æs alienũ, ff. de reb. cor. l. cum vero, §. proinde, ff. de fideic. libert. l. 1. §. hæc verba, ff. ne vis fiat.* cum aliis allegatis,

Fuit enim inſinuatum quod mulieribus erat neceſſaria alienatio, & minus damnoſa pro ſoluendis debitis Andreæ eorum filij, & nepotibus reſpectiuè, vt in patriã liberè redire poſſet, & tamen neque dictæ mulieres tenebãtur ad debita Andreæ, nec de-
3 bitum † Cenſus in quo erat obligatus Andreas erat neceſſarium, quia illius emptor non vrgebat, nec vrgere poterat pro ſorte principali, cum Cenſus
4 pro parte emptoris ſit perpetuus, & † venditio facta pro illius extinctione non dicatur facta ex cauſa neceſſaria, vt fuit reſolutum *in vna Romana Cenſus, 23. Ianuar.* 1591. *coram b. m. Bubalo,* & in aliis cauſis allegatis. Et ꝙ magis eſt, nec fuerũt ſoluta debita Andreæ, ſed ex pretio ſcuta quinquaginta venerunt ad manus mulierum, & pro aliis quinquaginta fuit data emptori dilatio annorum duorum. Et pro reſiduo accollauit ſibi Cenſum ſupradictum in quo
5 erat obligatus Andreas, † qui per eiuſmodi accollationem factam ſine conſenſu, & interuẽtu creditoris nõ fuit liberatus quin poſſit moleſtari, prout poterat ante accollationem, *Glo. magna in l. legauit, ff. de liber. legat. in fine, Bart. in l. ſingularia, num. 19. Iaſ. num. 54. ff. ſi cert. pet.*
6 Non obſtat ꝙ venditio fuit iurata, † quia iuramentum vti doloſè extortum propter cauſas falſas narratas, *l. falſas. §. ſi quis, ff. de furt. l. ſi quis affirmauerit, §. 1. l. quod venditor, ff. de dolo,* dicitur nullum, & nihil operatur, *c. cum contingat. ext. de iure iur. c. licet, eo. tit. in 6. c. quamuis, de pact. in 6.* & notant Doctores in dictis iuribus communiter.

Illuſtriſs. Card. Pamphilio, Romana Inualiditatis Cenſus, Vener. 24. Maij, 1591.

SVMMARIA.

1 *Cenſus impoſitio dicitur alienatio.*
2 *Cenſus impoſitio ſuper bonis Eccleſiæ vt ſit legitima, requirit ſolemnitates, & iuſtam cauſam.*
3 *Beneplacitum Apoſtolicũ in alienatione rei Eccleſiæ, nõ præſumitur niſi poſt lapſum ad minus triginta annorũ.*
4 *Cauſa alienandi bona Eccleſiæ debet aliunde, quam per inſtrumentalem enunciationem probari.*
5 *Iuſta cauſa alienandi bona Eccleſiæ eſt vel ob neceſſitatem, vel propter vtilitatem Eccleſiæ.*
6 *Neceſſitas, vt ſuſtineatur alienatio rei Eccleſiæ ob cauſam neceſſitatis, debet eſſe præciſa.*
7 *Cenſus redemptio eſt permiſſa venditori, ſed prohibita domino Cenſus.*
8 *Vtilitas, vt propter eam ſuſtineatur alienatio rei Eccleſiæ, debet eſſe euidens.*
Euidens vtilitas illa dr̄ quę eſt clara, & indubitata, d. n. 8.
9 *Impoſitio Cenſus, vt extinguatur alter omnino ſimilis, non dicitur facta ex cauſa vtilitatis.*

DECISIO XXVII.

1 PRo informante, quia cum † impoſitio Cenſus dicatur alienatio, *Bal. in c. ad audientiam, el 2. de Rer. nu. 9. Tiraq. de Retr. Lign. §. 1. Gloſ. 6. nu. 6.* cum aliis allegatis *in cauſa Romana vinearum de maximis anno* 1577. *corã D. de Rubeis,* in ea † facienda ſuper bo-
2 nis Eccleſiæ requiritur ſolẽnitas, & iuſta cauſa, prout in alienatione, *c. 1. ne reb. eccleſ. nõ alien. lib. 6. Clem. 1. eod. tit. Doctor. in cap. ſine exceptione,* & ibi latiſſimè *Laurent. de Rodulph. 12. q. 2. Dec. conſ. 142. nu. 4. Couar. Var. Reſol. c. 17. nu. 2. lib. 2.* Hic autem vtrumque deſit, nam quantum ad ſolemnitatem nõ conſtat de aliquo beneplacito ſedis Apoſtolicæ, quod nec etiã in ipſo inſtrumento fuit enunciatũ, *Io. Paul. deciſ. 54.* nec † ex lapſu temporis põt præſumi, cum requiran-
3 tur ad minus triginta anni, *Imol. in c. peruenit, nu. 10. verſ. nota ex prædictis. de empt. et vend. Fel. in c. illud, nu. 6. in fine, verſ. eſt aduertendũ, de Præſumpt. Alex. conſ. 1. n. 20. lib. 4.* & fuit reſolutũ *in Caſſanenſi Prædij, de menſe Octobr.* 1584. *coram me,* & aliàs ſępè. Quantũ ad iuſtam cauſam non apparet, quia licet dicatur huiuſmodi Cẽſum impoſitũ fuiſſe pro extinguendis aliis
4 Cenſibus, de illis tñ non cõſtat, nec † ſtatur aſſertioni alienantium res eccleſię ſuper iuſta cauſa ad *Bar. in l. ſi forte, de Caſtren. pecul. Feder. de Sen. conſ. 145. in fine, Rebuf. de reb. eccleſ. non alien. nu. 25.* cum aliis per *Rol. conſ. 25. nu. 19. lib. 1.* Vltra quod dubitari poteſt,
5 an ſufficiat, † cum iuſta cauſa alienationis ſit neceſſitas, vel vtilitas euidens, *d. c. 1. de reb. eccleſ. non alien. in 6. & d. Clem. 1. eod. tit.*
6 Neceſſitas non adeſt, quia † Eccleſia inuita cogi
7 non poterat ad extinguendũ Cenſum, cũ † illius redemptio venditori tantum ſit licita, emptori prohibita iuxta conſtitutiones ſummorum Pontificũ, tradit *Conrad. de contract. q. 84. in 5. concluſ. Sot. de iuſt. & iure, lib. 6. q. 5. art. 3. in 1. concluſ.* Vtilitas Eccleſiæ eui-
8 dens, (id eſt clara, † & indubitata, prout de iure requiritur *d. c. ſine exceptione.* ibi *quod non ſit dubiũ pro futurum Eccleſiæ, d. c. 1. de reb. eccleſ. nõ alien. in 6. Barb. conſ.*

Digitized by Google

conſ.40.nu.1.lib.1. Corn.conſ.243.nn.3. verſ.praterea,
9 *lib. 2.)* minus adeſt, quia † in impoſitione vnius Cenſus, vt alius extinguatur omnino ſimilis non dicitur Eccleſia effecta melioris conditionis.

R. P. D. Penia, Romana Cenſus de Romulis, 8. Iunij, 1598.

SVMMARIA.

1 *In alienatione rei Eccleſiæ, vel grauamine illi imponendo, requiritur copulatiuè ſolemnitas, & iuſta cauſa.*
2 *Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione rei Eccleſiæ, eſt loco ſolemnitatis.*
3 *Cenſus impoſitio facta ſuper re Eccleſia abſque beneplacito Apoſtolico, eſt inualida.*
4 *Emens ab Eccleſia, debet probare pretium eſſe verum in vtilitatem ipſius.*
5 *Canonitis in cauſa Eccleſiæ in materia prohibita, non creditur.*
Cauſa iuſta alienandi res Eccleſiæ partium aſſertione, non probatur, d.num.5.
6 *Cauſa iuſta alienandi res Eccleſiæ, non præſumitur ex antiquitate temporis.*
7 *Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione rei Eccleſiæ, non præſumitur, niſi poſt triginta annos.*

DECISIO XXVIII.

PRAESVPPOSITIS multis hinc inde deductis, dubitaui an conſtaret de bono iure Domini Iuliani de Romulis, ita vt aliquo remedio contra Eccleſiam S. Celſi eſſet ei ſuccurrendum, & Rota vtraque parte informante, negatiuè reſpondit,

1 Cum † enim ad validitatem alienationis rerum Eccleſiæ, vel grauaminis imponendi duo copulatiuè requirantur ſolemnitas, videlicet, & iuſta cauſa, ita vt ſi alterum deficiat contractus, ſeu alienatio reddatur prorſus inualida, *cap. 1. de reb. eccleſ. non alien.lib.6.Clem. 1.eod.tit. Abb.in cap. 1.num.17.de reſtit.in integr. Barbat.conſ.40. lib.1.Gemin.conſ.48.num. 3.* affirmantes hanc eſſe communem opinionem
2 quam Rota ſemper fuit amplexa. Et † pro ſolemnitate beneplacitum Apoſtolicum internenire debet, vt in *Extrauag. Pauli II. Incipit ambitioſæ, tit. de reb. Eccleſ.non alien. Nauar.in Comment. de alienat. rer. Eccleſiaſt.num.* 14 & in propoſito caſu non conſtaret quod in impoſitione alicuius ex dictis Cenſibus ad-
3 hibita fuerit præfata ſolemnitas, & † conſequenter Cenſus eſſent inualidi nō poterat de bono iure Iuliani conſtare, *Couar.lib.2.Var.Reſol.cap.17.num.2.* & fuit ſæpè in Rota deciſum. Et ex hoc capite dicebatur, quod quamuis pro parte Iuliani doceretur de cauſa impoſitionis Cenſuum; quia tamen non conſtabat de legitima ſolemnitate conſiſtere Cenſus non poterant, & ex hoc potiſſimum fundamento ſuſtinebantur Deciſiones hucuſque factæ, & ſententiæ Rotales pro Eccleſia S.Celſi latæ ſupradictis accedebat, quia neque de cauſa iuſta impoſitionis Cenſuum conſtabat, factæ ſcilicet, pro extinguendo
4 Cenſum minorem: quia † pro parte Iuliani neceſſe erat, quod probaretur verſio pecuniarum in vtilitatem Eccleſiæ, *Couar.d.cap.17. num.3.*

Rurſum reſpectu Cenſus ſcutorum octuaginta quattuor idem fuit iudicatum, quia licet in inſtrumento reperto diceretur Cenſum fuiſſe impoſitum pro ſoluendis Eccleſiæ debitis, de his tamen non conſtabat, niſi ex aſſertione Archipresbyteri, &
5 quinque Canonicorum † aſſertioni quorū non creditur in materia prohibita, *Tiraq. in legib. connub. Glo.5.n.113.& 114 & 116.idem in l. ſi vnquā, in verbo, donatione largitus, nu.89. & ſeq. C.de renoc.donat.*
6 Nec † ex antiquitate temporis poterat præſumi iuſta cauſa, quia nondum elapſum fuerat tantum tempus, *Alex.conſ.50.num.6. & 7.lib.5.* Nec bene-
7 placitum Apoſtolicum: quia, † vltra quod non fuerat in impoſitione Cenſuum reſeruatum, ab anno 1561. vſque ad annum 1584. quando Canonici ceperunt excipere de nullitate non erant elapſi, niſi viginti quattuor anni, & tamen triginta anni requirebantur.

Denique placuerunt Dominis reſponſiones datæ per informantes pro Eccleſia S. Celſi.

Illuſtriſſimo Cardinale Mellino, Romana Cenſuum, Veneris 23. Iunij, 1600.

SVMMARIA.

1 *In alienatione rei Eccleſiæ facta ex cauſa voluntaria, nō eſt opus probare pretiū eſſe verū in cauſam expreſſam.*
2 *Taciturnitas creditoris per longum tempus inducit veriſimilitudinem ſolutionis.*
3 *Verſio pretij in cauſam expreſſam probatur præſumptionibus, & coniecturis.*
4 *Contractus celebrati cum Eccleſia ſine ſolemnitatibus, ſunt nulli, ſi Eccleſia volet.*
5 *Cenſus impoſitio nulliter facta ſuper bonis Eccleſiæ, ſi ab ea fuerit approbata, non poteſt poſtea dici nulla.*

DECISIO XXIX.

PLACVIT Dominis Deciſio aliàs facta in hac cauſa coram R. P. D. Penia, quod Capitulū teneatur ad reſtitutio-
1 nem pretij, quia † cum contractus fuerint initi ex cauſa voluntaria nō eſt neceſſaria probatio verſionis in cauſā expreſſam iuxta eam diſtinctionem, quam Rota ſequuta fuit *in cauſa Romana domus de Picconibus coram Decano, Auximana bonorum, & Anconiana terrarum coram R.P.D. Seraphino, & Romana Cenſus coram b. m. Bubalo.* Etſi probatio verſionis eſſet neceſſaria reſpectu Cenſus ſcutorum ſeptuaginta triū eſt clara, quia probatur concludenter extinctio Cēſus Firmani, reſpectu verò aliorum Cenſuum eſt multum veriſimilis, cum
2 † per ſpatium tanti temporis numquam fuerint petiti à Capitulo fructus illorum Cenſuū, & ab eo per ſpacium viginti octo annorū ante motam litē fuerint ſoluti fructus centum quinquaginta iſtorū Cenſuum, & probetur extinctio alterius Cenſus maioris
3 ſummæ: verſio † enim probatur præſumptionibus, & coniecturis, *Bar. & alij, in l.ciuitas. ff. ſi cert. pet.* præſertim quando ſolutio eſt facta Capitulo, & quæſtio eſt ſolum de reſtitutione pretij, vt per *Gloſ. in Auth. hoc ius porrectum, in verbo, probet. & ibi Bart. num.17. C.de ſacroſ.eccleſ.*

Non obſtat quod ſtante nullitate præcedentium contractuum ex defectu ſolemnitatis non adhibitæ in impoſitione Cenſuum, pro quorum extinctione fuerũt creati iſti noui, iſti poſteriores con-
4 tractus non fuerunt vtiles capitulo: Quia † iſta nullitas habebat locum volẽte capitulo, *Put. deciſ. 310. lib. 1.* Et tunc non fuerat ab eo declaratum, & ideo cum iſti contractus de eo tempore haberent implicitum ſtatum validitatis, & capitulum ſuſtineret onus ſoluendi fructus, neque vellet declarare nullitatem, quæ etiam fortaſſe non erat; valde vtile ei fuit per reductionem ad minorem ſummam eximere ſe à ſolutione maioris ſummæ. Et licet poſtea Capitulum oppoſuerit de nullitate præcedentis im-
5 poſitionis, tamen † iſta oppoſitio non poteſt retrotrahi in præiudicium contractuum antea initorum ad effectum oſtendendi eorum nullitatem de tempore impoſitionis, & damnum, non vtilitatem iſtorum poſteriorum, quia ſufficit ad iſtum effectum, quod tunc voluerit capitulum habere illos contractus pro validis, & ſe liberare à ſolutione maioris ſummæ.

R. P. D. Manzanedo, Romana Cenſus, Mercurij 2. Decembris, 1609.

SVMMARIA.

1 *Decretum facit præſumi omnia ſolemniter geſta.*
2 *In alienatione rei Eccleſiæ requiritur copulatiuè cauſa, & ſolemnitas.*
3 *Beneplacitum Apoſtolicum facit præſumi bona eccleſiaſtica eſſe vtiliter alienata.*
4 *Eccleſiæ allegantì læſionem incumbit onus probandi.*
5 *Collegij exiſtentia non probatur ex ſola denominatione.*
6 *Tractatus capitularis non eſt neceſſarius in alienatione rei Eccleſiæ, ubi interuenit beneplacitũ Apoſtolicũ.*
7 *Ratificatio æquiparatur mandato.*
8 *Facultas obligandi generaliter continetur ſub licentia imponendi Cenſum.*
9 *Obligatio generalis bonorum Eccleſiæ regulariter non eſt prohibita; ſubſiſtente iuſta cauſa.*

DECISIO XXX.

INſTITVTIS heredibus à q. Laurentio Carlerio Dominis Canonicis S. Priſcæ, aditaq. ab illis hæreditate cum beneficio legis, & inuentarij, illaq. tamen grauata ære alieno ſcutorum plus quàm tricentorum in ſocietatibus officiorum conſiſtente, obtentaq. per ipſos à *fel. recor. Clem. VIII.* licentia accipiendi ad Cẽſum dicta ſcuta tricenta pro extinctione dictarum ſocietatum, Breueq. Illuſtriſſimo D. Vicario Vrbis commiſſo, illiq. præſentato, & per ipſum pronũciato poſſe Canonicos conſtituere iſtum Cenſum ad iſtum effectum, & Cenſu ſic cõſtituto, & ex illis pecuniis præfatis ſocietatibus extinctis, nihilq. in Cenſu contra *Bullam Sanctæ mem. Pij V.* adiecto, nihilominus Canonici recuſarunt coram A.C. fructus Cenſus ſoluere prætendẽtes illum eſſe inualidum, prout per ſententiam A.C. fuit declaratus, à qua per Dominum Alphonſum Guidaſcum appellatio fuit interpoſita, & cauſa per Sanctiſſimum mihi commiſſa. Vnde dubitaui de validitate d. Cenſus, & an præfata ſententia eſſet confirmanda.

Et Domini Cenſum ſuſtineri dixerũt, & per conſequens ſententiam eſſe reuocandam, & ideo potiſſimè: quia cum omnia ſuperius relata ſint vera in facto, vt ex actis apparet videtur de validitate Cenſus conſtare, cum fuerit impoſitus de licentia Papæ, & decreto Illuſtriſſimi D. Vicarij illius apoſtoli-
1 ci executoris, † vnde omnia cenſetur ſolemniter geſta, *Abb. conſ. 41. num. 3. lib. 1. Dec. conſ. 341. nu. 12. circa med. verſ. & quando ceſſio, Capic. deciſ. 16. num. 1. verſ. regulæ enim iuris, & num. 4. Gabr. conſ. 71. nu. 10. & 13. lib. 2. Rota Diuerſ. deciſ. 65. nu. 1. & 178. n. 2. p. 2.*
2 Et quamuis † vltra ſolemnitates requiratur in alienationibus rerum eccleſiaſticarum copulatiuè etiam cauſa, vt per *Doctor. in c. ſine exceptione, 12. q. 2. & ibi Laurent. de Rodulph. q. 3. Couar. Variar. reſol. lib. 2. cap. 17. nu. 2. Rota Diuerſ. d. deciſ. 178. num. 1.* ſatis de cauſa ſufficienti cõſtat ex ſupradictis, nempè vt Canonici hæredes Carlerij exonerarentur præfatis ſocietatibus grauioribus onere Cenſus. Ex quo etiam
3 de vtilitate conſtare videtur. † Vltra quod etiam illa præſumitur ex beneplacito Apoſtolico, *Soc. conſ. 15. nu. 23. Abb. d. conſ. 41. nu. 2.* vbi dicit quod allegãti
4 † læſionem Eccleſiæ incumbit onus probãdi, vt dixit *Rota in vna Mediolanenſi bonorum, 10. Ianuarij, 1591. corã Illuſtriſſimo D. Cardinale Pamphilio,* & aliàs ſæpius. vltra quod in Breue habetur expreſsè, quod emptores Cenſuum non teneantur verificare in quos vſus pecuniæ fuerint verſæ.

Quibus nõ obſtat quod opponitur pro parte Canonicorum de defectu ſolemnitatis, ex quo mandatum procuræ pro iſtis pecuniis accipiendis ad Cenſum fuit datum à duobus tm̃ Canonicis, atque illis nõ capitulariter congregatis. Fuit namque reſponſum quod non conſtat iſtos Canonicos facere capitulum, nec habere arcã, neque maſſam cõmunem, nec quod ſint ſoliti congregari capitulatiter, nec habeãt ſigillũ, & alia ſigna de quibus per *Abb. in c. nobis, n. 8. de iure patron. Fel. in c. accedẽtes, n. 2. de præſcript. Feder. de Sen. conſ. 61.* Nec facit quod enũcietur
5 Capitulum S. Priſcæ, † cũ denominatio nõ ſufficiat ad probationem Collegij, *Achill. deciſ. 10. de Præb. Gloſ. in Pragmat. ſanct. tit. de elect. in verbo, collegiatis.*
6 Tum † etiã quia iſte tractatus capitularis pro ſolemnitate non erat neceſſarius ſtante beneplacito Apoſtolico ex ſupradictis, & tradit in terminis, *Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. q. 25. nu. 66.* Nec minus iſte tractatus capitularis erat neceſſarius pro habendo conſenſu Canonicorũ, cum ſufficeret mãda-
7 tum duorum canonicorũ vti ex canonicis, & † ratificatio reliquorũ ſubſequuta. ad tradita per *Iaſ. conſ. 54. n. 12. lib. 1. & per Put. deciſ. 100. n. 4. & ſeq. lib. 2.*

Nihilominus Canonici inſiſtebant in eo quod Breue impertitur præfatã licentiam imponendi dictũ Cenſum tm̃ cauſa ſoluendi debita hæreditaria Carlerij, & ideo nõ ſubſiſtere generalẽ obligationẽ omnium bonorum Eccleſiæ. Quia vltra quod alicui
8 ex Dominis placebat reſpõſio, q; † cum in breui detur licentia conſtituendi Cenſum cũ obligatione in forma cameræ cum clauſulis cõſuetis, & in ſimili apponi ſolitis, ſatis videatur data licentia obligãdi gene-

generaliter bona Eccleſiæ, cum aliàs non reperiretur qui vellet dare ſuas pecunias ad Cēſum ad not. per *Doctor. in l, vel vniuerſorum*, per illum tex. *ff. de pignor. act. Iaſ. in l. certi condictio, §. ſi in nummos, num. 13. ff. ſi cert. pet. Redoan. vbi ſupra, quæſt. 17. num. 44.*

9 Præcipuè † quia regulariter ſubſiſtente iuſta cauſa, non eſt prohibita generalis hypotheca rerum Eccleſiæ, *Idem Redoan. quæſt. 2. cap. 6. per tot.* & maximè *num. 12. 16. & ſequenti.*

Nihilominus Domini concluſerunt iſtam reſolutionem pro validitate Cenſus intelligi quatenus ſuppetant bona hæreditaria Carletij; Canonicos tamen teneri docere non ſuppetere.

R. P. D. Pirouano, Romana Cenſus, Veneris 17. Februarij, 1612.

SVMMARIA.

1 *Appellatio remanet deſerta, ſi cauſa non expediatur intra quadriennium, à die interpoſitæ appellationis.*

2 *Rota non ſolet attendere ſentētias latas extra eius Tribunal, non conſtito de earum iuſtitia.*

3 *Cenſus impoſitus à muliere abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs, eſt inualidus.*

4 *Statutum Vrbis, cap. 151. lib. 1. procedit non ſolum in quattuor caſibus ibi expreſſis, ſed in omnibus in quibus adeſt ratio læſionis.*

5 *Hypotheca eſt mater, & principale fundamentum, Saluiani Interdicti.*

6 *Ex Cenſu nullo fructus non debentur.*

7 *Reſoluto contractu Cenſus ſors remanet purum, & merum mutuum.*

8 *Nullitas non poteſt opponi à tertio.*

9 *Poteſt tamen opponi ab hærede.*

10 *Etiam quod principalis viuens non fuerit conqueſtus de nullitate.*

11 *Solutio fructuum Cenſus facta à muliere non ſaluat contractum à nullitate, reſultante ob non ſeruatas ſolemnitates ſtatutarias.*

DECISIO XXXI.

1 FVIT reſolutum obſtare rem iudicatam, non ex eo ſimpliciter, quod † ſint lapſi quattuor anni à die appellationis ſententiæ A. C. & abſque ſufficienti prorogatione fatalium, appellatio remanſerit deſerta, *vt cum ſit Romana, de appell. Auth. et qui, C. de temp. appell.* ſed quia de Iuſtitia præfatæ ſententiæ

2 apparet, ſine qua † Rota non ſolet attēdere ſententias extra Tribunal latas, *Mohed. deciſ. 11. num. 2. de ſent. & re iudic. & deciſ. 9. num. 1. de teſtib. Put. deciſ. 401. num. 2. lib. 1.* & paſſim ſeruat *Rota* & ſignanter fuit dictum *in Vrbenetana Legati, 14 Ianuarij, 1585. coram b. m. Cardinali Pamphilio, & in Romana alimentorum 4 Iulij. 1607. coram b. m. Scotto.* Apparet enim

3 impoſitionem Cenſus fuiſſe nullam † vti factam à Domina Dionora muliere abſque duobus coniunctis, ſine decreto Iudicis, & cauſæ cognitione, prout ſtatutum Vrbis, *cap. 151. lib. 1.* mādat obſeruari ſub

4 pena nullitatis. Quod ſtatutum † ne dum in quattuor caſibus expreſſis, ſed etiam in omnibus alijs in quibus adeſt ratio læſionis procedere ſæpè fuit reſolutum, *Veral. deciſ. 195. num. 2. p. 3. Put. deciſ. 7. nu. 2. ... 3. & 55. num. 1. lib. 3. & deciſ. 162. num. 1 lib. 1.* & fuit dictum *in Romana cambiorum. 1593. coram Illuſtriſſima Cardinale Mellino* data autem nullitate Cen-

5 ſus deſtruitur per conſequens hypotheca, † quæ dicitur mater, & principale fundamentum Saluiani Interdicti per Chriſtophorum intentati, *Bart. in l. 1. num. 3. de Salu. Interd. Bal. in l. rem alienam*, vbi etiam *Bart. nu. 5 ff. de pignor. Neguſ. de Pignor. parte 8. membr. 3. num. 19. Menoch. de adipiſc. remed. 3. q. 19. nu. 160.*

6 Et † eo caſu ceſſare fructus fuit reſolutum *in cauſa Vrbenetana nullitatis Cenſus, die 21. Maij, 1595. coram Gypſio*, & iterum *in cauſa Romana ſocietatis officij, 26. Maij, 1602 coram Illuſtriſſimo Cardinale Mellino*, reſo-

7 luto † enim contractu remanet ſors purum, & merum mutuum in quo nō cadit perceptio fructuum.

8 Non obſtat quod hæc † nullitas poſſit apponi dumtaxat ab ipſa Dionora, *Oſaſch. deciſ. 94. num. 23.* cum alijs allegatis. Quoniam fuit reſponſum, quid-

9 quid ſit in tertio, in hærede † tamen prout eſt Dominus Federicus non procedere limitationem, *l. hæredes, C. ad Velleian. Salic. in l. ſciens, in vlt. not. 10. vt. Gabr. conſ. 125. nu. 6 lib. 1. Lamberteng. de contract. cor. in fine, num. 277.* qui hoc comprobat exemplo reſti-

10 tutionis in integrū, & Velleiani. Nec † refert quod ipſa Dionora viuens de nullitate conqueſta non ſit, ita vt nec eius hæres mouēdo quæſtionem poſſit per ea, quæ tradit *Surd. conſ. 86 num. 10 & 11. Becc. conſ. 9. num. 8.* non enim verſamur in caſu notandæ caducitatis, prout loquuntur *Surd. & Becc.* ſed in caſu nullitatis, de qua poteſt hæres dicere, *l. hæres, C. ad Velleian.* cum aliis ſupra allegatis.

11 Et quamuis † Dionora viuens pluries ſoluerit fructus ita vt ſoluendo videatur approbaſſe contractum Cenſus, & agnouiſſe bonam fidem, nō tamen videtur ſufficere ad ſaluandum contractum à vitio nullitatis, quia ſicuti expreſſè ſine ſolemnitatibus ſtatuti non poterat contrahere, multò minus tacitè, & abſque ſolemnitatibus contractus inualidus confirmatus fuit, cum non pendebat à voluntate illius, *Bal. in l, mancipia. num. 1. verſ, nota quod ratificatio, C. de reb. alien. non alienan.*

Quæ autem dicta fuerunt de reſtitutione ſortis, & fructuum ſaltem ratione damnorum & intereſſe, viſa ſunt non pertinere ad dubium. Et ita fuit reſolutum.

R. P. D. Manzanedo, Romana Saluiani Interdicti, Lunæ 11. Ianuarij, 1616.

SVMMARIA.

1 *Primum extremum in Saluiano probatur ex inſtrumento.*

2 *Secundum extremum probatur ex ſiſtentatione litis.*

3 *Saluianum intrat probatis duobus extremis.*

4 *Mulier obligans ſe cum viro etiam principaliter, non remanet obligata, niſi manifeſtè probetur pecunias eſſe certas in propriam eius vtilitatem.*

5 *Limit. ſi obliget ſe pro liberando maritum à carceribus, vel pro alijs indigentijs domus, & ad ſubleuandum maritum magno ære alieno grauatum.*

6 *Vxor tenetur ſubuenire inopia mariti ex iuris diſpoſitione.*

7 *Eſſe in carceribus, & habere contra ſe mandatum executiuum relaxatum paria ſunt.*

8 *Vxoris obligatio facta pro marito valet, quando non remanet indotata.*

9 *Obligatio mulieris iuramento vallata, ſuſtinetur ſaltem de iure Canonico.*

10 *Maximè accedente decreto Iudicis, & conſenſu propinquorum.*

11 *Mulier poteſt validè renunciare cum iuramento, Auth. ſi qua mulier, C. ad Velleian.*

12 *Creditor conueniens coram vno Iudice vnum ex pluribus inſolidum obligatis, non prohibetur conuenire alium coram alio Iudice.*

DECISIO XXXII.

1 DOMINI cenſuerunt eſſe locum Saluiano, nam † de primo extremo nempè de credito cum hypotheca Dominorum de Fabiis, & Petroniis conſtat ex impoſitione Cenſus facta per Dominam Olimpiam ſuper rebus propriis, cum decreto Iudicis, & aliis ſolemnitatibus Statuti Vrbis, *lib.*
2 *1. cap. 151.* Et † de ſecundo ex ſuſtentatione litis,
3 *Caputaq. deciſ. 372. par. 2.* Quibus † ſtantibus intrat Saluianum, *Neguſ. de Pignor. 1. memb. 8. par. num. 6. Rol. conſ. 14 num. 13. lib. 1.* cum aliis relatis à *Contardo, in l. vnica, limit. 14. num. 10. C. ſi de moment. poſſeſ. Put. deciſ. 207. num. 2. libro 1.*

Neque obſtare videbatur quod Olimpia Cen-
4 ſum impoſuerit vnà cum eius viro, quo caſu † licet ſe principaliter obligauerit, tamen cenſetur pro illo intercedere, & obligatio non ſuſtinetur, niſi manifeſtè probetur quod pecuniæ in propriam ipſius mulieris vtilitatem expenſæ ſint, iux. tex. *in Auth. ſi qua mulier, C. ad Velleian. Surd. deciſ. 164. num. 11. Hondod.* plures referens *conſ. 45. num. 16. & ſeq. libro 1.*
5 Fuit enim reſponſum † dictam auth. non habere locum in caſu noſtro, quia procedit in obligatione omnino volũtaria, quam facit vxor pro marito, non autem in obligatione facta ad ſubleuandum maritum magno ære alieno grauatum & pro eum liberando à carceribus, ac pro aliis indigentiis domus, *Rim. ſen. conſ. 77. num. 16. vol. 1. poſt Bal. conſ. 20. in fine, vol. 2. Surd. conſ. 367. num. 14. Franch. deciſ. 237. nu. 3. Teſſaur. deciſ. 223. num. 15. Tiraq. de legib. Connub. Gloſ. 8. num. 285. Lamberteng. de Contract. mulier. Gloſ. 10. num. 25.* & fuit dictum *in vna Romana nullitatis obligationis, 28. Februarij, 1611. coram Reuerendiſſimo Atrebaten.*

6 Hanc † enim obligationẽ videtur facere ex quadam neceſſitate, & lege permittente, cum de iure vxor teneatur ſubuenire inopię mariti, *l. 1. & Auth. præterea, C. vnde vir & vxor, & l. ſi cum dotem, §. ſin autem in ſæuiſſimo, ff. ſol. matr. Bald. conſ. 478. circa fin. vol. 5. Natta. conſ. 547. num. 19. Decian. conſ. 84. num. 29. vol. 4. Surd. deciſ. 86. num. 6. & ſeq.*

7 Et licet † maritus de tempore obligationis non eſſet in carceribus detentus, tamen ſat eſt ad hunc effectum quod immineret periculum carcerationis ob paratam executionem Cameralis obligationis, qua ſuis creditoribus adſtrictus reperiebatur, *Rim. d. conſ. 77. num. 16. & ſeq. Surd. d. conſ. 367. num. 18.*

8 Quæ facilius procedunt, quia † Domina Olimpia Cenſum impoſuit ſuper bonis non dotalibus quo fit vt eius obligatio ſuſtineatur, cum non remaneat vllo modo indotata, *Teſſaur. d. deciſ. 223. nu. 13. Seraph. deciſ. 1187. num. 2.* & fuit dictum in *Anconitana dotis, 28. Iunij, 1602. coram Illuſtriſſimo Mellino, & in Romana Saluiani Interdicti, 15. Decembris, 1614. coram Domino meo Pamphilio.*

9 Vlterius dicebatur obligationẽ Dominæ Olimpiæ eſſe iuramento vallatam, & ſic ſaltem de iure Canonico ſuſtineri nõ obſtãte diſpoſitione *d. Auth. ſi qua mulie, iux. Caſtr. conſ. 8. per tot. lib. 2. Boer. deciſ. 23. num. 9. verſ. niſi iurauerit, Alex. conſ. 146. per tot. lib. 7. Seraph. de Priuil. iuram. Priuil. 118.* & hanc eſſe communem, & in Praxi receptam teſtantur, *Afflict. deciſ. 311. num. 4. Teſſaur. d. deciſ. 223. num. 10. Gutierez, de iuram. confirmat. par. 1. cap. 55. num. 6. Surd. d. conſ. 368. num. 13.* & illam tenuit *Rota in vna Interamnenſi mercium, 4. Iunij, 1597. coram b. m. Penia,* & in allegatis *Anconitana dotis coram Illuſtriſſimo Mellino, & Romana Saluiani Interdicti coram Domino*
10 *meo Pamphilio,* accedente præſertim † decreto Iudicis, & conſenſu propinquorum, ex quibus metus, & dolus excluditur, *Surd. vbi ſupra.*

Et tandem omnes difficultas videbatur ceſſare
11 ex eo, quod † Domina Olimpia certiorata de beneficio d. auth. illi expreſsè, & cum particulari iuramento renunciauit; quo caſu valida eſt renunciatio, & impugnari non poteſt, vt tradunt *Bertrand. conſ. 218. per tot. lib. 4. Surd. d. conſ. 367. num. 12. Teſſaur. vbi ſupra, num. 18. Tiraq. in l. ſi vnquam, in Præfat. num. 136. C. de reuoc. donat. Gomez Variar. reſolut. tomo 2. cap. 13. num. 17. in fine. Seraph. de Priuil. iuram. Priuil. 63. num. 3. & ſeq.*

Minus obſtat defectus iuriſdictionis Rotæ per Olimpiam appoſitus ex eo quod debitor Cenſus ſit etiam Marcus Antonius maritus cuius creditorum cauſæ omnes fuerunt commiſſæ R. P. D. Raimundo per particulare Breue Sanctiſſimi: quia hodie non agitur cõtra Marcum Antonium, ſed contra ipſam, quæ in dicto Breui non eſt nominata, & contra quam cauſa reperitur in Rota commiſſa per parti-
12 culare reſcriptum Sanctiſſimi. Et † licet Domini de Fabiis & Petroniis coram dicto Raimundo curauerint ſe deſcribi inter alios creditores dicti Marci Antonij fideiuſſoris Cenſus, non tamen propterea ſibi præiudicarunt quin coram alio Iudice competenti agere poſſint contra Dominam Olimpiam principalem, cum nemo præſumatur renunciare iuri ſuo, niſi id expreſsè faciat.

R. P. D. Vbaldo, Romana Fideiuſſionis, Mercurij 9. Decembris, 1615.

SVMMARIA.

1 *Executio obligationis cameralis non datur, niſi ad inſtanciam creditoris principalis.*

Non etiam tertij, etiam ſi illius tertij interſit.

2 *Cameralis obligatio extenditur etiam ad non nominatos in inſtrumento.*

3 *Limit. quando eſt reſtricta.*

4 Obli-

Digitized by Google

4 *Obligatio cameralis obligat efficacius, ſed non in plus quam contrahentes velint.*
5 *Vxoris obligatio facta pro marito eſt nulla ſi remaneat indotata, vel non ſit ſalua dimidia dotis. & num. 7. & 8. quodnam tempus attendatur.*
6 *Pretium conuentum in venditione, præſumitur iuſtum.*
9 *Extinctio Cenſus peti non poteſt ab illius emptore, ſecus ab alijs.*
10 *Promiſſio indemnitatis intelligitur reſpectu debiti validi, ſecus reſpectu inualidi.*

DECISIO XXXIII.

IN inſtrumento Cenſus conſtituti de anno 1590. ſuper Palatio q. Alexandri Gabriellij cuius bonam fidem recognouit Hieronymus Nucius, acceſſit Domina Hortenſia eius vxor, & alij, quos ipſa indemnis conſeruare promiſit, quæ etiam vineam olim mariti à ſe pro conſecutione ſuarum dotium poſſeſſam conceſſit Domino Franciſco Zeccadoro qui inter alia promiſit releuare indemnem Hortenſiam quatenus moleſtaretur à creditoribus q. Hieronymi pro rata ſcutorum ſexcentorum ſub obligatione camerali, & in Franciſci locum ſucceſſit poſtea Dominus Paulus Alberinus: hodie Dominus Carolus ſucceſſor Alexandri Gabriellij in palatio cenſuato conuentus à Dominis Cenſus pro fructibus agit contra Paulum, & Hortenſiam vigore dictæ obligationis cameralis.

Sed dato, & propoſito dubio. Au, & quatenus eſſet locus executioni dictæ obligationis Domini negatiuè reſponderunt. Et quidem quo ad Paulum res videbatur carere difficultate, ex eo quod Zeccadori obligatio, & conſequenter Pauli eius ceſſionarij emanauit ad fauorem Hortenſiæ pro eius releuatione; non autem ad fauorem Caroli, vel Alexan-
1 dri in inſtrumento non nominati; & † regulariter executio inſtrumenti etiam guarentigia, vel camerali obligatione vallati non datur niſi ad inſtãtiam creditoris principalis, non autem tertij, etiam ſi illius tertij interſit, *B l. 161. ſi proſe, num. 2. C de dot. prom* quem ſequitur *Iaſ. in l. ſi quis nec cuiuſum num. 10. ff. ſi cert. pet. Beer. decif. 22. num. 4. ante fin. Boz. de Guarentig. par. 1. quæſt. 9. verſ. & ſi velit ſe fundare, Galleſ. de camer. l. obligat. tit. de Præamb. l. ipſis proceſſus, Rubr. de Perſon. pretent. execut. in princ.* Et † li-
2
cet obligatio cameralis extendatur etiam contra non nominatos in inſtramento, vt in *deciſ. Seraph. 1477. num. 1. & in Romana, ſeu Colonienſi pecuniarum, 16. Nouembris. 1611. coram R. P. D. meo Pirouano* &
3 in alijs; tamen in propoſito † ſecus eſt, ex quo obligatio eſt reſtricta ad perſonam Hortenſiæ quatenus
4 ipſa moleſtetur à creditoribus mariti, & certũ † eſt obligationem cameralem non in plus partes obligare, quam ipſæ voluerint, licet obliget efficacius, iuxta *Rom. conſ. 121. circa princ. Io. . Gabr. conſ 173. num. 2. lib. 2. Burſat. conſ. 361. num. 33. lib. 4.* & fuit dictum *in vna Romana trigintu millium, 3. Decembris, 1599. coram Iuſto, & in alia Romana pretij domus, 16. Iunij, 1600. coram Litta.*

Quo verò ad Hortenſiam pariter Domini exiſtimabant non eſſe locum executioni, quia licet illius obligatio fuerit ſolemnis iuxta Statut. Vrbis 151.
5 *lib. 1.* tamen † quando mulier remanet penitus indotata, vel dimidia dotis ſibi non eſt ſalua contractus fideiuſſionis pro marito factus, non ſuſtinetur iuxta *deciſ. Teſſaur. 223. num. 9. & 13.* & ſequitur *Rota in vna Romana fideiuſſionis, 5. Iulij. 1593. coram Illuſtriſſimo Arrigono* relata per *Seraph. in alia Romana fideiuſſionis*, quæ eſt *deciſ. 1187. nu. 2.* in impreſſis, *in Interamnenſi mercium, 4. Iunij, 1597. coram b. m. Penia, in Romana ſocietatis officij, 13. Februarij, 1606. coram Litta, in Romana Sabuesni, 15. Decembris, 1614. coram R. P. D meo Pamphilio*, & ſæpè in alijs.

Quod autem Hortenſia remaneret vel penitus indotata, vel ſaltem non ſit ſibi ſalua medietas dotis videtur conſtare ex eo quod non controuertitur dotem eſſe ſcutorum mille quingẽtorum, ſummam verò pro qua acceſſit in Cẽſu etiam pro illius extinctione ad fauorem Gabriellij eſſe ſcutorum mille ducatorum in ſorte, & pro fructibus ad rationem ſeptem cum dimidio pro centenario in bonis autem mariti, quem vnicum habet in inſtrumento Cenſus releuatorem Hortenſia, non cõſtat adfuiſſe niſi vineam, quam Hortenſia ceſſit Zeccadoro, Zeccadorus Alberino pro pretio conuento ſcutorum mille
6 quadringentorum, † quod præſumitur iuſtum, *l. minoribus, C. de in integr. reſtit.* & fuit dictum *in vna Romana reſidui dotis, 31. Ianuarij coram Illuſtriſſimo Cardinale Lancelotto*; præſertim cum vinea eſſet grauata onere diuerſorum canonum, & annuarum reſponſionum de quibus per informantes; itaque ſi calculantur fructus dicti Cẽſus vnà cum ſorte quam promiſit extinguere poſt biennium ab anno 1590. vſque ad annum 1601. quo recepit releuatorem Zeccadorum pro dimidia Cenſus, clarè apparebit eam remanere penè indotatam, & ſic eius obliga-
7 tionem fuiſſe nullam: maximè ſi ſit attendendum tempus contractus ad eius validitatem, vel inualiditatem, iuxta *l. ſi voluntate, vbi Doctor. C. de reſcind. vend. Theſaur. d. deciſ. 223 num 13. in fine.* Neque dicatur maritum Hortenſiæ ſoluiſſe fructus vſque ad annum 1598. quia de tali ſolutione non docetur, & cum ſit facto non præſumitur, *l. conſi. 10 in fine,*
8 *ff de cura. fur. ioſo* Vltra quod etiam † ſi eſſet attendendum tempus præſens, & ſic poſt releuationem Zeccadori, & Albetini, iuxta *deciſ. Afflict. 313. Vinc. de Franch. deciſ. 477 num 14.* fructus tamen Cenſus ſunt adeo aucti ſpatio treſdecim annorum, vt iuncta dimidia ſortis principalis, pro qua Hortenſia non habet releuatorem ſine dubio excedant dimidiam partẽ ſuæ dotis, vt rectè calculanti apparebit.

Nec obſtat quod non potuit agi pro extinctione
9 Cenſus, † quia hoc bene procedit quoad emptorem Cenſus, ſed D. Carolus prætendit extinctionem promiſſam pro liberatione ſuæ domus cenſuatæ.

Staute igitur nullitate obligationis Hortẽſię, pro qua ẽt dicitur fuiſſe reſolutum coram *b. m. Iuſto*, licet non fuerit extenſa deciſio, ſequitur vt non ſolum non ſit locus executioni cõtra ipſam, ſed etiam cõtra Alberinum nõ ſolum ex ſupradictis in princ.,
10 ſed etiam quia † illius promiſſio intelligẽda eſt de debito, cuius vigore Hortenſia iuſtè, & validè moleſtari poſſet, non autem de credito nullo, & inualido, *l. non dubium, in fine, C. de legib. Caſtr. in l. cum lex, num. 1. & 2. ff. de fideiuſſor. Surd. deciſ. 118. num. 10.* Et ita fuit deciſum.

R. P. D.

R. P. D. Dunazet, Maceratenſis Cenſus, 14. Maij, 1614.

SVMMARIA.

1 *Contractus mulieris initus ſeruatis ſolemnitatibus ſtatuti, eſt validus, & exequibilis.*
2 *Nemo contra proprium dolum debet audiri.*
3 *Minor iurans ſe maiorem non reſtituitur, quando tractat de lucro captando.*
4 *Deceptis non decipientibus iura ſubueniunt.*
5 *Mulieris contractus factus in eius vtilitatem, valet etiam ſine ſolemnitatibus ſtatuti.*

DECISIO XXXIV.

DOMINI vna tãtum parte informante dixerunt ſententiam latam ab A. C. tamquam validam, & iuſtam eſſe confirmãdam. proceſſit enim in executione obligationis cameralis vigore facultatem: & ex reuolutione actorum de mandatis procuræ comparentium, ac de legitimis citationibus conſtat, vt fuit dictum *in Mediolanenſi iuriſpatronatus, 22. Iunij, 1609. coram Reuerendiſſimo Lugdunenſi.* & aliàs ſæpè.

1 De iuſtitia verò dictæ ſententiæ † conſtat, quia Iudex mandauit exequi inſtrumentum in quo mulier cum decreto Iudicis, & aſſenſu proximiorum cum iuramento contraxerat, ſeruatis ſolemnitatibus ſtatuti.

Nec potuit retardari executio dicti inſtrumenti iuriſiurãdi religione vallati ſub prætextu, quod alij proximiores parentes in loco contractus adeſſent, quia ipſamet doloſè cum iuramento aſſeruerat nullos alios proximiores conſanguineos adeſſe, ſicq.
2 † aduerſus dolum proprium non eſt audienda, *Caſtr. conſ. 53. num. 3. par. 2. Roman. in l. 1. §. nunciatio, num. 211. ff. de noui oper. nun.* cum multis allegatis, per *Olduum de reſtit. in integr. quæſt. 83. art. 3. nu. 12. & 18.*
3 ſicuti dicitur de minore, † cum agitur de lucro captando eum ſe maiorem eſſe iurauit, tunc non poteſt beneficium reſtitutionis in integrum implorare, *l. ſi vlterius, §. ſi tamen, C. ſi min. ſe maior. dixer. Seraphin. Priuil. 83. nu. 50. d. Old. loco citato.* deceptis † enim
4 non decipientibus iura ſubueniunt, *l. 3. §. verba ff. ad Senat. conſ. Velleian. l. ſi is, qui minorem, C. ſi min. ſe maior. dixer. c. cum vniuerſorum, de rer. permut.*

In quam ſententiam eo libentius Domini iuerunt, quia † mulier in euidentiſſimam vtilitatem
5 contraxit: cum enim eſſet obligata ad ſolutionem Cenſus annui, qui ſoluebatur ad rationem decem pro centenario, ad quem extinguendum pecunias accepit, Cenſumq. conſtituit ad rationem octo pro centenario. vnde cum ipſa dotem, ſeu patrimonium non diſtraxerit, infertur etiam non ſeruatis ſolemnitatibus ſtatuti potuiſſe licitè, & validè contrahere, *Soc. conſ. 80. num. 32. volum. 4 Tiraq. de legib. connub. in verſ. De iure mariti, Gloſ. 8. num. 62. per l. cum hi, §. eam tranſactionem ff. de tranſ.*

Ex quibus pro confirmatione ſententiæ A. C. fuit capta reſolutio.

R. P. D. Vbaldo, Romana Cenſus, Mercurij 1. Iunij, 1616.

SVMMARIA.

1 *Decretum Iudicis habet pro ſe præſumptionem validitatis contractus, maximè ſi ſint adhibitæ ſolemnitates.*
2 *Mulier volens annullare contractum debet probare falſitatem cauſæ.*
3 *Cultura fundi dotalis pertinet ad maritum tamquam reſpiciens recollectionem fructuum, qui ſpectant ad maritum.*
4 *Maritus non tenetur facere expenſas in re dotali excedentes illius fructus.*
5 *Contractus non vitiatur ex falſitate vnius cauſæ ſi cæteræ ſint veræ.*
6 *Decretum ſuſtinetur ex vna cauſa vera, ſi alia ſit falſa.*
7 *Expenſæ quæ reſpiciunt perpetuam fundi dotalis vtilitatem non ad maritum, ſed ad vxorem pertinent.*
8 *Imponens Cenſum ſi aſſerat fundum cenſitum ad ſe ſpectare iure dominij, &c. tenetur ad ſolutionem fructuum, etiam quod fundus ſit alienus.*
9 *Emptor non tenetur eſſe ſollicitus, vt pecunia erogentur in cauſam expreſſam.*
10 *Fundus datus marito in ſolutum pro dote, tranſit in illius dominium.*
11 *Expenſæ per maritum factæ in fundo ſibi pro dote in ſolutum dato indiſtinctè, pertinent ad ipſum.*

DECISIO XXXV.

FVIT tentum pro confirmatione ſententiæ extra Rotam latæ pro validitate Cenſus de quo agitur; ille enim fuit conſtitutus, & venditus cum ſolemnitatibus requiſitis tam ex *Bulla fel. record. Pij V.* quam ex ſtatuto Vrbis de contract. mulierum, vt ex lectura inſtrumenti apparet: vnde ſolũ videbatur reduci difficultas ad defectum cauſarum in inſtrumento expreſſarum, & cum ſuper
1 iis fuerit interpoſitum decretũ Iudicis pro † earum veritate, & ſufficientia in dubio præſumitur donec contrarium probetur. præſertim ſtantibus ſolemnitatibus contractus, *Menoch.* poſt relatos, *lib. 2. Præſumpt. 75. num. 12. & ſeqq.*

2 Et quod † mulieri volenti annullare contractum incumbat onus probandi falſitatem cauſarum, fuit dictum *in Romana Saluiani, 15. Decembris, 1614. coram R. P. D. meo Pamphilio*, & quod hoc caſu requiratur plena, & concludens probatio, fuit dictum *in Rom. locorum montium, 12. Nouembr. 1613. coram me.*

Et quo ad primam cauſam quod Agatha non poſſet coli facere vineam propter eius magnitudinem, & ne ob non legitimam culturam, & gubernium deſereretur, licet dicatur pro parte Agathæ,
3 quæ Cenſum impoſuit, quod † cultura ſpectabat ad maritum tamquam reſpiciens recollectionem fructuum, qui de re dotali, qualis erat hæc vinea, pertinent ad maritum, iuxta *l. fructus, cum ibi not. ff. ſol. matrim.* & ſic videretur conſtare de falſitate huius cauſæ: tamen reſpondebatur hanc cauſam fuiſſe expreſſam

preſſam eo quia impenſa eſſet maxima, & ſic potuit
eſſe exceſſiua fructuum; quod tedditur etiam veriſi-
mile cum in inſtrumento dotali aſſeratur vineam
eſſe grauatam annuo Cēſu ſcutorum ſexdecim Ho-
ſpitali S. Iacobi Incurabilium debito, & ideo fuit
etiam expreſſum in dicto inſtrumento Cenſus quod
omne id cederet in damnum, & detrimentum dotis
ipſius Agathæ, & conſequenter in hoc non proba-
tur falſitas cauſæ, quia non apparet prædictas ex-
penſas potuiſſe fieri cum fructibus & ſic à marito;
4 † qui vltra illos non tenetur iuxta not. *in l. diuortio,*
5 *§. impendia. ff. ſol. matr.* Vltra quod etiam † ſi vna cau-
ſa eſſet minus vera, vel ſufficiens non videtur ex hoc
vitiari contractus, ſed ſufficit alias cauſas expreſſas
eſſe veras, *Innoc. in c. in præſentia, vbi Abb. num. 8. de
renunc. Dec. in l. ſi donatione, num. 15. C. de collat.* ſicut
6 etiam † decretum interpoſitum ex pluribus cauſis
ſi vna ſit falſa, ſuſtinetur tamen & valet, quando
principalis cauſa ſuper qua fuit interpoſitū eſt ve-
ra, *Caſtr. conſ. 201. verſ. breniter contrarium, lib. 1.* cum
aliis per *Modernos ad Statut. Vrbis, libro 1. cap. 103. Gloſ. 21. num. 38.* & in hoc caſu non poteſt dici alias
cauſas de quibus mox non eſſe principales.

Aliæ enim duæ cauſæ expreſſæ in inſtrumento, vi-
delicet, pro reſtauranda domo vineæ quæ minaba-
tur ruinam, & indigebat reparatione aliàs non po-
terat Agathæ inſeruire, & pro ſoluēda taxa reapta-
tionis viæ pro cannis nonaginta ſeptem ante ipſam
vineam, ad quam ſolutionem cogebatur à Magi-
ſtris viarum, cum contineant expenſas non ſolum
vtiles, ſed etiam neceſſarias, & quæ reſpiciunt per-
petuam fundi vtilitatem videntur ſufficientes pro
7 ſuſtinēdo cenſu. Cum † illæ expenſæ ſpectarent po-
tius ad vxorem, quam ad maritum, iuxta tex. in *d. l.
diuortio, §. impendia, & ibi Doctor. ff. ſol. matr. & in l. 1.
l. 3. l. quod dicitur, ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. Alex.
conſ. 162. num. 1. & ſeq. lib. 7.*
8 Quæ eo magis videbātur amplectenda, ex † quo
mulier in inſtrumento Cenſus medio iuramento aſ-
ſeruit huiuſmodi vineam pleno iure dominij ad ſe
ſpectare, & ſuam eſſe liberam, immunem, & exem-
ptam quo caſu etiam ſi vinea ſit dotalis ipſa tamen
per impoſitionem dicti Cenſus tenetur, *Tiraq. de
retractu Lign. in fine, num. 99. Rota deciſ. 281. num. 27.
parte 2. Diuerſ.*
9 Non † obſtat quod emptor Cenſus debuerit eſ-
ſe ſollicitus, quod pecuniæ verterentur in cauſas
expreſſas, quia de hoc ſtatutum non loquitur, &
regula eſt in contrarium, *Sand.* poſt alios *deciſ. 156.
num. 9.*

Nec relelare videbatur quod maritus Agathæ
acceſſerit, & ſe principaliter obligauerit abſque vl-
la releuatione, ex quo videtur agnouiſſe tamquam
proprium debitum & Ioan. Baptiſta emptor Cen-
ſus videatur incontinenti declaraſſe dictas pecu-
nias perueniſſe ad manus dictæ Agathę mariti: quia
reſpondetur hoc non repugnare præcedenti con-
tractui inito cum Agatha, cum nō excludatur quod
pecuniæ prius peruenerint ad manus Agathæ, pro-
ut expreſsè cantat inſtrumentum, & deinde ad ma-
ritum pro executione cauſarum expreſſarum in in-
ſtrumento & quoad fideiuſſionem mariti placuit
*deciſio in cauſa Romana Saluiani Interdicti, 11. Ianua-
rij, præteriti coram R. P. D. meo Manzanedo.*

Demum non obſtat *deciſio in cauſa Romana ſocie-
tatis officij coram b. m. Penia,* & aliæ allegatæ, quia ibi
pecuniæ erant captæ ad ſocietatem officij pro ſola
prædij cultura, quæ non indigebat tam magnis im-
penſis, & pro recollectione fructuum, quæ impenſæ
certè pertinent ad maritum, non autem pro cauſis
reſpiciētibus perpetuam fundi vtilitatem, vt in ca-
ſu noſtro: vltra quod in dicta Romana ſocietatis
prædium erat datum marito in ſolutum pro dote,
10 † vnde tranſierat eius dominium in virum, meritò
11 † indiſtinctè omnes expenſæ pertinebāt ad virum,
vt ibi in fine Deciſionis, ſed hic expreſsè fuit con-
uentum vt vinea eſſet fundus dotalis, ideo habent
locum quæ ſupra deducta ſunt.

Ex quibus fuit concluſum ſententiam eſſe con-
firmandam.

R. P. D. Orano, Leodienſis prætenſi Cenſus, Lunæ 29. Ianuarij, 1596.

SVMMARIA.

1 *Cenſus impoſitio eſt ſpecies alienationis.*
2 *Cenſus ſuper re Eccleſiæ validè non imponitur, niſi co-
pulatiuè concurrat iuſta cauſa, & ſolemnitas.*
3 *Clauſula vocatis vocandis requirit citationem, & cau-
ſæ cognitionem.*
4 *Et quod ſeruetur tela iudiciaria, & num. 10.*
5 *Aliàs proceſſus redditur nullus.*
6 *Clauſula, ſi legitimè conſtiterit, requirit legitimas pro-
bationes.*
7 *Alioquin ſententia eſt nulla.*
8 *Papa ſupplet defectum ſolemnitatum, non defectum
cauſæ.*
9 *Aſſertio contrahentium alteri non præiudicat.*
11 *Alienatio rei Eccleſiæ facta à Prælato in conſangui-
neum, non caret ſuſpicione.*
12 *Alienatio rei Eccleſiæ ſi fiat ob neceſſitatem pretium,
debet conuerti in cauſam expreſſam.*
13 *Teſtes exeminati parte non citata, non facit quidem
indicium.*

DECISIO XXXVI.

IACOBVS Abbas Monaſterij S.
Laurentij in ſuburbijs ciuitatis
Leodiēſis ſiti, ſub prætextu quod
anno 1568. obſeſſa ciuitate Mo-
naſterium, & eius Eccleſia incen-
dio abſumpta ac per excurſiones
militum illius agri, & coloniæ de-
populatæ fuiſſent, aliiſq. vrgentibus expreſſis cau-
ſis grauauerat certa illius bona annuo Cenſu du-
centorum Florenorum ad cōmodum Dominorum
de Naſque, & Ioannis fratris ſui germani. Verum
cum poſtmodum modernus Abbas factum præde-
ceſſoris iudicialiter impugnaſſet; cauſa ad ſacrum
Rotæ auditorium deuoluta dubitari obtinuit, an
inſtrumentum Cenſus eſſet validum.

Domini perſpecta facti ſerie reſoluerunt fuiſſe
1 nullum. Deciſionis potiſſima fuit ratio, quod † cum
impoſitio Cenſus ſit ſpecies alienationis, *l. fin. C. de
reb. alien. non alienan. Tiraq. de Retractu Lign. §. 1. Glo. 6.
num. 6.*

num.6. Bal. in c.1. §.1. per quos fiat inueſtitura, ad il-
2 lius validitatem neceſſarium fuerit † vt concurrerēt
ſolemnitas & cauſa, *c.1. de reb. eccleſ. non alien. lib.6.*
Clem.1. eod. tit. Doctor. in c. ſine exceptione, 17. quæſt. 2.
& ibi latiſſimè *Laurent. de Rodulph. quæſt. 8. Couar. lib.*
Variar. reſolut. 2. cap. 17. num. 2. quorum neutrum hic
interuenit. non quidem ſolemnitas nam literarum
emanatarum à Legato de Latere neglecta fuit for-
ma, cum enim per eas confirmationem alienationis
cum cauſæ cognitione commiſiſſet Domino officia-
3 li Leodienſi adiecta clauſula vocatis vocãdis. † non
potuit deueniri ad Cenſus impoſitionem ſine cita-
tione conuentus, & cauſæ cognitione, *l.2. §. dies, ff.*
quis ord. in bonor. poſſeſſ. ſeruet. l. fin. C. de præd. minor.
4 Quia † clauſula huiuſmodi operatur vt debeat ſer-
uari tela Iudiciaria, *c. exhibita vbi Abb. nu.6. de iu-*
dic. Rota deciſ. 30. de reſcript. in nou. Dec. conſ. 173. nu. 2.
5 & cum ſit conditionalis facit, † vt non vocatis qui
fuerãt vocandi, actus ſit nullus. *Pariſ. conſ. 138. nu. 3.*
lib. 4. Put. deciſ. 421. lib. 1. Hoc autem tantò magis
attento tenore literarum ibi. *ſi ſibi legitimè conſti-*
6 *terit*, † Quod denotat requiri legitimas probatio-
nes, & plenas, & veras. *Felin. in c. ſi conſtiterit, num. 5.*
7 *de accuſ. Marſil. conſ. 5. num. 47. cum ſeq.* & † aliàs ſen-
tentiam omnino eſſe nullam, dicit *Dec. conſ. 603. nu.*
9. & 14. Ruin. conſ. 68. per tot. lib. 5.

Minus etiã cauſa, quæ tamen in huiuſmodi alie-
8 nationibus omnino neceſſaria eſt, nam † quamuis
Papæ auctoritas ſuppleat ſolemnitates, non tamen
defectum cauſæ, *Gemin. conſ. 48. num. 9.* Ideoq. ve-
rificari oportuit conditionem ſub qua Legatus re-
ſcripſerat, videlicet, ſi cedebat in euidētem vtilita-
tem, vel neceſſitatem Eccleſiæ, qua non iuſtificata,
nulla fuit interpoſitio decreti. *Ruin. d. conſ. 68. nu. 5.*
9 Aſſertio † autem contrahentium quod cederet in
euidentem vtilitatem, vel neceſſitatem non potuit
præiudicare monaſterio, ad not. *per Bar. in l. ſi forte,*
C. de Caſtr. pecul. Feder. de Sen. conſ. 143. circa fin. Ge-
min. in c. 1. de reb. eccleſ. non alien. lib. 6. quem ſequi-
tur *Pariſ. conſ. 36. col. 1. lib. 4. Rebuff. de reb. eccleſ. non*
alienan. num. 75. vt nec atteſtatio dicti officialis. Nec
fuit derogatũ Paulinæ, neque ſimpliciter ſibi com-
miſſum vt ſe extraiudicialiter informaret iuxta tra-
dita per *Abb. conſ. 41. col. 1. verſ. nam Bonifacius, lib. 1.*
10 ſed ſeruato iuris ordine procederet, quo † caſu re-
quirebatur quod vtilitas, vel neceſſitas iuſtificare-
tur ex actis, vt fuit reſolutum *coram b.m. Laureтano*
in cauſa Antuerſana Tenimenti.

Nullitas verò ex hoc improbabilis fit quod Ab-
bas intra biennium ab impoſitione huius ſeruitutis
Cenſus emerat iocalia, & mutuum dederat, ex qui-
bus cōceſſio Legati de Latere redditur ſubreptitia,
Dec. conſ. 142. num. 5. quod fuit etiam per Dominos
conſideratum *in cauſa Placentina bonorum de Puteo*
bonellis coram R.P.D. meo Seraphino.

Remouetur etiam omnis præſumptio cauſæ vtili-
tatis cum liqueat ex actis à Nuntio apoſtolico ip-
ſum tamquam hominem minus frugi, & bonorum
Eccleſiæ diſſipatorem Abbatiali dignitate fuiſſe
exutum.

Quibus addebat vnus ex Dominis alienationem
11 † huiuſmodi tamquam factam in parte in fauorem
fratris ſui germani non carere fraudis ſuſpicione,
auth. quibuſcumque modis, & ibi communiter *Doctor.*
C. de ſacroſ. Eccleſ. Alciat. de Præſumpt. regula 1. Præ-
ſumpt. 29.

Altera acceſſit primæ ratio, quia cum agatur de
venditione Cenſus facta ex cauſa neceſſitatis æris
12 alieni, † neceſſum erat quod probaretur pretium
verſum fuiſſe in eam cauſam ob quam fuerat facta
alienatio, *Innoc. in c. 1. verſ. vel forte*, quem ibi om-
nes ſequuntur. *Depoſ. Imol. in c. quod quibuſdam, num.*
14. de fideiuſſ. Bal. in auth. hoc ius porrectum, ſub num.
7. C. de ſacroſ. Eccleſ. Rom. conſ. 440. num. 5. Caſtr. conſ.
338. circa princ. lib. 1. & fuit pluries in hoc audito-
rio reſolutum. De qua tamen, vt nec de alia cauſa
conſtare nō poterat ex depoſitione teſtium per Do-
13 minum officialem examinatorum, † quoniam fue-
rant examinati abſque partis citatione, quo caſu ne
dum non probant partis intentionem, ſed ne indi-
cium faciunt, *Felin. in cap. in nomine Domini, num. 4.*
de teſtib. cum ſimilibus.

R. P. D. Corduba, Leodienſis Cenſus, 15. Ianuarij, 1597.

SVMMARIA.

1. *Cenſus impoſitio eſt ſpecies alienationis.*
2. *In impoſitione Cenſus requiritur copulatiuè cauſa, & ſolemnitas.*
3. *In alienatione rei Eccleſiæ non ſufficit tractatus, niſi accedat auctoritas, ſeu confirmatio ſuperioris.*
4. *Clauſula vocatis vocãdis, requirit ordinem iudiciarium.*
5. *Legitimè conſtare dicitur quando conſtat per plenas, & legitimas probationes.*
6. *Neceſſitas Eccleſiæ non probatur per partium aſſertionem.*
7. *Neceſſitas vt probata dici poſſit concludenter, quomodo teſtes debeant deponere.*

DECISIO XXXVII.

DIXERVNT Domini Cenſum non eſ-
ſe legitimè conſtitutum; eſt enim no-
tiſſimi iuris ad validitatem Cēſus im-
1 poſiti ſuper re eccleſiaſtica, (quæ † di-
citur ſpecies alienationis, tex. *in l. fin.*
C. de reb. alien. non alien. cap. nulli, eod. tit. Bal. in cap. 1.
§. 1. per quos fiat inueſtit. Tiraq. de retractu Lign. §. 1.
2 *Gloſ. 6. nu. 6.*) oportere † interuenire ſolemnitatem,
& cauſam copulatiuè ſicuti in ipſa rei eccleſiaſticæ
alienatione, *cap. 1. de reb. Eccleſ. non alien. lib. 6. Clem.*
1. eod. tit. Couar. lib. 2. Variar. reſol. cap. 17. num. 2. fuit
reſolutum in hac cauſa, *& in alia Romana inualidita-*
tis Cenſus coram R.P.D. meo Pamphilio. Pro ſolemni-
3 tate allegatur tractatus † qui non ſufficiunt niſi ad-
ſit legitima confirmatio ſeu auctoritas ſuperioris.

Adducebatur etiam licentia Legati, & confir-
matio officialis Leodiēſis in executionem illius: ve-
rum hæc Dominis non placuit, cum non fuerit ſer-
4 uata forma: Stante enim clauſula poſtquam † vo-
catis vocandis legitimè conſtiterit veniebat ſer-
5 uanda forma iudiciales, & † ſic requirebantur ple-
næ & legitimæ probationes, *cap. exhibita, de iudic.*
vbi Abb. num. 6.

Non obſtabat quod videatur ſeruata tela iudi-
ciaria

Digitized by Google

ciaria cum ſuper ipſitatus Gherardus procurator Monaſterij, qui agnouit bonam fidem fatendo neceſſitatem, nam fuit reſponſum quod nihilominus monaſterium erat vocandum ex deductis *in cauſa Senigallienſi ſilua coram R. P. D. meo Lata.* Vltra quod mandatum D. Gherardi non erat ſufficiens, cum ſolum eſſet ad obtinendam confirmationem à Legato, non autem ad cõfitendum coram executore pro verificanda neceſſitate monaſterij. Vltra quod non
6 videbatur ſufficiens confeſſio Gherardi, † cum iſta neceſſitas non probetur per aſſertionem partium, ad not. per *Bar. in l. ſi forte, ff. de Caſtr. pecul. Feder. de Sen. conſ. 143. Pariſ. conſ. 36. num. 11. lib. 4.* ex quo reſultabat defectus cauſæ neceſſitatis, vel vtilitatis, & cum in hoc caſu non adſit clauſula extraiudicialiter, ſatis poteſt dici non conſtare de cauſa ex tenutione proceſſus in quo nulla probata fuit vtilitas, vel neceſſitas.

Nec etiam obſtabant teſtes, quia quamuis examinati ſint citato dicto procuratore, & deponant monaſterium paſſum fuiſſe diuerſa damna propter bella & militum incurſiones, nihil tamen dicunt de monaſterij neceſſitate, vel Abbatis, ita quod ei non potuerit aliter occurri, quam per alienationem vel Cenſus impoſitionem, vt fuit conſideratum *in illa Placentina de Puteo bonellis coram R. P. D. meo Seraphino Decano.*

Cum ergo verſemur in caſu ſuſpecto propter dilapidationem Abbatis, & impoſitionem dicti Cenſus ad fauorem conſanguinei eius, neque appareat pecuniam fuiſſe verſam in illam cauſam, propter quam fuit facta alienatio, vt hæc omnia fuerunt coram me deducta in hac cauſa, *11. Decembris, 1596.* Domini ſteterunt in reſolutis.

Reuerendiſſimo D. Sacrato, Romana reſtitutionis dotis, Lunæ 17. Martij, 1600.

SVMMARIA.

1 *Qualitas requiſita à ſtatuto debet concludenter probari ab eo, qui ſe in ſtatuto fundat.*
2 *Cenſus impoſitio eſt ſpecies alienationis.*
3 *Inuentarium hæredis non afficit creditoribus certis non citatis.*
4 *Declaratio facta à perſona, & tempore ſuſpecto, non eſt releuans.*

DECISIO XXXVIII.

DICEBAT ſtatuto Vrbis, *cap. 130. lib. 1.* caueatur quod dos à fratribus de bonis proprijs ſorori data ſoluto matrimonio per obitũ ſororis ſine filiis ad eoſdem fratres reuertatur, iſta † tũ qualitas
1 quod de bonis proprijs fuiſſet dotata debebat per fratres de Ruſconibus ante omnia concludenter probari, *l. 1. §. ait Prætor, in 2. reſponſo, ff. ne quid in flum. public. Felin. in c. ex parte, num. 25. de Reſcript.* & in terminis ſtatuti latè *Socin. conſ. 55. lib. 1.* Quæ probatio in propoſito caſu viſa fuit Dominis nõ ſolum deficere, ſed potius contrarium probari, nempè dictam dotem fuiſſe de bonis paternis profectã, cum apud partes in confeſſo eſt ſcuta octingẽta de quibus agitur fuiſſe ſoluta ex pretio Cenſus impoſiti ſuper vinea paterna. Vnde cum pro ſolutione dictæ dotis fuerit alienata bona paterna, (Cenſus
2 † enim impoſitio dicitur quædam alienatio. *Bal. & Doctor. in d. fin. C. de reb. alien. non alien.* & fuit latè dictum *in illa Romana vinearum, 24. Februarij, 1577. coram R. P. D. Decano*) ſequitur quod dos non fuerit ſoluta de bonis proprijs dictorum fratrum, ſed de bonis paternis.

Nec ſatisfacit reſponſio quod hæreditas erat grãdi ære alieno grauata, ita vt nil penitus ſupereſſet, quia id rectè non probatur; licet enim fratres de
3 Ruſconibus confecerint inuẽtarium, attamen † non afficit Dominam Liuiam, à qua Camillus cauſam habet, ex quo Domina Liuia, quæ erat creditrix certa vel ſuæ dotis, vel portionis hæreditariæ non fuit nominatim citata, *Bar. in l. 1. §. cum igitur, num. 3. ff. de ure delib. Dec. conſ. 633. nu. 8. Aim. conſ. 225.*

Nec refragatur, quod promiſſio dotis non fuerit facta nomine ipſius Liuiæ, ſed quod fratres ſemper zelo, & fraterno amore moti, vt dicitur in apocha matrimoniali, promiſerint dotem, quæ fuit ſoluta per Bartholomæum Ruſconum fratruum, quem illi promiſerunt releuare indemnem, cum iſtæ probationes non viſæ fuerunt concludere per neceſſ.

Sicut nec illa declaratio poſt obitum maritis facta per eundem Bartholomæum quod ſcuta octingenta ſoluta pro dote eſſent illa eadem, quæ fue-
4 runt capta ſuper vinea; vltra † quod talis declaratio emanauit à perſona, & tempore ſuſpecto, & ex eã nil aliud ad ſummum infertur, quam quod pecuniæ datæ in dotem profectæ fuerunt è manibus dictorum fratrum, ſed de quibus bonis non probatur. Et ideo cum pro illis tamquam bonis paternis fuerit relaxatum mandatum executiuum ab A. C. illud modo eſt executioni demandandum.

R. P. D. Orano, Peruſina hæreditatis de Almericis, 8. Aprilis, 1587.

SVMMARIA.

1 *Prohibitus alienare bona, eſt prohibitus ſuper illis Cenſum imponere.*
2 *Cenſum imponens ſuper re alienari prohibita ſub certa pena, incidit in penam.*
3 *Cenſus cenſetur impoſitus ſuper parte rei libera.*
4 *Prohibita alienari nõ veniunt ſub generali obligatione.*
5 *Aſſertio imponentis Cenſum ſuper re, quod illa ſit ſua, & libera, reſtringitur ad portionem ſuam.*
6 *Dominus rei pro indiuiſo, põt dicere rem ad ſe ſpectare.*
7 *Caputaq. deciſ. 17. lib. 1. declaratur.*

DECISIO XXXIX.

1 CERTVM † eſt prohibitũ alienare cenſeri prohibitum Cenſum imponere, &
2 non ſecus † ac per alienationẽ ita etiam per impoſitionem Cẽſus cadere à commodo hæreditatis ſeu rei alienatæ, iuxta not. *in cap. fin. de reb. eccleſ. non alien. Bal. in cap. ad audien-*

Digitized by Google

audientiam, el ſecundo. ſub num. 2. de reſcript. Tiraq. de retractu Lign. §. 1. Gloſ. 6. num. 6. Caputaq. deciſ. 17. lib. 1. in impreſſis.

Difficultas igitur propoſitæ quæſtionis verſatur in eo, An Cenſus intelligatur impoſitus ſuper toto fundo, vel tantum illius parte.

Domini tenuerunt Cenſum impoſitum fuiſſe ſuper parte dumtaxat prædij, ex quo † enim pars vna
3 prædij libera fuit, altera verò fideicommiſſo ſubiecta, cenſendum eſt Cenſum fuiſſe impoſitum in parte in qua potuit imponi, nam voluntas regulatur à
4 poteſtate, & ſub † generali obligatione nõ veniunt prohibita alienari ex allegatis per *Gabriell. concluſ. 12. num. 15. de reg. iur.* & ſemper eſt facienda interpretatio per quam actus ſuſtineatur, *Lipocies, de rub. dub.* Non obſtant clauſulæ in inſtrumento impoſitionis Cenſus appoſitæ, quia Primò quod præ-
5 dium † ad Franciſcum ſpectet intelligitur de parte ab ipſo poſſeſſa pro indiuiſo, quæ non eſt ſubiecta
6 fideicommiſſo, ratione † cuius potuit dicere fundum ad ſe ſpectare, *Cuman. in l. locus, num. 2. ff. de acquir. poſſeſſ. Socin. in l. ſi quis cum totum, num. 10. ff. de ex-*
7 *cept. rei iud. Benint. deciſ. 33. in fine.* Secundò, † quod prædium non eſſet obligatum, vel alicui fideicommiſſo ſubiectum interpretationem recipit in præiudicium impoſitionis Cenſus, & quoad partem libe-
8 ram. *Deciſ. † Caputaq. 17. lib. 1.* procedit quando res prohibita alienari erat integraliter ſubiecta fideicommiſſo.

R. P. D. Iuſto, Romana Cenſus, Veneris 17. Martij, 1600.

SVMMARIA.

1 *Cenſus eſt ius diſtinctum, & ſeparatum ab ipſa re ſuppoſita.*
Ius Cenſus tranſit contra quemlibet rei ſuppoſitæ poſſeſſorem, d. num. 1.
2 *Cenſus imponi poteſt ſuper bonis emphyteuticis.*
Limit. vt infra, num. 6.
3 *Bona prohibita alienari non cenſentur prohibita hypothecari, & veniunt in generali obligatione.*
4 *Saluianum interdictum datur contra poſſeſſorem bonorum emphyteuticorum.*
5 *Cenſus imponi non poteſt ſuper bonis Eccleſiæ ſine debitis ſolemnitatibus, & abſque iuſta cauſa.*
6 *Bona emphyteutica ſi ſint expreſſè alienari prohibita, non veniunt ſub generali obligatione.*
7 *Hypotheca contrahitur ſuper bonis tacitè alienari prohibitis.*
8 *Cenſus impoſitio ſuper rebus tacitè alienari prohibitis, non inducit caducitatem.*
9 *Nec eſt nulla ab initio.*
10 *Res aliena hypothecari validè non poteſt, poteſt tamen vendi.*
11 *Exceptio dominij non admittitur in Saluiano.*
12 *Dominium rei venditæ transfertur traditione.*
13 *Clauſula, reſeruato conſenſu domini, adiecta in venditione rei emphyteuticæ non operatur, quin contractus ſit à principio perfectus.*
14 *Venditio rei emphyteuticæ cum clauſula ſaluo & reſeruato conſenſu Domini, valet ab initio.*

DECISIO XL.

Vbitabatur extra Vrbem an Cenſus impoſitus ſuper vinea de qua agitur, ſit validus, vel inualidus. Effectus dubitationis eſt vt competat, vel nõ Saluianum Interdictum ſuper vinea vbi eſt impoſitus. Et Domini dixerunt eſſe validum.
1 Quia † per impoſitionem Cenſus conſtituitur ius quoddam diſtinctum, & ſeparatum ab ipſa re quod tranſit in quemcumque rei poſſeſſorem, *Alex. conſ. 27. num. 4. Couar. Variar. reſolut. lib. 3. cap. 7. num. 6.*
2 Quod † ius ſit impoſitum ſuper re emphyteutica valet, quia eſt in bonis noſtris, vt fuit dictum *in vna Bononienſi de Maſſarijs coram b. m. Robuſterio, anno 1577. & in Romana vineæ coram R. P. D. meo Decano, die 16. Iunij, 1598. in princ.* Et quia communis Do-
3 ctorum opinio, & ſententia eſt quod bona † prohibita alienari non prohibentur hypothecari, & veniunt in generali obligatione bonorum, *Gloſ. in l. fin. in verbo, alijs, C. de iure emphyt. Salic. ibi, col. 3. num. 6. verſ. quarò an, &c. Iaſ. num. 28. & 79. Bert. in l. ſi conſtante, in 7. q. in princ. num. 73.* quem ſequuntur *Alex. & alij ff. ſol. matr. Lancell. Gal. in l. & ibi not. Bart. Bal. Caſtr. & alij ff. de pignor. all. Bero. in l. potuit, nu. 94. & ſeq. ext. de Locat. Afflict. deciſ. 191. num. 3. Neguſ. de pignor. par. 2. memb. 2. num. 28. verſ. ſexto ampli. Clar. in §. emphyteuſis, quæſt. 18.* Et ex his ſequi-
4 tur † competere Saluianum Interdictum ad *l. 1. ff. de Salu. Interd. Aret. in §. item Seruiana, num. 8. Inſtit. de act. Rota in Romana vineæ, 1598. coram R. P. D. meo Decano.*
5 Nec obſtat † quod ſuper rebus Eccleſiæ, vel minorum non poſſit imponi Cenſus ſine cauſa, & abſque legitimis ſolemnitatibus, *Tiraq. de retr. Lign. §. 1. Gloſ. 6. num. 6, Rol. conſ. 59. num. 9. & ſeq. & num.*
6 *28. libr. 2.* & ſæpius fuit reſolutum, quoniam † iſta procedunt quando adeſt expreſſa prohibitio legis vel hominis: tunc enim eſt prohibita hypotheca, quæ aliàs, vt dixi, venit in generali obligatione bonorum, *Crot. in repet. l. filiusfamilias, §. diui, num. 94. ff. de legat. 1.* & fuit dictum *coram R. P. D. meo Penia, in Romana Saluiani Interdicti, 12. Decembris anni præteriti.* Nos autem ſumus in tacita prohibitione,
7 † quæ operatur domino volente, & declarante ex
8 diſpoſitione, *l. fin. C. de iure emphyt.* quo † caſu impoſitio Cenſus non inducit caducitatem, *Rota coram R. P. D. meo Decano in Romana Caſalis Marcigliani, 19.*
9 *Iunij, 1597. & Romana Vineæ* ſupra allegata, & † non eſt nulla ab initio, iuxta *Deciſ. Rotæ coram b. m. Lauretano in cauſa Romana de Alexijs, 29. Martij, 1595.*

Nec obſtat appoſitio defectus dominij imponentis Cenſum ſuper vinea, & conſequenter defectus
10 hypothecæ, quia † licet res aliena vẽdi poſſit, tamen pignorari, hypothecari, vel ius reale ſuper ea conſtitui non poteſt, *l. 1. §. 1. ff. de pignor. vbi Gloſ. & Bart. Neguſ. de pignor. 3. memb. 2. par. num. 52. & 58.*
11 Quoniam vltra quod exceptio dominij non admittitur in remedio Saluiani Interdicti, ſecundum communem opinionem, de qua teſtatur poſt alios, *Franc. Sarmient. de Reditib. eccleſ. par. 3. cap. 2. nu. 23.* & tenuit *Rota in vna Romana Cenſus, 22. Decembris, 1596. & in alia Ceſenatenſi bonorum, 28. Iunij coram R. P. D. meo Seraphino, & coram b. m. Orano in vna Romana*

mana Saluiani Interdicti, 18. *Maij*, 1598. Ceſſat appoſitio in facto, quia iam fuerat vendita vinea, & tradita Deſiderio Bonaueng, qui impoſuerat Cenſum,
12 vt patet ex inſtrumento venditionis, & hoc † modo transfertur dominium, *l. traditionibus*, *C. de pact. l. qui*, *C. de his, qui à non dom. manum.* nec oſtenditur aliquod impedimentum ex parte venditoris.
13 Non obſtat † Clauſula, ſaluo, & reſeruato conſenſu Domini. Quia interim inter contrahentes eſt perfecta venditio, *l. neceſſario*, *§. ſi ita res*, *ff. de peric. & commod. rei vendic. Gloſ. in l. 1. in princ. C. eod. tit.* cum allegatis per *Tiraq. de Retractu conuention. §. 1.*
14 *Gloſ. 2. num. 26.* Et † valet *l. fin. C. de iure emphyt. Bal. in l. 2. C. eod. tit. Rol. conſ. 57. num. 8. & ſeq. lib. 3.*

Et ita deciſum fuit.

R. P. D. Litta, Romana fideicommiſſi de Remediis, Veneris 7. Maij, 1604.

SVMMARIA.

1 *Filiæ veniunt in fideicommiſſo ad quod ſunt vocati filij.*
2 *Filius fideicommiſſo grauatus, poteſt liberè de ſua legitima diſponere.*
3 *Legitima, & trebellianica conſtituunt medietatem eius, quod reſtituendum ex fideicommiſſo eſt.*
4 *Cenſus impoſitus ſuper bonis ſubiectis fideicommiſſo, reſoluitur per fideicommiſſi purificationem.*
5 *Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris.*

DECISIO XLI.

FVIT reſolutum cōſtare de fideicommiſſo ad fauorem Liuiæ q. Sebaſtiano de Remediis. Nam cū Remedius auus paternus dictæ Liuiæ aliàs deceſſerit condito eius teſtamento, in quo inter alios ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit dictum q. Sebaſtianum, eiq. ſubſtituerit il-
1 lius filios vtique: † dictæ Liuiæ ſubſtitutæ debentur bona fideicommiſſo ſubiecta per d. Remedium, *l. ſi ita ſcriptum*, *ff. de leg. 2. Anchar. conſ. 120. num. 21.* & fuit in ſimili tentum *in illa Forolimenſi fideicommiſſi, 11. Maij, proximè præteriti, coram R. P. D. meo Iuſto.* Et quia effectus dubij eo tendit, an conſtet de tali fideicommiſſo ad fauorem Dominæ Liuiæ, vt Cenſus de quibus agitur & qui fuerunt venditi per dictum q. Sebaſtianum grauatum minimè ſuſtineantur in præiudicium ipſius Liuiæ fideicommiſſariæ; cuius inquam reſolutio pendet ab illa inſpectione, an ante venditionem dictorum Cenſuum
2 fuerit conſumpta legitima, & Trebellianica, † de quibus potuerat dictus Sebaſtianus in omnem caſum liberè diſponere, per tex. *in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam.* iuncto tex. *in c. Rainutius, & in*
3 *c. Rainaldus, de teſtam.* Quæ † legitima, & Trebellianica medietatem eius conſtituunt, quod iudicio dicti Teſtatoris ad ipſum Sebaſtianū grauatum peruenit, vt concludit *Bal. conſ. 92. num. 2. lib. 2. Aim. conſil. 50.* & alij relati per *Couar. in repet. d. c. Rainutius, §. fin. num. 6.*

Ideo Domini (cum præſuppoſito tamen, quod debitum ex cauſa dotis Olimpiæ vxoris dicti Sebaſtiani, quæ dos iuncto quarto eidem debito vigore ſtatuti Vrbis, fuit liquidata aſcendere ad ſummam ſcutorum quingentorum; & quod debitum ſcutorum quadringentorum occaſione cuiuſdam aſſignationis dotium per eundem Sebaſtianum factæ ad fauorem filiarum, ſuarum ſpuriarum, quæ duo debita præcedunt véditionem dictorum Cenſuum, abſorbeant medietatem bonorum, quæ ad ipſum Sebaſtianum peruenerunt iudicio ipſius fideicom-
4 mittentis) tenuerunt † vnanimiter pro inualiditate venditionis dictorum Cenſuum per regulam il-
5 lam, † quod reſoluto iure datoris, & acceptoris, ius eo ipſo reſolutum cenſeri debet, de qua in *l. ſi ex duobus, §. ſed & Marcellus, ff. de in diem addict. & in l. lex Vectigali, ff. de pignor.* bene *Surd. deciſ. 102. num. 12.*

Ex quibus & aliis hic latius deductis per informantes fuit concluſum, vt ſupra.

R. P. D. Litta, Romana Fideicommiſſi de Remediis, Veneris 17. Decembris, 1604.

SVMMARIA.

1 *Cenſus impoſitus ſuper re alienari prohibita tenet, durante vita imponentis.*
2 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij eatenus tenetur, quatenus in hæreditate reperitur.*
3 *Obligatione principali finita, ceſſat etiam acceſſoria.*
4 *Præteritione filiæ non rumpitur teſtamentum patris, vbi viget ſtatutum excluſiuum fœminarum.*

DECISIO XLII.

FVIT reſolutum hæredem Liuiæ non teneri ad ſolutionem fructuum Cenſus, quia iam fuit deciſum ſub die 10. Maij, 1602. vineam, & hortum ſuper quibus fuit impoſitus dictus Cenſus à Sebaſtiano ſubiacere fideicommiſſo Remedij patris ipſius Sebaſtiani. Nec poterat ſuſtineri ratione Legitimæ, & Trebellianicæ filio in bonis patris fideicommittentis debitæ: quia ex deciſione facta in hac eadem cauſa 7. Maij, præſentis anni, apparet Sebaſtianum de tempore impoſitionis, quæ fuit de anno 1581. iam conſumpſiſſe iſtas duas quartas, & vltra.
1 Non obſtat, quod † teneat conſtitutio Cenſus ſuper re alienari prohibita impoſiti in vita imponentis, & eius præiudicium; quia eſt verum. ſed non applicatur, cum iam diu obierit Sebaſtianus.

Minus facit q Liuia fuerit hæres patris, & obligatio cameralis afficiat vniuerſalem ſucceſſorē: quia fuit reſponſum, quod Liuia quatenus fuerit hæres Sebaſtiani, fuit cum beneficio legis, & inuētarij; vn-

2 de † eatenus tenetur quatenus in eius hereditate reperitur, prout nihil reperire fuit oſtenſum: licet verus ſit ipſam ſucceſſiſſe in bonis de quibus agitur vti ad ſe ſpectātibus vigore fideicommiſſi Remedij,
3 & † ideo corruente contractu impoſitionis Cenſus, corruit etiam obligatio cameralis illi acceſſoria iuribus vulgatis.

Neque hic applicatur diſpoſitio, *Auth. Res quæ, C. commun. de legat.* quia Remedius pater viuēs Bartholomæam filiam nuptui tradiderat dote ſibi perſoluta, vnde ſi mortuo primo viro voluit cūm pecunia dotali emere Cenſum ſuper re fideicommiſſo ſubiecta ſibi habet imputare, & experiri contra bona imponentis, quæ non adeſſe fuit aliàs demon-
4 ſtratum; & deciſum, & ex iſta ſolutione dotis † excluditur prætenſa nullitas paterni teſtamenti præteritione filiæ cum ſtatutum Vrbis antiquum, *lib. 1. cap. 85. & nouum, lib. 1. cap. 141.* excludat filias dotatas, & repellat à facultate impugnandi teſtamentum paternum. ad quod bene facit *Deciſio Rotæ diuerſorum, 355. num. 4. & 6. parte 1.* cum aliis allegatis per informantes.

Deducta verò circa nullitatem teſtamenti Liuiæ vti extra dubium, fuerunt per Dominos reiecta.

R. P. D. Cantuccio, Romana domus de Alexiis, Lunæ 1. Februarij, 1580.

SVMMARIA.

1 *Fideicommiſſum abſolutum cenſetur inductum ex prohibitione alienationis veſtita ex cauſa.*
2 *Immo cenſetur inductum etiam in caſum mortis.*
3 *Fideicommiſſum abſolutum inducitur, quando teſtator procedit per viam principalis diſpoſitionis.*
4 *Perpetuo, Hæc dictio, demonſtrat eſſe inductum fideicommiſſum abſolutum.*
5 *Cenſus imponi non poteſt ſuper re alienari prohibita,*
Fideicommiſſo fit locus ſi imponatur Cenſus ſuper re alienari prohibita, d. num. 5.
6 *Cauſa prohibitionis illam reſtringit.*
7 *Proprietas cenſetur relicta, quando relinquitur res ad vſum, vel pro vſu,*
8 *Cauſa, vel modus non reſtringit legatum, quando reſpicit fauorem legatarij.*
9 *Legatum vſus, vel vſusfructus non trahitur ad proprietatem.*

DECISIO XLIII.

RESOLVTVM fuit inductum eſſe fideicommiſſum ex illis verbis teſtamenti q. Pauli de Alexiis. Itē voluit quod domus ſua, quam de præſenti inhabitat dictus teſtator non poſſit diuidi, nec vendi, nec alienari, ſed remaneat
1 perpetuo pro vſu familiæ ſuæ. Quia † prohibitio iſta de non alienando domum non fuit nuda, ſed veſtita cum cauſa remanſionis domus pro vſu familiæ, & ſic intrant communiter tradita per *Doctores in l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de legat. 1.* latè *Gabr. lib. 4.*
2 *de fideicom. concluſ. 9. num. 7.* Immo † fideicommiſſum iſtud nedum in caſum alienationis, ſed etiam in caſum mortis inductum fuit, & ſic reſultat ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum, tum quia teſtator non per viam rationis, ſed per viam principalis diſpoſitionis ordinauit domum remanere pro vſu familiæ ſuæ; non enim dixit per viam rationis vt remaneat, vel quia voluit remanere, ſed dixit per viam principalis diſpoſitionis, ſed remaneat ſubintelligendo verbum, voluit, vt ſit ſenſus, ſed voluit
3 quod remaneat, &c. quo caſu quando † teſtator ordinat per viam principalis diſpoſitionis fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum induci Doctores vno ore fatentur, nec inter eo vlla reperitur diſcrepantia, vt latè, & egregiè deducit *Curt. iun. conſ. 145. num. 6. & 7. Dec. conſ. 23. num. 3. verſ. vnde in primis, & num. 5. verſic. octauo, & verſic. ſecus videtur, pulchrè Alciat. conſ. 1. in num. 4. in fine, tom. 3. lib. 9.* Tum
4 quia in caſu noſtro adeſt illa dictio, Perpetuo, † cuius virtute fideicommiſſum inducitur abſolutum, *Soc. inter conſ. Curt. ſenior. conſ. 40. in fine,* & latius *in l. qui Romæ, §. ex heredes, nu. 18. verſ. hanc concluſionem, ff. de verbor. obligat.* cum aliis collectis per *Gabr. vbi ſupra, num. 12. Alexandrin. conſ. 1. num. 11. verſic. pro reſponſione,* latè *Parıſ. conſ. 30. num. 24. lib. 2. Alb. conſ. 54. num. 2. Rol.* alios citans, *conſ. 23. num. 18. 19. & 20. libro 4.*

5 Præterea fuit etiam reſolutum huic † fideicommiſſo per impoſitionem Cenſus locum factum fuiſſe, quia ſuper re alienari prohibita non poteſt Cenſus imponi, vt per *Foller.* in terminis *in ſua Praxi Cenſuali, fol. 167. num. 4.* & deciſum fuit *in illa Romana vinearum coram D. Decano, 4. Februarij, 1577.*

Non obſtat quod verba teſtatoris in caſu noſtro non ſunt directa in familiam, ſed in vſum familiæ, & ſic non poteſt dici vocata familia, & illa verba, ſed remaneat, &c. videntur iterare prohibitionem, vt ſcilicet, non alienetur & cauſa prohibitionis fuit vſus familiæ, quæ cauſa videtur expreſſa non ad vocationem familiæ, ſed ad denotandum voluntatem teſtatoris, vt familia domo ſemper vti poſſit: quia pro reſpōſione dicitur quod immo familia fuit vocata: ſi enim teſtator voluit domum remanere pro vſu familiæ: ergo voluit remanere in familia, cum remanſio non poſſit verificari niſi in familia; tunc autem poſſet procedere obiectum quando teſtator voluiſſet domum remanere penes aliam perſonam pro vſu familiæ: nam hoc caſu fuiſſet vocata illa alia perſona, & familia vti poſſet domo. Mi-
6 nus obſtat, quod † cauſa prohibitionis reſtringit prohibitionem, *l. cum pater. §. dulciſſimis, de leg. 2.* & quod cauſa prohibitionis in caſu noſtro fuerit vſus familiæ, & quod propterea alienatio domus non cenſeatur prohibita, niſi quatenus impedit vſum familiæ, *l. plenum, in princ. ff. de vſu, & habitu,* & quod impoſitio Cenſus non impedit quominus familia vti poſſit domo, cum potuit illam inhabitare, & ſoluere fructus Cenſus, Siquidem reſponſum fuit teſtatorem in caſu iſto non ſolum vſum, ſed etiā proprietatem domus reliquiſſe familiæ: non. n. voluit quod vſus domus remanere in familia, ſed vt domus remaneret pro vſu familię inter
7 quos duos caſus longa eſt differentia. Nam † quando

do relinquitur res ad vſum, ſeu pro vſu, tunc relin-
8 quitur etiam proprietas: quia † quando modus, vel cauſa adiecta legato reſpicit fauorem legatarij, tũc non limitat legatum, *l. 4. & ibi Bart. ff. de alim. & cibar. legat. l. cum hi, §. ſi vni. & ibi Bart. Ang. Paul. de Caſt. Alex. & Iaſ. ff. de tranſact. Doctores poſt Bart. in l. donationes, §. ſpecies, ff. de donat. Cin. Bald. & Salic. in l. ſi mulier, C. de iure dot. Rom. conſ. 103. num. 7. Soc. conſ. 102. num. 10. lib. 3. Cremen. ſing. 34. Curt. iun. in l. cum quid, ad finem, ff. ſi cert. pet. Ferrat. cautela 2. num. 1. verſic. ſecunda cautela eſt, & num. 3. Gramm. decis. 59. num. 52. & 53. Capic. decis. 188. num. 5. 6. & 7.* bene *Alex.* loquens in caſu huic noſtro valdè ſimili, *conſ. 223. nu. 4. propè finem, & num. 5. lib. 2. latè Ang. conſ.*
9 *338. num. 7.* Si verò † relinquitur vſus, vel vſusfructus rei, tunc non relinquitur proprietas, ſed ſolus vſus, vel vſusfructus, *tot. tit. ff. de vſufr. legat. Capic. d. decis. 188. num. 4. verſ. ſi verò.*

Præterea fuit & alio modo reſpõſum, quod etiam ſi in caſu iſto non proprietas, ſed ſolum vſus domus relictus eſſet, nihilominus iſte vſus impediretur familiæ per ſolutionem fructuum Cenſus.

Ad alia non eſt opus reſpondere, quia ſunt extra dubium.

R. P. D. Cantuccio, Romana Cenſus Saluiani Interdicti, & intereſſe, Lunæ 18. Februarij, 1585.

SVMMARIA.

1 *Qui tenetur de euictione actione exempto, tenetur etiam ad intereſſe.*
2 *Tam damni emergentis, quam lucri ceſſantis in ſolito negotiari.*
3 *Intereſſe hoc taxatur iuxta tempus euictionis, non autem venditionis.*
4 *Hæres ob alienationem rei fideicommiſſo ſubiectæ, non tenetur ad intereſſe, niſi à die quo fideicommiſſarius incipit habere commodum fideicommiſſi.*
5. *Cenſus impoſitus ſuper re expreſſè alienari prohibita, eſt nullus ab initio.*
6 *Prohibitio alienationis expreſſa, reddit alienationem nullam ab initio.*

DECISIO XLIV.

1 ILLE † qui tenetur de euictione actione exempto, tenetur ad intereſſe; *l. euicta, ff. de euict. l. Titius cum decederet, §. fin. ff. de act. empt.*
2 & tenetur † nedum ad intereſſe damni emergentis, ſed etiam lucri ceſſantis, quando eſt ſolitus negotiari, *Ruin. conſ. 146. lib. 1.* Bene verum eſt,
3 † quod in hoc intereſſe reſpicitur tempus euictionis, & non venditionis, *d. l. Titius, §. fin.* & bene declarat *Fulgoſ. in d. l. euicta.* & hæc eſt differentia inter actionem de euictione, & ſtipulationem dupli,
4 & ſignanter † quod quando ex fideicommiſſo res eſt euicta intereſſe non debeatur à tempore euictionis, ſed à tempore quo fideicommiſſarius incipit habere commodum, bene *Ruin. d. conſ. 146. nu. 5.* ſed fortè hoc procederet ſi ageretur de euictione rei, hîc autem agitur ratione Cenſus, vnde quandocunque ſequatur euictio clarum eſt, quod Cenſus illucuſque decurſi non erant ſoluti, & conſequenter ad illos iſti de Alexiis non tenebantur.

Verum tria obſtare videntur. Primum, quod videtur ſtare per Alexandrum dum ſuſtineat litem ſuper fideicommiſſo, nec vnquam obtulerit velle dimittere domum fideicommiſſo ſubiectam. Secundum, quod idem Alexander adhuc percipit penſiones dictæ domus decurſas de quibus agitur, quia contractus Cenſus de cuius euictione quæritur cantat expreſſè quod penſiones cedant loco ſolutionis Cenſus, donec igitur Alexãder habitat dictam domum ſemper verum eſt, quod Cenſus erunt ſoluti. Tertium, an ſint probanda requiſita, *Caſtren. in l. 3. ff. de eo, quod certo loco*, quia licet verum ſit quod Alexij tenentur de euictione, cum tamen Cẽſus ſit nulliter impoſitus; dubium eſt an Alexander poſſit dicere intereſt mea, quia tot fructus ex illis pecuniis percepiſſem; quia nullo exiſtente Cenſu clarum eſt, quod ex pecunia lucrum capere non poterat. Hoc igitur pendet ab eo an impoſitio Cenſus fuerit nulla ab initio, vel potius poſtea ſit reſoluta; ſi enim ab initio teniet Cenſus donec cum effectu euincatur fortaſſe ceſſabit hæc difficultas. Sed videtur
5 † Cenſus impoſitio nulla ab initio, cum Cenſus fuerit impoſitus ſuper domo alienari prohibita, quæ
6 prohibitio † inducit nullitatẽ alienationis ab initio. *Doctor. in l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de leg. 1* & fuit reſolutum *in illa Romana Palatij coram me*, 8. *Martij, 1577.*

R. P. D. Cantuccio, Romana Cenſus Saluiani Interdicti, & intereſſe, 29. Martij, 1585.

SVMMARIA.

1 *Ex Cenſu ab initio nullo, nulli fructus, nullaq. damna, vel intereſſe debentur.*
Limit. ſi impoſitor Cenſus fuiſſet in dolo, num. 5.
2 *Prohibitio alienationis expreſſa, inducit alienationis nullitatem ab initio.*
3 *Promiſſio euictionis in contractu nullo ipſo iure, eſt inefficax.*
4 *Secus ſi contractus fuit ab initio validus, ſed venit ex aliqua cauſa reſcindendus.*

DECISIO XLV.

DOMINI tenuerunt Alexandro Pel-
1 legrino nullos † fructus Cenſus impoſiti ſuper domo, de qua agitur, nullaq. damna, & intereſſe deberi, quia huiuſmodi impoſitio Cẽſus facta per Iacobum de Alexiis, 7. Iulij, 1563. ad fauorem auctoris Alexandri, fuit ab initio nulla ipſo iure propter expreſſam prohibitionem alienationis factam in teſtamento Pauli de Alexiis patris Ia-
2 cobi, quæ † expreſſa alienationis prohibitio in-

ducit nullitatem alienationis ipſo iure ab initio, *Bart. in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 6. verſic. certè, & ibi Caſtr. num. 7. verſic. Interdum, Claud. num. 12. Iaſ. in prima Lect. num. 66. & in ſecunda, num. 100. Ripa num. 47. Cros. num. 92. Ferdinan. Loaz. num. 114. ff. de leg. 1. Tiraq.* alios allegans *de legib. connub. Gloſ. 7. num. 57. Ruin. conſ. 29. num. 13. lib. 5. Grat. conſ. 91. num. 13. cum ſeq. lib. 1.* & fuit reſolutum *in vna Romana Palatij coram me, 8. Martij, 1577.* Vnde ſtante † nul-
3 litate impoſitionis Cenſus ab initio promiſſio quoque euictionis tamquam acceſſoria nulla fuit, *Grat. in terminis, d. conſ. 91. num. 20. & 21. lib. 1.* latè *Tiraquel. de conſtit. poſſeſſ. limit. 7. num. 28. cum ſequenti,*
4 licet † ſecus eſſet ſi venditio Cenſus ab initio fuiſſet valida, & ex poſt facto reſoluta, per ea quæ tradit *Tiraq. d. limit. 7. num. 41. cum ſequenti.*

5 Et præmiſſa Domini firmarunt † niſi Alexander probauerit Iacobum falſo, & cum fraude aſſeruiſſe domum ſuper qua Cenſus eſt impoſitus fuiſſe liberam, nec alicui fideicommiſſo ſubiectam: tunc enim impoſitio Cenſus valuiſſet, vt per *Tiraquel. de legib. connub. Gloſ. 8. num. 135. cum ſequenti,* quæ probatio pendet ab eo, an conſtet Iacobum tempore impoſitionis Cenſus habuiſſe notitiam quod prædicta domus eſſet ſubiecta fideicommiſſo, & expreſsè alienari prohibita, de quo erit particulariter videndum.

R. P. D. Penia, Bononienſis Cenſus, Lunæ 20. Martij, 1600.

SVMMARIA.

1 *Cenſus impoſitio ſuper re expreſsè alienari prohibita, eſt ipſo iure nulla.*
2 *Cenſus impoſito ſuper re non libera, poteſt repeti pretium illius.*
3 *Fideiuſſor contractus tenetur etiam in caſu inualiditatis, & reſciſſionis contractus.*
4 *Fideiuſſor tenetur adimplere promiſſa.*
5 *Fideiuſſor euictionis conueniri non poteſt, niſi re euicta.*
6 *Poteſt tamen ante ſequutam euictionem conueniri, vt rem liberam tradat.*

DECISIO XLVI.

IMPOSVERAT Dominus Alexander Comes de Pepulis anno 1596. annuum Cenſum ſcutorum noningentorum ſexaginta monetæ Florentinæ ſuper quibuſdam bonis ſuis ſtabilib. exiſtentib. in territorio Bononienſi in cōtradis Ducatus S. Martini, & Molinellæ, eumq. ſic impoſitum vendiderat Saluio Scarlatto, nobili Florentino pro pretio ſcutorum duodecim millium ſimilium aſſerens prædicta bona eſſe de ſui natura fructifera, nulli fideicommiſſo purificato, vel purificando, & hypothecæ ſubiecta, ſed libera, franca, allodialia fuiſſe, promiſeratq., & ſe obligauerat ad legitimam dicti Cenſus, & prædictorum bonorum defenſionem, & de euictione ſecundum formam Prouiſionum Bononienſium de anno 1466. editarum; necnon in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ pro Comite Alexandro venditore in eodem contractu fideiuſſerunt Ferdinandus Elephantutius, Comes Iulius de Pepulis, & Camillus de Bendinellis procurator Dominorum Comitum Hugonis, & Riccardi de Pepulis, Andreas Borgius, & Ioan. Petrus de Manginis procurator Domini Antonij de Iſolanis ſe ipſos principaliter, & inſolidum, & vti expromiſſores pro dicta euictione, & legitima defenſione perpetuo duratura etiam in caſu nullitatis, inualiditatis, vel reſciſſionis præfati contractus ex quauis cauſa etiam incertitudinis in ampliori forma cameræ obligantes;

Cum verò anno 1598. Saluius Scarlattus intellexiſſet præfata bona ſuper quibus Cenſus fuerat impoſitus arctiſſimo fideicommiſſo q. Comitis Romei de Pepulis patris Comitis Alexandri, & Iulij fuiſſe ſubiecta cum expreſſa prohibitione alienationis omnium bonorum, & etiam cum prohibitione detractionis Legitimæ, & Trebellianicæ contra eoſdem Alexandrum & Iulium coram A. C. ſuper reſtitutione ſortis principalis dicti Cenſus iudicium intentauit ex eo quod res promiſſa non fuerat libera, & contractus, attenta teſtatoris diſpoſitione, fuerat inualidus. Poſtquam autem A. C. mandatum executiuum pro dicta ſorte principali deponenda decreuiſſet cauſa introducta in Rota. Dubitaui,

An eſſet locus reſtitutioni ſcutorum duodecim millium, ita vt Comes Alexander & eius fideiuſſores, tenerentur ad illorum reſtitutionem, & ſolo Scarlatto informante Rota reſtitutioni fuiſſe locum, & Alexandrum principalem, & fideiuſſores
1 teneri cenſuit. Cum † enim bona ſuper quibus Cenſus fuerat impoſitus eſſent fideicommiſſo, & perpetuæ alienationis prohibitioni ſubiecta, non valuit contractus, & propterea potuit emptor reſcindere impoſitionem Cenſus, & compellere venditorem ad pretium reſtituendum, *Dec. conſ. 102. num. 2. in finalib. verbis, Alex. conſ. 63. nu. 10. verſ. ex quibus concludo, & num. 11. verſ. etiam quando, lib. 6.* & tenuit *Rota in vna Romana Cenſus de Cuppis die 17. Martij, 1577. coram R. P. D. meo Seraphino, & in alia Spoletana terrarum, 11. Nouembris, 1599. coram R. P. D. Mellino,* & iterum *in eadem die 6. Martij,* 1600. *coram eodem,* & ſæpè aliàs. cum enim bona non poſſunt dici
2 libera, perinde † eſt ac ſi eſſent euicta, & conſequenter locus erat reſtitutioni pretij, ſeu ſortis principalis, *l. ſi in venditione, ff. de euict. l. ſuper empti, C. eod.* Si-
3 militer † emptor cogere poterat fideiuſſores ſibi obligatos ex quauis cauſa etiam in caſu inualiditatis, & reſciſſionis contractus, *Dec. conſ. 30. num. 4. verſic. ſed in quæſtione, Pariſ. conſ. 79. num. 42. & conſ. 97. num. 25. lib. 2. Tiraq. de Retractu Lign. §. 1. Gloſ. 7. num.* 20. Quod ſine difficultate videbatur dicendum in quo fideiuſſores de legitima euictione, & generali
4 defenſione ſe obligauerant, † qui propterea tenebantur promiſſa adimplere, *Crau. conſ. 272. num. 2.*
5 *& 3.* Et licet † regulariter ante ſequutam euictionem agi non poſſit, ea tamen regula limitatur pluribus modis, vt patet in prædicta Deciſione in cau-
6 ſa Romana de Cuppis in quibus vnus eſt, † vt contra fideiuſſores promittẽtes rem tradi liberam ante

te euictionem agi poſſit, *Gloſ. in l. qui rem, in verbo, non poteſt, C. de euict. Oſaſch. Deciſ. 24. num. 4. Dec. d. conſ. 102. in fine.*

Prædictis accedebat quod fideiuſſorum obligatio erat etiam ſecundum formam prouiſionum Bononienſium, quibus cauetur, vt bona tradi debeant libera, *Alex. dicto conſ. 63. num. 10. lib. 6. Dec. conſ. 483. num. 18.*

R. P. D. Fabio, Romana Cenſus, 3. Decembris, ...

SVMMARIA.

1 *Alienans rem contra pactum, cadit à commodo contractus.*
2 *Contraueniens contractui, non poteſt iuuari commodo illius.*
3 *Alienans rem prohibitam alienari per contractum ſtatim cadit à commodo contractus, nec recuperat per redemptionem.*
4 *Dominium rei ſuper qua Cenſus imponitur, remanet penes imponentem.*
5 *Ex Cenſus impoſitione res cenſuata remanet obligata.*
6 *Pœna conuentionalis non elidit pœnam legalem, ſed concurrunt.*

DECISIO XLVII.

EAdem die in cauſa Romana dubitatui verum creditores Martini excludantur à filiis Bernardini vigore pacti inter Federicum, & fratres factum,
1 † attento quod contra prohibitionem pacti Bernardus alienauit: nam pactum erat inter eos, quod bona immobilia nõ poſſent alienari, nec hypothecari propter quod hæredes Bernardini, qui etiam erant hæredes Federici, recuſabant ſoluere creditoribus Martini habentibus expreſſam hypothecam cum obligatione in forma Cameræ;
2 ſed replicabant creditores, quod † ex quo Bernardus conſtituerat Cenſum ſuper vna domo prohibita alienari, & ſic pacto contrauenerat, non poterat iuuari pacto de non hypothecando in eodem contractu appoſito. Sed replicabant hæredes quod Cenſus erat redemptus, quod non admiſerunt Domini; tum quia de redemptione in actis non con-
3 ſtabat; tum † quia ſtatim facta alienatione ceciderunt à commodo contractus, adeo quod ex redemptione id quod amiſerant non recuperabant, dicebatur etiam quod licet ita conſtituiſ-
4 ſent, dicebatur tamen quod † domus dominium penes illum remanſerat. Ideo &c. ſed dicebatur quod nedum erat prohibita tranſlatio dominij, ſed etiam quælibet alienatio, & obligatio, & ne-
5 gari non poteſt † quin conſtituendo Cenſum ſuper domo illam obligaſſent. Dicebant etiam quod Bernardinus conuenerat fratribus Caroli, ideo cum duo ex tribus alienaſſent debuit poſſe fieri abſque pœna, per not. per *Alex. in l. duo ex tribus, ff. de re iudic.* ſed verba pacti non tollebant, cum expreſsè omnium conſenſus requirebatur. etiam quod fuerat facta alienatio ex cauſa dotis; quod quia non probabatur, dixerunt quod facta probatione diſputaretur an *Auth. res quæ, C. commun. de legat.* habeat locum in contractibus.

Vltimò, quod quia erat in pacto dictum quod facta alienatione alienans caderet à commodo rei donatæ, quam debebat applicare non alienanti, quia erat appoſita pœna, quæ debebat ſufficere, & non duplici pœna puniri, & ſic etiam à commodo contractus cadere, iuxta *l. ſanctio legum, cum ibi not. de pœn.* Tamen omnes Domini fuerunt in contra-
6 rium, † quod in pœna conuentionali appoſita à partibus potuerit concurrere pœna legum, *l. ſi quis maior, C. de tranſact.* & propterea propter pactum cadere debebat ab omni commodo contractus, allegabatur etiam in ſumma *Gloſ. in l. is qui, C. de iure emphyt. in verſ. repellere,* communiter approbata, ex qua patet quod pœna conuentionalis non facit ceſſare pœnam legalem, ſed concurrunt.

R. P. D. Rubeo Decano, Romana vinearum de Maximis, Lunæ 4. Februarij, 1577.

SVMMARIA.

1 *Cenſus impoſitus ſuper fructibus rei alienari prohibitæ, non facit cadere imponentem à iure ſuo.*
Secus ſi ſit impoſitus ſuper ipſa re, d. num. 1.
2 *Prohibitus alienare eſt etiam prohibitus facere actum, ex quo poſſit ſequi alienatio.*
3 *Pœna impoſita alienanti committitur ex actu, per quem poſſit ſequi alienatio.*
4 *Emens ſcienter rem prohibitam alienari, non agit de euictione ad pretium.*

DECISIO XLVIII.

IN cauſa Romana vinearum propoſita Lunæ 4. Februarij, 1577. Domini pro reſolutione puncti diſtinxerunt materiam in tres difficultates, quarum.

Prima fuit, an prætenſio Dominorum de Maximis dicatur requirere altiorem indaginem ita vt non poſſit impedire Dominam Margheritam immitti in poſſeſſionem vineæ, de qua agitur in ſummario poſſeſſorio, & in iſta prima difficultate non potuit capi reſolutio propter diuerſitatem opinionum.

Nam aliqui tenebant contra Dominam Margheritam ex adductis per informãtes Dominorum de Maximis, aliqui verò fuerunt in contrario voto per ea quæ allegant hic Theophili, & per ea, quæ ſcribit *Iaſ. conſ. 44. num. 4. ad fin. lib. 1.* & propterea nil fuit firmatum.

Secunda fuit difficultas, an Iacobus dicatur cecidiſſe ab omni iure ſibi competente ſuper domo magna, ratione impoſitionis Cenſus. & circa hanc difficultatem fuit concluſum, ſecundum maiorem
1 partem Dominorum, quod † aut cenſus fuit impoſitus ſuper fructibus domus, & tunc Iacobus nõ diceretur cecidiſſe, aut Cenſus fuit impoſitus ſuper domo

vnâ cum hypotheca, & iſto caſu Iacobus cecidit per tex. *in l. fin. C. de reb. alien. nõ alien. vbi Bal. & Salic. Fulgoſ. conſ. 92. num. 2.* & fuit diſtinctio *Bart. in l. Codicillis, §. Inſtituto, ff. de leg. 2.* & in terminis de Cenſu impoſito ſuper re prohibita alienari, *Petr. Foller. in Pract. Cenſuali, fol.* 167. qui alios allegat. & pro con-
2 firmatione facit illa Cõcluſio, quod † vbi quis prohibetur alienare, prohibetur etiam facere actũ per quem alienatio ſequi poſſit, vt per *Dec. conſ. 94. nu. 5. & conſ. 282. num. 3.* cum aliis cumulatis per *Tiraq. de Retr. Lign. §. 1. Gloſ. 14. nu. 14. verſ. quibus malo accedere.* & citat *Aret. in l. in duobus, §. vbi duo, in fine, ff. de*
3 *duob. reis*, & alibi; ꝙ † prohibitus alienare ſub pęna incidit in pęnam, licet immediatè nõ alienet, ſi præcedit factum ipſius ex quo ſequitur alienatio, & aliqui ex Dominis allegarunt *Alex. in conſ. 119. num. 3. vol. 3.* & ita fuit reſolutum per maiorẽ partem Dominorum in iſta ſecunda difficultate non obſtantibus allegatis in contrarium, quæ poſſunt verificari in primo capite ſupradictæ diſtinctionis: vnde ſi Cenſus impoſitus ſuper domo magna eſt talis, vt comprehendatur ſub ſecundo capite diſtinctionis Margherita eſt in tuto reſpectu huius domus: Tertia difficultas, quæ non videtur neceſſaria ſi intrat ſupradicta diſtinctio Dominorum. An Margherita teneatur de euictione. In qua difficultate fuit concluſum Margheritam non teneri: quia Iacobus ipſe non tenetur de euictione vineæ, & ita non habet locum tex. *in l. cum à matre, C. de rei vendicat.* per allegata hic per Theophilos. *Pinel. in l. 1. par. 3. nu. 83. in 10. limit.* qui alios allegat. Quod autem Iacobus nõ teneretur probatur, quia contractus venditionis vineę fuit nullus ſtante prohibitione teſtatoris, & ſtante proteſtatione per eum facta, quę ita ſuffragatur Margheritę, ſicut ſuffragatur ipſi Iacobo. Et addebant aliqui ex Dominis ex ſuperabundanti quod
4 Domini de Maximis non † poſſunt agere ad pretium ratione euictionis vineæ, ex quo Dominus Lucas eorum auctor emit ſcienter rem prohibitã alienari, vt fuit aliàs reſolutum.

R. P. D. Orano, Peruſina fideicommiſſi de Almericis; Mercurij 16. Februarij, 1586.

SVMMARIA.

1 *Alienatio facta ab hærede grauato imputatur in portionem, quam poteſt detrahere.*
2 *Alienans, qui in re alienata habet portionem liberam, cenſetur alienaſſe propriam portionem.*
3 *Filius in legitima, non dicitur propriè creditor.*
4 *Dominus pro indiuiſo non poteſt vnã rem potius, quam aliam pro ſua portione eligere.*
5 *Filius non poteſt hanc potius, quam illam rem pro ſua legitima accipere.*
6 *Legitima aſſignatio fit Iudicis officio, & eius arbitrio,*
7 *Ita tamen vt alienata per filium illi in legitimam imputet.*
Niſi alienatio ſit facta de rebus melioribus, numero 9.
8 *In diuiſione rerum communium vna res vni, altera alteri officio Iudicis aſſignatur.*
10 *Soc. ſen. conſ. 16. num. 13. lib. 3. declaratur.*
11 *Alienationis prohibitio, eſt odioſa.*
12 *Contrauentio vt excludatur interpretatio, ſemper eſt facienda.*
13 *Pœna vt locus ſit, eſt neceſſarius dolus.*
14 *Dolus ceſſat in prohibito alienare, ſi non alienet de melioribus.*
Item ſi habeat filios comprehenſos, & vocatos ad fideicommiſſum, num. 16.
15 *Alienans non dicitur contrauenire, ſi non offendat mentem teſtatoris, licet faciat contra illius verba.*
17 *Caſtr. conſ. 77. num. 2. lib. 1. declaratur.*
18 *Cenſus impoſitus ſuper re communi, cenſetur impoſitus ſuper portione propria imponentis.*
Dummodo dicta portio ſit capax ad ſupportandum integrum onus, d. num. 18.
19 *Prohibita alienari non veniunt in generali obligatione, quando adſunt alia bona, in quibus poteſt verificari obligatio.*
20 *Redemptio excuſat à pœna incurſa ob alienationem factam contra prohibitionem, Curt. iun. conſ. 210. nu. 31. Declaratur.*

DECISIO XLIX.

CONCLVSVM fuit alienationem prædij, & impoſitionem Cenſus ſuper re communi cedere in portionem Franciſci, ita quod prohibitioni alienationis per Theſæum teſtatorem factæ non cenſeatur ita contraueniſſe quin à caducitare ſit excuſandus.

1 Quemadmodum † enim alienatio ab hærede grauato facta ſemper imputatur in portionem, quam grauatus detrahere poteſt, *Cin. in Auth. res quæ, in fine, C. commun. de legat. Bal. in l. iubemus, col. 1. verſ. item Fallit, C. ad Trebell. Doctor. in l. Marcellus, ff. ad Trebell.* cum aliis hic adductis; Et videmus in legitima, &
2 Trebellianica, † in quibus ſemper fit imputatio rei alienatæ; Ita etiam dicendum eſt in Franciſco habente portionem liberam bonorum, quod alienationem fecerit eius portionis, quæ fideicõmiſſo obnoxia non eſt. Idq. eo magis, quo potentius ius in
3 portione ſua habet, quam filius in legitima, † qui impropriè illius creditor dicitur, *Alc. in l. in quartam, num. 25. ad l. Falcid. Iaſ. conſ. 181. lib. 2.*

Nec obſtant in contrarium adducta. Primò, quod
4 † qui in cõmune poſſidet non poſſit propria auctoritate vnam rem potius, quam aliam in ſuã portio-
5 nem accipere, quia † nec filius pro ſua legitima poteſt aliquam rem eligere, *Salic. in l. filium. C. fam. her-*
6 *ciſc. Dec. conſ. 236. nu. 9. & 10.* ſed † arbitrio Iudicis eſt aſſignatio facienda, *Alex. in d. l. Marcellus, §. res quæ, col. pen. & conſ. 117. vol. 6. Menoc. de arbitr. iudic.*
7 *caſu 164.* & tamen † alienata in legitimã imputantur, *Alex. conſ. 178. vol. 5. Soc. conſ. 36. vol. 3. Pariſ. conſ. 17. in fine, vol. 2.* Prout etiam fit in diuiſione rerum
8 communium, † in qua non aſſignatur medietas cuiuſlibet rei, ſed Iudicis officio vna vni, & altera alteri adiudicatur. Qua igitur æquitate Iudex mouetur ad imputandum alienata in legitimam, debet etiam moueri ad imputandum alienata bonorum

com-

communium in portionem alienantis. Nec repu-
gnat quod hoc modo erit aperta via fraudibus,
9 quia hoc quidem verum eſt † quãdo alienatum eſ-
ſet electũ ex rebus melioribus hæreditatis, eo enim
caſu nec habet locum imputatio in legitimam,
Alex. d. conſ. 117. num. 20. lib. 6.
10 Neque habenda eſt ratio dicti † *Socin. conſ. 16. num. 13. lib. 3.* qui negat hanc interpretationem re-
periri iure cautam, quia licet facilis ſit ad illud re-
ſponſio ſtante diſpoſitione *l. Marcellus,* & quod in
iure de ſimilibus ad ſimilia proceditur, tamen non
poteſt negari quod non applicetur, cum in ſuo caſu
alienans nollet imputari, & fideicommiſſarius om-
nino contenderet ipſum eſſe cogendum. Secundò
non loquitur ad effectum euitandi pœnam prout
11 hic. nam † certum eſt prohibitionem alienationis
vti odioſam ſtrictè eſſe intelligendam; & eam ſem-
12 per capiendam interpretationem, † per quam con-
trauentio, & pœna excludatur, vt poſt *Dec.* & alios
tradit *Abb. conſ. 97. num. 41.* maximè cum hic non
poſſit conſiderari dolus alienantis, vel animus ſub-
13 uertendi fideicommiſſum, † qui tamen ad effectum
pœnæ requiritur, *Socin. iun. conſ. 28. lib. 2. Abb. vbi ſupra.* Quod enim ceſſet iſte dolus demonſtraba-
14 tur ex eo, † quod res alienata non eſt de melioribus
rebus hæreditatis, ſed eſt res potius ſterilis, adeo
quod ex hoc ſolo poteſt dici non contrauentum.
15 Regula enim eſt, † quod vbi per alienationem non
offenditur mens teſtatoris, non dicitur contrauen-
tum, quamuis etiam fiat contra verba prohibentia
alienationem. *Ang. conſ. 169. Iaſ. in l. filiusfamilias, §. Diui, in 2. lect. num. 78. ff. de leg. 1. Soc. iun. d. conſ. 28. num. 5. Abb. d. conſ. 97. num. 15.* Negari autem non
poteſt quin hoc caſu non offenditur mens Teſtato-
ris, quia iſta alienatio fuit potius facta ad commo-
dum fideicommiſſi; tum propter ſurrogationem fa-
ctam de Molendino quod tamquam prius commu-
ne cum Dominis de Monte Sperello erat minus vti-
le ex quo quod commune eſt facile negligitur; tum
quia vtilius eſt illam partem quam fideicommiſſa-
rius potuiſſet in illa re parui momenti alienata præ-
tendere habere in aliis bonis melioribus. Accedit,
quod Franciſcus habet filium, qui eſt vocatus ad
16 fideicommiſſum; adeo † quod etiam ex hoc capite
præſumitur non adfuiſſe animum in Franciſco illud
euertendi, vt conſiderat *Abb. d. conſ. 97. num. 38.* Nec
17 obſtat † *conſ. Caſtr. 77. num. 2. lib. 1.* Quia ibi aliena-
tio legitimæ expreſsè prohibita fuerat ad certam
ætatem, & propterea bene concludit quod licet va-
luerit alienatio, tamen incidit in pœnam; verum
non applicatur quia hic non adeſt prohibitio ex-
preſſa reſpectu bonorum propriorum alienantis.
Neque poteſt fieri fundamentum in impoſitione
18 Cenſus, † quia cum ſit ſimpliciter impoſitus ſuper
prædio cuius medietas eſt apta illum ſufferre, cenſe-
tur tantum impoſitus ſuper illa medietate. Quia
19 † in generali obligatione non veniunt bona prohi-
bita alienari, quando adſunt alia bona ſuper qui-
bus verificari poteſt obligatio, *Bar. in l. Codicillis, §. Inſtituto, ff. de leg. 2. Alex. conſ. 16. nu. 13. lib. 2. Rum. conſ. 93. num. 1. lib. 1. Dec. conſ. 422. num. 7. Gabr. concluſ. 12. de reg. iur.* Et quando huiuſmodi impoſitio
Cenſus eſſet comprehenſa ſub prohibitione aliena-
20 tionis, † ſtante illius redemptione ſubſequuta lo-
cus eſſet excuſationi quidquid dixerit *Curt. iun. conſ.*
21 *210. num. 11.* † qui intelligendus eſt loqui in alie-
natione ab initio liberè facta, ſecus ſi fuerit redimi-
bilis, iuxta tradita per *Cagnol.* qui alios allegat *in l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. num. 174.*
Et ita concluſum.

Illuſtriſſimo Cardinale Platto, Viterbienſis Cenſus, 16. Februarij, 1590.

SVMMARIA.

1 *Nullum quod eſt nullum operatur iuris effectum.*
2 *Caducitas non incurritur ob alienationem reuocabilem, ſi reuocetur ante declaratam caducitatem.*
3 *Pœna impoſita à teſtatore Legatario, ſi non exprimatur cui ſit applicanda, applicatur hæredibus.*
4 *Subrogatum non aſſumit naturam eius in cuius locum eſt facta ſubrogatio, quando militat diuerſa ratio.*
5 *Nec quando non concurrunt eadem qualitates.*
6 *Nec quò ad incurſum pœnæ.*

DECISIO L.

RESOLVERVNT Domini Reuerẽdos
1 Fratres S. Mariæ de Quercu non poſſe
prætẽdere aliquam deuolutionem bo-
norum de quibus agitur ob id quod
Cenſus fuit contra prohibitionem te-
ſtatoris impoſitus tam per Fabium ab
anno 1533. quam poſtea per Iulium de anno 1560.
qui ſanè Iulius de dicto anno 1560. pro extinctione
prioris Cenſus per Fabium impoſiti nouum Cẽſum
conſtituit. moti fuerunt Domini infraſcriptis ratio-
nibus. Nam quod attinet ad Cenſum priori loco
per Fabium impoſitum in primis præſupponitur il-
lum fuiſſe nullum ob pacta vſuraria in illo appoſita,
1 ideo † non potuit aliquam caducitatem cauſare.
Alex. conſ. 99. num. 27. libro 5. Guid. Pap. deciſ. 590. Gabr. conſ. 88. num. 10. Ceph. conſ. 375. num. 79. lib. 3.
Secundò, cum Cenſus eſſet redimibilis, cumq.
2 † redemptus fuerit ante declaratã caducitatem, ceſ-
ſat omnis pœna caducitatis, *Cagnol. in l. 2. num. 174. C. de pact. inter empt. & vendit.* & fuit reſolutũ *coram R. P. D. Seraphino in vna Romana Caſalis Murcigliani, 19. Iunij, 1588. & coram R. P. D. Orano in vna Peruſina fideicommiſſi de Almericis, 16. Februarij, 1586.*
Tertiò dicebãt, quod licet teſtator alienationem
Fabio prohibuerit ſub pœna caducitatis, nõ tamen
huiuſmodi pœnam applicauit Fratribus S. Mariæ,
ſed ſimpliciter dixit, quod alienantes caderent: vn-
de cum in caſu iſto Fabius alienãs eſſet Legatarius
3 † pœna veniebat applicanda Iulio hæredi, *Bar. in l. vxorem, §. hæres, ff. de leg. 3. Aret. conſ. 62. col. 3. verſ. venio ad ſecundum. Rum. conſ. 68. poſt num. 40. lib. 5.*
& in ſumma non poterat applicari fratribus, qui eo
caſu non erant vocati.
Quo verò ad impoſitionem Cenſus factam per
Iulium de anno 1560. res viſa fuit Dominis carere
difficultate, cum in hac cauſa fuerit coram me reſo-
lutum Iulium non fuiſſe prohibitum alienare.
Nec obſtat quod poſtquam Cenſus per Iulium
impoſitus fuit ſubrogatus in locum prioris Cenſus à

Fabio conſtituti debeat ſequi eius naturam, & ſic
eidem prohibitioni ſubiacere; quia etiam ſi hoc
concederetur ex præfatis patet reſponſio, quod hæc
prohibitio non prodeſt Fratribus, qui hoc caſu vo-
cati non ſunt.

Sed ceſſat hæc difficultas, quia ſecunda conſtitu-
tio Cenſus cum fuerit facta à perſona non prohi-
bita alienare, ceſſat regula quod ſubrogatum ſapit
4 naturam eius in cuius locum ſubrogatur, quæ † re-
gula numquam habet locum quando adeſt diuerſa
5 ratio, & non concurrunt † eædem qualitates, *Gabr.
in tit, de regul, iur. concluſ, 2, num. 58. Decian. conſ. 19,*
6 *num. 135. lib. 3.* Præterquàm quod † ſubrogatum non
ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur quo
ad pœnam. *Gabr. d. concluſ. 2. num. 58.*

Quatenus autem Reuerendi Fratres ex alia cau-
ſa prætendebant Cenſum fuiſſe nullum ob id quod
legatum à teſtatore relictum non fuerit ſolutum, &
impletum, voluerunt Domini reſeruari particulari-
ter videndum.

Illuſtriſſimo Cardinale Platto, Viterbienſis Cenſus, Veneris 27. Iunij, 1589.

S V M M A R I A.

1 *Prohibitio alienationis facta vni perſonæ non extenditur ad aliam, & num. 3.*
Etiam quod nulla inter eas adſit diuerſitatis ratio, nu. 8.
2 *Ipſe. a. um. Hoc relatiuum repetit nomen proprium.*
4 *Clauſula ſequens debet referri ad proxima.*
5 *Prohibitio alienationis relata ad perſonas, non poteſt dici realis.*
6 *Prohibitio alienationis poſita in vno legato, non extenditur ad aliud.*
7 *Prohibitio alienationis realis, ſequitur rem ad quemcumque vadat.*
9 *Prohibitio alienationis non debet extendi vbi teſtator non expreſſit.*

D E C I S I O L I.

RESOLVERVNT Domini non conſta-
re de aliqua prohibitione alienationis,
quæ impediat impoſitionem Cenſus de
quo agitur, quia nulla prohibitio legi-
tur facta Iulio hæredi inſtituto, qui
Cenſum impoſuit, ſed ſolum Fabio, & Hadreano le-
1 gatariis, & prohibitio † nõ debet extendi de perſo-
na ad perſonam, vt tradunt omnes *in l. filiusfam. §.
Diui, de leg. 1. Dec. conſ. 377. num. 5. Rom. conſ. 457.
num. 1. Socin. ſen. conſ. 163. num. 4. lib. 4.* maximè cum
fuerit illis nominatim facta, quod probatur ex eo
quod dictis Hadreano, & Fabio legauit quædam
bona addendo hæc verba, cum pacto, & conditio-
ne quod nemo ipſorum poſſit aliqua bona ipſius te-
ſtatoris vendere, alienare, nec pignorare, niſi ipſiſ-
2 met: nam dictio, † ipſorum, repetit proprium no-
men eiuſdem Hadreani, & Fabij, *Ripa, in d. §. Diui,*
3 *num. 111.* poſt *Bal. & Iaſ. ibidem.* vnde non † debet
extendi ad Iulium hæredem, cui nulla legitima fa-
cta fuit prohibitio, *Rom. d. conſ. 457. circa med. Pariſ.
conſ. 65. num. 2. lib. 2. Alex. conſ. 59. num. 20. libro 3.
Curt. iun. conſ. 255. num. 9. lib. 3.*

Non obſtat quod cum de omnibus nepotibus
ſupra mentio facta ſit Clauſula illa cum pacto, &
4 cõditione debeat ad omnes referri, quinimmo † de-
bet ad proxima referri, *Gloſ. in l. ſiidem, §. decem, in
fine, ff. de iuriſd. omn. iud.* maximè cum in ſeparata
oratione Iulius conſtituatur hæres. Ideo quod hic
dicitur de prohibita alienatione bonorum, debet
intelligi de bonis in Legato comprehenſis in quo
Legato hæc adiicitur conditio, non autem de com-
prehẽſis in inſtitutione in qua nihil de hoc dicitur.
5 Nec poteſt dici realis hæc prohibitio, † cum diri-
gatur ad perſonas Fabij, & Hadreani ne poſſint
alienare aliqua bona, non autem ad ipſa bona ne
alienentur, vt declarat *Curt. iun. conſ. 225. num. 48.*
vbi vult, quod tunc prohibitio dicatur realis cum
verba reſpiciunt bona, nõ perſonas. Et qualiſcum-
que ea ſit hoc vnum eſt, quod non comprehendit
6 niſi bona legata Fabio, & Hadreano † ex quo eſt
poſita in legato ipſis facto, & ipſos ſolos compre-
hendit, nec ad alios extendi poteſt, *Curt. iun. d. conſ.*
7 *225. num. 9.* Ea enim † eſt virtus prohibitionis rea-
lis, vt afficiat bona ſic prohibita ad quoſcumque
tranſeant, *Curt. iun. d. conſ. 225. num. 48.* non autem
facere poteſt vt prohibitio extendatur ad alia bo-
na aliis relicta, abſque alio prohibitionis onere.

Non obſtant illa verba quod non poſſint aliena-
ri niſi ipſiſmet: quia non propterea includitur Iu-
lius, cum poſſit verificari in ipſis Hadreano, & Fa-
bio inter quos reciprocatur dictio illa ipſiſmet, &
propterea verificatur numerus pluralis in ipſis.

Non obſtat quod eadem ratio quæ eſt in Fabio,
& Hadreano videatur ſuadere vt ſit prohibita alie-
natio Iulio, quia in Iulio cadit diuerſa ratio: fuit
enim magis dilectus cum fuerit inſtitutus hæres, &
propterea teſtator, qui de eo magis confidit eun-
8 dem munus grauare voluit, & † in ſumma etiam
quod nullum inueniremus rationis diuerſitatem in-
9 ter Iulium & alios, † non debemus tamen ex capite
noſtro inducere prohibitionem alienationis quan-
do teſtator non expreſſit ex cumulatis per *Anch.
conſ. 8. num. 6.*

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Romana fideicommiſſi de Iacobatiis, Mercurij 14. Martij, 1607.

S V M M A R I A.

1 *Cenſus pro ſoluendo ære alieno teſtatoris, poteſt imponi ſuper re alienari prohibita.*
2 *Cenſus poteſt licitè conſtitui ſuper re expreſsè alienari prohibita pro reſtauratione, & reparatione eiuſdemmet rei.*
3 *Subrogatum aſſumit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
4 *Impenſa quæ fit in faciendo de nouo ſæpenumero poteſt eſſe neceſſaria.*
5 *Prohibitio alienationis non includit alienationem, per quam fideicommiſſum efficitur pinguius.*
6 *Aſſerenti alienationem eſſe factam ex cauſa neceſſaria non creditur.*
7 *Limit. ſi concurrant adminicula.*

DE-

DECISIO LII.

IMPOSITIONEM Cenſus ſuper domo de qua agitur à Martio Iacobatio factam de anno 1580. ad fauoré Angeli de Clauario non fuiſſe illi imputandam in contrauentionem prohibitione alienationis dixerūt Domini animaduertentes fuiſſe impoſitum in maxima parte pro extinguēdo anteriori Cenſu ſuper eadem domo per Alexandrum Columnam Martij tutorem cōſtituto pro 1 cauſis neceſſariis, † videlicet, pro ſoluendo ære alieno hæreditario, *l. filiusfamilias. §. Diuis in fine, ff. de leg. 1. vbi Iaſ. num. 72. in 2. lect. Ripa, num. 9. Alber. in l. Senatus, in princ. ff. eod. tit.* Et pro † reparatione, 2 & reſtauratione eiuſdem domus, *l. domos hæreditarias, ff. de leg. 1. Bal. conſ. 20. ſub num. 1. lib. 2.* latè *Peregr. de fideic. art. 50. num. 8.* Et propterea cum † in 3 hoc Cēſus Clauarij in locum antiqui ſuccedat præſefert eandem neceſſitatem, ita vt non includatur in prohibitione alienationis *d. §. Diui, & l. peto, §. prædium, ff. de leg. 2.* cum aliis per *Rom. conſ. 107. n. 2.*

Prout etiam in cauſam neceſſariā videtur ceſſiſſe reſiduum pretij Cenſus, quod fuit impenſum in ædificatione ſtabuli pro ſeruitio domus; licet enim impenſa neceſſaria communiter fit in reficiendo, ta- 4 men † etiam in faciendo ſæpenumero occurrere poteſt, *Peregr.* poſt alios quos congerit *d. art. 50. nu. 6.* Et vbi etiam conſtructio ſtabuli non habuiſſet cau- 5 ſam neceſſariam, continebat † ſaltem illam alienationem, per quam fideicommiſſum fit pinguius, & pretioſius, ne aliàs prohibitio facta ad fauorem fideicommiſſi, & vocatorum operaretur eorum detrimentum, vt per *Soc. iun. conſ. 28. nu. 8. & ſeqq. lib. 2.*

Nec obſtat quod talis alienatio ex cauſa neceſſaria non probetur aliunde, quam ex aſſertione il- 6 lorum, qui erant prohibiti alienare, † quibus non eſt ſtandum: quia reſpectu primi Cenſus impoſiti per Alexandrum Columnam probatur ex aſſertione ipſius; ſtante maximè ampliſſima facultate, & auctoritate illi à teſtatore conceſſa alienandi bona 7 pro vtilitate hæredum. reſpectu † verò reſidui pro quo etiam fuit creatus Cenſus concurrit tranſactio cum hæredibus Cencij facta, ex qua apparet creditum illorum de Capizucchis occaſione ſtabuli, & aliorum melioramentorum. Quod creditum iuſtificatur, tum ex decreto. A.C. tum ex laudo lato per Iulium Cæſarem Columnam de voto Domini Bernardini Biſcæ, vltra quod conſtat integram ſummam perueniſſe ad manus hæredum Cencij de Capizucchis.

Non obſtat quod dicitur potuiſſe ſatisfieri ex fructibus bonorum hæreditariorum, vel per impoſitionem Cenſus ſuper aliis bonis non prohibitis alienari: quia non conſtat fructus fuiſſe ſufficientes, nec adfuiſſe alia bona, quæ ſi adeſſent res non eſſet ſine difficultate.

R.P.D. Litta, Romana Saluiani Interdicti, Lunæ 13. Ianuarij, 1603.

SVMMARIA.

1 *Saluianum intrat vbi conſtat de credito cū hypotheca.*
2 *Inſtrumentum inducit probationem probatam, & manifeſtam.*
3 *Extremis probatis eſt locus Interdicto Saluiano.*
4 *Exceptio fideicommiſſi tamquam requirens altiorem indaginem, non admittitur in Saluiano.*
5 *Cenſus impoſitus ſuper re alienari prohibita, ſuſtinetur quo ad legitimam imponenti debitam.*
6 *Conſentiens impoſitioni Cenſus non pōt illā impugnare.*
7 *Scientia totius præſumitur ex ſcientia partis.*

DECISIO LIII.

DVBITATVM fuit an intret Saluianum in caſu, & ad effectum de quo agitur, & Domini concorditer tenue- 1 runt intrare. Siquidem † de credito, & hypotheca agentium cōſtat ex inſtrumento annui Cenſus ſcutorum centum octuaginta ſeptem impoſiti per Dominum Hieronymum de Cuppis ad fauorem Domini Marci Lepidi Vrſi- 2 ni, & ſuorum ſuper Palatio plateæ Agonis, † quod probationem probatam & manifeſtam facit, *l. cum olim, de verbor. ſignific. l. fin. & ibi Gloſ. 1. de reb. alien. non alienan. & per Iaſ. conſ. 124. nu. 2. lib. 1.* Et quod Hieronymus vēditor dicti Cenſus tunc temporis, & poſtea poſſederit dictum palatium nō negatur quo- 3 † fit vt his duobus extremis verificatis intrare debeat omnino vtile Saluianum Interdictum ad fauorem agentium, *Bart. in l. 1. num. 2. ff. de Salu. Interd. & in l. 1. in princ. de Prætor. & Salu. Interd. Rol. conſ. 14. num. 13. lib. 1.* latè *Negoſ. de Pignor. in 3. memb. 8. par. nu. 19. verſ. ſeptimo concludo, Put. deciſ. 207. lib. 1.* Et fuit ſæpè reſolutum.

Non obſtat quod dictum palatium prætendebatur ſubiectum fideicommiſſo Cardinalis de Trano, ſitq. prohibitum alienari, quodq. non potuerit ſuper eo imponi Cenſus iſte ex deductis hic per informantes pro Domino Septimio, quia fuit reſpōſum 4 pluribus modis. Primò, † exceptionem hanc fideicommiſſi tamquam requirentem altiorem indaginem non debere admitti in hoc iudicio Saluiani, vt in ſpecie fuit reſolutum *in alia Romana Saluiani, 18. 5 May. 1598. coram b. m. Orano.* Secundò, † ſuſtineri debere Cenſum hunc ſaltem reſpectu legitimæ, quæ tunc debebatur venditori in bonis ipſius fideicommittentis, & quæ non potuit grauari aliquo fideicommiſſo, vulgata *l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. 6 teſtam.* Tertiò, & vltimò Dominum Septimiū fideicommiſſarium non poſſe hunc Cenſum impugnare ſub prætextu dicti fideicommiſſi, ſtante quod impoſitioni illius expreſsè conſenſit ad tex. *in l. ſi fundum per fideicommiſſum, ff. de leg. 1. & in l. nihil, §. omnibus, ff. de leg. 2. Rom. conſ. 457. num. 2. verſ. non eſt dubium. Bal. conſ. 102. num. 1. lib. 2.* cum aliis allegatis per informantes.

Nec poteſt iuuari prætextu ignorātiæ dicti fideicommiſſi, cum ex lectura illius conſenſus clarè conſtet de ſcientia eiuſdem. Et ad illud quod non habuerit ſcientiam omnium contentorum in dicto teſtamento, & ſignanter pœnæ caducitatis impoſitæ 7 alienationi, fuit reſponſum † ex ſcientia partis reſultare præſumptionem ſcientiæ totius, quæ ſufficit pro validitate actus, *Ant. conſ. 63. nu. 7. Menoch. conſ. 73. num. 25. libro 1.* quidquid aliàs dicendum ſit ſi ageretur de incurſu in dictam pœnam.

R.P.D.

R. P. D. Ottembergio, Romana reſtitutionis fructuum, Lunæ 23. Iunij, 1603.

SVMMARIA.

1 *Cenſus validè poteſt imponi ſuper rè ſubiecta fideicommiſſo, accedente conſenſu fideicommiſſarij.*
2 *Poſſeſſor prædij tenetur ad onera realia.*
3 *Cenſus eſt onus reale.*
4 *Fructuum perceptio reſultat ex poſſeſſione.*
5 *Saluianum non eſt extinctiuum aliarum actionum, ſed cumulatiuum.*
6 *Clauſula generalis non refertur ad ea, quæ habent ſpecialem prouiſionem.*

DECISIO LIV.

FABIVS Creſcentius tunc poſſeſſor Caſalis Valerani quod dicitur fideicommiſſum Vandotiæ de Pontianis vendidit ſuper illo Cenſum tricentorum quattuor ſcutorum Iacobo de Mattheis, cui venditioni conſenſit Horatius de Magdalenis vnus ex vocatis ad fideicommiſſum, vt legitur in inſtrumento. Facto poſtea loco fideicommiſſo per mortem Fabij, fratres de Magdalenis per ſententiam Rotalem immiſſi fuerant in poſſeſſionem totius caſalis, & ſic etiam in quintam partem tangētem Horatium anno 1568. à qua ſentētia licet fuiſſet appellatum, tamen omiſſa appellationis cauſa Antonina de Mattheis cui Iacobus reliquarat Cenſus decurſos, & decurrendos in vita ipſius intentauit vtile Saluianum Interdictum, cuius vigore anno 1586. immiſſa fuit in poſſeſſionem dictæ quintæ partis. Verum cum Antonina ſequenti anno moreretur Claudia ei ſubſtituta, ſucceſſit in Cenſu. Alphonſus verò Soderinus hæres Antoninæ egit cōtra Dominos de Magdalenis pro Cenſibus decurſis medio tempore, quo illi in poſſeſſione fuerunt, vel fructibus ex quinta parte fundi Valerani perceptis.

Quo dubio propoſito, Domini tenuerunt eos teneri: nam & ſi Domini de Magdalenis fecerūt fructus ſuos quos perceperunt, ex quo immiſſi fuerant per ſententiam Rotalem, quæ ob non proſequutionem appellationis tranſiuit in rē iudicatam, tamen
1 † fideicommiſſo non obſtante debebantur Cenſus propter cōſenſum Horatij, vt fuit viſum coram RR. PP. DD. Iuſto, & Lancelotto. nam illa quinta pars erat omnino affecta pro validitate Cenſus, & in hoc non poterant moleſtari nec Antonina, nec eius hæredes. Quare cum Domini de Magdalenis perceperint fructus pro Cenſu obligatos tenentur reſtituere.
2 nam † qui percipit fructus tenetur ad onera realia, *l. quæro. ff. de vſufr. legat. l. hactenus, ff. de vſufr. Franch. in c. fin. §. Porro. verſ. vnde refert hic. Dominic.*
3 *num. 3. de offic. ordin. lib. 6.* & † conſequenter ad Cenſus, vt patet ex deductis per *Gigant. de Penſion. quaſt.*
4 *43. num. 5.* Quod † autem fructus perceperint reſultat ex poſſeſſione. *Ægid. deciſ. 703. Rota deciſ. 25. de Præbend. in nou. Bart. in l. 1. poſt num. 8. verſ. item producit, ff. de acquir. poſſeſſ. Bal. in l. 2. num. 83. C. de ſeru. & aq.* De poſſeſſionis apprehenſione conſtat ex inſtrumento, & de continuatione ex confeſſione facta in poſitionibus, & inſtrumentis locationum.

Non obſtat *deciſio b. m. Cypsij in hac cauſa.* quia in ea præſupponitur, quod Domina Antonina, & illius hæredes poſſent conſequi ſolutionem per immiſſionem ex Saluiano; ceſſante autem illa actione non
5 deficiunt priores actiones: quia † illa non eſt extinctiua, ſed cumulatiua. *Doctor. in l. fin. C. de Codicill.*

Exceptio de confuſis actionibus propoſita quod Antonina fuerit hæres Fabij principalis debitoris Cenſus, & Iacobi ſui patris creditoris eiuſdem Cenſus tollitur ex deciſione Domini de Rubeis.

Non obſtat quod Dominus Alphonſus teneatur releuare indemnes Dominos de Magdalenis tanquam hæredes q. Fabij, vt fuit deciſum, nam hodie non agitur an iſti fructus ſint compenſandi cum releuatione, ſed tantùm an Domini de Magdalenis teneantur reſtituere.

Non obſtat quod dicitur Antoninam mandaſſe ſolui debita Fabij, quia non poteſt applicari ad de-
6 bitum Fabij ab ipſa contractum, † cum generalis clauſula non referatur ad ea, quæ habent ſpecialem prouiſionem, *l. ſi ſic clauſula, ff. de verbor. obligat.*

R. P. D. Penia, Romana Cenſus, Lunæ 15. Ianuarij, 1607.

SVMMARIA.

1 *Poſſidentis conditio non mutatur ex mutatione perſonæ.*
2 *Manutentio non denegatur pendente cauſa reſtitutionis in integrum, & num. 5.*
3 *Nullitatis inſtantia non efficitur decreta, licet deſeratur cauſa appellationis.*
4 *Manutentio conceditur pendente cauſa ſuper nullitate.*
6 *Cenſus impoſitus ſuper re meliorata ſuſtinetur ſuper melioramētis, quatenus ſuper ipſa re imponi non potuiſſet.*
7 *Statutum tollens nullitatem, non tollit eam quæ prouenit ex defectu iuriſdictionis.*
8 *Iudex ſuſpenſo petitorio quo ad illud, nullam habet iuriſdictionem.*
9 *Suſpenſio petitorij non conceditur in interdicto retinēda.*
10 *Venent. de ann. preſtat. par. 1. quaſt. 20. num. 3. reprehenditur.*

DECISIO LV.

DIE 6. Nouembris, 1606. Rota dixerat Dominū Lucam manutenendum in quaſi poſſeſſione exigendi Cēſum; ſed quoniam Domini de Carauaſchinis dicebant ſe non fuiſſe auditos, & habere releuantia, quæ proponerent ad impediendam manutentionem. Ideo cauſa iterum propoſita, & diſcuſſa vtraque parte informante Rota in
1 deciſis manſit ex ea potiſſimum ratione. Quia † ex mutatione perſonæ non mutatur cōditio, poſſidentis, *Guid. Pap. deciſ. 629.* & eſt in terminis in quaſi poſſeſſione exigendi Cenſus contra hæredes defuncti, qui non ſoluerat *deciſio in cauſa Romana Cenſus coram b. m. Orano, die 24. Octobris, 1588.*

Non obſtant adducta contra deciſionem, & Primò, quod ſentētia A.C. ſuper nullitate Cēſus tranſiuerat in rem iudicatam propter non proſecutionem appellationis, quæ obſtat agenti Interdicto

Reti-

Digitized by Google

Retinendæ: quia fuit reſponſum Primò, quod cum
2 † fuerit commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum, & interim ſuſpenſus effectus rei iudicatæ datur manutentio donec fuerit iudicatum non eſſe locum reſtitutioni, vt in ſimili ſententia lata contra Cæſam fuit deciſum *in cauſa Bononienſe Cenſus, die 25. Iunij. 1605.* Secundò fuit reſponſum fuiſſe etiam comiſſam cau-
3 ſam nullitatis, & licet † ſit deſerta cauſa appellationis; nõ tamen eſt deſerta cauſa nullitatis æquè principaliter commiſſa; vt fuit deciſum *in cauſa Calagurritana decimarum, die 20. Februarij, 1579. coram Illuſtriſſimo Cardinale Lancelotto tunc Rotæ Auditore.* &
4 † pendente cauſa nullitatis datur etiam manutentio, vt dicũt noſtræ Deciſiones Rotales allegatæ in deciſione in hac cauſa factæ. Rurſus non obſtat dicere, quod reſtitutio in integrum non competit ad effectum manutẽtionis dum diſquiritur an competat, vel non competat reſtitutio, quia fuit reſpõſum
5 † interim non fuiſſe negandam manutentionem, cum multa deduci poſſint vnde conſtet eſſe locum reſtitutioni, & maximè in hoc caſu, in quo aderat non modica ſuſpicio iniuſtitiæ ſententiæ A. C. ſtan-
6 tibus melioramentis factis in palatio, † ſuper quibus ſaltem poterat ſuſtineri Cenſus.

Præterea non obſtabat *Statutum Vrbis, lib. 1. cap. 189.* cuius vigore poſt annum non poteſt dari de nullitate: quia fuit reſponſum Primò, quod dum cognoſcitur de nullitate, & an ſit locus ſtatuto nõ debet poſſeſſor ſua poſſeſſione priuari. Secundò, fuit
7 reſponſum † Statutum non tollere nullitatem prouenientem ex defectu iuriſdictionis, vt fuit deciſum *in cauſa Romana Legati, ſeu attentatorum, die 8. Maij, 1584. coram Fabio Accorambono;* hic autem manife-
8 ſta erat nullitas ex defectu iuriſdictionis, quia † A. C., non obſtante ſuſpenſione petitorij, pronunciauit ſuper nullitate Cẽſus, & licet cõcederetur quod
9 talis ſuſpenſio † non habet locum in Interdicto Retinendæ, non tamen conſtabat in hoc caſu quod foret facta in hoc Interdicto, cum ſuſpenſio fuerit generalis de petitorio, cum proteſtatione quod ſolum eſſet procedendum in poſſeſſorio; vnde ſuſpendi potuit petitorium ad alium effectum quam manu-
10 tentionis. Ad † *Iacob. Venet. tract. de ann. præſtat. par. 1. quæſt. 20. num. 3. & 4. & quæſt. 25. num. 11. 12. & 14.* dicentem quod quidquid ſit in aliis poſſeſſoriis in annua præſtatione Cenſus hæres cum beneficio legis, & inuentarij, nõ obſtante quod defunctus ſoluerit poteſt denegare ſoluere, allegando inſtrumentum fideicommiſſi, & impeditur poſſeſſorium donec cauſa, etiam ſi ſapiat poſſeſſorium, videatur; fuit reſponſum contrarium tenuiſſe *Rotam coram b. m. Robuſterio in cauſa Romana Cenſus, 8. Februarij, 1577.* & in præfata *cauſa Romana Cenſus coram b. m. Orano,* allegata in alia Deciſione, ideo iſtius *Venetij* opinionem non eſſe audiendam.

R. P. D. Penia, Romana Cenſus Veneris 17. Aprilis, 1598.

SVMMARIA.

1 *Pretium Cenſus repeti non poteſt ſub prætextu quod fundus ſit alteri obligatus, dummodo omnibus ſufficiat, & emptor non ſit in damno, ibidem.*

2 *Obligatio ad intereſſe reſtringitur ad reale.*

3 *Promiſſio venditoris de faciendo conſentire alios intelligitur, dummodo emptoris interſit.*

4 *Aſſertio iurata nocet iuranti quando eſt doloſa, & alteri præiudicialis.*

DECISIO LVI.

Cvm anno 1594. D. Cæſar Cincius impoſuerit annuum Cenſum ſcutorũ ducentorum quattuordecim pro pretio ſcutorum trium millium tricentorum ſuper caſale Falcognani Rubrorũ tricentorum excedens valorem ſcutorum triginta millium, illumq. vendidiſſet Domino Horatio Bartolono cum aſſertione, quod caſale præfatum pleno iure ad ſe pertinebat, fuiſſeq. liberum ab omni alio Cenſu canone, & reſponſione, & ab omni onere impediente hanc Cenſus impoſitionem & venditionem, & quod in eam tamquam validã faceret conſentire omnes perſonas ius habentes, aut quomodolibet habere prætendentes ſuper dicto Caſale. Et anno mox ſequenti Bartolonus cognouiſſet caſale fuiſſe multis aliis perſonis obligatum, conuenit coram A. C. prætendẽs illum cogere ad faciendum cõſentire Dominam Iuſtinianam eius vxorem, necnon fratres & filios, & alias perſonas habentes priora iura ſuper dicto caſale, aliàs relaxari mandatum pro recuperanda ſorte principali. Cum autem Dominus Cæſar præfatas perſonas non feciſſet conſentire & A. C. contra ipſum mandatum executiuum pro ſorte principali relaxaſſet, & Dominus Cæſar appellaſſet, propoſito dubio in Rota, an præfatum mandatum executiuum A. C. eſſet exequẽdum, Domini negatiuè non eſſe exequendum reſponderunt.

Nam cum caſale excederet valorẽ triginta millium ſcutorum, & omnes obligationes, & onera quibus erat ſubiectum non conſumerent tanti valoris
1 partes, vt non eſſet relictus locus præfato Cenſui, nõ † erat deueniendum ad actum reſtitutionis ſortis principalis, cum Bartolonus emptor Cenſus non pateretur aliquod damnum, vt fuit dictum *in cauſa Romana Palatij, die 17. Maij, 1590. coram b. m. Eubalo, & in cauſa Auximana bonorum, die 2. Iunij, 1595. coram R. P. D. Mellino, & in cauſa Romana non adimplementi, die 7. Nouembr. 1597. coram R. P. D. meo Decano.*

2 Non obſtant † Clauſulæ in inſtrumento venditionis Cenſus appoſitæ, quas longo ſermone ponderabant informantes pro Domino Bartolono, quoniam omnes reſtringuntur ad intereſſe reale ipſius emptoris Cenſus, *Bal. in l. ex his prædijs, num. 4. C. de euict.* vnde cum ex deductis pro parte Domini Bartoloni emptoris Cenſus nondum conſtaret præfatum caſale fuiſſe tot obligationibus obnoxium, & hypothecis grauatum, vt huius Cenſus impoſitio ſuſtineri non poſſet, non erat locus executioni dicti mandati.

3 Minus obſtabat † obligatio, & promiſſio de faciendo conſentire omnem perſonam, iuxta *Gloſ. in l. qui rem, vbi B. l. num. 1. C. de euict.* Quia idem *Bal. ibi. num. 4.* reſpondet hoc procedere, dummodo emptoris interſit, vnde cum ex ſupradictis conſtaret nul-

lum

Digitized by Google

lum verſari damnum Domini Bartolini ceſſabat obiectio. Et ſic etiam reſpondit *Rota in dicta Romana non adimplementi*.

Poſtremò non obſtabat quod Dominus Cæſar
4 † aſſeruerit caſale eſſe liberum, & tamen erat fuit aliis obligatum, & conſequenter obſtare exceptionem periurij, *l. ſi quis maior, C. de tranſact.* Quia reſpondetur hoc procedere quando promiſſio eſt doloſa, & alteri præiudicialis, *Caſſad. deciſ. 2. num. 7. de iure iur.* & conſequenter ceſſat *Deciſio Rotæ in cauſa Romana Cenſus coram R. P. D. meo Decano, die 15. Martij, 1577.*

R. P. D. Penia, Romana Cenſus, de Carauaſchinis, Mercurij 24. Nouembris, 1610.

S V M M A R I A.

1 *Fundans ſe in fideicommiſſo, tenetur liquidare bona dicto fideicommiſſo ſubiecta.*
2 *Inuentarium transfert onus probandi contrarium in aduerſarium.*
3 *Inuentarium plenè probat contra conficientem.*
4 *Res qualibet præſumitur libera à fideicommiſſo.*
5 *Fundans ſe in fideicommiſſo, tenetur docere de illo, & de illius iuribus.*
6 *Cenſum annullare volens tamquam impoſitum ſuper re ſubiecta fideicommiſſo, quid debeat probare.*

D E C I S I O LVII.

IN Deciſione in hac cauſa facta, *die 28. Iunij* proximè præteriti, fuit firmatum Palatium, ſiue domum de qua agebatur fuiſſe conſtructam ex bonis triplicis generis, nempè ex bonis Ioannis fideicommittentis, ex bonis Clementis debitoris Cenſus, & filiorum eiuſdem Clementis. Et cum poſtea orirетur differentia inter partes ſuper onere liquidationis ad quem ſpectaret. dato dubio, vtraque
1 parte informante Rota cenſuit † onus liquidandi bona ſpectare ad Carauaſchinos.
2 Nam † Lucas de Luna habebat fundatam intentionem ſuper exiſtētia, & quantitate bonorum hæreditariorum in inuentario per Carauaſchinos Clementis filios in aditione hæreditatis confecto de-
3 ſcriptorum. nam † inuentariū plenè probat contra conficientem, *Afflict. deciſ. 13. incipit circa primam præſumptionem, nu. 1. Pariſ. conſ. 45. incipit, Vidi teſtamentum, num. 20. lib. 2. Rota in cauſa Auenionenſi pecuniaria, die 21. Octobris, 1577. coram b. m. Robuſterio.* Vnde cum domus, ſeu fabrica fuiſſet tamquam hæreditatia in inuentario deſcripta, & in bonis Clementis reperta, Carauaſchinis prætendentibus excludere Lucam incumbebat onus liquidandi quæ bona eſſent fideicommiſſo ſubiecta ad effectum excludendi Lucam agentem pro quo extabant omnes præfatæ regulæ. Quibus accedebat illa iuris
4 præſumptio, † quæ pro libertate rei cōtra fideicommiſſum militare ſolet. Rurſus Lucas erat in quaſi poſſeſſione exigendi Cenſum pro quo habuit mandatum de manutenendo; vnde tamquam reus, & poſſeſſor non tenebatur docere de iure ſuo ſed Carauaſchini prætendentes nullitatem Cenſus, ex eo quod eſſet impoſitus ſuper re fideicommiſſo ſubie-
5 cta, tenebantur † concludenter de fideicommiſſo docere, & quantum ſe extenderet, ſeu quam latè pateret, aut protenderetur, in palatio ſeu domo ſu-
6 per qua Cenſus fuit impoſitus. nam † ad præfatum effectum excludendi Cenſum, & illum annullandi docere oportebat eos totū palatium eſſe fideicommiſſo ſubiectum, & ipſius identitatem, quod ſi partem tantum palatij prætenderent fideicommiſſo ſuppoſitam liquidādum illis erat quæ eſſet illa pars cum idem ſit de parte quod de toto; quæ allegabātur pro Carauaſchinis de bonis feudalibus communibus cum allodialibus contra ipſos potius faciebant, quia ſicuti in illis petens bona tamquam feudalia, debet liquidare partem communicatam cum allodialibus, ita etiam veniens ex fideicommiſſo cum valeat argumentum à feudalibus ad fideicommiſſa.

Et eadem ratione retorquebatur *deciſio in cauſa Romana fideicommiſſi de Valle, coram D. Cardinale Mellino tunc Rotæ Auditore*, nam ibi fuit reſolutum contra fundantes ſe in fideicommiſſo, ex quo non liquidauerunt pro qua parte bona fuerunt in hæreditate fideicommittentis.

R. P. D. Bubalo, Senogallienſis Prædij, Veneris 24. Nouembris, 1586.

S V M M A R I A.

1 *Datio in ſolutum ſi non habeat effectum ex legis diſpoſitione, poteſt agi ad intereſſe.*
2 *Intereſſe debitum ob euictionem rei datæ in ſolutum, eſt liquidandum iuxta valorem dictæ rei.*
3 *Et habita ratione eius quod creditor habuiſſet, ſi rem ſibi in ſolutum datam conſequutus fuiſſet.*
4 *Intereſſe in Saluiano debetur etiam ſi non præceſſerit condemnatio.*
5 *Actor cenſetur deduxiſſe in iudicium ab initio omne ius.*
6 *Intereſſe lucri ceſſantis poſt moram, debetur creditori habenti in promptu rem emendam.*
7 *Creditori cui fuit ceſſus Cenſus nullus, & inualidus debetur intereſſe lucri ceſſantis.*
8 *Intereſſe eſt acceſſorium ad hypothecam.*

D E C I S I O LVIII.

CONCLVSERVNT Domini liquidāda eſſe damna, & intereſſe petita per Illuſtriſſimum Dominum Iordanum ad rationem ſcutorum cētum viginti quolibet anno à die quo b. m. Dominus Aurelius Paſſerus ei aſſignauit, & ceſſit Cenſum Carboni, quæ ceſſio cum nō fuerit ſortita effectum, ex quo Cenſus Carboni fuit declaratus nullus & inualidus, & contra formam Bullæ *fel. rec. Pij V.*, remanſit adhuc anterior hypotheca Domini Iordani vigore inſtrumenti, de anno 1572. vigore cuius inſtrumenti, & alterius de anno 1575. nō eſt dubium, quod poteſt petere damna, & intereſſe ſibi per Dominum

1 minum Aurelium promiſſa; tum quia † ſi datio ſit ſolutũ non habuit effectum ex legis diſpoſitione poteſt agi ad intereſſe, *l. Lucius, ff. qui pot. in pign. habe.*
2 Quod † intereſſe eſt liquidãdum iuxta valorem rei
3 date in ſolutũ, *l. 1. vbi Doctor. ff. de act. empt.* & † habita rõne eius, q creditor habuiſſet ſi rem ſibi in ſolutum datam conſequutus fuiſſet, *l. ſi ſterilis, §. cum pro vẽditore, ff. de act. empt. l. ſi traditio, vbi Bal. q. 4. C. eod.*; tum quia ex conuẽtione partiũ, in euentũ in quem Cenſus non eſſet validus, D. Aurelius promiſit damna, & intereſſe, & ſoluere dictũ Cenſum annuatim.
4 Non obſtat quod cum † non præceſſerit aliqua condemnatio ad damna, & intereſſe non poſſit deueniri ad liquidationem: quia hoc non procedit in Saluiano Interdicto, in quo non requiritur quod præcedat condemnatio.

Non obſtat quod Dñs Iordanus egerit Saluiano Interdicto vigore primi inſtrumenti de anno 1572. vnde non videtur, q poſſit ſe fundare in inſtrumento ceſſionis Cenſus de anno 1575. Quia fuit reſpon
5 ſum, quod † cenſetur deduxiſſe omne ius ab initio, nec effectus ſecundi inſtrumenti expirauit propter reditum ad priores hypothecas: quia non cenſetur rediiſſe excluſiuè ad ius ſibi cõpetens vigore ſecundi inſtrumenti. Pręterea damna, & intereſſe petitur vigore primi inſtrumenti de anno 1572. in quo fuerunt expreſsè promiſſa, aliud verò inſtrumentũ ceſſionis Cenſus deſeruit pro liquidatione intereſſe, & ſic ceſſat dubium quod ſit ſuper anteriori hypotheca Antonij Triũphi; quãuis.n. ipſe ſit anterior creditor D. Aurelij reſpectu ſecũdi inſtrumenti D. Iordani, reſpectu tamen primi inſtrumẽti D. Antonius eſt poſterior; quod autem ex inſtrumento ceſſionis Cenſus poſſit ſumi hæc liquidatio, Dñi deducebant
6 ea ratione, quia † quemadmodum ſi D. Iordanus habuiſſet præ manibus cenſum emendum, & protectatus fuiſſet ſine dubio petere potuiſſet intereſſe lucri ceſſantis ſtante mora Aurelij, iuxta doctrinam
7 *Pauli de Caſt. in l. 3. ff. de eo quod certo loco*, ita † etiam, & multò magis dicendum eſt Dominum Iordanum petere poſſe intereſſe ex quo habuit Cẽſum pre manibus ſibi ceſſum à D. Aurelio ſuo debitore & culpa d. Aurelij, quia cenſus non erat validus illũ conſequi non potuit, prout nec etiam potuit exigere fructus dicti Cenſus. vnde ſine dubio vigore prioris hypothecæ dabitur ſibi dictum intereſſe tamquam acceſſorium prioris hypothecæ, iuxta *l. Lucius, ff. qui pot. in pign. hab.* & in ea Illuſtriſſimus Dominus Iordanus eſt anterior Triumpho.

R. P. D. Gypſio, Romana Societatis, Lunæ 9. Maij, 1588.

SVMMARIA.

1 *Societas ſolo conſenſu perficitur.*
2 *Societas initur pluribus modis.*
3 *Societas contracta ſuper re aliena, ſuſtinetur.*
4 *Contractus à partium conuentione legem accipiunt.*
5 *Venditio rei alienæ, valet.*
6 *Societas contrahitur ſuper officio emendo.*
7 *In ſocietatibus plurimum conſuetudini defertur.*
8 *A communi mercatorũ obſeruãtia non eſt recedendum.*
9 *Filiusfamilias qui non poteſt diſponere de bonis, nec eorum fructibus, nec etiam põt ſuper illis ſocietatẽ inire.*
10 *Intellige in præiudicium patris.*
11 *In ſocietatibus officij idoneitas officialis in modica conſideratione, vt plurimum haberi ſolet.*
12 *Cenſus impoſitio ſuper re ſubiectã fideicommiſſo facta, non valet.*
13 *Limit. in præiudicium imponentis.*
14 *Prohibitioni alienationis cẽſetur renunciatum, ſi aliquo modo conſtet prohibentem alienationi conſenſiſſe.*
15 *Decreto irritãti, & Clauſula ſublata, &c. põt renũciari.*
16 *Dominus officij is dicitur per cuius mortem vacat.*
17 *Contractus nulliter geſti ſuſtinentur ex æquitate, quando plures contractus ita geſti reperiuntur.*

DECISIO LIX.

PATER quandam portionem Ripę filio ſuo reſignauerat cum ſolito decreto, quod illam alienare, fructus, & emolumenta exigere, aut quouis modo in ea, ſeu eis intromittere vita patris durãte, & abſque illius cõſenſu nullatenus poſſit. hmõi prohibitione non obſtãte filius poſt aliquot annos ſocietatem ſuper dicta portione contraxit, ſiue vt vulgo dr̃ ſocietatẽ cõtrahentibus officiũ accõmodauit.

Quæſitum fuit an dicta ſocietas valida eſſet necne, & validã eſſe Dñi cenſuerunt: quia † cũ ſocietas
1 ſolo cõſenſu perfici poſſit, *l. ſocietas contrahitur, ff. pro ſoc. vbi Gloſ. et ac. §. 1. inſtit. de obligat. ex conſenſ.* pluri-
2 buſq. † modis iniri permittatur, *l. 4. vbi Gloſ. eod. tit.*
3 *pro ſoc.* nihil reſiſtit quin † ſocietas ſuper re aliena cõtracta ſuſtineatur, prout ſentit *I. C. in l. quod aũt, cũ*
4 *pluribus ſeqq. ff. pro ſoc.* ſiquidem contractus † à partiũ cõuentione legẽ accipiũt, *l. ſtipulationũ cõmodiſſime, de verb. oblig.* cũ ſimilibus. Idcirco quemadmo-
5 dũ † vẽditio rei alienæ tenet, *l. rẽ alienam ff. de cõtr. empt. Affl. deciſ. 369.* ita et ſocietas ſuper officio alieno valere debet, maximè cũ in cæteris requiſita ad
6 ſocietatem officiorũ neceſſaria habeat. hinc eſt, † q ſuper officio emendo cõtrahitur ſocietas. *Put. deciſ. 67. lib. 3.* Eoq. magis hoc dicendũ eſſe Dñis videbatur pp vniuerſalem Vrbis cõſuetudinem ineũdi hoc pacto Societates officiorũ ob nimiã curialiũ neceſſi-
7 tatẽ inductã. & † in ſocietatibus plurimũ cõſuetudi-
8 ni defertur, *Bal. in l. 1. n. 29. C. pro ſoc.* Nec à † cõmuni obſeruãtia, indubitataq; mercatorum cõſuetudine recedere licet, *l. minime, de legib. Corn. conſ. 319. num. 12. lib. 3. Tarij. conſ. 93. nu 8. lib. 3. Crau. conſ. 91. num. 7.*
9 Nec refragatur q ſicut † filius de officio, & fructibus diſponere non valebat, ita et ſuper illis ſocietatẽ coire nõ poterat, ſecundũ *Bal. in l. cum oportet, n. 9. C. de bon. quæ liber. Rom. cõſ. 471. n. 2. poſt med. Modern. Vtinenſ.* qui in hũc ſenſum alios congerunt *conſ. 11.*
10 *lib. 1.* Qm † prohibitio alienationis, & obligationis prędictæ ita reſtringi, & intelligi debet, vt filius in præiudicium patris officiũ, & fructus eiuſdem alienare nequeat, ſecus verò ſi pater damnum non patiatur vt in propoſito caſu, quia Communitas Tuſculi bonam fidem recognouit officialem nudũ nomen dũtaxat in ſocietate habere declarauit, illum indemnẽ releuare promiſit, & omne cõmodum, & incommodum ſocietatis in ſe ſuſcepit, & fideiuſſores dedit, quæ omnia haud incognita conſocio fuiſ-
11 ſe credendum eſt, cum à cõiter accidentibus † idoneitas officialis in modica conſideratione habeatur,

Digitized by Google

tur, ſed tuitio reſidet in perſona accipientis pecu-
nias, & illius fideiuſſoris, quā ob rem talis obligatio
officio prohibita nō cenſetur, *l. idemq., §. fin. & l. ſeq.*
12 *ff. pro ſoc.* Videmus in ſimili quod licet † impoſitio
Cenſus ſuper re fideicommiſſo ſubiecta non valeat,
13 nihilominus † in præiudicium illius, qui cēſum im-
poſuit ſuſtinetur, vt fuit dictum *in vna Romana Sal-
uiani Interd. coram R. P. D. meo Seraphino, 9. Iun. 1587.*
14 Præterea † cum filius portiones fructuum exe-
gerit illos in vſus proprios conſentiente patre con-
uerterit, vt bene deducunt informantes, negari non
poteſt à dicta prohibitione ſaltem quo ad fructus
fuiſſe receſſum, quod ad hoc propoſitum ſufficeret.
Vnde ceſſat obiectio de Decreto irritanti, & clau-
15 ſula ſublata. Quibus † renunciari poſſe dubitan-
dum non eſt, *Gabr. de Clauſul. concluſ. 3. num. 35.*

Ex iſtis etiam patet reſponſio ad Conſtitutionem
fel. rec. Pij V. quo cautum eſt ſocietates niſi per do-
16 minos officiorū contrahendas non eſſe: nam † filius
ſatis erat dominus, quia per eius mortem vacabat
officium.
17 His poſtremò accedit maxima æquitas, † ne tot
ſocietates cum eo contractæ annullentur, quā æqui-
tatem etiam maiores noſtri præ oculis habuerunt,
vt per *Mohed. deciſ. 344. Achill. 4. de conſtit.*

Fuit igitur ex ſupra deductis, vt ſupra dictum eſt,
concluſum ſocietatem valere, & Communitatem
Tuſculi per obitum Ioſephi pecunias ſocietatis lu-
cri feciſſe.

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Romana Cenſus ſcutorum decem & octo millium, Lunæ 9. Iunij, 1608.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor qui ſe obligauit vti principalis, & inſolidum quo ad creditorem, nō eſt fideiuſſor, ſed correus debēdi.*
2 *Fideiuſſor Cenſus non liberatur ex mutatione, & ſurrogatione fundi ſuppoſiti.*
3 *Quod non legitur in Conſtitutione, nō cenſetur diſpoſitū.*
4 *Cenſus extinctio non ſequitur ex ſurrogatione fundi cenſuati.*
5 *Mutatio & ſubrogatio fundi cenſuati prodeſt dumtaxat emptori dicti fundi, non autem debitori, & fideiuſſori Cenſus.*
Intellige non quo ad formam, & ſubſtantiam Cenſus, quia illa remanet in priori fundo, num. 7.
Sed quo ad effectum & exercitium actionum realium, quæ contra bona ſubrogata non cōtra priorem fundum dirigi debent, d. num. 7.
6 *Cenſus impoſitus ſuper re ſubiecta fideicommiſſo, valet in præiudicium imponentis.*
8 *Creditor hypothecarius habet electionem, an agat contra fideiuſſores, vel principales, & vel contra obligatos, vel bona.*

DECISIO LX.

CONCLVSVM fuit fideiuſſores nō eſſe libe-
ratos per motum proprium *Clem. VIII.* hoc
enim nō operatur vis ſurrogationis, vt præ-
tenditur; quia contrarium fuit in alio Cenſu reſolu-
tum, 20. Iunij, 1603. Præſertim quia fideiuſſores ſe
obligauerūt inſolidum vti principales, & principa-
1 liter. quo † caſu reſpectu creditorum non ſunt fide-
iuſſores, *Bar. in l. Reos, ff. de duob. reis, Aret. conſ. 33. nu.
8. Put. deciſ. 58. in fine, lib. 3.* fuit dictum *in vna Roma-
na Doana ſalis, 10. Iunij, 1581. coram Lauretano.*
2 Non † obſtat quod fideiuſſor, qui acceſſit pro vna
re nō cenſeatur pro alia obligatus, quia iura, & Do-
ctores pro hoc allegati loquuntur, quando ageretur
de extenſione obligationis, & *Gabr. conſ. 43. nu. 8. lib.
1. & Surd. Deciſ. 212. nu. 2.* & alij qui ex aduerſo alle-
gātur in terminis ſurrogationis nō loquūtur de ſur-
rogatione, ſed prout alij de extenſione, & ab exten-
ſione non bene infertur ad ſurrogationē, per quam
non augetur obligatio fideiuſſorū, præſertim quia,
vt infra dicetur, ſurrogatio fuit facta quo ad effectū,
& exercitium hypothecarum, non quo ad ſubſtan-
tiam cenſuum: quia illa remanſit in primo fundo,
vnde nullo modo agitur de extendenda obligatio-
ne fideiuſſorum ad alios cenſus diuerſos à primis.

Non etiam poſſunt liberari ex prætenſa extinctio-
3 ne cenſuum, quia de hac † extinctione nullibi legi-
tur in verbis motus proprij, quod ſufficere deberet
ad eius excluſionē, vt dixit *Rota in vna Romana Cen-
4 ſus, 22. Ianuarij, 1603. coram R. P. D. Sacrato;* nec † ſe-
quitur ex allegata ſubtractione, & liberatione fun-
di: quia licet Caſtrum Numenti fuerit liberatū ab
hypothecis ita vt ſuper eo nulla competat actio, nō
tamen ſequitur quod fuerint extincti Cenſus, & re-
5 manſerint ſine fundo. Hoc † enim factum fuit fauo-
re Principis emptoris Caſtri tantum facit quod di-
xit *Rota in Romana Cēſus de Alexijs, 1. Iunij, 1583. co-
ram Illuſtriſſimo Cardinale Seraphino* de Cenſu impoſi-
6 to ſuper re fideicommiſſo ſubiecta; qui licet † pro nō
impoſita habeatur in præiudicium fideicommiſſa-
rij, ſecus tamen eſt quo ad grauatum, qui illum im-
poſuit conſtituendo differētiam an Cenſus deficiat
in materia vel deficiat in forma, iuxta not. *in l. cum
lex, vbi Ang. ſub num. 1. ff. de fideiuſſ.* Et propterea di-
xerunt Domini Cenſum remanſiſſe ſuper eodē fun-
do in præiudicium Vrſinorum, & fideiuſſorum, &
7 † quod in alia deciſione fuit dictum de tranſlatio-
ne debere intelligi quo ad effectum, & exercitium
actionum realium, vt eæ poſſint, & debeant dirigi
contra bona ſubrogata, non contra bona liberata;
non autem quo ad formam & ſubſtantiam, quia il-
la remanſit in bonis ſuper quibus fuerunt impoſiti,
& hoc bene conuenit intentione Papæ, quæ in mo-
tu proprio legitur, & dicitur in Deciſione Illuſtriſ-
ſimi Cardinalis Mellini, ita conſulere Principi em-
ptori, vt creditoribus non inferat præiudicium.

Non obſtat *Deciſio Auximana penſionis coram bo-
na mem. Lutæ* nam ibi fideiuſſor non obligatur in
penſione tranſlata: quia penſio tranſlata eſt omni-
no noua, antiqua penitus extincta, vt ſæpius fuit re-
ſolutum; in trāſlatione autem de qua agitur rema-
net idem Cenſus quo ad formam, & ſubſtantiam,
licet ſint tranſlatæ actiones, & hypothecæ. & ideo
non eſt neceſſarius nouus contractus, & noua obli-
gatio fideiuſſorum.

Non obſtat quod ſubrogatio reſpectu credito-
rū, & quo ad hypothecas ſit facta ad ſcuta ſeptua-
ginta ſex millia, iuxta Deciſionem Illuſtriſſimi Mel-
lini: quia in ea non negatur tranſlatio ad bona de-
qui-

quibus in inſtrumento venditionis, & ſunt verba clara motus proprij.

Vltra quod pertinet ad creditores cenſuum: quia ad quæcumque bona ſit facta tranſlatio hypothecarum, ſufficit ipſis quod Cenſus non fuerint extincti, & quod ex hoc capite fideiuſſores non ſint libe-
8 rati: non † enim tollitur electio creditoribus agendi potius contra fideiuſſores, quam principales, & poſſunt tam contra obligatos agere, quam contra bona ſubrogata. Ipſi poſtea fideiuſſores videbunt contra quæ bona pro eorum releuatione agere poſſint & debeant. Cætera bene tolluntur per informantes.

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Bonienſis Cenſus, Veneris 20. Febr. 1604.

SVMMARIA.

1 *Extinctio Cenſus requirit actum priori ſimilem.*
2. *Numeratio pecuniæ probatur ex confeſſione partium, iuxta præcedenti promiſſione.*
3 *Actus ſequens præſumitur factus in executionem præcedentis obligationis.*
4 *Mutatio voluntatis non præſumitur.*
5 *Etiam ſi longum tempus effluxerit.*
6 *Incontinenti fieri dicitur, quod fit die ſequenti.*
7 *Intereſſe propter moram debetur à die interpellationis.*
8 *Intereſſe in contractu cenſuali, eſt ipſe Cenſus qui ſoluitur.*
9 *Fructus veniunt ſub nomine intereſſe.*

DECISIO LXI.

DOMINI cenſuerunt vnanimiter ſententiam A. C. eſſe confirmãdam non obſtantibus cõtra eum adductis tam ex capite nullitatis, quam ex capite iniuſtitiæ. Nullitas enim, quæ deducitur ex eo quod ſit lata pendente termino ad articulandum tollitur per Innocentianam, quæ ſanat terminos nulliter, & malè tentos, & ſufficit quod à die commiſſionis tot dies effluxerint, quot requiruntur pro eorum ſeruatione.

Alia nullitas cui nititur Comes Riccardus vti condemnatus ad tranſlationem iuxta formam Chirographariæ promiſſionis: quæ non ab ipſo, ſed à Marchione Hugone emanauit, non placuit quia Marchio promiſit pro Domino Comite, & eius ratificatio colligitur ex rñſionibus eiuſdem ad poſitiones.

De iuſtitia etiam ſententiæ liquet, quia extinctio Cenſus debebat fieri cum emptor non emiſſet prædium, & ſi nouus Cẽſus erat creandus, debuit prius vetus extingui, vnde cum Cenſus fuiſſet extinctus, iuſta fuit condemnatio ad tranſlationem Cenſus, & numerationem ipſam: quia hoc fuit factum pro
1 forma ipſius extinctiones Cenſus, † quæ requirit actum priori ſimilem, videlicet, retrouenditionem, vt fuit dictum *in Romana Cenſus 3. Iulij, 1589. coram*
2 *Bubalo*, & ſæpius in aliis. Et quod † fuerit verè numerata pecunia adeſt confeſſio partis, quæ iuuatur ex promiſſione, & conuentione præcedenti, in cuius
3 † executionem cenſetur ſequuta extinctio, *l. 3. §. vltrum ff. de manum. l. qui in aliena, ff. de acq. hæred. Ann. conſ. 91. num. 9. Alc. regula 2. præſumpt. 23. & ſeq.* cum aliis traditis *in Romana pecuniaria de Buſalinis coram Robuſterio, 7. Nouembris, 1572.* præſertim, vt in dicta Deciſione dicitur ſtante breuitate temporis, &
4 actuum vicinitate. Non etiam eſt † veriſimile, quod cum partes egerint de tranſlatione voluerũt ab ipſa conuentione recedere, *l. cum qui, ff. de probat. l. cum hic ſtatus, in princ. ff. de donat. inter vir. & vxor. Alex. conſ. 133. num. 3. lib. 5. Alc. regula 2. Præſumpt. 16. nu. 1.* præſertim nulla exiſtente cauſa mutationis, *Natta, conſ. 176. nu. 4. in fine.* Nec refert quod eadem die
5 non fuerit confecta apocha, & inſtrumentũ, † quia voluntas eadem durare præſumitur, & ſi lõgum interuallum interceſſerit, *l. ſancimus, vbi Iaſ. nu. 7. C. de teſtam. Dec. in l. pacta nouiſſima, nu. 18. C. de pact. Pariſ. conſ. 67. nu. 5. lib. 3. Alc. vbi ſupra, ſub num. 1. verſ. quod*
6 *amplia.* Immo cum † inſtrumentum fuerit factum ſequenti die non ex interuallo, ſed incontinenti factũ dicitur, *Gram. deciſ. 36. num. 5. in fine;* facit in fortioribus terminis, *Ann. conſ. 156. nu. 13.* Adminiculantur dicta teſtium, qui celebrationi inſtrumenti interuenerunt.
7 Iuſtè † etiam fuerunt condemnati à die interpellationis ad damna, & intereſſe propter moram in
8 non conſtituendo nouum cenſum: Quod † intereſſe eſt clarum, videlicet fructus, quos percepiſſet, ſi mora non interueniſſet, & Cenſus fuiſſet cõſtitutus.
9 Et † ſub nomine intereſſe veniunt fructus, *Bal. in l. ſi quid pars, nu. 3. C. de ſeru. & aq. Natta, conſ. 596. num. 7.*

R. P. D. Manzanedo, Ianuenſis Cenſus, Lunæ 12. Februarij, 1607.

SVMMARIA.

1 *Attentata non purgantur per ceſſionem poſſeſſionis, ſi qua eſt.*
2 *Attentata non purgantur, niſi refectis expenſis, damnis, & intereſſe.*
3 *Spolium non purgatur, niſi per refectionem damnorum, expenſarum, & intereſſe.*
4 *Intereſſe probatur ex inſtrumento impoſitionis Cenſus.*

DECISIO LXII.

HABENTE D. Antonio Plagio quendam Cenſum ad ſui fauorem impoſitum ſuper quibuſdam bonis ſtabilib. q. Hieronymi de Fació: exiſtenteq. in eorumdem ſtabiliũ poſſeſſione in qua à me de ordine Dominorum obtinuit mandatũ de manutenendo directum pro illius executione Vicario Ianuẽſi, & defuncto Hieronymo de tẽpore mandati exequendi, relictiſq. teſtamentariis executoribus, & illis inhibitis à dicto Vicario ne impedirent, ac turbarent dictum Antonium in dicta ſua poſſeſſione; qui non eo minus illum impedire, & turbare tentarunt, taliter vt omnino illi fuerint impedimento quo minus in prædicta poſſeſſione manuteneri valeret, ex quo fuerunt declarati incurſi in cenſuris contentis in dicto mãdato de manutenendo, & vt ab illis abſolui valeant. Modo per ſuum

procuratorem cōparuerunt in actis, aſſerendo numquam reſtitiſſe executioni prædicti mandati de manutenendo contra dictum Hieronymum relaxati, & illius bona, nec cepiſſe poſſeſſionē bonorum dicti Hieronymi; tamen ad maiorem cautelam, quatenus opus eſſet petierunt abſolutionem, & dimiſerunt quamcumque prætenſam poſſeſſionem dictorum bonorum poſtea cedunt quamcūque prætenſam poſſeſſionem, quæ ceſſio non tenet, ſicuti nec
1 valet ceſſio poſſeſſionis ſi qua eſt † pro purgatione attentatorum, vt poſt *Rum. conſ. 119. num. 11. lib. 5. & Grat. conſ. 73. num. 91. lib. 1.* tradit *Lancel. de attentat. 3. parte, cap. 29. num. 31.*

Item contra dictam ceſſionem opponebatur pro
2 parte Antonij non ſufficere, cum † deberent illi reſici expenſæ, damna, & intereſſe, prout tradit *Cæſar*
3 *de Graſſ.* in ſimili † de purgatione ſpolij, *deciſ. 5. nu. 8. de reſtit. ſpoliat.* & de purgatione attentatorū per ceſſionem, tradit *Lancel. vbi ſupra d. cap. 29. num. 32.*

4 Et quo † ad intereſſe dicūt eſſe certum, cum conſiſtat in ſolutione fructuum Cenſus, qui ſunt certi & liquidi, *Rota deciſ. 444. nu. 3. verſ. quibus non obſtantibus. p. 1. diuerſ.*

Sed dato quod circa prædictas expenſas, damna, & fructus dubitetur, viſum fuit Dominis poſſe particulariter videri, reſolutione tamen retēta pro certa quod prædicta ceſſio pro paritione non ſufficiat.

R. P. D. Manzanedo, Ianuenſis Cenſus, Veneris 3. Aprilis, 1609.

SVMMARIA.

1 *Spoliator tenetur ad omnia damna, expenſas, & intereſſe.*

2 *Intereſſe debitum occaſione Cenſus, eſt liquidum ex inſtrumento impoſitionis.*

DECISIO LXIII.

PROPOSITO dubio quæ damna, expenſas, & intereſſe teneatur Paulus, & ſocij reficere Antonio Dominu omnia damna, expenſas, & intereſſe reficienda
1 dixerunt. Cum † certi iuris ſit ſpoliatorem ad hæc omnia teneri, *cap. conquerenti, vbi Bal. num. 1. de reſtitut. ſpoliat. Rimin. iun. conſ. 308. num. 12. Rota deciſ. 15. de reſtit. ſpoliat. in nou. Cæſar de Graſſ. deciſ. 5. num. 8. eod. tit. Rota diuerſor. deciſ. 473. nu. 1. lib. 3. part. 3.* & fuit ſæpius deciſum.

Vltra quod ipſimet ſpoliatores ad omnia illa reficienda ſe obligauerunt, & fideiuſſionem præſtiterunt, vt ex publico inſtrumento conſtat.

2 Et quo ad † intereſſe illud viſum fuit Dominis liquidum, cum conſiſtat in fructibus Cenſus, qui de ſui natura ſunt certi, & liquidi, vt dixit *Rota in deciſ. 444. num. 3. p. 1. diuerſ. & in hac eadem cauſa, 12. Februerij, 1607. coram me,* faciunt optimè notata per *Hondod. conſ. 39. num. 14. lib. 2.*

Quo verò ad alia damna, & expenſas, quamuis debeantur, non tamen viſa fuerūt liquida, ſed tantum poſt opportunam liquidationem venire reficienda ex ſupra dictis.

Et ita fuit deciſum.

Reuerendiſſimo D. Sacrato, Romana Cenſus de Palutiis, Lunæ 20. Nouembris, 1600.

SVMMARIA.

1 *Cenſus impoſitus ſuper re alienari prohibita, eſt validus quo ad partem liberam, ſi ſit capax Cenſus impoſiti.*

2 *Legitima filiorum nullo onere poteſt grauari.*

3 *Legitima filiorum ſemper cenſetur liquida.*

4 *Legitimam cenſetur elegiſſe filius ſuper re, in qua Cenſum impoſuit.*

5 *Cautelæ appoſitæ in inſtrumento ad fauorem emptoris, reſtringuntur ad intereſſe reale ipſius.*

DECISIO LXIV.

DOMINI omiſſa diſcuſſione nullitatum: Ex capite iniuſtitiæ reſoluerūt mandatum A.C. eſſe infirmandum, cum fuerit relaxatum pro recuperatione ſortis principalis Cenſus contra Conſtitutionem Pij Papæ V. ſuper Conſtitutione Cenſus, §. Pacta etiam. Non obſtat quod caſale ſuper quo fuit impoſitus dictus Cenſus pretendatur ſubiectum fideicōmiſſo q. Domini Iulij patris Domini Epiſcopi, & fratrum, qui impoſuerunt Cēſum:
1 nam † cum in eodem caſale remaneat tanta pars libera, quæ longè ſuperat valorem Cenſus, non fuit locus recuperationi ſortis principalis, prout ſæpius fuit reſolutum in Rota, & ſignanter *coram R. P. D. meo Penia, in alia Romana Cenſus de Cincys ſuper hoc eodem caſali impoſiti, 17. Aprilis, 1600.* Quod hic remaneat tanta pars libera patet, quia valor Cenſus eſt ſcutorum mille, caſale verò excedit valorem triginta millium, vnde hic poteſt ſuſtineri Cenſus reſpectu legitimæ portionis Domini Epiſcopi, & fratuum, qui Cenſum impoſuerunt, & omnes ſunt filij
2 primi gradus, vnde nullo † fideicommiſſo eſt ſubiecta, *l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſtam. l. cohæredi, §. cum filia, & ibi not. ff. de vulg. & pup. Aret. conſ. 19. num. 4. Corn. conſ. 133. num. 6. lib. 4.* Quod dici-
3 tur legitimam non eſſe liquidam † negatur, cum ſit medietas bonorū, *Auth. nouiſſima, C. de inoff. teſtam.* vnde patet quod erit media pars caſalis, quæ cenſe-
4 tur electa eo ipſo † quod ſuper caſale fuit impoſitus Cenſus, *Bal. in l. iubemus, ſub num. 3. verſ. item fallit in legitima, C. ad Trebell. Caſtr. in l. Marcellus, §. res quæ, in fine, eod. tit. Alex. conſ. 3. nu. 6. in fine, lib. 3.* cum alus per *Gabr. in tit. de legitim. concluſ. 4. num. 8.* allegatis.

Non obſtat notula æris alieni Domini Epiſcopi, cum non ſit de actis. Vltra quod non ſufficit probare æs alienum, niſi probetur quod abſorbet legitimam, & quod præcedat tempore hunc Cenſum ex ſupradictis.

Non obſtāt plures clauſulæ, & cautelæ in inſtrumento venditionis iſtius Cenſus appoſitæ ad fauo-
5 rem emptoris: quoniam † omnes reſtringūtur ad intereſſe reale eiuſdem emptoris, *Bal. in l. ex his prædys, nu. 4. C. de euict.* quem ſequitur *Alex. conſ. 63. verſ. & dato quod dari poſſit, lib. 5.* & fuit latè deductum in eadem *deciſ. Romana de Cincys,* ſupra allegata.

Illu-

Digitized by Google

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Romana fideicommiſſi de Iacobatiis, Veneris 12. Maij, 1606.

SVMMARIA.

1 *Cenſus impoſitus ſuper re communi, cenſetur impoſitus ſuper ea tantum parte, quæ eſt propria imponentis. Declar. dummodo pars illa ſit capax totius Cenſus, dicto num. 1.*

2 *Deciſio in terminis facit recidi à regulis generalibus.*

3 *Rei appellatione quando veniat tota in cõtractibus onoroſis alienata re communi.*

4 *Hæres adeundo cenſetur teſtatoris prohibitionem acceptare.*

5 *Intellige vt acceptatio cenſeatur facta, prout prohibitio iacet, & ſecundum eius naturam.*

DECISIO LXV.

DOMINI reſpectu Cenſuum non ex-
cedentium portionem Martij, & Tar-
quinij perſtiterunt in deciſis. de reli-
quis dixerũt particulariter vidẽdum.
1 Rota enim ſæpius tenuit Cẽſum † cen
ſeri impoſitum ſuper ea tantum parte rei, quæ li-
bera eſt, dummodo ſit capax, vt in *Peruſina fideicom-
miſſi de Almericis, 26. Februarij, 1586. coram Orano, &
in vna Romana Cenſus de Palutijs, 20. Nouembris,
1600. coram R.P.D. meo Sacrato*, præſertim ad effe-
ctum euitandæ caducitatis, vt fuit dictum in *dicta*
2 *Peruſina fideicommiſſi*, & propterea † non eſt labo-
randum ſuper regula generali, *l. qui Tabernas, ff. de
contr. empt.* cum habeamus Deciſiones in terminis.
3 Neque † eſt facienda vis in eo, quod pars aduerſa
dicit in contractibus onerofis venire totam rẽ com-
munem: nam vltra quod Doctores ex aduerſo alle-
gati conſiderant an pretium correſpondeat valori
totius rei, vel partis, quo ſtante nihil contra Deci-
ſionem, quę loquitur quatenus Cenſus medietatem
non excedant, loquuntur etiam quando agitur in-
ter emptorem, & venditorem inter quos valet ven-
ditio rei alienæ, *l. rem alienam, ff. de contr. empt.* hic
non agitur res inter emptores, & venditores Cen-
ſuum, quo caſu etiam ſufficere deberet emptoribus
quod tot fructus perciperẽtur ex medietate domus,
qui ſatis eſſent pro ſolutione cenſuum, ex traditis
in illa Romana Cenſus, de Palutijs. ſed agitur cum Do-
minis Iacobatiis prætendentibus caducitatem ex
impoſitione dictorum Cenſuũ pro qua vitanda prę-
ſumendum eſt quod Martius, & Tarquinius vſi fue-
rint iure ſuo tantum. Diſtinctio inter hypothecam
generalem, & ſpecialem non facit: quia vltra quod
Deciſiones ſupra allegatæ loquuntur de impoſitio-
ne Cenſus facta ſuper re particulari, & eam reſtrin-
gunt ad portionem de qua diſponere poterat im-
ponens, inter obligationem generalẽ, & ſpecialem
eadem eſt ratio: quia ſicut non eſt dicendum, quod
in obligatione generali veniat res obligari prohi-
bita ſub pęna caducitatis, ita nec etiam in ſpeciali
obligatione quod veniat per illa, quæ ſubiacet tali
prohibitioni, quando ſine ea obligatio poteſt ſuum
ſortiri effectum.

Non obſtat quod pars tangens Martium, & Tar-
quinium fuerit prohibita per teſtatorem alienari,
& quod adeundo hæreditatem cenſeantur ſe obli-
4 gare ad non alienãdum: † quia per aditionẽm cen-
5 ſetur acceptata dicta prohibitio, † prout ineſt, & ſe-
cundum ſuam naturam, *l. in tantum, ff. de procur.* latè
Neurz. conſ. 87. num. 14. & ſeq. & ſic tamquam pro-
hibitio nuda, aut ſaltem quæ remaneat in terminis
ſimplicis prohibitionis ſine aliqua pęna caducita-
tis, cum ſit reſtricta ad bona propria teſtatoris, nec
poſſit dici repetita circa portionem hæredum, tum
ex natura pœnæ, tum ex deductis in Deciſione.

R. P. D. Penia, Romana Cenſus, de Carauaſchinis, Lunæ 28. Iunij, 1610.

SVMMARIA.

1 *Cenſus impoſitio facta ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis, ſuſtinetur ſuper parte libera ſi ſit capax.*

2 *Solutio Cenſus non poteſt retardari, donec cognoſcitur an ſit bene conſtitutus.*

DECISIO LXVI.

VTRAQVE parte informante hæc cau-
ſa fuit propoſita ſuper dubio, an eſſet
locus exceptioni fideicommiſſi ſuper
Palatio de quo agebatur, & pro qua
portione ad effectum, vt agentes per
Don Lucam de Luna poſſent, vel non poſſent con-
ſequi creditum Cẽſus duorum millium ducatorum
auri in auro, ſortis principalis impoſiti, de anno
1588. ſuper domibus exiſtentibus prope Eccleſiam
Sancti Iacobi Incurabilium in Vrbe in via del Corſo.

Et Primò, non reuocabatur in dubium fideicom-
miſſum q. Ioannis Carauaſchini patrui Clementis,
nec quod idem Ioannes reliquerat duas domuncu-
las nunc incluſas, ſiue in Palatio incorporatas, nec
quod Clemens Ioannis fratris filius, qui impoſuerat
Cenſum de quo agebatur, cęperat ædificare Pala-
tium, & in illo fecerat multas impenſas. Similiter
non dubitabatur Clementem non perfeciſſe pala-
tium, ſed eius filios poſt eiuſdem obitũ aliquid am-
plius fabricæ addidiſſe. Atque ex his inferebatur
palatium fuiſſe constructum ex bonis triplicis ge-
neris, videlicet, ex bonis Ioannis fideicommitten-
tis, & Clementis debitoris Cenſus, & filiorum Cle-
mentis.

Super parte ſubiecta fideicommiſſo Ioannis, &
pariter ſuper parte à filiis Clementis ædificata im-
poſitio Cenſus ceſſabat, ſed non ceſſabat ſuper par-
1 te ſpectante ad Clementem, † quæ ſi erat capax to-
tius Cẽſus totus ſuſtinebatur ſuper ea, vel ſuper par-
te Cẽſus capace, & propterea Rota concluſit, quod
detracto valore duarum domuncularum, & fabrica
facta per filios Clementis, reliquum erat ſubiectum
2 Cenſui, ſed † interim ſolutionem fructuum Cenſus
non fuiſſe retardandam, iuxta Deciſiones in hac
cauſa factas.

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Romana fideicommiſſi, de Iacobatiis, Sabbati 26. Nouembris, 1605.

SVMMARIA.

1 *Cenſus cenſetur impoſitus ſuper parte rei libera, non ſuper parte grauata fideicommiſſo.*
2 *Diſponens de re communi, cenſetur de ſua tantum portione diſponere.*
3 *Alienans rem, cenſetur ius quod in ea habet alienare.*
4 *Ampliat, etiam quod ſit deſignata per confines conuenientes toti rei.*
5 *Deciſ. Caputaq. 17. parte 1. Intellectus.*
6 *Prohibitio teſtatoris reſpectu rei hæredis, cenſetur nuda ab omni cauſa tam expreſſa, quam tacita.*
7 *Teſtator præſumitur bona propria non hæredis, vel aliorum grauare.*
8 *Repetitio non admittitur in oratione, & diſpoſitione diuerſa.*
9 *Nec quando concurrit diuerſitas rerum.*
10 *Nec quando agitur de pœna.*
Nec quando plus operaretur in caſu ad quem fit repetitio, quam in caſu in quo facta eſt expreſſio, numero 13.
11 *Caducitas eſt pœna.*
12 *Priuatio iuris, eſt pœna.*

DECISIO LXVII.

CIRCVMSCRIPTIS alienationibus factis viuente Hortenſia, Dubitaui an propter alienationes factas poſt eius mortem eſſet factus locus fideicōmiſſo ad fauorem Dominorum de Iacobatiis, & Domini negatiuè reſoluerunt, potiſſimum fundamentum reſolutionis fuit.

Quia cum domus ſuper qua fuerunt impoſiti, & hypothecati reſpectiuè Cenſus, qui pro alienatione allegantur pro medietate ſpectaſſet ad Martium, &
1 Tarquinium venditores cenſuum † ſuper ea cenſentur impoſuiſſe Cenſus, nō ſuper alia medietate, quæ erat teſtatoris, & quam fideicommiſſo ſubiecerat, vt in his terminis tenuit *Rota in vna Peruſina fideicommiſſi de Almericis, 26. Februarij, 1586. coram Orano.* & facit regula, quod † diſponēs de re communi,
2 cenſetur tantum de ſua portione diſponere, *l. qui tabernas, ff. de contr. empt. c. paſtoralis, de donat, Bal. in l. 1. num. 2.* & ibi etiam *Paul. de Caſtro, nu. 4. C. qui teſtam. facere poſſ. Alex. in l. ſi domus, §. fin. num. 2. & ſeq. ff. de leg. 1.* Et † alienare tantum ius, quod habet, *l. quod*
3 *in rerum, §. ſi vſumfructum, & l. ſi Titio, & Mæuio, in princ. & ibi not. ff. de leg. 2. l. vxor patroni, C. de legat.*
4 Quod † habet locum licet Cenſus ſint impoſiti ſuper domo deſignata cum ſuis cōfinibus, quia adhuc cenſentur poſiti ſuper dicta portione tantum, *Bal. & Paul. de Caſtro, vbi ſupra, Alex. conſ. 54. lib. 3. Rube. conſ. 95. ſub nu. 11.* Et hæc tantò magis procedunt ad effectum euitādi caducitatem, vt dictum fuit in dicta Peruſina fideicommiſſi. Non obſtat † *Deciſ. Ca-*
5 *putaq. 17. p. 1.* quod per impoſitionem Cenſus tota domus ſubiicitur hypothecæ, quia id procedit quando tota domus eſt in dominio venditoris Cenſus.

Non obſtat quod domus tota ſit prohibita per
6 teſtatorem alienari, quia † reſpectu portionis hæredum non erat ſeruanda prohibitio vti nuda ab omni cauſa tam expreſſa, quam tacita, *l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de leg. 1. l. pater filium, §. Iulius Agrippa. & l. Lucius, ff. de leg. 3.* Nec poteſt veſtiri à præcedenti fideicommiſſo, quia illud fuit factum ſuper bonis ip-
7 ſius teſtatoris, non autem hæredis; tū quia † ſic præſumitur *Bar, per illum tex. in l. cum in teſtamento, ff. de auro, & arg. legato, latè Pereg. de Fideic. art. 2. nu. 44.*; tum quia verba ipſius Teſtatoris ſunt clara, & vbi prohibitio alienationis afficeret etiā portionē domus ad hæredes ſpectantem, iſta tamen prohibitio non eſt illa, quæ cauſat caducitatem & parit fideicōmiſſum, ſed prohibitio generalis præcedens, quæ capit bona ipſius teſtatoris tantū, vt ſunt verba expreſſa, Non poſſint bona hæreditaria vendere, prout etiam in dictis bonis teſtatoris alienatis fuit iniunctum fideicommiſſum, dum ſubiūgit teſtator. & ſi ipſi, &c. voluit, iuſſit, & mandauit, quod in bonis, & hæreditate ipſius teſtatoris ſuccedant, &c.

Nec poteſt dici repetitum fideicommiſſum in caſu alienationis ſupradictæ portionis: plura enim obſtant, & prohibent repetitionem.

8 Primò, quia † ſumus in oratione, & diſpoſitione diuerſa, quo caſu repetitio non ſolet admitti, *Bar. in l. Seia, §. Caio, ſub nu. 2. verſ. ſecundo caſu, ff. de fundo inſtr. Paul. de Caſtro, conſ. 11. num. 3. volum. 2. Alex. conſ. 227. num. 9. vol. 6. Soc. conſ. 64. num. 2. lib. 3. Pariſ. conſ. 38. num. 21. & ſeq. lib. 2.*

9 Secundò, † quia concurrit diuerſitas rerum, prout dixi, cum prohibitio prima ſit circa bona teſtatoris: hæc circa rem hæredis, & propter diuerſitatē rerum ceſſat repetitio, *Bart. in l. in repetendis, ff. de leg. 3. Soc. d. conſ. 64. num. 3. Ruin. conſ. 64. ſub num. 1. verſ. mouet Paul. lib. 2.*

10 Tertiò, non eſt locus repetitioni, † quando agitur de pena, *Bal. conſ. 421. num. 6. lib. 3. Dec. conſ. 90. poſt num. 3. verſic. nec dici poteſt, Alciat. conſ. 8. ſub num. 31. lib. 9* cum aliis adductis *in cauſa Bononienſi de Pannolinis, 4. Februarij, 1602. coram R. P. D. Sacrato;* agitur
11 autem hic de caducitate, † quæ pena eſt, *Corbol.* de communi *de cauſ. Priuat. ob non ſolut. canon. ampliat.*
12 *45. num. 18.* & de priuatione iuris, quæ † pariter eſt pœna, *Barbat. conſ. 14. in princ. lib. 1. Dec. in Auth. qui rem, num. 3. C. de ſacroſ. eccleſ.* fuit dictum in terminis noſtris in illa Bononienſi de Pannolinis.

13 Quartò, non † fit repetitio propter diſſormitatē, & quādo plus operaretur in caſu ad quem fit repetitio, quam in caſu in quo facta eſt expreſſio, *Aret. conſ. 121. in 1. col. Soc. conſ. 128. num. 252. lib. 1.* hic autem eſt diſſormitas tam in prohibitione, quam in fideicommiſſo: quia prima prohibitio, & fideicommiſſum, ſunt circa bona teſtatoris; hic autem prohibitio eſt circa rem propriam hæredis, & fideicommiſſum ſi eſſet repetitum, eſſet pariter in re propria hæredis, & nemini dubiū eſt eſſe quid maius iniungere fideicommiſſum rei hæredis, quam rei teſtatoris, & bene probatur in *l. vnum ex familia, §. ſi rem tuam, ff. de leg. 2.* &c.

Reue-

Reuerendiſſimo D. Sacrato, Romana Cenſus, Lunæ 10. Iunij, 1613.

SVMMARIA.

1 *Saluianum competit vbi adeſt creditum cum hypotheca, & poſſeſſio debitoris.*
2 *Creditor iuſtificatur ex instrumento.*
3 *Ceſſionarius repræſentat perſonam cedentis, & illius iuribus vtitur.*
4 *Fideiuſſor qui diu ſtetit in obligatione, poteſt petere eximitionem.*
5 *Creditor immiſſus ex Salniano, non poteſt negare poſſeſſionem debitoris.*
6 *Cenſus impoſitus ſuper re ſubiecta fideicommiſſo, ſuſtinetur ratione legitimæ debitæ imponenti.*
7 *Legitima cenſetur electa in re, ſuper qua fuit impoſitus Cenſus.*
8 *Cenſus non præſumitur excedere portionem imponentis.*
9 *Exceptio requirens altiorem indaginem, non admittitus in Salniano.*

DECISIO LXVIII.

PRo informante fuit tentũ dandam
eſſe, ſcilicet, immiſſionem ex Saluiano Interdicto Domino Abbati Cardello etenim conſtat de illius credito cum hypotheca, & de poſſeſſione eorum qui ſe obligarunt ad fauo-
1 rem D. Cardelli, quibus † duobus concurrentibus
competit Saluianum, *Bar. in l. 1. num. 2. ff. de Salu. Interd. Caſtr. in l. rem alienam, num. 11. ff. de pignor. act. Rol. conſ. 14. num. 13. lib. 1. Put. deciſ. 207. num. 2. lib. 1. Rota in cauſa Æſina Saluiani Interdicti Iun. 1605.*
2 *coram me.* Creditum iuſtificatur † ex instrumento
impoſitionis Cenſus factæ per Dominos de Cuppis vſque de anno 1554. cum acceſſione q. Ioan. Petri Cardelli, & promiſſione cum hypotheca bonorum de releuado indemnem d. Cardellum facta per Dominos de Cuppis iunctis pluribus ſolutionibus fructuum dicti Cenſus factis tam per d. q. Io. Petrum, quam Dominum Abbatem eius filium, & heredem, cũ reportatione ceſſionis iurium à cenſuariis ex quibus reſultat creditum Domini Abbatis ex triplici capite. Primò, ex releuatione indemnitatis ſibi, ſiue Io. Petro eius auctori promiſſa, ex quo tamquã fideiuſſor plures pecuniarum ſummas ſoluere fuit coa-
3 ctus. Secundò, quia † tamquam ceſſionarius cenſua-
riorum, quibus ſoluit, repræſentat illorum perſonas & iure ceſſo poteſt agere contra res cenſui ſuppoſitas, iuxta not. per *Bal. in l. 1. num. 5. Aret. nu. 20. Dec. in fine, ff. ſi cert. pet.* idem *Bal. conſ. 63. in princ. libro 2. Ruin. conſ. 20. num. 16. lib. 1. Boer. deciſ. 10. nu. 2.* Tertiò, quia tamquam fideiuſſor, qui diu ſtetit in obli-
4 gatione † poteſt petere liberationem tam ex *Statu-*
to Vrbis, lib. 1. cap. 157. quam ex diſpoſitione iuris communis, de quo in *l. Lucius Titius, §. fin. vbi Gloſ. & Scribentes, ff. mand. Bal. in l. ſi pro ea, num. 4. in fine, C. eod. Afflict. deciſ. 241. num. 3. Guid. Pap. deciſ. 117. in princ.* prout egit, & iam ſuper hoc obtinuit duas ſententias conformes, quæ ex *Statuto Vrbis, lib. 1. cap. 80.* faciunt rem iudicatam.
Poſſeſſio Dominorum de Cuppis in Palatio Agonis eſt notoria, & probatur ex aliis inſtrumentis in facto relatis, & ſignanter ex eo quod Vrſini modo poſſeſſores fuerunt tamquam creditores eorumdem
5 de Cuppis ex eodẽ remedio Saluiani immiſſi, † vn-
de non poſſunt negare poſſeſſionem prædictorum de Cuppis, iuxta tradita per *Alex. conſ. 133. num. 13. lib. 1. Gozad. conſ. 3. num. 19. Crau. conſ. 188. num. 5.*

Non obſtat quod Palatium ſit ſubiectum fideicommiſſo q. Cardinalis de Trano, quia ſuſtinetur
6 † ratione legitimæ illorum qui impoſuerunt Cẽſum,
in qua legitima minimè potuerunt grauari, *l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſtam.* & Palatium cen-
7 ſetur † electum in legitimam eo ipſo, quod prædi-
cti de Cuppis deuenerũt ad illius alienationem, *Bal. in l. iubemus, nu. 3. C. ad Trebell. Aret. conſ. 18. num. 5. Pariſ. conſ. 44. nu. 46. lib. 2. Guid. Pap. deciſ. 606. in princ. Ceph. conſ. 189. num. 19. Gabr. in tit. de Legitim. concl. 4.*
8 *num. 9.* impoſitio † enim dicti Cenſus alienati non
præſumitur excedere legitimam, vt fuit dictum coram me *in vna Romana reſtitutionis dotis, 17. Martij, 1600.*

9 Et in omnem euentum † iſta exceptio tamquam
requirens altiorem indaginem non admittitur in Saluiano, *l. fin. C. quor. bonor. Ripa, in Rubr. ff. de pignor. num. 15. prope fin.* cum aliis per *Menoch. de adip. poſſeſſ. remed. 3. num. 180. Rota in cauſa Romana Saluiani Interdicti, 3. Martij, 1600. coram b. m. Penia.*

Reuerendiſſimo D. Sacrato, Romana Legatorum de Columna, Lunæ 27. Ianuarij, 1614.

SVMMARIA.

1 *Saluianum competit ſuper mobilibus, pecuniis, & nominibus debitorum, & num. 3.*
2 *Amplia vt competat etiam Legatariis.*
Præſtita tamen cautione de reſtituendo in caſu quo hæreditas non eſſet ſoluendo, d. num. 1. & num. 18.
4 *Hæredi datur retentio pro ſuis creditis claris, & liquidis, ſecus ſi ſint dubia.*
5 *In Saluiano non admittitur exceptio requirens altiorem indaginem.*
6 *Inuentarium plenè probat contra conficientem.*
7 *Retinere licet pro modico credito rem magni valoris donec ſibi ſatisfiat, vel offeratur creditum.*
8 *Intellige ſi poſſideatur res indiuiſibilis.*
9 *Secus ſi petatur immiſſio ſuper rebus diuiſibilibus.*
10 *Retentio ſine cauſa non conceditur.*
11 *In Saluiano non admittitur exceptio fideicommiſſi.*
12 *Limit. quando fideicommiſſum incontinenti probatur.*
13 *Dummodo probetur non ſolum fideicommiſſi exiſtentia, ſed etiam quod abſorbeat omnia bona, & num. 15.*
14 *Exceptio quæ redditur dubia ex replicatione actoris, non dicitur requirere altiorem indaginem.*
15 *Limit. niſi ſit de intentione ipſius Rei.*
16 *Cenſus impoſitus ſuper re ſubiecta fideicommiſſo, ſuſtinetur in parte libera, ſi ſit capax illius.*
17 *Fideicommiſſum an abſorbeat omnia bona non dicitur probatum, niſi probetur identitas bonorum, & quod ſint detractæ portiones, quæ veniunt detrahendæ.*

D E-

fuit Dominis in propoſito caſu nõ adeſſe ſufficientem probationem; nam ſi ex deductis pro parte Domini Comeſtabilis apparet adeſſe multa fideicommiſſa in domo de Columna, & notoria ſit eius deſcendentia à fideicommittentibus, ſiue à vocatis;
13 attamen † remanet adhuc illiquidum, an fideicommiſſa abſorbeant omnia bona relicta per Marcum Antonium IV., ita vt non remaneant tot de bonis liberis ſuper quibus poſſint ſuſtineri montes. Inſpectio enim pendet ab eo, an nonnulla corpora fuerint in bonis fideicommittentium, & ſignanter Caſtra Marini, & Roccæ Papæ, quæ fuerunt acquiſita per Marcum Antonium cui ab Aſcanio q. Cardinale Columna, & ſunt magni valoris. Item an ex corporibus; quæ non dubitatur fuiſſe in bonis fideicommittentium ſint detrahendæ portiones legitimæ, & Trebellianicæ, vel potius fuerint aliàs detractæ. Nec dicatur, quod iſtæ ſint replicationes ex
14 parte actoris, quæ † non faciunt vt exceptio dicatur requirere altiorem indaginem, iuxta not. per *Afflict. deciſ. 63. Pat. deciſ. 243. lib. 3. Rota in cauſa Romana, ſeu Amerina domus. 25. Octobris, 1577. coram Cantuccio*, relata inter impreſſas *deciſ. 57. num. 4. & 6. par. 2. & in Romana de Marcſcottis, 20. Nouembris, 1613. coram me*. Quia ſunt de intentione Dñi, cui
15 † non ſufficit ſimpliciter oſtendere fideicommiſſa, ſed debet illa oſtendere talia, quæ abſorbeant omnia bona, quia aliàs in parte libera ſuſtinetur impo-
16 ſitio grauaminis. prout † in ſimili de Cenſu impoſito ſuper re ſubiecta fideicommiſſo, quod ſuſtineatur in parte libera, fuit deciſum *in cauſa Romana Cenſus de Cincys, 17. Aprilis, 1600. coram b. m. Penia, in cauſa Romana Cenſus de Palutys, 2. Nouembris eiuſdem anni coram me*. & in his terminis tenuit *Rota in cauſa Romana Saluiani Interdicti, 18. May, 1598. coram Orano*, talia igitur non ſunt fideicommiſſa, nempè
17 abſorbentia omnia bona, † niſi probetur identitas omnium bonorum, & quod iam ſint detractæ portiones, quia aliàs in parte libera à fideicommiſſo potuit imponi onus montium.

Alia denique ſunt debita, quæ non ſunt ſoluta à Domino Comeſtabili, nec illi debentur, ſed præten-
18 duntur per extraneos cum hæreditate; & † per hæc fuit dictum non poſſe retardari immiſſionem, ſed ſufficere cautionem præſtandam per Legatarios, iuxta not. *in d. l. fin. vbi bene Caſtr. num. 4. C. de petit. hared. Rota, in d. deciſ. 674. lib. 3. parte 3. diuerſ. impreſſ.*

R. P. D. Orano, Romana Saluiani Interdicti, Lunæ 18. Maij, 1598.

SVMMARIA.

1 *Cenſus impoſitio ſuper re ſubiecta fideicommiſſo, valet quantum capit legitima, & Trebellianica imponentis.*
2 *Exceptio requirens altiorem indaginem, non admittitur in poſſeſſorio.*
3 *Teſtis familiaris inducentis, eſt valdè ſuſpectus.*
4 *Exceptio nullitatis ceſſionis, non admittitur in Saluiano.*

DECISIO LXX.

Aelias q. Artemiſia Columna vti procuratrix q. Hieronymi Frangipani eius viri, impoſuit vnum annuum, & perpetuum Cẽſum ſcutorum quadraginta ſuper domo eius viri, ſita prope montem Quirinalem ad fauorem q. Pauli Lunago, quem cum hic ceſſiſſet ad fauorem Ioannis Franciſci de Apiano, & ſucceſſiuè iſte q. Franciſco Manerio patri Marci, & Cæſaris, in mora illum ſoluendi conſtitutis heredibus Frangipani, actum fuit coram A.C. remedio vtilis Saluiani Interdicti, & in eo probatis incumbentibus, lata fuit ſentẽtia ad fauorem illorũ de Mareriis à qua, quia ſtãte Ægidiana, non dabatur appellatio, nihilominus cauſa fuit mihi commiſſa, cũ clauſula. quatenus ſit locus Ægidianę exequatur, quo factum eſt, vt quæſitum fuerit an locus factus eſſet executioni. & per Dominos reſponſum fuit affirmatiuè. Ex facti enim prænarrata ſerie conſtabat de iuſtitia ſententiæ, quia de valida impoſitione Cenſus non dubitabatur, vt nec etiam quod tempore impoſitionis Hieronymus domum poſſideret, & hodie Domini de Palumbaria illam poſſident; quare difficultas verſabatur circa appoſitas exceptiones. Quarum prima fuit, quoniam per Iacobum de Frangipanis fuerat ſubiecta fideicommiſſo, Ad quod fuit reſponſum, teſtes non probare domum fuiſſe poſſeſſam à fideicõmittente, & nihilominus, quatenus de illa conſtaret non
1 releuaret; † tum quia filij potuerunt detrahere legitimam & Trebellianicam, quæ ſuperãt cenſum ſcutorum quadraginta; tum etiam quia exceptio fun-
2 data ſuper fideicommiſſo, † cum requirat altiorem indaginem, non admittitur in hoc iudicio poſſeſſorio, vt poſt alios de communi teſtatur *Franc. Sarmient. de redit. Eccleſiaſt. par. 3. cap. 2. num. 33.* & tenuit *Rota in vna Romana Cenſus, 22. Decembris, 1596. & in alia Ceſenatenſi bonorum, 28. Iunij, ſequent. coram R. P. D. meo Seraphino.*

Altera exceptio fundata in melioramentis fuit etiam reiecta, propterea quod vnus teſtis tantum
3 nulliter examinatus, & † valdè ſuſpectus, cum ſit familiaris Domini Camilli, de illis deponit,

Nullitas verò allegata ceſſionis non fuit admiſ-
4 ſa, quia † nõ retardat in hoc iudicio illius executionem, præſertim cum à prima ceſſione Cenſus vſque ad litem motam excurrerint plus quàm quadraginta anni.

R. P. D. Vbaldo, Romana retractus domus, Lunæ 15. Decembris, 1614.

SVMMARIA.

1 *Denunciatio venditionis rei cenſitæ quæ vigore Bullæ Pij V. eſt facienda Domino Cenſus, debet fieri cum omnibus conditionibus, quibus res vendi debet.*
2 *Prælatio conceſſa per Bullam Pij V. Domino Cenſus, debet acceptari cum ſua cauſa.*
3 *Emphyteuta volens vendere melioramenta ſuper re emphyteutica facta, tenetur denunciare domino directo, & illum alijs præferre, pro pretio quod ab alio recipere poteſt.*

4 Bulla

4 *Bulla Pij V. ſuper Cenſibus, recipit interpretationem paſſiuam à iure communi.*
5 *Bulla prædicta Pij V. eſt exorbitans, & correctoria.*
6 *Reo ſufficit ſi vincat ob non ius actoris.*
7 *Non debet quis duplici onere, & incommodo grauari.*
8 *Res ſua nemini poteſt ſeruire.*
9 *Cenſus impoſitus ſuper pluribus prædijs, cenſetur ſuper ſingulis inſolidum conſtitutus.*
10 *Dominus prædij dominantis ſi efficiatur dominus fundi ſeruientis, non amittit ſeruitutem, ſi remaneat pars prædij, quæ ſeruire poſſit.*
11 *Cenſus eſt ſpecies ſeruitutis.*
12 *Cenſus non extinguitur ſi dominus Cenſus efficiatur dominus partis fundi cenſuati, ſi alia pars ſit capax ad ſupportandum Cenſum.*
13 *Cenſus poteſt imponi ſuper bonis ſubiectis fideicommiſſo, quando imponens poteſt detrahere legitimam, & Trebellianicam.*

DECISIO LXXI.

PLACVIT Dominis deciſio in hac cauſa facta die 10. Martij præteriti, ex rationibus in ea adductis, ſed potiſſimum quia prælatio per Bullam *fel. recor. Pij V. de Cenſib.* creãdis cõceditur cenſuario cum eiſdem conditionibus quibus res cenſuata vendẽda eſt, vt ſunt clara verba Bullæ ibi,
1 cui. † denunciari conditiones, quibus vendendum ſit; quod etiam præcipuè controuertebatur per informantes pro Domino Rinaldo, & ideo prælatio
2 erat acceptãda † cum ſua cauſa, vt in terminis Bullæ iuris congrui dixit *Rota deciſ. 475. num. 8. par. 1. diuerſ.* & confirmabant Domini ex ſimili diſpoſitio-
3 ne, *l. fin. §. 1. C. de iure emphyteut.* vbi † emphyteuta volens alienare melioramenta, debet domino directo prædicere pretium, quod ab alio re vera accipi poteſt, & expectare per duos menſes & pro eodem pretio aliis præferre, & ſimilis eſt tex. *in c. potuit, in princ. de locat,* & plura cumulat *Corbol. de cauſ. priuat.*
4 *ab alienat. quæſt. 2. num. 2,* & ſic † illa conſtitutio rei fuit paſſiuam interpretationem à iure cõmuni, iuxta uot. in *l. ſciendum, ff. qui ſatiſd. cogan.* cum aliis per
5 *Rot. d. deciſ. 475. num. 9.,* præſertim cum † ſit exorbitans, & correctoria, ideo interpretanda vt minus lædat ius commune, quam fieri poſſit vt firmatur in ſupradicta Deciſione huius cauſæ, & *in d. deciſ. 475. num. 6.*

Nec obſtat quod non fuerit ſeruata forma dictæ Conſtitutionis ob omiſſas denunciationes, & propterea venditio non fuerit perfecta & latè allegatis per informantes pro Domino Rinaldo. Quia quidquid ſit de hoc Domini ſatis eſſe putabant, quod Rinaldus non poterat obtinere prælationem, niſi eiſdem conditionibus, quibus emerant Domini
6 de Caſtellanis, † quibus ſufficit vincere ex non iure Rinaldi actoris. *Veral. deciſ. 11. par. 1. Cardin. Seraph.*
7 *deciſ. 871. num. 5.,* & † in omnem caſum non videtur afficiendi dupliei incommodo, videlicet, retrouendendi domum cenſuario, & excomputãdi pretium domus cum pretio Cenſus, vel agendi contra venditorem pro cõſequutione pretij iam ab ipſis ſoluti, maximè cum Bulla in hac parte ſit exorbitans, & intelligenda vt prælatio fiat abſque vllo præiudicio tam ementis, quam vendentis, vt latè fuit deductum in Deciſione.

Neque etiam obſtat quod prælatio nõ poſſit da-
8 ri cenſuario ſine reſolutione Cẽſus ex regula; † quod res ſua nemini ſeruit, *l. Vranius, ff. de fideiuſſ.* & conſequenter conſtitutio, quæ tribuit cenſuario prælationem in emptione rei cenſuatæ cenſeatur concedere compenſationem pretij. Quia placuit reſponſio data in Deciſione, quod Cenſus de quo agitur fuit impoſitus inſolidum, etiam ſuper aliis bonis,
9 præter domum venditam, & † ideo Cenſus ſuſtinetur ſuper dictis bonis vt in deciſionibus allegatis, &
10 confirmabatur à ſimili de ſeruitute, quæ † non extinguitur, quamuis dominus fundi ſeruientis efficiatur etiam dominus fundi dominantis ſi remanet pars fundi, quæ ſeruire poſſit, *l. vt pomum, §. 1. vbi Bart. & Caſtr. ff. de ſeruit. Doctor. in l. pro parte, eod. tit. & in l. ſi communi fundo, & in l. vnus ex ſocijs. §. 1. ff. de ſeruit. Ruſtic. præd. Cæpolla. de ſeruit. vrban. præd.*
11 *cap. 12. num. 1. & 2.* ita nec Cenſus, (qui † eſt ſpecies ſeruitutis, *cap. 2.* vbi *Abb. num. 3. de Cenſib. Dec.*
12 *conſ. 307. num. 8*) extingui debet † per emptionem rei cenſuatæ exiſtentibus aliis bonis, ſuper quibus ſuſtineri poteſt, quod etiam in terminis Cenſus ſequuta eſt *Rota in vna Romana Cenſus de Comitibus, 29. Aprilis, 1592. coram b. m. Penia;* per tex. in *d. l. vt pomum, §. 1. & Bart. in d. l. pro parte, ff. de ſeruit.*

Neque obſtare viſum fuit, quod dicta bona ſint ſubiecta fideicommiſſo, & proinde ſuper illis non poſſit Cenſus ſuſtineri; quia præter id quod de dicto fideicommiſſo non conſtat per ſententiam, vel per rem iudicatam, dicebatur etiam quod iſta bona ſuper quibus fuit impoſitus Cenſus ſunt magni valoris, & poterant grauatis competere detractiones Le-
13 gitimæ, & Trebellianicæ, † & ſic remanere plura bona libera, capacia Cenſus, non obſtãte fideicõmiſſo. Ex quibus Domini permanſerunt in deciſis.

R. P. D. Orano, Romana Cenſus, Lunæ 3. Iulij, 1589.

SVMMARIA.

1 *Cenſus impoſitus ſuper feudo mixto, non præiudicat comprahenſis in inueſtitura.*
2 *Feudum illud dicitur mixtum quod eſt hæreditarium, & ex pacto, & prouidentia.*
3 *Factum defuncti non nocet hæredibus cum beneficio inuentarij, quo ad feudum mixtum.*
4 *Princeps non præſumitur velle præiudicare iuribus tertij.*
5 *Clauſula motu proprio, & ex certa ſcientia in reſcripto principis, non operantur in tertij præiudicium.*
6 *Maximè quando nulla præceſſit cauſæ cognitio.*
7 *Impenſæ pro redemptione feudi, debent fieri ex ipſo feudo.*
8 *Inuentarium hæredis non rite factum, perinde eſt ac ſi factum non fuiſſet.*
9 *Cenſus impoſitus ſuper fundo idoneo, & ſuper non idoneo, ſuſtinetur ſuper idoneo.*
10 *Quaſi poſſeſſio transfert onus probandi contrarium in aduerſarium.*

11 *Bona*

11 *Bona in dubio præſumuntur allodialia, non feudalia.*
12 *Etiam ſi ſint intra fines feudi.*
13 *Licet aliqui, & malè, contrarium teneant.*

DECISIO LXXII.

DOMINI firmarunt regulam pro Illu-
ſtriſſimo Domino Iulio Cæſare Co-
lumna, quod per q. Dominum Iulium
1 de Ruere † Cenſum venditum ſuper
Caſtro Baſſanelli tenutis Cerqueti, &
Palazzoli reuocare poſſet ex quo impoſitus fuit ſu-
2 per feudo mixto, † nempè hæreditario, & ex pacto,
3 & prouidentia, in quo factum defuncti non † nocet
ſucceſſoribus adeuntibus cum beneficio legis, &
inuentarij, vt Illuſtriſſima Domini Iulij Mater hoc
feudum adiuit; *l. fin. §. in computatione* cum ibi not.
*C. de iure delib. Andr. de Iſern. in c. 1. ad fin. Qui ſucceſ.
tenc. & in c. 1. An agnat. vel filij defunc. & ibi Affl.
num. 9. Bar. in l. 2. in fine, C. de inoffic. donat. Alex. conſ.
28. num. 18. lib. 5. Iaſ. conſ. 56. lib. 3. Soc. iun. conſ. 112.
num. 13. lib. 2. & conſ. 42. num. 3. lib. 3. Clar. in §. feu-
dum, quæſt. 42. num. 14. & quæſt. 43.*

Nec repugnat quod vigore licentiæ motu pro-
prio à Paulo IV. cõceſſæ potuit Dominus Iulius di-
ctum feudum alienare, & ſuper eo Cenſum impone-
re. *Brun. conſ. 1. num. 3. lib. 1. Pariſ. conſ. 16. num. 25.
& ſeq. lib. 1. Dec. conſ. 191. num. 3. conſ. 511. num. 8.*
Quia cum non fuerit ſuper huiuſmodi licentia ex-
preſſa qualitas feudi, quod ſcilicet, fuerit conceſſum
pro ſucceſſoribus, neque derogatum regulæ de non
tollendo iure quæſito, poteſt dari de defectu inten-
4 tionis, cum † in dubio Princeps nõ præſumatur vel-
le derogare iuribus tertij; & illi præiudicare ſaltem
de illo nulla facta mentione. *Alex. conſ. 15. num. 14.
5 lib. 5.* Siquidem † Clauſulæ motu proprio & ex cer-
ta ſcientia in reſcripto Principis nihil operantur in
præiudicium tertij, *Gabr. de Clauſul. concluſ. 1. num. 4.*
6 Maximè † quando nulla interuenit cauſæ cognitio,
*Rota, deciſ. 2. de confirmat. vtil. vel inut. in non. Gabr.
d. concluſ. 1. num. 52.*

Non obſtat quod impoſitio Cenſus ſit facta pro
7 redemptione ipſius feudi, quo caſu impẽſæ † in cau-
ſa redemptionis debent ſolui de ipſo feudo. *Andr.
de Iſern. d. c. 1. An agnat. vel filij defunc.* Quia fuit
reſponſum, quod cum feudum non poſſit alienari,
redemptio nihil potuit operari.

Minuſq. vrget quod ſtante, quod feudum ſit hæ-
reditarium debuit Domina Helena Mater Domini
Iulij Cæſaris adire illud cum beneficio legis, & in-
8 uentarij, quod licet factum reperiatur, tamen † cum
ritè ſeruatis ſeruandis factum non fuerit, perinde
eſt ac ſi fuiſſet neglectum, *l. quoties, ff. qui ſatiſd. cog.*
Quia fuit reſponſum, quod de contrario ex facie ip-
ſius inuentarij decreto Iudicis confecti apparet. ſu-
per quo tamen placuit Paulũ particulariter audiri.
9 Quoniam † verò Cenſus allegabatur impoſitus
nedum ſuper dicto caſtro Baſſanelli, verum etiam
ſuper caſtro Campagnani, & omnibus aliis bonis,
fuit dictum quod ſuper his Cenſus ſuſtineri poteſt,
niſi Illuſtriſſimus Dominus Iulius Cæſar probet di-
cta bona eſſe feudalia, quia cum Dominus Paulus
10 † ſit in quaſi poſſeſſione exigendi dictum Cenſum,
tenetur Dominus Iulius cõcludenter probare, quod
dicta bona eſſent feudalia, & quod ſuper eis Cenſus
11 imponi non potuit. Quia bona in † dubio præſu-
muntur allodialia, & non feudalia, *cap. 1. & ibi Gloſ.
1. de controuer. int. maſcul. & femin. vbi Doctor. Bal. in
c. 2. ſi de feud. fuer. controuer. inter Domin. & agnat.
Canoniſta in c. nimis, vbi Inn. de iure iur. Alex. conſ. 179.
num. 1. lib. 1. Afflict. deciſ. 267. num. 4.* Quod proce-
dit etiam ſi inueſtitura ſit generalis cum pratis, ter-
12 ris, &c. & † bona ſint intra fines feudi, quia non ex
hoc ſequitur quod bona in particulari ſint feuda-
lia, vt per *Brun. conſ. 1. num. 2. & 3.* quem ſequuntur
*Natta, conſ. 514. nu. 29. cũ ſeq. & conſ. 520. nu. 5. Aim.
conſ. 54. nu. 4. & conſ. 253. nu. 7. Rol. conſ. 82. nu. 11.* vbi
de communi, *& nu. 14. lib. 2. & conſ. 98. nu. 16. & 25.
lib. 3. Decian. conſ. 33. num. 53. lib. 1.* Neque enim vera
13 eſt eorũ opinio, † qui tenent quod quidquid eſt in-
tra fines feudi feudale ſit, vt per *Afflict. in c. 1. num.
12. & ſeq. de controuer. inter maſcul. & femin. & de-
ciſ. 207. Bellon. conſ. 10. num. 11. Clar. in §. feudum, q. 18.*
& fuit reſolutum *coram Bubalo in vna Aſtenſi feudi,
27. Aprilis, 1584.*

R. P. D. Litta, Romana, ſeu Amelphitana Saluiani Interdicti, Lunæ 1. Iulij, 1602.

SVMMARIA.

1 *Bona emphyteutica quando ſunt expreſſè alienari pro-
hibita, non ſubijciuntur hypothecæ pro ſolutione Cen-
ſus ſuper illis impoſiti.*

DECISIO LXXIII.

CVPIENTE Reuerendiſſimo Archi-
epiſcopo Amelphitano ſcire, an do-
mus, ſuper qua menſibus præteritis
per Dominum Marium Perleonium
coram A.C. fuit intentatum Saluia-
num Interdictum ad effectum cõſequendi nonnul-
los fructus tunc decurſos, & ſibi non ſolutos cuiuſ-
dam Cenſus de quo in actis, & de quibus poſtea ab
ipſomet debitore Cenſus fuit ſatisfactus, vt dicitur
in deciſione in ſua cauſa facta die 20. Maij proximè
præteriti, poſſit dici hypothecata pro dicto Cẽſu ad
effectũ vt in poſterũ ſuper ea exerceri poſſit vel non
dictũ Saluianũ, vel non vtraque parte informante,
cum præſuppoſito tñ, quod domus de qua agitur ſit
emphyteutica, & expreſsè prohibita alienari latè
alienationis ſumpto vocabulo, de quo ſatis cõſtare
1 vt ex ſummario iuriũ, n. 4. Fuit † vnanimiter reſolutũ
pro negatiua ex latè deductis *in illa Romana vineæ,
26. Iunij, 1598. corã R. P. D. meo Scraph. & in Romana
Salu. Interd. 10. Decẽb. anni pteriti, corã R. P. D. Coccino.*

R. P. D. Penia, Romana, ſeu Amelphitana Saluiani Interdicti, Lunæ 9. Iunij, 1603.

SVMMARIA.

1 *Hypotheca cenſetur prohibita quando bona ſunt expreſ-
ſè alienari prohibita, etiam latè ſumpto vocabulo alie-
nationis.*

2 *Rela-*

2 *Relatum cenſetur ineſſe in referente eum omnibus ſuis qualitatibus.*
3 *Saluianum ſine hypotheca ſtare non poteſt.*
4 *Expreſſum illud dicitur quod venit in neceſſarium anteeedens expreſſi, & virtualiter ineſt orationi prolatæ.*
5 *Vincula duo magis ſtringunt.*
6 *Quilibet poteſt rei ſuæ eam apponere conditionem, quam vult ſeruari.*
7 *Caducitas ita demum habet, locum ſi dominus, qui pœnam appoſuit, velit.*
8 *Intellige reſpectu intereſſe ipſius Domini, ſecus reſpectu intereſſo alterius.*
9 *Cenſus ſuper re validè imponi non poteſt in præiudicium poſſidentis eam.*
10 *Conſenſus reſultans ex actibus poſitiuis, non ſe extendit vltra illos actus.*
11 *Identitas rei non probatur ex demonſtrationibus generalibus, & æquiuocis.*
12 *Res expreſſè alienari prohibita etiam alienationis vocabulo latè ſumpto, non venit in generali obligatione.*
13 *Hypothecans rem expreſsè alienari prohibitam alienationis vocabulo largè ſumpto, cadit à re ipſa, & amittit melioramenta.*

DEÇISIO LXXIV.

FVIT reſolutum domum, de qua agitur, non cenſeri hypothecatam ad effectum vt ſuper ea exerceri poſſit Saluianum, occaſione Cenſus aliàs impoſiti per Benedictum del Re ſuper quibuſdam bonis ſuis, &. reſpectiuè venditis Lucretiæ de Pierleonibus; ea ratione, quia prima cõceſſio illius domus in emphyteuſim (ad quam ſequens fuit facta ipſis del Re de anno 1578. in omnibus, & per omnia habet relationem,) continet expreſſam alienationis prohibitionem, etiam latè
1 ſumpto vocabulo, † quo caſu & hypotheca prohibita cenſetur, *l. fin. C. de bon. alien. non alien. c. 1. ext. de reb. eccleſ. non alien. Ripa, in l. obligatione generali,*
2 *num. 4. ff. de pign.* & clarum eſt, † quod relatum ſemper continetur in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, *l. aſſe toto, ff. de hæred. inſtit. l. ait Prætor, §. ſi Iudex, ff. de re iudic. Alex. conſ. 59. ad fin. lib. 3.* latè *Menoch. conſ. 1. num 83. lib. 1. & Decian. conſ. 1. nu. 31. lib. 2.* & † quòd ſine hypotheca ſtare non poteſt
3 Saluianum. [illegible] *in §. item Seruiana, in fine. Inſtit. de act. Rol. conſ. 14.* [illegible] *lib. 2.* [illegible] *Surd. conſ.* [illegible] *lib. 1.*

Quod autem dicta prima conceſſio contineat expreſſam prohibitionẽ alienationis, etiã latè ſumpto vocabulo dixerunt Domini non obſcurè probari ex illis verbis dictæ conceſſionis, ibi, & ſi alienauerint ſine cõſenſu Domini, large alienationis ſumpto vocabulo, ſolum cum melioramentis ad dominum directum reuertatur. Quæ verba, quin ſaltem virtualiter ipſam prohibitionem ſub pœna caducitatis
4 contineant, dubium non eſt. Et † illud ſatis expreſſum dicitur, quod venit in neceſſarium antecedens expreſſi ſui, & virtualiter ineſt orationi prolatæ, *l. Prætor ait, §. Interdictum, vbi Gloſ. in verbo, expreſſum, & Bart. in princ.* hoc notat, *ff. de oper. nou. nunciat. l. enim quid, vbi Gloſ. in verbo, pro tacito, ff. ſi cert. pet.* cum aliis per *Tiraq. de legib. connub. Gloſ. 7. §. 7. num. 179.* & per *Andr. Gail. Pract. Obſeruat. lib. 1. obſeruat. 2. num. 2. & 4.*

Nec obſtant deducta *in Romana Cenſus, 17. Martij, 1600. coram Domino meo Puteo,* quia procedunt in tacita prohibitione legali, ſecus vbi cum ea concurrit expreſſa hominis prohibitio, prout in hoc caſu, & †
5 ratio eſt: quia duo vincula magis ligant,
6 quam vnum; & quia † homini permiſſum eſt eam conditionem, quam vult ſeruari, ſuis rebus adiicere, *l. in traditionibus, ff. de pact. dotal.*

7 Minus obſtat † quod alienatio, circa huiuſmodi prohibitionem ita demum non ſubſiſtat, quando
8 dominus directus voluerit, & declarauit. Quia † id procedit ad effectum deuolutionis, & caducitatis, quæ intereſſe domini directi concurrit, & quæ re vera non currit, niſi eo volente, & declarante, vt pluries fuit reſolutum; ſecus autem eſt ad effectum, vt ſuper tali re per concedentem expreſsè prohibita alienari, largè alienationis ſumpto vocabulo, poſſit
9 † validè imponi hypotheca, & Cenſus in præiudicium poſſidentis rem ipſam, qui dictæ hypothecæ ſeu impoſitioni Cenſus non conſenſerit ad *deciſ. 17. par. 1. in impreſſis,* & fuit in ſimili tentum *in Romana vineæ, 2. Iunij. 1598. coram Reuerendiſſimo Patriarca Alexandrino, & in Romana Saluiani Interdicti ſuper hac eadem domo, 8. Februarij, 1602. coram D. meo Coccino.*

Nec deducta circa obſeruantiam ſubſequutam, ſcilicet pluries dicta domus, non obſtante prohibitione prædicta, fuerit alienata, & dictæ alienationi conſenſerit Dominus directus, placuerunt Domi-
10 nis, † cum conſenſus ex actibus poſitiuis reſultans non ſe habeat vltra dictos actus extendere. *Put. deciſ. 188. num. 3. lib. 2. Bart. in l. 1. §. ſi quis hoc Interdicto, ff. de itiner. act. priuat. & in l. ſi patruus, in fine, C. commun. vtri. iudic.*

Præterea placuit Dominis dilegma, quod pro Archiepiſcopo poſſeſſore domus fiebat, videlicet, quod aut prætẽditur quod ſuper hac domo in ſpecie fuerit impoſitus Cenſus de quo agitur, & hoc non iuſtificatur, quia licet in inſtrumento Cenſus fiat mentio vnius domus, attamen duæ tantum demonſtrationes afferuntur ad oſtendendum hanc ipſam eſſe de qua agitur; altera exiſtentiæ in Vrbe; altera iuxta bona Cardinalis, nec fuit probatum quod venditor Cenſus hanc vnicam domum tunc
11 temporis poſſideret, illæ vti † clauſulæ generales, & æquiuocæ non ſufficiunt ad probandam identitatem ipſam, vt in ſimili tentum fuit *in cauſa Ciuitatis Caſtelli bonorum, 29. Iunij, 1595. coram Reuerendiſſimo Patriarca Alexandrino, & in Romana Caſtri Orciani, 1. Aprilis, 1591. coram Orano.*

Vltra quod in inſtrumento dicti Cenſus dicitur domum illam non eſſe ſubiectam alicui oneri, & pleno iure vtilis, & directi dominij pertinere ad ipſos del Re: quæ qualitates omnino repugnant domui emphyteuticæ, qualis eſt de qua agitur: Aut
12 † verò prætenditur quod iſta domus veniat ſub generali hypotheca omnium bonorum d. venditoris Cenſus, & hoc etiam eſſe non poteſt ex ſupradictis:
13 & quia veriſimile non eſt, † quod ipſe vẽditor Cenſus voluerit ſe hoc modo ſubmittere manifeſto periculo caducitatis, & amiſſionis melioramentorum, ſtante pacto illo, ſi alienauerit largè alienationis

ſumpto

ſumpto vocabulo, de quo ſupra, ad tex. in *l. obligatione generali, ff. de pign.* cum aliis, de quibus *in Romana domorum, 3. Iunij 1577. coram bon. mem. Cardinale Lanceloeto*, quæ eſt *in diuerſis, 426. parte 1. in impreſſis*. Et ita fuit reſolutum.

R. P. D. Vbaldo, Rauennatenſis Cenſus, Veneris 7. Aprilis, 1617.

SVMMARIA.

1 *Cenſus impoſitus ſuper bonis emphyteuticis expreſſè alienari prohibitis, eſt nullus.*
2 *Res emphyteutica regulariter obligari, & hypothecari, & cenſus ſupponi poteſt.*
3 *Intellige niſi ſit expreſſè prohibita alienari.*
4 *Identitas rei probatur ex duabus demonſtrationibus.*
5 *Exceptio nullitatis Cenſus, non admittitur contra obligationem cameralem.*
6 *Exceptio de qua conſtat per publicum inſtrumentum, non dicitur requirere altiorem indaginem.*
7 *Perſona ceſſionarij non dicitur legitimata, niſi legitimetur perſona cedentis.*
8 *Atteſtatio extraiudicialis & non iurata, non probat.*
9 *Referenti non creditur, niſi conſtet de relato.*

DECISIO LXXV.

IOSEPH, & Io. Baptiſta de Cortellinis impoſuerunt annuũ Cenſum de anno 1574. ſuper quibuſdam bonis in emphyteuſim acceptis partim ab Eccleſia Cerienſi, partim ab Archidiacono eiuſdem Eccleſiæ, cum expreſſa prohibitione vendendi, alienandi, obligandi, aut hypothecandi ſine licentia Epiſcopi, & Archidiaconi reſpectiuè, quem Cenſum vendiderunt cuidam Marco aſſerto procuratori hæredum Benedicti Petrobelli, & hodie dicitur ceſſus dictus Cẽſus ab hæredibus Ioannis Iacobi vnius ex dictis hæredibus Benedicti ad fauorem illorum de Ioannellis, & Rotignis, qui cum agant pro ſolutione fructuum decurſorum, & petant executionem ſuper bonis cenſuatis contra modernos eorum poſſeſſores. Dedi dubium. An mandatum pro dictis fructibus ſit relaxandum. Et Domini negatiuè reſpõderunt, moti principaliter duobus fundamentis.

Et primò cum præſuppoſito, quod inueſtituræ de quibus ſupra ſint in forma probanti, de quo poterit, ſi opus erit, particulariter videri. Ex illis conſtat Cenſum fuiſſe impoſitum ſuper bonis emphyteuticis expreſſè alienari, & hypothecari prohibitis ſine
1 conſenſu Domini directi, † & conſequenter fuiſſe nullum, *l. fin. § fin. C. comm. de legat. Grat. conſ. 91. nu.*
2 *13. p. 1.* & † licet regulariter non ſit prohibita obligatio, & hypotheca rei emphyteuticæ, & Cenſus ſuper ea impoſitus ſuſtineatur, vt apud *Seraph. deciſ. 819. nu. 3.* & latè fuit firmatum *in Romana Cenſus, 17.*
3 *Martij, 1600. coram b. m. Iuſto* tamen † id procedit in tacita prohibitione, ſecus quando, prout in hoc caſu, adeſt expreſſa prohibitio, vt declarauit *Rota in dicta Romana Cenſus coram Iuſto*, in qua aliæ Deciſiones referuntur.

Nec videbatur obſtare, quod nõ conſtet de identitate bonorum ſuper quibus fuit impoſitus Cẽſus, & quæ fuerunt data in emphyteuſim: quia contrarium apparebat ex lectura inſtrumẽtorum, cũ conueniant eadẽ confinia, & ferè eadem quantitas terrarum, & reſeruatio cõſenſus Archidiaconi Gerienſis, & alia conſiderata per informantes, cum tamen
4 regulariter † duæ demonſtrationes ſufficiant. *Bart. in l. demonſtratio, nu. 14. ff. de cond. & demonſtr.* & fuit dictum in *Mediolanenſi bonorum, 25. Februarij, 1611. coram me*, & aliàs ſæpè.

Nec releuat quod ſimus in obligatione camerali, quę non admittit exceptionem requirẽtem altio-
5 rẽ indaginẽ, vt fuit pluries deciſum, & † in ſpecie de exceptione nullitatis Cenſus fuit dictum *in Romana Cenſus, 26. Aprilis, 1596. coram Cardin. de Pamphilio:* Quia, quidquid ſit de hoc, reſpondebatur executionem non poſſe fieri ſuper iſtis bonis: quia nõ potuerunt abſque cõſenſu Domini obligari, de quo con-
6 ſtat, & cum iſta † exceptio incontinẽti probetur per publica inſtrumenta inueſtiturarum, de quibus ſupra, non dicitur requirere altiorem indaginem, iuxta *conſ. Soc. 59. num. 2. lib. 3. Rota deciſ. 619. num. 4. par. 1. diuerſ. & deciſ. 57. num. 4. parte 2.* & plures refert *Carol. de Graſſ. de except. cap. 15.*

Vnum pñ faciebat Dominus difficultatem circa hoc primũ motiuum: quia in inueſtitura Archidiaconi non videbatur adeſſe expreſſa prohibitio hypothecæ, cum verba Clauſularũ ſint iſta: Ad habendum, tenendũ, &c. in omnib. meliorandũ, &c. nemini q. in totũ, vel in partẽ vendendũ, alienandũ, &c.

Secundò principaliter mouebantur Dñi, quia non videbatur ſufficiẽter cõſtare de legitimatione perſonarum petentium executionem: nam ipſi de Ioannellis, & conſortes agunt vigore ceſſionis habitæ à filiis, & hæredib. Ioannis Iacobi Petrobelli, ſiue eorum Tutore. & licet admitteretur Ioannẽ Iacobum in ſuo teſtamento inſtituiſſe hæredes Syluanũ, Alexandrũ & Petrũ filios ſuos, pro quibus etiam à princi-
7 pio fuit actũ ad fructus iſtius Cẽſus, tñ † niſi cõſtet eundem Ioãnem Iacobum eorũ patrem eſſe filium, & hæredẽ Benedicti Petrobelli emptori Cẽſus vtiq; non vr̃ legitimata perſona hæredũ Ioannis Iacobi, à quibus dicti de Ioannellis actores cauſam habent.

Nec quicquam facit fides, ſeu atteſtatio filiationis filiorũ Benedicti inter quos eſt Ioannis Iacobus, necnon filiorum eiuſdem Ioannis Iacobi: Quia vl-
8 tra † quod eſt extraiudicialis, & ſine iuramento. & exinde non probatur quod Iacobus fuerit hæres Benedicti; eſt etiam relatiua ad informationes iuratas cancellarij Bergomenſis. vnde intrat regula,
9 quod † non creditur referenti niſi conſtet de relato. *Auth. ſi quis in aliquo, & ibi Doctor. C. de eden.*

Ex quibus fuit reſolutum mandatum non eſſe relaxandum.

R. P. D. Pamphilio, Beneuentana Cenſus, Lunæ 26. Maij, 1614.

SVMMARIA.

1 *Cenſus impoſitus ſuper fundo incapace, eſt inualidus.*
2 *Teſtis dictum debet concludere per neceſſe.*

3 *Teſtis deponens ſuper ijs, quæ percipiuntur iudicio intellectus debet reddere cauſam ſcientiæ, etiam non requiſitus.*

4 *Inſtrumento impoſitionis Cenſus, eſt ſtandum in dubio.*

5 *Inſtrumentum præſumitur verum, ſolemne, & de partium conſenſu confectum.*

6 *Confeſſio facta ad vnum finem, & in vno iudicio non nocet in alio iudicio, nec ad alium finem.*

7 *Cenſus ſuper re emphyteutica valide imponitur, quando in conceſſione non fuit probibita expreſſè illius hypothecatio.*

DECISIO LXXVI.

DOMINI cenſuerunt nō probari Cenſum fuiſſe nullum. Teſtes enim pro parte Petri examinati non concludūt, quod † bona ſtabilia ſuper qui-1 bus impoſitus fuit huiuſmodi Cenſus ducatorum nonaginta ſex non fuerint illius capacia. Nam Primus dicit, quod vnus tumulus terræ ad ſummum non poteſt reddere plus quam vnum tu-2 mulum grani, nec † coarctat negatiuā quod ex dictis bonis non percipiantur alij fructus, & ſic non concluſit. Secundus verò, & tertius dicūt quod terræ ſuper quibus fuit impoſitus Cenſus, quæ aſcendunt ad tumulos triginta quinque non potuiſſent locari niſi octo, vel decem carolenis pro quolibet tumulo, ſed pariter non concludunt, quia poteſt eſſe quod in illis regionibus de facili non reperian-3 tur qui conducant terras, † nec reddunt cauſam ſcientiæ, prout requiritur in hac materia, quæ percipitur iudicio intellectus ad tradita per *Alex. in l. pretia rerum, ſub num. 12. verſ. addit etiam, ff. ad leg. Falcidiam.*

Præterea tantò minus ſupradicti teſtes viſi ſunt attendendi; tum quia nullus ex illis deponit de qualitate terrarum, & tamen tertius dicit, *che gli ortilij, tiſche, & arbuſti* ſunt maioris reditus; tum etiā, quia præter ſupradicta bona Cenſus fuit etiam impoſitus ſuper domo cuius reditus licet dicatur pro parte Petri non excedere quattuordecim ducatos, id tamen non probatur prout eſſet proban-4 dum, cum † aliàs in dubio ſit ſtandum inſtrumento impoſitionis Cenſus, in quo partes aſſerunt reditus iſtorum bonorum aſcendere ad quantitatem du-5 centorum ducatorum, † quod propterea præſumitur verum, ſolemne, & de partium conſenſu confectum, *Alc. de Præſumpt. reg. 3. Præſumpt. 13. num. 6. Menoch. conſ. 343. num. 2.*

Nec releuare viſum fuit, quod Saluator emptor Cenſus confeſſus fuerit reditus iſtorum bonorum non excedere ſummam quinquaginta ducatorum. 6 Quia iſta † confeſſio eſt facta ad alium finem, & in alio iudicio, in quo contra eam fuit iudicatum, & propterea in iſto confitenti nocere non debet, *Innoc. in cap. mulieri, de iureiur. Marſil. ſing. 252. num. 3. Surd. conſ. 235. num. 118. & ſequenti*, & fuit dictum in quodam diſcurſu *coram Vicecomite* relato inter impreſſas *diuerſ. poſt Deciſ. 320. num. 2. parte 2.*

Minus ſubſiſtere, quod Cenſus fuerit impoſitus ſuper bonis emphyteuticis, quia in inſtrumēto impoſitionis Cēſus aliqua ex iſtis bonis dicuntur tantum reddititia diuerſis Eccleſijs titulo Cenſus perpetui, ex quo propterea non poteſt dici probatum quod huiuſmodi bona ſint emphyteutica & minus quod in illorum conceſſione fuerit expreſſè prohi-7 bita hypotheca, qua † prohibitione ceſſante ſuper illis validè potuit Cenſus imponi, vt fuit reſolutum *in cauſa Romana Cenſus, 17. Maij, 1600. coram b. m. Iuſto*, & aliàs ſæpè.

Et ita deciſum.

R. P. D. Penia, Romana Saluiani Interdicti, Veneris 12. Nouembr. 1592.

SVMMARIA.

1 *Bona emphyteutica ſi non ſint expreſſè alienari probibita, veniunt in generali obligatione.*

2 *Prohibitio alienationis tacita non impedit, quin bona emphyteutica veniant in generali obligatione.*

3 *Bona emphyteutica poſſunt hypothecari.*

4 *L. fin. C. de iure emphyt. non prohibet ſimpliciter alienationem, ſed venditionem & iuris emphyteutici tranſlationem.*

5 *Per hypothecam non transfert ius emphyteuticarum in creditorem.*

Pignus remanet in bonis pignorantis, d. num. 4.

6 *Pignus conſtitutum pro tanta quantitate vt non ſit ſpes luitionis, dicitur alienatio.*

DECISIO LXXVII.

IN hac cauſa die 22. Martij proximè præteriti, fuerat deciſum ſententiam latam contra Dominos de Sancto Pētro confirmandam, niſi cōſtaret domum de qua agebatur fuiſſe emphyteuticam cum expreſſa prohibitione alienādi, & propterea in hac poſitione dato dubio ſuper reſeruatione tunc facta, Rota renuit non feciſſe talem prohibitionem vt domus non potuerit venire ſub generali hypotheca bonorum. nam 1 cum † in inſtrumento cōceſſionis emphyteuſis producto non legeretur expreſſa prohibitio alienationis, potuit ſub generali hypotheca comprehendi, *Gloſ.* communiter recepta in *l. fin. in verbo, alijs. verſ. ſed certè, C. de iure emphyt. vb. Salic. num. 6. in verbo, hypothecat. verſic. quæro an*, latius *Iaſ. num. 78. Crot. in l. filius familias, §. Diui, num. 90. ff. de leg. 1. Iul. Clar. in §. emphyteuſis, quæſt. 18. verſic. & ideo. Bero. conſ. 117. num. 1. verſ. & hanc opinionem*, & fuit deciſum *in cauſa domorum die 3. Iunij, 1577. coram b. m. Cardinale Lancelotto, verſ. tertia eſt concluſio.*

Neque refragabatur præcipua ratio informantium pro Dominis de Sancto Petro, qui vt euitarent prędictam Concluſionem confugiebant ad tacitam prohibitionem reſultantem ex natura con-2 tractus, vigore *l. finali, C. de iure emphyteutica*. † quia illa non eſt ſufficiens ad effectum, vt domus non cenſeretur comprehenſa ſub generali hypotheca 3 bonorum, cum † bona emphyteutica pignorari poſſint iuxta ſententiam, quam *Rota* tenuit in *prædicta Deciſione coram Cardinale Lancelotto, tunc Rotæ* 4 *Auditore*, & ratio eſt quia † tex. *in dicta l. vltima*, non prohibet ſimpliciter alienationem, ſed venditionem, & iuris emphyteuticarij tranſlationem.

per

5 per † pignus autem non ſit huiuſmodi tranſlatio,
quia remanet in bonis pignorantis, *l. pignus, C. de pignor.* & conſequenter prædicta bona emphyteutica veniunt ſub generali hypotheca quidquid voluerit, *Alex. conſ. 16. num. 4. lib. 2.*

6 Rurſus non obſtat † quod quando pignus conſtituitur pro tanta quantitate quod ceſſet ſpes luitionis tunc dicitur alienatio, quia reſpondebantur. Primum in hac facti ſpecie non probari concludenter ceſſare iſtam ſpem luitionis. Rurſus reſpondebatur omnia bona fuiſſe obligata. Atque ex prædictis patebat reſponſio ad Deciſionem *in cauſa Romana vineæ coram D. meo Seraphino Rotæ Decano, 2. Iunij, 1598.* illa enim cum loqueretur in caſu, vbi aderat ſpecifica, & expreſſa prohibitio alienandi, non poterat Dominis de S. Petro ſuffragari.

Illuſtriſſimo Cardinale Blanchetto, Romana Cenſus, 13. Maii, 1596.

SVMMARIA.

1 *Obſeruantia, & longa quaſi poſſeſſio releuant ab onere probandi.*

2 *Ex pluribus narratis in ſupplicatione ſufficit iuſtificare vnum, quod potuit mouere Principem ad ita reſcribendum.*

3 *Aſſerens quem eſſe ſoluendo, debet illud probare.*

4 *Impugnare quis non poteſt actum, quo fuit vſus.*

5 *Vtens inſtrumento, cenſetur remiſiſſe defectum adimplementi.*

DECISIO LXXVIII.

FVIT per Dominos reſolutum Breue *fel. record. Gregor. XIII.* ad fauorem Dominæ Conſtantiæ Vitelleſchę obſtare Domino Franciſco, vt non poſſit agere ad integros fructus Cēſus ſibi debitos à Fabio Barbatia pro quo Braccius de Ponte fideiuſſit, quamuis ſit cōceſſum ad partis ſupplicationem, & in illo narrata veniant iuſtificanda;
1 tamen † illius obſeruantia cum longa quaſi poſſeſſione releuant ipſum ab onere probandi, quia omnino præſumuntur vera, *Dec. conſ. 409. num. 1. & 2. Aim. conſ. 102. nu. 3. Tiraq. de Præſcr. §. 1. Gloſ. 4. verſ.*
2 *vigeſimo primo.* Accedit quod cum plura narrentur ſufficit ex illis probare vnum tantum, quod potuit præbere iuſtam cauſam gratiam cōcedendi, quamuis cætera non iuſtificentur, & nō ſubſiſtant, *Ægid. Deciſ. 280.* & fuit reſolutum *coram R. P. D. meo Decano in vna Salamantina Iuriſdictionis, 17. Maij, 1577.* Satis autem iuſta cauſa erat illum cōcedendi conſenſus maioris partis creditorum, *Afflict. deciſ. 288. nu. 1.* Quinimmo venit iuſtificata, cū clauſula illa ſtet cauſatiuè, non conditionaliter, vt fuit reſolutum in *vna Elborenſi penſionis, coram R. P. D. Corduba de menſe Octobris proximè præteriti.* & hoc etiam iuſtificatur cum nullus contradixerit. Non ſunt etiam verificandæ vires patrimonij, quod non eſſet ſoluendo, quia hoc ſatis præſumitur, nec debet probari, niſi
3 † per aſſerentem contrarium, *Felin. in c. dubium, num. 3. de Præſumpt.*

4 Præterea † cum Dominus Franciſcus exegerit cenſum iuxta formam Breuis non poteſt amplius illud
5 impugnare, *Bal. conſ. 14. lib. 5. Dec. conſ. 486.* & † remiſſiuè cenſetur defectum adimplementi, *Corn. conſ. 40. num. 3. vol. 4. Aim. conſ. 185. num. 8. Lancel. Dec. in l. proponas, la ſeconda, in 2. lect. C. de pact.*

Non obſtat quod receptio ſit correſpectiua ad promiſſionem extinctionis Cenſus, quia de tali promiſſione non conſtat, ſed eſt quædam oblatio facta per ipſum Franciſcum, & ſignificatio animi ſui; non autem conuentio de cenſu extinguendo.

Vltimò non repugnat non adimplementum, nam de cedulæ conſignatione, & renonatione conſtat.

Ad defectum ſolutionum bene reſpondent Informantes pro Dominis de Vitelleſchis.

Quod autem fuerit ſatisfactū poſterioribus creditoribus, & non anterioribus non reſpicit Dominam Conſtantiam, ſed Iudicem.

Tenetur tamen Domina Conſtantia ſoluere Domino Beuino fructus Cenſuum, iuxta formam Breuis, & ſuo loco, & tempore iuxta ſuam anterioritatem Cenſum extinguere.

Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, Romana vineæ de Fabris, Lunæ 20. Nouembris, 1604.

SVMMARIA.

1 *Sententia mandatur executioni conſtito de re iudicata, & iuſtitia ſententiæ.*

2 *Clauſula, ſi quid exequendum, &c. ſuſpendit ſolum donec de iuſtitia ſententiæ exequendæ cognoſcatur.*

3 *Fideiuſſor Iudicij is dicitur, qui fideiubet coram Iudice, & in loco iudicij, & apud acta.*

4 *Sententia lata contra principalem, nocet etiam fideiuſſoribus iudicij non citatis.*

5 *Sententia, à qua non fuit appellatum in tempore, debet executioni demandari.*

6 *Fideiuſſor in forma depoſiti, tenetur etiam quod promittat factum alienum.*

7 *Fideiuſſor qui promiſit vti principalis, & inſolidum, reſpectu creditoris, dicitur principalis debitor.*

8 *Fideiuſſor de ſoluendo iudicatum, non tenetur quotieſcumque mutatur Iudex, res, vel actio.*

9 *Fructus, ex quo ſeruando ſeruari non poſſunt, non præſumuntur durare vltra triennium.*

10 *Fructus petiti, ſi tempore condemnationis facienda extare non poſſunt, fit condemnatio ad æſtimationem.*

11 *Procurator generalis ad lites non poteſt præiudicare principali, ſpoliando.*

12 *Principalis habens notitiam de ſpolio facto à Procuratore, ſi compareat in iudicio ad illum defendendum, cenſetur habere ratum ſpolium.*

13 *Spolium, poſtquam ſpoliatus fuit reſtitutus, non poteſt ratificari ad effectum vt ſpoliatus agere poſſit de ſpolio.*

14 *Spolio vt quis agere poſſit, neceſſe eſt vt doceat expulſum poſſediſſe de eius mandato, vel de ratificatione poſſeſſionis facta ante commiſſum ſpolium, nam ratificatio ſequens eiectionem non ſuffragatur.*

15 *Fideiuſſio eſt ſtrictiſſimè interpretanda.*
16 *Supradictus, Hæc dictio, eſt repetitiua omnium præcedentium.*
17 *Dominium rei venditæ cum pacto reſeruationis dominij, donec pretium integrè ſoluatur, non transfertur in emptorem donec pretium ſit ſolutum, ſed remanet penes venditorem.*
18 *Conductor non ſibi, ſed domino rei conductæ poſſidet.*
19 *Facultas capiendi poſſeſſionem propria auctoritate reſeruata ab eo qui in venditione rei ſibi reſeruat dominium, & rem illam locat donec pretium ſoluatur, intelligitur de poſſeſſione naturali.*
20 *Conductor vendendo rem conductam, interuertunt poſſeſſionem locatoris.*
21 *Teſtis qui iurauit extra terminum, dicitur nulliter examinatus.*
22 *Citatio ad videndum iurare teſtes debet fieri perſonaliter, & facta domi non releuat.*
23 *Limit. quando quis fuit ſemel citatus perſonaliter ad cauſam, & poſtea vel non reperitur, vel difficulter citari poteſt.*
24 *Limit. 2. quando fuit ſemel citatus perſonaliter, & ſit alienigena, & elegerit locum in quo velit citari, quia citatio facta in dicto loco ſufficit.*
25 *Domicilij electio ad effectum vt quis citari poſſit, intelligitur pro citationibus, quæ poſſunt fieri domi dimiſſa copia, non de illis, quæ debent fieri perſonaliter.*
26 *Intellige quando iſta electio fit propter commoditatem curſorum, eo quia citandus habitet in aliquo loco remoto, ſecus ſi fiat ex eo quod citandus non habeat ſedem permanentem.*
27 *Obſeruantia ſubſequuta declarat actum præcedentem.*
28 *Comparens citatus videtur præcedentem citationem approbare.*
29 *Fructuum in æſtimatione debet eligi media via circa pretium iuxta depoſitionem teſtium.*
30 *Liber priuatus non probat pro ſcribente, niſi aliunde iuſtificetur.*

DECISIO LXXIX.

DVBITAVI an ſententia Rotalis liqui-
tatoria fructuum eſſet exequenda. Et
Domini affirmatiuè reſoluerũt. Quia
1 † cum conſtet de re iudicata ob non
interpoſitam appellationem. *Auth.*
hodie, C. de appell. c. Romana, §. ſi vero. de appell. in 6. &
de iuſtitia ſententiæ eſt locus executioni, *l. 2. C. de*
2 *execut. rei iudic.* Clauſula † enim, ſi quid exequen-
dum, cum qua fuit commiſſa cauſa, ſuſpendit ſo-
lum donec de iuſtitia ſententiæ exequendæ cogno-
ſcatur, *Paleott. deciſ. 133. Veral. deciſ. 180. in fine, lib. 1.*
in mi inuſcriptis,

Nec eſt verum, quod cum agatur de executione
facienda contra fideiuſſores, qui ſe obligarũt de re-
ſtituendo fructus perceptos ad omne mandatũ Do-
minorum ſententia ipſis non citatis remaneat nul-
la: quia cum iſti ſint fideiuſſores Iudicij: fideiuſſio
3 † enim fuit facta coram Iudice, & in loco iudicij, &
apud acta, *Bart. in l. 1. ff. Iud. ſolu. Ruin. conſ. 98. nu. 4.*
lib. 5. Surd. conſ. 326. num. 25. lib. 3. & conſ. 271. nu. 39.
4 *& 46. lib. 2.* Sententia † lata contra principalem ip-
ſis quoque etiam non citatis nocet: finguntur enim
vnà cum principale condemnati, *Bart.* & alij in lo-
co ſupra citato, *Alex. in l. ſæpè, ſub num. 17. ff. de re iu-*
dic. Guido Papa, deciſ. 26. Surd. d. conſ. 271. nu. 3. & ſeq.
& conſ. 22. & fuit reſolutum *coram me in cauſa Roma-*
na fideiuſſionis, 20. Nouembris, 1602.

Non obſtat quod fideiuſſores potuerint appellare
5 ab huiuſmodi ſententia, † quia cum nec principalis,
nec fideiuſſores appellauerint in tempore meritò
ſententia poteſt executioni demandari, vt in pun-
cto, *Surd. d. conſ. 271. nu. 32.*

Nec placuit quod cum promiſerint factum alie-
num, nempe quod Ioannes reſtitueret fructus, de-
bebant citari ad effectum quod facerent quantum
in ſe eſſet, vt reſtitueret, & inde conſequeretur libe-
6 rationem: quia † hæc non eſt promiſſio facti alieni
ſimpliciter, ſed eſt fideiuſſio in forma depoſiti; &
ideo fideiuſſores omnino tenerentur, *Cagnol. in l. im-*
poſſibilium, num. 4. ff. de reg. iur. Hormannott. Dec. in l. 4.
§. Cato, num. 378. ff. de verb. oblig. Maranta, in Spec. di-
7 *ſput. 7. num. 23. cum ſeq.* Eoq. † magis cum fideiuſſo-
res ſe obligauerint vti principales principaliter, &
inſolidum, quia reſpectu illorũ de Fabris ſunt prin-
cipales, *Alex. conſ. 272. ſub num. 13. in fine, lib. 4. conſ.*
29. num. 26. lib. 7. Alex. conſ. 272. ſub num. 13. Mohed.
deciſ. 2. de fideiuſſ.

Non obſtat quod dicti fideiuſſores fuerint con-
demnati ad reſtituendam æſtimationem fructuum,
8 quod non promiſerunt, † & quotieſcumque mutatur
tur Iudex, res, vel actio fideiuſſores non tenentur, *l.*
non à Iudice, §. 1. vbi Glo. & Doct. ff. de Iudic. quoniam
reſpondetur, quod tunc res mutatur, quãdo de vna
re acturus ſtipulatus eſt iudicatum ſolui, & poſtea
egit de alia, & tunc fideiuſſor non tenetur, quia eius
obligatio alteratur, ſed in caſu iſto nõ militant præ-
dicta, quia cum fideiuſſio fuerit de reſtituendo fru-
9 ctus, qui, † ex quo ſeruando ſeruari non poſſunt non
præſumuntur vltra triennium durare, *Glo. in l. 1. &*
ibi omnes, C. ſi aduerſ. vſucap. Corn. conſ. 104. n. 26. vbi
10 *de communi, lib. 2.* & ideo cum † de tempore con-
demnationis illi fructus extare non poſſent, meritò
fuit facta condemnatio ad æſtimationem, *Bart. in l.*
cum quis, nu. 1. ff. de his quib. vt indign. & in l. ex diuer-
ſo, §. 1. in fine, ff. de rei vendicat. & in l. diuortio, §. ob do-
nationes, nu. 4. & ibi Iaſ. in fine, ff. ſol. matr. Abb. in cap.
grauis, num. 22. de reſt. ſpol. Angel. Aret. in §. ſi quis à
non domino, ſub num. 6. Inſtit. de rer. diuiſ. & fuit reſolu-
tum *in cauſa Tarraconenſi liquidationis fructuum, 17.*
Maij, 1599. coram Illuſtriſſimo D. meo Cardinale Seraphi-
no. Et ceſſat omnis difficultas, quia expreſsè ſe obli-
garunt ſoluere fructus vel æſtimationem.

Nec minus placuit alia nullitas, ex quo non fuit
11 citatus Ioannes Occihoa, qui † tamquam procura-
tor generalis ad lites non poterat præiudicare prin
cipali ſpoliando Fabros, *Ægid. deciſ. 550. Rota, in*
nou. deciſ. 7. vt lite pendente, & ideo omnino erat ci-
12 tandus; quia ceſſat hoc fundamentum † cum Pe-
trus principalis habuerit notitiam ſpolij illud de-
fendendo, & ideo per comparitionem cenſetur ha-
buiſſe rata geſta per procuratorem, *Lancelot. de at-*
tent. parte 1. cap. 1. num. 56. & ideo bene potuit agi
contra principalem non citato Ioanne Occihoa.
13 Nec eſt verum quod Petrus † non potuerit ratifi-
care dictum ſpolium poſtquam Febri fuerunt reſti-
tuti, vt *in cauſa Collenſi Parochialis, 11. Decembr. 1595.*
coram

coram Illuſtriſſimo Seraphino: Quia illa deciſio loqui-
tur ad effectum, vt ſpoliatus non poſſit agere ſpolio:
14 nam † ſi ille, qui fuit expulſus non docet de man-
dato, vel ratificatione illius, cuius nomine poſſide-
bat, ante dictum ſpolium, poſt eiectionem ratifica-
tio non valet. & ita loquitur *deciſ. 9. de reſtit. ſpol. in
nou.* quæ in dicta Colleris allegatur. Nec releuat
quod cum de tempore obligationis Petrus non ſpo-
liaſſet, ſed Occihoa ratificatio ſubſequens nō poteſt
nocere fideiuſſoribus ad effectū quod Occihoa non
deberet citari, cuius intuitu fideiuſſores ſe obliga-
15 uerant, & † ad eorum fauorem eſt facienda ſtrictiſ-
ſima interpretatio, *l. blandiens, C. de fideiuſſ. l. ſtipula-
tionum aliæ, §. ſatis acceptio, ff. de verbor. obligat. l. fide-
iuſſores magiſtratuum. §. pro Aurelio, ff. de fideiuſſ.* nam
fuit reſponſum quod Ioannes Occihoa ſemper egit
nomine Petri, & fideiuſſores ſe obligarunt intuitu
Ioannis Occihoæ procuratoris, & non Ioannis ſim-
pliciter, & ideo quamuis fuiſſet in facultate Petri
ratificare, vel non ratificare ſpolium, tamen acta fa-
cta per Occihoam implicitè afficiebant dictum Pe-
trum, ſcilicet, quatenus vellet ratificare, & ideo ſibi
imputent fideiuſſores ſi voluerunt intercedere pro
eo, qui geſſit procuratorio nomine abſque legitimo
mandato, & ſubiicere ſe huic futuro euentui ex vo-
luntate Petri principalis.

Minus etiam ſubſiſtit iniuſtitia ſententiæ ex quo
condemnatio ad fructus non poterat fieri ad fauo-
rem illorum de Fabris, cum ſententia in ſpolio non
fuerit lata ad fauorem illorum, quia in ſententia di-
citur Petrum Matthæū, & alios ſupradictos eſſe re-
ſtituendos inter quos cum eſſet nominatus Petrus
Fabrus meritò, & ipſe comprehenditur in hac reſti-
6 tutione. dictio † .n. ſupradictos eſt repetitiua omniū
præcedentium, *Surd. deciſ. 125. nu. 1. verſ. facit etiam.*

Nec releuat quod Petrus Fabrus vendiderit vineā
Petro Matthæo Vatrino, & Paulo Bellono, quia ni-
hilominus dictus Petrus Fabrus ſibi reſeruauit do-
minium donec de pretio integrè eſſet ſatisfactus, &
interim fuit conuentum, quod vinea cenſeretur lo-
cata pro certa reſponſione nè emptores retinerent
rem, & pretium. quare cum non conſtet Petrū fuiſſe
17 ſatisfactum de pretio † numquam dominium fuit
tranſlatum in emptores, ſed remanſit penes ipſum,
*Bal. in Rubr. C. de contr. empt. nu. 23. q. 13. Abb. conſ. 66.
n. 2. p. 1. Dec. conſ. 440. in princ. Tiraq. de retractu Lignag.
§. 1. Gloſ. 2, num. 39.* & fuit reſolutum *in cauſa Romana
officij notariatus Rota, 21. Maij, 1604. coram Illuſtriſſi-
mo D. meo Cardinale Pamphilio,* & idem dicendum eſt
de poſſeſſione quod ſemper remāſerit penes Fabros,
cum locatio fuerit facta pro certa reſponſione do-
nec ipſi retinebant dominium, & ideo donec præ-
18 tium ſolueretur emptores eſſent conductores, † me-
rito non ſibi, ſed dominis poſſidebant, *l. ſi quis ante,
& l. quod meo, in princ. & l. ſi aliquam rem, & l. quam-
uis, ff. de acq. poſſeſſ. Corn. conſ. 40. num. 6, vol. 4. Alber.
conſ. 305. num. 3.*

Nec etiam releuat quod in inſtrumento Fabrus
reſeruat in euentū non ſolutionis facultatē, capien-
19 di poſſeſſionem propria auctoritate; † quia cū reſer-
uaſſet ſibi dominium, & locaſſet, hæc facultas intel-
ligitur de poſſeſſione naturali; nō autem ciuili ad
tradita per *Put. deciſ. 419. nu. 4. lib. 2. Mohed. deciſ. 11.
num. 1. de cauſa poſſeſſ. & propr.* implicat enim contra-
dictionem quod locet fructus vineæ, & non retineat
poſſeſſionem ciuilem.

Non obſtat quod poſtea Paulus Bellonus vendi-
dit portionem ſuam Benedicto Moniſoco, & Petrus
Matthæus Vatrinus vendidit certā portionē Bernar-
20 dino Zeffiro, & † ita iſti conductores potuerūt alie-
nando rem ſibi locatam, & tradendo realem poſſeſ-
ſionem alteri interuertere poſſeſſionē Petri Fabri,
Bart. in l. quamuis, §. ſi conductor, nu. 3. ff. de acq. poſſ. cū
aliis per *Surd. conſ. 417. nu. 11. lib. 3.* Vnde cum Petrus
non haberet poſſeſſionem de tempore ſpolij meritò
ſententia lata in ſpolio ad ſui fauorem vel non ſuſti-
neretur, vel eſt intelligenda ad fauorem Petri tam-
quam neceſſarij defenſoris, vt i talis .n. venit ad cau-
ſam. Nam reſponditur, ꝙ Bellonus expreſſè in ven-
ditione Moniſoco facta cōuenit quod ſolueret pre-
tiū Fabro, & interim ſolueret affictus, prout ipſe Bel
lonus ſoluebat; Petrus Matthæus verò expreſſè con-
uenit, ꝙ Zeffirus ſolueret affictus donec illi integrè
fuiſſet ſatisfactum: ex quibus apparet, quòd iſti no-
luerunt interuertere poſſeſſionem Fabri, ſed ſubro-
gare emptores in locum ipſorum venditorū, ita vt
nullum præiudiciū inferretur Fabro, & ideo quam-
uis Fabrus veniſſet ad cauſam defendendo ſe per
prędictos, tamen cum defenderit poſſidentes nomi-
ne ſuo, implicitè defendit ſuam poſſeſſionem.

Non afficiunt ea, quæ contra liquidationē dedu-
cuntur. quod .n. teſtes fuerint nulliter examinati ex
quo nō fuit citatus Ioānes Occihoa, ſed Petrus ceſ-
ſat ex prædictis. Quod verò fuerint examinati nulli-
21 ter partim, † quia iurarunt extra terminū, *Felin. in
c. licet cauſam, nu. 18. de Probat, Caputaq. deciſ. 285. nu.*
22 *1. p. 3.* partim, quia citatio † ad videndum iurare te-
ſtes nō fuit facta perſonaliter, ſed domi dimiſſa co-
pia, *Gloſ. in c. cauſam, in verbo, Ad domum. de dolo, &
contum. Inn. in c. ſignificauit, in verbo, denunciādo, de te-
ſtib. Abb. conſ. 84. lib. 2.* cum aliis per *Vant. de nullit. ex
defectu citat. nu. 90.* non ſubſiſtit: nam quantum atti-
net ad primum, citatio fuit facta ad primā diem, &
triginta dies ſequentes iuxta ſtilū Curiæ infra quod
tempus ſufficit, ꝙ teſtes iurauerint: ſecundū verò de
citatione domi dimiſſa copia facta minus obſtat,
quia fuit facta in loco in quo Petrus ſibi elegit do-
miciliū, & ad oēs actus, & ideo licet regula ſit quod
citatio debeat eſſe perſonalis, *Inn. in d. c. ſignificauit.
23 de teſtib.* cum aliis ſupra citatis, tamen fallit † quādo
quis ſemel fuit citatus perſonaliter ad cauſā & po-
ſtea vel non reperiatur, vel difficulter citari poteſt,
tunc .n. ſufficit citatio domi dimiſſa copia, *Bart. in l.
4. §. Prætor ait, nu. 4. & Alex. n. 18. ff. de damno infecto,
Rota deciſ. 1. de dolo, & contum. in nou. Put. deciſ. 297.
lib. 2 Veral. deciſ. 117. nu. 1. lib. 1.* & fuit reſolutum *co-
ram b. m. Cardinale Lancelotto, in cauſa Papienſi bonorū,
10. Ianuar. 1578.* & meis temporibus *in cauſa Papienſi
Archipresbyteratus 10. Maij, 1600. coram Illuſtriſſimo
24 Pamphilio.* cum † ab initio Petrus Loſa fuiſſet per-
ſonaliter citatus, & eſſet alienigena, nec haberet do
micilium permanens, & ob id Rota voluiſſet, quod
eligeret domicilium, prout ipſe elegit citatio facta
in iſto domicilio, ſufficit etiam quod requireretur
citatio perſonalis, cum fuerit electum, ex quo ipſe
tamquam Forenſis, & non habens domum perma-
nentem, reperiri non poterat.

25 Nec placuit Dñis, ꝙ iſta electio † debuit intelligi

Digitized by Google

pro citationibus, quæ poterant fieri domi dimiſſa
26 copia, quia † hoc procederet ſi electio domicilij fuiſſet facta ex quo ipſe inhabitaſſet in aliqua parte remotiore propter commoditatem curſorum, ſed iſta electio fuit facta ex quo ipſe non habebat ſedem permanentem, & propterea non poterat repe-
27 riri, & † ita etiam docuit obſeruãtia ſubſequuta, & ſemper citatus in iſto domicilio comparuit.

Nec refert quod iſtud domicilium fuerit electum in alia cauſa; quia cum in illa cauſa etiam Fabri fuiſſent citati, & poſtea Petrus Luſar, introducta hac cauſa, approbauit iſtud domicilium cum in eo citatus ſemper comparuerit, & denique in iſta cauſa citatis Fabris non reuocauerit hoc domicilium, manifeſtè apparet quod habet illam electionem domicilij, etiam pro iſta cauſa.

Vltra quod dicti teſtes deponunt de valore æquali, ac quaſi certæ quantitatis rei venditæ, tamen reſpectu aliorum fructuũ, & præſertim vini, teſtes fuerunt validè examinati: nam Petrus poſt citationem
28 domi dimiſſa copia cõparuit in actis, & ideo † conualidauit dictam citationem, *Rota deciſ. 31. de dolo, & contum. in nou. Ruin. conſ. 61. num. 33. lib. 5.*

Denique non conſtat de exceſſiuitate liquidationis: fuit enim facta æſtimatio deductis deducen-
29 dis, † electaq. media via circa pretium, iuxta depoſitionem teſtium, vt in *Deciſione D. mei Littæ, 14. Nouembris, 1603.* cui non eſt quid addatur.

Nec facit quod quamplures expenſæ non fuerũt deductæ, quia de expenſis doliorum cellæ vinariæ, & ſimilium non eſt habenda ratio, cum æſtimatio vini fuerit facta pretio quo ad vaſcam venditũ fuit.

De expenſis verò factis minus etiam habenda eſt ratio; quia ex inuentario apparet, quod in vinea aderant duo torcularia: & in omnem euentum, quod torculare eſſet reſtituendum vſus pro duobus annis poſſet compenſari in torcularibus antiquis, quæ bene reſtituta fuerunt.

Nec eſt verum quod fuerint factæ expenſæ in vaſca; quæ erant deducendæ, quia de huiuſmodi expenſis non conſtat, & quietantiæ, quæ dantur vltra quod non ſunt in actis, non loquuntur de expenſis
30 factis in vaſca, ſed in vinea. Nec eſt † habenda ratio libri Occihoæ, niſi partitæ iuſtificẽtur, cum fuerit pars formalis in iſta cauſa, *l. exemplo, C. de prob. & Bart. in l. admonendi, num. 26. & ibi Ripa, num. 121. de iureiur.* & fuit dictum *in hac cauſa, 29. Maij, 1589. coram Reuerendiſſimo Peruſino.*

Minuſq. releuat quod non fuerit taxatũ ſalarium vinitoris, & tamen conſtat plures pecunias illi fuiſſe ſolutas, quia pretium vini, & fructuum fuit æſtimatum deductis expenſis in quibus compræhenditur etiam expenſa vinitoris, quod Fabri alias habuerint ſcuta tricenta non releuat, quia non probatur quod ſint pro fructibus anni 1588, & 1589. pro quibus hodie agitur.

R. P. D. Iuſto, Romana pretij Palatij, Lunæ 15. Ianuarij, 1607.

SVMMARIA.

1 *Cenſus creari non poteſt, niſi in re immobili, vel pro illi habita, quæ ſit frugifera, & certis finibus deſignata.*
2 *Intentio Pij V. in ſua Bulla ſuper cenſibus fuit excludere Cenſus perſonales.*
Et inducere æqualitatem inter emptorem, & venditorem Cenſus, d. num. 2.
3 *Et vt poſſit conſtare de peremptione fundi ſuppoſiti.*
4 *Deciſionis Rotæ in cauſa Beneuentana Cenſus, 16. Decembris, 1594. coram Cardinale Mantica, Intellectus.*
5 *Numeratio pecuniæ in venditione Cenſus, eſt neceſſarium requiſitum.*
6 *Non vſus Bullæ Pij V. ſuper cenſibus allegari non poteſt, & quare.*
7 *In materia vſuraria pertinet ad Papam dare formam contractibus, & num. 10.*
8 *Non vſus, vel contrarius vſus non poteſt tollere ea, quæ veniunt ad declarationem iuris naturalis, vel Diuini.*
9 *Prout nec ea quæ concurrunt ad tollendam vſurariam prauitatem, & ideo ius naturale, & Diuinum declarant tamquam connexa.*

DECISIO LXXX.

ERAT controuerſia extra Rotam inter adminiſtratores Montis Pietatis Vrbis, & hæredes b. m. Cardinalis Deza, an eſſet validus Cenſus cõſtitutus hoc modo,

Impono & fundo ſuper omnibus bonis, & reditibus domorum, & maioricatuũ filij mei iuribus, & actionibus habitis, & habendis generaliter, ſpecialiter, & expreſſè, & pro hoc ſuper bonis ſequẽtibus. In primis ſuper reditibus, &c. Item ſuper dictis villis, &c. Item ſuper vallibus, & generaliter ſuper omnibus bonis, & reditibus, &c. quæ ad præſens habet & pro tempore habebit in perpetuum. Ad quam controuerſiam ſedandam propoſito per me dubio in Rota, Domini vnanimiter firmarunt cenſum non eſſe validum.

1 Prima ratio fuit, † quia iuxta Conſtitutionem *fel. record. Pij V.* de ſubſtantia Cenſus eſt, vt nullo alio modo conſtitui, creariue poſſit, niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur de ſui natura fructifera, & quæ certis finibus deſignata ſit.
2 Et † in hoc intẽtio cõſtituentis fuit excludere Cenſum perſonalem, & inducere æqualitatem inter emptorem, & venditorem, *Nauar. in Comment. de vſur. num. 85. Ludou. Lopez. de contract. lib. 1. cap. 57. verſic. igitur, de prima, cum ſeq.* ſi enim res non eſſet certis finibus deſignata, ſed creatio Cenſus vaga adeſſet inæqualitas: quia numquam per rei peremptionem periret Cenſus, & remaneret perſonalis in effectu, & hanc rationem conſiderauit *Rota coram Cardinale Mellino in vna Ciuitatis Caſtelli Cenſus, 10. Iunij, 1599.* Ibi namque Rota cenſuit valere Cenſum generaliter impoſitum ſuper vna domo: quia imponens vnam ſolam domum habebat in ciuitate, & ſic generalis expreſſio habet vim ſpecialis, & indiuiduæ demonſtrationis cõfinium, & verificabatur in-
3 tentio Bullæ, † quæ hanc formã inducit ad effectum, vt poſſit conſtare de peremptione rei ſuper qua eſt impoſitus Cenſus, cuius periculũ ſpectat ad emptorem. quod in terminis dixit *Honded. conſ. 25. nu. 52. lib. 1.* ſcili-

ſcilicet, non valere cenſum impoſitum, & venditum ſuper bonis tenutæ Arcis Ariæ, & tenutæ terræ Partuſiæ ex allegatis rationibus, quæ quidem veræ ſunt tam ex *Conſtitutione Pij V.* quam *Mart. V. & Calix. III. relata in Extrauag. in tit. de empt. & vendit.* quam etiam de iure communi: quia peremptis, & deſtructis rebus debet perimi Cenſus vt emptor ex natura emptionis, & venditionis hoc periculum habeat, & eſt communis opinio Doctor. *Caſſan. conſ. 63. nu. 6. & in Cathalog. Gloriæ Mundi, par. 12. conſider. 99. alids 98. num. 73.* & ita communiter ſentiunt Theologi, & atteſtatur *Ioan. Bapt. Lup. de vſur. Comment. 2. §. 2. num. 62. & 63.* à quibus terminis multum abeſt forma Cenſus, de quo quæritur; in quo Conſtitutio eſt omnino vaga, & incerta, vt ex ea conſtat & conſequenter eſt nulla.

4 Neque obſtat † alia *Deciſio coram Cardinale Mantica, in cauſa Beneuentana Cenſus, 16. Decembris, 1584.* vbi ſuſtinetur Cenſus iuxta Conſtitutionem *Pij V.* etiam non impoſitus ſuper certo corpore rei immobilis, ſed impoſitus ſuper quadam vinea, & quibuſdam domibus, & poſtea dicitur ſuper omnibus, & quibuſcumque bonis, ſiquidem fundus ille vti hypotheca Cenſus ſuper vinea, & domibus erat certis finibus circumſcriptus, & ideo ibi cõcluditur quod cum certa corpora fuerunt expreſſa vtile per inutile non vitiatur; & eſt ratio, quia non eſt prohibitum à venditore Cenſus conſtitui duas hypothecas, vel fundos ad aſſecurationem Cenſus. In quibus terminis procedit *deciſio Rotæ coram R. P. D. meo Sacrato, in cauſa Romana Cenſus, 14. Ianuarij, 1603.* licet prohibitum ſit hoc facere ad finem magis perpetrãdi Cenſum, vt per *Lopez. d. cap. 57. in fine*, & hoc vltimum applicatur caſui noſtro, cũ impoſitio ad nihil aliud tendat ex verbis præmiſſis, quam ad Cenſum magis perpetuandum ita vt non contentus imponens de bonis præſentibus impoſuit primo loco ſuper habitis, & habendis, & enumeratis aliquibus incertis ſubdit clauſulã, quæ ad præſens habet, & pro tempore habebit in perpetuum: immo magis ſpecificè declarando mentem contrahentium inferius poſt venditionem Cenſus de quolibet anno perpetuo, aut dum non fuerit redemptus, & liberatus & ſic excludunt quamlibet rei peremptionem.

Secunda ratio fuit quoniam non ſolum Cenſus peccat in forma, ſed etiam vẽditio: quia non inter-
5 uenit pecunia numerata, † quod eſt requiſitum neceſſarium ex eadem Conſtitutione *Pij V.* vt ibi notant omnes Scribentes. *Nauar. Ludouic. Lop. & Moderni de Cingulo. Hond. d. conſ. 25. num. 33.* & hanc opinionem pro vera ſemper *Rota* præſupponit, & in ſpecie *coram Cardinale Pamphilio in cauſa Bononienſi Cenſus, 24. Aprilis, 1600. & coram R. P. D. meo Sacrato, in Romana Cenſus, 11. Decembris, 1602.*

Non obſtat non vſus Bullæ *Pij V.* vel contrarius vſus allegatus in partibus Hiſpaniarũ. Primò enim reſponderunt Domini hic agendum eſſe de Cenſu valido, & reali in Vrbe vbi iſte Cenſus eſt nullus.
6 Præterea † iſte non vſus, vel contrarius vſus reſpectu huius Bullæ conſtituentis formam Cenſibus nõ poteſt allegari in qualibet parte Orbis Chriſtiani, ſed vbique ſeruanda eſt. *Nauar. de Vſur. nu. 108. Hond. conſ. 35. num. 3. lib. 2.* & hodie ſeruandam eſſe dicit *deciſ. Pedemont. Teſſaur. 154. nu. 4. Modern. de Cingulo. de Cenſib. par. 2. num. 20. Ludou. Lopez, vbi ſupra, verſ. omnibus ergo.* dixit alium vſum nõ eſſe tollerandum, niſi quod nemo putet ſanctionem tam ſanctam & iuſtam tanti Pontificis *Pij V.* non fore auſcultandam, quod facere non licet, quia in Bulla declaratur quod conſtitutio Cenſus alio modo facta cenſeatur fœneratitia; & derogatur ſtatutis, & conſuetudinibus; ergo eſt impoſſibile contrarium obſeruari poſſe abſque labe vſurariæ prauitatis: in his
7 † enim materiis dare formam contractibus ſpectat ad Papam, vt conſtat ex Conſtitutionibus antiquis *Martini V. Calix. III. & Nicol. V.* & hanc partem defendunt quando non adeſt conſenſus Papæ dicti *Moderni de Cingulo, & Hond.* allegati contra diſtinctionem *Nauar. d. num. 108.* & hæc placuit Domi-
8 nis. Cum † etenim ex ſententia eiuſdem *Nauar.* non vſu, vel contrario vſu cuiuſuis loci tolli non poteſt in quantum eſt declaratoria iuris naturalis vel Di-
9 uini, idem † dicendum eſt de circumſtantiis, & pactis reſpicientibus iuſtitiam, vel iniuſtitiam Cenſus, quæ æqualitatem inducunt, & concurrunt ad tollendam vſurariam prauitatem, & ideo ius naturale, & Diuinum declarant tamquam connexa, *c. de prudentia, de donat. int. uir. & vxor. Abb. in c. licet ex ſuſcepto, num. 11. de foro compet, Io. Monach. in c. accuſatus, num. 6. de hæret. in 6. Hoſt. in Summa, qui fil. ſint legit. num. 13.* Et hanc ſententiam iuſtè amplexus fuit Rex Catholicus, quæ in Pragmatica, quæ data fuit narrando non vſum ſibi præſuppoſitum, concludit in futurum inſtantiam faciendam eſſe cum
10 Sua Sanctitate. Non † enim dubitabatur materias concernentes peccatum, & res ſpirituales ad Papam eſſe referendas.

Et ita fuit deciſum.

R. P. D. Iuſto, Ciuitatis Caſtelli Cenſus, Lunæ 29. Maij, 1600.

SVMMARIA.

1 *Cenſus ante Bullam Pij V. ſuſtinebatur etiam quod non eſſet conſtitutus ſuper certa, nec venditus pecunia præſenti, & num. 5.*
2 *Datio in ſolutum habet aliquando vim pretij.*
3 *Nomina debitorum poſſunt dari in ſolutum.*
4 *Proprium debitum venditoris Cenſus poterat ante Bullam Pij V. in pretium Cenſus conuerti.*
6 *Contractus Cenſus ratificatur per perceptionẽ fructuum.*
7 *Cenſus computatur inter immobilia.*
8 *Cenſus non eſt res quæ ſubijcitur, ſed quid ab ea diſtinctum.*
9 *Obligatio poteſt probari per priuatam ſcripturam.*

DECISIO LXXXI.

DOMINIS viſum fuit Cenſum eſſe validum: quia non obſtant ea, quæ opponuntur, & Primò non obſtat quod non adfuerit pecunia numerata in venditione Cenſus, & quod non fuerit conſtitutus ſuper re certa, quoniam huiuſmodi difficultates fuerunt ſublatæ per *Rotam in cauſa Eugubina Cenſus coram R. P. D. meo Litta, 10. Febr. 1597.*

vbi

2 vbi dictum fuit † iſta non procedere de iure communi, & iſte Cenſus de quo agitur emptus fuit ante Conſtitutionem *Pij V.* qui dedit certam formam Cenſibus, & eſt *conſ. Nauar. 7. nu. 5. de empt. & vend.*
2 *lib. 3.* Et † datio in ſolutum in hoc caſu vim pretij obtinet, *l. ſi prædium, C. de euict. Parif.* in terminis
3 pretij Cenſus, *conſ. 75. num. 32. lib. 4.* Et † nomina debitorum abſque dubio poſſunt dari in ſolutum,
4 *l. cum à quo, ff. de ſolut.* ſicut etiam potuiſſet † proprium vendentis debitum in pretium Cenſus conuerti ad *l. ſingularia, ff. ſi cert. pet. & Nauar. conſ. 1. de empt. & vendit. lib. 3.*
5 Nec † habet dubium quod ante tempus dictæ Conſtitutionis poterat imponi, & vendi Cenſus generaliter ſuper omnibus bonis, *Couar. Variar. reſolut. cap. 7. num. 6. verſ. conſtat igitur Tiber. Decian. poſt Io. de Lignano, Rodulph. & Conrad.* quos allegat *conſ. 2. num. 141. lib. 1.*

Non obſtat quod Cherubina non fuerit præſens,
6 quia ſatis eſt quod ratificauerit † percipiendo fructus, *l. Paulus, ff. rem rat. haber. Alex. conſ. 117. lib. 5. Dec. conſ. 232. num. 5.* Et licet ratificatio non ſuppleat defectus, qui non dependent à poteſtate partium, non facit, quia ſolum agitur ad effectum oſtendendi conſenſum ex ratificatione.

Nec etiam facit apocha, quæ deducitur pro oſtendenda nullitate Cenſus, quia non eſt recognita, & neſcitur cuius manu ſcripta fuerit.

Non obſtat ſtatutum Ciuitatis Caſtelli, quo cauetur quod inſtrumenta conficiantur de rebus im-
7 mobilibus venditis. Nam † licet Cenſus computetur inter immobilia, *Feder. conſ. 12. nu. 4.* cum aliis
8 per informantes allegatis, tamen Cenſus † eſt ius quoddam ſeparatum & diſtinctum ab ipſa re, *Couar. d. cap. 7. num. 8. Gabr. conſ. 148. in princ. lib. 2.*, & non eſt ipſa res; & ideo nō habet locum ſtatutum quod loquitur in vendente poſſeſſionem, vel rem immo-
9 bilem. Quia immo † cum de iure communi poſſit probari obligatio per ſcripturas priuatas, *l. Publia, §. fin. ff. depoſ.* Statutum quod corrigit ius commune, ſtricte eſt interpretandum, *l. quod vero, ff. de legib. c. quæ à iure, de reg. iur. in 6.* cum ſimilibus.

Et ex his deciſum fuit pro validitate huius Cēſus.

Illuſtriſſimo Cardinale Blanchetto, Vrbeuetana Cenſus, Veneris 16. Decembris, 1594.

SVMMARIA.

1 *Cenſus non comprehenditur appellatione mobilium, vel pecuniæ.*
2 *Legatum mobilium reſtringitur ad mobilia exiſtentia penes teſtatorem tempore conditi teſtamenti.*
3 *Limit, ſi teſtator etiam ad futura reſpexit, quia veniunt omnia, quæ penes ipſum ſunt tempore mortis ipſius.*
4 *Acceſſiones contingentes poſt mortem teſtatoris hæredi non teſtatori competere dicantur.*
5 *Verba demonſtratiua ad oculum non extendantur vltra perſonam demonſtratam.*
6 *Pretium rei à teſtatore emptæ, & poſtea retractæ non ad legatarium mobilium, ſed ad hæredem pertinet.*
7 *Cenſus connumeratur inter iura legata.*
8 *Retractus reſoluit priorem contractum æque ac ſi factus non fuiſſet.*
9 *Redemptio Cenſus liberat rem ſuppoſitam ab onere per actum retro ſimilem.*
10 *Fructus pendentes tempore conditi teſtamenti, & tempore mortis non computantur inter mobilia.*
11 *Cenſus inter immobilia connumeratur.*

DECISIO LXXXII.

FVIT reſolutum pecunias ex Cenſibus redemptis extractas nō ſpectare ad hæredes Franciſcæ, ſed ad illos de Magdalenis. Cum enim Franciſcæ à viro fuerint relictæ pecuniæ, & mobilia ipſi teſtatori competentia, indubitati
1 iuris eſt † horum appellatione non comprehendi Cenſus. *Clem. Exiui, §. cumque annui reditus, de verb. ſign. Rom. conſ. 188. circa fin. Tiraq. de retractu Lignag. §. 1. Gloſ. 6. num. 4. cum ſeq. Couar. Variar. reſolut. lib. 3. cap. 7. num. 7. Rol. conſ. 54. nu. 6. lib. 2. Gabr. conſ. 141.*
2 *num. 2. lib. 2.* Et ſi † teſtator non dixit competitura comprehendūtur tantum pecuniæ cum mobilibus exiſtentes penes teſtatorem tempore conditi teſtamenti, & non mortis, ſi ita legatum fuiſſet conceptum *R. P. D. Mantica, de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit.*
3 *11. num. 4.* Sed cum † ad futura reſpexerit, veniunt etiam ea, quæ tempore mortis in bonis teſtatoris reperta fuerunt, ſed hoc tempus verba legati non
4 excedunt: quia † mobilia, & ſe mouentia, quæ poſt obitum teſtatoris ſuperueniunt hæredibus non te-
5 ſtatori competere dicuntur, præſertim † cum verba teſtamenti ſint relatiua, & ad oculum demonſtratiua perſonarum teſtatoris. attentis illis verbis ſæpè repetitis. Teſtatoris, &c. iuxta tradita per *Bal. conſ. 304. num. 1. lib. 5. Iaſ. in l. filiusfamilias, §. Diui, in 2. lect. nu. 151.* cum aliis per *Decian. conſ. 29. n. 47. lib. 2.*

Iſtis non obſtant tradita per *Cin. Iacob. Rom. & alios in l. ea demum, C. de collat.* quos refert *Dec. ibi, num. 2. & 3. Tiraq. de retractu Lignag. in fine, num. 14.*
6 videlicet, quod † ſi ſtatuto caueatur proximiorem agnatum poſſe rem alienatam retrahere ſi quis in teſtamento cauerit quod bona mobilia remaneant penes hæredem, ſi fundū emptum à teſtatore contingat retrahi, diſputant an ad hæredem, vel legatarium pretium pertineat, in qua differentia licet nonnulli tenuerint ad legatarium non ad hæredem pertinere; tamen *Fulg. Alex. & Aret. in d. l. ea demum* contrarium tenuerunt. Sed Domini dixerunt non applicari caſui propoſito. Primò, quia fuit reli-
7 cta vſufructuaria iurium inter † quæ etiam connumerantur Cenſus, vt ex eius definitione patet; non autem proprietaria, quæ proprietas cū fuerit à die aditæ hæreditatis acquiſita heredibus, licet propter expreſſam teſtatoris prohibitionem non potuerint capere illius poſſeſſionem, ius ipſis iam quæſitum, propter redemptionem non poteſt ab eis auferri, & in vxorem transferri, nec hoc caſu retrotractio ad initium fieri poteſt, cum media fuerint interrupta. Secundò, cum ſors principalis Cenſus ex parte creditoris ſit inexigibilis ne cadat in contractum vſurarium, iſte Cenſus, qui pendet à voluntate debitoris non debet haberi in conſideratione. *Tiraq. vbi ſupra.*

8 *ſupra,num.* 11. Tertiò retractio, & † redemptio Cenſus nõ pari paſſu ambulant: ille enim priorem contractum ita reſoluit ac ſi factus non fuiſſet, per iſtam
9 verò non reſoluitur contractus, ſed † per actum retro ſimilem res obnoxia Cenſui efficitur libera, *l.fin. C.quand.lic. ab empt. diſced. §.hoc amplius. Inſtit.quib. mod.toll. obligat.* & fuit reſolutum *coram Illuſtriſſimo Lancelotto, in vna Romana Cenſus, 25. Iunij, 1574.* Præ-
10 terea † ſicuti fructus pendentes licet maturi tempore conditi teſtamenti, & tempore mortis non computantur inter mobilia, *R.P.D. meus Mantica, lib.9. tit.3. num.6. Gabr.conſ.98. num.5. lib.1.* multò
11 minus Cenſus, † qui tempore mortis inter ſtabilia connumerabantur, debet poſt mortem teſtatoris inter res mobiles recenſeri.

Non obſtat quod ex decreto Cõmunitatis Cenſus iſte eſſet redimendus, quia hoc caſu poterat reuocari hoc decretum, ex quo non immutatur natura vt inter mobilia, non immobilia computetur.

Et ita deciſum.

R. P. D. Manzanedo, Romana Saluiani Interdicti, Lunæ 1. Iunij, 1609.

SVMMARIA.

1. *Solutio in dubio debet cedere in duriorem cauſam.*
2. *Fideiuſſor qui dolo deſijt opponere exceptionem tam ſibi, quam principali competentem ſi ſoluat, non poteſt à principali repetere.*
3. *Limit. ſi fideiuſſori eſſet incognita huiuſmodi exceptio.*
4. *Scientia non præſumitur, ſed eſt probanda ab eo, qui in illa ſe fundat.*
5. *Ignorantia præſumitur reſpectu eorum quæ conſiſtunt in facto.*
6. *Obligatus vti principalis & inſolidum, non poteſt opponere exceptionem excuſſionis principalis.*
7. *Ceſſionarius non poteſt plus iuris prætendere, quam haberet cedens.*

DECISIO LXXXIII.

VT facilius poſſet expeditioni huius cauſæ conſuli, propoſui hodie duo dubia, quorũ Primum eſt, præſuppoſito quod Mons pietatis poſt decoctionem Auguſtini Iunctini habuerit ex illius bonis ſcuta quinque millia, & vltra, & quod de iure il-
1 la † deberent cedere in duriorem cauſam, & ſic fideiuſſionis, quamuis remaneat aliàs debitor Montis ad tex. in *l.cum ex pluribus, ff. de ſolut.* cum notatis per *Corn.conſ.91. num.25. lib.2. & Rota Diuerſ. deciſ.113. num.3. par.1.* & in terminis fuit dictum *in vna Romana fideiuſſionis, 21. Maij, 1604. coram Domino meo Lancelotto.* Dubitaui, an Dominus Dux de tempore executionis ſibi factæ per Montem pro dictis ſcutis quinque millibus teneatur opponere contra Mõtem de ſolutione ſcutorum quinque millium à Monte habitorum ex bonis Auguſtini, & obſtet Domino Duci agenti contra Collegium non oppoſuiſſe dictam exceptionem. Et licet pro Col-
2 legio ſit regula, quod † fideiuſſor dolo omittens opponere exceptiones tam ſibi, quam principali competentes, non poſſit à principali repetere, *l.ſi fideiuſſor. 29. ff. mand. l.exceptiones, vbi Bar. Paul. & omnes, de fideiuſſ. Alex.conſ.59.num.1.lib.1. Pariſ.conſ.104. num.1. lib.3.* Contrarium tamen in noſtro caſu Domini reſpondendo dixere. Primò, quia non fuit viſum conſtare quod tempore relaxati mandati contra Dominum Ducem eſſet ſatisfactum Monti ex bonis Iunctini, & ſic Dominus Dux non poterat opponere de ſolutione, quæ adhuc Monti non erat facta; tum etiam quia licet ſit verum Montem de dicto tempore fuiſſe ſatisfactũ de ſcutis quinque mil-
3 libus ex bonis Iunctini, † nihilominus cum Dominus Dux ignoraret prædictam ſolutionem excuſandus veniebat cum ad hoc, vt regula contraria procedat, requiratur in fideiuſſore ſcientia exceptionis ſibi, vel principali competentis, illa verò ceſſante nihil illi poteſt imputari, iuxta diſtinctionem tex. *in d.l.ſi fideiuſſor.* quam ſequitur *Bal. in l. conſtitutionem, num.2. C. de vſur. Salic. in l.ſi pro te, num. 12. & 13. C. mandat.* quam etiam approbauit *Rota, d.deciſ.113. num.12. par.1.* Quod in tantum eſt verum vt eadem, *l.ſi fideiuſſor, in verſ. potuit,* dicat. Potuit enim, atque debuit reus promittendi certiorare fideiuſſorem ſuum, ne fortè ignorans ſoluat debitum, Vnde
4 † ſcientia nõ præſumitur in Domino Duce, & illam probare debet Collegium, cum ſit ſuũ fundamen-
5 tum & conſiſtat in facto; cuius † ignorantia præſumitur, *l.in bello, §.ſi ſta, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* Et faciliùs præſumitur iſta ignorantia cum de illo tempore Dominus Dux eſſet abſens. Et dicere ipſum teneri inueſtigare ex hoc non reſultat ſupina ignorantia, nec lata culpa, vt requiritur à *d.l.ſi fideiuſſor, iuncta Gloſ. in verbo, diſſoluta.*

Nec minus facit quod adeſſent bona Iunctini
6 valoris ſcutorũ quattuordecim millium, quia † cum Dominus Dux eſſet ad fauorem Montis obligatus vti principalis, principaliter & inſolidum non poterat euitare ſolutionem opponendo adeſſe in bonis Iunctini vltra ſcuta quinque millia, cum eſſet in facultate Montis cõtra ipſum agere omiſſo, vel non excuſſo principali. *Alex.conſ.29. num.25. lib.7. Caputaq. deciſ.275. num.8. par.2.* & fuit dictum *in vna Romana fideiuſſionis, 18. Aprilis, 1608. coram eodem Domino meo Lancelotto.*

Secundum dubium fuit an ratione ceſſione Montis ad fauorem Collegij cenſeatur Mons ſatisfactus de ſcutis duobus mille, trecentis in quibus melioramenta domus ſupponuntur fuiſſe æſtimata, & ſic obſtet Domino Duci agenti contra Collegium prędicta ceſſio: & cum Mons prætenderet cõtra Collegium valorem melioramẽtorum factorum per Iunctinum in iſta domo poſſeſſa à Collegio, fuit deuentum de ordine Sanctiſſimi ad concordiam, in qua Mons pro ſcutis mille realiter ſibi à Collegio ſolutis illi ceſſit quæcumque iura ſuper dicta domo hypothecata, illiuſq. melioramentis ſibi competentia ampliſſimis verbis, vnde Collegium prætẽdit Montem eſſe ſatisfactum de omnibus iſtis melioramentis, cum in dicta ceſſione illud administratores vocent ſe ſatisfactos pro ſcutis mille receptis, de omnibus melioramentis ad quamcumque ſummam.

Et quamuis opponebatur ceſſionem prędictam non obſtare Duci niſi pro ſcutis mille ſolutis à Collegio, cum pro illis tantum Mons promiſerit de euictione,

ctione, & quod Mons ſibi reſeruauerit in iſta concordia iura pro reſiduo ſui crediti cõtra Iunctinum, illiuſq. bona & fideiuſſores, & alios quoſcumque etiam tertios poſſeſſores, quod arguit non fuiſſe ceſſa Collegio omnia iura competentia Monti, ſed pro dictis ſolutis tantum. Nihilominus reſpondebatur ſtare ſimul fuiſſe ceſſa omnia iura, & euictionem reſtrictam ad ſcuta mille tantum. Immo cum Mons non habuiſſet niſi ſcuta mille non videbatur rationi congruum, quod vltra illa obligaretur de euictione. Et quo ad prædictam reſeruationem dicebatur fuiſſe factam à Monte ad tollendas nouationes reſpectu aliorum: quo ad illos enim nolebat Mons ſibi præiudicare. Vltra quod ab iſta præſeruatione iurium fuit expreſsè exceptum Collegium, & domus iſta, illiuſq. iura, & melioramenta, & ſic conſtat nihil fuiſſe reſeruatum quo ad domum, & melioramenta, ſed quamuis omnia illa in ceſſione comprehendantur, nihilominus Domini cenſuerunt prædictam ceſſionem non obſtare Domino Duci ea potiſſima ratione, quia ſi meliotamenta ita à Iunctino in domo facta eſſent penes Montem non poſſet euitare Mons, quominus Dominus Dux de illis ſatisfieret pro conſeruatione ſibi debita, & promiſſa per Iunctinum, & quo ad ſuum creditum eſſet Dominus Dux præferendus in iſtis melioramentis ipſi monti, vt fuit reſolutum in vna Romana fideiuſſionis, 15. Maij proximè præteriti, coram Domino meo Lancelotto; ſed ratio eſt quia Dominus Dux fideiuſſerit pro Iunctino, & ſe obligauerit pro ſcutis quinque millibus tantum illa reperta in bonis Iunctini debent cedere in duriorem cauſam, nempè in extinctionem debiti præcedentis ex dicta fideiuſſione, vt ſupra in principio diximus. Nec collegium poterit euitare quo minus Dominus Dux ſatisfiat de iſtis melioramentis à Monte ceſſis Collegio, cum
7 † non poſſit Collegium ex dicta ceſſione prætendere plus iuris, quam eſſet penes Montem cedentem ad regulam tex. *in l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur.*

Ex quibus ſic per Dominos fuit concluſum.

R. P. D. Vbaldo, Anconitana Cenſus, 24. Maij, 1613.

SVMMARIA.

1 *Sententia, quæ tranſiuit in iudicatum retractatur per reſtitutionem in integrum ob qualemcumque iniuſtitiam, etiam non notoriam.*
2 *Diſdicta Cenſus euaneſcit, ſi intra duos menſes Cenſus non redimatur.*
3 *Notario non creditur de relatione citationis, niſi conſtet de illius executione.*
4 *Citationis executæ probatio non ſuffragatur, ſi non conſtat de tenore citationis.*
5 *Procurator ad lites non poteſt recipere ſolutionem.*
6 *Procurator ad lites non poteſt interpellari ad recipiendum ſolutiones.*
7 *Et cetera, In extenſione huius clauſulæ veniunt tantum ea quæ ſunt de natura actus, non alia.*
8 *Vel ea quæ ſunt cepta exprimi, non ea quorum ſaltem principium non eſt expreſſum.*
9 *Tutor datus ob impedimentum Tutoris, durat durante impedimento,*
10 *Minor non conſtituitur in mora ob interpellationem factam à procuratore minus legitimo.*
11 *Decretum factum cum intimatione, non afficit non ſequuta intimatione.*
12 *Depoſitum nullum, non releuat.*
13 *Depoſitum non integrum, eſt nullum.*
14 *Etiam ſi deficiat in minimo.*
15 *Tam reſpectu ſortis, quam fructuum.*
16 *Depoſitum pro redemptione Cenſus debet fieri non ſolum de ſorte, ſed etiam de fructibus etiam pro bimeſtre diſdicta.*
17 *Actus factus à Tutore nomine proprio, non extenditur ad intereſſe pupilli.*
18 *Tutor non poteſt auctorari in actu, in quo agitur de eius proprio intereſſe.*
19 *Actus ab initio nullus, ratificari non poteſt.*
20 *In ratificatione eſt neceſſaria ſcientia omnium qualitatum actus ratificandi.*
21 *Præſuppoſitum ſi ceſſet, ceſſat diſpoſitum.*
22 *Tutor non poteſt alienare rem minoris abſque ſolemnitatibus.*
23 *Cenſus connumeratur inter ſtabilia.*

DECISIO LXXXIV.

FVIT lata ſententia à b. m. Iuſto, per quam fuit declaratum Cẽſus de quibus agitur, fuiſſe extinctos præuia deciſione ab eodem extenſa, 26. *Februarii*, 1604. A qua ſententia licet filij, & hæredes Petri de Leonibus appellaſſent, tamen appellationem non fuerunt proſequuti. vnde obtinuerunt committi in Rota cauſam reſtitutionis in integrum, ſuper qua propoſito dubio, 14. *Februarij* præteriti, quia pro parte Dominorum de Triumphis non fuerat informatum ſuper iniuſtitia ſententiæ ex qua Aduerſarij deducebant cauſam reſtitutionis Domini reſolutionem diſtulerunt. Hodie verò iterum propoſito dubio vtraque parte informante Rota cenſuit cõſtare de cauſis reſtitutionis in integrum, cum
1 † ad eam obtinendam ad effectum retractandi ſententiam, etiam quæ tranſiuit in iudicatum ſufficiat qualiſcumque iniuſtitia, etiam non notoria, vt fuit reſolutum *in vna Auximana dotis*, 14 *Martij*, 1578. *coram Seraphino*, *Caſar de Graſſ. deciſ.* 10. *num.* 12. *de re iudic.* inter impreſſas *deciſ.* 35 *t. num.* 5. *par.* 1. *Diuerſ. Caputaq. deciſ.* 94. *par.* 3.

Iniuſtitia verò deducebatur ex pluribus defectibus, quos videbatur pati extinctio Cenſuum ex aduerſo prætenſa.

Et primo ratione diſdictæ Cenſus, quæ prætenditur bis facta. & quo ad primam non videtur du-
2 bium quin † euanuerit, nam fuit executa, 11. *Aprilis*, 1591. Oblatio verò fuit facta, 22. *Iunij* eiuſdem anni, & ſic per duodecim dies poſt lapſum bimeſtris, & ideo iuxta Bullam *Pij V.* Leonij poterant intra annum agere, ſed non cogi ad retrouendendum niſi præcedente noua diſdicta, vt in *d. Bulla*, §. *cum verò*. Secunda verò videbatur Dominis pati multas difficultates, tum [illegible] de relatione citationis executæ in perſonam. Io. [illegible]antini clarè non
3 conſtabat, nec † Notario aſſeronti [illegible] credendum niſi conſtet de relata executione, cum deponeret de actu à ſe non geſto, nec à ſe rogato. *Aim. conſ.*

conſ.273.num.6. Bal. in l.vlt. num.17. C.de re iudic.
Vltra quod Notarius aſſerit nuncium ſibi retuliſſe
ſe citaſſe prout in cedula, quam exhibuit, & tamen
dicta cedula non reperitur in actis, nec fuit à Nota-
4 rio integraliter regiſtrata, vnde † quatenus proba-
retur citatio, non tamen probatur tenor citationis,
*Felin. in c.quoniam contra, nu.51. verſ.hanc tamen con-
cluſionem, de Probat.* quem ſequuta eſt *Rota deciſ.55.
par.1.* vbi quod ſi de tenore non conſtat, impoſſibile
eſt dicere quod citatio ſit legitimè exequuta; tum
quia perſona Ferrantini videbatur minus legitima
ad effectum de quo agebatur, cum eſſet procurator
ad lites conſtitutus à Domina Lauinia matre, & tu-
5 trice, quo caſu ſicut † talis procurator ſolutionem
recipere non potuiſſet, *l.ſi procurator, ff.de cond.in-
6 deb. l.hoc iure, ff.de ſolut.* ita † nec oblatio, nec inter-
pellatio ad recipiendum illi fieri poterat. *Tiraq. de
retractu Lignag.§.1. Gloſ.13.num.33.*
Nec clauſula, & cetera, in mandato appoſita
7 obſtat, † quia in eius extenſione poſſunt venire ea,
quæ ſunt de natura actui, & non alia. *Doctor. in l.
Gallus, §.idem credendum, vbi Iaſ. num.7. ff.de liber.
8 & poſthum.* Vel ea † quæ ſunt cæpta exprimi; non
autem ea, quorum ſaltem principium non eſt ex-
preſſum, *Caſtr.conſ.10. num.5. lib.1.* Vnde in propo-
ſito potuit operari quo ad omnia neceſſaria in man
dato ad lites; non autem pro oblatione, vel pretio
Cenſus recipiendo. Vltra quod Lauinia mater, die
27.*Aprilis*, 1591. reaſſumpſit tutelam, & conſtituit
9 dictum Ferrantinum actorem ad lites, † quod non
videtur potuiſſe facere cum viueret adhuc Franci-
ſcus Alleus ad petitionẽ eiuſdem matris datus Tu-
tor propter litem, quam mater cum pupillis habe-
bat pro repetitione ſuæ dotis, quod impedimentum
litis adhuc durabat, vt conſtat ex actis poſtea factis
per eandem matrem mediante perſona Ciambar-
lani vti eius procuratoris pro conſecutione dicti de-
poſiti, & ſic manifeſtè videtur conuinci inualiditas
mandati Ferrantini, cum eſſet conſtitutus à perſona
minus legitima, nempè à matre de tempore quo
non poterat eſſe tutrix propter impedimentum li-
tis, quæ adhuc durabat & ſuperuiuentiam alterius
tutoris, qui ob dictam cauſam datus fuerat. Acce-
10 dit, † quod ſolis interpellatio fuit facta ab aſſerto
procuratore illorum de Triumphis, de cuius tamen
mandato non conſtat in actis, cum tamen videre-
tur omnino eſſe neceſſarium ad conſtituendum in
mora minores de Leonibus. *Bart.in l.inter ſtipulan-
tem, §.1. ff.de verb.oblig. Surd.conſ.160.nu.24. lib.2.*
11 Accedit vltimò, quia † decretum emanatum vigo-
re dictæ interpellationis, de deponẽdo, fuit factum
cum intimatione; quæ tamen non fuit facta niſi
poſt depoſitum ex quo videtur reſultare inualiditas
dicti decreti. *Put.deciſ.174. lib.1.*
Ex quibus reſultat ſecundus defectus principa-
12 lis, videlicet depoſiti, † quod tamquam nullum ex
defectu diſdictæ, & interpellationis non potuit affi-
cere pupillos de Leonibus, tantò magis, quia con-
tra dictum depoſitum aliæ etiam dabantur exce-
13 ptiones per informantes, vt † quod non fuerit in-
tegrum, ideo nullum *l.obſignatum, C.de ſolut.* adeo
14 † quod ſufficiat defectus in minima parte, *Alex.
conſ.75. num.8. lib.7. Tiraq. de retractu Conuent. §.4.
Gloſ.4. num.1. & Gloſ.6. num.23. Menoch. de arbitr.*
15 *caſu 232. à num.28. & 29. in addit.* & debet † fieri
depoſitum non ſolum ſortis, ſed etiam fructuum, *l.
Tutor, §.Lucius, ff.de vſur. l.vſuras, C.eod. Couar.Var.
reſolut. lib.1. cap.15.num.10.* Hoc autem depoſitum
non fuit integrum quo ad ſortem, nec quo ad fru-
ctus, cum quo ad ſortem deeſſent ſcuta viginti, &
16 † quo ad fructus deeſſent pro illo ſemeſtre decur-
rendo, quæ ferè omnia ſenſerunt Domini etiam in
illa deciſione coram Iuſto, & licet reſponderint, vt
ibi habetur; tamen putarunt ceſſare difficultatem
propter ratificationẽ matris, & tutricis pupillorum.
Sed hodie contrarium Dominis viſum fuit, vide-
licet, quod dicta ratificatio non ſuffragetur Domi-
nis de Triumphis ex multis reſponſionibus datis
per informantes ad dictam ratificationem. Ex qui-
bus illa magis placebat, quod ſcilicet, hic nulla ad-
ſit expreſſa ratificatio, ſed illam eliciant Triumphi
ex inſtantia facta à Lauinia per procuratorem pro
conſignatione dictarum pecuniarum pro ſua dote,
17 quæ † tamen inſtantia non fuit facta tamquam à
Tutrice, ſed tamquam à creditrice, cum ipſa repræ-
ſentaret duplicem perſonam. Vnde petens ſatisfie-
ri ſuper depoſito tamquam creditrix, non cenſetur
ratificare Cenſus extinctionem vti tutrix, cum hæc
ſint diſtincta, & ſeparata, *Surd.deciſ.153. num.16.*
18 præſertim cum in hoc actu ageretur † de proprio
commodo Lauiniæ, in quo non poterat ſibi ipſi au-
ctorari, *l.1. ff.de auct.tut. Abb.conſ.80. in fine. lib.2.*
Et licet in neceſſarium antecedens videatur di-
cẽdum Lauiniam præſuppoſuiſſe Cenſum fuiſſe ex-
tinctum, cum aliàs non potuiſſet pecunias præten-
dere, vt dicitur in dicta deciſione coram *b.m.Iuſto*,
tamen potuit credere Cenſum tunc fuiſſe legitimè
extinctum, vnde ex hac petitione non videtur po-
tuiſſe induci ratificatio extinctionis, quæ non ade-
19 tat ſaltem valida ex prædictis, & † aliàs actus ab
initio nullus ratificari non poteſt, *Natta.conſ.262.
20 num.10.* Vltra † quod in ratificatione neceſſe eſt vt
concurrat ſcientia omnium qualitatum actus rati-
ficati, quæ hic non probatur, *Ruin.conſ.8.nu.8.verſ. ſi
autem, lib.4.* cum aliis per *Gabr.concluſ.3. de Iudic.
num.18.* & fuit reſolutum *in Romana pecuniaria, 3.De-
cembris, 1610. coram Reuerendiſſimo Atrebaten.* vbi in
ſpecie dicitur, quod ratificans præſupponit actum
21 eſſe validum, † quo præſuppoſito ceſſante, ceſſat
ratificatio. Quibus accedit quod ſtante nullitate
diſdictæ Cenſus Lauinia neque etiam tamquam tu-
trix poterat eam ratificare, cum fuiſſet alienatio re-
rum ſtabilium prædictorum minorum voluntaria,
22 † quæ ſine decreto Iudicis, & cauſæ cognitione fie-
ri non poteſt, *l.lex qua tutores. C.de adm.tut. Surd.
23 conſ.191. num.17. lib.2.* & aliàs certum eſt † Cenſus
perpetuos connumerari inter ſtabilia. *Tiraq. de re-
tractu Lign.§.1.Gloſ.6.nu.4. Hond.conſ.61.nu.35 lib.1.*
Ex quibus & aliis cumulatis per informãtes Dñi
cenſuerũt cõſtare de cauſis reſtitutionis in integrũ.

R. P. D. Vbaldo, Bononienſis bonorum de Zaualiis, Veneris 12. Decemb. 1614.

SVMMARIA.

1 *Alienatio facta poſt decoctionem, cenſetur ſimulata.*
2 *Cenſus impoſitio, cenſetur alienatio facta titulo oneroſo.*
3 *Alie-*

Digitized by Google

3 *Alienatio vt cenſeatur fraudoleuta requiritur ſcientia vtriuſque contrahentis, quod bona debitoris non ſufficiant omnibus creditoribus.*
4 *Decoctus is dicitur, qui poſtquam talis fuit declaratus, fugam arripuit;*
5 *Breuitas temporis inter decoctionem, & alienationem auget ſuſpicio fraudis.*
6 *Ignorantia facti notorij, & publici non præſumitur.*
7 *Cenſus veniunt appellatione immobilium, etiam in ſtatutis.*
8 *Actus idem poteſt eſſe validus reſpectu contrahentium, inualidus reſpectu aliorum.*
9 *Contractus factus contra legem poteſt valere in præiudicium contrahentium, non autem illorum fauorem.*

DECISIO LXXXV.

DOMINI reſponderunt pro Domino
Auguſtino Franzotio informante, videlicet,
instrumentum impoſitionis
Cenſus de quo agitur; eſſe in fraudem
creditorum. Nam ex teſtibus examinatis
vigore Remiſſoriæ Rotalis conſtat hæredes
Petriantonij de Zaualiis tempore nūdinarum, quæ
menſe Maij celebrantur Placētiæ decoxiſſe, & tamquam
decoctos fuiſſe ibi iudicialiter declaratos, &
1 pro talibus publicè habitos; vnde cum † paulò poſt
decoctionem dicti hæredes Bononiam reuerſi cenſum
impoſuerint ſuper certis ſuis bonis, eumq. vendiderint
Herculano Poſterlæ, huiuſmodi cōtractus
cenſeri debet ſimulātus & in fraudem creditorum,
iuxta tex. in *l.1. & 2. & in l. ſi quis cum haberet, & ibi Bart. ff. quæ in fraud. credit. l.1. C. de iure fiſc. lib. 10. & ibi Bart. num. 8. Socin. in l.1. num. 108. ff. ſol. matr. Gabr. conſ. 82. nu. 5. verſ. nec refert, lib. 1. Rota Ianuenſ. deciſ. 17. num. 14.* Et quia ad hoc vt alienatio ex ti-
2 tulo oneroſo, † qualis eſt Cenſus impoſitio, cenſea-
3 tur in fraudem facta, requiritur † dātis & accipientis
ſcientia quod bona debitoris non ſufficiant creditoribus.
prout probat tex. *in l. qui autem; §. hoc edictum, ff. quæ in fraud. credit. l. pen. C. eod. Gloſ. 1. in §. item ſi quis in fraudem. Inſtit. de act. & ibi Doctor. Burſ. conſ. 40. num. 7. lib. 1. Menoch. conſ. 226. num. 545. lib. 3. Surd. conſ. 382. num. 64.* vbi de communi *lib. 3.*
hic ſatis videbatur conſtare de vtriuſque contrahentium
ſcientia; nam ſcientia illorum de Zaualiis
4 non videtur poſſe controuerti, cum † eam ob cauſam
fuerint declarati decocti in nundinis Placentiæ,
& exinde fugam arripuerint, iuxta doctrina *Iaſ. in d. §. item ſi quis in fraudem, num. 46. Inſt. de act.* præſertim
ſtāre breuitate temporis inter decoctionem,
5 & impoſitionem Cenſus, † quæ etiam auget ſuſpicionem,
Alex. in l. ſi cum dotem, §. ſi mulier, num. 3. ff. ſol. matr. Surd. conſ. 528. num. 8. & 9. lib. 4. Scientia
quoque Herculani ſatis probatur cum in nundinis
præfatis eſſet publica, & notoria decoctio, & ceſſatio
dictorum de Zaualiis, vt teſtes deponunt, qui
etiam dicūt de eo tempore Herculanum fuiſſe præſentem
Placentiæ, ibiq. negociatum tam ſuo, quàm
6 alieno nomine, † adeo vt non præſumatur factum
adeo publicum, & notorium ignoraſſe, *c. 1. de poſtul. Prælat. c. fin. qui matr. accuſ. poſſ. Alex. conſ. 187. nu. 7. lib. 2. Mohed. deciſ. 11. num. 2. de præſcript. Vmal. deciſ. 109. num. 3. par. 3. Menoch. de Præſumpt. libro 6. præſumpt. 23. num. 68. Rota Ianuen. deciſ. 83. ſub num. 8.*

Accedat prædictis *Statutum Bononienſe* in quo ſub
Rubr. 72. omnes alienationes rerum immobilium
factæ per annum ante decoctionem declarātur nullæ,
& in fraudem creditorum; vnde cum eodem anno
venditionis Cenſus illi de Zaualiis fuerint etiam
in ciuitate Bononiæ declarati decocti, ceſſantes, &
falliti, vel ſaltem contra eos eſſe procedendum iuxta
formam ſtatutorum de ceſſantibus loquentium,
res videbatur tranſire magis de plano quod prædictum
inſtrumentum Cenſus cenſeretur in fraudem
creditorum factum, & licet ſtatutum loquatur de
7 alienatione rerum immobilium, † tamen huiuſmodi
appellatione continentur etiam annui Cenſus,
Clem. Exiui, §. cumque annui reditus, de verb. ſign. Gabr. conſ. 141. num. 12. lib. 2. Surd. deciſ. 204. num. 1. Tiraq. de retractu Lign. §. 1. Gloſ. 6. ſub num. 3. verſ. at vbi.

Nec obſtare viſum fuit, quod alias vigore huius
inſtrumenti Cenſus Eques Daneſius qui in eo pro
Zaualiis fideiuſſor interuenit fuerit coactus ſoluere,
& ſic videatur dictum inſtrumentum canonizatum
per *Rotam*, vt in *Deciſione Bononienſi Cenſus coram Illuſtriſſimo Mellino, 8. Februarij, 1560. & ver. in eadem 11. Decembris eiuſdem anni, coram b. m. Iuſto*, quia
ibi ſolum agebatur inter emptorem Cenſus, & fideiuſſorem
principaliter obligatum; in præſenti autem
agitur, an dicta impoſitio Cēſus fuerit in frau-
8 dem creditorum, & ſtant iſta ſimul, † quod actus inter
cōtrahentes ſit validus; non autem quo ad præiudicium
tertij, ex adductis per *Vant. de nullitat. tit.*
9 *quot. & intr. quæ tempor. num. 53. & ſeqq.* Vel † quod
valeat in odium, & damnum ipſorū cōtrahentium;
nō autem in eorum fauorem tamquam factus contra
diſpoſitionem legis, vel ſtatuti, vel in fraudem
Tertij: *Tiraq. de retractu Lignag. §. 1. Gloſ. 2. num. 9. & §. 26. Gloſ. 2. num. 8. verſ. & illud quoque. Vant. vbi ſupra, num. 58.*

Nec applicabatur *deciſio in cauſa Bononienſis de Ocellis, 27. Iunij; 1597. coram Orano*, quia ibi conſtabat
de conuerſione pretij in vtilitatem creditorum,
merito ibi ceſſabāt ſtatutum Bononienſe, de
quo ſupra; hic autem totum contrarium obtinet,
vt patet ex prædictis.

Ex quibus itā fuit concluſum.

R. P. D. Litta, Romana prætenſæ executionis contractus, Veneris 27. Maij, 1594.

SVMMARIA.

1 *Cameralis obligatio habet executionem paratam.*
2 *In obligatione camerali admittuntur ſolum certa exceptiones.*
3 *Illuſtriſſimus Camerarius poteſt exercere etiam ea, quæ requirunt mandatum ſpeciale.*
4 *Decretum Iudicis facit præſumi omnia ritè, & rectè geſta, & omnes tollit ſuſpicionem.*
5 *Statutum Vrbis, lib. 1. cap. 113. habet locum tam in cognatis, quam in agnatis.*
6 *Fructus annui Cenſus inter immobilia non computantur, & num. 8.*

7 *Pro-*

7 *Probibitus alienare rem, non eſt probibitus alienare illius fructus.*
9 *Verba in ſtatutis ſunt propriè capienda.*
10 *Caſus in ſtatuto non expreſſus, eſt regulandus ſecundum ius commune.*
11 *Læſio maxima non præſumitur, ſed ab allegante debet concludenter probari.*
12 *Executio cameralis obligationis, non retardatur pendente iudicio ſuper læſione.*
13 *Exceptio non implementi, non poteſt opponi ab eo qui primo contrauenit.*

DECISIO LXXXVI.

DOMINI reſoluerunt pro vlteriori
executione contractus ea ratione,
1 † quia proprium cameralis obliga-
tionis eſt habere executionem pa-
ratam, & non admittere regulariter
2 loquendo, † niſi exceptiones ſolutio-
nis, falſitatis, & pacti de non petendo. *Caſſad. deciſ. vnica, num. 2. de mutu. petit. Galleſ. in 4. parte, obligat. cameral. quæſtione 1. numero 2. Rota in illa Romana executionis de Angnillaria, 6. Maij, 1592. & in illa Illuſtriſſimorum de Sfortia, 12. Aprilis, 1593. coram R. P. D. Orano*, quarum exceptionum cum nulla nunc proponatur, ideo &c.

Nec obſtare exceptiones propoſitas nullitatis
ipſius contractus dixerunt Domini, Non illam mo-
tus Proprij *Gregor. fel. recordat.* prohibentis emptio-
nem frumenti vltra proprium vſum, quia adeſt li-
3 centia Illuſtriſſimi Cardinalis Camerarij, † qui ha-
bet mandatum à Papa, & poteſt circa huiuſmodi
exercere etiam ea, quæ requirunt mandatum ſpe-
ciale, *Caputaq. deciſ. 9. lib. 3. in manuſcr.* Et ceſſat om-
nis difficultas ex eo quod ipſe atteſtatur id ſibi com
miſſum à Papa viuæ vocis oraculo. *Alc. reſpouſo 536. num. 7. tomo 2. lib. 5.* & fuit dictum *in illa Auximana grani, 20. Aprilis, 1592. coram R. P. D. Blanchetto.*

Non illam quod non fuerit ſeruata forma *Statut. Vrbis, cap. 3. de alienat. rer. minor.* Quia ex le-
ctura inſtrumenti omnes interueniſſe ſolemnitates
4 apparet cum decreto Iudicis, † quod facit præſumi
omnia ritè, & rectè facta, & omnem de medio tollit
ſiniſtram ſuſpicionem damni, ſcilicet, doli, & frau-
dis, *Bal. conſ. 399. num. 4. lib. 5. Iaſ. conſ. 119. num. 1. lib. 1. Marſil. ſingul. 438. num. 1.* latè *Rol. conſ. 39. num. 43. lib. 1.* Nec ex eo quod non agnatorum, ſed co-
gnatorum conſenſus interuenerit poteſt talis con-
5 tractus impugnari † ſtante quod ſtatutum illud tam
in cognatis, quam in agnatis habet locum, *Creſcen. deciſ. 4. num. 6. de conſlit. in impreſſ.* & fuit reſolutum *in illa Romana de Seapucys, 15. Iunij, 1576. coram R. P. D. Blanchetto.*

Vlterius omnem ex eo ceſſare difficultatem dixe-
runt Domini, quod ſtatutum procedit in alienatio-
ne rerum immobilium, vnde non vendicat ſibi lo-
cum in caſu de quo agitur, quia licet annui reditus
reputentur inter immobilia ad effectum, vt nõ poſ-
ſint alienari ſine ſolemnitate; attamen hic non fit
6 alienatio annui reditus, ſed ſolum † promittitur
tradi, & conſignari certa pars fructuum obuenien-
7 dorum ex annuis reditibus, & † prohibitus alienare
rem, non prohibetur alienare fructus, *L. codicillis, §. Inſtituto, ff. de leg. 2. l. pater, in princ. ff. de leg. 3. Iaſ. in l. filiusfamilias, in §. Diui, in 2. lectura, num. 83. verſ. decimotertio limit. ff. de leg. 1. Tiraq. de retractu Lign. §. 1, Gloſ. 3. num. 47.* cum in obligatione non ſint deducti
annui reditus, ſed quædam quantitas fructuum non
propria auctoritate percipienda per Viſanos. Ideo
ſtatuti diſpoſitio non applicatur, cum verè hoc in
8 caſu † annua præſtatio de qua loquitur contractus
non comprehendatur inter immobilia, *Bart. in l. ſciendum, num. 10. verſic. quæro quid ſi iſte, ff. qui ſatiſd. cogan. Ruin. conſ. 82. num. 3. verſ. quandoque & tertio,*
9 *lib. 2.* quod præſertim videtur dicendum † ſtante
quod verba in ſtatutis ſunt propriè intelligenda, &
non impropriè, *l. 3. §. hac verba ff. de negoc. geſt.* & ca-
10 ſus in ſtatuto † non comprehenſus eſt regulandus
ſecundum diſpoſitionem iuris communis, *l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſthum. l. fin. C. de pact. conuent.*

Et ad illud quod pro Illuſtriſſimo Domino Vrſi-
no deducebatur de maxima læſione, reſpondeba-
11 tur † eam non præſumi, *l. 3. §. ſi minor, ff. de iureiur. Pariſ. conſ. 49. num. 29. lib. 1. Alex. conſ. 92. num. 15. & 35. lib. 6.* & ideo ab allegante probari concluden-
12 ter debere. *Gabr. vbi ſupra, nu. 47.* & † interim obli-
gationem cameralem non impediri, *Mohed. deciſ. 31. & 39. lo. Paul. deciſ. 46. Incipit Romana obligationis. Anton. Auguſtin. deciſ. 72. lib. 3.* & fuit dictum *in illa Tiburtina Caſtri S. Poli, 17. Martij, 1564. corã Cotta.*

Ad illud autem, quod pro eodem Illuſtriſſimo deducebatur de non implemento ex parte Domini Viſiani & ſociorum fuit per Dominos reſponſum ex deductis per informantes pro eis. & ex ſcripturis ſatis apparere de integrali implemento vſque ad menſem Septembris, 1590. licet pro parte Illuſtriſſimi Domini Vrſini fuiſſet ceſſatum in adimplendo vſque de menſe Auguſti eiuſdem anni, & ſic per menſem ante, quo fit vt intrare videatur abſque controuerſia *notab. Mathe ſil. 50.*
13 Quod † ſcilicet, qui primo contrauenit non po-
teſt ex poſt aduerſario opponere exceptionem non
adimplementi quod comprobat *Dec. conſ. 452. num. 5. verſ. præterea & ſecundo. Rom. conſ. 155. num. 7. Doctor. in l. cum proponas, la ſeconda, C. de pact.* Ideo Domini pro vlteriori executione dicti contractus concorditer reſoluerunt.

Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, Nullius, ſeu Melliuicenſis Cenſus, Mercurij 27. Martij, 1613.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, ſi quid exequendum, ſuſpendit executionem donec de iuſtitia ſententiæ cognoſcatur.*
2 *Pacta quæ non ſunt contra ſubſtantiam Cenſus vitiantur, & non vitiant contractum.*
3 *Pactum quod ceſſante debitore Cenſus in ſolutione per quattuor menſes Cẽſus ſit reſolutus, eſt contra ſubſtantiam contractus cenſualis.*
4 *Etiam in terminis Bulla Pij V. ſuper Cenſibus.*
5 *Sors repeti loco damnorum, & intereſſe, ſi pacta per venditorem non ſeruentur.*
6 *Bulla Pij V. ſuper cenſibus eſt ſeruanda in toto orbe,*

DECISIO LXXXVII.

HÆc cauſa fuit commiſſa in Rota cum Clauſula, ſi quid exequendū, &c. Vnde dubitaui, an man-
1 datum A. C. eſſet exequendum; & quia † iſta clauſula ſuſpendit executionem donec de iuſtitia ſententiæ exequendæ cognoſcatur, *Paleott. deciſ. 133. Veral. deciſ. 180. in fine, lib. 1. in manuſcr*, & fuit dictū *in cauſa Romana vineæ de Fabris, 26. Decembr. 1604. coram me*. Ideo Domini ordinauerunt, q̄ ſuperſederetur in exequutione mandati relaxari per A. C. donec de illius iuſtitia maturius cognoſceretur, Conſiderabant enim, quod inſtrumentum Cenſus continebat plura pacta, quæ vel non ſunt contra ſubſtantiam Cenſus, vel poterat dubitari an talia eſſent; ſi enim erant contra ſubſtantiam vtique non erat locus executioni, ſi verò non erant contra, videndum erat, an vitiarentur, & non vitiarent, vel potius etiam vitiarent per clauſulam Bullæ quod contractus ſub alia forma cele-
2 brati ſiut fœneratitij, cum † Rota aliàs tenuerit *coram b. m. Cardinale Pamphilio, in cauſa Bononienſi Cenſus, 26. Iunij, 1600. & in alia Calaguritana Cenſus, 28. Iunij, 1602. & 29. Aprilis eiuſdem anni, coram bonæ mem. Cardinale Seraphino*, iſta pacta vitiari, & non vitiare; in quibus poſtremis Deciſionibus fuit diſputatum de duobus pactis, & ideo danda erit copia dictarum Deciſionum, vt Domini poſſint conſiderare de illarum iuribus.

Secundò principaliter aderat pactum, quod ſi poſt maturatum tempus ſolutionis per quattuor menſes fuerit retardata ſolutio, Cenſus contractus
3 eſſet reſolutus, quod † pactum videtur contra ſubſtantiam Cenſus, vt per *Sotum de iuſtitia, & iure, lib. 6. quæſtione quinta, artic. 3.* qui loquitur in terminis
4 Bullæ Martini, & Calixti, & propterea † eius dictum magis debet procedere in terminis *Bullæ Pij Quinti, Guttierez, Practicarum Quæſtionum, lib. 2. quæſtione 168. num. 9. Solis de Cenſibus, lib. 1. cap. 10. num. 28.* Sed dicebatur an huiuſmodi pactum poſſet ſaluari ex eo quod Rota ſæpe dixit, vt in *cauſa Romana dotis, 11. Februarij, 1583.* relata *in deciſ. 741. parte 1.*
5 *num. 1. verſic. ſi. ut dicitur*. Quod † ſi debitor Cenſus non ſeruat pacta, neque reuocationem cautionum, ſeu alia pacta ſors principales poteſt peti loco damnorum, & intereſſe.

Hic autem eſt videndum, an de iure ob alia pacta ſi debitor Cenſus nō ſoluit fructus, creditor poſſit petere ſortem loco damnorum, & intereſſe, & prædicta omnia ſunt videnda in terminis Bullæ *Pij*
6 *Quinti*, quia † eſt ſeruanda in toto orbe, *Nauar. de vſur. num. 106. Moderu. Eugub. conſ. 35. num. 3. lib. 2. Moderu. de Cingulo, de Cenſib. parte 3. num. 26. in fine, & num. 45. Surd. conſ. 282. num. 13. lib. 2.* Et ſtrictè quidem ita vt ſit in arbitrio actoris eligere duo, vel tria pacta ad ſui libirū, & illa diſputare, dando copiam prædictarum Deciſionum.

R. P. D. Manzanedo, Rauennatenſis Cenſuum, Mercurij 10. Maij, 1606.

SVMMARIA.

1 *Vſufructus amittitur propter inundationem ex qua prędij proprietarij forma immutatur.*

2 *Cenſus extinguitur ad ratam pro qua bona cenſuata perimuntur, vel infructuoſa redduntur, & num. 5.*
Non ſolum quo ad fructus, verum etiam quo ad ſortem, num. 6.

3 *Emptor Cenſus debet ſubire periculum Cenſus empti.*

4 *Cenſus ſi non conſtituatur ſuper fundo certo, & fructifero, eſt illicitus.*

5 *Fructus dicuntur deductis expenſis.*

DECISIO LXXXVIII.

DOMINI dixerunt ſententiam A. C. eſſe confirmandam, cum ex teſtium depoſitiouibus ſatis cōſtet bona iuris Dominæ Alphonſinæ huic Cenſui ſuppoſita pet emerſionem aquarum de anno 1593. de menſe Aprilis, & permutationem curſus, & aluei fluminis Seni, & concurrentiā aliarum aquarum fuiſſe inundata, & cōuerſa in valles, & paludes, & reddita infructuoſa, quin & omnino
1 perempta vnde † tam vſusfructus, quam proprietas fundi per ſimilem inundationem amittitur, ex tex. expreſſo, in *l. ſi ager eius. ff. quib. mod. vſufr. amitt.* & ſic intrat diſpoſitio Conſtitutionis *felic. record. Pij V. incipiens Cum onus. verſic. Poſtremò Cenſus omnes*,
2 qua diſponitur, † quod bonis cenſui obxoniis in totum vel pro parte peremptis, aut infructuoſis redditis etiam & Cenſus ad ratam pereat, & extinguatur. cuius diſpoſitionis ea potiſſima eſt ratio, quia
3 † aliàs emptor Cenſus nullum ſubiret rei emptæ periculum, & ſemper eſſet in tuto contra regulam tex. *in §. cum autem. Inſtit. de empt. & vendit.* & *tex. in l. 1. C. de peric. & comm. rei vend.* & ſic non eſſet contractus emptionis, & venditionis.
4 Vlterius quia † ad validitatem, & iuſtitiam huius contractus cēſualis neceſſario illius reditus ſunt conſtituendi ſuper certis fundis, & rebus fructiferis, alioquin illicita, vſuramq. ſapiens cenſeretur conſtitutio Cenſus aliter facta, iuxta *Extrauag. Martini V. & Calixti III. incipit Regimini, tit. de empt. & vendit.* Iſtis autem fundis peremptis, aut redditis inſtuctuoſis reſtat contractus abſque fundamento quo nitebatur neceſſario ad ipſius iuſtitiam, & validitatem. Ergo deficiente iſto fundamento, corruit contractus. Ex quibus intrat prædicta Concluſio,
5 † quod bonis Cenſui ſuppoſitis peremptis, aut infructuoſis redditis perit, & extinguitur Cēſus, quam firmant, & ſequuntur *Io. de Lignano, in c. in ciuitate. de vſur.* & alij relati à *Couar. in cap. 7. nu. 5. lib. 3. Variar. Reſolut.* & vltra illos eandem firmat *Rom. conſ. 417. num. 6. Gregor. Lop. in l. 28. Gloſ. 9. circa fin. tit. 8. parte 5. & Sarmien. Select. lib. 7. cap. 1. num. 29. & Nauar. in tract. de Vſur. num. 74. & 95. Straccc. de inſtruct. Mercator. cap. 15. Felician. de Solis, de cenſib. lib. 1. cap. 4. nu. 3. verſic. tum præterea, & cap. 9. num. 8. verſic. nona conditio, Redoan. de reb. eccleſ. non alienan. in Rubr. de conſlit.*

ſtit. ann. cenſ. §. Incipien. Conditiones, quibus annui Cenſus, num. 5. Gutierez, qui teſtatur de communi *Practicar. Quæſt. lib. 2. quæſt. 177. num. 7. Rota deciſ. 757. num. 2. parte 1. diuerſ.*

6 Ex qua Concluſione ſit firmata ſequitur, † quod non ſolum capitale Cenſus pereat, ſed etiam in illo perempto ceſſet etiam illius penſio percipienda, cum velle penſionem percipere ſine iure percipiendi eſſet non iure, ſed aliena iniuria percipere.

Non obſtat, quod aliqua pars huius terreni modo colatur, & ex ea fructus colligantur, prout iidem teſtes deponunt, quia vt ex eorumdem depoſitionibus depræhenditur expenſæ ſuperant fructus, quo caſu non poteſt dici hæc pars fructifera reſpectu di-
7 ctorum fructuum; cum † non dicantur fructus, niſi deductis expenſis, ex tex. in *l. diuortio, §. impendia, ff. ſol. matrim. l. ſi à domino, vel à patre, §. vlt. ff. de petit. hæred.* quem tex. ad hoc dicit ſingularem, & vnicum *Roman. ſing. 334.* ad idem eſt tex. *in l. fundus, qui dotis, ff. famil. erciſc.* quem ad hoc commendat *Ang. in l. ait Prætor, §. per hanc, ff. de vſur.* his verbis. Quod in fructus redigendos impenſum eſt, non ambigitur ipſos fructus diminuere debere, *Gloſ. Bart. & Ang. in l. in fundo, ff. de rei vendic.* tradit *Tiraq.* pluribus relatis *de Retractu Lignag. §. 14. Gloſ. 1. num. 1. & 2.*

An autem ceſſante inundatione, & terris redditis fructiferis reuiuiſcat iſte Cenſus alterius inſpectionis erit.

R. P. D. Manzanedo, Rauennatenſis Cenſuum, Veneris 2. Maij, 1608.

SVMMARIA.

1 *Teſtium in conflictu, & concurſu ſunt præferendi plures, digniores, melius informati, practici, & vicini.*
2 *Fides extracta ex libro publico, & ab illius cuſtode publico probat.*
3 *Officiali atteſtanti, de pertinentibus ad illius officium, credendum eſt.*
4 *Deputato à Principe ad actum creditur circa illum actum.*
5 *Teſtes ſunt cum alijs teſtibus concordandi.*
6 *Fructus dicuntur qui ſuperſunt deductis expenſis.*

DECISIO LXXXIX.

DECIMA Maij, 1606. dubitaui, an ſententia A. C. eſſet confirmanda, & parte R. P. D. Ludouiſij & litis conſortum tantum informante Domini affirmatiuè reſponderunt. Cum autem 25. Iunij, 1607. cauſa ſuper eiſdem vtraque parte informante proponeretur Domini dixerunt, quod probationes adiuuarẽtur. vnde hodie cauſa iterum repropoſita vtraque etiam parte informante Domini in deciſis ſtandum cenſuere: quia conſideratis vtrinſque partis probationibus abſque dubio viſæ fuerunt præualere probationes R. P. D. Ludouiſij, & ex illis reſultare probatum quod de anno 1593. huiuſmodi terrenum fuit inundatum per eruptiones aquarum, & mutationem alueí fluminis Seni, & fuit conuerſum in valles, & paludes, & redditum infructuoſum, quin, & vt plures teſtes concludunt, iſta terrena ex prædicta inundatione amiſerunt ſuam ſubſtantiam, vim, & naturam producendi fructus percipiendos, & illa pars terreni, quam dicunt producere herbam, vt atteſtatur ..... eſt in parua quantitate, & tam paruæ qualitatis, quod nullatenus veniant in conſideratione, prout etiam qui deponunt de lignis, quæ poſſunt in magna quantitate ex iſto terreno euelli in vtilitatem patroni, ratione inundationum dicunt quod vix, aut ſaltem magna cum difficultate, & expenſis poſſint extrahi ab ipſo terreno, qua de cauſa, & quia ciuitas ad quam ligna eſſent vehenda, & venderentur diſtat à dicto terreno, concludunt quod ſuperaret expenſa facienda in extractione, & venditione dictorum lignorum commodum ex illis deducendum. Vnde tam ligna prædicta, quam herba relinquuntur à Patrono pro derelictis quaſi ex illis nullum fructum valeat elicere, & vltra quod iſti teſtes ita certè, & ſpecificè concludunt infructuoſitatem iſtius terreni ſunt plures numero, di-
1 gniores, & melius informati, practici, & vicini, † & ſic abſque dubio in concurſu ſunt ex aduerſo inductis præferendi, ad tex. in *c. in noſtra, de teſtib. Gabr. eo. tit. concluſ. 4. num. 34. & ſeq. & tit. de Præſumpt. concluſ. 6, num. 1. & 6.* & per *Inn. in c. auditis, num. 4. verſic. ſi verò teſtes, & præter. Aim. conſ. 6. num. 28. & conſ. 94. num. 3. Surd. conſ. 303. num. 4. lib. 3. Ruin. conſ. 53. num. 6. lib. 4.* præcipuè cum ex pluribus ex aduerſo examinatis iſtorum dicta valdè coadiuuentur, & nunc ſint adminiculata ex pluribus de nouo pro parte R. P. D. Ludouiſij productis, & Primò ex fide libri Camplonerij ciuitatis Rauennæ atteſtantis, quod R. P. D. Maluaſia ab anno 1593. fuit exemptus ab omni onere, & ſubſidio ad quæ alias ratione dictorum bonorũ tenebatur, quia illa facta fuerant infructuoſa ratione prædictæ inundationis, cui
2 † fidei eſt credendum tanquam extractæ ex libro publico, & ab illius cuſtode publico, *l. quæd. m. §. nummularius, in princ. iuncta, l. ſeq. ff. de eden.* vbi *Ang.*
3 *num. 2.* teſtatur de communi, & ipſi † Camplonerio tanquam atteſtanti de re ad ſuum officium concernente danda eſt fides, ad tex. *in c. poſt ceſſionem. vbi Felin. & Doctor. de Probation. Ruin. conſ. 56. num. 5. libro 1.*

Quibus accedit fides Coſmi Bardi de illo tempore Gubernatoris Rauennæ, qui de ordine Illuſtriſſimi Cardinalis Caietani ſe cõtulit ad viſionem loci, & teſtatur inueniſſe ſex partes ex ſeptem circumcirca præfati terreni inundatas taliter, quod ex illis aliquis fructus nõ poterat deduci, & illa pars ſeptima, quæ ſeminabatur patiebatur damnum taliter, quod vix fructus illius aſcendebant ad expenſas neceſſario faciendas. Adeſt etiã fides Domini Odoardi Sanctarelli atteſtantis ſe de ordine *felic. record. Clem. VIII.* vidiſſe territorium dell'Alfonſine, illudq. inueniſſe totum redactum infructuoſum per aquarũ eruptiones & inundationes, prout Sanctiſſimo retulit, qui prædicta relatione attenta per ſuũ Breue exemit a ſolutione onerum alias ſoluẽdorum ratione dictorum bonorũ D. Comitem Cęſarẽ Cal-
4 cagninum, & tam † fidei Gubernatoris Rauennæ, quam Sanctarelli cum fuerint ſpecialiter ad hoc deputati per Sanctiſſimum, & per Cardinalem Caie-

tanum credendum eſt, ad tex. *in l. apparitores. & ibi Ioan. de Platea, C. de exactor. tribut. lib.* 10. & alij in *d. l. quadam, §. nummularius*.

Quibus non obſtant teſtes ex aduerſo producti deponentes, quod in aliqua parte horum prædiorum, & aliquibus annis fuit ſeminatum, & fructus fuerunt procreati, & quod ligna ex dicto territorio fuerunt extracta, & vendita, quia iſti teſtes non declarant quantitatem ſeminis; nec fructuum perceptorum, nec ſufficienter expenſas pro illorum recollectione, & lignorum collectione, & extractione
5 facienda; vnde potius videbatur, quod † poſſint huiuſmodi teſtes cum ex aduerſo examinatis concordari media declaratione per teſtes pro infructuoſitate deponentes facta, quatenus teſtantur quod licet fructus recolligantur illos expenſæ ſuperant. Quod etiam præfatus Coſmus de Bardis Gubernator Rauennæ in ipſius fide atteſtatur. Quin & plures ex teſtibus pro infructuoſitate examinatis idemmet deponunt.

Et eodem modo reſpōdetur ad notulas fructuum recollectorum de anno 1598. extractas ex libris agentis eiuſdem R.P.D. Maluaſiæ, in quibus adnotantur fructus percepti, non verò expenſæ factæ. & quod peius eſt ab anno 1593. quo inundatio euenit vſque ad præfatum annum 1598. non datur aliqua nota fructuum perceptorum, quaſi in prædictis annis nulli fuerint percepti. & cum nec à prædictis teſtibus, nec in ſupradictis notis expenſæ deducantur, & tot teſtes vtriuſque partis depoſuerunt, quod quamuis aliqua pars huius terreni modo colatur & ex ea fructus colligantur illos ſupe-
6 rant expenſæ, non † videtur iſtam partem terreni fructiferam dici reſpectu dictorum fructuum, niſi deductis expenſis, iuxta tex. in *l. quod in fructus, ff. de vſur.* cum cæteris in fine primæ Deciſionis adductis.

Vltimò non obſtant oblationes quorumdam, qui obtulerunt certas annuas quantitates pro affictu harum terrarum. Quia reſpondetur huiuſmodi oblationes fuiſſe factas ab anno 1606. & reſpicere illud præſens tempus & futurum, non autem præteritum ad quod non infertur terras fuiſſe fructiferas ex eo quod in futurum valeant locari, cum tractu tēporis poſſint forſan huiuſmodi terræ in ſui ſubſtātia meliorari, Vlterius, quia huiuſmodi oblationes fuerunt factæ prædicto R.P.D. Maluaſia abſente, & non conſtat quod ipſe acceptauerit, vel repudiauerit iſtas oblationes; vnde poteſt præſumi præfatas oblationes fuiſſe mendicatas, & ſuppoſitas, præcipuè ſtante reuocatione Domitij del Re vnius ex oblatoribus, qui aſſerit illam feciſſe ad faciendam rem gratam Domino Sturiono procuratorio aduerſo, & quod bene informatus de ſtatu, & qualitate dictarum terrarū, inuenit præfatam oblationem ſibi multum eſſe damnoſam, quapropter antequam à Domino Maluaſia acceptaretur ab illa receſſit, illamq. reuocauit. Quæ etiam adiuuantur ex oblatione vltimo loco in Curia facta, in qua oblator volebat quod Reuerendo Patre Domino Maluaſia ſibi defalcare deberet quidquid per inundationes amittere contingeret, taliter quod ſemper in tuto maneret, aliàs oblationi noluit ſtare.

Reuerendiſſimo P. D. Sacrato, Romana Cenſus, Lunæ 14. Ianuarij, 1602.

SVMMARIA.

1 *Proteſtatio quod ſi quid in Cenſu reperiatur contra Bullas Papales habeatur pro non appoſito, ſuſtinet Cenſum, etiam ſi in eo adſit pactum contra dictas Bullas.*

2 *Cenſus poteſt validè imponi ſuper duobus fundis non ſpecificata quantitate pro qua ſingula corpora grauantur, quidquid contradicat Boccacc.*

3 *Quod in iure non reperitur vetitum, conceſſum præſumitur.*

4 *Numerus ſingularis eſt de ſui natura conuertibilis in pluralem.*

5 *Fideiuſſoria obligatio habet ſemper inſertam conditionem, ſi cauſa ſubſiſtat.*

6 *Fideiuſſor non poteſt in plus obligari, quam principalis.*

7 *Cenſus non extinguitur per alienationem fundi ſuppoſiti, & num. 11.*

8 *Cenſus impoſitus ſuper duobus prædijs pereunte vno, ſuſtinetur in altero, ſi ſit capax totius Cenſus.*

9 *Societas officij contracta ſuper duobus officijs, vno vacante ſuſtinetur in altero, quatenus ſit capax totius ſummæ in ſocietate poſita.*

10 *Ex impoſitione Cenſus oritur duplex actio vna perſonalis, altera in rem ſcripta.*

11 *Actio in rem ſcripta ſequitur rei poſſeſſorem.*

12 *Actio perſonalis ſequitur perſonam imponentis Cenſum.*

13 *Venditor Cenſus non prohibetur rem cenſui ſuppoſitam alienare.*

14 *Fraudibus eſt obuiandum.*

15 *Factum Iudicis cenſetur factum partis.*

DECISIO XC.

TENETVR Ioan. Maria ad fructus Cenſus decurſos, & non ſolutos iuxta formam ſuæ obligationis, non obſtantibus ex aduerſo oppoſitis.

Nam quod primo loco dicitur Cenſum fuiſſe inualidum propter pactum in eo appoſitum, quod venditor teneatur manutenere emptorem in quaſi poſſeſſione exigendi, etiam in caſu inualiditatis Cenſus, aliàs ad
1 duplum tollitur ex † proteſtatione de qua in eodem inſtrumento, quod ſi quid inueniatur appoſitum contra Conſtitutiones Summorum Pontificum habeatur pro non appoſito, vt fuit in ſpecie dictum *in illa Beneuentana Cenſus, 16. Decembr. 1594. coram R. P. D. Pamphilio.*

2 Alia † inualiditas deducta ex eo, quod Cenſus fuerit impoſitus ſuper duabus rebus diuerſis, nempe domo in Vrbe, & fornace non expreſſo pro qua ſumma ſingula corpora grauarentur iuxta diſtinctionem, quam tradunt *Modern. à Cingulo tractatu de Cenſibus, parte 3. num. 26.* non videtur habere
3 iuris fomentum, † quia nullibi reperitur vetitum, ideo permiſſum, *l. necnon, §. quod eis, ff. ex quibus cauſ.*

conſ. maior. l. 1. §. adhiberi, ff. de teſt. tradit in ſpecie *Nauar. Comment. de vſur. quæſt. 15. num. 113.*

Nec refragantur verba ſingularia Conſtitutionis *Pij V.* ponderata per dictos *Modern.* ibi. non niſi
4 ſuper re immobili; quia † ſingularis numerus de ſui natura eſt conuertibilis in pluralem, *l. in vſu. vbi Doctor. ff. de verbor. obligat.*

Non obſtat præcipuum fundamentum, quod fit, quod fornax præuia ſubhaſtatione, & deliberatione ad inſtantiam creditorum exierit de manibus venditoris Cenſus, ex quo duo inferuntur. Alterum quod ceſſauerit Cenſus pro portione, quæ erat ſuper fornace, & conſequenter obligatio fide-
5 iuſſoris, † quæ habet ſemper inſertam conditionem, ſi cauſa ſubſiſtat, *Soc. conſ. 32. num. 19. & 20. lib. 1.* Alterum quod etiam ſi Cenſus ſuper fornace ſubhaſtata adhuc extare diceretur, fuerit per illius alienationem liberatus debitor Cenſus, iuxta doctrinam *Nauar. de vſur. quæſt. 16. num. 116.* & conſequen-
6 ter, & fideiuſſor, † qui non poteſt in plus obligari, quam principalis, *l. Græc. §. illud, ff. de fideiuſſ.*

7 Nam quo ad primum reſpondetur † per alienationem fundi non ceſſare Cenſum, ſed in alium tranſire cum onere ſuo, vt in ſpecie *Couar.* qui allegat concordantes *Var. Reſolut. lib. 3. cap. 7. num. 10.*, & conſequenter nõ eſſe verum quod ceſſet cauſa obligationis fideiuſſoris. Secundò reſpondetur, quod
8 etiam ſi † fornax perempta eſſet, nihilominus ſufficit quod remaneat domus, quæ ſit capax pro ſuſtentatione Cenſus, & in hoc placuit ſimile de ſo-
9 cietate inita ſuper duobus officiis, † quæ ſuſtinetur ſi alterum ex officiis vacet, dummodo officium remanens ſit capax, vt dictum fuit *in illa Romana ſocietatis de Luchinis, 24. Ianuarij, 1573. coram Illuſtriſſimo Blanchetto.*

Quo ad ſecundum negatur antecedens, quod per alienationem rei cenſualis liberetur impoſitor
10 Cenſus. Nam † ex dicta impoſitione duplex oritur actio, alia ex ipſo ſtipulatu, quæ eſt perſonalis, alia ex ipſo Cenſu, quæ dicitur in rem ſcripta, *Gabr.*
11 *conſ. 141. num. 2. lib. 2.* & † conſequenter ſicut illa realis ſequitur poſſeſſorem rei, *Crau. conſ. 57. num 1.*
12 *Couar. d. lib. 3. Var. Reſolut. cap. 7. num. 6.* Ita † etiam perſonalis ſequitur ipſum contrahentem, *Specul. in tit. de emphyteuſ. num. 18. verſic. quia perſonalis.* not. in ſpecie *Redoan. in tract. de reb. eccleſ. non alien. Rubr. de conſtit. ann. cenſ. num. 68. Gabr. conſ. 47. num. 13. in fine, lib. 1.* Alias cum ex Conſtitutione *Pij Quinti,* non
13 † poſſit venditor prohiberi quin alienet rem cenſui ſubiectam eſſet in poteſtate illius ſtatim ſequuta venditione Cenſus alienare rem cenſui ſubiectam, & ſic reddere eluſorias omnes cautiones, ſine
14 quibus emptor minimè contraxiſſet, † quibus fraudibus eſt obuiandum, *l. 1. ff. de dolo.*

Nec prædictis refragatur, quod hic non pars, ſed
15 Iudex vendidit, † quia factum Iudicis hoc caſu habetur pro facto partis, *l. ſi ob cauſam, vbi Bal. num. 4. C. de euict.*

Et ita ad conſultationem Reuerendiſſimi A. C. me proponente, reſpondit Rota.

Illuſtriſſimo Cardinale Mellino, Romana ſocietatis officij, Mercurij 28. Ianuarij, 1604.

SVMMARIA.

1 *Societas officij contracta ſuper duobus officijs non extinguitur per venditionem vnius officij, ſi alterum officium ſit capax totius ſummæ.*

2 *Societas ſuſtinetur in officio non vendito pro ea rata, pro qua officium eſt capax.*

DECISIO XCI.

1 DOMINI concluſerunt, † quod ſi officium quod remanſit erat capax totius ſummæ per venditionem alterius officij, ſocietas non fuit diſſoluta, & in hoc caſu materia eſt clara, quia hanc opinionem ſæpius ſequuta fuit *Rota, in cauſa Romana reductionis coram Illuſtriſſimo Cardinale Blanchetto, in Romana de Ferris coram Reuerendiſſimo Domino meo Patriarca Alexandrino, & coram me in cauſa*
2 *Romana Cenſus, 30. Octobris, 1662.* Si † verò officium non eſt capax totius ſummæ, cenſuerunt ſocietatem ſuſtineri pro rata cuius eſt capax, quia illa pars, quæ remanet affert eandem vtilitatem in parte, quam affert totum reſpectu totius, & propterea ceſſat in hoc caſu ratio indiuiduitatis, in qua ſe fundant informantes, *Bart. in l. Stipulationes non diuiduntur, in 3. quæſt. ff. de verborum obligatione, Aim. conſ. 239. num. 6.* & fuit latè deductum in dictis Deciſionibus.

R. P. D. Litta, Eugubina Cenſus, Lunæ 10. Februarij, 1597.

SVMMARIA.

1 *Cenſus creati ante Bullam Pij V. non requirebant effectualem pecuniæ numerationem, & num. 5.*

2 *Debitum ex vna cauſa poteſt ex partium conſenſu conuerti in debitum ex alia cauſa.*

3 *Bulla Pij V. ſuper cenſibus non annullat Cenſus creatos ante illius promulgationem.*

4 *Lex futuris non præteritis prouidet negotijs.*

6 *Cenſus poſt Bullam Pij V. ſuſtinetur etiam ſi pecunia non numeretur in actu contrahendi, ſi realiter conſtet pretium illius perueniſſe ad manus venditoris.*

7 *Cenſus non redditur nullus ſi fructus fundi ſuppoſiti non ſufficiant pro illius ſolutione, quando Cenſus fuit impoſitus etiam ſuper omnibus bonis imponentis.*

8 *Intellige hoc procedere ante Bullam Pij V.*

DECISIO XCII.

DE anno 1594. Euangeliſta Lames, & Bernardinus Gorãtes mercatores Eugubini aſſerẽtes ſe dominos cũm iuramento duorum prædiorum in territorio Eugubij exiſtẽtium, impoſuerunt ſpecialiter ſuper illis hypothecando, & ſupponendo generaliter omnia alia eorũ bona Cenſum ſcutorum centum triginta quinque

ad fauorem Bernardini Rainerij pretio ſcutorum mille quingentorũ, quæ ſcuta mille quingenta tunc non fuerunt exburſata venditoribus, ſed verè ipſi alia ex cauſa erant debitores emptoris dictæ ſummæ. Huius cenſus fructus per plures annos fuerunt ſoluti ſine aliqua cõtrouerſia, mox Bernardino emptore Cenſus defuncto denegata fuit ſolutio hæredi; vnde introducto iudicio inter hæredem emptoris, & hæredes venditorum dantes de nullitate dicti Cenſus; tum quia non interuenerat in eius creatione pecunia numerata; tũ etiam quia dicta duo prædia ſuper quibus ſpecialiter impoſitus fuerat Cenſus non erant capacia Cenſus tantæ ſummæ, Iudices de partibus per duas ſentẽtias declararunt dictum Cenſum fuiſſe nullũ, & fructus ex eo perceptos non ſecus ac ex illicito contractu perceptos vltra ſummã quinque pro centenario dicti capitalis ſcutorũ mille quingentorum eſſe imputandos in extinctionem ſortis principalis: Et tandem introducta cauſa in Rota coram me, dubitatum fuit, an ſtante inſtrumento Cenſus, & aliis de quibus in actis ſententiæ de partibus ſint iuſtæ.

Et Domini vnanimiter pro negatiua reſoluerunt
1 moti, quia † cũ cenſus iſte fuerit creatus ante Conſtitutionum *Pij V.* non potuit iudicari nullus ex eo quod in actu impoſitionis cenſus pecunia numera-
2 ta non interuenerit, cum † de iure cõmuni debitum ex vna cauſa non ſit prohibitum ex conſenſu partium cõuerti in debitum ex alia cauſa, & ſic ex cauſa cenſus, *l. ſingularia, ff. ſi cert. pet. l. 3. §. fin. ff. de don. inter vir. & uxor. l. ſi ei nuptura, & l. ſi ſponſalibus, §. 1. ff. de iure dot.*

3 Nec † conſtitutio *Pij V.* annullat cenſus aliter antea factos, vt ex lectura eius cõſtat, & ex eo com-
4 probatur quod † proprium legis eſt reſpicere futura negotia non præterita, *l. leges, & conſtitutiones. C. de legib.* Et quod cenſus ante conſtitutionem *Pij V.*
5 † potuerint valide creari de pecunia antea debita emptori per venditorem voluit *Nauar. conſ. 1. num. 1. in tit. de empt. & vend. Surd. conſ. 162. num. 39. lib. 2.*
6 Immo † etiam poſt Conſtitutionem *Pij V.* non videtur improbata conſtitutio Cenſus, & ſi in ipſo actu non interueniat pecunia numerata, dummodo re vera conſtet ad manus venditoris perueniſſe pretium ipſius Cenſus, vt aliàs in ſignatura Sanctiſſimi per *Gregor. XIII. felic. record.* fuiſſe declaratum, dixerunt Domini *in vna Beneuentana Cenſus coram R. P. D. Pamphilio*, dum tenuerunt pro validitate Cenſus licet in actu illius conſtitutionis non interueniſſet pecuniæ numeratio, ſed ſola cedula bancaria.

7 Sicut † nec ex eo potuit iudicari nullus Cenſus iſte quod prædia illa duo ſuper quibus ſpecialiter fuit impoſitus non eſſet tanti reditus quod ſufficeret pro ſoluendis fructibus ipſius Cenſus; ſtante quod fuit etiam impoſitus ſuper aliis bonis omni-
8 bus ipſorum venditorum, quod bene † ante Conſtitutionem *Pij V.* fieri potuit, vt expreſsè probatur in Conſtitutione *Calixti III. tit. de empt. & vend. in Extrauag.* ibi. *Super eorum bonis, domibus, agris, prædijs, poſſeſſionibus, & hæreditatibus*, &c. & tenent *Soto de iuſt. & iure, lib. 6. quæſt. 5. art. 1. & 2. & Dominicus Bannes, de iuſtitia & iure, quæſt. 78. art. 4. tit. de Cenſib.* & fuit reſolutum *in illa Panormitana, ſeu Agrigentina reſciſſionis contractus, 13. Ianuarij, 1575. coram Illuſtriſſimo Blanchetto.*

R. P. D. Cantuccio, Romana nullitatis Cenſus, Veneris 4. Februarij, 1583.

SVMMARIA.

1 *Pactum quod Cenſus ſit liber ab omni onere, non repugnat naturæ contractus cenſualis.*

2 *Pactum quod onera pertineant ad venditorem, eſt contra naturam emptionis, & venditionis.*

3 *Pactum quod venditor teneatur ad quaſcumque impenſas, eſt contra naturam venditionis, & inducit præſumptionem ſimulationis.*

4 *Pactum quod emptor Cenſus fundum ſuper quo fuit impoſitus Cenſus habeat conductum donec Cenſus redimatur eſt parum licitum, & vitiatur, non tamen vitiat contractum.*

5 *Pactum iſtud non eſt contra ſubſtantiam contractus cenſualis.*

DECISIO XCIII.

FVIT reſolutum Cenſum de quo agitur fuiſſe validè impoſitum cum iuxta Bullas Martini & Calixti ad rationem octo pro centenario, & cum pacto redimendi quandocumque fuerit impoſitus, qui contractus licitus eſt, & nullam continet vſurariam prauitatem ad latè deducta per *Conrad. de Contract. quæſt. 83. Couar. Var. Reſol. lib. 3. cap. 8. num. 5. verſic. tandem ex prædictis apparet.*

1 Non obſtat pactum † quod Cenſus ſit liber ab omni onere, quia hoc non repugnat naturæ contractus Cenſus. nihil enim impedit quoniam ego poſſim emere annuum Cenſum immunem, & exemptum ab omni onere, *Natta* autem *conſ. 198. num. 13. lib. 1. & Rol. con. 40. num. 35. & ſequentibus, lib. 2.* ex aduerſo allegati loquuntur in venditione rei immobilis cum pacto quod onera pertineant ad ven-
2 ditorem, quod pactum † cum ſit contra naturam contractus vẽditionis, inducit præſumptionem vſurariã. Idq. apertè oſtenditur ex verbis *Baldi*, quem ipſi citant, *conſ. 311. num. 10. lib. 5.* vbi firmat pactum quod venditor teneatur ſoluere gabellam, & agnoſcere alia onera contractus, & rei venditæ eſſe contra naturam contractus venditionis, & induce-
3 re præſumptionem vſurarum. Et † eodem modo quod ſcilicet, procedat in venditione rei immobilis reſpondetur ad pactum quod venditor teneatur ad impenſas quaſcumque, quod pactum inducit præſumptionem ſimulationis, vt per *Veroneſ. de ſimulat. contract. præſumpt. 6.*

Non obſtat pactum, quod ex quocumque euentu etiam inexcogitato nulla poſſit peti reductio, ſeu defalcatio, quia hoc pactum in inſtrumento Cenſus non legitur.

4 Non obſtat pactum † quod emptor Cenſus, qui domum ſuper qua Cenſus impoſitus fuit, conduxit

con

Digitized by Google

non poſſit ab ea expelli etiam finita locatione niſi facta per venditorem redemptione, & extinctione Cenſus, ex quo pacto videtur per quandam viam indirectam compelli venditor Cenſus ad illum redimendum, quod eſt contra naturam Cenſus, quia licet huiuſmodi pactum videatur parum licitum, & honeſtum, non tamen vitiat contractum Cenſus:
5 cum enim reſpiciat locationem & non † ſit contra ſubſtantiam contractus, Cenſus vitiatur & non vitiat, ad tradita per *Bart. & Doctor. in l. vbi ita donatur, ff. de donat. cauſa mort.* & in ſpecie *Couar. Variar. reſolut. lib. 3. cap. 8. nu. 7. circa med. verſ. verum ex eo.*

Illuſtriſſimo Cardinale Mellino, Ciuitatis Caſtelli Cenſus, Lunæ 10. Maij, 1599.

SVMMARIA.

1 *Cenſus impoſitus ſuper domo non expreſſis illius finibus ſuſtinetur, ſi imponens in dicto loco non habeat niſi vnam domum.*
2 *Expreſſio generalis habet vim ſpecialis, & indiuiduæ, quando non poteſt verificari, niſi in vna re.*
3 *Expreſſio confinium fundi qui Cenſui ſupponitur eſt neceſſaria ad effectum, vt poſſit conſtare de dicti fundi peremptione.*
4 *Cenſus in dubio cenſetur impoſitus ſuper fundo exiſtente in loco contractus.*

DECISIO XCIV.

1 DOMINI cū † præſuppoſito quod Lælius tempore impoſitionis Cenſus haberet ſolum vnam domum in Ciuitate Caſtelli cenſuerunt Cenſum ſuſtineri, quia ſi non aderat niſi vna do-
2 mus, in qua poſſet verificari impoſitio Cenſus † expreſſio generalis ſuper vna domo ſine confinibus habet vim ſpecialis, & indiuiduæ deſignationis confinium, vt in his terminis tradit *Bar.* per illum tex. *in l. 2. num. 1. ff. de lib. & poſthum. & ibi Iaſ. num. 14.* & latè deducit idem *Bart. in l. demonſtratio falſa, in 7. quæſt. nu. 16. ff. de cond. & dem.* & poſt *Iacob. de Aret. Cin. Bal.* & alios quos citat, benè deducit *Eher. Decian. reſponſ. 22. num. 70. lib. 4.* Et hoc eo magis di-
3 cendum eſt, † quia iſta expreſſio confinium eſt neceſſaria ad effectum vt poſſit cõſtare de peremptione rei ſuper qua eſt impoſitus Cenſus cuius periculum ſpectat ad emptorem, & ideo ſi verificatur præſuppoſitum quod Lælius nõ haberet niſi vnam domum eſt ſatisfactam menti, & intẽtioni Bullæ, quia ſuccedente caſu peremptionis non poterat eſſe dubium ſuper qua domo fuiſſet impoſitus Cenſus.

Non obſtat quod Lælius habebat alias domos
4 extra ciuitatem Caſtelli, quia in dubio † Cẽſus cenſetur impoſitus ſuper domo exiſtente in loco cõtractus, *Bar. in l. ſi cum dies, §. ſi arbiter, ff. de re ept. arbitr.* & ceſſat omnis difficultas ex confeſſione Lelij, quod Cenſus fuit impoſitus ſuper iſta domo.

Illuſtriſſimo Cardinale Lancelotto, Bononienſis Cenſus, Veneris 10. Iunij, 1611.

SVMMARIA.

1 *Creditum probatur ex publico inſtrumento.*
2 *Poſſeſſio venditoris probatur ex clauſula conſtituti appoſita in inſtrumento venditionis.*
3 *Etiam contra habentem cauſam ab ipſo conſtituente.*
4 *Poſſeſſio conuenti in Saluiano, probatur per litis conteſtationem cum adminiculis.*
5 *Exceptio nullitatis Cenſus non admittitur in iudicio Saluiani.*
6 *Cenſus impoſitus ſuper re non deſignata certis finibus, eſt nullus.*
7 *Identitas bonorum probatur ex aſſignatione duorum confinium.*
8 *Anticipata ſolutio non prohibetur in contractu Cenſus, niſi deducatur in pactum.*
9 *Pactum anticipatæ ſolutionis vitiatur, non vitiat contractum Cenſus.*
10 *Proteſtatio quod Cenſus intelligatur impoſitus iuxta Conſtitutionem Pij V. ſaluat illum à nullitate.*
11 *Notario aſſerenti pecuniam fuiſſe manualiter numeratam in venditione Cenſus, creditur.*
12 *Inſtrumentum vt impugnetur ſunt neceſſariæ probationes concludentiſſimæ.*

DECISIO XCV.

SENTENTIAM in Saluiano latam confirmandam eſſe Domini cenſuerunt, cum concurrant omnia ad hunc
1 effectum requiſita. conſtat † enim de credito cum hypotheca ex publico inſtrumento Cenſus, quod facit probationem pro-
2 batam, & de vtroque extremo cum † primum probetur ex inſtrumento venditionis factæ per Liuium Torfannio, de anno 1594. cum clauſula conſtituti, *Ang. in l. quadam mulier, ff. de rei vendic. Ruin. conſ. 169. lib. 1. Grat. conſ. 42. num. 12. lib. 2. Natta, conſ. 439. num. 3. lib. 2. Tiraq. de iure conſtit. poſſeſſor. par. 3.*
3 *limit. 1. num. 10.* quæ † probat etiam poſſeſſionem cõtra habentem cauſam ab ipſo cõſtituente, *Natta, d. conſ. 439. num. 3. Tiraq. vbi ſupra. Rota Diuerſ.*
4 *deciſ. 766. num. 11. par. 1.* Secundum † verò probatur per litis ſuſtentationem cum adminiculis, *Caputaq. deciſ. 269. par. 2. Cæſar de Graſſ. deciſ. 4. de reſtit. ſpol.*

Non obſtat allegata nullitas Cenſus, & quod ſuper eius validitate pendet lis, & ideo donec fuerit terminata non ſit locus Saluiano, nam vltra quod
5 talis exceptio † tamquam requirens altiorem indaginem non eſt admittenda in hoc ſummariiſſimo iudicio, *Menoch.* poſt alios *de adipiſc. remed. 3. nu. 180. Rota deciſ. 34. num. 23. par. 2. Diuerſ.* nihilominus nullitates oppoſitæ facilè tolluntur.

6 Namquod † Cenſus non fuerit impoſitus ſuper re certis finibus deſignata iuxta Conſtitutionem *fel. record. Pij V.* ceſſat, quia potius de contrario apparet cum fuerit impoſitus ſuper tornaturis ſeptuaginta ſatis deſignatis, quia dantur pro confine domus eundo verſus hæredes Theodoſij de Cruce, & verſus bona Alexandri Sriatici, ab alio bona illo-
7 rum de Bombellis; ex quibus † demonſtrationibus

ſatis

Digitized by Google

...quitetur probata & certa identitas, *Bal. in l. de-ratio ... ratio falſa, in 7. q. ... ff. de cond. & demon. Alex. conſ. 75. num. 5. lib. 3. Rota, conſ. 67. num. 17. lib. 2. Soc. conſ. 89. num. 1. lib. 1.* & fuit dictum *coram me in cauſa Bononienſi fideicōmiſſi, de Rubeis, 15. Decemb. 1597.*

Alia nullitas de anticipata ſolutione neque etiam
8 adeſt, quia † conſtitutio prohibet pactum de ſoluendo anticipate, quod pactum in inſtrumento non le-
9 gitur, & quando vitiaretur, † & non annularet Cenſum, vt fuit dictum *in cauſa Bononienſi Cenſus, de anno 1600. coram b. m. Cardinale Pamphilio*, maximè ſtante proteſtatione quod partes intendebant ſe conformare cum dicta Conſtitutione & non aliter, quæ
10 † proteſtatio operatur quod ſi aliquid adeſſet contra formam Conſtitutionis illud habeatur pro non appoſito, vt fuit reſolutum *in cauſa Beneuentana Cenſus. 29. Martij, 1593. coram eodem b. m. Card. Pamphilio.*

Nec refragatur quod in partitis extractis ex libris mercatoris reperiatur adnotatum quod libræ bis mille fuerunt dimiſſæ in banco ad effectum recuperandi intra duos menſes ab Antonio venditore Cenſus, & ſic apparet non eſſe ſolutum integrum pretium in ipſo actu impoſitionis Cenſus. Quia conuentio inita, quod libræ bis mille remanerent in banco ad tempus, ſuperuenit poſt perfectum inſtrumentum Cenſus, & ideo nō potuit illum inualidare.

Ex hoc tollitur quod dicitur de excomputatione librarum quinquaginta quinque facta à Mangino in illis verbis. Che li faccio boni per non hauer hora al preſente le libre due mila, delle quali è fatto creditore sù il banco del Tirino à tempo. Quia cum dicta excomputatio fuerit facta in vim dictæ conuentionis, & Liuius non gauderet dictis pecuniis, cum eſſet factus creditor ad tempus, Manginus remiſit ex æquitate illas libras quinquaginta quinque. Ex quibus non arguitur quin pretium non fuerit integrè ſolutum in actu impoſitionis Cēſus, cum iſta omnia facta ſint poſt celebratum, & perfectum inſtrumentum, quæ non poſſunt propterea retrotrahi ad inualidandum Cenſum in cuius celebrationis actu interueniſſe pecuniam numeratam concludenter probatur ex atteſtatione Notarij in inſtrumento Cenſus, aſſerentis pretium fuiſſe manualiter, & in contanti ſolutum coram ipſo & teſtibus,
11 † ex qua probatur vera numeratio, vt fuit in iſtis terminis reſolutum in pluribus cauſis, & præſertim *in vna Bononienſi Cenſus, 8. Martij, 1610. coram R. P. D. meo Ludouiſio*, in quibus fuit in ſpecie dictum, quod
12 † qui vult venire contra huiuſmodi inſtrumentum, & contrarium probare debet afferre concludentiſſimas probationes, quæ tñ non adſunt in hoc caſu.

Quod verò obiiciebatur de diminutione, ſiue corroſione terrarum nullibi probatur, & cum in omnem euentum omnia deducta reſpiciant altiorem indaginem, non poſſunt impedire immiſſionem in Saluiano.

R. P. D. Buratto, Foroliuienſis Cenſus, 14. Iunij, 1613.

S V M M A R I A.

1 *Cenſus impoſitus ſuper fundo non facta deſignatione confinium, eſt nullus.*
2 *Contractus in dubio præſumitur iuſtus, & non fœneratitius.*
3 *Contractus in dubio præſumitur validus.*
4 *Contractus in dubio non debet carere effectu.*
5 *Aſſerenti contractum eſſe fœneratitium, vel nullum, incumbit onus hoc probandi.*
6 *Negatiua eſt probanda ab eo qui in illa ſe fundat, quando contra negatiuam viget præſumptio.*
7 *Repetens indebitum, debet concludenter probare ſe ſoluiſſe indebitum.*
8 *Negatiua probatur ex lectura inſtrumenti.*
9 *Idem, quando affirmatiua poteſt probari aliter quam per ſcripturam.*
10 *Inſtrumentum non eſſe factum, an probatur ex eo quod non reperiatur in protocollo Notarij.*
11 *Scriptura non eſt de ſubſtantia contractus.*
12 *Cenſus impoſitio poteſt probari aliter quam per ſcripturam, & num. 21.*
13 *Error Notarij in omittendo non vitiat contractum, nec contrahentibus præiudicium affert.*
14 *Plus fuiſſe dictum, quam ſcriptum vbi apparet dicto, non ſcripto ſtatur.*
15 *Et omiſſum pro expreſſo habetur.*
16 *Obſeruantia ſubſequuta magnam habet vim ad remouendam actus nullitatem.*
17 *Contrahentes non cogitantes de effectu ſimiles iudicantur.*
18 *Declarans non diſponit, ſed quid in præteritum actum ſit oſtendit.*
19 *Declaratio retrotrahitur ad tempus diſpoſitionis explicatæ.*
20 *Error Notarij probatur ex partium confeſſione.*
21 *Solemnitates reſpicientes Pontificatum, Teſtes & his ſimilia ſi reperiantur in præcedenti inſtrumento cenſentur repetita in inſtrumento incontinenti ab eodem Notario rogato.*
22 *Obſeruantia ſubſequuta operatur vt detur fides ſcripturæ etiam informi.*
23 *Approbans contractum non poteſt illum amplius impugnare.*
24 *Contractus præſumitur verus, quando præceſſit obligatio contrahendi.*
25 *Confeſſio partium probat Cenſus impoſitionem.*
26 *Impoſitio Cenſus probatur ex diuturna illius ſolutione.*

D E C I S I O XCVI.

CVM Paulus, & Iacobus filius de Mangellis vendidiſſent quandam eorum domum fideicommiſſo ſubiectā olim Domino Mercuriali pretio ſcutorum mille quingētorum quinquaginta auri in auro, & ſcuta ſeptingenta quinquaginta ſimilia pro parte pretij fuiſſent de eorum conſenſu ſoluta Ioanni Baptiſtæ fratri dicti Pauli ad fideicommiſſum vocato ad effectum inueſtiendi in tot cenſibus pro cautione Io. Baptiſtæ, & deſcendentium, ac etiam emptoris, emerūt ab Antonio Artuſino Cenſum ſcutorum ſexaginta trium auri in auro ſuper triginta tornaturis poſſeſſionis de Villa Maſſæ impoſitum pro pretio ſcutorum ſeptingētorum quinquaginta auri ſimilium ſolutorum per dictum Io. Baptiſtam, qui illa ad hunc effectum receperat, vt ex inſtrumentis vendirionis domus & Cenſus ſub eadē die 3. Iulij, 1587. ab eodem Notario confectis.

Cumq.

Cumq. hæredes Artuſini denegaſſent ſolutio-
nem dicti Cenſus, immo cępiſſent agere pro repeti-
tione ſolutorum per annos ferè viginti quattuor
prætextu nullitatis ob non expreſſionem cōfinium,
ipſe Iacobus hæres patris obrento à me tunc A.C.
locumtenente mandato de manutenendo pro ma-
iori cautela porrexit ſupplicationem Sāctiſſimo pro
ſanatione defectuum, ſi qui eſſent circa confines, à
quo emanauit reſcriptum A. C., qui ſpecificatis
confinibus procedat ad cauſæ expeditionem quo
ad fructus decurrendos tantum reſeruato partibus
iure, ſi quod habent illos repetendi.

Ideo iuxta illius formam propoſui dubium. An
eſſet locus ſanationi Cenſus & expeditioni cauſæ
quo ad decurrendos, & repetitioni quo ad ſolutos.
& Rota dixit non eſſe locum repetitioni ſolutorum,
ſed ſolutioni decurrendorum.

1 Primæ partis ratio fuit, † quia licet non facta ſpe-
cificatione confinium, Cenſus ſit nullus tamquam
contra formam Bullæ, quæ contractus aliter cele-
bratos fœneratitios iudicat, tamen ſuppoſita veri-
tate impoſitionis, de qua Rota non dubitauit, vt
2 infra intrat generalis † præſumptio pro iuſtitia con-
tractus excluſiua fenoris, *l. ſi ea pactione 24. C. de Vſur. Bal. in l. rogaſti, §. ſi tibi, num. 19. Iaſ. num. 7. Dec. nu. 6.*
3 *ff. ſi cert. pet. Rota, decis. 340. par. 1. diuerſ.* † & pro con-
tractus validitate, *l. quoties, ff. de reb. dub. & ff. de*
4 *verb. oblig. & ff. de reg. iur.* † Et ne careat effectu, *l. ſi*
ſtipulatus fuero pro te, vbi Bart. in Summario, ff. de verb.
5 *oblig.* Ideoq. † Artuſinis incumbit onus probandi
contractum fœneratitium, vel nullum, *Aim. conſ.*
6 48. *num. 8. lib. 1.* Et ſic † negatiuam non expreſſionis
finium in qua ſe fundant, *l. actor, vbi not. C. de Pro-*
bat. Bart. in l. in illa, la prima, num. 5. ff. de verbor.
oblig. Put. decis. pen. lib. 3. ſecundum modernam im-
preſſionem. *Rota, decis. 775. nu. 2. lib. 1.* maximè cum
hęc negatiua ſit fundamentū repetitionis fructuum
7 tamquam indebitè ſolutorum, † quod eſt conclu-
dēter probandum, *l. cum de indebito, 25. verſ. ſin ve-*
rò, vbi Bart. & alij, ff. de Prob. Caſtr. conſ. 123. n. 1. lib. 2.

Neque talis probatio notoria eſt, vt Artuſini
prætendunt, ex ſola inſtrumenti inſpectione, in quo
8 † cum deſcriptio finium non reperiatur, dicitur pro-
bata negatiua, *Bar. in l. fin. C. de reb. cred.* cum aliis
9 per *Surd. decis. 300. num. 11.* Quia † vbi affirmatiua
probari poteſt aliter, quam per ſcripturam, negati-
ua non probatur concludenter ex inſpectione eiuſ-
dem, ita declarat *Bal. in d. l. fin. num. 7. C. de reb. cre-*
dit. Iaſ. in l. Titiæ textores, nu. 17. ff. de leg. 1. Ruin. conſ.
35. num. 19. lib. 1. Caph. conſ. 170. num. 23. lib. 2. prout
10 non † ex eo probatur inſtrumentū non eſſe factum,
quia non reperitur in prothocollo Notarij, *Aim.*
conſ. 112. num. 7. & fuit dictum *in Romana locorum*
montium, 25. Maij, 1611. coram R. P. D. Vbaldo, cer-
tum autem videtur appoſitionem confinium, quæ
eſt qualitas probari poſſe aliter quam per ſcriptu-
11 ram, † quæ ſicuti non eſt de ſubſtantia contractus,
l. contrahitur, 4. ff. de pignor. l. pactum, 17. C. de pact.
ita nec contractus Cenſus, in quo Rota idem tenuit
12 quod in aliis, † vt probari poſſit per teſtes, confeſ-
ſiones & alias probationes, vt *in Romana Cenſus, 24.*
Nouembris, 1606. coram Reuerendiſſimo Atrebatenſi.

Præterea ex inſtrumento probatur petias terræ
cenſuatas fuiſſe per impoſitorem Cenſus certis fini-
bus deſcriptas ex illis verbis, (diſtinctis, deſcriptis,
& deſignatis, & confinatis in calce inſtrumēti) quæ
neceſſariò oſtendunt confines fuiſſe ſpecificatos, &
Notario traditos, qui fecit ſe debitorem deſcriptio-
nis illorum in calce, & ideo ſi omiſſa fuit deſcriptio,
non poteſt dici omiſſa ſpecificatio à partibus, ſed
ſcriptura per Notarium, *Caſtr. in l. errore, num. 3. verſ.*
& idem, vbi Alex. nu. 4. C. de teſtam. idem Caſtr. conſ.
60. num. 3. lib. 1. Alex. conſ. 52. num. 23. lib. 4. Error
13 † autem Notarij in omittendo non poteſt contra-
ctum vitiare, vel partibus obeſſe, *l. ſi librarius, ff. de*
reg. iur. l. fin. §. fin. C. de fideic. l. imperator, ff. de ſtatu
hom. d. l. errore, vbi omnes præſertim *Sichard. num. 1.*
C. de teſtam. Achil. decis. 1. num. 7. de fide inſtr. Rota,
14 *decis. 567. num. 3. lib. 2. par. 3. Diuerſ.* Quaſi † plus di-
ctum fuerit quam ſcriptum, ideoq. dicto nō ſcripto
ſtandum ſit, *Odofred. in d. l. errore, in 1. not.* Et pro
15 † expreſſa habenda ſit ſpecificatio, licet ſcriptum
deficiat, *Bart. in l. 1. ff. de hæred. inſt. Caſtr. d. conſ. 60.*
num. 4. Decian. reſponſ. 34. num. 101. lib. 3. Et quod
iſta ſpecificatio fuerit facta inter contrahentes, & à
Notario omiſſa, adminiculatur ex depoſitione ſe-
cundi teſtis, quæ licet tantum ſit de firma creduli-
tate, facit tamen magnum indicium, *Ang. conſ. 3.*
num. 2. Rota, decis. 9. num. 12. par. 2. Diuerſ. Concurrit
16 † obſeruantia ex ſolutionibus fructuum, & aliis de
quibus infra magnam vim habēs ad remouendam
actus nullitatem, *Corn. conſ. pen. num. 28. lib. 4. Rota in*
nouiſſimis decis. 636. num. 2. par. 1. Accedit enixa par-
tium voluntas contrahendi validè iuxta formam
Bullæ, de qua notitiam habebant, ex pacto quod
omnia ex illius diſpoſitione apponenda pro appoſi-
tis habeantur ampliſſimè concepto adeo vt inveri-
ſimilis reddatur omiſſio deſcriptionis confiniū, quia
17 † aliàs contrahentes fuiſſent ſtulti, nec de effectu
cogitaſſent contra not. per *Bal. in l. fin. num. 4. C. de*
contr. ſtipul. Augetur inuieriſimilitudo & intereſſe ne
dum emptorum Cenſus, ſed etiam Domini Mercu-
rialis emptoris domus cui Cenſus erat obnoxius pro
euictione domus, necnon Domini Ioannis Baptiſtæ
fideicommiſſarij, qui volueat pecunias pretij do-
mus apud ſe pro reinueſtiendo in dicto Cenſu ſub-
rogato loco domus, qui ſibi proſpexiſſe cenſetur,
Aim. conſ. 309. in fine. Demum adeſt declaratio
confinium in vim reſcripti Sanctiſſimi, & iudiciali-
ter facta per Artuſinos, quæ vt ex lectura liquet, non
eſt facta per modum nouæ appoſitionis confinium,
ſed declarationis appoſitorum, ponderando etiam
illa verba Confinia ſunt infraſcripta, vnde nō dici-
tur facta noua ſpecificatio, *l. adeo, ff. de acq. rer. dom.*
18 & eſt vulgare † eum qui declarat non diſponere,
ſed quid in præteritum actum ſit oſtendere, *Bal. in*
l. cum teſtamento, num. 5. C. de teſtam. manum. Dec. in l.
edita nob. num. 47. C. de eden. Soc. conſ. 23. nu. 19. lib. 4.
19 & declarationem retrotrahi † ad tempus diſpoſi-
tionis, *l. aſſe toto, 77. ff. de hæred. inſtit. l. ſi ita ſcripſero,*
38. ff. de cond. & dem. plenè *Io. Andr. in Speculo, tit. de*
teſtib. §. nūc videndum, littera Q, verſ. ſimilibus, Caſtr.
in l. hæredes palàm, §. ſi quid, num. 3. verſ. item vota, ff.
de teſtam. Socin. d. conſ. 23. nu. 19. cum aliis per *Surd.*
20 *decis. 29. num. 4. & 69. num. 2.* Vnde † error Nota-
rij in omittenda ſpecificatione ex cōfeſſione etiam
partis videtur probatus, *cap. tertio loco, de Probat.*
Bart. in l. ſi librarius, nu. 15. ff. de reg. iur. Bal. in l. cum
propo-

Digitized by Google

proponebatur, nu.4. verſ. & nota ex iſta Gloſ. ff. de leg. 2. Felin. in c. ex literis, num. 2. de fide inſtrum.

Ex quibus reſultat reſolutio ſecundæ partis, quia cum Cenſus ſuſtineri poſſit etiam reſpectu cõfinium ex prædictis, & quatenus aliquid circa illos deeſſet ſanatum ſit ex reſcripto Sanctiſſimi purificato per ſpecificationem magis indiuiduam, de qua ſupra dubitari non poteſt quin ſolutioni fructuum decurrendorum locus ſit.

Non obſtant oppoſita contra inſtrumentum de defectu clauſulæ actum, põtificatus, & teſtium ſine quibus nulla eſt eiuſdem fides & latè deductis per
21 Artuſinos. Quia † cũ hæc omnia ſint in præcedenti inſtrumento venditionis domus cenſentur repetita in inſtrumento Cenſus ab eodem Notario incontinenti rogato. *Bart. in l. ſi quis ex argentarijs, §. ſi initium, in 2. lect. num. 27. vbi Bal. num. 1. Alex. num. 4.* dicens cum *Bart.* tranſire communiter Doctores, *ff. de eden. Bal. conſ. 208. num. 3. libro 1. Menoch. Præſumpt. 84. num. 10. lib. 2. Rota in Romana ſocietatis, 24. Ianuarij. 1600. coram Illuſtriſſimo Mellino.*

Accedit obſeruantia ex ſolutionibus tot anno-
22 rum, & pluribus enunciatiuis reſultans, † ex qua datur fides ſcripturæ etiam informi, *l. 1. & 2. & l. ſi veritas, 14. de fideic. Bal. conſ. 400. num. 5. lib. 4. Aim. conſ. 101. num. 4. & 158. num. 1. Rota deciſ. 113. num. 11. par. 1. Diuerſ.*

Et cum Artuſini declarauerint magis ſpecificè confines in executionem reſcripti, ſupponendo inſtrumentum, in qua res apparet cenſuata, dicuntur
23 inſtrumẽti fidem approbaſſe, † quam ideo amplius impugnare non poſſunt, ad *l. Pomponius, la prima, vbi Gloſ. ff. de negoc. geſt. Bart. in l. Iulianus, §. ſi quis, ff. de act. empt.* Maximè, quia conſiderabant Domini de veritate impoſitionis Cenſus dubitari non poſ-
24 ſe. nam vltra præſumptionem, quæ oritur † ex præcedenti obligatione illum imponendi pro aſſecuratione emptoris domus, & fideicommiſſarij ad *l. Titia, §. 1. vbi Iaſ. ff. de verb. oblig. Gloſ. in l. apud Celſum, verbo, cauſa, ff. de dolo except.*, de illa deponunt duo primi teſtes, qui ſunt conteſtes, & impoſitioni interueniſſe dicunt, & licet non videantur perfectè recordari de omnibus circumſtantiis, tamen probant contractus veritatem, vt quando, de anno, menſe, die, &c. *Specul. in tit. de teſtib. §. iam de Interrogatorijs, num. 11. verſ. licet autem, Albert. de Malett. tract. de teſtib. lib. 1. cap. 8. num. 11.* Concurrunt confeſſiones debitorum. Prima confeſſio Antonij impoſitoris in inſtrumento, 9. Octobris, 1589. dum fatetur recepiſſe ſcuta ſeptingẽta quinquaginta auri in Cenſum à Paulo, & Iacobo de Mangellis, quorum tricenta tunc ſoluit Horatio Aſtio, cuius contemplatione accepiſſe dixit recipiẽdo ab eo promiſſionem indemnitatis. Secunda confeſſio hæredum dum in diuiſione bonorum, & debitorum patris diuidunt onus iſtius Cenſus, & dum ſpecificarunt, vt ſupra
25 confines fundi, quæ confeſſiones probant etiam in iſta materia, *vt in Anconitana Cenſus, 24. Nouembris, 1596. coram Reuerendiſſimo Atrebatenſi.*

Vlterius diuturna fructuum viginti quattuor an-
26 norum præſtatio, † quæ probat impoſitionem præceſſiſſe, *l. cum de in rem verſo, ff. de vſur. vbi Gloſ. & Bar. in fine, & alij, l. ſi certis annis, C. de pact.* de communi *Couar. in regula poſſeſſor, 2. par. relect. §. 4. nu. 2. & Variar. reſol. lib. 3. cap. 10. circa fin. verſ. quinta.* Quam probationem etiam in cenſibus recepit Rota, vt in Anconitana Cenſus, coram Reuerendiſſimo Atrebatenſi.
27 Quæ † ſi ſufficerent ad probãdum impoſitionem Cenſus abſque inſtrumento ex opinione, quam ſequitur Rota in cauſis allegatis, multò magis ad fidem impoſitionis inſtrumento præſtandam.

Et ita concluſum.

Illuſtriſſimo Cardinale Blanchetto, Panormitana, ſeu Agrigentina reſciſſionis contractus, 13. Iunij, 1575.

SVMMARIA.

1 *Cenſus ante Bullam Pij V. licitè conſtitui poterat ſuper omnibus bonis.*
2 *Emptio redituũ ſuper bonis Cõmunitatum, eſt permiſſa.*

DECISIO XCVII.

DVBITAVI 13. Iunij, 1575. in vna Panormitana, ſeu Agrigentina reſciſſionis contractus. An ex conſtitutione Cẽſus ſuper omnibus bonis, & ex pacto de retrouendendo, & ex conuentione, quod poſt reluitionem Cenſus emptor poſſit remanere in caſtro per ſex menſes, contractus efficeretur illicitus, ſeu vſurarius.

1 Et fuit reſolutum † ex impoſitione Cenſus ſuper omnibus bonis contractum non poſſe dici illicitum: permittitur enim emptio annui reditus, dummodo contractus non reſoluatur in mutuum, *Syluest. in verbo, vſura, 2. num. 12. Abb. in c. in ciuitate, num. 7. de vſur. & ibi Anan. num. 15.* vbi vult, quod emi poſſit annua præſtatio ſuper reditibus alterius Cõmunitatis, *Aret. conſ. 151. nu. 20. verſ. ſecus ſi annua præſtatio.* & Bullæ Martini, & Calixti permittunt in iſto caſu obligari etiam hæreditatem, quæ eſt ius vniuerſale, quod eo magis videtur dicẽdum in hoc caſu, in quo obligatio omnium bonorum accedit pro ſecuritate obligationis particularis Caſtri Richelmuti, vt expreſsè legitur in inſtrumento.

Idem etiam dixerunt Domini quo ad pactum, quod emptor poſt reluitionẽ Cenſus ſic ſuper caſtro impoſiti deberet remanere in caſtro per ſex menſes nã expreſsè dr̃ ex qua cauſa debeat remanere, videlicet, vt cõmodius poſſit mobilia trãſportare, nec dr̃ quod eo tpe Frãciſcus debeat frui fructibus caſtri.

Quo verò ad tertium pactum de retrouendendo Domini dixerunt videndum, an ſtantibus illis pactis reſpicientibus fauorem Domini Franciſci reſultet talis modicitas pretij, quod iuncta cum pacto de retrouendendo efficiat contractum vſurarium.

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Imolenſis Cenſus, 28. Februarij, 1608.

SVMMARIA.

1 *Cenſus in cuius impoſitione concurrunt omnia requiſita à Bulla Pij V. cenſetur validus.*

2 *Fun-*

2 *Fundus Cenſus dicitur certus, cum ex adiacentijs poteſt certificari.*
3 *Fundus vnus poteſt in plures diuidi, & plures fieri domini deſtinatione.*
4 *Cenſus poteſt imponi ſuper parte fundi, dummodo ita deſignetur, vt ab alijs dignoſci poſſit.*
5 *Numeratio realis pretij, probatur aſſertione Notarij.*

DECISIO XCVIII.

RESOLVTVM fuit pro validitate Cen-
ſus, pro qua in dubio facienda eſt om-
nis interpretatio, *l. ſi Prætor, in princ. ff.*
de Iudic. l. 3. ff. de teſtam. milit. c. Abbate,
de verb. ſignific. latiſſimè *Am. conſ. 52.*
1 *num. 2. & per tot.* concurrunt † enim omnia requiſi-
ta per Conſtitutionem *Pij V.* ad quam ſe contra-
hentes expreſsè retulerunt proteſtantes feciſſe, &
facere dictum Cenſum iuxta diſpoſitionem dictæ
Bullæ.

Nec ſubſiſtunt duæ obiectiones, quæ contra il-
lum dantur. & Prima, quod non fuerit ſpecificata
res eum ſuis confinibus, & fuerit impoſitus Cenſus
ſuper quinquaginta tornaturis terræ vnius poſſeſ-
ſionis tornaturarum centum quinquaginta non ex-
2 preſſo à quo latere. Quia † poſſeſſio ipſa eſt certa
habens ſuas demõſtrationes, & confines, quod pars
aduerſa non negat, & quantitas tornaturarũ quin-
quaginta ſuper quibus eſt impoſitus Cenſus habet
etiam ipſa ſuam certitudinem & ſuas demonſtra-
tiones ex adiacentia domus, vt intelligatur de illis
ſuper quibus eſt domus ædificata, & quæ ſunt cir-
ca ipſam, & illi proximiores. cui interpretationi
multum fauent illa verba inſtrumenti, iuxta rura
Dominorum de Saxatellis, qui ſunt impoſitores
Cenſus.

Non obſtat quod iſte fundus non eſſet diſtinctus
ab aliis bonis Dominorum de Saxatellis, & quod
erat vnica poſſeſſio maioris ſummæ: quia vltra
3 † quod deſtinatione patrisfamilias poteſt ad libi-
tum ſecari in plures, & plures fundi effici, *l. quod in*
rerum, §. ſi quis poſt, ff. de leg. 1. Bar. in l. ſi quis, §. ſi
quis, ff. comm. prædior. nihil prohibet quod rema-
4 nente vna poſſeſſione † Cenſus ſuper parte illius
conſtituatur: ſufficit enim quod pars illa ita deſcri-
batur vt ab aliis dignoſci poſſit, nam hoc ſatis eſt
pro certitudine fundi quam requirit Bulla.

Alia obiectio circa defectum numerationis pe-
cuniæ tollitur ex verbis claris inſtrumenti, ibi. Qui
fratres actualiter ſoluerunt, & exburſauerunt in rot
auro, & argento coram me Notario, & teſtibus in-
fraſcriptis videntibus; Dominis Alexandro, &
Hannibale præſentibus, recipientibus, & ad ſe tra-
5 hentibus. quæ † verba cum non ſint prolata à par-
tibus, ſed à Notario non continent confeſſionem
recepti, ſed actum numerationis, & receptionis rea-
lis demonſtrant. *Bart. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Griſogo-*
nus, num. 3. vbi etiam *Alex. num. 14. verſ. quia quan-*
do Notarius, ff. de verbor. obligat. Bal. in l. 3. num. 14.
C. de non numer. pecun. & in terminis dixit *Rota in*
vna Bononienſi Cenſus, 15. Februarij. 1599. coram R.
P. D. meo Decano.

R. P. D. Pirouano, Bononienſis Cenſus,
Lunæ 7. Nouembris, 1611.

SVMMARIA.

1 *Menſura fundi per numerum perticarum deſumptum ex corpore maioris perticatus, non reddit certum fundi præfati locum.*
2 *Fundus ſuppoſitus Cenſui dicitur certus, quando ex demonſtrationibus certificatur.*

DECISIO XCIX.

IN hac eadem cauſa coram Illuſtriſſi-
mo Cardinale Lancelotto, tunc Rotæ
Auditore ſub die 10. Iunij, præteriti
Domini cenſuerunt ſententiam latam
in Salniano eſſe confirmandam, fun-
damẽtis deciſionis vno dumtaxat excepto pars ac-
quieſcebat, & illud erat quod Cenſus non fuerat
impoſitus ſuper re certis finibus deſignata, iuxta
Conſtitutionem *fel. recor. Pij V.*, & ſic nullitas Cen-
ſus reſultabat. Incertitudo autem deducebatur ex
eo quod Cenſus fuiſſet impoſitus ad menſuram ſu-
per tornaturis ſeptuaginta fundi nuncupati *el Pa-*
1 *lazzo del lino*, quæ † numeratio operatur incerti-
tudinem reſpectu quotæ, quia expreſſa non fuit ter-
tia, vel quarta pars fundi cenſiti, ac etiam reſpectu
loci dum tornaturæ ſeptuaginta deſumendæ ex cor-
pore maioris perticatus non fuerunt numeratæ, &
diſtinctæ à reſiduo, vt conſiderant *Alex. & Iaſ. in l.*
3. §. incertum, ff. de acquir. poſſeſſ. & Pariſ. conſ. 59.
num. 17. 28. & 29. lib. 1. Verum præfatis non ob-
ſtantibus Domini ſteterunt in deciſis, quia ratione
fundi remanebat certus. Nam inſtrumentum Cen-
ſus ne dum exprimit fundum, & regionem in qua
ſituatur, & in quo tornaturæ ſeptuaginta ſunt ſup-
ponendæ oneri Cenſus, ſed etiam in qua parte fun-
di ſunt numerandæ, videlicet, capiendo dictas tor-
naturas ſeptuaginta à dictis ædificiis eundo in cor-
pore maioris numeri perticatus verſus bona Domi-
ni Theodoſij de Cruce, & verſus bona Domini Ale-
xandri Sriatici, ac in confine bonorum per ipſum
Dominum Antonium emptorem à Domino Bom-
2 bello de Bombellis; ex quibus † demonſtrationi-
bus viſa eſt Dominis ſatis certificata pars fundi
cenſiti etiam in euentum periculi ſubeundi perem-
ptorem, iuxta mentem *Pij V.* vt benè probat *Bal.*
in l. demonſtratio falſa, quæſt. 7. ff. de cond. & demonſt.
& alij in deciſione in hac cauſa facta allegati.

Non obſtat quod locus non certificetur niſi de-
mum ſequuta numeratione, & ſeparatione, quia
dictum fuit, quod *Alex. Iaſ. & Pariſ.* allegati hoc
non præſupponunt, ſed afferunt exemplum de eo,
qui emit centum tabulas terræ ex tali fundo pro in-
diuiſo, & in illis caſibus, quia ſitus variari poteſt in
euentum periculi vt magis ab vna parte, quam ab
alia numeratio ſequatur, tunc benè intrat in certi-
tudo, ſecus verò quando certificatur aliqua pars
fundi in qua tornaturæ ſint numerandæ, nam tunc
in euentum periculi ceſſat variatio, & conſequen-
ter allegata conſtitutio non repugnat.

R. P. D. Buratto, Foroliuienſis Cenſus, Veneris 2. Maij, 1614.

SVMMARIA.

1 *Cenſus impoſitio probatur teſtibus.*
2 *Teſtes duo conteſtes plenam faciunt probationem.*
3 *Scriptura non eſt neceſſaria in conſtitutione Cenſus.*
4 *Cenſus impoſitio probatur per confeſſionem impoſitoris.*
5 *Probationes alias non releuantes ſi recipiantur, & admittantur parte non contradicente, ſuffragantur.*
6 *Solemnitates reſpicientes pontificatum, locum, teſtes, clauſulam actum, poſitæ in inſtrumento præcedente cenſentur repetitæ in inſtrumento immediatè ſubſequenti.*
7 *Obſeruantia ſubſequuta omnem fidem, & defectus inſtrumenti ſupplet.*
8 *Rogitus Notarij probatur ex ſubſcriptione illius atteſtantis ſe eſſe rogatum.*
9 *Inſtrumentum impugnatum non probat negatiuam.*
10 *Bulla Pij V. quo ad probationem impoſitionis Cenſus, non ſe reſtringit ad probationem, quæ fit per inſtrumentum.*
11 *Producens inſtrumentum cenſetur ſe coarctare ad probationem, quæ ex dicto inſtrumento reſultat.*
12 *Confeſſio tacita reſultans ex productione inſtrumenti facta in vna cauſa, non præiudicat in alia.*
13 *Productio inſtrumenti facta in vna cauſa, non præiudicat in alia.*
14 *Confeſſio etiam expreſſa facta à procuratore in vna cauſa, non præiudicat in alia.*
15 *Impugnans actum non poteſt ſe in illo fundare.*
16 *Verba diſpoſitiua Notarij probant.*
17 *Error Notarij probatur ex omiſſione eius, quod apponi debuit.*
18 *Enunciatio Notarij transfert onus probandi contrarium in aduerſarium.*
19 *Quaſi poſſeſſio decennali Cenſus facit præſumi illum fuiſſe ſolemniter, & ritè impoſitum.*
20 *Maximè contra negantem impoſitionem Cenſus, & de contrario conuictum.*
21 *Confeſſio procuratoris in iudicio facta ſi non reuocetur, & de errore doceatur, præiudicat domino.*
22 *Maximè ſi dominus fuerit præſens dictæ confeſſioni.*
23 *Proteſtatio contraria facto, & veritati non releuat.*

DECISIO C.

1 VERITAS Cenſus de † quo eſt controuerſia etiam ſine inſtrumento impoſitionis viſa fuit Dominis concludentiſſimè probata ex antecedentibus, & ſubſequentibus, ex duobus teſtibus de ipſa Cenſus impoſitione deponentibus de viſu, & intereſſentia, vt in præcedenti deciſione deductum
2 fuit, qui † duo cum ſint conteſtes plenam faciunt probationem, *Bart. in l. admonendi, num. 48. ff. de iureiur. Bal. in l. fin. num. 10. verſ. & ſcias, & num. 14. C. de probat.* vbi quod pleniſſimam, quæ eſt ſufficiens,
3 cum ad probationem † Cenſus non ſit neceſſaria ſcriptura etiam poſt Bullam *fel. recor. Pij V.* ſecundum opinionem, quam *Rota* tenet vt in deciſionibus in prima deciſione citatis, & *in Anconitana Cenſus, 28. Iunij, 1601. coram Illuſtriſſimo Cardinale Lancelotto,* quidquid aliqui recentiores velint in terminis Bullæ eſſe neceſſariam. quorum opinio nec pro-
4 cederet in iſto caſu, † quo probatur per confeſſionem Artuſini, & hæredum, *Bero. in c. 1. num. 76. de Probat. Grat. conſ. 13. num. 49. lib. 2.* facit tex. *in Auth. rogati, C. de teſtib.* Et per ſcripturas, & teſtes ſimul *Butr. & Anan. in c. auditis. vterque, num. 8. de reſtit. in*
5 *integr.* Præſertim cum † probationes iſtæ parte non contradicente receptæ, & admiſſæ fuerint, *Bal. in l. certi condictio, num. 12. vbi Alex. num. 7. ff. ſi cert. pet.* per allegatis per *Aſin. in ſua Praxi, §. 19. cap. 4. dub. 12.* Cum itaque probata ſit aliunde Cenſus impoſitio ad rem non faciunt defectus contra inſtrumentum deducti.
6 Qui nec etiam ſubſiſtunt, cum † Pontificatus, locus, teſtes, & clauſula actum, quæ deficere videntur tamquam in præcedenti inſtrumento venditionis domus appoſita cenſeri debeant in hoc poſtea incontinenti celebrato repetita ex doctrina *Bart.* & aliorum in priori deciſione relatorum. Nec impeditur repetitio ex eo quod ſecundus teſtis dicat inſtrumentum Cenſus fuiſſe celebratum in domo illorum de Marganis, cum tamen venditio celebrata fuerit in Palatio Prætoris: Quia teſtis dubitatiuè loquitur per verba *Saluo il vero,* nec colligitur, an loquatur de loco contractus, vel ſtipulationis inſtrumenti. Et licet dici non poſſit repetitus Artuſinus teſtis in inſtrumento venditionis domus, deinde in inſtrumento Cenſus Principalis; tamen coadiuuatur in hoc inſtrumentum ex dictis duobus teſtibus de intereſſentia ipſorum, & aliorum deponentibus.
7 Et † omnem fidem & defectum ſupplet aliàs ponderata obſeruantia tot annorum ſubſequuta. Et eo magis excluduntur præfati defectus, quia dubi-
8 tari non poteſt de rogito huius inſtrumenti † tam ex ſubſcriptione Notarij dicētis ſe rogatum, quam ex atteſtatione Archiniſtæ de extractione ex rogitibus eiuſdem Notarij. Quibus accedant depoſitiones duorum teſtium, enunciatiuæ eiuſdem Notarij in inſtrumento ſolutionis ſcutorum tricentorum ex pecuniis receptis ad Cenſum factæ per Artuſinum Aſtio, & in alio, ſolutiones fructuum per Artuſinum factæ Mangellio, & aliæ in duabus quietantiis fructuum per eundem receptis à Mangellis, & demum alia hæredum de Artuſinis in inſtrumento diuiſionis.

Nec defectus ſpecificationis cōfinium ſuper quo Artuſini præcipuum faciunt fundamentum probatur ex inſpectione inſtrumenti impoſitionis Cenſus.
9 nam aut illud fidem † non facit, vt ipſi prætendūt, & non poteſt probare negatiuam. *Seraph. deciſ. 889. num. 5.* Aut fidem facit, vt firmatum eſt, & nihilominus ex eo non reſultat negatiua, cum probatio
10 † affirmatiuæ non ſit ad inſtrumentum coarctata, & vltra relatos in alia deciſione, *Salic. in l. fin. nu. 2. C. de reb. cred. & in l. 2. num. 3. verſ. vnde dicit, & in fine verſ. & idem poſt Bal. ibi, num. 6. verſ. ſi autem, C. de error. aduocat. & in l. 2. num. 2. ff. de Probat. Butr. in c. auditis, num. 3. in 2. notab. de reſtitut. in integr. Barbat. conſ. 7. num. 7. in fine, lib. 1. Herculan. de negatiu. num. 169. & ſeq. Hond. conſ. 78. num. 35. in 2.*
11 Nec dici poteſt † coarctata ad inſtrumentum ex illius productione, ex qua ceſſat alius titulus. *Veral. deciſ. 304. par. 3.* & tritiſſimum eſſe in Rota dicitur

in

11 mi *deciſ. 731. num. 19. parte 1. diuerſ.* quia † productio facta fuit in alia cauſa, quæ propterea tanquam tacita confeſſio non præiudicat in iſta, *Bal. in l. 2. num. 25. verſic. ſed iuxta præfata*, vbi *Dec. num. 64. Bolognett.* qui alios, *num. 71. C. de eden. Aret. in c. cauſam quæ, num. 26. verſ. ſecundo limitatur*, vbi *Felin. num. 9.*
13 *verſ. item non procedit, de teſtib.*, & † in terminis productionis, *Achill. deciſ. 161. aliàs 2. de confeſſ. Rim. iun. conſ. 203. n. 2. in 2. Houded. conſ. 66. num. 58. in 1.* Eoq. minus, quia facta per aſſertum procuratorem ad
14 lites Mangelli, † cuius nec expreſſa confeſſio in alio iudicio præiudicat. *Specul. de confeſſ. §. nunc videndum, num. 4. Abb. in c. 1. num. 33. vt lite non conteſt.*
15 Præſertim quia cum † fuerit impugnata pro Artuſinis non poſſint ſuper ea facere fundamentum ex *c. ex eo. de reg. iur. in 6. cum ſimil. Surd. conſ. 151. num. 93. & 94. in 2.* Vltra quod productio inſtrumẽti non excludit probationem eiuſdem Cenſus aliis modis, ſeu alio genere probationum. Immo potius ex inſtrumento probatur affirmatiua dum poſt expreſſionem triginta tornaturarũ poſſeſſionis Villæ Maſſæ ſubdit Notarius deſcriptis, deſignatis, & confi-
16 natis in calce præſentis inſtrumẽti, † quæ tanquam verba diſpoſitiua neceſſario oſtendũt confines fuiſſe à partibus ſpecificatos, & Notarium illos in fine inſtrumenti deſcribere debuiſſe, vt aliàs dictũ fuit, & inde reſultat error Notarij in omittenda ipſa de-
17 ſcriptione, † qui probatur ex omiſſione eius, quod apponi debuit, *Bald. in l. cum proponebatur, in princ. ff. de leg. 2. Decian. conſ. 34. nu. 101. lib. 3.* & ex illis verbis inducitur præſumptio extrinſecæ huius ſolemnitatis aliquo modo ſcriptæ. licet non expreſſæ, quæ
18 conuenit ſcripturæ; quamquam † veroſimile eſt interueniſſe ad effectum, vt ex aduerſo probanda ſit negatiua, *Alber. in l. actor, col. fin. verſ. aut eſt extrinſeca, C. de probat. Iaſ. in l. ſciendum, num. 14. poſt Bart. ibi, ſub num. 5. ff. de verb. obligat. Felin. in c. ſicut, num. 27. de*
19 *ſentent. & re iudic.* concurrente † maximè quaſi poſſeſſione Mangelli decennali, & vltra Cenſus, *Iaſ. in d. l. ſciendum, ſub num. 17.* latè *Menoch. de Præſumpt. lib. 3. præſumpt. 132. num. 45. & ſeq.* Præcipue contra Ar-
20 tuſinos negantes impoſitionem Cẽſus, † & de contrario conuictos, *Iaſ. ibid. num. 20. Crot. num. 20. Menoch. vbi proximè, num. 39.*

Quæ confinium ſpecificatio comprobatur ex depoſitione vnius teſtis, & ex illorum ſpecificatione in partibus iudicialiter facta pro parte Dominorum de Artuſinis, vt aliàs dictum eſt. Et licet facta fuerit
21 à procuratore, † tamen illa non reuocata, nec docto de errore præiudicat, *Rota deciſione 373. aliàs 2. de confeſſ. in antiq.* Præſertim cum potius vera, quam erronea appareat ex præfatis. & abſque dubio reſpectu Liuij vnius ex fratribus de Artuſinis, qui fuit
22 præſens dictæ confeſſioni cui obuenit Cenſus in diuiſione pro rata ſcutorum quadringentorum.
23 Nec releuat proteſtatio adiecta † tanquam contraria facto conformi ſolutionibus, & aliis actibus ex quibus pater, & ipſi bonam fidem ſemper agnouerunt, & veritati ex pluribus comprobatæ.

Ex quibus Domini in alias deciſis permanſerunt.

R.P.D. Penia, Romana Palatij Campi Floræ, Veneris 16. Decembris, 1588.

SVMMARIA.

1 *Poſſidens debet manuteneri lite pendente.*
2 *Etiam ſi poſſeſſio ſit contra ius.*
3 *Spoliatori in iudicio ſpolij, non denegatur manutentio.*
4 *Manutentio habet locum, quando poſſeſſio ante litem motam probatur.*
5 *Maximè ad effectum conſequendi fructus.*
6 *Sententia dicitur notoriè iniuſta, cum non iuſtificatur ex actis.*
7 *Inſtrumentum, vt releuet, debet in actis produci.*
8 *Cameralis obligatio, vt poſſit habere executionem, debet eſſe extenſa.*
9 *Sententia ex actis non aliud debet iuſtificari.*
10 *Iudex mutari non poteſt, quando fuit per reſcriptum Papæ datus.*
11 *Auditor Cameræ in obligationibus cameralibus, eſt Iudex priuatiuè quo ad omnes alios Iudices.*
12 *Actor in executiuis poteſt variare Iudices, quando reus eſt contumax.*
13 *Depoſito locus non eſt, quando conuentus offert ſe paratum recipere.*
14 *Mandatum præſumitur legitimum in exburſante notabilem pecuniarum ſummam.*

DECISIO CI.

A Decreto A.C. per quod Dominus Fabritius Rebiba compellebatur reuẽdere palatium Campi Floræ excellẽtiſſimo Domino Virginio Vrſino fuit appellatũ, & cauſa appellationis de cõſenſu partium mihi commiſſa. Et quoniam penſiones dicti palatij à tempore interpoſiti dicti decreti Domino Fabritio non ſoluebantur, dedi dubium.

An D. Fabritio ad dictum effectum eſſet dandum mandatum de manutenendo. Et vtraque parte in-
1 formante fuit dictum, quod cum † Dominus Fabritius fuerit in poſſeſſione exigendi penſiones, & ab eo peteretur retrouenditio interim lite, & appellatione pendente erat manutenendus, neque priuandus commodo ſuæ poſſeſſionis, *c. cum teneamur.* & ibi communiter Doctores, *de appell. c. 1. vt lite pend.* vbi *Abb. num. 4. notab. 3. per tex. in c. cum perſonæ. de*
2 *Priuil. lib. 6.* ait procedere etiã † ſi dicta poſſeſſio eſſet contra ius, quod etiam voluerunt *Dec. in d. c. cum perſonæ, §. quod ſi tales. notab. 4. Philipp. Franc. notab. 2.* idem *Franc. in c. cum teneamur, de appell. & Dec. in cap. ſignificante, not. 3. de appell. Gabr. tit. de acquir. vel amitten. poſſeſſ. concluſ. 6.* confert *Dec. conſ. 97. incipit, In caſu propoſito.* Præſertim † cum nec etiam ſpoliatori
3 in iudicio ſpolij ſoleat negari manutentio, *Doctor. in l. Attilius Regulus, ff. de donat.* cum etiam ſit manutenendus, *l. fin. C. ſi per vim, c. licet, & ibi Doctor. de præben. lib. 6. Neuiz. conſ. 80. incipit, Benedictus es Domine. Palot. deciſ. 129. incipit, Spoletana parochialis.* Et cum non reuocaretur in dubium Dominum Fabritium ante litem motam fuiſſe in poſſeſſione exigendi penſiones, orta lite, & appellatione pẽdente
4 † non potuit mandatũ de manutenendo denegari,

H quod

Digitized by Google

quod habet naturam interdicti retinendæ, & locum
quando rei poſſeſſio ante litem motam, probatur
Bart. in l. ait Prætor. §. quod ait, nu. 2. & 24. ff. vti poſ-
5 *ſid. Veral. deciſ. 198. incipit, Manutentionis, lib. 2.* & † ma-
ximè ad effectum conſequendi fructus, *Guido Papa,
deciſ. 356. verſ. quintus eſt.*

His præterea accedebat, notoria iniuſtitia decre-
6 ti A. C. † cum non iuſtificaretur ex actis, nam inſtru-
mentum ex quo D. Fabritius aſſerebatur obligatus
in forma cameræ ad retrouendendum dictum pala-
tium nō fuit rogatum per Notariū actuarium eiuſ-
dem tribunalis A. C. ſed per D. Proſperum Campa-
7 num Notarium Archiuij, † cuius inſtrumenti cum
non fuerit facta in actis productio, nec extenſa for-
8 mula obligationis cameræ, † quod erat neceſſarium,
Galleſ. tract. de obligat. camer. parte 3. tit. de proceſſ. ipſo,
decretū erat nullū, nec Fabritium poterat afficere.

Quod procedit ſine difficultate ex tritiſſimo, &
vſitato ſtilo, quamuis aſſeratur A. C. ſæpè dictum
inſtrumentū oſtenſum fuiſſe, quod non ſufficit cum
9 vulgo iure proditum ſit † ſententiam ex actis non
aliunde iuſtificari debere: Decreti etiam eiuſdem
nullitas, & iniuſtitia ex eo videbatur perſuaderi,
quod factum fuerat poſtquam cauſa ad inſtantiam
partis per ſpeciale Papæ reſcriptum fuerat commiſ-
10 ſa in Rota, † vnde non potuit procurator excel-
lentiſſimi Domini Virginij mutando Iudicem va-
riare, & A. C. adire; quamuis Fabritius eſſet obliga-
tus in forma cameræ, cuius priuilegium eſt, vt poſ-
11 ſit omitti primus Iudex, & A. C. adiri, † qui in obli-
gationibus cameralibus habet facultatem priuati-
uam quo ad alios Iudices, quacumque commiſſio-
12 ne, & inhibitione non obſtante. Quia † tunc de-
mum in executiuis poteſt actor variare, & iudices
diuerſos adire, quando reus conuentus eſt contu-
max, *Galleſ. de obligat. camer. parte 3. quæſt. 2. num. 7.
verſ. non tamen omittere.* Fabritius verò non fuit ta-
lis cum citatus in Rota ad retrouēdendum reſpon-
derit ſe eſſe paratum retrouendere, iuxta formam
inſtrumenti; vnde ſuperuacaneum fuit alium iudi-
cem adire; ſtante præſertim illa Fabritij proteſta-
tione quod erat paratus retrouendere iuxta for-
13 mam inſtrumenti † non erat locus depoſito facta,
præſertim reuocatione ſequeſtri, *l. 2. vbi Salic. &
Bal. C. de vſur.* latè *Tiraq. de retr. Lignag. §. 9. Gloſ. 3. nu.
3. & 5.* nec ſuffragatur decretum A. C. cum, vt di-
ctum eſt, fuerit nullum.

Quod fuerat pro parte Domini Fabritij propoſi-
tum de defectu mandati in procuratore Domini
Virginij, cum mandatum eſſet ad lites tantum, non
autem ad faciendam præfatam retrouenditionem
non placebat aliquibus ex Dominis ex eo, quod di-
ctus procurator nomine Domini Virginij apud Mō-
tem Pietatis Vrbis fecerat verum, reale, & actuale
depoſitum decem millium ſcutorum, & amplius,
14 † quæ maximæ pecuniarum ſummæ mandati defe-
ctum in hac parte & ſupplere, & tollere videbātur.

Quare cum à die facti depoſiti non videretur li-
quido conſtare de bono iure Domini Virginij re-
ſpectu penſionum, nec eas ſoluere teneretur, merito
pronunciatum fuit Fabritium manutenendum.

Ceterum quia reſpectu retrouenditionis non du-
bitabatur de bono iure domini Virginij cum re ve-
ra Fabritius retrouendere teneatur, ideo Domini
ordinauerūt vt Fabritius admoneretur ad omnino
faciendam præfatam retrouenditionem, & procu-
rator Domini Virginij ad producendum neceſſa-
ria, vt retrouenditio iure, & legitimè fieret.

R. P. D. Penia, Aſſiſienſis Cenſus, 29. Nouembris, 1604.

SVMMARIA.

1 *Numeratia pecuniæ probatur per atteſtationē Notarij.*
2 *Numerauit, hoc verbū, importat actualē numerationē.*
3 *Clauſula, recepit in contanti, & pecunias ad ſe traxit, denotat realem numerationem.*
4 *Admittit tamen probationem in contrarium.*
5 *Cenſus impoſitus ſuper re certis finibus deſignata, & ſuper alijs incertis, remanet validus ſuper illa re certa.*
6 *Proteſtatio quod Cenſus intelligatur conſtitutus, iuxta Bullam Pij V. ſuſtinet Cenſum aliàs contra formam d. Bullæ creatum.*
7 *Verba debent applicari ad intellectum ſanum.*
8 *Et vt excludatur contractus illicitus.*
9 *Perempta parte fundi cenſiti, ſi alia pars eſt capax totius Cenſus, ſuſtinetur totus Cenſus.*
10 *Res aliena licet poſſit vendi, non poteſt tamen hypothecari.*
11 *Declar. vt venditio valeat tantum in præiudicium vendentis, non domini rei venditæ.*

DECISIO CII.

DOMINI reſoluerunt Cēſum eſſe va-
lidum, fuit enim impoſitus ſuper reb.
certis finibus deſignatis mediāte pe-
cunia numerata, de qua numeratio-
ne conſtat ex atteſtatione Notarij,
quod recepit in cōtanti in præſentia ſua & teſtium,
& pecuniam ad ſe traxit in tot paulis argenteis, &
1 ſcutis aureis, quę † quidem atteſtatio probat nume-
rationem, *Bart. in l. ſi ex cautione. nu. 1. C. de non num.
pecun. & in l. ſingularia, nu. 22. ff. ſi cert. pet. ibi Iaſ. num.
46. Dec. num. 33.* & fuit reſolutum *in cauſa Bononienſi
Cenſus, 24. Aprilis, 1600. coram Illuſtriſſimo Domino
meo Cardinale Pamphilio,* & poſtea *anno ſequenti co-
ram me, in cauſa Romana depoſiti de Altouitis.*

Nec facit quod in iſta atteſtatione nō adſit ver-
bum numerauit, iuxta Doctrin. *Bart. in d. l. ſingula-*
2 *ria, nu. 29.* vbi dat cautelā † quod Notarius non po-
nat verbū, numerauit, niſi interueniat realis nume-
ratio, quem ſequitur *Iaſ. ibi. nu. 52. Alex. conſ. 179. nu.
4. in fine, & nu. 6. lib. 2.* Nam fuit reſponſum ſufficere,
quod adſint illa verba, recepit in contanti, & pecu-
3 nias ad ſe traxit in tot paulis, &c. † quæ excludunt
ſimplicem confeſſionem de recepto, & denotāt rea-
lem numerationem, & traditionem, *Bal. in d. l. ſi ex
cautione, nu. 14. C. de non numer. pecun. Bart. in l. ſi ſtipu-
latus, §. Griſogonus, nu. 30. Alex. nu. 14. verſ. quia quan-
do Notarius, ff. de verb. oblig.* & fuit dictum *corā Mel-
lino in Florentina bonorum, 17. Aprilis, 1592.* & poſtea
de anno 1599. in Bononienſi Cenſus, 15. Februar. corā me.

4 Non obſtat quod † huiuſmodi atteſtatio Notarij
admittat probationē in contrarium, vt fuit reſolu-
tū in cauſa Senogallienſi Cenſus, 26. Aprilis, 1591.
coram

coram Domino meo Decano, & hæc videntur ſatis
probare non numerationem: nam antea fuit ven-
ditus Cenſus pretio ſcutorum mille quingentorum
abſque eo quod interuenerit pecunia, & poſt pau-
cos dies redemptus, & poſtmodum emptus Cenſus,
qui nõ fuit validus. ſed non inde ſequitur quod pro-
prerea ſecundus Cenſus, qui fuerat validus, cum de
eo conſtet ex atteſtatione Notarij, ſimulatus præſu-
matur, *l. quamuis, vbi Bal. ff. ſi quis alteri vel ſibi. Dec.
conſ. 491. num. 4. Surd. conſ. 425. num. 54.* Non releuat
quod Cẽſus ſit impoſitus ſuper rebus certis finibus
deſignatis, & ſuper tanta quãtitate dictorum bono-
rum quanta ſuppleat ad reddendum annuum fru-
ctum Cenſus, quod pactum repugnat Conſtitutioni
Pij V. ex quo iſta quantitas remanet incerta, cũ non
appareat quãta in indiuiduo, & in quo loco ſit, *Me-
noch. conſ. 333. n. 43. & ſeq.* Nam fuit reſpõſum, quod
6 in inſtumento adeſt proteſtatio, † quod Cenſus in-
telligatur in omnibus iuxta formam dictæ Cõſtitu-
tionis, & ideo cũ ſit impoſitus ſuper reb. certis fini-
bus deſignatis, hæc proteſtatio operatur vt non ob-
ſtante dicta pactione Cenſus remaneat validus ſu-
per dictis rebus, *Iaſ. in l. non ſolum, nu. 24. Alex. num.
13. & 14. ff. de noui oper. nunc. Gabr. conſ. 47. nu. 8. lib. 2.*
& fuit reſolutum *in Beneuentana Cenſus, 29. Martij,
1593. coram Cardinale Pamphilio, & coram eodem in
hac cauſa, 9. Iunij, huius anni.*
7 Sed ceſſat omnis difficultas, quia iſta verba, † &
ſuper tanta quantitate, debent applicari ad intelle-
ctum ſanum, & ciuilem, *Rota deciſ. 10. nu. 4. et 5. de te-*
8 *ſtam. in antiq.* & vt † excludatur contractus illicitus,
Alex. conſ. 191. nu. 6. lib. 2. & ideo debent intelligi in
caſu quo res ſuper qua imponitur Cẽſus periret, vel
9 infructuoſa remaneret, pro † parte tñ, quæ remane-
ret eſſet capax pro ſolutione Cenſus, quo caſu Cen-
ſus in ea parte remanente ſuſtinetur, vt fuit reſolu-
tum *in cauſa Romana Cenſus, 30. Octobris, 1602. coram
Cardinale Mellino*, & prius *in ſimili cauſa, 14. Ianua-
rij euſdem anni coram R. P. D. Sacrato.*
Nec ſufficit quod Cenſus fuerit impoſitus ſuper
rebus communibus inter Andræam & Cæſarem, &
10 ideo remaneat inualidus, quia † licet res aliena
poſſit vendi, non poteſt in ea conſtitui hypotheca,
l. cum rem alienam. ff. de pignor. l. 2. §. 1. vbi Gloſ. & Do-
11 *ctor. ff. de pignor.* Et † etiam ipſa venditio in Domi-
ni præiudicium non tenet, *l. alienam. C. de furt. vbi
Bal. Rol. conſ. 60. nu. 59. & ſeq. lib. 4.* Quia ceſſat hæc
difficultas cum bona fuerint donata per Cæſarem
Andreæ fratri, & ideo tanquam ſuper bonis pro-
prijs ipſius potuerat Cenſus imponi.
An autem hæc donatio fuerit valida, ita vt fuerit
tranſlatum dominium in Andræam ad effectum, vt
impoſitio huius Cenſus ſuſtineatur, erit particula-
riter videndum.

Illuſtriſſimo Cardinale Pamphilio, Beneuentana Cenſus, Lunæ 29. Mart. 1593.

SVMMARIA.

1 *Proteſtatio quod Cenſus intelligatur impoſitus iuxta
formam Bullæ Pij V. præſeruat cenſum, non obſtanti-
bus aliquibus pactis illicitis in eo appoſitis.
Ampliat. vt hæc proteſtatio referatur etiam ad pacta
expreſſa in inſtrumento Cenſus, num. 3.
Maximè ſi Dominus Cenſus, qui nititur inſtrumento
numquam fuerit vſus aliquo ex dictis pactis, num. 4.
Limit. vt non ſuppleat defectum realis numerationis
pretij Cenſus, num. 5.*
2 *Proteſtatio tendens ad limitandam obligationẽ de con-
ſenſu contrahentium facta, præſeruat ius proteſtantis.*
6 *Pretium Cenſus debet numerari in actu emptionis co-
ram teſtibus, & Notario.
Hoc autem introductum eſt pro forma ad euitãdas frau-
des, & ſimulatas ſolutiones, num. 8.*
7 *Cedula bancaria habet vim ſolutionis facta præſenti
pecunia.*
9 *Promiſſio mercatoris idem operatur, quod vera ſolutio.*
10 *Liber mercatorum adminiculatus, probat etiam inter
tertios.*
11 *Statim, hæc particula, intelligitur cum aliquo temporis
interuallo.*
12 *Aliquando etiam duorum menſium.*
13 *Obreptio non committitur per taciturnitatem eorum in
quibus partes conueniunt.*
14 *Cenſus impoſitus ſuper bonis certis finib. deſignatis, &
generaliter ſuper omnibus, dicitur legitimè cõſtitutus.*

DECISIO CIII.

DIXERVNT Domini ſententiam A. C.
ſuper inualiditate Cenſus nõ ſuſtine-
1 ri. Validitas .n. † ipſius Cenſus etiam
quod in inſtrumento adeſſent aliqua
pacta repugnantia *Conſtitution: fel. re-
cord. Pij V.* videbatur ſatis Dominis præſeruata, ex
declaratione & proteſtatione per contrahentes in
principio, medio, & fine contractus facta, quod inſtru-
mentum intelligatur initum factum, & ſtipulatum
iuxta formam præfatæ Cõſtitutionis, ita quod ſi in
eo aliquid contra dictam formam eſſet appoſitũ, il-
lud habeatur pro non appoſito, ſcripto, nec ſtipula-
to, ſed reducatur, & reductũ eſſe intelligatur iuxta
illius tenorem, cum eorum intentio fuerit, & ſit ita
contrahere nec aliàs, aliter, nec alio modo. Iſta .n.
2 proteſtatio † cum fuerit facta in ipſo cõtractu ad li-
mitandam illius obligationem, & illi ambæ partes
conſenſerint præſeruat ius proteſtantis, & operatur
validitatem cõtractus, perinde ac ſi fuiſſet celebra-
tus abſque illis pactis, & in omnibus, & per omnia,
iuxta formam, & tenorẽ præfatæ conſtitutionis, ad
not. per *Bart. in l. non ſolum, §. morte, nu. 24. Alex. nu.
13. cum ſeq.* & alios. *ff. de noui oper. nunc. Abb. in c. cum
M. Ferrarienſis, ſub num. 15. de conſtit. Alex. conſ. 27. nu.
4. lib. 3. Put. deciſ. 32. nu. 3. lib. 2.* & in terminis huius
proteſtationis in inſtrumento Cenſus tradit *Hieron.*
3 *Gabr. conſ. 47. nu. 7. lib. 2.* & tenuit *Rota* † dicens hanc
proteſtationem referri etiam ad pacta expreſſa *in
cauſa Foroliuienſi Cenſus, coram D. meo Orano, 13. No-*
4 *uembr. 1589.* Maximè † quod non cõſtat quod emptor,
qui produxit inſtrumentum pro conſequendis tan-
tummodo fructibus Cẽſus, vſus vnquam fuerit ali-
quo ex præfatis pactis, quæ prætenduntur illicita.
5 Non obſtat quod † iſta proteſtatio non poſſit ſup-
plere defectum realis numerationis pecuniarũ, quæ
6 † in ipſo actu celebrationis inſtrumenti corã Nota-
rio, & teſtibus requiritur, quia per dationem cedulæ
7 bancariæ, † quæ habet vim ſolutionis, *Bart. in l. ſi ſo-*

luturus, ff.de ſolut. Put.deciſ. 163. *lib.* 1. videtur ſatiſ-
8 factum huic formæ † inductæ ad euitandum fraudes, & ſimulatas ſolutiones, ad not. per *Dec. in l.ſi mater, ſub num.4.C.de Inſtit.& ſubſtit. Caſſad.deciſ.2.de iudic.* latè *Brun.de implem, & obſeruat. form.in* 1. *Fallentia.* Maximè cum pretium pręfatum eſſet conuertendum in extinctionem aliorum cenſuum, quod cum eodem temporis momento fieri nõ poſſet valde expediebat emptori, vt ſolutio fieret per cedulam nę interim pecuniæ conuerterentur in aliam cauſam, ad not. per *Doctor. in Auth, hoc ius porrectum, C.de ſacroſ.eccleſ.*

Et ceſſat difficultas, quia iſte defectus fuit ſanatus per ſpecialem commiſſionem S. D. N. quæ licet habeat clauſulam. Conſtito quod ſtatim poſt celebrationem venditionis Cenſus fuerit ipſis Dominis de Cariſſimis ſolutũ pretium vigore cedulę datæ in inſtrumento, illa tamen eſt ſatis iuſtificata ex libris illorum de Citarella mercatorũ Neapolitanorum, qui pro emptore Cenſus conſtituerent ſe illorum debitores in ſumma ſcutorum quattuor mille pro
9 pretio præfatæ venditionis, quæ † promiſſio habet vim ſolutionis, vt poſt *Bart.in l.ſingularia, ff.ſi cert. pet.* tradit *Afflict, deciſ.358.in fine,* & adeſt *Deciſ.Ianuen.4.num.9. & ſeqq.* Præſertim quia illa eadem ſumma fuit poſtea à præfatis mercatoribus ſoluta illiſmet creditoribus Dominis de Cariſſimis, quibus vigore præfati inſtrumenti erat ſoluenda, vt patet
10 ex eorum libris, qui † cum ſint adminiculati ex ipſo inſtrumento venditionis, & ex cedula probant etiam inter tertios, *Bart.& alij, in l.admonendi, de iureiur. Guido Papa, deciſ.441. Aim.conſ.275.num.8.*

Maximè in libris Mercatorum Ciuitatis Neapolitanæ, per ea, quæ aliàs deducta fuerunt *de anno* 1578. *coram b.m. Bubalo in cauſa Neapolitana pecuniaria,* & faciunt not. per *Iaſ.in d.l.admonendi, num.* 120. cum aliis per *Rol.conſ.92.num.5.lib.3.*

Non obſtat, quod iſta ſolutio fuerit facta quattuor dies poſt celebrationem inſtrumenti, quia non ideo minus dicitur facta ſtatim, vt loquitur cõmiſ-
11 ſio, cum hęc dictio, † ſtatim, intelligatur etiam cum aliquo temporis interuallo, *l.quod dicimus.& ibi Glo. de ſolut.* adeo vt ſecundum ſubiectam materiã ali-
12 quando † verificetur etiam in ſpatio duorum menſium, vt latè per *Alber.in ſuo Diction.in verbo, ſtatim, Tiraq.in l.ſi vnquam, in verbo, reuertatur ſub nu.* 119. *C.de reuoc. donat.*

Neque obſtat, quod in pręfata commiſſione non
13 fuerint narrata alia pacta, quia de † illis non erat habenda mentio, cum ſpeciali partium conuentione illa haberẽtur pro non appoſitis, quatenus Bullæ ſuper forma creandi Cenſus contraria eſſent, vt ſupra dictum fuit.

Non obſtat quod Cenſus in defectum bonorum expreſſorum fuerit generaliter impoſitus ſuper om-
14 nibus bonis, quia † non ideo redditur nullus cum fuerit impoſitus ſuper certis rebus, quod ſufficit, licet pro illius ſecuritate in defectum illarum fuerit etiam impoſitus ſuper aliis bonis, vt aliàs in fortioribus terminis fuit reſolutum *in cauſa Panormitana, ſeu Agrigentina reſciſſionis contractus ſub die 13.Iunij,* 1575. *coram R.P.D.meo Blanchetto.*

Et ex his Domini reſoluerunt cenſum ſuſtineri, & ſententiam A. C. eſſe reuocandam.

Illuſtriſſimo Cardinale Pamphilio, Romana anterioritatis hypothecæ, Veneris 28. Nouembris, 1597.

SVMMARIA.

1 *Cedula bancaria habet vim ſolutionis.*
2 *Prior in tempore prior in iure.*
3 *Liberatio principalis debitoris prodeſt fideiuſſori.*
4 *Limit. ſi liberatio fiat cum clauſula, ſine præiudicio iurium, quo ad alios obligatos.*
5 *Clauſula ſine præiudicio iurium quo ad alios obligatos appoſita in inſtrumento liberationis operatur, vt nihil cenſeatur actum reſpectu aliorum.*
6 *Immo operatur, vt quo ad ipſos cenſeantur repetita pignora, & hypotheca cum priuilegio prioritatis, & potioritatis.*
7 *Clauſula, citra nouationem, præſeruat anteriorem hypothecam.*
8 *Fideiuſſor in rem ſuam non cenſetur liberatus liberato principale.*
9 *Principalis is cenſetur in contractu ad quem pecuniæ peruenerint.*
10 *Recognoſcens bonam fidem in contractu Cenſus, cenſetur recepiſſe pretium illius.*
11 *Nouatio non inducitur ex ijs, quæ fiunt ad cautelam, & tuitionem creditoris.*
12 *Nouatio non fit niſi expreſsè agatur.*

DECISIO CIV.

FVIT reſolutum Equitem Zerlam præferendum eſſe Thomæ Laparino in exactione crediti de quo agitur, quia vti creditor Lamberti, & vigore ceſſionis à beo habitæ obtinuit adiudicari ſibi pecunias ſuo debitori debitas à Lelio, qui in Ciuitate Lucana illas depoſuit penes mercatorem, à quo fuerunt tranſmiſſę ad mercatorem Vrbis ad effectum, vt ſoluerentur Zerlæ, prout ſolutæ
1 cenſentur tam ex ſchedula bancaria, † quæ habet vim ſolutionis, *Put.deciſ.* 163. *lib.* 1. quam etiam ex creatione partitæ in libro mercatoris ad creditum Zerlæ, adeo quod ab eo vendicari non poſſint, præſertim à D. Laparino, qui eſt creditor Domini Lamberti de anno 1588. & ſic longè poſt Zerlam, cuius creditum virtute inſtrumenti Cẽſus creati de anno
2 1583. & ſic anterius, ex regula, † quod prior in tempore eſt potior in iure, præfertur non ſolum in exactione huius crediti, ſed etiam in aliis bonis Lamberti, *l.potior.& l.creditor ff.qui pot.in pign.habean.& regula, qui potior.de reg.iur.in 6.*

Neque obſtare quod ab hoc Cenſu Zerla de anno 1592. liberauit Dominam Iuniperã, quæ ſuper ſuo
3 caſali cenſũ impoſuerat, † quaſi ex hac liberatione cenſeatur etiam liberatus Lambertus fideiuſſor, *l.*
4 *& haredi, in fine, & ibi not. ff. de pact.* quia † liberatio fuit facta cum clauſula, ſine præiudicio iurium quo ad alios obligatos, & non aliàs, aliter, nec alio mo-
5 do, quæ † facit vt nihil cenſeatur actum reſpectu Lamberti fideiuſſoris, *l.teſtamento, §.1.ff.de manum. teſtam. Put.deciſ.197.num.23.lib.1.& deciſ.23.lib.2.*
6 Et quo † ad ipſos cenſeantur repetita pignora, & obli-

obligationes cum priuilegio prioritatis, & potioritatis, *Bart. in l. 3. per illũ tex. ff. qui pot. in pign. hab. Neguſ. de Pignor. p. 5. membr. 5. num. 13.* maxime ſtante
7 alia clauſula citra nouationem, † per quam reſeruatur anterior hypotheca, *Gozad. conſ. 58. nu. 2. Gabr. concluſ. 1. de nouat. numero 56.*

Nec placuit Dñis, quod dicebatur hanc proteſtationem eſſe contrariam facto vnde oritur liberatio Lamberti, nam nulla adeſt contrarietas, cum ex eo quod habuit pecunias Cẽſus, & illius bonam fidem
8 recognouit erga Dominam Iuniperam † tanquam fideiuſſor in rem ſuam non cenſetur liberatus liberato principali, *Gloſ. fin. in d. l. 2. & haredi, § mihi, & ibi Caſtr. nu. 1. & Alex. in princ.* reſpectu † enim oneris ſoluendi fructus, & reſtituendi pecunias per ipſum acceptas reputatur principalis, *Gloſ. in Auth. de fideiuſ. in princ. l. ſed Iulianus, & ibi Caſtr. ff. ad Macedon. Ant. conſ. 77. num. 1. conſ. 91. num. 1. Tiraq. de Retractu Lign. § 31. Gloſ. 1. num. 8. Gabr. concluſ. 1. de fideiuſſ. num. 1. Gabr. conſ. 63. lib. 2. nu. 11. & 13.* vbi quod liberato principali ſemper creditori remaneat ſalua actio contra eum, qui habuit pecunias, & recognouit bonam fidem; quod etiam videtur fuiſſe ex mente *Rota in cauſa Romana repetitionis indebiti, coram Domino Robuſterio*. Et iſta recognitio licet facta inter Lambertum, & Iuniperam ſuffragatur Zerlæ, qui in ipſo inſtrumento liberationis Iuniberæ narrat recognitionem, quæ ſufficit ad effectum, vt in liberatione Iuniperæ, quæ in Cenſu nudum tantum nomen habet, non cenſeatur voluiſſe liberare Lambertum, qui fideiuſſerat in cauſam propriam, & reputabatur principalis ex eo quod pecunia ad ipſum peruenerat ex ſupradictis.

Non obſtat quod dicitur pecunias Cenſus verè ceſſiſſe ab initio in vtilitatem Iuniperæ, quæ emit domum ex pecuniis redactis ex Cenſu, quia hoc accidit ex contractu Lamberti, qui erat debitor Iu-
10 niperæ, & † recognoſcendo bonam fidem Cenſus cenſetur pretium recepiſſe, & per occultationem vnius actus, quæ operatur eundem effectum, quem operaretur ſi eſſet expreſſum breui manu pecunias acceptas tradidiſſe Iuniperæ in extinctionem ſui debiti. *Gloſ. in l. ſi ita ſcriptum, ff. de ſtatu liber.* & notant omnes in *l. ſingularia ff. ſi cert. petatur.*

Non obſtat quod dicitur inductam fuiſſe nouationem per inſtrumentum factum de anno 1592. in quo Lambertus conſtituit Zerlam procuratorem in rem propriam ad vendendum quaſdam terras Terracinæ, & ſibi ſatisfieri cum dicto pretio, quia illud non habuit effectum ex quo terræ non fuerunt ven-
11 ditæ, & † cum ſit factum pro tuitione, & cautela ipſius Zerlæ nõ inducit nouationem, præſertim ſtantibus clauſulis citra innouationem, & ſine præiudicio prioritatis; & non animo aliquid innouandi, ſed ius iuri addendi, & cautelam cautelis, & non aliàs, aliter, nec alio modo, &c. quæ præſeruant antiquiores hypothecas, *Gozad. d. conſ. 58. num. 2. Gabr. concluſ. 1. de nouat. num. 56.*

Et hoc modo reſpondetur ad aliud inſtrumentum, ſeu calculum factum inter Lambertum, & Zerlam de anno 1593. quia ſimiliter habet clau-
12 ſulas præſeruatiuas, excludẽtes nouationem, † quæ hodie non fit niſi expreſſe agatur, *l. fin. C. de nouationibus.*

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Romana Cenſus, 10. Iunij, 1602.

SVMMARIA.

1 *Tranſlatio Cenſus de vno fundo ad alium, non inducit illius extinctionem.*
2 *Nec innouat obligationes præcedentes.*
3 *Tranſlatio penſionis ab vno beneficio ad aliud nihil innouat reſpectu penſionis, ſed tantum reſpectu beneficij.*
4 *Papa conſenſum non extendit.*
5 *Fideiuſſor Cenſus non remanet liberatus ob tranſlationem Cenſus ab vno fundo ad alium.*

DECISIO CV.

MANDATVM eſſe exequendum dixerunt Domini, quia fuit relatum in vim obligationis cameralis, de qua non controuertitur.

Non obſtat quod Cenſus videatur extinctus per motum proprius S. D. N. per quem omnes obligationes, & hypothecæ ſuper Caſtro Nomenti contractæ fuerunt ſublatæ, & abolitæ, ita vt caſtrum, & eius tenuta ſint in ſtatu, in quo erant ante contractum huiuſmodi obligationem: quia
1 † huiuſmodi verba non fuerunt extinctiua Cenſus, & hypothecæ, ſed tranſlatiua ad bona exiſtentia in territorio Mantuæ, quæ in omnibus, & per omnia fuerint, & ſunt quo ad huiuſmodi onera in locum tenutæ, & bonorum caſtri Numenti ſubrogata cum omnibus clauſulis, vinculis, & cautelis in inſtrumentis obligationum appoſitis, & propterea perinde eſt, ac ſi à principio fuiſſent Cenſus impoſiti ſuper bonis ſubrogatis, & eorum occaſione
2 fideiuſſores obligati. Quo ad ipſas † enim obligationes nihil innouatum eſt præter rei mutationem: faciunt tradita *in cauſa Aſculana penſionis, 1. Februarij, 1593. coram R. P. D. meo Pamphilio*, de tranſlatione penſionis ab vno beneficio ad aliud vbi fuit di-
3 ctum reſpectu † penſionarij nihil fuiſſe innouatum, ſed tantum reſpectu beneficij ex quo penſio ſoluebatur, ita vt nullum præiudicium penſionario per talem tranſlationem oriretur.
4 Non obſtat † quod Papa non extendit conſenſum ex late deductis *in Oximenſi penſionis, 20. Maij, 1598. coram R. P. D. meo Litta*, quia nõ agitur de noua obligatione inducenda, vt in caſu illius Deciſio-
5 nis, ſed de veteri conſeruãda, & ibi † non fuit tranſlata obligatio fideiuſſoris, quia tempore tranſlationis penſionis iam reperiebatur extincta, ſed in hoc caſu obligatio remanet in ſuo ſtatu, & efficacia.

Illuſtriſſimo Cardinale Mellino, Romana Cenſus, Veneris 26. Nouembr. 1604.

SVMMARIA.

1 *Cenſus non extinguitur per aſſignamenta facta pro illius extinctione, niſi poſtquam Dominus Cenſus fuit conſequutus integram ſatisfactionem.*
2 *Cenſus poteſt de conſenſu partium de vno fundo ad alium transferri citra nouationem, & fideiuſſorum liberatione m.*

Digitized by Google

3 *Obtinens mandatum pro reſtitutione ſortis, ſi ſit in eius facultate illam recipere, dicitur Cenſum extinguere.*

DECISIO CVI.

FVIT per Dominos reſolutum Cẽſum fuiſſe ſolum extinctum pro illa parte, in qua aſſignamenta habuerunt effectum. mouebantur quia, quãuis Congregatio aſſignauerit pro reſtitutione ſortis principalis diuerſa aſſiguamenta, & b. m. Laurentius Celſus illa acceptauit ſaltem in parte pro reſtitutione ſortis principalis, & exegerit vigore aſſignamentorum, tamen iſta aſſignamenta non fuerunt acceptata à Celſo loco dationis inſolutum ita vt per iſtam ſimplicẽ aſſignationem
1 Cenſus fuerit extinctus, † ſed ſolum intellexerunt velle extinguere Cenſum ſi aſſignamenta fuiſſent vera, realia, & exigibilia, & ex eis fuiſſet conſequutuus integram ſatisfactionem, & reſtitutionem ſortis principalis, & hãc dicebant Domini fuiſſe mentem Dominorum de Celſis, Congregationis, & Dominorum de Sabellis,

Quantum enim ad Celſos materia videtur clara, quoniam eodem tempore quo fuerũt facti iſti actus à Laurentio ipſe comparuit coram Congregatione petendo fructus Cenſus, & opponendo quod Cenſus non erat extinctus, nec poterat extingui cum aſſignamentis, ſed cum pecuniis ad effectum deponendi & reſtituendi iuxta formam inſtrumẽti Cenſus, & poſtea obtinuit à Congregatione à menſe Iulij, 1598. vſque ad menſem Nouembris quinque decreta pro ſolutione fructuum.

Quo verò ad Congregationem res eſt clara, quia ſi Congregatio intellexiſſet quod per ſola aſſignamenta ſine effectuali exactione Cenſus fuiſſet extinctus, non dediſſet poſtea mandatum pro fructibus Cenſus extincti.

Quod verò hæc fuerit intentio Dominorum de Sabellis probatur ex inſtrumento in Summario, *nu.*
2 *3.* in quo dederunt † alium fundum loco Albani alienati, continuando Cenſum antiquum cum reſeruatione illius prioritatis, & potioritatis hypothecæ ſuper fundo antiquo, & citra innouationem, & liberationem fideiuſſorum, quæ omnino repugnant extinctioni Cenſus per Conſtitutionem aſſignamentorum, & oſtendunt clarè quod Cenſus remanebat in ſuo eſſe pro illa parte, in qua aſſignamenta non habuerunt effectum. Et hoc etiam comprobatur ſecundum Dominos, quia mandatum cuius executio fuit petita à Congregatione non fuit obtentum à Laurentio ad effectũ extinguendi Cenſum, & conſequendi reſtitutionem ſortis principalis, ſed ſolum fuit obtentum ad effectum deponendi iuxta ſtilum A. C. donec darentur fideiuſſores, & renouaretur cedula bancaria, & ideo eſt multum inueriſimile, quod Celſi qui non inſtabant pro reſtitutione ſortis principalis mutata voluntate voluerint extinguere Cenſum cum ſolis aſſignamẽtis, exponendo ſe litibus pro illorum conſequutione, & periculo quod non eſſent exigibilia, & interim priuando ſe fructibus Cenſus.

Multum etiam mouit Dominos, quia vigore pacti in inſtrumento impoſitionis Cenſus appoſiti, & confirmati à S. D. N. cum clauſula ſublata, & decreto irritanti non poterat fieri extinctio Cenſus, niſi cum conſenſu excellentiſſimæ Dominæ Camillæ, & depoſitatis pecuniis ad effectum inueſtiendi pro euictione caſalis, & ideo neque pars, neque Congregatio poterat habere intentionem extinguendi Cenſum, niſi cum aſſignamentis, quæ haberent effectum ex quibus poſſent inueſtiri pecuniæ iuxta formam pacti eum conſenſu D. Camillæ pro euictione caſalis,

Non obſtant Deciſiones, quæ allegantur per in-
3 formantes, quia procedit quando † fuit actum, & obtentum mandatum pro reſtitutione ſortis principal[illegible] Cenſus, & [illegible] in arbitrio emptoris Cenſus habe[illegible] ſuum pretium, & propterea non applicantur in hoc caſu in quo non fuit actum pro reſtitutione ſortis principalis, & mens partium non fuit acceptare aſſignamenta pro extinctione Cenſus, niſi quatenus aſſignamenta habuiſſent effectum.

Non obſtat fundamentum, quod fit per informantes, quod Congregatio mandauit ſolui fructus loco damnorum, & intereſſe, quia non fuit actum hac via damnorum, & intereſſe; Celſi enim egerunt pro fructibus Cenſus, & Congregatio decreuit, quod ſoluerentur fructus Cenſus, qui non debebantur neque à principalibus debitoribus, neque ab iis, qui debebant ſoluere aſſignamenta, ſi Cenſus prius erat extinctus.

Et ita deciſum.

Illuſtriſſimo Cardinale Mellino, Auximana bonorum, Lunæ 4. Martij, 1602.

SVMMARIA.

1 *Donatio facta filijs à patre firmatur iuramento.*
2 *Donatio facta à patre filijs ob cauſam matrimonij, non eget inſinuatione.*
3 *Cenſus impoſitus ſuper re reſtitutioni ſubiecta, non ſuſtinetur in præiudicium vocatorum.*
4 *Facultus alienandi reſtringitur per ſubſequentem prohibitionem alienationis.*
5 *Saluis, &c, hac clauſula, reſtringit diſpoſitionem præcedentem.*
6 *Prohibitio alienandi etiam facta in contractu inter viuos addita cauſa, vt bona remaneant in familia, impedit tranſlationem dominij.*
7 *Cenſus in dubio cẽſetur impoſitus ſuper parte rei libera.*
8 *Auth. res qua, C. comm. de leg. habet locum tantum in ſubſidium.*
9 *Hæres cum beneficio inuentarij non tenetur habere ratum id quod defunctus fecit in ſui præiudicium.*

DECISIO CVII.

DOMINI reſoluerunt mandata executiua relaxata per A. C. non eſſe exequenda ſuper bonis in donatione comprehenſis: Fundamentum reſo-
1 lutionis fuit: quia † de validitate donationis dubitari non poteſt cum fuerit facta cum iura-

Digitized by Google

2 iuramento, & ob cauſam † matrimonij in quo caſu
non requiritur inſinuatio, vt fuit reſolutum *in cauſa*
Beneuentana donationis, coram b.m. Gypſio, & Spoletana
terrarum, coram me. Et quamuis donatio fuerit fa-
cta filio abſenti, tamen adeſt ſtipulatio Notarij in
fauorem abſentium, & concurrit etiam acceptatio
donatarij, per quam tollitur omnis difficultas: Et
ideo cum per iſtam donationem cum clauſulis præ-
gnantibus fuerit acquiſitum ius filiis Clemẽtis do-
natarij reſoluto iure ipſius Clementis per eius obi-
3 tum, iſta † impoſitio Cenſuum nõ ſuſtinetur in præ-
iudicium filiorum, qui poſt eius obitum ſunt ex-
preſsè vocati in donatione, vt fuit reſolutum *in d.*
cauſa Spoletana terrarum, & conſequenter iſta man-
data non ſunt exeqnenda ſuper bonis donatis.

Non obſtat quod donatio fuit ſimulata, quia
ſimulatio nõ probatur: nam inſtitutio æqualis par-
tis donantis inter filios non comprehendit bona
donata, *Aret. conſ. 24. num. 11.* & fuit reſolutum *in*
cauſa Parmenſi bonorum, 27. Decembris, 1579. coram
R.P.D. Seraphino.

Diuiſio verò nõ infert neceſſario ſimulationem,
& trãſactio eſt reſtricta ad ipſos fratres, & ideo non
ſuffragatur aliis. Vltra quod ſecundum Dominos illi
actus ſubſequuti non poſſunt inferre præiudicium
iſtis filiis, cum donatio fuerit facta contemplatione
matrimonij, & ad eorum fauorem, vt fuit reſolutum
in cauſa Romana pecuniaria, 12. Nouembris præteriti,
coram R.P.D. Coccino, & tantò magis cum iſti actus
non ſint clari, & concludentes.

4 Non obſtat † quod obligatio Clementis ſuſtine-
tur per facultatem ei conceſſam alienandi, & quid-
quid placuerit faciendi; quia virtus iſtius clauſulæ
euacuatur ex ſubſequenti prohibitione alienandi;
propter quam prohibitionem iſta facultas alienan-
di reſtringitur, & habet ſolum locum inter ipſos vo-
catos, *Bal. conſ. 465. num. 5. lib. 5. Curt. iun. conſ. 130.*
num. 6. Dec. 171. ſub num. 3. & fuit latè deductum *in*
cauſa Imolenſi bonorum, de anno 1592. coram R.P.D.
meo Pamphilio. Et ceſſat omnis difficultas, quia
etiam ipſa facultas alienandi incontinenti limita-
5 tur per clauſulam † reſtrictiuam ſaluis infra dicen-
dis, quæ reſeruatio eſſet ſine effectu operandi, ſi fa-
cultas alienandi eſſet libera, non obſtante ſubſe-
quenti prohibitione.

Non obſtat quod iſta prohibitio alienandi vti
facta in contractu non impedit dominij tranſlatio-
6 nem: quia † cum prohibitio alienationis ſit facta
ad effectum vt bona permaneant in iſtis familiis, &
cum ſtipulatione Notarij ex ea impeditur tranſla-
tio dominij, vt fuit latè deductum coram me in d.
cauſa Spoletana terrarum.

Prætetea Cenſus fuit impoſitus ſuper tenuta, quæ
7 non erat in totum donata, & in dubio † cenſetur
impoſitus ſuper parte libera, vt fuit reſolutum *in*
cauſa Peruſina de Almericis, 8. Aprilis, 1587. coram
b.m. Orano, & ideo neque poſt ſuſtineri iſta impoſi-
tio Cenſus ex cauſa neceſſaria dotis filiarum, quia
aderat tam pars libera iſtius tenutæ ſuper qua in-
telligitur impoſitus Cenſus, quam alia bona non
ſubiecta fideicommiſſo ſuper quibus poterat impo-
ni, & cõſequenter ceſſat diſpoſitio *Auth. Res quæ, C.*
8 *commun. de legat.* † Quæ habet ſolum locum in ſub-
ſidium, quando non extant bona libera.

Non obſtat quod iſta bona fuerunt deſcripta in
inuentario vt hæreditaria Clementis, quia inuenta-
rium fuit confectum à tutore, & ideo non præiudi-
cat Aurelio. Non obſtat quod Aurelins vti hæres
Clementis non potuit impugnare iſtam impoſitio-
9 nem: quia † eſt hæres cum beneficio legis & in-
uentarij, & conſequenter vti vocatus ex propria
perſona non tenetur habere ratum factum patris in
eius præiudicium.

Illuſtriſſimo Cardinale Mellino, Bononienſis Cenſus, Lunæ 20. Maij, 1602.

SVMMARIA.

1 *Venditor promittens generalem defenſionem rei ven-*
ditæ, tenetur liberare à quacumque moleſtia.
2 *Præſumitur pro executore quod fecerit executionem*
ſuper bonis expreſſis in mandato.
3 *Terminus ad liberandum à moleſtijs, non eſt conceden-*
dus ei qui illum habuit.

DECISIO CVIII.

PROPOSVI iterum idem dubiũ aliàs
propoſitum, & reſolutum, & Domi-
ni concluſerunt non eſſe receden-
1 dum à deciſis: quia † promiſſio Ver-
gilij eſt ſimplex ad generalem de-
fenſionem bonorum cenſuatorum,
& ideo comprehendit moleſtias illatas à Galeatio.
Et hoc maximè dicendum eſt attenta veriſimili
mente contrahentium qui intellexerunt de libera-
tione à moleſtiis illatis ex quauis cauſa, & à quibuſ-
cumque perſonis.

Non obſtat quod licet ab A.C. fuerit obtentum
ſequeſtrum ſuper bonis cenſuatis, nihilominus non
conſtat quod ſuper illis executum ſit, & conſequen-
ter non apparet quod moleſtiæ illatæ à Galeatio ſu-
per bonis ſequeſtratis, ſint ſuper bonis cenſuatis:
quia in relatione executoris non ponuntur diuerſi
cõfines ab expreſſis in inſtrumento vẽditionis Cen-
ſus, & in decreto ſequeſtri, ſed ſolum in eis exprimi-
tur commune in quo poſſeſſiones ſunt ſitæ ſine ap-
poſitione confinium *dicendo* feciſſe executionem in
commune capitis fluminis *in loco detto alle fornaci*,
iuxta ſuos notorios fines, & in commune S. Martini
in Agile; & ideo cum executio poſſit eſſe facta in
bonis cenſuatis, quæ ſunt ſita in iſtis communibus,
2 in dubio intrat præſumptio pro executore. † quod
fecerit executionem ſuper bonis expreſſis in ſeque-
ſtro A.C. & quod non exceſſerit fines mandati. Et
iſta præſumptio ſecundum Dominos coadiuuatur:
quia ſi ſequeſtrum non fuiſſet executum in iſtis bo-
nis, non fuiſſet obtẽta inhibitio ad inſtantiam Ga-
leatij, ſed fuiſſet dictum qnod iſta bona erant di-
uerſa à bonis, quæ debebant ſequeſtrari, & propte-
rea ſequeſtrum A.C. nihil commune habet cum
iſtis bonis.

Verum hodie ceſſat omnis difficultas, cum poſtea
ſuperuenerit relatio executoris, qui declarat quod
executio fuit facta in iſtis bonis.

Nec placuit Dominis quod Equiti ſit præfigen-
dus

dus nouus terminus ad effectum liberandi à moleſtiis, quia ei fuerunt præfixi plures termini, & ſu-
3 ſtinuit litem per tres annos, & vltra; † & ideo cum facto habuerint tantum tempus, non eſt deueniendum ad nouam præfixionem.

R. P. D. Iuſto, Bononienſis Cenſus, Mercurij 11. Decembris, 1602.

SVMMARIA.

1 *Reſtitutio in integrum impedit executionem.*
2 *Limit. ſi ante petitam reſtitutionem executio fuerat cepta.*
3 *Dummodo tamen cepta ſit executio poſt latam ſententiam, ſecus ſi ante.*
4 *Mandatum relaxatum in ſententia ſuſpenditur per appellationem.*
5 *Clauſula, Appellatione remota, non tollit reſtitutionem in integrum.*
6 *Clauſula præfata minus operatur, quam res iudicata.*
7 *Impoſitor Cenſus tenetur ad defenſionem illius, & bonorum ſuppoſitorum.*
8 *Etiam ſi bona cenſuata fuerint ab aquis occupata, & inundata.*

DECISIO CIX.

1 IN hac cauſa firma eſt regula, † quod reſtitutio in integrum impedit executionem, *l. 1. C. de in integr. reſtit. poſtul. Doctor. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic.*

2 Nec facit in propoſito limitatio regulæ † vt non procedat quando executio eſſet prius petita, vel cepta. *Put. deciſ. 285. lib. 2.* cum aliis allegatis per informantes, & hic prætenditur fuiſſe petitam, vel ceptam ex eo, quod in ſententia R. P. D. mei Mellini
3 fuit decretum, & relaxatum mandatum: quia † concluſio procedit quo ad præuentionem in executione poſt ſententiam, alias eſſet modus infallibilis ſemper impediendi reſtitutionem, quia in omnibus ſententiis decerni poteſt & relaxari mandatum,
4 quod † tamen ſuſpenditur per appellationem.

Nec etiam obſtat quod ſimus in cauſa expedita vigore commiſſionis habentis clauſulam Appella-
5 tione remota, ſi quidem † per eam non cenſetur remota reſtitutio, *Gloſ. in l. vnica, C. ſi de mom. poſſeſſ.* præſertim quia non idem eſt dicendum in executione vnius ſententiæ à qua non poſſit appellari, vt in executione rei iudicatæ vigore ſententiarum,
6 † quæ maiorem habent effectum. *Gabr. concluſ. 1. de execut. rei iudic. num. 7.* & nihilominus Domini ad effectum vt non eſſet locus arbitrio vt ex eo retardaretur executio, dixerunt conſtare de manifeſta calumnia Daineſij ſecundum terminos, *cap. ſciſcitata, & ibi Doctor. de reſt. in integr. cũ vulgar.* Clarum. n.
7 eſt, † quod tenetur ad defenſionem Cenſus, & bonorum cenſuatorum, & eo ipſo quod oſtenduntur moleſtiæ intrat obligatio, *l. plus, §. mota, ff. de euict.* & deciſum fuit *coram Domino meo Mellino.*

Nec facit moderatio inhibitionis A. C., quia etiam remanent moleſtiæ ſuper bonis quæ debent eſſe libera, quas non conſtat Daineſium in ſe ſuſcepiſſe, nam cum fuerint præfixi termini, vt in vltima Deciſione Domini mei Mellini non debet eſſe in poteſtate Daineſij protrahendi ſuo arbitrio hanc litẽ, & interim Herculanus non poſſit habere Cẽſus.

8 Non obſtat inundatio bonorum, † quia non propterea nõ debetur defenſio in ſtatu in quo modo reperiuntur vt ſint libera recedentibus aquis, maximè quia iſta non percutiunt obligationem Daineſij, quæ conſiſtit in liberatione moleſtiarum illatarum ſuper bonis.

Ex quibus conſtat de iuſtitia ſententiæ quidquid dicatur pro Daineſio.

Mandarunt tamen Domini vt ſuperſederem in executione, & interim præfigerem terminum ad docendum de cauſis reſtitutionis in integrum, quia tunc tantò magis conſtabit de calumnia Daineſij ſi nihil docebit de ſuſceptione litis, & de progreſſu cauſæ coram Auditore Cameræ.

Et ita firmatum.

R. P. D. Manzanedo, Ianuenſis Cenſus, Lunæ 28. Aprilis, 1608.

SVMMARIA.

1 *Cenſus quando dicatur legitimè impoſitus.*
2 *Cenſus in dubio præſumitur validus donec non probetur aliquis illius defectus.*
3 *Verba habuit, & recepit in pecunia numerata, &c. à Notario prolata important actum veræ numerationis.*
4 *Notario atteſtanti pecuniam fuiſſe numeratam, creditur.*
5 *Teſtes inſtrumentarij tamquam à partibus approbati faciunt fidem, etiam ſi alias eſſent inhabiles.*
6 *Teſtis contra producentem probat.*
7 *Proteſtatio quod Cenſus reducatur ad formam Bullæ limitat obligationem, & illam reſtringit ad limites Bullæ.*

DECISIO CX.

DVBITAVI an Cenſus de quo agitur eſſet validus, & Domini affirmatiuè
1 reſponderunt. apparet † enim ſuper re certa fuiſſe impoſitum, & de ſui natura fructifera, & in pecunia numerata, & de illo fuiſſe confectum publicum inſtrumentum vnde validus præſumitur, prout tradit *Caepol. de ſimulat. contr. præſumpt. 26. num. 85.* & fuit dictum *in vna Foroliuienſ. Cenſus, 15. Nouembris, 1589. coram*
2 *Oraño.* † Quin & in dubio pro validitate Cenſus præſumitur quamdiu non probatur aliquis illius defectus, *l. ſi Prætor, in princ. ff. de iudic. l. 3. ff. de milit. teſtam. cap. Abbate, de verbor. ſignific. latè Aim. conſ. 52. num. 2. & per tot.*

Non obſtat quòd de non numeratione pecuniæ opponitur, cum ex eodem inſtrumento totum contrarium appareat, vbi Hieronymus fatetur ſe habuiſſe, & recepiſſe à dicto Antonio verè, & realiter ſcuta duomillia auri in auro, & Notarius atteſtatur in ſui præſentia, & teſtium Hieronymum illa ha- 3
buiſſe, & recepiſſe in pecunia numerata & extradi-

ta

3 — per Antonium fuiſſe, quæ † verba non à partibus
ſed à Notario prolata important actum numera-
tionis, & realis receptionis ad tradita per *Bart. in l. ſi
ita ſtipulatur, §. Griſogonus, num. 3. ff. de verbor. obligat.*
* quem ſequitur *Alex. num. 14. Bal. in l. ſi ex cautione,
num. 14. verſ. & ideo probat veram numerationem, C.
de non numer. pecun.* cum aliis adductis in dicta Deci-
4 ſione Imolenſi. † Quin & ex præfatis verbis proba-
ri numerationem, iuxta formam Bullæ *Pij V.* tenuit
*Rota in vna Bononienſi Cenſus, 15. Februarij, 1599. co-
ram Domino meo Decano.* Quæ magis procedunt cum
adſint depoſitiones duorum teſtium inſtrumenta-
5 lium, & Notarij togati de dicto inſtrumẽto, & † te-
ſtes inſtrumentarij cenſentur à partibus approbati,
& faciunt fidem etiam ſi aliàs eſſent inhabiles, iux-
ta *Gloſ. in verbo, ſupplicijs, §. & licet Auth. de teſtib.*
quam dicit ſingularem *Imol. in l. ad teſtium, in §. con-
ditionem, ff. de teſtam. & Iaſ.* pluribus illam ſequen-
tibus relatis *in l. 1. num. 13. ff. de ſer. Aim. conſ. 56.
6 num. 10.* Præcipuè † cum fuerint inducti, & exami-
nati per Aduerſarium ad tradita per *Gabriel. de te-
ſtib. concluſ. 1. num. 13. verſ. contrarium.*

Nec alij teſtes quidquam obſtant cum non in-
terfuerint contractui, & deponant de auditu ab ip-
ſa parte aduerſa. Et in omnem euentum iſte con-
tractus habet clauſulam, cum expreſſa proteſtatio-
ne, quod contrahentes iſtum contractum cẽſualem
celebrare volunt iuxta formam Bullæ *Pij V.* taliter
quod ſi adeſſet aliquod pactum contra tenorem di-
7 ctæ Bullæ haberetur pro non appoſito, † quæ prote-
ſtatio de conſenſu vtriuſque partis facta valet, & li-
mitat obligationem ad formam dictæ Bullæ ad tra-
dita per *Gabr. conſ. 47. num. 10. lib. 2.* & fuit dictum
in ſupradicta deciſione *Forolivienſi Cenſus coram Ora-
no, & in vna Augumenſi vſurarum, 14. Martij, 1607.
coram me,* & aliàs ſæpius.

Minus obſtat ſententia in partibus contra vali-
ditatem Cenſus lata, cum ex ſupradictis appareat
de illius iniuſtitia.

Nec etiam obſtat quod Cenſus fuerit impoſitus
ſuper bonis ſubiectis fideicommiſſo, cum de hoc
non conſtet, nec quidquam probetur.

R. P. D. Corduba, Anconitana Cenſus, Lunæ 25. Maij, 1598.

SVMMARIA.

1 *Impoſitio Cenſus tamquam in facto conſiſtens, non præ-
ſumitur.*
2 *Impoſitio Cenſus probatur debitoris confeſſione.*
3 *Actus præſumitur factus in executionem præcedentis
conuentionis.*
4. *Ignorantia non præſumitur niſi poſt lapſum decennij.*
5 *Hæres, maximè qui cum defuncto non cohabitauit præ-
ſumitur ignorare geſta per defunctum.*
6 *Solutio Cenſus per decennium cum expreſſione cauſæ
conſtituit in quaſi poſſeſſione exigendi Cenſum.*
7 *Donatio poteſt præſumi ex ſolutione voluntaria inde-
biti.*
8 *Soluens indebitum ſub prætextu alicuius cauſa, non re-
petit tamquam indebitum.*
9 *Debitum vnius non compenſatur cum debito alterius.*

DECISIO CXI.

Domini reſoluerunt ſententiam Ro-
talem eſſe confirmandam ex latè de-
ductis in deciſione *coram R. P. D. meo
Decano, 28. Aprilis, 1597.*

Nec quæ modo in contrarium al-
legantur quidquam releuare, & Primò, quod cum
1 conſtitutio † Cenſus ſit quid facti non præſumitur
impoſitus niſi probetur, *l. in bello, ff. de capt.* maxi-
mè cum requiratur ſcriptura, & fundus particularis
ſuper quo fiat impoſitio, iuxta *Extrauag. Martini, Ca-
lix. & Pij V.* vt tradit *Nauar. conſ. 2. num. 6. de empt.*
2 Nam fuit reſponſum † hæc omnia tolli ex confeſſio-
ne Dominorum de Carbonibus in eorum quietan-
tiis, & ſignanter in illa, *5. Aprilis,* 1574. in qua ipſe
Carbonus fatetur Cẽſum fuiſſe impoſitum per Do-
minum Petrum ſuper nonnullis ſuis bonis, ex pecu-
3 niis penes ſe depoſitatis, † & cum præceſſerit pa-
ctum de creando Cenſum ex illis pecuniis ex dictis
ſolutionibus illius impoſitio venit præſumenda in
executionem præcedentis conuentionis; *l. quædam
mulier, ff. de rei vendic. Menoch. de Præſumpt. libro 3.
præſumpt. 49. nu. 2.* Præſertim quia dicta ſolutio Cen-
ſus incepit ſtatim poſt annum conuentionis, iuxta
quam erat facienda impoſitio illo finito.

Neque obſtat quod cum res ſit de recenti nõ eſt
veriſimile quod ignoretur Notarius coram quo fuit
4 ſtipulatus contractus; † ignorantia enim vt præſu-
matur requiritur lapſus decennij; *Menoch. de arbitr.
caſu 26.* Nam fuit dictum quod cum Magdalena
5 ſit mulier, & hæres in qua † probabiliter ignoran-
tia datur, nec habitauerit Anconæ, vbi inſtrumen-
tum Cenſus fuit celebratum, non debet mirum vi-
deri ſi poſt mortem viri factum eius ignorauit, *Me-
noch. vbi ſupra, nu. 3. & de Præſumpt. lib. 6. præſumpt.
23. Modern. de Probat. concluſ. 879. & 880.*

Ex quibus tollebatur aliud obiectum quod ſi
Cenſus verè fuiſſet impoſitus Magdalena nõ ſe fun-
daſſet in quaſi poſſeſſione exigendi, ſed egiſſet vigo-
re obligationis cameralis, quæ in ſimilibus contra-
ctibus ſolet apponi, quoniam hæc non procedebant
ſtante ignorantia Notarij rogati de Cenſu, & ſibi
conſtabat de quaſi poſſeſſione.

Quod autem dictæ ſolutiones fuerint factæ præ-
uiis proteſtationibus non releuabat, cum ſucceſſe-
rit poſt motam litem, & apparet plures ſolutiones
fuiſſe factas antea abſque eo quod aliquæ præceſ-
ſerint proteſtationes.

Minus refragabatur præſumptionem conſtitutio-
nis Cenſus nõ intrare niſi adſit decennalis ſolutio.
6 *Hoſt. in Summa, in tit. de conſuetud. §. in obtentis.* † nam
in præſenti aderat ſolutio vndecim annorum cum
expreſſione cauſæ, quæ ſufficiebat. *Bart. in l. cum de
in rem verſo, num. 9. & 15. ff. de vſur. Couar. in regul.
poſſeſſor. 2. par. §. 4. num. 2. Capic. deciſ. 65. nu. 3. & 9.
Guid. Pap. quæſt. 407. & ibi addent. in litera B.*

Neque hanc ſolutionem interrumpit proteſtatio
de anno 1577. Quia non eſt Petri, ſed procurato-
ris de cuius mandato non conſtabat, cui proteſta-
tioni contrariatur actus ipſius principalis in ſolu-
tione anni, 1578.

Aliud oppoſitum de noua creatione illius Cen-
ſus facta per Magdalenam, in qua nulla fit mentio
de

de præcedenti fuit ſublatum ex eo quod Petrus mo-
uerat litem contra Magdalenam negando dictum
Cenſum,& inde fuit facta pro reddenda illa magis
cauta,quę ignorabat Notarium rogatum de primo
inſtrumento, cui ſecundum non aduertatur,& ideo
cum actus actum iunet nulla ex hoc dici poteſt orta
præſumptio in contrarium ſtante lite cui Petrus vo-
luit cedere per dictam ſecundam impoſitionem.
Cum ergo vrgentiores concurrant coniecturæ pro
Matthia, dixerunt Domini non eſſe recedendum à
dicta reſolutione. Ponderabant enim inter alias
7 Deciſionis rationes illam, quod † quãdò fit ſolutio
volũtaria poteſt probabiliter dici fructus fuiſſe do-
natos, *Bar. d. num.* 14. Nec in contrarium faciebat
Menoch. lib. 3. *Præſumpt.* 31. *num.* 1. vbi ſoluens vſu-
ras indebitas ſcienter non præſumitur voluiſſe do-
nare. Nam in præſenti ſolutio fuit facta cum ex-
8 preſſione cauſæ reditus Cenſus, † quo caſu non eſt
locus repetitioni, *Rom. conſ.* 500. *num.* 5. relatus per
Menoch. d. Præſumpt. 31. *num.* 4. vbi de communi te-
ſtatur. Et caſu quo illi eſſet locus illi erant repe-
tendi ab hærede Franciſci cui fuerat facta ſolutio,
9 non à Matthia hærede Magdalenæ,† cum debitum
vnius non compenſetur cum debito alterius, *Caſar
de Graſſ. deciſ.* 2. *num.* 4. *de ſolue. Rota Iannenſ. deciſ.*
10. *num.* 3.

Illuſtriſſimo Cardinale Lancelotto, Spoletana Cenſus, Lunæ 18. Iunij, 1601.

SVMMARIA.

1 *Agens condictione indebiti, debet probare ſolutum non fuiſſe debitum.*
2 *Cenſus impoſitio probatur per enunciationem alterius inſtrumenti, concurrentibus adminiculis.*
3 *Cenſus impoſitio probatur per confeſſionem partis.*
4 *Cenſus impoſitio probatur abſque ſcriptura.*
5 *Cenſus præſumitur legitimè impoſitus eo ipſo quod fuit extinctus.*
6 *Simulandi cauſa, & coniecturæ ſufficientes ſunt probandæ ab eo, qui actum ſimulatum dicit.*
7 *Simulatio excluditur ex obligatione releuationis.*

DECISIO CXII.

FVIT dictum reuocandas eſſe ſententias
per quas Romulus filius,& hæres Ioan.
Franciſci Bainerij condemnãtur ad re-
ſtituendum filiabus, & hæredibus Mi-
chelutij ſtabulum & alia per dictas mu-
lieres eidem Romulo data in extinctionem Cenſus
ſcutorum octingentorum à Michelutio venditi Ioan
ni Franciſco.

Tum quia ſententiæ fundant ſe in eo quod Cen-
ſus re vera non fuerit impoſitus,& ſic mulieres fue-
rint deceptæ, tum quia cum dictæ filiæ egerint pro
1 repetitione indebitè ſoluti † debuiſſent probare
negatiuam quod fuerit ſolutum indebitum. *Alex.
conſ.* 83. *num.* 1. *lib.* 1. quæ tamen non fuerunt pro-
bata, immo conſtat de contrario ex inſtrumento
dationis in ſolutum à dictis mulieribus factæ, cum
decreto Iudicis, interuentu conſanguineorum, &
aliarum ſolemnitatum requiſitarum, in quo expli-
2 citè narrabatur exiſtentia Cenſus, † cui inſtrumen-
to eſt ſtandum,cum præſumatur verum,& cum ex
eo excludatur omnis ſuſpicio fraudis, & deceptio-
nis,vt hic deducunt informantes. Maximè quia hu-
iuſmodi inſtrumentum coadiuuatur ex confeſſione
eiuſdem Michelutij in teſtamento, in quo fatetur ſe
debitorem Rainerij in ſcutis octingentis, prout eſt
quantitas huius Cenſus; item ex reuelationibus
trium perſonarum dicentium audiuiſſe ab hæredi-
bus Michelutij,quod aderat quidam Cenſus.

Nec facit quod non conſtet de inſtrumento im-
poſitionis Cenſus, quia non ideo excluduntur aliæ
3 † probationes per confeſſionem partis, cum Cenſus
4 etiam ſine ſcriptis † probari poſſit ſicut emptio, &
venditio,vt fuit reſolutum *in cauſa Anconitana Cen-
ſus*, 28. *Aprilis*, 1597. *coram R. P. D. meo Seraphino*.

Sicut neque obſtat quod ex dicto inſtrumento
non appareat Cenſum fuiſſe impoſitum ſeruatis re-
5 quiſitis Bullæ *fel. record. Pij Papæ V.* † quia eo ipſo,
quod pro illius extinctione datur ſtabulum,& alia
Cenſus præſumitur validus,& legitimus. Quod di-
citur inſtrumentum fuiſſe ſimulatum. Dominis non
6 placuit, † cum neque ſit probata cauſa ſimulandi,
nec adſint coniecturæ ſufficientes, nam ſi fiſcus ha-
bebat prætenſiones per huiuſmodi ſimulationem
non ſequebatur liberatio, ita vt non potuiſſet am-
plius agere niſi fuiſſet probata veritas Cenſus. Vl-
tra quod non fuiſſet appoſita obligatio pro releua-
7 tione, † quæ non compatitur cum ſimulatione,nec
fuiſſet promiſſum,quod per tantum tempus fuiſſent
exactæ penſiones.

Præterea non eſt probandum quod Ioan. Fran-
ciſcus in vita exegerit,cum quietantiæ remanſerint
penes mulieres.

R. P. D. Ottembergio, Romana Cenſus, 24. Nouembris, 1606.

SVMMARIA.

1 *Cenſus impoſitio probatur ſine ſcriptis, prout etiam emphyteuſis.*
2 *Cenſus conſtitutio probatur ex diuturna ſolutione, & num. 4.*
3 *Confeſſio reſultans ex precum porrectione, probat Cenſus impoſitionem.*
5 *Inſtrumentum extinctionis Cenſus, probat illius creationem.*
6 *Confeſſio qualificata ſcindi poteſt, ſi contineat capitula ſeparata.*
7 *Limit. ſi qualitas ſit talis, quæ actum cui adijcitur reddat nullum.*
8 *Profeſſio ob metum redditur nulla.*
9 *Cenſus perimitur propter illius extinctionem.*
10 *Diuerſa facta dicuntur, quæ diuerſa tempora continent.*

DECISIO CXIII.

DVBITATVM fuit an probetur Cen-
ſus de quo agitur, cum de illius crea-
tione non exhibeatur inſtrumẽtum.
Et dubitãdi cauſam potiſſimum de-
dit Bulla *Pij V.* requirens pretij nu-
merationem fieri coram Notario, & teſtibus in actu
cele-

celebrationis inſtrumenti. Sed ea non obſtãte contrarium reſolutum fuit, † cum Cenſus etiam ſine
1 ſcriptis poſſit probari ſicut emphyteuſis, *l. 1. & ibi*
2 *Bar. num. 6. C. de iure emphyt.* Poteſt † etiam probari etiam ex diuturna præſtatione, *l. ſi certis annis, C. de paƈt. l. cum de in rem verſo, ad fin. ff. de vſur. l. litibus, & ibi Bar. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* Et in ſpecie quod conſtitutio annui reditus etiam ex diuturna præſtatione probetur, tradit *Couar. Var. reſolut. cap. 10. verſ. fin. lib. 3.* & hanc ſententiam ſemper amplexa eſt Rota, quia Bulla *Pij V.* non magis includit vnam, quam aliam ſpeciem probationis, vt fuit dictum *in Anconitana Cenſus, 28. Aprilis, 1597. coram Illuſtriſſimo Seraphino, & in vna Spoletana Cenſus, 18. Iunij, 1601. coram R. P. D. Lancelotto.* In propoſito
3 autem probatur conſtitutio Cenſus † ex confeſſione partis reſultante ex precibus porrectis Illuſtriſſimo Vicario Vrbis, *l. cum precum, C. de liberal. cauſ. Felin. in cap. cum in iure, num. 4. de offic. delegato, Caputaq. deciſ. 190. num. 3. par. 1.*
4 Secundò, † probatur ex ſolutionibus longo tempore factis: nemo enim præſumitur iactare ſuum, *l. cum de indebito, ff. de Probat.* & fuit dictum *in dicta Anconitana Cenſus.*
5 Tertiò, reſultat probatio † ex confeſſione, quæ habetur in inſtrumento extinctionis Cenſus, vt ſimiliter fuit dictum in dicta Spoletana.

Non obſtat quod dicitur confeſſionem eſſe ac-
6 ceptandam cum qualitate extinctionis, † quia cum contineat diuerſa, & ſeparata facta poteſt approbari in vno, & reprobari in altero. *Bar. in l. Aurelio, §. idem quæro, ff. de liberat. legat. Bal. in l. ſi quidam, num. 2. C. de tranſact. Felin. in c. dilecti, num. 8. de accuſ.*
7 *Bar. deciſ. 243. nu. 3.* Niſi † qualitas eſſet talis, quæ actum cui adiicitur redderet nullum, & faceret vt
8 quod actum videtur actum non ſit, vt metus, † qui ex profeſſione facit non profeſſionem: tunc enim confeſſio eſſet acceptanda cum ſua qualitate, vt fuit dictum *in vna Hiſpalenſi profeſſionis coram b. m. Cardinale Aldobrandino in Aſtoricenſi Archidiaconatus, 27. Aprilis, 1577. coram Clem. VIII. & in Gerundenſi præcedentiarum, 4. Nouembris, 1583. coram Illuſtriſſimo Seraphino, & in Narnienſi pecuniaria, 28. Ian. 1585. corã Illuſtriſſimo Paphilio, tũc Rota Auditoribus.*
9 Extinctio autem † quamuis perimat Cenſum, non tamen reddit illum nullum ab initio quin potius præſupponit Cenſum validum, vt priuatio habitum, *l. decem, ff. de verb. oblig. l. Titio vſusfructus, ff. de cond. & dem. Bal. in l. licet, nu. 2. in fine, C. locat.* Et ad
10 hoc † vt dicantur diuerſa facta, ſufficit quod contineant diuerſa tempora, *Surd. deciſ. 258. nu. 2. in fine.*

Nec obſtat quod non appareat Cenſum fuiſſe impoſitum ſeruatis requiſitis Bullæ *felic. record. Pij Papæ V.* quia ex ipſa extinctione, & confeſſionibus prædictis præſumitur validus, & legitimus, vt fuit dictum in dicta Spoletana.

R. P. D. Penia, Romana Cenſus, de Comitibus, Veneris 31. Maij, 1596.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio extraiudicialis facta etiam parte abſente de æquitate canonica probat.*
2 *Maximè quando agitur ſolum de probanda veritate rei geſtæ.*
3 *Confeſſio probata per idoneos teſtes, probatur etiam de iure ciuili.*
4 *Et ſine dubio concurrentibus adminiculis.*

DECISIO CXIV.

Hieronymvs Abbas, & Fredericus de Comitibus aliàs impoſuerunt Cenſum ſcutorum mille cẽtum ſeptuaginta ad fauorem Balthaxaris etiam de Comitibus pro pretio ſcutorũ decem & octo millium, de quo conſtabat per publicum inſtrumentum camerali obligatione munitum: Hieronymo, Federico, & Baltaxare vita functis cum hæredes Baltaxaris integros fructus rorius Cenſus ſcutorum decem & octo millium decurſos petiiſſent, Camillus vero, & Horatius de Comitibus ex illa ſumma ſcutorum decem & octo millium ſortis principalis reſtituta fuiſſe Balthaxari ſcuta tria millia prætenderent, & pro ea rata extinctum fuiſſe Cenſum, & redactum ad ſummam ſcutorum quindecim millium. Dubitaui an conſtaret de prædicta Cenſus extinctione. Et vtraque parte informante Rota de duobus videndum cenſuit. Primum an eſſet probata ſolutio ſcutorum trium millium. Secundò, an dato quod eſſet probata ceſſiſſent in extinctionem Cenſus pro dicta portione trium millium ſcutorum.

Et quantum ad primum affirmatiuè reſponſum fuit, nempè ex his, quæ proponebantur conſtitiſſe de ſolutione ſcutorum trium millium facta Balthaxari. Duo enim teſtes aſſerebãt ſæpè audiuiſſe Balthaxarem dicentem habuiſſe à Dominis de Comitibus ſcuta tria millia ad computum decem, & octo
1 millium. quæ † confeſſio etiam extraiudicialis de æquitate canonica etiam parte abſente probat *Felin. in c. ſi cautio, num. 27. de fide inſtrum. Put. deciſ. 11*
2 *num. 8. lib. 2.* præſertim † cum non agatur de probanda obligatione acquiſita, vel aliquo alio iure, ſed veritate rei geſtæ, quo caſu licet verſemur inter Romanos inter quos attenditur ius ciuile confeſſio
3 † extraiudicialis per idoneos teſtes probata fidem facit etiam de iure ciuili, *l. deſiderium, C. depoſ. Felin. in c. ſi cautio, num. 28. verſ. fallit tertio, de fide inſtrum. Curt. iun. conſ. 168. num. 10. & ſeq. lib. 2.*

Eandem confeſſionem coadiuuat altera einſdem Balthaxaris aſſertio, in quodã mandato, ſeu Chirographo directo Hieronymo Abbati de Comitibus, vt ſolueret comiti Hannibali Scotto ſcuta triceatum triginta, in ſubdebat, *che io li farò buoni à V. S. à conto del cenſo delli quindecimila ſcudi.*

Concurrebant prætereà multa adminicula eandem ſolutionem indicantia. Primum, quoniam ante impoſitionem Cenſus ſcutorum trium millium factã ad fauorem Cardinali Azolini tres teſtes deponebant audiuiſſe Balthaxarem dicentem ſe iniquè diguiſſe pecunia vſque ad ſummam ſcutorum trium millium, quã procurabat habere à Dominis de Comitibus in diminutionem Cenſus ſcutorum decem & octo millium. Secundò, quoniam in executionem dicti cõtractus fuit impoſitus Cenſus ſcutorũ trium millium ad fauorem Cardinalis Azolini, de quo pa-
tebat

coram Domino meo Decano, & hæc videntur ſatis
probare non numerationem: nam antea fuit ven-
ditus Cenſus pretio ſcutorum mille quingentorum
abſque eo quod interuenerit pecunia, & poſt pau-
cos dies redemptus, & poſtmodum emptus Cenſus,
qui nō fuit validus. ſed non inde ſequitur quod pro-
pterea ſecundus Cenſus, qui fuerat validus, cum de
eo conſtet ex atteſtatione Notarij, ſimulatus præſu-
matur, *l. quamuis, vbi Bal. ff. ſi quis alteri vel ſibi. Dec.
conſ. 491. num. 4. Surd. conſ. 425. num. 54.* Non releuat
quod Cēſus ſit impoſitus ſuper rebus certis finibus
deſignatis, & ſuper tanta quātitate dictorum bono-
rum quanta ſuppleat ad reddendum annuum fru-
ctum Cenſus, quod pactum repngnat Conſtitutioni
Pij V. ex quo iſta quantitas remanet incerta, cū non
appareat quāta in indiuiduo, & in quo loco ſit, *Me-
noch. conſ. 333. n. 43. & ſeq.* Nam fuit reſpōſum, quod
6 in inſtrumento adeſt proteſtatio, † quod Cenſus in-
telligatur in omnibus iuxta formam dictæ Cōſtitu-
tionis, & ideo cū ſit impoſitus ſuper reb. certis fini-
bus deſignatis, hæc proteſtatio operatur vt non ob-
ſtante dicta pactione Cenſus remaneat validus ſu-
per dictis rebus, *Iaſ. in l. non ſolum, nu. 24. Alex. num.
13. & 14. ff. de noui oper. nunc. Gabr. conſ. 47. nu. 8. lib. 2.*
& fuit reſolutum *in Beneuentana Cenſus, 29. Martij,
1593. coram Cardinale Pamphilio, & coram eodem in
hac cauſa, 9. Iunij, huius anni.*
7 Sed ceſſat omnis difficultas, quia iſta verba, † &
ſuper tanta quantitate, debent applicari ad intelle-
ctum ſanum, & ciuilem, *Rotæ deciſ. 10. nu. 4. et 5. de te-
8 ſtam. in antiq.* & vt † excludatur contractus illicitus,
Alex. conſ. 191. nu. 6. lib. 2. & ideo debent intelligi in
caſu quo res ſuper qua imponitur Cēſus periret, vel
9 infructuoſa remaneret, pro † parte tñ, quæ remane-
ret eſſet capax pro ſolutione Cenſus, quo caſu Cen-
ſus in ea parte remanente ſuſtinetur, vt fuit reſolu-
tum *in cauſa Romana Cenſus, 30. Octobris, 1602. coram
Cardinale Mellino*, & prius *in ſimili cauſa, 14. Ianua-
rij eiuſdem anni coram R. P. D. Sacrato.*
Nec ſufficit quod Cenſus fuerit impoſitus ſuper
rebus communibus inter Andræam & Cæſarem, &
10 ideo remaneat inualidus, quia † licet res aliena
poſſit vendi, non poteſt in ea conſtitui hypotheca,
*l. cum rem alienam. ff. de pignor. l. 2. §. 1. vbi Gloſ. & Do-
11 ctor. ff. de pignor.* Et † etiam ipſa venditio in Domi-
ni præiudicium non tenet, *l. alienam, C. de furt. vbi
Bal, Rol. conſ. 60. nu. 59. & ſeq. lib. 4.* Quia ceſſat hæc
difficultas cum bona fuerint donata per Cæſarem
Andreæ fratri, & ideo tanquam ſuper bonis pro-
priis ipſius potuerat Cenſus imponi.
An autem hæc donatio fuerit valida, ita vt fuerit
tranſlatum dominium in Andræam ad effectum, vt
impoſitio huius Cenſus ſuſtineatur, erit particula-
riter videndum.

Illuſtriſſimo Cardinale Pamphilio, Beneuentana Cenſus, Lunæ 29. Mart. 1593.

SVMMARIA.

1 *Proteſtatio quod Cenſus intelligatur impoſitus iuxta
formam Bullæ Pij V. præſeruat cenſum, non obſtanti-
bus aliquibus pactis illicitis in eo appoſitis.*
*Ampliat. vt hæc proteſtatio referatur etiam ad pacta
expreſſa in inſtrumento Cenſus, num. 3.*
*Maximè ſi Dominus Cenſus, qui nititur inſtrumento
numquam fuerit vſus aliquo ex dictis pactis, num. 4.*
*Limit. vt non ſuppleat defectum realis numerationis
pretij Cenſus, num. 5.*
2 *Proteſtatio tendens ad limitandam obligationē de con-
ſenſu contrahentium facta, præſeruat ius proteſtantis.*
6 *Pretium Cenſus debet numerari in actu emptionis co-
ram teſtibus, & Notario.*
*Hoc autem introductum eſt pro forma ad euitādas frau-
des, & ſimulatas ſolutiones, num. 8.*
7 *Cedula bancaria habet vim ſolutionis factæ præſenti
pecunia.*
9 *Promiſſio mercatoris idem operatur, quod vera ſolutio.*
10 *Liber mercatorum adminiculatus, probat etiam inter
tertios.*
11 *Statim, hæc particula, intelligitur cum aliquo temporis
interuallo.*
12 *Aliquando etiam duorum menſium.*
13 *Obreptio non committitur per taciturnitatem eorum in
quibus partes conueniunt.*
14 *Cenſus impoſitus ſuper bonis certis finib. deſignatis, &
generaliter ſuper omnibus, dicitur legitimè cōſtitutus.*

DECISIO CIII.

DIXERVNT Domini ſententiam A.C.
ſuper inualiditate Cenſus nō ſuſtine-
1 ri. Validitas. n. † ipſius Cenſus etiam
quod in inſtrumenro adeſſent aliqua
pacta repugnantia *Conſtitution: fel. re-
cord. Pij V.* videbatur ſatis Dominis præſeruata, ex
declaratione & proteſtatione per contrahentes in
principio, medio, & fine contractus facta, q̄ inſtru-
mentum intelligatur initum factum, & ſtipulatum
iuxta formam præfatæ Cōſtitutionis, ita quod ſi in
eo aliquid contra dictam formam eſſet appoſitū, il-
lud habeatur pro non appoſito, ſcripto, nec ſtipula-
to, ſed reducatur, & reductū eſſe intelligatur iuxta
illius tenorem, cum eorum intentio fuerit, & ſit ita
contrahere nec aliàs, aliter, nec alio modo. Ita. n.
2 proteſtatio † cum fuerit facta in ipſo cōtractu ad li-
mitandam illius obligationem, & illi ambæ partes
conſenſerint præſeruat ius proteſtantis, & operatur
validitatem cōtractus, perinde ac ſi fuiſſet celebra-
tus abſque illis pactis, & in omnibus, & per omnia,
iuxta formam, & tenorē præfatæ conſtitutionis, ad
not. per *Bart. in l. non ſolum, §. morte, nu. 24. Alex. nu.
13. cum ſeq.* & alios. *ff. de noui oper. nunc. Abb. in c. cum
M. Ferrarienſis, ſub num. 15. de conſtit. Alex. conſ. 27. nu.
4. lib. 3. Put. deciſ. 32. nu. 3. lib. 2.* & in terminis huius
proteſtationis in inſtrumeuro Cenſus tradit *Hieron.
3 Gabr. conſ. 47. nu. 7. lib. 2.* & tenuit *Rota* † dicens hanc
proteſtationem referri etiam ad pacta expreſſa *in
cauſa Forolinienſi Cenſus, coram D. meo Orano, 13. No-
4 uembr. 1589.* Maxinìè † q̄ non cōſtat quod emptor,
qui produxit inſtrumentum pro conſequendis tan-
tummodo fructibus Cēſus, vſus vmquam fuerit ali-
quo ex præfatis pactis, quæ prætenduntur illicita.
5 Non obſtat quod † iſta proteſtatio non poſſit ſup-
plere defectum realis numerationis pecuniarū, quæ
6 † in ipſo actu celebrationis inſtrumenti corā Nota-
rio, & teſtibus requiritur, quia per dationem cedulæ
7 bancariæ, † quæ habet vim ſolutionis, *Bart. in l. ſi ſo-*

Digitized by Google

obligationes cum priuilegio prioritatis, & potioritatis, *Bart. in l. 3. per illũ tex. ff. qui pot. in pign. hab. Neguſ. de Pignor. p. 5. membr. 5. num. 13.* maximè ſtante
7 alia clauſula citra nouationem, † per quam reſeruatur anterior hypotheca, *Gozad. conſ. 38. nu. 2. Gabr. concluſ. 1. de nouat. numero 56.*

Nec placuit Dñis, quod dicebatur hanc proteſtationem eſſe contrariam facto vnde oritur liberatio Lamberti, nam nulla adeſt contrarietas, cum ex eo quod habuit pecunias Cẽſus, & illius bonam fidem
8 recognouit erga Dominam Iuniperam † tanquam fideiuſſor in rem ſuam non cenſetur liberatus liberato principali, *Gloſ. fin. in d. §. & haeredi, Sinibis & ibi Caſtr. nu. Alex. in princ.* reſpectu † enim oneris ſoluendi fructus, & reſtituendi pecunias per ipſum acceptas reputatur principalis, *Gloſ. in Auth. de fideiuſ. in princ. l. ſed Iulianus; & ibi Caſtr. ff. ad Macedon. Aim. conſ. 77. num. 1. conſ. 91. num. 3. Tiraq. de Retractu Lign. §. 31. Gloſ. 1. num. 8. Gabr. concluſ. 1. de fideiuſſ. num. 1. Gabr. conſ. 63. lib. 2. nu. 11. & 15.* vbi quod liberato principali ſemper creditori remaneat ſalua actio contra eum, qui habuit pecunias, & recognouit bonam fidem; quod etiam videtur fuiſſe ex mente *Rotæ in cauſa Romana repetitionis indebiti, coram Domino Robuſterio.* Et iſta recognitio licet facta inter Lambertum, & Iuniperam ſuffragatur Zerlæ, qui in ipſo inſtrumento liberationis Iuniberæ narrat recognitionem, quæ ſufficit ad effectum, vt in liberatione Iuniperæ, quæ in Cenſu nudum tantum nomen habet, non cenſeatur voluiſſe liberare Lambertum, qui fideiuſſerat in cauſam propriam, & reputabatur principalis ex eo quod pecunia ad ipſum peruenerat ex ſupradictis.

Non obſtat quod dicitur pecunias Cenſus verè ceſſiſſe ab initio in vtilitatem Iuniperæ, quæ emit domum ex pecuniis redactis ex Cenſu, quia hoc accidit ex contractu Lamberti, qui erat debitor Iu-
10 niperæ, & † recognoſcendo bonam fidem Cenſus cenſetur pretium recepiſſe, & per occultationem vnius actus, quæ operatur eundem effectum, quem operaretur ſi eſſet expreſſum breui manu pecunias acceptas tradidiſſe Iuniperæ in extinctionem ſui debiti. *Gloſ. in l. ſi ita ſcriptum, ff. de ſtatu liber.* & notant omnes in *l. ſingularia ff. ſi cert. petatur.*

Non obſtat quod dicitur inductam fuiſſe nouationem per inſtrumentum factum de anno 1592. in quo Lambertus conſtituit Zerlam procuratorem in rem propriam ad vendendum quaſdam terras Terracinæ, & ſibi ſatisfieri cum dicto pretio, quia illud non habuit effectum ex quo terræ non fuerunt ven-
11 ditæ, & † enim ſit factum pro tuitione, & cautela ipſius Zerlæ nõ inducit nouationem, præſertim ſtantibus clauſulis citra innouationem, & ſine præiudicio prioritatis, & non animo aliquid innouandi, ſed ius iuri addendi, & cautelam cautelis, & non aliàs, aliter, nec alio modo, &c. quæ præſeruant antiquiores hypothecas, *Gozad. d. conſ. 38. num. 2. Gabr. concluſ. 1. de nouat. num. 56.*

Et hoc modo reſpondetur ad aliud inſtrumentum, ſeu calculum factum inter Lambertum, & Zerlam de anno 1593. quia ſimiliter habet clau-
12 ſulas præſeruatiuas, excludẽtes nouationem, † quæ hodie non fit niſi expreſsè agatur, *l. finali, C. de nouationibus.*

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Romana Cenſus, 10. Iunij, 1602.

SVMMARIA.

1 *Tranſlatio Cenſus de vno fundo ad alium, non inducit illius extinctionem.*
2 *Nec innouat obligationes præcedentes.*
3 *Tranſlatio penſionis ab vno beneficio ad aliud nihil innouat reſpectu penſionis, ſed tantum reſpectu beneficij.*
4 *Papa conſenſum non extendit.*
5 *Fideiuſſor Cenſus non remanet liberatus ob tranſlationem Cenſus ab vno fundo ad alium.*

DECISIO CV.

MANDATVM eſſe exequendum dixerunt Domini, quia fuit relatum in vim obligationis cameralis, de qua non controuertitur.

Non obſtat quod Cenſus videatur extinctus per motum proprium S. D. N. per quem omnes obligationes, & hypothecæ ſuper Caſtro Nomenti contractæ fuerunt ſublatæ, & abolitæ, ita vt caſtrum, & eius tenuta ſint in ſtatu, in quo erant ante contractum huiuſmodi obligationem: quia
1 † huiuſmodi verba non fuerunt extinctiua Cenſus, & hypothecæ, ſed tranſlatiua ad bona exiſtentia in territorio Mantuæ, quæ in omnibus, & per omnia fuerint, & ſunt quo ad huiuſmodi onera in locum tenutæ, & bonorum caſtri Nomenti ſubrogata cum omnibus clauſulis, vinculis, & cautelis in inſtrumentis obligationum appoſitis, & propterea perinde eſt, ac ſi à principio fuiſſent Cenſus impoſiti ſuper bonis ſubrogatis, & eorum occaſione
2 fideiuſſores obligati. Quo ad ipſas † enim obligationes nihil innouatum eſt præter rei mutationem: faciunt tradita *in cauſa Aſculana penſionis, 1. Februarij, 1593. coram R. P. D. meo Pamphilio,* de tranſlatione penſionis ab vno beneficio ad aliud vbi fuit di-
3 ctum reſpectu † penſionarij nihil fuiſſe innouatum, ſed tantum reſpectu beneficij ex quo penſio ſoluebatur, ita vt nullum præiudicium penſionario per talem tranſlationem oriretur.

4 Non obſtat † quod Papa non extendit conſenſum ex latè deductis *in Oximenſi penſionis, 20. Maij, 1598. coram R. P. D. meo Litta,* quia nõ agitur de noua obligatione inducenda, vt in caſu illius Deciſio-
5 nis, ſed de veteri conſeruãda, & ibi † non fuit tranſlata obligatio fideiuſſoris, quia tempore tranſlationis penſionis iam reperiebatur extincta, ſed in hoc caſu obligatio remanet in ſuo ſtatu, & efficacia.

Illuſtriſſimo Cardinale Mellino, Romana Cenſus, Veneris 26. Nouembr. 1604.

SVMMARIA.

1 *Cenſus non extinguitur per aſſignamenta facta pro illius extinctione, niſi poſtquam Dominus Cenſus fuit conſequutus integram ſatisfactionem.*
2 *Cenſus poteſt de conſenſu partium de vno fundo ad alium transferri citra nouationem, & fideiuſſorum liberationem.*

Digitized by Google

3 *Obtinens mandatum pro reſtitutione ſortis, ſi ſit in eius facultate illam recipere, dicitur Cenſum extinguere.*

DECISIO CVI.

FVIT per Dominos reſolutum Cẽſum fuiſſe ſolum extinctum pro illa parte, in qua aſſignamenta habuerunt effectum. mouebantur quia, quãuis Congregatio aſſignauerit pro reſtitutione ſortis principalis diuerſa aſſignamenta, & b. m. Laurentius Celſus illa acceptauit ſaltem in parte pro reſtitutione ſortis principalis, & exegerit vigore aſſignamentorum, tamen iſta aſſignamenta non fuerunt acceptata à Celſo loco dationis inſolutum ita vt per iſtam ſimplicẽ aſſignationem
1 Cenſus fuerit extinctus, † ſed ſolum intellexerunt velle extinguere Cenſum ſi aſſignamenta fuiſſent vera, realia, & exigibilia, & ex eis fuiſſet conſequutus integram ſatisfactionem, & reſtitutionem ſortis principalis, & hãc dicebant Domini fuiſſe mentem Dominorum de Celſis, Congregationis, & Dominorum de Sabellis.

Quantum enim ad Celſos materia videtur clara, quoniam eodem tempore quo fuerũt facti iſti actus à Laurentio ipſe comparuit coram Congregatione petendo fructus Cenſus, & opponendo quod Cenſus non erat extinctus, nec poterat extingui cum aſſignamentis, ſed cum pecuniis ad effectum deponendi & reſtituendi iuxta formam inſtrumẽti Cenſus, & poſtea obtinuit à Congregatione à menſe Iulij, 1598. vſque ad menſem Nouembris quinque decreta pro ſolutione fructuum.

Quo verò ad Congregationem res eſt clara, quia ſi Congregatio intellexiſſet quod per ſola aſſignamenta ſine effectuali exactione Cenſus fuiſſet extinctus, non dediſſet poſtea mandatum pro fructibus Cenſus extincti.

Quod verò hæc fuerit intentio Dominorum de Sabellis probatur ex inſtrumento in Summario, *nu.*
2 3. in quo dederunt † alium fundum loco Albani alienati, continuando Cenſum antiquum cum reſeruatione illius prioritatis, & potioritatis hypothecæ ſuper fundo antiquo, & citra innouationem, & liberationem fideiuſſorum, quæ omnino repugnant extinctioni Cenſus per Conſtitutionem aſſignamentorum, & oſtendunt clarè quod Cenſus remanebat in ſuo eſſe pro illa parte, in qua aſſignamenta non habuerunt effectum. Et hoc etiam comprobatur ſecundum Dominos, quia mandatum cuius executio fuit petita à Congregatione non fuit obtentum à Laurentio ad effectũ extinguendi Cenſum, & conſequendi reſtitutionem ſortis principalis, ſed ſolum fuit obtentum ad effectum deponendi iuxta ſtilum A. C. donec darentur fideiuſſores, & renouaretur cedula bancaria, & ideo eſt multum inuериſimile, quod Celſi qui non inſtabant pro reſtitutione ſortis principalis mutata voluntate voluerint extinguere Cenſum cum ſolis aſſignamẽtis, exponendo ſe litibus pro illorum conſequutione, & periculo quod non eſſent exigibilia, & interim priuando ſe fructibus Cenſus.

Multum etiam mouit Dominos, quia vigore pacti in inſtrumento impoſitionis Cenſus appoſiti, & confirmati à S. D. N. cum clauſula ſublata, & decreto irritanti non poterat fieri extinctio Cenſus, niſi cum conſenſu excellentiſſimæ Dominæ Camillæ, & depoſitatis pecuniis ad effectum inueſtiendi pro euictione caſalis, & ideo neque pars, neque Congregatio poterat habere intentionem extinguendi Cenſum, niſi cum aſſignamentis, quæ haberent effectum ex quibus poſſent inueſtiri pecuniæ iuxta formam pacti cum conſenſu D. Camillæ pro euictione caſalis.

Non obſtant Deciſiones, quæ allegantur per in-
3 formantes, quia procedit quando † fuit actum, & obtentum mandatum pro reſtitutione ſortis principalis Cenſus, & erat in arbitrio emptoris Cenſus habere ſuum pretium, & propterea non applicantur in hoc caſu in quo non fuit actum pro reſtitutione ſortis principalis, & mens partium non fuit acceptare aſſignamenta pro extinctione Cenſus, niſi quatenus aſſignamenta habuiſſent effectum.

Non obſtat fundamentum, quod fit per informantes, quod Congregatio mandauit ſolui fructus loco damnorum, & intereſſe, quia non fuit actum hac via damnorum, & intereſſe; Celſi enim egerunt pro fructibus Cenſus, & Congregatio decreuit, quod ſoluerentur fructus Cenſus, qui non debebantur neque à principalibus debitoribus, neque ab iis, qui debebant ſoluere aſſignamenta, ſi Cenſus prius erat extinctus.

Et ita deciſum.

Illuſtriſſimo Cardinale Mellino, Auximana bonorum, Lunæ 4. Martij, 1602.

SVMMARIA.

1 *Donatio facta filijs à patre firmatur iuramento.*
2 *Donatio facta à patre filijs ob cauſam matrimonij, non eget inſinuatione.*
3 *Cenſus impoſitus ſuper re reſtitutioni ſubiecta, non ſuſtinetur in præiudicium vocatorum.*
4 *Facultas alienandi reſtringitur per ſubſequentem prohibitionem alienationis.*
5 *Saluis, &c, hac clauſula, reſtringit diſpoſitionem præcedentem.*
6 *Prohibitio alienandi etiam facta in contractu inter viuos addita cauſa, vt bona remaneant in familia, impedit tranſlationem dominij.*
7 *Cenſus in dubio cẽſetur impoſitus ſuper parte rei libera.*
8 *Auth. res quæ, C. comm. de leg. habet locum tantum in ſubſidium.*
9 *Hæres cum beneficio inuentarij non tenetur habere ratum id quod defunctus fecit in ſui præiudicium.*

DECISIO CVII.

DOMINI reſoluerunt mandata executiua relaxata per A. C. non eſſe exequenda ſuper bonis in donatione comprehenſis: Fundamentum reſo-
1 lutionis fuit: quia † de validitate donationis dubitari non poteſt cum fuerit facta cum iura-

2 iuramento, & ob cauſam † matrimonij in quo caſu
non requiritur inſinuatio, vt fuit reſolutum *in cauſa*
Beneuentana donationis, coram b.m. Gypſio, & Spoletana
terrarum, coram me. Et quamuis donatio fuerit fa-
cta filio abſenti, tamen adeſt ſtipulatio Notarij in
fauorem abſentium, & concurrit etiam acceptatio
donatatij, per quam tollitur omnis difficultas: Et
ideo cum per iſtam donationem cum clauſulis præ-
gnantibus fuerit acquiſitum ius filiis Clemẽtis do-
natarij reſoluto iure ipſius Clementis per eius obi-
3 tum, iſta † impoſitio Cenſunm nõ ſuſtinetur in præ-
iudicium filiorum, qui poſt eius obitum ſunt ex-
preſsè vocati in donatione, vt fuit reſolutum *in d.*
cauſa Spoletana terrarum, & conſequenter iſta man-
data non ſunt exeqnenda ſuper bonis donatis.

Non obſtat quod donatio fuit ſimulata, quia
ſimulatio nõ probatur: nam inſtitutio æqualis par-
tis donantis inter filios non comprehendit bona
donata, *Aret. conſ. 24. num. 11.* & fuit reſolutum *in*
cauſa Parmenſi bonorum, 27. Decembris, 1579. coram
R.P.D. Seraphino.

Diuiſio verò nõ infert neceſſario ſimulationem,
& trãſactio eſt reſtricta ad ipſos fratres, & ideo non
ſuffragatur aliis. Vltra quod ſecundum Dominos illi
actus ſubſequuti non poſſunt inferre præiudicium
iſtis filiis, cum donatio fuerit facta contemplatione
matrimonij, & ad eorum fauorem, vt fuit reſolutum
in cauſa Romana pecuniaria, 12. Nouembris præteriti,
coram R.P.D. Coccino, & tantò magis cum iſti actus
non ſint clari, & concludentes.

4 Non obſtat † quod obligatio Clementis ſuſtine-
tur per facultatem ei conceſſam alienandi, & quid-
quid placuerit faciendi; quia virtus iſtius clauſulæ
euacuatur ex ſubſequenti prohibitione alienandi,
propter quam prohibitionem iſta facultas alienan-
di reſtringitur, & habet ſolum locum inter ipſos vo-
catos, *Bal. conſ. 465. num. 5. lib. 5. Curt. iun. conſ. 130.*
num. 6. Dec. 171. ſub num. 3. & fuit latè deductum *in*
cauſa Imolenſi bonorum. de anno 1592. coram R.P.D.
meo Pamphilio. Et ceſſat omnis difficultas, quia
etiam ipſa facultas alienandi incontinenti limita-
5 tur per clauſulam † reſtrictiuam ſaluis infra dicen-
dis, quæ reſeruatio eſſet ſine effectu operandi, ſi fa-
cultas alienandi eſſet libera, non obſtante ſubſe-
quenti prohibitione.

Non obſtat quod iſta prohibitio alienandi vti
facta in contractu non impedit dominij tranſlatio-
6 nem: quia † cum prohibitio alienationis ſit facta
ad effectum vt bona permaneant in iſtis familiis, &
cum ſtipulatione Notarij ex ea impeditur tranſla-
tio dominij, vt fuit latè deductum coram me in d.
cauſa Spoletana terrarum.

Præterea Cenſus fuit impoſitus ſuper tenuta, quæ
7 non erat in totum donata, & in dubio † cenſetur
impoſitus ſuper parte libera, vt fuit reſolutum *in*
cauſa Peruſina de Almericis, 8. Aprilis, 1587. coram
b.m. Orano, & ideo neque poſt ſuſtineri iſta impoſi-
tio Cenſus ex cauſa neceſſaria dotis filiarum, quia
aderat tam pars libera iſtius tenutæ ſuper qua in-
telligitur impoſitus Cenſus, quam alia bona non
ſubiecta fideicommiſſo ſuper quibus poterat impo-
ni, & cõſequenter ceſſat diſpoſitio *Auth. Res quæ, C.*
8 *commun. de legat.* † Quæ habet ſolum locum in ſub-
ſidium, quando non extant bona libera.

Non obſtat quod iſta bona fuerunt deſcripta in
inuentario vt hæreditaria Clementis, quia inuenta-
rium fuit confectum à tutore, & ideo non præiudi-
cat Aurelio. Non obſtat quod Aurelius vti hæres
Clementis non potuit impugnare iſtam impoſitio-
9 nem: quia † eſt hæres cum beneficio legis & in-
uentarij, & conſequenter vti vocatus ex propria
perſona non tenetur habere ratum factum patris in
eius præiudicium.

Illuſtriſſimo Cardinale Mellino, Bononienſis Cenſus, Lunæ 20. Maij, 1602.

SVMMARIA.

1 *Venditor promittens generalem defenſionem rei ven-*
ditæ, tenetur liberare à quacumque moleſtia.

2 *Præſumitur pro executore quod fecerit executionem*
ſuper bonis expreſſis in mandato.

3 *Terminus ad liberandum à moleſtijs, non eſt conceden-*
dus ei qui illum habuit.

DECISIO CVIII.

PROPOSVI iterum idem dubiũ aliàs
propoſitum, & reſolutum, & Domi-
ni concluſerunt non eſſe receden-
1 dum à deciſis: quia † promiſſio Ver-
gilij eſt ſimplex ad generalem de-
fenſionem bonorum cenſuatorum,
& ideo comprehendit moleſtias illatas à Galeatio.
Et hoc maximè dicendum eſt attenta veriſimili
mente contrahentium qui intellexerunt de libera-
tione à moleſtiis illatis ex quauis cauſa, & à quibuſ-
cumque perſonis.

Non obſtat quod licet ab A.C. fuerit obtentum
ſequeſtrum ſuper bonis cenſuatis, nihilominus non
conſtat quod ſuper illis executum ſit, & conſequen-
ter non apparet qnod moleſtiæ illatæ à Galeatio ſu-
per bonis ſequeſtratis, ſint ſuper bonis cenſuatis:
quia in relatione executoris non ponuntur diuerſi
cõfines ab expreſſis in inſtrumento vẽditionis Cen-
ſus, & in decreto ſequeſtri, ſed ſolum in eis exprimi-
tur commune in quo poſſeſſiones ſunt ſitæ ſine ap-
poſitione confinium *dicendo* feciſſe executionem in
commune capitis fluminis *in loco detto alle fornaci*,
iuxta ſuos notorios fines, & in commune S.Martini
in Agile; & ideo cum executio poſſit eſſe facta in
bonis cenſuatis, quæ ſunt ſita in iſtis communibus,
2 in dubio intrat præſumptio pro executore. † qnod
fecerit executionem ſuper bonis expreſſis in ſeque-
ſtro A.C. & quod non exceſſerit fines mandati. Et
iſta præſumptio ſecundum Dominos coadiuuatur:
quia ſi ſequeſtrum non fuiſſet executum in iſtis bo-
nis, non fuiſſet obtẽta inhibitio ad inſtantiam Ga-
leatij, ſed fuiſſet dictum qnod iſta bona erant di-
uerſa à bonis, quæ debebant ſequeſtrari, & propte-
rea ſequeſtrum A.C. nihil commune habet cum
iſtis bonis.

Verum hodie ceſſat omnis difficultas, cum poſtea
ſuperuenerit relatio executoris, qui declarat quod
executio fuit facta in iſtis bonis.

Nec placuit Dominis quod Equiti ſit præfigen-
dus

dus nouus terminus ad effectum liberandi à moleſtiis, quia ei fuerunt præfixi plures termini, & ſu-
3 ſtinuit litem per tres aunos, & vltra; † & ideo cum facto habuerint tantum tempus, non eſt deueniendum ad nouam præfixionem.

R. P. D. Iuſto, Bononienſis Cenſus, Mercurij 11. Decembris, 1602.

SVMMARIA.

1 *Reſtitutio in integrum impedit executionem.*
2 *Limit. ſi ante petitam reſtitutionem executio fuerat cępta.*
3 *Dummodo tamen cępta ſit executio poſt latam ſententiam, ſecus ſi ante.*
4 *Mandatum relaxatum in ſententia ſuſpenditur per appellationem.*
5 *Clauſula, Appellatione remota, non tollit reſtitutionem in integrum.*
6 *Clauſula præfata minus operatur, quam res iudicata.*
7 *Impoſitor Cenſus tenetur ad defenſionem illius, & bonorum ſuppoſitorum.*
8 *Etiam ſi bona cenſuata fuerint ab aquis occupata, & inundata.*

DECISIO CIX.

1 IN hac cauſa firma eſt regula, † quod reſtitutio in integrum impedit executionem, *l. 1. C. de in integr. reſtit. poſtul. Doctor. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic.*

2 Nec facit in propoſito limitatio regulæ † vt non procedat quando executio eſſet prius petita, vel cępta. *Put. deciſ. 285. lib. 2.* cum aliis allegatis per informantes, & hic prætenditur fuiſſe petitam, vel cęptam ex eo, quod in ſententia R. P. D. mei Mellini
3 fuit decretum, & relaxatum mandatum: quia † concluſio procedit quo ad præuentionem in executione poſt ſententiam, aliàs eſſet modus infallibilis ſemper impediendi reſtitutionem, quia in omnibus ſententiis decerni poteſt & relaxari mandatum,
4 quod † tamen ſuſpenditur per appellationem.
Nec etiam obſtat quod ſimus in cauſa expedita vigore commiſſionis habentis clauſulam Appella-
5 tione remota, ſi quidem † per eam non cenſetur remota reſtitutio, *Gloſ. in l. vnica, C. ſi de mom. poſſeſſ.* præſertim quia non idem eſt dicendum in executione vnius ſententiæ à qua non poſſit appellari, vt in executione rei iudicatæ vigore ſententiarum,
6 † quæ maiorem habent effectum. *Gabr. concluſ. 1. de execut. rei iudic. num. 7.* & nihilominus Domini ad effectum vt non eſſet locus arbitrio vt ex eo retardaretur executio, dixerunt conſtare de manifeſta calumnia Daineſij ſecundum terminos, *cap. ſciſcitatus, & ibi Doctor. de reſt. in integr. cũ vulgar.* Clarum. n.
7 eſt, † quod tenetur ad defenſionem Cenſus, & bonorum cenſuatorum, & eo ipſo quod oſtenduntur moleſtiæ intrat obligatio, *l. plus, §. mota, ff. de euict.* & deciſum fuit *coram Domino meo Mellino.*

Nec facit moderatio inhibitionis A. C., quia etiam remanent moleſtiæ ſuper bonis quæ debent eſſe libera, quas non conſtat Daineſium in ſe ſuſcepiſſe, nam cum fuerint præfixi termini, vt in vltima Deciſione Domini mei Mellini non debet eſſe in poteſtate Daineſij protrahendi ſuo arbitrio hanc litē, & interim Herculanus non poſſit habere Cēſus.
8 Non obſtat inundatio bonorum, † quia non propterea nõ debetur defenſio in ſtatu in quo modo reperiuntur vt ſint libera recedentibus aquis, maximè quia iſta non percutiunt obligationem Daineſij, quæ conſiſtit in liberatione moleſtiarum illatarum ſuper bonis.

Ex quibus conſtat de iuſtitia ſententiæ quidquid dicatur pro Daineſio.

Mandarunt tamen Domini vt ſuperſederem in executione, & interim præfigerem terminum ad docendum de cauſis reſtitutionis in integrum, quia tunc tantò magis conſtabit de calumnia Daineſij ſi nihil docebit de ſuſceptione litis, & de progreſſu cauſæ coram Auditore Cameræ.

Et ita firmatum.

R. P. D. Manzanedo, Ianuenſis Cenſus, Lunæ 28. Aprilis, 1608.

SVMMARIA.

1 *Cenſus quando dicatur legitimè impoſitus.*
2 *Cenſus in dubio præſumitur validus donec non probetur aliquis illius defectus.*
3 *Verba habuit, & recepit in pecunia numerata, &c. à Notario prolata important actum veræ numerationis.*
4 *Notario atteſtanti pecuniam fuiſſe numeratam, creditur.*
5 *Teſtes inſtrumentarij tamquam à partibus approbati faciunt fidem, etiam ſi aliàs eſſent inhabiles.*
6 *Teſtis contra producentem probat.*
7 *Proteſtatio quod Cenſus reducatur ad formam Bullæ limitat obligationem, & illam reſtringit ad limites Bullæ.*

DECISIO CX.

DVBITAVI an Cenſus de quo agitur eſſet validus, & Domini affirmatiuè
1 reſponderunt. apparet † enim ſuper re certa fuiſſe impoſitum, & de ſui natura fructifera, & in pecunia numerata, & de illo fuiſſe confectum publicum inſtrumentum vnde validus præſumitur, prout tradit *Capol. de ſimulat. contr. præſumpt. 26. num. 85.* & fuit dictum *in vna Forolimienſi Cenſus, 15. Nouembris, 1589. coram*
2 *Orano.* † Quin & in dubio pro validitate Cenſus præſumitur quamdiu non probatur aliquis illius defectus, *l. ſi Prætor, in princ. ff. de iudic. & l. 3. ff. de milit. teſtam. cap. Abbate, de verbor. ſignific.* latè *Aim. conſ. 52. num. 2. & per tot.*

Non obſtat quod de non numeratione pecuniæ opponitur, cum ex eodem inſtrumento totum contrarium appareat, vbi Hieronymus fatetur ſe habuiſſe, & recepiſſe à dicto Antonio verè, & realiter ſcuta duomillia auri in auro; & Notarius atteſtatur in ſui præſentia, & teſtium Hieronymum illa habuiſſe, & recepiſſe in pecunia numerata & extradi-

ta

3 ni per Antonium fuiſſe,quæ † verba non à partibus
ſed à Notario prolata important actum numera-
tionis,& realis receptionis ad tradita per *Bart.in l.ſi
ita ſtipulatur. §.Griſogonus,num.3. ff.de verbor.obligat.*
quem ſequitur *Alex. num.14. Bal. in l.ſi ex cautione,
num.14. verſ.& ideo probat veram numerationem, C.
de non numer.pecun.* cum aliis adductis in dicta Deci-
4 ſione Imolenſi. † Quin & ex præfatis verbis proba-
ri numerationem, iuxta formam Bullæ *Pij V*, tenuit
*Rota in vna Bononienſi Cenſus, 15.Februarij,1599.co-
ram Domino meo Decano.* Quæ magis procedunt cum
adſint depoſitiones duorum teſtium inſtrumenta-
5 lium,& Notarij togati de dicto inſtruméto, & † te-
ſtes inſtrumentarij cenſentur à partibus approbati,
& faciunt fidem etiam ſi aliàs eſſent inhabiles, iux-
ta *Gloſ.in verbo, ſupplicijs, §. & licet Auth. de teſtib.*
quam dicit ſingularem *Imol. in l.ad teſtium,in §.con-
ditionem, ff.de teſtam. & Iaſ.* pluribus illam ſequen-
tibus relatis *in l.1.num.13. ff.de fer. Aim. conſ.56.*
6 *num.10.* Præcipuè † cum fuerint inducti, & exami-
nati per Aduerſarium ad tradita per *Gabriel. de te-
ſtib. concluſ.1.num.13. verſ. contrarium.*

Nec alij teſtes quidquam obſtant cum non in-
terfuerint contractui,& deponant de auditu ab ip-
ſa parte aduerſa. Et in omnem euentum iſte con-
tractus habet clauſulam. cum expreſſa proteſtatio-
ne,quod contrahentes iſtum contractum cẽſualem
celebrare volunt iuxta formam Bullæ *Pij V.* taliter
quod ſi adeſſet aliquod pactum contra tenorem di-
7 ctæ Bullæ haberetur pro non appoſito,† quæ prote-
ſtatio de conſenſu vtriuſque partis facta valet,& li-
mitat obligationem ad formam dictæ Bullæ ad tra-
dita per *Gabr.conſ.47.num.10.lib.2.* & fuit dictum
in ſupradicta deciſione *Forolinienſi Cenſus coram Ora-
no,& in vna Auximenſi vſurarum, 14.Martij, 1607.
coram me,* & aliàs ſæpius.

Minus obſtat ſententia in partibus contra vali-
ditatem Cenſus lata, cum ex ſupradictis appareat
de illius iniuſtitia.

Nec etiam obſtat quod Cenſus fuerit impoſitus
ſuper bonis ſubiectis fideicommiſſo, cum de hoc
non conſtet, nec quidquam probetur.

R. P. D. Corduba, Anconitana Cenſus, Lunæ 25. Maij, 1598.

SVMMARIA.

1 *Impoſitio Cenſus tamquam in facto conſiſtens,non præ-
ſumitur.*
2 *Impoſitio Cenſus probatur debitoris confeſſione.*
3 *Actus præſumitur factus in executionem præcedentis
conuentionis.*
4 *Ignorantia non præſumitur niſi poſt lapſum decennij.*
5 *Hæres,maximè qui cum defuncto non cohabitauit præ-
ſumitur ignorare geſta per defunctum.*
6 *Solutio Cenſus per decennium cum expreſſione cauſæ
conſtituit in quaſi poſſeſſione exigendi Cenſum.*
7 *Donatio poteſt præſumi ex ſolutione voluntaria inde-
biti.*
8 *Soluens indebitum ſub prætextu alicuius cauſæ,non re-
petit tamquam indebitum.*
9 *Debitum vnius non compenſatur cum debito alterius.*

DECISIO CXI.

DOMINI reſolnerunt ſententiam Ro-
talem eſſe confirmandam ex latè de-
ductis in deciſione *coram R.P.D. meo
Decano, 28.Aprilis,1597.*

Nec quæ modo in contrarium al-
legantur quidquam releuare, & Primò, quod cum
1 conſtitutio † Cenſus ſit quid facti non præſumitur
impoſitus niſi probetur, *l.in bello, ff.de capt.* maxi-
mè cum requiratur ſcriptura,& fundus particularis
ſuper quo fiat impoſitio, iuxta *Extrauag.Martini,Ca-
lix.& Pij V.* vt tradit *Nauar. conſ.2.num.6. de empt.*
2 Nam fuit reſponſum † hæc omnia tolli ex confeſſio-
ne Dominorum de Carbonibus in eorum quietan-
tiis,& ſignanter in illa, *5.Aprilis.1574.* in qua ipſe
Carbonus fatetur Cẽſum fuiſſe impoſitum per Do-
minum Petrum ſuper nonnullis ſuis bonis,ex pecu-
3 niis penes ſe depoſitatis, †.& cum præceſſerit pa-
ctum de creando Cenſum ex illis pecuniis ex dictis
ſolutionibus illius impoſitio venit præſumenda in
executionem præcedentis conuentionis, *l.quædam
mulier, ff.de rei vendic. Menoch. de Præſumpt. libro 3.
præſumpt.49.nu.2.* Præſertim quia dicta ſolutio Cen-
ſus incepit ſtatim poſt annum conuentionis, iuxta
quam erat facienda impoſitio illo finito.

Neque obſtat quod cum res ſit de recenti nõ eſt
veriſimile quod ignoretur Notarius coram quo fuit
4 ſtipulatus contractus: † ignorantia enim vt præſu-
matur requiritur lapſus decennij, *Menoch. de arbitr.
caſu 26.* Nam fuit dictum quod cum Magdalena
5 ſit mulier,& hæres in qua † probabiliter ignoran-
tia datur,nec habitauerit Anconæ, vbi inſtrumen-
tum Cenſus fuit celebratum, non debet mirum vi-
deri ſi poſt mortem viri factum eius ignorauit, *Me-
noch. vbi ſupra.nu.3. & de Præſumpt. lib.6. præſumpt.
23. Moderu. de Probat. concluſ.879.& 880.*

Ex quibus tollebatur aliud obiectum quod ſi
Cenſus verè fuiſſet impoſitus Magdalena nõ ſe fun-
daſſet in quaſi poſſeſſione exigendi,ſed egiſſet vigo-
re obligationis cameralis, quæ in ſimilibus contra-
ctibus ſolet apponi,quoniam hæc non procedebant
ſtante ignorantia Notarij rogati de Cenſu,& ſibi
conſtabat de quaſi poſſeſſione.

Quod autem dictæ ſolutiones fuerint factæ præ-
uiis proteſtationibus non releuabat, cum ſucceſſe-
rit poſt motam litem,& apparet plures ſolutiones
fuiſſe factas antea abſque eo quod aliquæ præceſ-
ſerint proteſtationes.

Minus refragabatur præſumptionem conſtitutio-
nis Cenſus nõ intrare niſi adſit decennalis ſolutio,
6 *Hoſt.in Summa,in tit.de conſuetud. §.in obtentis.*† nam
in præſenti aderat ſolutio vndecim annorum cum
expreſſione cauſæ,quæ ſufficiebat. *Bart. in l.cum de
in rem verſo, num.9. & 15. ff.de vſur. Couar. in regul.
poſſeſſor. 2.par. §.4. num.2. Capic. deciſ.65. nu.3. & 9.
Guid.Pap. quæſt.407. & ibi addent. in litera B.*

Neque hanc ſolutionem interrumpit proteſtatio
de anno 1577. Quia non eſt Petri, ſed procurato-
ris de cuius mandato non conſtabat, cui proteſta-
tioni contrariatur actus ipſius principalis in ſolu-
tione anni, 1578.

Aliud oppoſitum de noua creatione illius Cen-
ſus facta per Magdalenam, in qua nulla ſit mentio
de

Digitized by Google

de præcedenti fuit ſublatum ex eo quod Petrus mo-
uerat litem contra Magdalenam negando dictum
Cenſum,& inde fuit facta pro reddenda illa magis
cauta,quę ignorabat Notarium rogatum de primo
inſtrumento, cui ſecundum non aduerſatur,& ideo
cum actus actum iuuet nulla ex hoc dici poteſt orta
præſumptio in contrarium ſtante lite cui Petrus vo-
luit cedere per dictam ſecundam impoſitionem.
Cum ergo vrgentiores concurrant coniecturæ pro
Matthia, dixerunt Domini non eſſe recedendum à
dicta reſolutione. Ponderabant enim inter alias
7 Deciſionis rationes illam, quod † quādo ſit ſolutio
volūtaria poteſt probabiliter dici fructus fuiſſe do-
natos, *Bar. d. num.* 14. Nec in contrarium faciebat
Menoch. lib. 3. Præſumpt. 31. num. 1. vbi ſoluens vſu-
ras indebitas ſcienter non præſumitur voluiſſe do-
nare. Nam in præſenti ſolutio fuit facta cum ex-
8 preſſione cauſæ reditus Cenſus, † quo caſu non eſt
locus repetitioni, *Rom. conſ. 500. num. 5.* relatus per
Menoch. d. Præſumpt. 31. num. 4. vbi de communi te-
ſtatur. Et caſu quo illi eſſet locus illi erant repe-
tendi ab hærede Franciſci cui fuerat facta ſolutio,
9 non à Matthia hærede Magdalenæ,† cum debitum
vnius non componſetur cum debito alterius, *Cæſar
de Graſſ. deciſ. 2. num. 4. de ſolut. Rota Iannenſ. deciſ.
10. num. 3.*

Illuſtriſſimo Cardinale Lancelotto, Spoletana Cenſus, Lunæ 18. Iunij, 1601.

SVMMARIA.

1 *Agens condictione indebiti, debet probare ſolutum non fuiſſe debitum.*
2 *Cenſus impoſitio probatur per enunciationem alterius inſtrumenti, concurrentibus adminiculis.*
3 *Cenſus impoſitio probatur per confeſſionem partis.*
4 *Cenſus impoſitio probatur abſque ſcriptura.*
5 *Cenſus præſumitur legitimè impoſitus eo ipſo quod fuit extinctus.*
6 *Simulandi cauſæ, & coniecturæ ſufficientes ſunt probandæ ab eo, qui actum ſimulatum dicit.*
7 *Simulatio excluditur ex obligatione releuationis.*

DECISIO CXII.

FVIT dictum reuocandas eſſe ſententias
per quas Romulus filius,& hæres Ioan.
Franciſci Bainerij condemnātur ad re-
ſtituendum filiabus, & hæredibus Mi-
chelutij ſtabulum & alia per dictas mu-
lieres eidem Romulo data in extinctionem Cenſus
ſcutorum octingentorum à Michelutio venditi Ioan
ni Franciſco.
Tum quia ſententiæ fundant ſe in eo quod Cen-
ſus re vera non fuerit impoſitus,& ſic mulieres fue-
rint deceptæ, tum quia cum dictæ filiæ egerint pro
1 repetitione indebitè ſoluti † debuiſſent probare
negatiuam quod fuerit ſolutum indebitum. *Alex.
conſ. 83. num. 1. lib. 1.* quæ tamen non fuerunt pro-
bata, immo conſtat de contrario ex inſtrumento
dationis in ſolutum à dictis mulieribus factæ, cum
decreto Iudicis, interuentu conſanguineorum, &
aliarum ſolemnitatum requiſitarum, in quo expli-
2 citè narrabatur exiſtentia Cenſus, † cui inſtrumen-
to eſt ſtandum,cum præſumatur verum,& cum ex
eo excludatur omnis ſuſpicio fraudis, & deceptio-
nis,vt hic deducunt informantes. Maximè quia hu-
iuſmodi inſtrumentum coadiuuatur ex confeſſione
eiuſdem Michelutij in teſtamento, in quo fatetur ſe
debitorem Rainerij in ſcutis octingentis, prout eſt
quantitas huius Cenſus; item ex reuelationibus
1 trium perſonarum dicentium audiuiſſe ab hæredi-
bus Michelutij, quod adeſſet quidam Cenſus.
Nec facit quod non conſtet de inſtrumento im-
poſitionis Cenſus, quia non ideo excluduntur aliæ
3 † probationes per confeſſionem partis,cum Cenſus
4 etiam ſine ſcriptis † probari poſſit ſicut emptio, &
venditio,vt fuit reſolutum *in cauſa Anconitana Cen-
ſus, 28. Aprilis, 1597. coram R. P. D. meo Seraphino.*
Sicut neque obſtat quod ex dicto inſtrumento
non appareat Cenſum fuiſſe impoſitum ſeruatis re-
5 quiſitis Bullæ *fel. record. Pij Papæ V.* † quia eo ipſo,
quod pro illius extinctione datur ſtabulum,& alia
Cenſus præſumitur validus,& legitimus. Quod di-
citur inſtrumentum fuiſſe ſimulatum. Dominis non
6 placuit, † cum neque ſit probata cauſa ſimulandi,
nec adſint coniecturæ ſufficientes, nam ſi fiſcus ha-
bebat prætenſiones per huiuſmodi ſimulationem
non ſequebatur liberatio, ita vt non potuiſſet am-
plius agere niſi fuiſſet probata veritas Cenſus. Vl-
tra quod non fuiſſet appoſita obligatio pro releua-
7 tione, † quæ non compatitur cum ſimulatione,nec
fuiſſet promiſſum,quod per tantum tempus fuiſſent
exactæ penſiones.
Præterea non eſt probandum quod Ioan. Fran-
ciſcus in vita exegerit,cum quietantiæ remanſerint
penes mulieres.

R. P. D. Ottembergio, Romana Cenſus, 24. Nouembris, 1606.

SVMMARIA.

1 *Cenſus impoſitio probatur ſine ſcriptis, prout etiam emphyteuſis.*
2 *Cenſus conſtitutio probatur ex diuturna ſolutione, & num. 4.*
3 *Confeſſio reſultans ex precum porrectione, probat Cenſus impoſitionem.*
5 *Inſtrumentum extinctionis Cenſus, probat illius creationem.*
6 *Confeſſio qualificata ſcindi poteſt, ſi contineat capitula ſeparata.*
7 *Limit. ſi qualitas ſit talis, quæ actum cui adijcitur reddat nullum.*
8 *Profeſſio ob metum redditur nulla.*
9 *Cenſus perimitur propter illius extinctionem.*
10 *Diuerſa facta dicuntur, quæ diuerſa tempora continent.*

DECISIO CXIII.

DVBITATVM fuit an probetur Cen-
ſus de quo agitur, cum de illius crea-
tione non exhibeatur inſtrumētum.
Et dubitādi cauſam potiſſimum de-
dit Bulla *Pij V.* requirens pretij nu-
merationem fieri coram Notario,& teſtibus in actu
cele-

celebrationis inſtrumenti. Sed ea non obſtãte con-
1 trarium reſolutum fuit, † cum Cenſus etiam ſine
ſcriptis poſſit probari ſicut emphyteuſis, *l. 1. & ibi*
2 *Bar. num. 6. C. de iure emphyt.* Poteſt † enim probari
etiam ex diuturna præſtatione, *l. ſi certis annis, C. de
pact. l. cum de in rem verſo, ad fin. ff. de vſur. l. litibus,
& ibi Bar. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* Et in ſpecie
quod conſtitutio annui reditus etiam ex diuturna
præſtatione probetur, tradit *Couar. Var. reſolut. cap.
10. verſ. fin. lib. 3.* & hanc ſententiam ſemper am-
plexa eſt Rota, quia Bulla *Pij V.* non magis inclu-
dit vnam, quam aliam ſpeciem probationis, vt fuit
dictum *in Anconitana Cenſus, 28. Aprilis, 1597. coram
Illuſtriſſimo Seraphino, & in vna Spoletana Cenſus, 18.
Iunij, 1601. coram R. P. D. Lancelotto.* In propoſito
3 autem probatur conſtitutio Cenſus † ex confeſſione
partis reſultante ex precibus porrectis Illuſtriſſimo
Vicario Vrbis, *l. cum precum, C. de liberal. cauſ. Felin.
in cap. cum in iure, num. 4. de offic. delegato, Caputaq. de-
ciſ. 190. num. 3. par. 1.*

4 Secundò, † probatur ex ſolutionibus longo tem-
pore factis: nemo enim præſumitur iactare ſuum,
l. cum de indebito, ff. de Probat. & fuit dictum *in dicta
Anconitana Cenſus.*

5 Tertiò, reſultat probatio † ex confeſſione, quæ ha-
betur in inſtrumento extinctionis Cenſus, vt ſimili-
ter fuit dictum in dicta Spoletana.

Non obſtat quod dicitur confeſſionem eſſe ac-
6 ceptandam cum qualitate extinctionis, † quia cum
contineat diuerſa, & ſeparata facta poteſt appro-
bari in vno, & reprobari in altero. *Bar. in l. Aurelia,
§. idem quæſijt, ff. de liberat. legat. Bal. in l. ſi quidam,
num. 2. C. de tranſact. Felin. in c. dilecti, num. 8. de accuſ.
7 Bar. deciſ. 243. nu. 3.* Niſi † qualitas eſſet talis, quæ
actum cui adiicitur redderet nullum, & faceret vt
8 quod actum videtur actum non ſit, vt metus, † qui
ex profeſſione facit non profeſſionem: tunc enim
confeſſio eſſet acceptanda cum ſua qualitate, vt
fuit dictum *in vna Hiſpalenſi profeſſiones coram b. m.
Cardinale Aldobrandino in Aſtoricenſi Archidiacona-
tus, 27. Aprilis, 1577. coram Clem. VIII. & in Gerun-
denſi præcedentiarum, 4. Nouembris, 1583. coram Illu-
ſtriſſimo Seraphino, & in Neruienſi pecuniaria, 28. Ian.
1585. corã Illuſtriſſimo Pãphilio, tũc Rota Auditoribus.*
9 Extinctio autem † quamuis perimat Cenſum, non
tamen reddit illum nullum ab initio quin potius
præſupponit Cenſum validum, vt priuatio habi-
tum, *l. decem, ff. de verb. oblig. l. Titio vſusfructus, ff. de
cond. & dem. Bal. in l. licet, nu. 2. in fine, C. locat.* Et ad
10 hoc † vt dicantur diuerſa facta, ſufficit quod conti-
neant diuerſa tempora, *Surd. deciſ. 258. nu. 2. in fine.*

Nec obſtat quod non appareat Cenſum fuiſſe
impoſitum ſeruatis requiſitis Bullæ *felic. record. Pij
Papæ V.* quia ex ipſa extinctione, & confeſſionibus
prædictis præſumitur validus, & legitimus, vt fuit
dictum in dicta Spoletana.

R. P. D. Penia, Romana Cenſus, de Comitibus, Veneris 31. Maij, 1596.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio extraiudicialis facta etiam parte abſente de
æquitate canonica probat.*

2 *Maximè quando agitur ſolum de probanda veritate rei
geſtæ.*

3 *Confeſſio probata per idoneos teſtes, probatur etiam de
iure ciuili.*

4 *Et ſine dubio concurrentibus adminiculis.*

DECISIO CXIV.

HIERONYMVS Abbas, & Federicus de Comitibus alias impoſuerunt Cenſum ſcutorum mille cẽtum ſeptuaginta ad fauorem Balthaxaris etiam de Comitibus pro pretio ſcutorũ decem & octo millium, de quo conſtabat per publicum inſtrumentum camerali obligatione munitum; Hieronymo, Federico, & Baltaxare vita functis cum hæredes Baltaxaris integros fructus totius Cenſus ſcutorum decem & octo millium decurſos petiiſſent, Camillus verò, & Horatius de Comitibus ex illa ſumma ſcutorum decem & octo millium ſortis principalis reſtituta fuiſſe Balthaxari ſcuta tria millia prætenderent, & pro ea rata extinctum fuiſſe Cenſum, & redactum ad ſummam ſcutorum quindecim millium. Dubitaui an conſtaret de prædicta Cenſus extinctione. Et vtraque parte informante Rota de duobus videndum cenſuit. Primum an eſſet probata ſolutio ſcutorum trium millium. Secundò, an dato quod eſſet probata ceſſiſſent in extinctionem Cenſus pro dicta portione trium millium ſcutorum.

Et quantum ad primum affirmatiuè reſponſum
fuit, nempè ex his, quæ proponebantur conſtitiſſe
de ſolutione ſcutorum trium millium facta Baltha-
xari. Duo enim teſtes aſſerebãt ſæpè audiuiſſe Bal-
thaxarem dicentem habuiſſe à Dominis de Comi-
tibus ſcuta tria millia ad computum decem, & octo
1 millium. quæ † confeſſio etiam extraiudicialis de
æquitate canonica etiam parte abſente probat *Fe-
lin. in c. ſi cautio, num. 27. de fide inſtrum. Put. deciſ. 111.
2 num. 8. lib. 2.* præſertim † cum non agatur de pro-
banda obligatione acquiſita, vel aliquo alio iure,
ſed veritate rei geſtæ, quo caſu licet verſemur inter
Romanos inter quos attenditur ius ciuile confeſſio
3 † extraiudicialis per idoneos teſtes probata fidem
facit etiam de iure ciuili, *l. deſiderum, C. depoſ. Felin.
in c. ſi cautio, num. 28. verſ. fallit tertio, de fide inſtrum.
Curt. iun. conſ. 168. num. 10. & ſeq. lib. 2.*

Eandem confeſſionem coadiuuat altera eiuſdem Balthaxaris aſſertio, in quodã mandato, ſeu Chirographo directo Hieronymo Abbati de Comitibus, vt ſolueret comiti Hannibali Scotto ſcuta tricentum triginta, inſubdebat, *che io li farò buoni à V. S. à conto del cenſo delli quindecimila ſcudi.*

Concurrebant præterea multa adminicula eandem ſolutionem indicantia. Primum, quoniam ante impoſitionem Cenſus ſcutorum trium millium factã ad fauorem Cardinali Azolini tres teſtes deponebant audiuiſſe Balthaxarem dicentem ſe indiguiſſe pecunia vſque ad ſummam ſcutorum trium millium, quã procurabat habere à Dominis de Comitibus in diminutionem Cenſus ſcutorum decem & octo millium. Secundò, quoniam in executionem dicti cõtractus fuit impoſitus Cenſus ſcutorũ trium millium ad fauorem Cardinalis Azolini, de quo pa-
tebat

tebat ex publico inſtrumẽto in actis producto. Tertiò, aderat declaratio Abbatis Hieronymi iuramento munita, & in dicto inſtrumento Cenſus inſerta quod prædicta ſcuta tria millia ad Cenſum accepta deberent ſolui Balthaxari in computationem prædicti maioris Cenſus ſcutorum decem & octo millium. Quartum adminiculum ſumebatur ex quietantia manu Balthaxaris facta de receptis ſcutis mille octingentis de ordine Cardinalis Azolini à Ioanne Lopez, qui faciebat ea ſoluere pro Federico, & Hieronymo; cui non repugnabat quod Balthaxar cõfecerit apocham mutui, & dederit Ioanni Lopez pignora, quoniam poſt cõfectum inſtrumentum Cenſus ſcutorum trium millium cum Cardinale Azolino idem Cardinalis qui reſtituerat pecuniam Ioanni Lopez iuſſerat etiam pignora Balthaxari reſtitui. Quintum, & poſtremum erat quod pro ſolutione reſidui vſque ad ſcuta tria millia, nempè pro ſcutis mille ducentis apparebant plures partitæ, quas Abbas Hieronymus diuerſis Balthaxaris creditoribus de illius mandato ſoluerat, videlicet, cuidam Marſilio ſcuta cẽtum pro extinctione vnius ſocietatis officij, Antonio Formicino ſcuta centum quinquaginta pro extinctione alterius ſimilis ſocietatis, Item quædam aliæ referebãtur per informan-
4 tes pro Camillo, & Horatio, † ex quibus dicebant Domini confeſſionem extraiudicialem plenè probari, quamuis aliàs non probaretur, *Paul. de Caſtro, conſ. 28. in fine, lib. 1, Rol. conſ. 82. num. 47. libro 2, Achil. deciſ. 1. de confeſſ.*

Quantum ad ſecundum, Domini voluerunt particulariter videre, An per dictam ſolutionem trium millium ſcutorum fuerit extinctus dictus Cẽſus ſcutorum decem & octo millium, & redactus ad ſummam ſcutorum quindecim millium. Nam circa hoc difficultatem faciebant multa, ſed illud in primis, quia ex deductis non conſtabat in extinctione interueniſſe aliquem actum ſimilem creationi Cenſus, nempè retrouenditionem, vt videtur requirere *deciſio Illuſtriſſimi D. Cardinalis Lancelotto, die 28. Iunij,* 1574. licet de hoc eſſet videndum.

Illuſtriſſimo Cardinale Blanchetto, Eugubina, ſeu Peruſina Cenſus, Veneris 24. Maij, 1596.

SVMMARIA.

1 *Cenſus emptus cum pecunijs depoſitatis ea lege vt non poſſint ammoueri ſine conſenſu Titij, Titio non conſentiente, non valet.*

2 *Pactum quod pecunia depoſitata non poſſint leuari abſque Titij conſenſu, eſt ſeruandum.*

3 *Pactum de ſoluendo Cenſum per aliquod tempus ante illius conſtitutionem, non valet.*

4 *Pactum quod in redemptione Cenſus ſoluto ſemeſtre, emptor non teneatur compenſare recepta pro rata temporis, non eſt validum.*

5 *Fideiuſſor non opponens legitimas exceptiones, ſibi praiudicat.*

DECISIO CXV.

DOMINI dixerunt Dominis de Carbonana non competere ius contra Dominum Frãciſcum Ridolphinum poſſeſſorem, pro releuatione indemnitatis eiſdem promiſſæ à Vincentio Blaxiotto in contractu Cenſus facto cum Ioanne Paulo Accotambono, 23. *Februarij,* 1563.

1 Contractus † enim Cenſus ſuſtineri non poteſt, quia cum pecuniæ ſtarent in depoſito apud Blaxiottum, & non poſſent ammoueri ſine cõſenſu Fe-
2 derici, & Vincentij illis † non conſentientibus non potuerunt conuerti in emptionem Cenſus, ex quo ſequitur vel quod deficiat pretium, vel quod repetentibus deponentibus ipſum depoſitum poſſit depoſitarius per indirectũ cogi ad extinctionem Cenſus vtrumque reperitur prohibitum per *Extrauag. Martini, Caliſti, & Pij V.*

Accedunt alia pacta, quæ reddunt ſimulatum
3 contractum, † Nam quod fructus debeant currere per tres menſes ante conſtitutionem Cenſus, &
4 quod in illius redemptione ſoluto ſemeſtre non teneatur emptor compenſare fructus pro rata indicant potius intentionem deponentis conſequendi lucrum ex pecuniis depoſitaris, quam emendi Cenſum, Quam exceptionem cum Domini de Carbonana non oppoſuerint, cum ex illa ipſorum oriretur liberatio, non poſſunt agere ad releuationem indemnitatis, *l. exceptiones, vbi Doctor. omnes, ff. de fideiuſſ. Bar. in l. cum quis, num. 3. & Iaſ. num. 17. C. de iure, & fact. ign.* Et ex his ita deciſum vna tantum parte informante.

Illuſtriſſimo Cardinale Pamphilio, Bononienſis Cenſus, 26. Iunij, 1600.

SVMMARIA.

1 *Vitium commiſſum circa ea, quæ non ſunt de forma ſubſtantiali contractus, non vitiat totum contractum.*

2 *Tempus ſolutionis facienda de fructibus Cenſus, non eſt de forma ſubſtantiali contractus Cenſus.*

3 *Immo eſt quid accidentale.*

4 *Bulla Pij V. ſuper Cenſib. in §. Contractuſq., ſub alia forma, declaratur, & infra.*

5 *Quod non mutatur ſtare, non prohibetur.*

6 *Relatio non fit ad omnia præcedentia, quando ratio recti ſermonis non patitur.*

7 *Nec quando repugnat rectitudo iuris, vel intentio diſponentis.*

8 *Solutio Cenſus non eſt contractus Cenſus, ſed potius diſſolutio illius.*

9 *In contractu Cenſus non emuntur fructus Cenſus, ſed ius illos percipiendi.*

DECISIO CXVI.

DVM in vltima propoſitione huius caſus fuiſſet reſolutum quod Cenſus iſte non poterat impugnari ſub prætextu quod pretium non fuiſſet integrè ſolutum, fuit ſucceſſiuè dubitatum, an ſaltem vitiaretur ex anticipata ſolutione fructuum

vnius

minus anni facta in ipſomet contractu emptionis, &
venditionis dicti cenſus contra expreſſam prohibi-
tionem Conſtitutionis *Pij V*. ſuper forma creandi
Cenſus, in qua huiuſmodi ſolutiones anticipatę fie-
ri prohibentur.

Et Domini cenſuerunt neque etiam ex hoc capi-
te contractum cenſus impugnari poſſe. moti prin-
cipaliter ex illa diſtinctione communiter recepta,
de qua per *Doctor. in cap. fin. de condit. appoſ.* quam
etiam ſequuta eſt Rota in pluribus cauſis, & præ-
ſertim in illa Romana Turris Bubalariæ coram R.
1 P. D. Decano, 7. Nouembris, 1575. † Quod vitium
commiſſum circa ea, quæ non ſunt de forma ſub-
ſtantiali contractus, non vitiat totum contractum.
2 & ideo cum tempus ſolutionis † fructuum antici-
patæ, vel poſticipatæ non ſit de forma ſubſtantiali
emptionis, & venditionis Cenſus, quia illa expreſ-
ſio, vel omiſſio non remouet conſenſum contrahen-
tium a contractu Cenſus, nec facit illum cōtractum
tranſire in aliam ſpeciem diuerſam, vt fuit conſide-
ratum in præfata cauſa Romana Turris Babalarię,
& multi cumulati per *Surd. conſ. 243. num. 26.* Sed
3 † potius ſit quid accidentale, quod poteſt ineſſe, &
abeſſe ab ipſo contractu cenſus ad tradita per *Gloſ.
in l. pacta conuenta, ff. de contr. empt. Gemin. in c. vt cir-
ca, §. 1. num. 13. de elect. in 6.* merito viſum fuit quod
iſta anticipata ſolutio tamquam prohibita per di-
ctam Conſtitutionem *Pij Quinti* vitietur, non au-
tem quod totum contractum vitiet. Neque obſtat,
quod idem *Pius V*. in præfata Conſtitutione circa
rem adiecit illam clauſulam; ad quam videbatur
4 reduci tota difficultas, videlicet, † contractus ſub
alia forma poſthac celebrandos fęneratitios iudi-
camus. Quia Domini dixerunt quod iſta clauſula
non referatur ad omnia ſupradicta, ſed tantum ad
ea, quę formam ſubſtantialem contractus reſpiciūt,
iuxta diſtinctionem ſupradictam. Quod Primò pro-
batur ex contentu ipſius Bullæ. nam cum Papa im-
probauerit nōnulla pacta particularia, vt *in §. pacta
conuētia, & in §. ſicuti.* & etiam in aliis ſimilibus. &
illa tantum pacta ſpecialiter annullauerit; non aūt
totum contractum propter illa damnauerit, colligi-
tur quod eius intētio fuit quod reſecatis illis pactis
reliquis contractus in ſuo robore remaneret, quia id
5 quod nō tollitur ſtare, † non prohibetur, *l. ſancimus,
C. de teſtam.* Si. n. Papa voluiſſet, quod ēt per iſta pa-
cta per eū prohibita totus contractus corrueret, ſu-
perflua fuiſſet illa prohibitio particularis, quę fit dę
ſingulis pactis; quia huic ſuæ intentioni ſatisfactum
fuiſſet per ſupradictam clauſulā generalem in fine
poſitā, quod contractus ſub alia forma celebrandi cen-
ſeantur fœneratitij. Secundò conſiderabant Dn̄i, quod
Papa in dicta clauſula generali reſpicit formā con-
tractus. ibi ſub alia forma celebrandi. Sed forma re-
ſpicit ſubſtantiam; non aūt accidentia cōtractus, vt
dictū eſt; ideo iſta prohibitio nō poterat referri ad
pacta, quæ non erāt de forma, vt eſt tex. in *c. eccleſia
veſtra, el 2. verſ. denique ſtatutum; & ibi Abb. in 6. not.
ſub nu. 5. de elect.* Tertiò hoc idem ſuadetur, quia vt
6 dicit *Oldr. conſ. 252.* † Relatio numquam fieri dēt ad
omnia ſupradicta expreſſa ſi ſit cōtra rectitudinem
7 ſermonis, & multò minus ſi ſit † cōtra rectitudinem
iuris, & intentionis. ſed ſi iſta clauſula referatur ad
iſtas anticipatas ſolutiones eſſet cōtra rectitudinem
iuris, quia de iure nō ſunt prohibitæ & conſequen-
ter eſſet contra intentionem ipſius *Pij V*. quia nō eſt
veriſimile quod voluerit iudicare fęneratitiū illum
contractum, qui de iure non eſt talis, ideo ſatis eſt ſi
iſta anticipata ſolutio annulletur rōne nouæ prohi-
bitionis abſque eo quod faciat ēt totum cōtractum
fœneratitium, vt ſic ēt ius commune minus corriga-
tur, quam fieri poſſit. Quartò conſiderabatur quod
in dicta clauſula indicantur fœneratitij contractus.
8 Sed † ſolutio fructuū non eſt propriè contractus, ſed
potius ſonat in diſtractū, hoc eſt in ſatisfactionem,
& executionem cōtractus iam facti, & ſic ſaltē iuxta
ordinē naturæ præſupponit contractū præcedētem,
& ideo nō pōt cōprehendi ſub hac clauſula genera-
li annullatiua, quæ de contractu loquitur. ad *l. Labeo. &
ibi Scribētes de verb. ſignif. A ret. §. 1. n. 2. Inſt. de oblig.*

Non obſtat quod etiam perceptio fructuū dica-
tur de ſubſtātia cenſus ex eo quod ipſi fructus ſunt
9 res, quæ in huiuſmodi contractu emuntur. Quia † in
contractu cenſus verè non emuntur fructus, ſed ius
percipiendi illos inhærens rei ſuper qua Cenſus im-
ponitur, vt dicimus de emptione vſusfructus. *Couar.
Var. Reſolut. lib. 3. c. 2. ſub num. 4. Gabr. in conſ. 148. in
princ. lib. 2.*

Cetera autem quę pro parte Dominorum de Lu-
carellis deducebantur, videbantur tēdere ad impu-
gnādam deciſionē iam factā ſuper integritate pre-
tij. Ideo non indigent aliqua reſponſione, cum in præ-
fata Deciſione omnib. ſufficienter ſatisfactū fuerit.

R. P. D. Orano, Forolíuienſis Cenſus, Lunæ 13. Nouembris, 1589.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum publicum habet præſumptionem vali-
ditatis pro ſe.*
2 *Contractus omnes in dubio præſumuntur legitimè initi.*
3 *Mulier nobilis difficulter præſumitur cōmittere vſuras.*
4 *Clauſula, non aliàs, aliter, nec alio modo, indicat præci-
ſam intentionem.*
5 *Pactum quod Cenſus redimi non poſſit, niſi intra certum
tempus, eſt contra Bullam Pij V.*
6 *Pactum quod emptor Cenſus non teneatur ad remiſſio-
nem, niſi damnum aſcendat ad certam quotam, eſt il-
licitum.*
7 *Pacta illicita vitiantur, & non vitiant.*
8 *Vtile per inutile non vitiatur, ſed inutiliter adiectum
vitiatur.*
9 *Cenſus vendi poteſt pretio ex Regionis conſuetudine re-
cepto.*
10 *Conſuetudo tollit vſuræ præſumptionē, & ab ea excuſat.*
11 *Teſtes contra publicum inſtrumentum, debent eſſe om-
ni exceptione maiores.*
12 *Fideiuſſor in cauſa in qua fideiuſſit, repellitur à teſtifi-
cando.*

DECISIO CXVII.

FVIT concluſum ſententiam A. C. annul-
lantem Cenſum de quo eſt quæſtio, tam-
quam fœneratitium reuocandam eſſe.
Cum enim fuerit ſuper re certa conſtitutus, &

I de

1 de eo confectum publicum inſtrumentum, † præſumptionem pro ſe hbbet, vt ſit factum de contractu licito, *Cepol. de ſimulat. contr. pr æſumpt. 26. num.*
2 *85.* Et regulare eſt † vt omnes cõtractus præſumantur liciti & legitimi, *Bal. in l. rog. ſt. §. ſi tibi, num. 19. ff. ſi cert. pet, Alex. conſ. 200. num. 4. lib. 7. Soc. iun. conſ. 83. num. 3. lib. 2.* cum ſimilibus. Tantò autem magis,
3 quia celebratus fuit cum muliere nobili, † in quam difficilius cadit præſumptio vſuræ, *Tiraq. de Retractu conuent. in Præfat. num. 34. Conar. lib. 3. Var. Reſolut. cap. 8. num. 3.* Præſertim cum in ipſo actu proteſtata fuerit ſe velle emere iuxta formam Bullarum ſummorum Pontificum ſuper cenſibus editarum; ſignanter autem Conſtitutionis *Pij V.* cum clauſula. non aliàs, aliter, nec alio modo, ad *Bart. in l. non ſolum, §. morte, num. 24. & ibi Alex. num. 13. & 14. ff.*
4 *de noui oper. nunc, Gabr. conſ. 47. num. 8. lib. 2.* † Ex qua arguitur præciſa eius intentio, *l. non aliter, ff. de leg. 3. l. quib. ored. §. fin ff. de condit. & demonſtr.*

Licet autem in illo inſtrumento legatur duplex appoſitum pactum dicta Cõſtitutione Piana damnatum.
5 natum. Vnum de retrouendendo, † quod non aliter eſt collatum in liberam, & abſolutam voluntatem vendentis, ſed eſt limitatum vt poſſit redimere tantum intra duos annos, & duos menſes. Alterum per
6 quod ad remiſſionem † Cenſus non vult teneri niſi damnum, & deterioratio occaſione, cuius remiſſio petitur aſcendat ad quartam partem. Nihilominus non propterea concludendum eſt contractum eſſe
7 vſurarium, ſed † debent tanquam vitioſa pro non appoſitis haberi, *l. cum præcario, ff. de præcar.* nam illis non obſtantibus adeſt voluntas diſponendi in principali actu, ita quod qui amplius concedere voluit, vtique & quod minus eſt voluiſſe dicatur, vnde quod plus eſt additum ſecundum diſponentis in-
8 tentionem ſeparabile eſt, † adeò quod non vitiatur vtile per inutile, ſed tantum inutiliter adiectum vitiatur, *l. 1. §. ſed ſi mihi, ff. de uerbor. obligat.* Hoc autem comprobat clauſula dictæ Conſtitutionis non obſtantibus quibuſdam pactis directè, vel indirectè talem facultatem auferentibus; ex qua colligitur intentionem Papæ fuiſſe infirmare actus in contrarium, *Ang. in l. quod autem, num. 2. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſt im.*

Neque redargui poteſt vſurarius ſub prætextu, quod fuerit cõſtitutus ad rationem decem pro centenario, nam quidquid ſit de iure communi, de quo per *Tiraq. de retract. conſang. §. 1. Gloſ. 6. num. 26. & ſe-*
9 *quenti*, iſte † Cenſus fuit venditus ſecundum vſum, & obſeruantiam Prouinciæ Romandiolæ, vbi prædia ſuper quibus cenſus impoſitus eſt, ſita ſunt, in qua quidem Prouincia ſolent vendi, & conſtitui Cenſus ad rationem decem pro centenario, certum
10 autem eſt, † quod ſtante huiuſmodi conſuetudine iudicari debet contractus licitus, *l. quis ſit fugitiuus, §. item apud Labaonem, vbi Bart. de ædilit. edicto, l. quid ergo, §. 1. in verſic. vel ijs, quæ in regione obſeruantur, ff. de contr. vel vtil. act. tutel. l. tutor qui repertorium, §. ſed ſi negauit, ff. de adminiſtrat. tut. Oldr. conſi. 202. Calder. conſ. 4. de vſur. Capol. de ſimulat. contract. num. 4. & 97. Soc. ſen. conſ. 83. num. 21. lib. 3. Dec. in l. 2. numero 17. C. de eden.* cum ſimilibus. & probant *Extrauagantes Martini. & Calixti, ſub tit. de empt. & vendit. in Extrauag. commun.*

Minus habita fuit ratio teſtium diſponentium in huiuſmodi Conſtitutione cenſus pecunias verè non fuiſſe ſolutas, ex quo reſtitutæ fuerunt incontinenti, nec penes venditores Cenſus remanſerunt, neque etiam pretium integrum fuiſſe in pecunia numerata, ſed partem in gemmis, quæ contrariantur formæ præſcriptæ in Conſtitutione *Pij Quinti.* Quia Domini reſponderunt illis teſtibus nullam adhi-
11 bendam fidem. Ex quo † enim ad impugnationem publici inſtrumenti fuerunt inducti, neceſſe eſt, quod ſint omni exceptione maiores, *Bero. conſ. 147. num. 36. & ſeq. 2. volum.* tantum autem abeſt, vt ſint tales, vt etiam omnino veniant repellendi,
12 cum duo ſint fideiuſſores, † qui regulariter repelluntur, *Groe. de teſtib.* … aut ſaltem ſecundum *Ang. conſ. 295.* arbitrio Iudicis remittuntur. Tertius multas notabiles exceptiones patitur, de quibus hic per informantes.

Ex quibus, & alijs hincinde deductis, fuit reſolutum ſententiam A.C. reuocandam.

R. P. D. Litta, Calaguritana Cenſus, Mercurij 11. Decembris, 1602.

SVMMARIA.

1 *Remiſſoria in profanis in ſecunda inſtantia datur, etiam abſque primo.*
2 *Maximè quando materia articulata eſt releuans.*
3 *Cenſus in cuius conſtitutione non interuenit pecunia numerata, eſt nullus.*
4 *Remiſſoria calumnioſè petita, non eſt concedenda.*
5 *Calumnioſè peti præſumitur remiſſoria ad probandum id quod nunquam fuit oppoſitum.*
6 *Numeratio realis probatur ex verbis inſtrumenti.*
7 *Inuериſimile non debet attendi, nec admitti.*
8 *Contraria proponens, non eſt audiendus.*

DECISIO CXVIII.

LICET pro Capitulo petente remiſſoriam ſtaret regula, quæ vult
1 † quod in profanis abſque ſummo in ſecunda, vel vlteriori inſtantia concedi debeat remiſſoria, cum dici ſoleat non deductum deducam, & non proba-
2 tum probabo, maximè † vbi materia articulata eſt releuans ad *deciſ. Verat. 68. numero primo, parte tertia*, cum aliis allegatis per informantes pro Capitulo.

Attamen Domini hanc remiſſoriam denegarunt non ea ratione, quod articulata materia non ſit re-
3 leuans, cum, † ſi reuera in Conſtitutione Cenſus de quo agitur, non interueniſſet pecunia numerata, Cenſus eſſet nullus, vt habetur in Conſtitutione *Pij Quinti, de Cenſib.* & fuit ſæpè reſolutum ſignanter de anno præſenti, *in Romana Cenſus de Mutinis,*
4 *coram Reuerendiſſimo Patriarca*, ſed † quoniam eam calumnioſe peti ad differendam cauſæ expeditionem, cenſuerunt Domini quo caſu paſſim denegari

ſolet

ſolet, *Rom. conſ. 273. in fine*, quem ſequitur *Felin. in cap. de cetero, num. 12. de re iudic. Caſſad. deciſ. 3. de dilat.* & calumnia viſa fuit Dominis ſatis manifeſta;
5 tum † quia huiuſmodi non numeratio realis pretij dicti Cenſus in partibus, & ſic à perſonis magis probabiliter de veritate rei informatis nõ fuit vnquam prætenſa, immo fructus per multum temporis ſpacium ſoluti fuerunt abſque aliqua contradictione; tum etiam quia de ipſa reali numeratione pre-
6 tij † conſtat ex verbis claris ipſius inſtrumenti Cenſus, *Bart. in l. ſingulari. 1, num. 23. ff. ſi cert. pet. Alex. conſ. 37. num 8. verſic. ſed in caſu noſtro, lib. 3.* & fuit ſępè teutum, vt *in Beneuentana Cenſus; 16. Decembris, 1594. coram nunc Illuſtriſſimo Mantica, & in Florentina honorum, 17. Aprilis, 1591. coram Mellino.*

His accedit quod ex decreto Capituli, ac ex iuramento à capitularibus ipſis præſtito in omni eorum admiſſione de ſoluendo dictum Cenſum admodum inuerisimilis redditur hæc nona prætenſio
7 procuratoris Capituli, † & omnino reiici debet, ad tex. *in c. quia veriſimile, de teſtib.* cum vulgar. maximè cum nihil aliud hucuſque prætenderit Capitulum, quam quod contractus cenſus cõtineret pacta quædam illicita, & vſuraria, & quod propterea fructus veniebant computandi in ſortem principalem, quod cum de directo repugnet huic articulatæ non
8 ſolutioni pretij illius † merito ſuper ea audiri non debet Capitulum. ad *tex. in l. 1. vbi Gloſ. C. de fur. & in c. ſollicitudinem, in fine, de appellat. in l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur.*

Reuerendiſſimo D. Sacrato, Romana Cenſus, de Mutinis, 11. Decembris, 1602.

SVMMARIA.

1 *Fructus percepti bona fide, & conſumpti, non ſunt reſtituendi.*
2 *Fructus præſcribuntur triennio.*
3 *Fructus percepti ex cauſa vſuraria, non acquiruntur à percipiente.*
4 *Immo tanquam alieni, ſunt domino reſtituendi.*
5 *Bona fides, & præſcriptio in materia vſuraria, non ſunt conſiderabiles.*
6 *Æquitas l. curabit, C. de act. empt. intrat vbi res, cuius pretium fuit retentum, eſt frugifera.*
7 *Fructus dotis propter onera matrimonij, debēt eſſe correſpectiui ad pecunias promiſſas pro dote in actu matrimonij.*

DECISIO CXIX.

CVM aliàs fuiſſet reſolutum Cenſum 1
de quo agitur, eſſe nullũ ex eo quod non interuenerit pecunia numerata iuxta Conſtitutionem *Pij Papæ V.* inſtabant nihilominus Domini de Nobilibus fructus perceos, & Dominam Hieronymam eorum auctricem perceptos non eſſe computandos in ſortem, & conſequenter ſententiam Rotalem ad fauorem Dñorum de Mutinis in hoc eſſe reuocandam. Fundamenta erant plura.

1 Primò, † quia iſti fructus fuerant percepti, & conſumpti bona fide, vnde non veniunt reſtituendi, *l. bonæ fidei, ff. de acq. rer. domin.*

2 Secundò, dicebatur † dictæ reſtitutioni obſtare præſcriptionem triennalem ex communi, de qua *Barbat. conſ. 81. num. 13. libro 3.*

Tertiò, dicebatur ſaltem habere locum æquitatem, *l. curabit, C. de act. empt.* cum nõ ſit conueniens, quod Domini de Mutinis tanto tempore habuerint in manibus rem, & pretium, & ad hoc allegabatur in ſpecie *Deciſio Romana Cenſus, 5. Maij, 1597. coram Reuerendiſſimo Pacenſi.*

Quartò, quia in omnem euentum ſuccedebat obligatio Dominorum de Mutinis ad damna, & intereſſe, vt fuit dictum *in vna Senogallienſi prædij, 24. Octobris, 1586. coram Bubalo.*

Poſtremò, quod etiam ſi nullum ex prædictis ſuſtineretur nihilominus Domini de Nobilibus poterant retinere fructus perceptos quia ex inſtrumento Cenſus apparet quod legatum, quod deſeruiuit pro pretio Cenſus, fuit factum Dominæ Hieronymæ pro augmento ſuæ dotis & legitimæ, & conſequenter debentur fructus tam ex *Statuto Vrbis antiquo, c. 20. lib. 4.* quam ex æquitate, de qua per *Alex. conſ. 147. lib. 5.* & quia talis dos ſuccedit loco legitimæ, *Curt. ſen. conſ. 27. in fine.*

Quibus non obſtantibus Rota cenſuit Dominos de Nobilibus teneri ad reſtitutionem pecuniarum perceptarum ea ratione, quod Conſtitutio *Pij V.* annullat huiuſmodi contractus, & illos fœneratitios
3 reddit, vnde ſequitur quod † tamquam receptæ in cauſam vſuræ numquam tranſierint in dominium recipientis ex communi Theologorum, & Canoniſtarum opinione, de qua poſt multos relatos *Couar. Var. reſolut. lib. 3. cap. 3. num. 6. verſic. ſed ad. Sot. de iuſtitia, & iure, libro 6. quæſt. 1. art. 4. colum. 2. cum pluribus ſeqq.* & conſequenter † tamquam res alienæ
4 veniunt reſtituendæ, *cap. ſi res alienas, 14. quæſt. 6. cap. peccatum, de reg. iur. in ſexto*, & in ſpecie eſt tex. *in cap. Michael. in cap. cum nos. in c. tuas, de vſur. Abb. conſ. 54. num. 4. lib. 1.*

Hinc ceſſant quæ ex aduerſo dicebantur de perceptione cum bona fide, & præſcriptione, quia
5 † cum verſemur in materia vſuraria nec præſcriptio, nec allegatio bonæ fidei aliquid operatur *Alex. conſ. 121. num. 11. cum pluribus ſequentibus, libro 4. Dec. in l. petens, C. de pact. Tiraq. de Retr. ctu conuent. §. 1. Gloſ. 2. num. 33.* cum aliis per *Gabr. de Præſcript. concluſ. 4. num. 12.*

Nec applicatur quod tertio loco dicebatur de
6 æquitate, *l. curabit, de act. empt.* Quia † procedit vbi res cuius pretium eſt retentum eſt fructifera, & in his terminis loquitur *Deciſio Romana Cenſus coram Reuerendiſſimo Pacenſi.* ibi enim ſcripturæ ex quorum pretio fuit creatus Cenſus remanebant penes venditorem Cenſus, vnde fuit dictum, quod licet Cenſus non ſuſtineretur, tamen intrabat æquitas *l. curabit*, quia venditor habuerat in manibus originali notariatus fructifera, & illorum pretium, at in hoc caſu ſublato cenſu nil remanet quod poſſit parere fructus.

1 Tollitur pariter quantũ fundamentũ ex deciſione Senogallieñſi corã Bubalo, quia illa deciſio procedit

in eo, qui dedit ſuo creditori Cenſum in ſolutum promittens exigibilem, aliàs ad damna, & intereſſe: cum enim ibi creditor licitè poſſit percipere fructus meritò ſi non percepit dicitur damnificatus ex facto debitoris. Verum in hoc caſu nulli poterant de iure percipi fructus per Dominos de Nobilibus, & conſequenter non eſt quod illorum loco poſſit ſuccedere intereſſe, accedit quod ibi culpa erat ex parte debitoris; hic autem ex parte emptoris Cenſus, qui non perſoluit in pecunia numerata pretium Cenſus, vnde ſibi imputare debet, ſi aliquod damnum fuit paſſus, iuxta *l. damnum, de reg. iur. in 6.*

Ad vltimum motiuum quod pecunia eſſet dotalis, fuit dictum quod ex quo Domina Hieronyma multò ante fuit nuptui tradita, tale legatum non
7 potuit operari huiuſmodi effectum. † Quia onera matrimonij propter quæ cócceduntur fructus ex pecunia numerata non fuerũt correſpectiua ad iſtam dotem, ſed ad illam, quæ in actu matrimonij fuit promiſſa, vnde nulli prorſus deberi fructus, *Corn. conſ. 240. lib. 3. Ruin. conſ. 48. nu. 4. & 5. lib. 5.* vbi etiam reſpondet ad illud motiuum de legato loco legitimæ, quia dicit non habere locum, vbi ſtatutum excludit iam dotatam.

Ex quibus fuit concluſum ſententiam Rotalem eſſe confirmandam,

Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, Aſſiſienſis Cenſus, Lunæ 5. Maij, 1608.

SVMMARIA.

1 *Reſponſum dandum eſt iuxta thema propoſitum.*
2 *Cenſus pecunia non interueniente, eſt nullus.*
3 *Simulatio abſque cauſa ſimulandi, non præſumitur,*
4 *Simulatio facilè detegitur ex ſerie facti,*
5 *Simulatio probatur coniecturis, & veriſimilitudine.*
6 *Simulatus contractus, in dubio non præſumitur.*
7. *Simulatum contractum dicens, id probare tenetur.*

DECISIO CXX.

1 QVIA ſecundum ea, quæ proponuntur de nouo, nouum † reſponſum dare oportet, & primum non mutatur, ſed thema, vt inquit *Bal. in conſ. 417. num. 4. in fine, lib. 2, & conſ. 52, num. 2. in fine, lib. 3.* Propterea ex nouiter deductis Rota cenſuit pecuniam numeratam non interueniſſe in conſtitutione cenſus de quo agitur, & per
2 † conſequens eſſet fœneratitium, iuxta Conſtitutionem *fel. record. Pij V.* & vt euitaretur præfata con-
3 ſtitutio apparet de cauſa ſimulãdi, ſine qua † ſimulatio non præſumitur, iuxta *conſ. Bart. 65. ſub num. 4.* pluries canonizatum: attenta enim ſerie facti,
4 quæ multum facit ad detegẽdam † ſimulationem, vt inquit *Iaſ. in l. Prætor. §. ſi metum, nu. 3. ff. de eden. Dec. conſ. 544. num. 13.* conſtat dictam pecuniam numeratam non interueniſſe. Nam de anno 1580. inita fuit ſocietas de emendo animalia cum pecuniis Bartholomæi Rognonij emptoris Cenſus de quo agitur, inter ipſum Bartholomæum, Andream, & Petrumpaulum, & poſtmodum, de anno 1584. paulò poſtquã finita fuit ſocietas, Rognonus emit cenſum pretio ſcutorum mille quingentorum ſuper bonis Andreæ, cum obligatione Petripauli, qui ſoluit partim in pecunia numerata, partim in nominibus debitorum, & animalibus, quæ obuenerant finita dicta ſocietate pro ſuo capitali, & lucro, & die 5. Septembris eiuſdem anni fuit factum inſtrumentum ſecundæ ſocietatis aliàs initæ, finita prima, inter Andream, & Petrumpaulum ſuper emendo, & vendendo animalia & aſſerebant in inſtrumento iam fuiſſe expoſita ſcuta mille quingenta in pecuniis a[ni]malibus, & creditis, quæ confeſſio ſatis arguit fuiſſe expoſita illa animalia pecunias, & credita, quæ fuerant habita à Rognono pro pretio Cenſus, & poſtmodum 7. eiuſdem menſis Septembris fuit extinctus dictus Cenſus, & illinc ad ſeptem dies alius creatus cum pecunia numerata, vt conſtabat ex atteſtatione Notarij in præſentia teſtium, quæ ſatis probatur erronea attenta dicta ſerie facti, & ex quo poſtmodum vigore illius ſocietatis fuerunt exacta multa credita, quę erant in prima ſocietate, & quæ Bartholomæus dederat Andreæ, & Petropaulo pro pretio primi Cenſus, vt conſtat ex quietantiis exiſtentibus penes debitores, & ex partitis librorum huius ſecundæ ſocietatis, vnde ceſſat ambigendi locus quod cenſus fuerit extinctus ad effectum creandi nouum, cum fictione quod pecunia numerabatur ad euitãdum Con-
5 ſtitutionem *Pij Quinti*, cum aliàs † ad oſtendendum ſimulationem ſufficiant etiam indicia, & coniecturæ, & veriſimilitudo, vt dicit *Aim. conſ. 156. num. 7, & ſequentibus.*
6 Nec obſtat quod † in dubio contractus non præſumatur ſimulatus, & maximè cum in hoc caſu conſtet poſt emptionem ſecundi Cenſus animalia fuiſſe empta: quia hoc eſt verum ad effectum quod
7 † allegans ſimulationem illam teneatur probare, prout videtur probata ex prædictis,

Quæ probatio non eliditur ex dicta emptione animalium, quæ potuerunt emi ex pecunia numerata data in cenſu, & ex pecuniis, quæ redigebantur ex animalibus, quæ dietim vendebantur, vt conſtat ex partitis librorum huius ſecundæ ſocietatis.

Et ſic concluſum pro ſimulatione,

Illuſtriſſimo Cardinale Blanchetto, Peruſina, ſeu Eugubina Cenſus, Mercurij 27. Martij, 1596.

SVMMARIA.

1 *Depoſitum factum de conſenſu alicuius abſque illius conſenſu, leuari non poteſt.*

DECISIO CXXI.

DOMINI dixerunt, vt videatur inſtrumentum depoſiti, quia ab eo pendet validi-
1 tas, vel nullitas Cenſus: ſi enim † Federicus, & Vincentius conſenſerunt depoſito ſine eorum

rum conſenſu non potuit remoueri, & transferri in contractum cenſus, ſi verò ipſis abſentibus fuit factum dictum depoſitum, vel ipſi conſenſerũt tranſlationi, hoc caſu Domini inclinabant contra informantem, cum pacta potius videantur vitiari, quam totum vitiare contractum.

R. P. D. Penia, Senogallienſis Cenſus, 26. Aprilis, 1597.

SVMMARIA.

1 *Contractus plures eodem die coram eiſdem Notario, & teſtibus celebrati, ſunt correſpectiui.*
2 *Cenſus celebratus ex pretio bonorum mox prius venditarum, cenſetur vſurarius.*
3 *Maximè ſi Cenſus ſit venditus pro eodem pretio.*

DECISIO CXXII.

AD dubium quod propoſueram. An inſtrumentum Cenſus celebratum ſub die 19. Septembris, 1571. ſubiaceret vitio vſurariæ prauitatis, Domini affirmatiuè reſponderũt: nam licet ex inſtrumento conſtare videatur interueniſſe pretium in pecunia numerata, vt ſatisfieret Conſtitutioni *Pij V.* ſuper creatione Cenſum, nihilominus ex aliquibus coniecturis videbatur eſſe ſimulata numeratio.

1 Apparebat enim † eodem die coram eiſdem Notario, & teſtibus fuiſſe prius celebratum alium venditionis contractum quorumdam bonorum, & mercium inter Orſattum, & Aurelium, & eodem deinde contextu creatum cenſum de quo agitur, vnde cenſebantur vnus ineſſe alteri, *l. lecta, ff. ſi certum*
2 *petatur*, & arguit † ſimulationem in fraudem vſurarum, *Pariſ. conſ. 86. nu. 34. lib. 3. Natta. conſ. 198. numero 11. Aim. conſilio 156. num. 11. Hyppolit. Rimin. conſ. 233. num. 35.*

Numerationem verò pretij in pecunia numerata re vera non interueniſſe, hæc potiſſimum ſuadebant. Primum, quia Orſattus vendidit Aurelio vnum creditum ſcutorum centum ſexaginta quinque, cuius ratione ſicut nõ intelligitur interueniſſe numerata pecunia, ita nec aliæ res, quæ in emptione comprehenduntur. *Dec. in l. 2. C. de non numerata pecunia, Bart. in l. vir abſens, ff. de iure dot. Bal. in l. cum*
3 *allegas, num. 11. C. de vſur.* tum præterea † quoniam eadem ſumma ſcutorum duorum millium qua fuerunt vendita dicta bona fuit celebratus contractus Cenſus, quod valdè ſuſpectum viſum fuit Dominis, vt iudicarent pro ſimulatione contractus pronunciantes Cenſum creatum contra formam præſcriptam in Conſtitutione *Pij Quinti*, & ideo fuiſſe vſurarium; præſertim cum ſoliti ſint fœnerari, & varias nectere fraudes in hoc contractu ad occultandam vſuram, *Nauar. de vſur. num. 88.*

Illuſtriſſimo Cardinale Pamphilio, Bononienſis Cenſus, Lunæ 28. Aprilis, 1600.

SVMMARIA.

1 *Numeratio quod ſit facta in præſentia teſtium, & Notarij, illius aſſertione probatur.*
2 *Pecuniæ dominium acquiritur ex titulo habili ad illud transferendum, licet illa momento maneat penes accipientem.*
3 *Solutio eadem non poteſt parere duos effectus diuerſos.*
4 *Solutio momentanea transfert dominium pecuniarum in accipientem, quando illi affert commodum, & vtilitatem.*
5 *Limitatur, ſi præceſſit conuentio de ſoluendo ſtatim. Quæ in dubio non præſumitur, num. 8.*
6 *Simulatio non præſumitur ex liberali ſolutione.*
7 *Sponte, hæc dictio, denotat meram, & liberam voluntatem.*
9 *Autem, hæc particula, aduerſatiua intelligitur retentis eiſdem terminis.*
10 *Autem, hæc particula, reſoluitur aliquando in disiunctiuam.*
11 *Correſpectiuitas ad præſumendum delictum non inducitur ex vicinitate actuum, quando quilibet habet ſuam cauſam.*
12 *L. eòs, C. de vſur. Intellectus.*
13 *Vſuræ ſuſpicio ceſſat vbi nullum, aut modicum ſubeſt commodum.*

DECISIO CXXIII.

IN venditione Cenſus de quo agitur Locatellus venditor in eodem inſtrumento anticipatè ſoluerat libras ſeptingẽtas pro fructibus anni. vnde orta fuit controuerſia ſuper validitate Cenſus, quaſi iſta anticipata fructuũ ſolutio, quæ fieri non debebat, videatur tantum diminuiſſe de integra ſorte pretij cenſus, quod integraliter numerari debebat iuxta formam Cõſtitutionis *Pij V.* Et fuit per Dominos reſolutum pretium fuiſſe integrè perſolutum, & Cenſum ex hoc capite non poſſe impugnari.

1 De ſolutione enim † pretij integra & abſque diminutione conſtat ex aſſertione Notarij, qui teſtatur in ſua, & teſtium præſentia pretium fuiſſe numeratum, *Bart. in l. ſingularia, num. 22. Alex. num. 33. Iaſ. num. 48. Dec. 33. & alij, ff. ſi cert. pet. idem Bart. l. ſi ex cautione, num. 1. & 8. C. de non num. pecun. Ang. in l. 1. & Imo. num. 2. ff. de acq. poſſeſſ. Alex. conſ. 179. num. 6. lib. 2.* Et iſta numeratio pretij fuit effectum ſuum
2 conſequuta, † quia fuit tranſlatum dominium illarum ſeptingentarum librarum mox emptori Cenſus ſolutarum, licet momento temporis penes venditorem fuerint, *l. qui id, §. & lege, ff. de donat. l. ſi tibi pecuniam. & ibi not. Bal. in princ. Iaſ. num. 10. Dec. num. 7. ff. ſi cert. pet. l. ſeruus communis, vbi Bal. num. 2. ff. ſoluto matrimonio.*

Neque obſtat quod ex mera voluntate venditoris in eodem inſtrumento ſtatim fuerit facta reſtitutio, ſeu ſolutio ſeptingentarum librarũ pro fructibus anticipatis vnius anni, quæ fieri non debebat,

Digitized by Google

& ſic tantum videatur decedere de integra ſorte,
3 iuxta *l. qui ſic ſoluit, ff. de ſolut.* Quia † iſta ſolutio,
quæ fuit facta pro fructibus non poteſt parere duos
effectus, nempe ſatisfactionem fructuũ, & diminu-
tionem ſortis principalis, *l. qui hominem, §. fin. ff. de*
ſolut. Gloſ. vlt. in l. in numerationibus. & ibi Bart. ff. eod.
tit. Maximè quia iſta ſolutio non parit puram reſo-
lutionẽ traditionis, ſed fuit facta ex cauſa fructuũ,
quæ parat commodum, & vtilitatem reſtituenti,
4 † quo caſu momentanea ſolutio dominium acqui-
rit illi, qui ſtatim reddit, *Bart. in l. qui ſic ſoluit, verſ.*
ſecundò caſu, aut ille qui ſtatim. & ibi etiam *Caſtr. Bal.*
in d. l. ſi tibi pecuniam, ſub num. 1. verſ. oppono, & vide-
tur quod dominium, & ibi Alex. num. 5. Dec. in fine, ff. ſi
cert. pet. Iaſ. in l. frater à fratre, num. 7. ff. de cond. indeb.
Imol. in l. ſi quis duos, in fine, ff. de ſolut. Gerar. de Petra
Sancta, ſingul. 26. nu. 1. Cagnol. in d. l. frater à fratre, nu.
87. *Modern. de moment. temp. c. 33. n. 4.* In hoc autem
caſu hæc anticipata ſolutio ſeptingentarum libra-
rum ſatis operatur, & vtilitatem affert ex quo reſti-
tuenti parit liberationem ab obligatione fructuum
illius anni in quo intereſſe, & vtilitas ipſius verſatur.
5 Et tantò magis cum † nulla præceſſerit conuentio
de reſtituendo ſtatim illas ſeptingentas libras, qua
ceſſante non impeditur dominij tranſlatio in ven-
ditorem, & ceſſat diſpoſitio *d. l. qui ſic ſoluit*, vt ibi
tradit *Bart. in fine*, vbi etiam *Ang. & Pan. de Caſtro,*
Gl. vlt. in fine, in l. ſi quis duos, ff. de ſolut. Bal. in d. l. ſi ti-
bi pecuniam. ſub num. 2. verſ. oppono, de l. ſi quis duos. &
ibi Fulgoſ. in fine, Iaſ. in d. l. frater à fratre, num. 6. Bart.
in d. l. ſingularia, num. 24. & Bolognett. num. 113. Mo-
dern. de moment. tempor. c. 31. num. 5. Vt enim, inquit
6 *Bal., in d. l. ſi quis duos, in fine,* † liberalis traditio ſimu-
lationem non præſumit. hæc autem conuentio non
probatur, immo conſtat de contrario ſtante clauſu-
7 la ſponte, &c. † quod verbum importat moram trã-
dentis volũtatem, *Alber. in Dictionario in verbo, ſpon-*
8 *te*, & talis † conuentio in dubio non præſumitur,
Bart. in l. ſi quis duos, num. 1. Caſtr. in fine, Imol. in verſ.
in ea. in fine, Ang. in d. l. ſi tibi pecuniam, in fine, ff. ſi cert.
pet. quidquid dixerit, in *d. l. ſi quis duos, nu. 1.* vbi re-
probatur à *Caſtr. & Imol.* & latè *Bolognett. d. l. ſingu-*
laria, num. 113. Modern. in d. tract. de moment. tempor,
cap. 33. num. 5.

Nec huiuſmodi conuentio poteſt colligi ex eo
quod facta anticipata fructuum ſolutione vnius an-
ni in futurũ promittatur ſolutio in fine ſemeſtrium,
9 maximè ſtante dictione aduerſatiua, Autem, † quæ
intelligitur retentis eiſdem terminis, quia iſta pro-
miſſio, quæ reſpicit ſolutiones futuras non implicat
conuentionem quo ad ſolutionem ex libera volun-
tate in eodem inſtrumẽto anticipatè factam. & di-
ctio, Autem, aduerſatur ſolutioni anticipatæ non
vti factæ ex pacto, ſed vti ſpontaneæ. Vltra quod il-
10 la dictio † poteſt reſolui in coniunctiuam. iuxta *l. 2.*
§. hoc autem. verſ. litem autem, C. de iureiur. propt. ca-
lumn. vt ſcilicet facta ſpontanea ſolutione vnius an-
ni promittatur ſolutio aliorum terminorum in fine
ſemeſtrium.

Neque obſtat quod ex præſumpta correſpectiui-
tate actuum videatur inter partes actum, vt fieret
ſolutio anticipata fructuum primi anni, quæ pre-
tium diminueret: quia cum de pacto non appareat
11 † illud non eſt præſumendum ad infringendũ con-
tractum, maximè cum iſta anticipata ſolutio ſit fa-
cta pro fructibus, & ſic habeat ſuam cauſam ſepa-
ratam, quo caſu ex vicinitate actus numquam cau-
ſatur correſpectiuitas ad inducendum delictum,
Put. deciſ. 171. & 490. lib. 2. & in materia vſuræ, *Abb.*
conſ. 15. ſub num. 2. verſ. nec per hoc dicatur, lib. 2.

Et ex his colligitur etiam reſponſio ad *l. eos. vbi*
12 *Caſtr. C. de vſur.* † quæ debet intelligi quando frau-
dolenter aliquid reſtituitur abſque eo quod apud
reſtituentem aliquid commodi, & vtilitatis rema-
neat, iuxta diſtinctionem *Doctor. in d. l. qui ſic ſoluit.*
& ita illum tex. intelligunt *Cin. Bar. Bal. & alij*, dum
conſiderant fraudem & machinationem. Præſertim
quia in hoc caſu ceſſat omnis ſuſpicio vſuræ nedum
13 ratione qualitatis perſonæ, ſed etiam ratione † nul-
lius, aut certè modici commodi quod capere potuit
emptor ex tali anticipata ſolutione, ad not. per *Ti-*
raq. de retractu conuent. in Præfat. num. 5. Couar. lib. 3.
Var. reſolut. cap. 8. ſub num. 3.

Et ita fuit concluſum quantum ad integram pre-
tij ſolutionem.

An autem iſte contractus poſſit impugnari ex ſo-
lutionibus fructuum anticipatis vti prohibitis per
Bullam fel. recor. Pij V. alterius eſt inſpectionis.

R. P. D. Corduba, Romana nullitatis Cenſus, Lunæ 5. Maij, 1597.

SVMMARIA.

1 *Reſcriptum Principis refertur ad omnia narrata in ſup-*
plicatione.
2 *Clauſula, Dummodo licita, & honeſta. appoſita in con-*
firmatione, non comprehendit expreſſa.
3 *Confirmatio dicitur facta ex certa ſcientia, quando te-*
nor rei confirmatæ exprimitur in ſupplicatione.
4 *Correſpectiua dicuntur pacta poſita in eodem inſtru-*
mento, licet habeant cauſam ſeparatam.
5 *Venditor conſequitur fructus rei venditæ pro rata pretij*
non ſoluti,
Etiam interueniente mora irregulari dumtaxat, nu. 8.
6 *Scripturæ officij notariatus Vrbis ſolent locari, & ſunt*
in commercio.
7 *Taxatio intereſſe ad rationem fructuum certorum, eſt*
licita.
9 *Pactum de redimendo cenſum intra certum tempus, eſt*
contra ſubſtantiam cenſus.
10 *Papa poteſt diſpenſare ſuper vſura.*
11 *Papa poteſt derogare iuri poſitiuo.*
12 *Conſuetudo ſuſtinet contractum Cenſus, etiam ſi aliquid*
interueniat contra illius ſubſtantiam.

DECISIO CXXIV.

ANDREAS Cicerrus de mẽſe Februa-
rij, 1583, vendidit Ioanni Leſaue of-
ficiũ Notariatus pro pretio ſcutorum
quattuor mille, & Ioannes emptor
pro ſatisfactione putam dicti pretij
conſtituit cenſum octuaginta ſcuto-
rum, cum pacto quod Ioannes teneretur Cẽſum re-
dimere poſt ſex annos, ſuper ſcripturis dicti officij
venditi pro ducatis mille. In quo contractu fuit re-
ſeruatum

ſeruatum beneplacitum Sedis Apoſtolicæ, & non
aliter, nec alio modo, qui contractus fuit poſtea de
verbo ad verbum inſertus in ſupplicatione, & con-
firmatus per ſedem Apoſtolicam, ſed cum per hære-
dem q. Ioannis prætenderetur dictum pactum fuiſ-
ſe illicitum, & vſurarium, & illud non comprehendi
ſub dicta confirmatione Apoſtolica, Re per Domi-
nos ſæpè diſcuſſa, primum *coram Illuſtriſſimo, & Re-
uerendiſſimo Domino meo Cardinale Blanchetto, tūc Ro-
tæ Auditore*, deinde *coram me tandem, 5. Maij, 1597.*
fuit reſolutum intrare dictam confirmationem Pa-
pę, & dictum pactū fuiſſe ſub illa comprehenſum ex
pluribus. Primò, quia id apparet ex lectura confir-
mationis, in qua dicitur quod partes deuenerūt ad
ſuprascriptos tractatus, & concordias, & conuen-
tiones, & pacta ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ,
& cupiunt, & ſupplicant illa omnia contenta in in-
ſtrumento confirmari. ac Papa ſimpliciter confir-
1 mat, quo fit, vt † cenſeatur etiam cōfirmare pactum
conſtitutionis Cenſus eo modo quo fuerat factum,
cum ſit inſertum in eodem inſtrumento, *c. olim*, ...
*Rota deciſ. 1. in antiq. & deciſ. 9. in nou. Felin. in c. ſuper
litteris, num. 10. in princ. extra, de reſeruat.*
2 Non obſtat clauſula appoſita. † Dummodo lici-
ta, & honeſta, &c. quia ſtante inſertione totius in-
ſtrumenti, & quod petebatur etiam confirmario
aliorum pactorum, de quibus in cedula illa clauſu-
la intelligitur quo ad pacta contenta in dicta cedu-
la, non inſerta, vt fuit dictum *in Legionenſi iuriſdi-
ctionis, 11. Maij, 1580. coram R. P. D. meo Decano*, quia
cum non eſſet narratus, nec inſertus tenor conten-
torum in illa cedula quorum confirmatio peteba-
tur, Papa noluit confirmare, nec ſequuta ex eis, niſi
cū illa clauſula, quatenus licita & honeſta, &c. cum
ignoraret, quæ & qualia forent; quæ ratio nō ada-
ptatur ad pactum de quo quæritur, cum illius tenor
3 eſſet inſertus in inſtrumēto, & Papa viderit, † quod
facit, vt confirmatio dicatur ex certa ſcientia, *c. pen.
de confirm. vtili, vel inut. & ibi* poſt *Abb. Dec. num. 1.
Rom. conſ. 327. num. 7. Ferrett. conſ. 38. nu. 6. Ruin. conſ.
227. num. 5. lib. 4.* & tenuit *Rota coram R. P. D. meo
Pamphilio, 26. Nouembris, 1594 in vna Veronenſi em-
phyteuſis.*
Secundò, moti fuerunt Domini, quia præſtat in-
ſtam cauſam confirmationis maxima æquitas: cum
4 † enim venditio, & conſtitutio Cenſus ſint poſita in
eodem inſtrumento taliter quod vendens nō fuiſſet
venditurus ſi Cenſus non fuiſſet conſtitutus, ſufficit
ad effectum quod actus dicātur correſpectiui etiam
quod habeant cauſam ſeparatam, *l. cum eiſdem, §.
interdum, ff. de ædilit. edicto. Bart. in l. Aurelius, §. idem
quæſijt, num. 3. ff. de liberat. legat. Dec. conſ. 245. num. 5.
& conſ. 421. col. 1. & in l. petens, 2. not. C. de pact. Tiraq.
de Retractu Lignag. §. 22. Gloſ. 1. num. 2. Corn. conſ. 36.
& 117. vtroque, num. 14. lib. 2. & conſ. 57. num. 17. &
319. num. 10. lib. 3. Soc. conſ. 273. num. 4. lib. 2. Felin. in
c. paſtoralis, num. 7. de Reſcr. Creſcent. deciſ. 78. Mohed.
deciſ. 124. Peregr. deciſ. 87. Put. 214. lib. 3. & deciſ. 3. de
Simon.* & fuit dictum *coram R. P. D. meo Decano, 28.
Aprilis, 1578. in vna Romana donationis. Rota diuerſ.
deciſ. 446. num. 3. p. 3. coram Sanctiſſimo*. Stante ergo
correſpectiuitate cum Andreas officium vendide-
rit, & ſcripturas tradiderit, ac cōſignauerit, & Ioan-
nes pretium non ſoluerit, omnis æquitas clamat,
5 † quod pro rata pretij fructus rei emptæ ſoluat pro-
pter fructus quos percipere potuiſſet venditor ex re
ſua, *l. curabit, C. de act. rei empt. Couar. Var. reſolut. lib.
3. c. 4. nu. 5. verſ. tertio, & octauo. Nauar. conſ. 21. ſub tit.
de vſur. lib. 5. Afflict. deciſ. 20. num. 4. Gabr. de empt. &
6 vendit. concluſ. 4.* Maximè † cum ſcripturæ iſtæ ſoleāt
locari pro annua penſione octo pro centenario, &
in Vrbe iniri ſocietates ſuper illis, vt fuit conſidera-
tum *coram R. P. D. meo Decano, in vna Romana ſocieta-
tis, 6. Nouembris*, 1590. qui quidem fructus corre-
ſpondent fructibus taxatis inter dictas partes; &
7 ideo † cenſetur per huiuſmodi Conſtitutionem ad
ſex annos potius data dilatio ad ſoluendū pretium
cum taxatione intereſſe proportionabilis ad dictas
ſcripturas ad *Pau. de Caſtr. in l. 3. num. 3. ff. de eo quod
certo loco, Menoch. de arbitr. caſu 119. lib. 2. Modern. de
probat. concluſ. 934. nu. 17. Mohed. deciſ. 1. & 3. de vſur.
Rota diuerſ. deciſ. 67. num. 4. parte 1.*
Neque obſtabat quod in caſu de quo agebatur
nulla poterat mora conſiderari ex quo breui manu
pretium cēſebatur ſolutum Andreæ, & deinde An-
dreas ſatisfactus de illo cenſum impoſuiſſe, quia vl-
8 tra quod † ad hoc vt intret diſpoſitio huius æquita-
tis ſufficit mora irregularis, vt notant Couar. & alij
ſupra, præfata non poſſunt adaptari caſui noſtro,
quia verba contractus cantant, quod mille ducati
debeant permanere ad annuum cenſum ſuper ſcri-
pturis, & ſic apparet quod pretium nō fuit ſolutum,
& fictio ſolutionis breuis manus non debet operari
conditionem deteriorem cōtra dictam æquitatem.
Quod tantò magis locum habere videbatur Domi-
nis, quia in hoc caſu hæredes Ioannis agunt de ma-
ximo lucro, quod conſequerentur computando in
ſortem principalem omnes fructus iam ſolutos, & è
conuerſo Andreas tractat de maximo damno vi-
tando cum vltra æſtimationem ſortis principalis
teneretur ad reſtitutionem fructuum in notabili
quantitate.
9 Nec obſtat † quod pactum appoſitum de redi-
mendo Cenſum intra ſex annos ſit contra ſubſtan-
tiam cenſus, cum in illo interuenerit lucrum cum lu-
cro, *Nauar. de vſur. num. 122.* rationem aſſignat *Pe-
tr. de Aragona, de Iuſtit. & iure, q. 78. art. 4 col. fin.* &
quòd non ſit veriſimile Papam qui nō ſolet diſpen-
ſare ſuper vſuris voluiſſe illud confirmare: quia ex
10 deductis apparet reſponſio quod voluerit, † & quod
potuerit, dubitari non poteſt: quia quamuis vſura
ſit contra ius Diuinum, tamen quod pactum de re-
dimendo intra certum tempus ſit contra ſubſtan-
tiam cēſus, & illud vitiet fuit introductum iure po-
ſitiuo in *Extrauag. Martini V. & Calixti III.* Qui
11 tam † Papam derogare potuiſſe certi iuris eſt.
Immo dixerunt Domini *in illa Vrbeuetana cenſus,*
12 *Lunæ, 6. Iunij, 1594. coram R. P. D. meo Gypſio*, † quod
Cenſus formati ante *Bullam Pij V.* cum pacto redi-
mendi, quando imponens voluerit, ſuſtineātur pro-
pter longiſſimam conſuetudinem faciendi ſimiles
impoſitiones; dummodo huiuſmodi conſuetudo ſit
recepta à maiori parte populi credentis non face-
re contractum vſurarium ad Doctr. *Bart. in l. quis ſit
fugitiuus. § apud Labeonem, num. 1. ff. de ædilit. edicto,*
quem ſequuntur *Alex. conſ. 39. num. 2. lib. 3. Tiraq. de
Pœn. temper. cauſa 42. num. 8. Grat. conſ. 39. num. 4. lib. 2.
Gabr. de Crimin. concluſ. 8. num. 32. Couar. de ſponſal. par-*
te

te 2.cap.7.§.9. num.5. Salazar.de vſur. & conſuetud.c. 2.num.1. Nauar.in c.1.§.tanto,num.3. de Pœnitent.diſtinctione 5.

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Romana Cenſus, Lunæ 23. Februarij, 1604.

SVMMARIA.

1 *Cenſus emi poteſt cum aliena pecunia.*
2 *Acquirere quis ſibi poteſt cum aliena pecunia.*
3 *Emere quis pro alio poteſt ex propria ementiſmet pecunia.*
4 *Numeratio probatur ex ipſius Notarij aſſertione.*
5 *Cenſus emptus pro perſona nominanda facta nominatione, illi non ementi acquiritur.*
6 *Inſtrumenti vis ſolum extenditur ad eos, qui illius confectioni interuenerunt.*
7 *Confeſſio cedentis facta poſt ceſſionem, non præiudicat ceſſionario.*
8 *Confeſſio venditoris facta poſt venditionem, non nocet emptori.*
9 *Cenſus emptus pro perſona nominanda facta nominatione ſolum pro parte, pro alia parte acquiritur ipſi ementi.*
10 *Coniecturis non eſt opus in claris.*
11 *Inſtrumentum facit rem claram, & manifeſtam.*
12 *Probatio præſumptiua contra inſtrumentum, non admittitur.*
13 *Sed requiruntur plenæ, & concludentes probationes.*
14 *Cenſus ſi ematur pro perſonis nominandis, tot cenſentur Cenſus, & emptiones, quot ſunt perſonæ nominatæ.*
15 *Contractus Cenſus eſt diuiduus ratione rei, ſi concurrat voluntas contrahentium.*
16 *Diuiduus contractus dicitur ex voluntate contrahentium, quando tantam vtilitatem affert pars reſpectu partis, quantam totus reſpectu totius.*
17 *Et multo magis quando tantam vtilitatem affert pars, quantam totum.*
18 *Fideiuſſoria obligatio eſt diuiſibilis, & ſemper tenet pro ea parte in qua eſt valida obligatio principalis.*
19 *Fideiuſſoris magis intereſt obligationem pro parte tantum valere, quam pro toto.*
20 *Simulationis præſumptio excluditur vbi conſtat de veritate actus.*
21 *Simulatio non præſumitur in publico inſtrumento.*
22 *Simulationis cauſam probare debet is, qui illam allegat.*
23 *Nouatio fieri non poteſt abſque conſenſu, & facto eorum, de quorum intereſſe agitur.*

DECISIO CXXV.

FABIVS, & Virginius Vrſini die vltima Iunij, 1591. locarunt Philippo Rauennæ tenutas quas habebant in agro Numentano pro pretio affictus, & pactis prout in inſtrumento deſuper celebrato, & inter alia quod deberent capi ad Cenſum ſcuta trigintaduo millia, ex quorũ decem & octo millibus redimeretur tenuta turris Lupani, & aliis quattuordecim millibus extinguerentur tot debita locatorum. Die 13. Februarij eiuſdem anni locatores impoſuerant ſuper nonnullis bonis in territorio Nomenti annuum Cenſum ſcutorum duorum millium ducentorum quadraginta, quem vendiderant pro pretio ſcutorum triginta duorum millium Rauennæ conductori ementi pro perſona, ſeu perſonis per ipſum in pede inſtrumenti nominandis, & de eorum pecuniis. huic impoſitioni Cenſus acceſſit Illuſtriſſimus Dominus Lotharius de Comitibus, & alij procuratores, die 18. Aprilis eiuſdem anni Rauenna in calce inſtrumenti ſcutorum ſeptingentorum empti ex pretio ſcutorum decem millium nominauit Dominum Hieronymum ab Eccleſia, cum declaratione, quod prædictus Rauenna emerat dictum Cenſum ex propriis dicti Domini Hieronymi pecuniis. De menſe Decembris, & de eodem anno pro ſcutis quingentis ſexaginta annuis ex pretio ſcutorum octo millium nominauit Dominum Iacobum Matenum à quo confeſſus fuit ſe reimburſatum de dictis ſcutis octo millibus. Egerunt Dominus Hieronymus ab Eccleſia, & D. Iſabella Priorata relicta Iacobi Mateni pro cenſibus decurſis, & non ſolutis coram A.C. contra Dominum Lotharium, & confideiuſſores, & obtinuerunt relaxari mandatum executiuum in vim obligationis cameralis, à quo cum fuiſſet appellatum, & cauſa in Rota mihi commiſſa cum clauſula, ſi quid exequendum. Dubitaui an mandatum ſit exequendum.

Et licet ad euadendam executionem dicti mandati plura opponerentur tam reſpectu validitatis, quam reſpectu iuſtitiæ dicti mandati, illis tamen non obſtantibus, Domini reſoluerunt mandatum eſſe exequendum.

Nullitates enim obiectæ ex facto tolluntur, nam defectus mandati ceſſat ex fide, quæ datur. Iuramentum calumniæ pro parte Dominæ Hieronymæ fuit præſtitum inſtante alio fideiuſſore cuius præſtatio ſufficere debet reſpectu Domini Lotharij etiam præſertim cum ab ipſo, vel perſona ab eo mandatum habente non fuerit oppoſitum, & petitum iurari.

Non obſtant latius adducta ad oſtendendam iniuſtitiam mandati, & Primò, dum dicitur quod verè non fuerunt numeratæ pecuniæ perſonarum nominãdarum, vtpotè quod poſtea ad manus Rauennæ peruenerunt, & quando vera numeratio pecuniæ non interuenit, Cenſus eſt nullus ex diſpoſitione Bullæ *Pij V.* Hæc obiectio viſa eſt ſatis leuis,
quia verè pecunia fuerat numerata venditoribus,
1 quod ſatisfacit Bullæ, † quæ non curat cuius ſit
2 pecunia numerata, & ſicut de iure poteſt † quis
emere & ſibi acquirere ex pecunia aliena, *l.1.§.&*
multum, & l.fin. C.ſi quis alteri vel ſibi, Bar. in l.& ſi
inſtrumentum, C.de fide inſtrum. & iur. haſt. fiſcal. lib.
3 10. *Bal.conſ.67. num.1. lib.5.* Ita etiam † poteſt quis
ex pecunia propria pro alio emere, *l.mancipia, vbi*
Bal. & alij, C.ſi quis alteri vel ſibi.

Ad illud quod dicitur non fuiſſe integrum pretium ſolutum, ſed tantum decem, & octo millia, & propterea non ſolum reſpectu quattuordecim millium non ſolutorum Cenſum non ſubſiſtere, ſed etiam quo ad reſiduum ſcutorum decem & octo millium euanuiſſe propter indiuiduitatem formæ, quæ in integralitate ſolutionis pretij conſiſtit, vt in

Bulla

Bulla Pij V. fuit dupliciter reſponſum. Primò, non
probari non numerationem integri pretij, immo
4 † cōſtare de contrario ex inſtrumento in quo Nota-
rius atteſtatur de numeratione facta coram ipſo &
teſtibus, *Bar. in l. ſingularia, num. 22. ff. ſi cert. pet.* cum
aliis deductis *in Bonomenſi Cenſus, 24. Aprilis, 1604.
coram R. P. D. meo Decano.* nec facit declaratio facta
inter Vrſinos, & Rauennam, 24. Decembris, quia
5 cum † iam per nominationem fuiſſet tranſlatum
dominium Cenſus in nominatos, *Anch. conſ. 127.
col. 1. & 2. Alex. conſ. 232. num. 3. in fine, & num. ſeq.
6 lib. 6. Surd. deciſ. 226. num. 1.* confeſſio † illa, & illud
inſtrumentum ſolum afficit Vrſinos, & Rauennam,
qui inſtrumento interfuerunt, non autem nomina-
tos, *Bal. in Rubr. C. de fide inſtr. num. 6. Iaſ. in l. cum
aliquis, num. 4. C. de iure deliber. Ruin. conſ. 115. nu. 5.
7 lib. 5.* & confeſſio † cedentis poſt ceſſionem non præ-
iudicat ceſſionario, *Bar. Caſtr. & alij, in l. facta, §. ſi
hæredes, ff. ad Trebell. Alex. conſ. 46. num. 4, libro 5.
8 Paul. de Caſtro, conſ. 134. nu. 2. lib. 5.* ſicut etiam † con-
feſſio venditoris poſt venditionem non nocet em-
ptori, *Cum. conſ. 155. num. 4. verſ. ad id autem,*

Partitæ librorum Rauennæ videntur facere in
contrarium, quia ibi reperitur deſcripta partita tri-
ginta duorum millium ſcutorum pro Philippo in
cuius conſpectu adnotantur Cenſus decem millium
pro Domino Hieronymo, & aliorum octo millium
pro Domino Mareno. Etſi nihil aliud adnotatum
reperitur poteſt eſſe ex eo, quia nulla alia perſona
9 fuit nominata, & propterea † Cenſus ſuſtinebatur
pro parte non nominata in perſona ipſius Rauen-
næ, ſeu hæredum ad tradita per *Bal. in l. 1. in fine, ff.
de pact. Alex. d. conſ. 231. nu. 3. & 4. Dec. conſ. 543. nu. 4.*

Non obſtant plures coniecturæ adductæ pro non
integrali numeratione, quia vltra quod ſingillatim
10 reſpondetur per informantes † in claris non eſt lo-
cus coniecturis, *l. continuus, ff. de verb. oblig.* & ſumus
11 in claris. propter inſtrumentum, † quod facit rem
certam, & manifeſtam, *Bar. in l. 1. in princ. num. 8.
ff. de non oper. nunc. Dec. conſ. 36. ſub num. 2. Ruin. conſ.
128. num. 1. lib. 4. Pariſ. conſ. 104. num. 64. & ſeq. lib. 1.*
12 Et † probatio præſumptiua contra inſtrumentum
non admittitur *Dec.* qui alios allegat *conſ. 36. ſub
num. 4. verſ. nec obſtat quod idem præſumatur,* ſed re-
13 quiruntur † plenæ, apertiſſimæ, & cōcludentes pro-
bationes, *Bero. conſ. 147. ſub num. 34. lib. 2.* Quando
etiam non fuiſſent numerata ſcuta quattuordecim
millia, non propterea pro reſiduo corrueret Cenſus,
quia contractus fuit celebratus, & Cenſus emptus
nomine plurium nominandorum ex propriis ipſo-
rum nominandorum pecuniis, & propterea facta
nominatione vnuſquiſque ſuā portionem eſt conſe-
14 quutus pro rata pretij ſoluti, vt † videatur à princi-
pio diuiſus, & actum vt tantum quiſque acquireret
quantum portio ſuæ pecuniæ caperet, & ſic tot vi-
dentur Cenſus, quot perſonæ. quòd etiam proba-
tur ex *Bertran. conſ. 41. lib. 3. in antiq.* quem ſequuntur
*Tiraq. de retract. Connent. §. 1. Gloſ. 6. num. 45. Foller.
de Cenſib. in verbo, inſtrumentum gratia, num. 45.* ar-
guendo à retrouenditione Cenſus ad venditionem.
15 Et iſte † contractus eſt indiuiduus non ſolum ratio-
ne rei, ſed etiam ratione voluntatis: nam ſi quæri-
mus de voluntate Vrſinorum, & Rauennæ ea ſatis
fuit declarata in inſtrumento ſub die 24. Decem-
bris, 1591. ſi etiam quærimus de voluntate Hiero-
nymi, & Iacobi non eſt pariter dubitandum, cum
ipſi tantum habeant ſi Cenſus ſit conſtitutus pro
ſcutis octo millibus, quantum ſi eſſet cōſtitutus pro
16 ſcutis trigintaduobus millibus, & † dicitur contra-
ctus diuiduus reſpectu volūtatis cōtrahentis, quan-
do tantam vtilitatem recipit ex parte reſpectu par-
tis quantam in toto reſpectu totius, *Bart. in l. ſi qui
vſumfructum, num. 4. ad fin. verſ. præterea, ff. de vſufr.
legat. Bar. conſ. 32. ante num. 3. lib. 2. Aret. conſ. 129. in
princ. verſ. & eſt ratio. Alex. conſ. 147. ſub num. 2. verſ.
& hoc etiam eſſet indiuiduū, lib. 7.* multò magis quan-
17 do † omiſſa proportione integraliter, & æqualiter
tantam affert vtilitatem pars quātam totum vt hic.
18 De perſona fideiuſſorum non eſt agēdum, † quia
fideiuſſoria obligatio eſt diuidua, & tenet ſemper in
ea parte in qua valida eſt obligatio principalis, *Io.
Fab. in §. fideiuſſores, num. 1. Inſtit. de fideiuſſ.* Et fide-
19 iuſſoris magis intereſt † obligationem pro parte
tantum valere, quam in toto.

Intereſſe etiam quod prætendit Dominus Lotha-
rius eſt extra inſtrumentum Cenſus, & nihil habet
agere cum emptoribus Cenſus; & ipſius etiam, qua-
tenus fideiuſſor eſt, intereſt eſſe minus obligatum,
quam fieri poteſt.

Et propterea ceſſant quæ dicuntur de ceſſatione
cauſæ pro qua acceſſit, quia acceſſio eſt pura, & ſim-
plex, & non correſpectiua ad aliquam cauſam, &
emptores Cenſus non aliter illum in fideiuſſorem
recepiſſent.

20 Non obſtant quæ de ſimulatione dicūtur, † quia
vbi conſtat de veritate actus excluditur præſumptio
ſimulationis, *Bal. in l. & quam, ad fin. C. de diſtract.
21 pign.* & † in publico inſtrumento non præſumitur,
*Bal. in c. illud, circa fin. de Præſumpt. Iaſ. in l. ſi poſt diui-
ſionem, num. 2. in fine, C. de iure. & fact. ignor.* & non
22 probatur prout debet † cauſa ſimulationis, *Bal. in l.
poſt contractum, ff. de donat. & conſ. 65. vol. 2. verſ. ſe-
cundo eſt videndum, Anch. conſ. 227. in 2. dub. Paul. de
Caſtro, conſ. 113. poſt nu. 2. lib. 2. Dec. conſ. 26. ſub nu. 6.
verſ. ſecundo reſpondetur,*

Ceſſat etiam quod dicitur de nouatione, quia
quidquid ſit circa pacta conuenta in contractu lo-
cationis cum Rauenna, reſpectu Cenſus non poteſt
23 conſiderari aliqua nouatio, nec † potuiſſet fieri
abſque facto ipſorum nominatorum, & ipſis inuitis,
*Specul. de Procur. §. 1. ſub num. 27. Roncbegall. in l. 3. in
princ. num. 13. ff. de duob. reis.*

Alia bene tolluntur per informantes. Et quia
fuit actum executiuè, vigore obligationis camera-
lis, quæ non admittit niſi exceptiones claras, & con-
cludenter probatas.

R. P. D. Manzanedo, Rauennatenſis Saluiani Interdicti, Veneris 12. Ianuarij, 1607.

SVMMARIA.

1 *Ceſſionarius creditoris dicitur creditor debitoris prin-
cipalis.*
2 *L. per diuerſas, C. mand. intellectus.*

3 In

Digitized by Google

3 *In ceſſione ſufficit habere fidem de pretio.*
Non poteſt tamen ceſſionarius agere iudicialiter, niſi ſoluto realiter pretio credito, num.6.
4 *Ceſſio in incorporalibus idem operatur quod venditio in corporalibus.*
5 *Venditio celebrari poteſt habita fide de pretio.*
7 *Cenſus alienatio valida eſt etiam quod non fiat præſenti pecuniæ.*
8 *Pretium ideo in creatione Cenſus requiritur in pecunia numerata ne vſuræ pateat aditus.*
9 *Bulla Pij V. ſuper Cenſib. verſ. hanc autem ſalutiferam, &c. Intellectus.*
10 *Numerus ſingularis non conuenit pluribus.*
11 *Solutio facta ab vno ex correis alios liberat.*
12 *Fideiuſſor Cenſus ille dicitur, qui ex illius pretio non participat.*
13 *Cenſus non extinguitur propter illius venditionem factam fideiuſſori tamquam tertio.*

DECISIO CXXVI.

DVBITAVI an conſtet de credito Domini Equitis Iacobi, quod ſibi ſuffragetur ad effectum Saluiani; & Domini affirmatiuè reſponderũt, cum Dominus Eques ſit ceſſionarius Cenſus Domini Muzzarelli, & tam de ceſſione, quam de
1 Cenſus conſtitutione appareat vnde † dicitur creditor principalis venditoris Cenſus, iuxta *l.2. C.de donat.& not. Bal. in l.1. nu.11. Dec.* plures referens, *num.31. ff.ſi cert.pet.* Præcipuè cum in conſtitutione Cenſus interuenerit Dominus Eques nõ tamquam principalis, ſed tamquam fideiuſſor, & pretium Cenſus ſcutorum mille quingentorum fuerit diuiſum inter Viuolum, & Locatellum.

Non obſtat quod ob non interuentum pecuniæ in iſta ceſſione videatur intrare ad illius inualiditatem tex. in *l.per diuerſas, C.mandat.* Quia reſpon-
2 detur, † quod iſta ceſſio cum fuerit quæſita à Domino Equite non ad effectum vexandi quempiam, ſed ad effectum liberandi ſe ipſum à ſua obligatione acquirendo Cenſum, & cum de illo certo, vero, & liquido conſtet ceſſat præſumptio calumniæ, & ſimulationis, & diſpoſitio, tex. in *d.l.per diuerſas, vt not. ibi Gloſ. in verbo, venditionis, & Bart. num, 1. poſt Azon. in Summa, in Rubr. ne licc. potent. verſ. ſi autem ſit.* tradit *Gabr. de action. concluſ.5. num.15.*

Nec facit quod nedum pecunia non interfuerit
quin & habita fuerit expreſsè fides de pretio. Quia
3 reſpondetur † ſufficere in ceſſione ad illius validitatem fidem haberi de pretio, vt not. *Salic.in d.l. per diuerſas, num.7. & Guid.Pap. deciſ.567. num.7.* & eſt ratio, quamuis prædicti Doctores illam nõ allegent, quia cum Dominus Eques fideiuſſor habuerit huiuſmodi ceſſionem vt ſe liberaret, talis ceſſio dicitur venditio, iuxta tex. in *l.cum is, ff.de fideiuſſ.* & non ex eo quod appelletur ceſſio excludit rationem em-
4 ptionis, & venditionis, quia † quod in corporalibus dicitur emptio, & venditio in incorporalibus dicitur ceſſio ex *Boet.in Topic. Ciceron. Breſſon. de verbor.*
5 *iur. in verbo ceſſio, in iure.* Sed ſic eſt, † quod in emptione, & venditione poteſt haberi fides de pretio, *§. venditæ verò res. Inſtit. de rer.diuiſ. l.quod vendidi, ff.de contr.empt.* Ergo & in iſta ceſſione, quæ dicitur venditio poterit haberi fides de pretio, quo caſu ſufficit quod tempore conſtituto illud verè, & realiter ſoluatur, iuxta tradita à *Bal. in l.inciuile, nu.2. ff.de rei vend. Tiraq. de retractu Conuent.in fine, nu.74.*
6 *& 76.* Quamuis † ad deducendum talem ceſſionem in iudicio, pretium debeat eſſe ſolutum, vt notat *Salic.vbi ſupra, d.num.7.* Prout in noſtro caſu antequam Eques mouerit iſtud iudicium Saluiani contra Cocapanos ſoluerat prius totum pretium de quo ſibi habita fides fuerat in ceſſione.

Minus obſtat conſtitutio *fel.record. Pij V.* circa Cenſus creationes, in qua in creatione requiritur realis pecuniæ numeratio, eamdemq. expoſci in Cenſus alienatione videtur deſumi ex eadem conſtitutione, ibi. Hãc autem ſalutiferam ſanctionem, nedum in cenſu creãdo, verumetiam in creato quocumque tempore alienando, modo poſt publicationem cõſtitutionis creatus ſit perpetuo, & in omnibus ſeruari volumus. Quia reſpõdetur prædictam
7 † conſtitutionem in prædicta clauſula non referri ad pecuniæ numerationem prius in creatione Cenſus interuentam, ſed ad cetera pacta in conſtitutione prohibita duplici ratione. altera quia dantur plures ſpecies alienationis, quibus non conuenit de ſui natura pretij numeratio, prout ſunt donatio, legatum, in ſolutum, datio, & ſimiles; ex quibus titulis poſſit Cenſus alienari, & tamen tali alienationi pretij numeratio repugnaret; vnde non eſt dicendum ad pecuniæ numerationem dictam clauſulam referri, præſertim cum abſolutè, & generaliter de alienatione per verbum alienandi loquatur, ex quo omnem alienationis ſpeciem comprehendit. altera ratio eſt, quia in Cenſu creando poſt iſtam conſtitu-
8 tionem ideo expoſcitur † de tempore creationis præſentia, & realis pecuniæ numeratio, ne vſuris pateat aditus, & ne de facili homines currant ad huiuſmodi Cenſuum creationes in tãtam populorum perniciem, ad tradita per *Nauar.de vſur. nu.85.* & à *Ludouico Lopez,* qui alios allegat *de Contract. lib.1. cap.59.* Quæ ratio ceſſat in Cenſu creato quamuis alienetur. quin & altera de vſuris ceſſare videtur in alienatione cum iam illi ſit prouiſum per interuentum pecuniæ de tempore creationis Cenſus.

Vlterius Dominis placebat votum b.m. Robuſterij in poſitione datum circa huius clauſulæ intel-
9 lectum, in quo notatur † quod de forma; & ſubſtantia creationis Cenſus eſt quod de tempore creationis numeratio pretij interueniat, quæ ſi ad venditionem, & alienationem Cenſus creati eſſet neceſſaria, non diceretur alienatio Cenſus creati, ſed noua illius creatio, ex quo forma creationis Cenſus de nouo in alienatione inſurrexiſſet. & ſic illam clauſulam, hanc autem ſalutiferam, non referri ad ſubſtantialia in creatione adhibenda, ſed ad cetera in Conſtitutione contenta. Vltra prædicta facit, quia Conſtitutio poſtquam diſpoſuerat requiſita de ſubſtantia in creatione Cenſus prout eſt realis pecuniæ numeratio coram Notario, & teſtibus, & prohibuerat pacta, quæ poterant Cenſum fœneratitium reddere, addidit illam clauſulam, hanc autem ſalutiferam, quia voluit prouidere ne contractui alienationis, circa quem nec in illo requiſita de iure communi aliquid innouauit; ſed prouidit immutationi, ſeu alterationi rectitudinis, & iuſtitiæ in cõtractu Cenſus

Google

ſus de tempore ſuæ creationis ſeruatæ. Et quod iſto Cenſu ſemel rectè creatus, etiam ſi poſtea alienaretur, & in alium transferretur non poſſit in illius alienatione illi adiici aliquod ex pactis prohibitis in dicta Cōſtitutione. Vnde ex prouiſione huius clauſulæ non intrat numeratio pecuniæ: nam cum illa iam ſemel in creatione interuenerit non poterit poſtea fieri in alienatione Cēſus aliquo modo, vel pacto quin numeratio adfuerit de tempore requiſito, nec circa illam aliquid immutari poterit, prout poſſet circa pacta prohibita per Conſtitutionem addendo Cenſui aliquod ex dictis pactis, prout verbi gratia, ſi Dominus Cenſus in illius alienatione ſe obligaſſet, quod venditor intra certum tempus illum redimeret, alias ipſe teneretur ad illius redemptionem, quod pactum tamquam illicitum prohibuit conſtitutio nedum quod apponeretur in creatione Cenſus, nec quod poſtea adderetur in illius alienatione, & ſic de ceteris pactis in conſtitutione expreſsè prohibitis ad quæ dicta clauſula, hanc autem ſalutiferam, habet relationem; non autem ad pecuniæ realem numerationem ex prædictis.

Nec obſtat extinctio huius Cenſus à Viuolis prætenſa in inſtrumento anni 1606. quam volunt deducere ex caſſatione inſtrumentorum Cenſus, & ex liberatione bonorum ſuper quibus Cēſus erat conſtitutus, quæ omnia in dicto inſtrumento continentur: nam cum inſtrumētum iſtius Cenſus ſcutorum mille quingentorum fuiſſet rogatū per Petrum Beltraminum, & aliud inſtrumentum cuiuſdam Cenſus ſcutorum duorum millium contra Dominum Equitem fuiſſet rogatum per Hieronymum à Porta, & quædam renouatio dicti Cēſus ſcutorum duorū millium fuiſſet rogata per Fabritium Zobolum, & aliud inſtrumentum quorundam computorum in quo Dominus Eques remanſit debitor ſcutorum millecentum nonaginta octo per Franciſcum Sbarbaliam, & prędicta caſſatio referatur ad inſtrumenta rogata per dictos à Porta, Zobolum, & Sbarbaliam, videntur illa tantummodo fuiſſe caſſata; non autem iſtud inſtrumentum ſcutorum mille quingentorum rogatum per dictum Beltraminum. Vnde in dicta caſſatione dicitur, caſſando, & annullando dicta inſtrumenta Cenſus prædicti in numero

10 ſingulari; † non autem Cenſuum in numero plurali, prout dicendum eſſet, ſi etiam de caſſatione iſtius inſtrumenti ageretur.

Vlterius quia in dicta bonorū liberatione liberantur bona ſuper quibus Cenſus erat conſtitutus etiam in ſingulari, quia Cenſus ſcutorum duorum millium erat extinctus, & ſic bona Equitis illi obligata liberantur, quæ nullatenus cōueniunt iſti cenſui ſcutorum mille quingentorum de quo habebat ceſſionem Dominus Eques & erat impoſitus ſuper bonis illorum de Viuolis, quæ liberari à dicto Cenſu ex Cenſu Domini Equitis, qui illius erat factus dominus non eſt credendum, cum illi eſſet adeo damnoſum, & nemo præſumatur iactare ſuum iuribus vulgaribus: vnde tā in caſſatione inſtrumentorum, quam in liberatione bonorum inſtrumenti anni 1605. refertur ad Cenſum ſcutorum duorum millium. ſed in confeſſione de recepto refert ſe ad vtrumque Cenſum, & benè cum Dominus Eques ſoluiſſet pro extinctione primi Cenſus ſcuta duo millia cum decurſis, & pro ſolutione pretij ceſſionis Cenſus ſcutorum mille quingētorum eandem ſummam cum decurſis itidem ſoluiſſet.

Minus obſtat pro Viuolis adductum quod Dominus Eques in iſto Cenſu fuit æquè principalis cum Viuolo, & Locatello, & ſic vnus ex correis obligatis,

11 vnde † ſoluto Cenſu ab ipſo Equite remanſerunt ceteri correi liberati, ad tex. in *l. 2. & 3. §. fin. ff. de duob. reis, Roncbegall. in l. Reos, num. 54. ff. eod. & nor. Salic. & alij, in l. Papinianus, ff. mand.* & tunc ceteri correi tantummodo tenentur actione negociorum

12 geſtorum. Quia reſpondetur quo † ad Viuolum, & Locatellum, qui totum pretium Cenſus habuerunt, inter ſeque illud diuiſerunt abſque vlla Equitis participatione D. Eques fuit merus fideiuſſor, alij verò pro rata pretij recepti fuerūt principales debitores, *Paul. de Caſtro, in l. ſed Iulianus, §. non ſolum, num. 2. & ibi Ang. §. item ſi duos, in fine, ff. ad Macedon. Marſil. ſing. 2. & in Rubr. de fideiuſſor. ſub num. 65. & 370. poſt med. Tiraq. de retractu Lignag. §. 31. Gloſ. 1. nu. 8. Duen. regula 335. limit. 19. Gabr. de fideiuſſ. concluſ. 2. num. 1. Rota Diuerſ. deciſ. 153. nu. 6. par. 2.* Vnde cum Eques non poſſit dici correus quo ad ceteros obligatos in Cēſu, ex illius ſolutione ceteri obligati non

13 remanſerunt liberi, maximè † cum iſta ſolutio fuerit facta non ad extinguendum Cenſum, ſed ad illum emendum & ex titulo ceſſionis, & translationis ſibi tamquam vni tertio acquirendum.

Exceptio autem quod Viuolus non teneatur niſi pro medietate ſcutorum noningentorum, qui in diuiſione Locatello contigerunt, excluditur ex eo quod cum Viuolus præſtaſſet fundum, ſuper quem Cenſus conſtitueretur voluit ſibi caueri, & fecit dicta ſcuta noningenta deponi penes quoſdam mercatores conſignāda Locatello, quatenus infra menſem præſtaret cautionem indemnitatis, & liberationis fundi pro dicta ſumma, alias eſſet in poteſtate ipſius Viuoli illa recuperare; & ita depoſitarij promiſerunt Locatello non cauente intra dictum terminū dictam ſummam ſoluere, & reſtituere eidem Viuolo, prout ex defectu dictæ cautionis illa dicta ſcuta noningenta reſtituerunt, & ſic totum capitale ſcutorum mille quingentorum huius Cenſus peruenit ad manus, & poſſe dicti Viuoli, & per conſequens excluditur dicta exceptio ex prædictis, & notatis in proximo præcedenti fundamento.

De exceptione verò incapacitatis fundi, & quod factus ſit infructiferus Domini non curarunt, cum non probetur.

R. P. D. Penia, Bononienſis Cenſus, Lunæ 15. Februarij, 1599.

SVMMARIA.

1 *Numerauit, hoc verbum, demonſtrat interueniſſe numerationem.*

2 *Verba aſſertiua Notarij probant:*

3 *Renunciatio non numeratæ pecuniæ, ſolet poni vbi pecunia numerata etiam interuenit.*

4 *Teſtes examinati pro curię informatione, nihil probant.*

5 *Simulationis præſumptio, tollitur ex veritate.*

DECI.

DECISIO CXXVII.

DIE 19. Octobris anni præteriti 1598. hæredibus Stephani Garberini ſolum informantibus Rota ex capite nullitatis,& iniuſtitiæ nomine diſcrepante ſententiam latam ab Auditore Turroni curiæ criminalis Bononienſis reuocandã cenſuit.

In hac autem propoſitione vtraque parte informante in deciſis permanendum eſſe pronunciauit. Et quia circa caput nullitatis tunc deductæ deciſio placuit Dominis circa iniuſtitiam facta fuit diligens diſceptatio.

Et quoniam informantes pro Valerio Faſanino inhærentes conſtitutioni *felic. record. Pij V.* ſuper creandis cenſibus editæ requirenti pro forma quod in actu conſtitutionis Cenſuum interueniat pecunia numerata coram Notario, & teſtibus. ex dicto potiſſimum inſtrumento conabantur oſtẽdere non interueniſſe veram numerationem,& conſequenter inferebant ab initio Cenſum non valuiſſe,quoniam conſtitutio contractus cenſuales aliter celebratos inualidos,illicitos,& fœneratitios declarat.

Quod autem in caſu propoſito non interuenerit actualis pretij numeratio informantes pro Valerio ex eo deducere conabãtur, quoniam in inſtrumento nullũ aderat de numeratione pecuniæ verbum; immo verò ad oſtendendam non numerationem dicebant non potuiſſe Notarium melius formare inſtrumentum,quam formauit apponendo,ſcilicet, verba,quæ id ſignificare videntur, iuxta cautelam *Bar. in l. ſingularia, num. 22. ff. ſi cert. pet.* vbi inſtruit 1 Notarios ne dicant, † numerauit, niſi interueniente numeratione,quã cautelam laudarunt alij Bart. ſequuti, nempè *Iaſ. in d. l. ſingularia, num. 53. Alex. conſ. 179. num. 4. in fine, & num. 6. lib. 2.*

Ceterum Domini omiſſo nunc illo articulo. An ſufficiat numeratio per depoſitum penes mercatorem,ita vt conſtitutioni ſatisfieri poſſit per æquipollens,circa quem maior pars Dominorum in negatiuam ſententiam inclinabat, quia conſtitutio pro forma requirit numerationem,& ad tollendas fraudes non videtur admittere alios modos ad ſoluendum pretium pro Cenſu, quam per actualem, & realem pretij numerationem in ipſo actu confectionis inſtrumenti, & celebrati contractus.

Ex duobus tamen putabant in contractu de quo agebatur veram,& realem numerationem pretij in actu celebrationis præfati contractus interueniſſe. Primò,quia Notarius aſſeruerat Io. Andream pretium dediſſe,& manualiter ſoluiſſe his verbis interueniente pretio ſcutorum quattuor millium, quod quidem pretium totum,& integrum Io. Andreas vti agens Stephani Garberini de pecuniis Stephani in tantis bonis ſcutis aureis exiſtẽtibus penes bancum Dominorum de Scappis ad bancum dedit, & manualiter ſoluit Antonio de Spontonibus præſenti in tantis bonis monetis aureis boni auri,& iuſti ponderis ad dictam, & tantam ſummam aſcendẽtibus, prout ſic illas recipiens,&c. dixit, &c. & renunciauit, &c. Iſta enim verba aſſertiua erant Notarij, 2 † & non ſolum confeſſionem vt ex aduerſo prætendebatur, ſed veram numerationem probare videbantur, *Bal. in l. ſi ex cautione, num. 14. verſ. & ideo probant veram numerationem, C. de non numer. pecun. Bar. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Griſogonus, num. 3.* quem ſequitur *ibi Alex. num. 14. verſ. quia quando Notarius, ff. de verb. obligat.* & fuit deciſum *coram Domino meo Mellino, in cauſa Florentina bonorum, die 12. Aprilis* 1591. Secundò, multò magis idem ſuadebatur ex illis inſtrumenti verbis, prout ſic illas recipiens, &c. dixit, &c. & renunciauit, &c. quoniam iſtæ dictiones ceteratæ in Ciuitate Bononienſi in ſimilibus inſtrumentis, vt conſtat ex formulario extenſionum clauſularum Bononiæ impreſſo 1581. & Dominis oſtenſo,ita extendi ſolent, Recipiens,ad ſe trahens, & penes ſe retinens,dixit aſſeruit,& confeſſus eſt,& publicè recognouit,id totum,& tantum fuiſſe & eſſe totum,& integrum habuiſſe, & recepiſſe, & ad abundantem cautelam renũciauit exceptioni non numerati,& penes eum non dimiſſi,& non relaxati dicti pretij,& alteri cuicumque, quam in prædictis quomodolibet apponere poſſet, hactenus ibi. Ex his enim dicebant concludenter probari pecuniam pro pretio Cenſus ſoluendam fuiſſe præſentem,quia non potuiſſet recipiens ad ſe illam trahere,niſi fuiſſet præſens.

Neque obſtant ſubſequentia verba renunciatio- 3 nis, non numeratæ pecuniæ, † quia illa vt ex practicis notum erat apponi ſolet etiam vbi pecunia numerata interuenit, vt in caſu propoſito.

Neque obſtant teſtes, quibus Auditor Turroni 4 contra Garberinos pronunciauit, quia cum † fuiſſent examinati pro informatione curiæ nihil probabant,vt in deciſione dictũ fuerat, & fuerat etiam deciſum *in cauſa Corimbricenſi Decanatus, die 19. Nouembris, 1593. coram Domino meo Mellino.*

Rurſus non obſtabant illa verba in tantis bonis ſcutis aureis exiſtentibus penes bancum,quia ſignificabant ſolutionem fuiſſe factam de pecuniis habitis à banco,& quæ prius erant in banco,quoniam non poterat alias conſiſtere quod Notarius aſſerebat ſolutionem fuiſſe factam in tot ſcutis manualiter Antonio ſolutis & Antonium recepiſſe, ſi illa pecuniarum ſumma tunc non erat præſens, ſed in banco. Præterea non obſtat Statutum vniuerſitatis mercatorum Ciuitatis Bononienſis ſub Rub. 72., quo cauetur alienationem bonorum, rerum, & iurium decoctorum factam à decoctis per vnum annum, & quindecim dies ante decoctionem præſumi fictam, & ſimulatam, quia reſpondebatur. Primò,in caſu propoſito non fuiſſe probatam decoctionem Antonij Spontonij intra annum. Se- 5 cundò, reſpondetur præſumptionem † ſimulationis à Statuto reſultantem fuiſſe ſublatam ex veritate, & vera pretij ſolutione, *Crauet, conſ. 6. num. 7. & conſ. 35. num. 5,* quo caſu non erat locus Statuto fundato in præſumptione, vt colligebatur ex eodem Statuto in quo ita ſcriptum legebatur. *Non apparendo altra proua, che giuſtificaſſe le predette coſe eſſer fatte veramente, & non per ſimulatione nelli predetti caſi.*

Ad alias leuiores obiectiones propoſitas per informantes pro Valerio Faſanino, placuerunt Dominis reſponſiones datæ per informantes pro Garberinis.

R. P. D.

R. P. D. Iuſto, Romana ſimulationis Cenſus, Veneris 6. Aprilis, 1601.

SVMMARIA.

1 *Simulatio probatur probato tractatu, concluſione, & cauſa ſimulandi.*
2 *Maximè quando agitur de ſimulatione, quæ remouet conſenſum ab actu.*
3 *Simulatio probatur duobus teſtibus. & quales requirantur.*
4 *Teſtis ſemel approbatus, reprobari non poteſt.*
5 *Simulationis cauſa probanda eſt.*
6 *Coniecturæ concludentiſſimè habent vim probationis.*
7 *Et maximè quæ ſequuntur poſt contractum.*
8 *Inuerîſimilitudo arguit ſimulationem.*

DECISIO CXXVIII.

DOMINIS viſum fuit conſtare de ſimulatione cõtractus Cenſus, & quod ſimulatio ſit huiuſmodi, quæ remoueat conſenſum ab actu ſecundũ doctrinam, & diſtinctionem *Bart. conſ. 65. Petrus Nicola, libro primo, & Anchar. conſ. 226. in principio.*

Moti ſunt quia duo teſtes inſtrumentarij plenè
probant tractatum, concluſionem, & cauſam ſimu-
1 landi, † qui eſt modus probandi ſimulationem, *c. ad
noſtram, de empt. & vendit. Bero. conſ. 17. nu. 11. lib. 1.
cum allegatis.* maximè quando agitur de ſimulatio-
2 ne, † quæ remouet conſenſum ab actu, *Bal. in l. 1. ſub
num. 9. verſ. interea produeuntur ad remotionem, C. plus
3 valer. quod agit.* & ſufficiunt † duo teſtes, *Specul. de
inſtrum. edit. §. reſtat, verſ. ſed pone, num. 5.* præſertim
rogati, & examinati in iudicio, *Bal. in l. exercendis,
in princ. C. de fide inſtrum. Anch. d. conſ. 226. circa fin.
4 ibi. & per teſtes rogatos corroboratum,* † qui tamquam
ſemel approbati non poſſunt reprobari, *l. ſi quis teſtibus, & ibi Doctor. C. de teſtib. Dec. conſ. 368. num. 2.* &
in propoſito, *Decian. conſ. 62. nu. 38. lib. 3.* ſed primus
teſtis deponit iuxta 17. quòd Illuſtriſſimus Cardinalis requiſiuit Luragum, vt Cẽſum emeret ſine pecuniis, & ſolum pręſtaret perſonam ſuam, & ibidem
dicit concluſum fuiſſe in eius præſentia quod Cenſus eſſet ſimulatus, & fictitius, & quod nolebat recipere pecuniam à Lurago. & alibi replicat de ſimulatione, & fictione & ſecũdus de tractatu ſuper tercio, & iuxta 15. quod Cardinalis finxerat Cẽſum cũ
Lurago, & quod fuit præſens ſtipulationi, & teſtis
rogatus. & iuxta 17. vbi dicit pecuniã non fuiſſe ſolutam Cardinali, ſed ſolum oſtenſam. & idem iuxta
5 19. Cauſam autem ſimulationis, † quæ probãda eſt,
vt conſtare poſſit de ſimulatione, *Bal. conſ. 309. lib. 4.*
cum aliis *coram R. P. D. meo Penia in Romana bonorum
de Ceuſis, 28. Aprilis, 1595.* probat primus ſuper 2. &
ſecũdus ſuper eodem vt adderetur ſtimulus ille debitoribus Cardinalis ad ſoluendum credentibus ſe
teneri ad ſolutionem fructuum cenſus, iuxta cõuentionem, & pacta inter illos, & Dominum Cardinalem inita. & hoc eſt conforme proteſtationi factæ
per Cardinalem ſtatim, & incontinenti celebrato
contractu.

Non obſtant oppoſitiones contra teſtes, quia non
fuerunt iudicatæ ſufficientes, & bene tolluntur per
informantes. præſertim quia concurrunt coniectu-
6 ræ concludentiſſimæ, † quæ habent vim probationis, *Bal. conſ. 380. nu. 3. lib. 5. Aim. conſ. 491. num. 12.
Bal. in l. & qui, in fine, ff. de diſtract. pign. & in d. cap.
ad noſtram, de empt. & vẽdit. Anch. conſ. 257. Dec. conſ.
403. num. 13. Gabr. conſ. 74. in princ. lib. 1.*
7 Et tantò † magis quia ſubſequuntur contractum
ex quibus remouetur omne dubium, *Bal. in l. multum intereſt, nu. 4. & ibi Salic. nu. 5. C. ſi quis alteri, vel
ſibi. Decian. d. conſ. 62. num. 46. & 47. lib. 3.*

Neque obſtat in his terminis quod tractatus præceſſerit contractum, *Aim. conſ. 156. num. 17. Mandell. conſ. 391. num. 26.*

Prima coniectura eſt, quia cũ conueniſſent quod nulla pecunia daretur Cardinali, ſed ſolum præſtaretur perſona, idcirco Luragus poſt contractum, & ſi pecuniæ non remanſerunt penes Dominum Cardinalem, tamen nõ creauit Cardinalem creditorem in ſuis libris ratione Cẽſus, ſed debitorem einſdem ſummæ, & hoc ad effectum vt contraponeret alteri partitæ poſitæ in creditum D. Siluię ipſius Cardinalis neptis, ratione ſuæ dotis, vt ſimularetur indigentia pecuniarum, quod ſi verè dominiũ pecuniarum tranſlatum fuiſſet in Dominum Cardinalem, quas permiſiſſet remanere in bãco Luraghi, neceſſarium fuiſſet creare creditorem Dominum Cardinalem, & contraponere dictæ partitæ, ſed hoc modo nulla habita conſideratione Cenſus partitæ inuicem ſe extingunt, & nihil remanet.

Secundò, quia numquam fuerunt ſoluti fructus Cenſus licet pluries ſint ſolidatæ rationes inter Dominum Cardinalẽ, & Luragum, vt probant teſtes, ſignum euidens ſimulationis. Quia quaſi poſſeſſio iuris Cenſus non fuit abdicata à Lurago: nam ex ſolutione tranſlata fuiſſet in Dominum Cardinalem ſecundum *Bart. in l. 1. in princ. ff. vti poſſid. Aret. Inſtit. de interd. §. 1. in fine,* & eſt coniectura ſimulationis, *Gloſ. in l. ſicut, §. ſuperuacuũ, in ver. obijcere, & ibi Bart. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. per l. is, ff. de acq. hæred. Afflict. ſuper feud. in tit. de feud. dat. in vic. leg. commiſſ. num. 25. Cepol. de ſimul. contr. 24. præſumpt.*

Tertiò, quia econtra poſt aliquod tempus Domi-
nus Cardinalis habuit à Lurago ſummam decem
millium ſcutorum, & nõ fuit viſum veriſimile prio-
rem cenſum, ſi non fuiſſet ſimulatus, remanſiſſe in
perpetua taciturnitate. Ex qua inueriſimilitudi-
8 ne † arguitur ſimulatio, *Aim. conſ. 156. num. 9. verſ.
confirmatur iſta concluſio,* cum allegatis.

Et ex his & aliis latè deductis per informantes cum appareat de ſimulatione ex tractatu ante contractum, in contractu, & poſt contractum, & ſunt ſublata omnia, quæ in contrarium deducuntur, ita concluſum fuit.

R. P. D. Manzanedo, Aſſiſienſis pecuniaria, Veneris 7. Maij, 1610.

SVMMARIA.

1 *Actore non probante abſoluitur reus.*

2 *Teſtis vnicus contra producentem facit plenam fidem.*
3 *Teſtis vnicus non probat.*
4 *Teſtes inter ſe contrarij, non probant pro producente.*
5 *Immo vnus deſtruit dictum alterius.*
6 *Teſti ſibi ipſi contrario, non creditur.*

DECISIO CXXIX.

SENTENTIAM R.P.D. Victorij, quæ Blaxium abſoluit à petitis per Pomponium, dixerunt Domini eſſe confirmandam, quia Pomponij intentio nõ viſa fuit probata, vnde intrat regula
1 † quod actore non probante abſoluitur reus, *l. qui accuſare, C. de eden.*

Nec videbatur releuare eſſe probatum Pomponium interueniſſe in actu extinctionis Cenſus ſcutorum duorum milliũ die 14. Nouembris, 1567. cum ſacculo contiuẽte ſummam ſcutorum tricentorum in circa, quia nõ probatur quod dicta ſumma fuerit conſiguata Blaxio, nec conuerſa in eius vtilitatem, prout erat neceſſe ad hoc, vt competeret ei actio ad repetendum; quin potius ex duobus teſtibus Blaxij, & vno Pomponij probatur, quod ipſe Pomponius, prout etiam Blaxius, & Carolus ſtatim atque fuit extinctus Cenſus communis, & creatus de nouo, ſecum reportarunt quilibet ſuum ſacculum pecuniarum, illæque non fuerunt numeratæ, & tantum inſeruierunt pro faciendo, vt dicitur, *la moſtra.*

Ex quibus ſatis remanet excluſa intentio Pom-
2 ponij, cõtra † quem ille vnus teſtis ab eo productus plenam fidem facit, iuxta *Rom. conſ. 104. ſub num. 6. Pariſ. conſ. 88. nu. 12. lib. 3. Crau. conſ. 188. nu. 5. Soc. conſ. 69. num. 11. lib. 1. Ceph. conſ. 65. num. 55. Surd. conſ. 217. nu. 12.* & hanc dicit eſſe veram, & communem *Gabr. de teſtib. concluſ. 1. n. 13. verſ. contrarium tenet.* Quæ magis procedunt ex eo quod cum dicto illius teſtis concordant alij duo examinati pro Blaxio.

Non obſtat diſpoſitio Octauij ſecundi teſtis Pom-
3 ponij, tum † quia ille eſt vnicus cui non eſt ſtãdum, *c. licet ex quadam, c. licet vniuerſis, de teſtib. l. iuriſiuran-*
4 *di, C. eod.* tum † quia iſte, & primus teſtis Pomponij ſunt inter ſe contrarij, & ſic non probant pro Pomponio, ad not. per *Doctor. in c. in noſtra, in c. cum tu, de*
5 *teſtib.* & † alter deſtruit dictum alterius, *l. duobus, §. fin. vbi Bal. & alij, ff. de iureiur. Ceph. conſ. 204. num. 11.*
6 *Surd, conſ. 108. num. 39.* tum † quia & iſte Octauius in vltima declaratione ab ipſo facta deponit contrarium dicto in ſecundo examine, vnde venit reiiciendus, *Rota diuerſ. deciſ. 303. parte 1.*

R. P. D. Manzanedo, Aſſiſienſis pecuniaria, Veneris 28. Ianuarij, 1611.

SVMMARIA.

1 *Teſtis vnicus pro producente, plene probat.*
2 *Hanc tamen concluſionem Rota, non admittit.*
3 *Debitor aſſerens ſe ſoluiſſe, debet ſolutionem concludenter probare.*
4 *Confeſſio emanata ad fauorem vnius perſonæ, alteri non ſuffragatur.*
5 *Iactare ſuum nemo præſumitur.*
6 *Cenſus qui de præſenti ſoluitur, non præſumitur in præteritum extinctus.*
7 *Copia ſimplex nullam facit probationem.*
8 *Proceſſus informatiuus factus in cauſa criminali, non facit fidem in iudicio ciuili.*
9 *Soluens pecunias & mox illas ex noua cauſa ſecum reportans, ſoluiſſe dicitur.*
Secus ſi illas abſque aliqua cauſa ſecum reportet.

DECISIO CXXX.

FVIT reſolutum ſtandum eſſe in deciſis die 7. Maij, 1610. ex adductis in Deciſione. Nam teſtibus in illa ponderatis conſtat Pomponium reportaſſe de tempore extinctionis Cenſus & illius nouæ creationis iſta ſcuta ducenta octuaginta, quæ controuertuntur ita vt tantum deſeruiuerint pro faciendo, vt dicitur, *la moſtra.*

Non obſtat quod in dicta Deciſione ponderatur inter alios teſtes pro Blaxio vnus productus per Põ-
1 ponium, & † eius productio dicatur contra ipſum plenam fidem facere, iuxta *Rom. Pariſ. Crau. Soc. Ceph. Surd. in dicta deciſione adductos,* & iuxta communem, de qua per *Gabr. de teſtib. concluſ. 1. num. 13.*
2 *verſic. cõtrarium tenetur.* Et quod † Rota iſtam Concluſionem non admittat quantumcumque communem, ſed tantum, quod per talem productionem cenſeatur approbata perſona, non autem dictum teſtis, tenuit *Rota in cauſa Taurinenſi penſionis, 12. Decembris, 1571. coram Oradino,* quia etiam ſi ſecundum ſententiam Rotæ non faciat ille teſtis plenam fidem, adſunt alij per Blaxium producti, & in Deciſione põderati, ex quibus omnibus plena probatio reſultat de reportatione pecuniæ per Pomponium, & quod tm̃ deſeruierit pro monſtra. Quibus ſtãtibus ſi Pomponius prætendit realiter, & cũ effe-
3 ctu iſtam ſummam ſoluiſſe † id probare dẽt concludenter, ad tex. in *l. quinquaginta, ff. de probat. Natta, conſ. 169. nu. 1. & ſeq.* quæ tamen probatio nõ datur.

Nec pro illa faciunt recognitio bonæ fidei Blaxij, & confeſſio de integro pretio dicti Cenſus ad
4 ſui manus peruento, † cum fuerint emanatæ ad fauorem Communitatis, & Ruſini emptoris Cenſus; non autem ad fauorem Pomponij. Vltra quod cum Blaxius in ſuis libris conſtituiſſet Communitatem debitricem de integra ſumma illorum ſcutorum duorum millium pro extinctione dicti Cenſus ſolutorum, & ſic conſtituit ſe creditorem Communitatis de eadem ſumma, nimirum ſi aſſerit illam ad eius manus perueniſſe, quæ confeſſio nullatenus concludit ad prætenſionem Pomponij ſcutorum ducentorum octuaginta, quæ ipſe ſecum reportauit, vt dictum eſt; & ponderabant Domini pro Blaxio quod non adnotauerit iſtam partitam ſcutorum ducentorum octuaginta in ſuis libris. Nec
5 † apparet quod in computis Communitatis de illa aliquam mentionem fecerit, ad not. per *Tiraq. ad l. ſi vmquam, in verbo, Donatione, numero 206. & ſeq. C. de reuoc. donat. Menoch. de arbitr. caſu 88. num. 2. & ſeq.* præcipuè cum in eiſdem libris Blaxij reperiantur

aliæ

allæ multæ partitæ adnotatæ ſibi per Pomponium ſolutæ.

Non obſtat quod Communitas fuerit liberata à Cenſu mediante iſta demonſtratione pecuniæ, cum hoc in facto non ſubſiſtat: extinctio enim Cenſus fuit confidentialis, ita vt breui manu fuerit nouus Cenſus creatus eiuſdem quātitatis, & Communitas continuauit in ſolutione fructus Cenſus per aliquot dies, & Pomponius promiſit dare iſtam ſummā ad 10. Decembris. ſignum euidens, quod antea pecunias non numerauerat cum effectu, nec deſeruiuerat, niſi pro monſtra.
6 Ex qua † continuatione Communitatis in ſoluendo fructus Cenſus elicitur illum nō fuiſſe extinctum. Quod magis patet ex quo poſt dictam extinctionem, & creationem noui Cēſus ſuper bonis Blaxij, & Pomponij tandem Valerianus Vrbanus realiter Cēſum extinxit ex pecuniis Communitatis, cuius panettariæ appaltum, ſeu conductionem acceperat.

Fundamentum autem precipuum, quo in hac propoſitione Pomponius nitebatur deſumptum à partita ſcutorum ducentorum octuaginta in contanti ſolutorum Blaxio per Pomponiū dicta die 24. Nouembris, 1587. quo die Cenſus fuit extinctus, ac de nouo creatus, viſum fuit Dominis nullatenus atten-
7 dendum, cū iſtud foleum non ſit in actis, niſi † quedam copia ſimplex, & informis extracta ex proceſſu informatiuo, quæ non facit fidem. *Auth. ſi quis in aliquo, C. de edend. c. 1. de fide instrum.*

8 Vltra † quod in iudicio ciuili non probat proceſſus informatiuus, quantūuis authenticis, *Veral. deciſ. 106. in manuſcr. lib. 1.* & fuit dictum *in cauſa Mediolanenſi fructuum, 20. Iunij, 1587. coram Orano.* Vltra quod alias coram A. C. Pomponius fuit proteſtatus nolle vti præfata partita, nec in illa vllum fieri debere fundamentum, nec eſſe conſiderabilem.

Vltimò non obſtat *Deciſio in cauſa Bononienſi Cenſus. 24. Aprilis, 1600. coram b. m. Cardinale Pamphilio*, quia non applicatur caſui de quo agitur: ibi enim
9 † ſoluens pecunias integri pretij ſortis principalis in eodem inſtrumēto reportauerat partem earumdem pecuniarum ex noua cauſa, nempè pro fructibus anticipatis, & ſic ſolutio ſortis principalis licet fuerat momentanea operata, iam fuerat ſuum effe-
10 ctum. Sed in † caſu iſto Pomponius reportauit ſuas pecunias abſque aliqua noua cauſa, & abſque eo quod illæ attulerint aliquam vtilitatem Blaxio, ſed ſolum deſeruiuerint, vt dicunt teſtes, *per far la moſtra.* Ex quibus, &c.

R. P. D. Iuſto, Romana Cenſus, Lunæ 9. Aprilis, 1601.

SVMMARIA.

1 *Depoſitum pretij Cenſus liberat ab onere ſoluendi fructus illius.*
2 *Cedula bancaria habet vim ſolutionis in pecunia numerata.*
3 *Depoſitum confeſſionatum releuat conſentiente creditore.*
4 *Confeſſio in depoſito probat numerationem.*
5 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, non opponitur à depoſitario.*

DECISIO CXXXI.

DVBITAVIT an depoſitum factum per R. P. D. Iuſtinianum Orphinum in banco de Vbertinis, cum inde ſequutis liberet ipſum in caſu de quo agitur. Et Domini circumſcripta diſputatione quoad ſortem principalem ſuper qua volunt ſeparatim partes audire, reſpectu ſolutionis fructuum Cenſus reſoluerunt Dominum Iuſtinia-
1 num ex depoſito fuiſſe liberatum, quia † in retractibus, conſignatione, & depoſitione pretij fructus lucrantur rei ademptæ, & impeditur curſus vſurarum, vt concludit *Tiraq.* poſt allegatos *de retractu conuent. §. 4. Glo. 6. nu. 1. & 4. Foller. de Cenſib. §. Inſtrumentum, num. 45. & ſeqq.* Cum igitur habeamus ce-
2 dulam bancariam pro depoſito, † quæ vlterius habet vim ſolutionis, *Put. deciſ. 163. lib. 1.* Et ideo ſicut Rota dixit emptorem Cenſus ſatisfeciſſe de pretio mediante traditione cedulæ bancariæ *coram R. P. D. meo Lancelotto in Romana Saluiani Interdicti, 10. Decembris, 1599* idem dicendum videtur in hoc caſu ad effectum, vt Cenſus vlterius non currant.

Non obſtat quod depoſitum non fuerit actua-
3 le, quia † ex diligentiis factis per Archiconfraternitatem pro effectuali acquiſitione cedulæ, & ex fructibus exactis reſidui Cenſus depoſitum, videtur ab Archiconfraternitate acceptatum, *Natta, conſ. 331. num. 4.* cum allegatis.

4 Vltra † quod confeſſio in depoſito probat nu-
merationem, nec opponitur exceptio non numera-
5 tæ † pecuniæ, *l. Publia, §. fin. ff. depoſ. l. in contractibus, C. de non num. pecun. Bal. in conſ. 256. actum fuit depoſiti, lib. 1.* cum aliis adductis à *Tiraq. vbi ſupra, num 8.* Et conſequenter Archiconfraternitas potuit à mercatore creditum ſui pretij exigere, ſeruata forma contractus.

Ex quibus videntur tolli ea quæ in contrarium adducebantur. Et ita deciſum fuit.

R. P. D. Iuſto, Romana Cenſus, Lunæ 18. Martij, 1602.

SVMMARIA.

1 *Cedula bancaria, habet vim ſolutionis.*
2 *Pecuniæ depoſitatæ ſi inueſtiantur, dicuntur inueſtiri pecuniæ creditoris, non debitoris deponentis.*

DECISIO CXXXII.

1 DOMINI ſteterunt in deciſis ad effectum impediendi curſum vſurarum, ſiue fructuum Cenſus: virtus † enim cedulæ bancariæ eſt, vt habeat vim ſolutionis, *Put. deciſ. 163. lib. 1.* & fuit ſæpius dictum in Rota, & præſertim in hoc caſu vbi pecuniæ non erant peruenturæ ad manus Archiconfraternitatis, ſed erant inueſtiendæ iuxta formam pacti.

Digitized by Google

Neque obſtat ad hoc propoſitum quod pecuniæ non fuerint omnino effectæ Archiconfraternitatis immediatè, quoniã ſatis eſt quod ſpectarent ad Archiconfraternitatem in vſum deſtinatum, & hoc ſolum debebatur, præſertim ſtante officialium approbatione, vt dictum fuit in alia Deciſione. Et ſi
2 fuiſſent † inueſtitæ, non eſt dubium quod fuiſſent inueſtitæ pecuniæ Archiconfraternitatis nõ Dñi Iuſtiniani, ad tradita per *Rum.cõſ.97.n.10.& 11.lib.5.*

Neque obſtant multa, quæ per informantes deducuntur, quia vel poſſent haberi in cõſideratione caſu quo ſolutio fuiſſet immediatè facienda venditori, vel de his erit videndum in diſputatione ſuper ſorte principali. & ſpecialiter videbatur non poſſe fieri fundamentum ſuper *Deciſione coram S. D. N. in Bononienſi bonorum de Garberiis, 4. Nouembris, 1580. deciſ.652. 1. parte diuerſ.* Quia dicebatur in dubium reuocatum fuiſſe, 26. Nouembris, 1582. & poſtea *coram b.m. Orano, ſub die 14. Iunij.* 1585. receſſum fuit ab illa reſolutione & confirmata vltima reſolutio *coram eodem 4. Nouembris eiuſdem anni.*

Et ita fuit iterum deciſum.

R. P. D. Penia, Bononienſis Cenſus, 19. Octobris, 1598.

SVMMARIA.

1 *Mandatum ad delinquendum, non præſumitur datum fuiſſe.*
2 *Etiam quod in mandato eſſet clauſula, cum libera, vel clauſula, quod procurator poſſit facere omnia, quæ poſſet Dominus, ſi eſſet præſens.*
3 *Citatio prima, maximè in criminalibus, debet fieri perſonaliter.*
4 *Statutum quod contra delinquentes poſſit procedi per contradictas, &c. Intelligitur dummodo ſint verè delinquentes.*
5 *Notario aſſerenti in inſtrumento Cenſus fuiſſe ſolutum pretium coram ſe, & teſtibus, creditur.*
6 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatam, & veritatem apparentem.*
7 *Inſtrumenti ad reprobationem requiruntur probationes euidẽtiſſimæ, per duos teſtes omni exceptione maiores.*
8 *Teſtes examinati in cauſa criminali ex officio abſque partis citatione, nullum faciunt probationis gradum.*
9 *Immo nec quidem indicium.*
10 *Niſi pars habeat illos pro ritè, & rectè examinatis.*
11 *Numeratio integri pretij in pecunia numerata poteſt aliunde, quam ex inſtrumento Cenſus probari.*
12 *Numeratio dicitur fieri in prompta pecunia, ſi fiat depoſitum in banco.*

DECISIO CXXXIII.

TRANSMISERAT Stephanus Garberiuus nobilis Genuenſis Bononiani notabilem pecuniarum ſummam ad Dominos de Scappis mercatores Bononiẽſes, vt emerẽt tot annuos Cẽſus Scappi die 12. Februar. 1593. opera Io. Andreæ ſui inſtitoris emerũt ab Antonio Spontono ciue Bononienſe iuxta mandatum receptum cenſum ſcutorum tricẽtorum auri in auro impoſitum ſuper nonnullis bonis ſuis ſtabilibus pro pretio ſcutorum quattuor millium auri in auro. Cui impoſitioni, & venditioni tamquam principalis, & inſolidum acceſſit Valerius Faſaninus, indeq. fuit confectum publicum inſtrumentum continens oẽs qualitates pro validitate Cẽſus requiſitas iuxta formã Conſtitutionis *Pij V.* anno 1596. Antonio Spontono decocto Valerius Faſaninus porrecta coram Auditore Turroni curiæ criminalis Bononiẽſi querela contra Antonium Spontonum, eo quod ſuper rebus alteri obligatis, & hypothecatis Cenſum impoſuiſſet, & contra Stephanum principalem, & Io. Andream inſtitorem eo quod contractus Cenſus eſſet initus abſque reali numeratione pecuniarum, & ab eodem Auditore procedente per edictum, ſeu affixionem ad valuas vigore depoſitionis duorum teſtium pro informatione curiæ examinatorum ſuper non numeratione pecuniarum, ſententiam fauorabilem reportauit, qua continebatur condemnatio contra præfatum Antonium iuxta tenorem querelæ, & contra Stephanum declaratio præfati Cenſus inualidi, & fœneratitij ob non numerationem pecuniarum.

Cauſa per appellationem in Rota introducta, Dubitaui, an præfata ſententia eſſet confirmanda vel reuocanda. Et Rota vna tantum parte informante ex capite nullitatis, & iniuſtitiæ nemine diſcrepante reuocandam cenſuit.

Nullitas erat clara ex defectu mandati, & citationis, nã reſpectu Stephani principalis, qui pecunias
1 tranſmiſerat nullũ crimen aderat, † cum non dediſſet mandatum ad creandum cenſum contra Conſtitutionem *Pij V.*, vel aliter delinquendũ, *l. ſi procurator, vbi Bar. ff. de cond. indeb. Alex. conſ. 31. n. 7. & conſ. 33. nu. 6. lib. 2. & cõſ. 83. n. 4. lib. 3.* Quod procedit etiã
2 † ꝙ in mandato eſſet clauſula, cũ libera, & clauſula, quod procurator poſſit facere omnia, quæ dñs ſi præſens eſſet facere poſſet. Ex his. n. nõ cenſetur data poteſtas faciendi aliquem actum Domino penalem, aut præiudicialem, *Grat. conſ. 99. nu. 1. lib. 1.*

Defectus citationis ẽt erat patẽs, quia fuit proceſſum contra Stephanũ principalem prædictum, & tã
3 † prima citatio pſonaliter fieri debuit in cauſa præſertim criminali, *Pau. de Caſtro. in l. ſeruum quoque publice, n. 12. ff. de procur. Caſſad. decis. 2. de dolo, & cõtum.*

Nec ſanabatur huiuſmodi defectus vigore Statuti Bononiæ ſancientis delinquentes poſſe per contra-
4 dictas citari, quoniam vt non dicetur † nullum Stephani delictum fuerat legitimè probatũ, & per conſequens non potuit Iudex criminalis contra ipſum ſniam proferre ſuper Cenſus nullitate, *l. ſolemus, §. ſtrũculator, ff. de iud. Creſcẽt. deciſ. 5. n. 1. & 3. de iudic.*

Iniuſtitia ſnię erat manifeſta ex defectu probationis, nam cum ſuper iſto contractu Cenſus eſſet formatum publicum inſtrumentum, cum omnib. qua-
5 litatibus requiſitis, & Notarius † de eo rogatus teſtificaretur de numeratione integri pretij corã eo & teſtibus inſtrumẽtariis facta, & conſequenter adeſſet
6 † probatio probata, & veritas apparens reſultantes ex publico inſtrumento, *Bal. in l. Imperator, ff. de ſtatu homin. n. 10. Gramm. deciſ. 35. n. 9. Crau. conſ. 31. in fine,*
7 ad † iudicandũ cõtra dictum inſtrũm concludentiſſima probatio requirebatur probata ſaltem per teſtes idoneos, & ſufficientes ad reprobandum inſtrumentum, vt cenſuit *Rota in cauſa Parmenſis ſtatus*

die

Digitized by Google

die 5. Iunij. 1596. coram R. P. D. meo Seraphino, vbi
fuit approbata ſententia. Philip. Prob. ad Ioan. Mo-
nach. in cap. 1. num. 16. de Teſtib. lib. 6. aſſerentis ta-
les teſtes debere eſſe omni exceptione maiores.
Nam in hoc caſu illi duo teſtes neque idonei dici
poterant, nam propter exceptiones, quas patieban-
8 tur † cũ eſſent examinati ex Iudicis officio in cauſa
criminali abſque partis citatione nullum faciebãt
probationis gradum, Bart. in l. fin. ff. de quaſt. Boſſ. in
tit. de delinquent. num. 6. Abb. in cap. graue, num. 9. de
Praben. Rota in vna Ciuitatis Caſtelli bonorum de Vitel-
lis die 7. Decembris, 1577. coram R. P. D. Seraphino, ne-
9 que aliquod † ex eorum atteſtationibus oriebatur
indicium, Rota in vna Tullenſi beneficij die vltima Ia-
nuarij, & die 21. Aprilis, 1597. coram R. P. D. meo
10 Orano. opus enim erat hoc caſu † citare partem, &
exquirere an vellet habere teſtes pro ritè, & rectè
examinatis, aliis repetendi erant, vt fidem facerent
Rota in vna Romana de Rãboglettis die 24. Maij, 1591.
coram Illuſtriſſimo Mantica, tunc Rotæ Auditore.

Præterea ex partitis librorum Dominorum de
Scappis conſtabat venditorem cenſus recepiſſe ſub
eadem die, qua fuit celebratus contractus, & die ſe-
quenti eas ad bancũ reportaſſe, & poſtea integrum
pretium fuiſſe ſolutum diuerſis creditoribus vendi-
toris, quemadmodum venditor mandauerat. Vlte-
rius etiam apparebat Antonium Spontonum præ-
fati cenſus venditorem fuiſſe in dictis libris mer-
cantilibus ſcriptum creditorem tãtæ ſummæ, quan-
tæ fuerat pretium cenſus.

11 Ex quibus † aliunde quoque, quam ex lectura in-
ſtrumenti conſtabat venditorem Cenſus habuiſſe
effectualiter integrum pretium. Et quamuis integri
pretij numeratio non apparuiſſet, aut probata non
12 fuiſſet facta in ipſo contractu; realis tamen † inter-
fuiſſe dicebatur numeratio per depoſitum pecu-
niarum in banco; maximè cum venditor conten-
tus fuerit depoſito & mercator ipſum creditorem in
partitis conſtituerit: ex his enim numeratio, & ſolu-
tio ſufficienter inducebatur, Iaſ. in l. qui in aliena, nu.
41. & ſeq. ff. de acquir. hered. Soc. iun. conſ. 12. num. 13.
lib. 4. & conſ. 39. num. 13. in fine, lib. 3.

Ex hac etiam tam apparente veritate arguebа-
tur iniuſtitia ſententiæ.

R. P. D. Iuſto, Romana anterioritatis, Veneris 12. Martij, 1600.

SVMMARIA.

1 *Debitor principalis Cenſus is dicitur, qui bonam fidem recognoſcit.*
2 *Quæ incontinenti fiunt, cenſentur ineſſe.*
3 *Contractus nõ iudicatur ex eo, quod in illo ſcriptum eſt, ſed ex eo quod inter contrahentes actum fuit.*
4 *Cenſus dicitur licitè conſtitutus, quando illius pretium ſoluitur creditori venditoris Cenſus.*
5 *Clauſula tamquam principalis, &c. conſtituit principalem debitorem.*
6 *Vno ex correis liberato, alter non liberatur.*
7 *Cenſus per receptionem partis pretij, non dicitur extinctus in totum.*

DECISIO CXXXIV.

DOMINIS placuit Deciſio facta in
hac cauſa coram R. P. D. meo Pam-
philio, & iterum dixerunt Dominum
Lambertum in Cenſu impoſito, &
vendito per Dominã Gineuram an-
1 no 1583. fuiſſe principalem, † quia recognouit bo-
nam fidem, & pecuniæ ceſſerunt in eius vtilitatem
ſoluendo debitum proprium D. Gineuræ, quæ con-
uertit eaſdem pecunias in ſolutionem partis pretij
domus emptæ in vrbem, l. ſed & Iulianus. in princ.
verſ. idem ait. & ibi Doctor. ff. mand.

Non obſtat quod recognitio bonæ fidei nõ fuerit
facta præſente Ferla, quia non fuit facta ad præiudi-
cium Ferle, ſed ad declarandũ quis inter D. Gineu-
ram, & D. Lambertũ eſſet principalis, & quo ad il-
2 los propter † actuum vicinitatẽ cenſetur ineſſe con-
tractui, l. iuriſgentium, §. quinimmo, ff. de pact. l. lecta, ff.
ſi cert. pet. Tiraq. poſt allegatos in l. ſi vnquam, in ver-
bo, donatione largitus, nu. 117. C. de reuoc. donat. ſed re-
ſpectu Ferlæ emptoris Cenſus licet remanſerit prin-
cipalis etiam D. Geneura, l. ſi non ſingulis, ff. ſi cert. pet.
l. ea propter, C. eo. tit. Marſil. in Rubr. de fideiuſſ. num. 62.
Caſtren. in l. 2. §. vbi duo. ff. de duob. reis. tamen Ferla
non liberauit Geneuram tamquam Dñam Cenſus,
ſed tanquã fideiuſſorẽ Lamberti, contra quem erat
relaxatum mandatũ pro liberatione D. Geneuræ.

Ex his etiam verum eſt, quod liberata D. Geneu-
ra remanet obligatus D. Lambertus, qui verè prin-
cipalis eſt in cenſu, & Domina Geneura perſona in-
3 terpoſita, vnde † contractus non eſt iudicandus
ab eo quod eſt ſcriptum in inſtrumento, ſed ab eo
quod eſt actum inter partes, l. multũ intereſt, C. ſi quis
alter. vel ſibi, vbi Bal. nu. 2. verſ. ſed quomodo, et tot. tit.
C. plus valer. quod agit. Abb. ad c. ad noſtram, de empt. &
vend. Rota coram R. P. D. meo Seraphino in Romana ex-
tinctionis Cenſus, 7. Nouẽbris, 1584. Nec obſtat quod
pecuniæ fuerint numeratæ Dominę Geneuræ, quia
4 nihilominus extinctum fuit debitum Lamberti, † &
nihil obſtat quominus in hanc cauſam potuerit
creari, & vendi cenſus cæteris concurrentibus, &
pecuniæ ceſſerunt in commodum Lamberti, l. ſed
& ſi plures, in princ. ff. ad Macedon.

Præterea etiam in principio contractus propter
5 clauſulam † tanquam principalis principaliter, &c.
6 erant ambo principaliter obligari, vnde † liberatio
vni facta alterũ nõ liberat, l. eadem, §. 1. ff. de leg. 1. Ca
pella Toloſana, deciſ. 264. vbi Aufrer. Rota coram b. m.
Oriolenſi Romana repetitionis indebiti, 26. Nouembris,
1593. & conſequẽter liberata D. Geneura non erat
liberatus Lambertus.

Neque applicatur diſtinctio quæ fit inter libera-
tionem, quæ fit per ſolutionem, & eam quæ fit per
acceptilationem ex Bal. conſ. 255. lib. 3. nam ſicut ſo-
lutio partis cenſus facta à Geneura non prodeſt ad
liberandum Lambertum ab obligatione, qua tene-
batur, ita & liberatio quæ fuit limitata, vt Geneura
ex dicto Cenſu nullam moleſtiam ſuſtineret, vt effe-
ctus cõmenſuretur cauſæ, l. in agris, ff. de acq. rer. dom.
7 Nec propterea † Ferla voluit penitus cenſum ex-
tinguere, cum de contrario ex reſeruatione iurium
in inſtrumento dictæ extinctionis appareat.

Neque aliquid viderunt Domini in contractu

Cenſus, neque in recognitione bonæ fidei, quod repugnet naturæ Cenſus.

Alia tolluntur in allegata Deciſione in hac cauſa facta, Ex quibus omnibus ita deciſum fuit.

R. P. D. Penia, Fauentina mutui, Veneris 16. Nouembris, 1601.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatam.*

2 *Numeratio vera, & actualis probatur ex verbis Notarij id aſſerentis.*

3 *Verba, confeſſus fuit ſe habuiſſe, & recepiſſe, &c. non ſunt contrahentium, ſed Notarij.*

4 *Exceptio non numeratæ pecuniæ de iure Canonico poteſt opponi, & probari poſt duos annos.*

5 *Probatio contra publicum inſtrumentum debet eſſe plena, & concludens.*

DECISIO CXXXV.

Die 8. Nouembris, 1589. Hyppolitus Seuerolus vẽdidit annuum Cenſum Domino Iuſtiniano de Seuerolis pretio ſcutorum mille, de quo fuit confectum publicũ inſtrumentum à Cæſare Cittadino Notario Fauentino, eodem die, menſe, & anno aderat rogatum ab eodem aliud inſtrumentum ex quo apparebat Hyppolitum Antonio Seuerolo mutuo dediſſe ſcuta mille. reperiebatur præterea, quod die 18. Martij anni 1590. idem Hyppolitus qui in inſtrumento confeſſus fuerat accepiſſe ſcuta mille, confitebatur in quodam chirographo manu propria cõſcripto ſemel habuiſſe ſcuta tricenta ad computum ſcutorum mille captorum ad Cẽſum, & rurſus in eodem chirographo die 16. Iunij, 1590. recepiſſe libras quadringentas triginta quattuor pro complemẽto ſcutorum mille ad cenſum acceptorum à Iuſtiniano Seuerolo. Hyppolito mortuo Antonius declarauit ſe habuiſſe præfata ſcuta mille & ad ſe pertinuiſſe, & pertinere ſolutionem fructuum cenſus, & cum poſt præfata omnia peteretur executio ſuper inſtrumento mutui contra Dominum Antonium, & ipſe oppoſuiſſet ſe integram ſummam ſcutorum mille non habuiſſe.

An dubium ſuper eo redactum Rota affirmatiuè reſpondit conſtare Antonium habuiſſe integra ſcuta mille, quia de actuali numeratione pecuniarum facta Antonio conſtabat per publicum inſtrumen-
1 tum, † quod probationem probatã continere dicitur, *Grat. conſ. 122. n. 7. lib. 2. Alex. conſ. 37. n. 16. lib. 2.*

Veritati inſtrumenti ſuffragabatur confeſſio Antonij facta ex interuallo, qui ſemper ſoluerat fructus cenſus ad rationem ſcutorum mille; item taciturnitas eiuſdem Antonij qui viuente Hyppolito numquam eiuſmodi exceptionem de nõ habita integram ſummam oppoſuerat. accedebat præterea, quia Notarius in inſtrumento aſſerebat Antonium in præſentia ſua, & teſtium adhibitorum actualiter
2 habuiſſe ſcuta mille, † quibus verbis vera, & actualis ſolutio arguitur facta in præſentia ipſius Nota-
3 rij, quoniam illa non ſunt † verba confeſſionis partis, ſed verba viſus, & ſenſus ipſius Notarij, vt per *Doctores in l. ſi ex cautione, vbi Bal. nu. 16. & 17. C. de non numer. pecun. Soc. conſ. 143. nu. 1. lib. 1.* & fuit reſolutum in *cauſa Romana Cenſus die 21. Maij, 1590. coram b. m. Bubalo, & in cauſa Florẽtina bonorum die 17. Aprilis, 1592. coram Domino meo Mellino.*

4 Et licet † de æquitate Canonica etiam poſt duos annos poſſit opponi exceptio de non numerata pecunia, *Felin. in c. ſi cautio, nu. 61. de fide inſtrum.* & ea
5 probari; talis † tamen probatio, cũ contradicat publico inſtrumento, debet eſſe plena, & concludens, aliàs non ſuffragaretur, *l. non hoc, C. vnde cogn. cap. in præſentia, de probat.* Et propterea excludebatur probatio negatiuæ ex eo deductæ, quod Hyppolitus anno 1590. in chirographo videbatur confeſſus ſe non recepiſſe realiter, & cum effectu ex cauſa Cenſus à Iuſtiniano ſcuta mille: nam cum tunc in actu mutui per Hyppolitum Antonio præſtiti diceretur fuiſſe illa mille, quæ recepit ad cenſum, ſicuti re vera non accepit mille ad cenſum, ſimiliter non fuerunt Antonio mille numerata ex cauſa mutui. quoniam reſpondebatur Primò, quod licet ex dicto chirographo Hyppoliti argueretur in actu ſtipulationis cenſus non interueniſſe integrum pretium, non tamen concludebatur nõ fuiſſe numerata Antonio mille ex cauſa mutui, cum ſummæ ſexcentorum ad cenſum acceptæ addi potuerint ab Hyppolito ſcuta quadringenta auri pro complemento ſcutorum mille. & ſic iſta probatio reddebatur inualida. Secundò, reſpõdebatur quod cum mutuum fieri poſſit ſub ſpe futuræ numerationis non repugnabat quo vno tempore Antonius fateretur recepiſſe, & tamen alio tempore verè receperit.

Præterea non obſtabat aſſertio vnius teſtis inſtrumentarij inducti pro parte Antonij teſtificantis, quod licet in actu mutui fuerit facta oſtenſio pecuniæ, ei tamen non videbatur ſoluta integra ſumma ſcutorum mille: Quia fuit reſponſum, quod cum eſſet vnicus, & deponeret de proprio iudicio, & contradiceret publico inſtrumento cui faciebat alter teſtis inſtrumentarius nullam faciebat releuantem probationẽ, maximè cum contradiceret etiam confeſſioni propriæ ipſius Antonij anno 1596. debitum confitentis, & aſſerentis cenſum fuiſſe impoſitum in ſuam gratiam, & ad ſe ſpectare ſolutionem ſortis principalis, & fructuum decurſorum, & decurrendorum; & notum eſt nullam probationem euidentiorem afferri poſſe, quam quæ oritur ex propria confeſſione.

Illuſtriſſimo Cardinale Lancelotto, Romana Cenſus, Lunæ 10. Ianuarij, 1605.

SVMMARIA.

1 *Sors repeti poteſt in contractu cenſus ratione damnorum, & intereſſe, quando Cenſus fuit impoſitus ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis.*

2 *Legatario non eſt edendum totum teſtamentum, ſed tantum particula legati, & inſtitutionis, à qua legatum pendet.*

3 *Numeratio realis probatur per aſſertionem factam à Notario in inſtrumento Cenſus.*

4 Do-

4 *Dominium pecuniæ transfertur in accipientem, quando ſolutio ſit ad commodum tam ſoluentis, quam recipientis.*
5 *Coniecturis opus non eſt in claris.*
6 *Inſtrumentum publicum facit rem claram, & manifeſtam.*
7 *Inſtrumentum publicum vt reprobetur, requiruntur probationes plenæ, & de neceſſitate concludentes.*
8 *Nec ſufficiunt præſumptiones.*
9 *Pactum quod per biennium fructus Cenſus non ſoluantur, non vitiat contractum.*

DECISIO CXXXVI.

CVM Cenſus fuerit impoſitus ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis, vt fatentur informantes pro Domino Chiappino, & conſtat ex teſtamento Dominæ Gentilinæ & teſtium depoſitioni-
1 bus Domini dixerunt, † quod Domini de Monte rectè agunt ad reſtitutionem ſortis principalis ratione damnorum, & intereſſe ex latè deductis *in cauſa Romana de Cappis, 6. Aprilis, & 17. Martij, 1577. coram Illuſtriſſimo Seraphino,* & fuit reſolutum *in cauſa Portnenſi Cenſus, 15. Februarij, 1599. coram R.P.D. meo Decano.*

Neque obſtare quod Domini de Monte ſcienter emerint Cenſum ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis: nam non probatur eorum ſcientia fideicommiſſi; tum quia ex ſcientia legati non infertur ad ſcientiam totius teſtamenti, cum legatarius non
2 † poſſit petere neque à parte, neque à Notario copiam totius teſtamenti, ſed ſolum particulam ſui legati, & inſtitutionis à qua pendet legatum. *Iacob. de Arena, in l. fin. in princ. C. de precib. Imper. offeren. Cin. num. 3. Fulgoſ. in fine, Caſtr. num. 3. Angel. conſ. 164.* & fuit reſolutum *in cauſa Vrbeuetana Legati, 20. Octobris, 1583. & in vna Romana Legati de Cæſarinis, 5. Martij, 1603. coram R.P.D. meo Decano;* tum quia etiam ſi probaretur eos ſciuiſſe fideicōmiſſum, non tamen ex hoc reſultat, quod ſciuerint bona ſuper quibus fuit impoſitus Cenſus fuiſſe dicto fideicommiſſo ſubiecta, cum in eo huiuſmodi bona non fuerint ſpecificata; immo ex forma mandati, & ex contractu Cenſus apparet voluiſſe facere contractum validum, cum bona fuerint electa vti bona Io. Vincentij: nam in mandato conſtituuntur procuratores ad emendum Cenſum ſuper bonis Io. Vincentij, & in contractu decautelarunt per obligationem quod bona eſſent libera, nec ſubiecta alicui fideicommiſſo, & per pactum de faciendo conſentire omnem perſonam.

Neque etiam obſtare quod in iſtius Cenſus impoſitione non interuenerit pecunia numerata, vt ex forma Conſtitutionis *felic. record. Pij V.* requiritur:
3 † nam de contrario conſtat ex publico inſtrumento, in quo Notarius atteſtatur, quod procurator Io. Vincentij in ſua, & teſtium præſentia habuit, & recepit ſcuta decem millia, & quingenta ab emptoribus, licet abſentibus per manus procuratoris præſentis, & exburſantis in prompta pecunia in tot paulis, & teſtonibus argenteis, quæ ad ſe traxit & recepit, &c. per quæ verba probatur vera numeratio, iuxta not. per *Bart. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Griſogonus, num. 3. & ibi Alex. num. 18. ff. de verb. oblig.* & fuit dictum *in cauſa Florentina bonorum, 17. Aprilis, 1592. coram R.P.D. meo Mellino, & in vna Bononienſi Cenſus, 15. Februarij, 1599. coram R.P.D. meo Decano.*

Et hæc veritas colligitur tam ex mandatis procuræ in quibus hoc continetur quod prius procurator exigat dictam ſummam occaſione donationis, & deinde Cenſum emat ex pecuniis exactis, ſeu exigendis, quam etiam ex præcedenti quietantia eadem die facta per aliud publicum inſtrumentum in quo à procuratore Io. Vincentij fuerat realiter ſoluta ſimilis ſumma ſcutorū decem millium quingentorum occaſione donationis, per quam ſolutionem
4 † dominium dictarum pecuniarum in Dominos de Monte tranſlatum fuit, attento commodo, quod vtraque pars ex ſolutione huiuſmodi conſequuta fuit, *l. qui, §. ea lege, ff. de donat. l. ſi tibi pecuniam, & ibi Bal. in princ. Iaſ. num. 10. Dec. num. 6. ff. ſi cert. pet. l. ſi ſeruus dotalis. & ibi Bal. num. 2. ff. de ſolut.* & fuit dictum *in cauſa Bononienſi Cenſus, 24. Aprilis, 1600. coram Illuſtriſſimo Cardinale Pamphilio, & in cauſa Romana depoſiti, 10. Decembris, 1601. coram R.P.D. meo Coccino.*

Vnde non releuant coniecturæ in contrarium ad-
5 ductæ, † quia in claris nō eſt opus coniecturis, *l. con-*
6 *tinuus, ff. de verb. oblig.* & † publicum inſtrumentum facit rem claram, & manifeſtam, *Bar. in l. 1. in princ. num. 8. ff. de nou. oper. nunc. Dec. conſ. 36. nu. 7. Rum. conſ.*
7 *128. nu. 7. lib. 4. Pariſ. conſ. 104. nu. 64. & ſeq. lib. 1.* † & ad illud reprobādum requiritur plena, & neceſſario concludens probatio, *cap. cum Ioannes, de fide inſtrum.*
8 *Bero. conſ. 147. nu. 34. lib. 2.* Nec † ſufficerent præſumptiones *Dec.* qui alios allegat *d. conſ. 36. nu. 4. verſ. nec obſtat,* quod idem præſumatur, maximè quia hic adſunt duo publica inſtrumenta in contrariū: ſi enim verum eſt primum inſtrumentum, erit etiam verum ſecundum, quod Cenſus fuerit emptus ex pecuniis ſolutis, & nihilominus omnes coniecturæ tolluntur.

Nam quod Dominus Io. Vincentius, neque eius procurator non haberet de eo tempore tot pecunias in promptu, tollitur ex lectura dictorum inſtrumētorum, & poteſt eſſe quod illas mutuo acceperit.

9 Alia † quod fructus per biennium non ſoluerentur, non repugnat validitati Cenſus. Et alia quod fructus poſtmodum fuerint ſoluti in pecunia caſtellana non concludit quod re vera non interuenerit pecunia numerata, prout ad iſtas & alias reſpondent informantes pro Dominis de Monte, quorum reſponſiones Dominis placuerunt.

R.P.D. Pirouano, Anconitana pecuniaria, Lunæ 7. Februarij, 1611.

SVMMARIA.

1 *Promiſſio indemnitatis intelligitur, tam quo ad ſortem, quam quo ad omne intereſſe.*
2 *Fideiuſſores licitè dantur in contractu Cenſus.*
3 *Inſtrumentum publicum dicitur probatio probata.*
4 *Accipiens pecunias ad Cenſum vigore facultatis ſibi à debitore conceſſæ, debet à debitore liberari.*

DE-

DECISIO CXXXVII.

RESOLVTVM fuit relaxandũ eſſe mandatum contra Dominum Alexãdrum Barbadorum pro fructibus Cenſuum, & pro liberatione à fideiuſſione.

Quia quo ad Cenſum ſcutorũ quingentorum conſtat de originali debito Domini Alexandri pro quo emanauit Cẽſus, ſcilicet, vigore fideiuſſionis præſtitæ per Dominum Paueſium in vna parte de ſoluendis ſcutis tricentis ſeptuaginta quinque, & quæ ab eodem Paueſio ſoluta fuerunt vt ex publicis documentis, quæ dantur in Summar. *num.* 1. & in altera pro ſcutis tricentum ſeptuaginta quinque, quæ pariter ab eodem Paueſio ſoluta fuerunt vt ex inſtrumentis in Summar. *num.* 2. pro quibus omnibus promiſit Dominus Alexander cõſeruare indemnem dominum Paueſium, & releuare cum obligatione camerali, & iuramento, & quæ releuationes per ſe ſufficerent pro relaxa-
3 tione mandati. quia † promiſſio indemnitatis hoc habet præcipuum vt quis cenſeatur obligatus ad ſortem, & ad omne intereſſe, in quo eſſet diminuta ſtipulatoris conditio. *Bal. & Salic. in l.* 2. *C. de ſent. qua ſine cert. quant. profer. Pariſ. conſ.* 109. *num.* 38. *lib.* 1. *conſ.* 16. *num* 124. *lib.* 2. *& conſ.* 76. *num.* 21. *lib.* 3. *Surd.* qui prædictos allegat *conſ.* 150. *num.* 4. *vol.* 1. vnde conſtito de creatione Cenſus pro extinguendo debito, & fideiuſſione contracta, ſatis liquidata videbantur damna Paueſij, quorum vigore iuxta formam cameralis obligationis mandatum veniebat relaxandum; ſed acceſſit præterea quod quidquid egit Paueſius circa conſtitutionem Cenſus in ea ſumma id omne de mandato ſpeciali, & tamquam procurator Domini Alexandri fecit, qui in inſtrumento mandati, quod datur in Summar.
2 *num.* 5. promiſit indemnitatem, & liberare † fideiuſſores ex cauſa Cenſus adeo quod bene Paueſius in hac parte probauit ſuæ intentionis fundamen-
3 tum ex publicis inſtrumentis, † quæ dicuntur probationes probatæ, *c. cum Ioannes, de fide inſtr. c. cum dilect. vbi Abb. n.* 2. *de donat. Bal. in l. intereſt, n.* 2. *C. de ſolut. Alex. conſ.* 135. *n.* 5. *lib.* 6. *Soc. conſ.* 119. *n.* 5. *lib.* 2.

Quo verò ad alterũ Cenſum ſcutorũ tricentorum quindecim cuius inſtrumentus datur in Summar. *nu.* 2. fuit dictũ relaxandum mandatũ pro fructibus quia in Summar. *nu.* 1. legitur promiſſio facta à Paueſio de iudicato ſoluendo, & Dñs Barbadorus promiſit illũ liberare dando ei facultatem accipiendi pecunias ad cambia, & recambia, & ideo cũ Paueſius poſtea coactus fuerit ſoluere, vt in Summar.
4 *num.* 2. bene † potuit vigore promiſſionis accipere pecunias ad Cẽſum pro quo Dominus Barbadorus tenetur eũ liberare iuxta propriam obligationem, de qua in Summar. *num.* 1. & prout de iure liberare tenetur ex *Bal. Salic.* & aliis ſupra allegatis.

R. P. D. Iuſto, Tudertina Cenſus, Veneris 26. Maij, 1600.

SVMMARIA.

1 *Interpellatus iudicialiter ſi non impleat promiſſa, tenetur ad intereſſe.*
2 *Sors ſuccedit loco intereſſe.*
3 *Obligatio acceſſoria redditur nulla, annullata obligatione principali.*
Intellige hoc procedere, quando nullitas prouenit ex defectu formæ, num. 5.
4 *Fideiuſſor qui ſe obligauit vti principalis remanet obligatus, etiam ſi annulletur obligatio principalis.*
6 *Res aliena vendi poteſt.*
7 *Appellatio impedit effectum ſententiæ.*
8 *Cenſus exigi poteſt ex contractu nullo, quando venditor expreſſè ſe obligauit ad damna, & intereſſe.*

DECISIO CXXXVIII.

DVBITAVI an mandatum executiuum relaxatum ab A. C. eſſet exequendum, & fuit affirmatiuè reſolutum. Quia
1 † Gentilonus iudicialiter interpellatus ea non impleuit ad quæ iuxta formam ſuæ obligationis tenebatur, & idcirco fuit commiſſa ſtipulatio, & obligatio ad intereſſe, *l. ſtipulationes non diuiduntur, verſ. Celſus, ff. de verb. obligat. l. ſi quis ab alio, ff. de re iudic. Bar. in l. ſi indebitum. ff. rem rat.*
2 *haber.* Et loco † damnorum & intereſſe bene relaxatum eſt mandatum executiuum tam pro ſorte principali, quam pro fructibus Cenſus, *Bal. in l.* 4. *num.* 7. *C. de act. empt. Ruin. conſ.* 141. *num.* 9. *libro* 1. *Rota coram R. P. D. meo Decano in Romana dotis,* 11. *Februarij,* 1583. *iuncta alia Romana de Alexijs,* 1. *Iunij,* 1587. & in aliis cauſis.

Nec obſtat quod Franciſcus obtinuerit ſenten-
3 tiam ſuper nullitate Cenſus † vnde annullata obligatione principali remanet nulla obligatio acceſſoria Gentiloni fideiuſſoris, *Bart. in l. cum lex, ff. de fideiuſſ.* præſertim reſpectu fructuum, qui ex contractu Cenſus nullo non debentur. Quoniam re-
4 ſpõſum fuit † nihilominus remanere obligationem Gentiloni tamquam principalis principaliter obligati, *Mohed. deciſ.* 2. *de fideiuſſor.* & latè deductum fuit *coram b. m. Orano, in Romana Cenſus de Prouanis,* 8. *Aprilis,* 1593. *& in alia Romana fideiuſſionis coram eodem* 7. *Iunij anni præteriti* & Rota intelligit doctri-
5 nam *Bart.* † quod annullato contractu principali, annulletur obligatio fideiuſſoris quando nullitas eſt propter defectum formæ, qui facit contractum ab initio non valere, quia tunc non habet vbi conſiſtat obligatio acceſſoria, vt in d. deciſione de Alexiis. Quapropter cum in hoc Cenſu interuenerint ſolemnitates, & fuerint cauſæ ſufficienter enunciatæ, vel ſaltem nihil prohibuerit Cenſum ab initio imponi ſuper re aliena, *Nauar. de vſur. num.* 31. quia
6 † res aliena vendi poteſt, *l. rem alienam, ff. de contr. empt. l. cum res, C. de Probat. Afflict. deciſ.* 40. ſibi imputet fideiuſſor, quod non conuertit pretium in vtilitatem Franciſci pupilli, nec fecit eum. poſtquam maior effectus eſt conſentire, ex quibus vel reſultat nullitas in materia, vel ab extra ex defectu Tutoris, & Gentiloni procuratoris, quod hic etiam firmiter tenendum eſt, dum pendet cauſa appellationis ſu-
7 per nullitate Cenſus, † quæ impedit effectum ſententiæ, *l.* 1. *in fine, ff. ad Senat. Conſ. Turpill.* Præterquam quod ex nullitate Cenſus fit locus obligationi Gentiloni, qui quocumque caſu nullitatis Cenſus adue-
8 niente teneri voluit. Et in † his caſibus deberi Cen-

ſus

Digitized by Google

ſus decurſos propter obligationem ad damna, & intereſſe, quæ tergiuerſari non poſſunt, tenuit Rota in dicta deciſione de Alexiis.

Ex quibus tolluntur omnia, quæ in contrarium adducuntur, niſi obſtet nullitas ex defectu iuramenti calumniæ, quæ opponitur.

R. P. D. Pamphilio, Romana releuationis indemnitatis, Lunæ 14. Nouembris, 1605.

SVMMARIA.

1 *Promiſſio, & obligatio ſimplex non reſtricta ad tempus, cenſetur perpetua.*
2 *Indemnitatis promiſſio de ſui natura importat fideiuſſorem damnum non eſſe paſſurum.*
3 *Promiſſio indemnitatis tamdiu durat, quamdiu durat obligatio fideiuſſoris.*
4 *Clauſula poſita in vno capitulo illud tantum reſpicit, & qualificat.*
5 *Clauſula poſita in vna parte inſtrumenti, non refertur ad ea in quibus militat diuerſa ratio.*
6 *Alimentorum obligatio tamdiu durat, quamdiu viuit alimentarius.*
7 *Interpretatio ceſſat vbi verba ſunt clara.*
8 *Relatio non fit quando recta verborum conſtructio congruenter non patitur.*

DECISIO CXL.

DOMINI dixerunt Dominū Tiberium Velliū, teneri releuare indemnes Dominos Camillum de incoronatis, & Camillū de Maximis fideiuſſores Cenſus per Dominam Pātaſileam de Capiteferreo impoſiti ſuper quadam eius vinea.

Et moti fuerunt ex inſtrumento concordiæ cum Domina Pantaſilea celebrato, in quo ipſe Tiberius expreſsè promiſit ſoluere omnes fructus ſupradicti Cenſus eo durante, illumq. ex tunc tam reſpectu ſortis principalis, quam fructuum ad ſe accollauit, promittens tam Pantaſileam, quam quoſcumque
1 pro dicto Cenſu obligatis releuare, &c. quæ † promiſſio cum fuerit ſimplex nec ad aliquod certum tempus limitata, intelligitur perpetua, durante ipſo Cenſu, *l. iuriſperitos, in princ. ff. de excuſat. tutor. Gloſ. 1. in l. ſiue præfinito, ff. de pœn. Cephal. conſ. 212. num. 2.* & tradit *Tiraq. de retractu Conuent. §. 2. Gloſ. 1. num. 29.* Præſertim attēta natura ipſius promiſſionis indem-
2 nitatis, † quæ cum importet fideiuſſorem damnum non eſſe paſſurum, *Bal. in l. 1. ſub num. 1. C. de reuoc. his, quæ in fraud. credit.*, debet durare † quamdiu
3 durat Cenſus, cū ſemper eo durāte fideiuſſor damnum pati poſſit. Nec obligatio iſta Domini Tiberij, poteſt dici reſtricta ad vitam Dominæ Pantaſileæ. propter illa verba de quibus in inſtrumento ibi eius vita durante tantum: quia, vt patet ex lectura ipſius inſtrumenti, huiuſmodi reſtrictio eſt poſita in capitulo ſeparato ad ſolutionem alimentorum faciendam Pantaſileæ matride ſcutis decem ſingulis menſibus, & de barilibus decem vini, & de Rubris
4 duobus grani ſingulis annis, † & ideo illud tantum capitulum reſpicit, & qualificat. *Aret. in l. talis ſcriptura, num. 4. in fine, verſ. tunc enim clauſula in vno ca-*
5 *pitulo, ff. de vulg.* cum ſimilibus. tum quia † hoc non procedit vbi militat diuerſa ratio, *Alex. conſ. 179. num. 13. verſ. poſſet inſuper, vol. 5. Pariſ. conſ. 110. num. 15. lib. 3. Rol. conſ. 74. num. 23. libro 2.* prout in caſu iſto in quo alia eſt ratio in promiſſione alimen-
6 torum, † quæ cenſetur durare quamdiu viuit ille cui alimenta ſunt præſtanda, *Bar. in l. ſi Sticum, §. 1. num. 2. verſ. modo ſi, & ibi Iaſ. num. 11. ff. de verb. obligat. Pontan. de aliment. cap. 16. num. 1. verſ. omnes*, alia eſt ratio in promiſſione ſoluendi Cenſus, & releuandi fideiuſſores, quæ cenſetur durare quamdiu durat ipſe Cenſus, vt ſupra dixi.

Vltra quod in caſu de quo agitur, expreſsè fuit actum, quod promiſſio ſoluendi Cenſus duraret durantibus cenſibus, vt clarè legitur in inſtrumen-
7 to, & † ideo ceſſat omnis interpretatio, *l. non aliter, ff. de leg. 3.*

Et ceſſat omnis difficultas reſpectu promiſſionis indemnitatis, quia illa non regitur ab eodem verbo, Promiſit, ſed habet ſuum verbū principale pro-
8 mittens, &c. quod longè diſtat, † nec poteſt congruenter referri ſalua recta cōſtructione verborum, *Iaſ. in l. talis ſcriptura, num. 40. verſ. Quarto vltra, ff. de legat. 1. Menoch. conſ. 220. num. 79. lib. 3.*

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Romana affictus, Lunæ 8. Martij, 1604.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor licitè poteſt aliquid accipere pro fideiuſſione præſtanda.*
2 *Iudicis tamen arbitrio declarandum.*
Limita ſi fideiuſſor nullum omnino ſubeat periculum ſoluendi, num. 4.
3 *Merces conſtituenda ratione imminentis periculi, debet pro modo periculi conſtitui.*
5 *Commodum inductum ad releuamen granaminis, ceſſat ceſſante granamine.*
6 *Peritorum relationi cum iuramento factæ, ſtandum eſt.*
7 *Teſtes deponentes tamquam periti electi, præferuntur ceteris teſtibus.*

DECISIO CXLI.

FVIT in alia poſitione huius cauſæ per dominos firmatum licere fideiuſſori re-
1 cipere † aliquid loco mercedis pro fideiuſſione præſtita diſcretè tamen, & moderatè ex allegatis in deciſione, & propterea aliàs cenſuit apud *Chirog. deciſ. 64.* Mercatori hac de cauſa poſſe ſolui duo pro quolibet centena-
2 rio, ſuper † quo non poteſt ſtatui certa regula, ſed totum reſidet in arbitrio iudicantis. *Bal. in l. antiqua, num. 3. in fine, C. ad Velleian.* cum enim merces conſtituatur propter dubiam exactionem debitoris, & periculum imminens fideiuſſori, quod gratis
3 ſuſcipere non tenetur, † debet pro modo periculi conſtitui, *Bal. in d. l. antiqua, num. 2. in fine. Ioan. de Anan. in c. fin. ſub num. 42. verſ. nam habetur reſpectus,*

de

4 *de vſur.* vſque adeo, vt ſi certa † ſit debitoris ſolutio, nec vllum immineat periculum fideiuſſori nihil recipere poſſit, vt per *Couar. lib. 3. Var. reſolut. cap. 2. ſub num. 6.* cum aliis allegatis per informantes. &
5 facit quia † quando grauamen eſt cauſa commodi, ceſſat commodum grauamine ſublato, *l. rum qui, vbi Bart. ff. de iureiur. Rom. conſ. 417. num. 4.* Domini autem conſideratis omnibus cautelis pro indemnitate Domini Marij ſtipulatis, vltima obligatione Equitis Creſcentij, & alterius in locum Equitis morientis ſubrogandi, ad eandem indemnitatem retentione ſcutorum quingentorum annuorum pretij affictus pro extinctione ſocietatum, & facultate ipſi Domino Mario reſeruata ſoluendi ex dicto affictu quidquid erit ſoluendum tam de ſorte, quam de fructibus ſocietatum, attenta etiam reductione à vero, & iuſto affictu ob cauſam dictæ fideiuſſionis dixerunt Dominum Maximilianum ſi non in totum, ſaltem multum exceſſiſſe & enormiter læſum in reductione.

Exceſſiuitas enim, & enormis læſio tergiuerſari non poteſt cum propter huiuſmodi fideiuſſionem affictus ſit reductus ad iulios viginti ſex, cum, ea circumſcripta verus, & iuſtus affictus eſſet iuliorum triginta quinque, vt deponunt concorditer periti hinc
6 inde electi medio eorum iuramento, † quorum relationi eſt ſtandum, *Doctor. in c. propoſuiſti, vbi Abb. num. 10. Felin. nu. 6. de Probat.* & fuit latè deductum *in Romana Palatij de Incoronatis, 11. Maij, 1584. coram Reuerendiſſimo P. D. Alexandrino.* vnde apparet diminutio iuliorum nouem pro quolibet, quę quantitas ſpacio nouem annorum notabiliter excedit ſummam ſcutorum quinque millium, pro qua Dominus Marius interceſſit.

Exceptiones datæ contra relationem Carcupini, & ſæpius in Rota deductæ non placuerunt Dominis, & benè tolluntur per informantes.

Teſtes adducti ad probandam vilitatem pretij affictus caſalium propter timorem bannitorum non
7 probant bene; & † quando probarent præualet iudicium peritorum. *Dec. conſ. 489. num. 11.* cum aliis per *Honded. conſ. 31. num. 46. lib. 1.*

Non obſtat quod reductio, & diminutio affictus facta ſit, non tamen propter fideiuſſionem, ſed propter alias conuentiones, quia periti retulerunt etiam conſideratis pactis inſtrumenti, vt in relatione dicitur,

Quæ dicuntur de ſimulatione primi contractus non faciunt, quia Dominus Maximilianus eo non vtitur, nec ab eo deducit exceſſiuitatē reductionis, ſed à liquidatione, & æſtimatione facta per peritos.

Deciſ. CXLII. hic fuit omiſſa, quia fuit per errorem duplata, & eſt ſupra Deciſio CXXVI.

R. P. D. Vicecomite, Romana Cenſus, Veneris 11. Ianuarij, 1585.

SVMMARIA.

1 *Liber ſocietatis non probat pro ſocietate,*
2 *Obſeruantia ſubſequuta declarat qualis fuerit præcedens intentio.*
3 *Actus ab initio nullus vt reualidetur, requiritur nouus conſenſus.*

DECISIO CXLIII.

C[illegible] non potuit validari, & ita viſum eſt Dominis, quoniam † libri ſocietatis non probant pro ſocietate quod exegerit fructus *ad Bar. & alios, in l. admonendi, ff. de iureiur.* & obſer-
2 uātia † ſocietatis quod egerit ad ſortem principalem declarat animum vtendi pacto appoſito in conſtitutione Cenſus de illo extinguendo ad arbitrium emptoris, per *Aim. conſ. 101. num. 3.*
3 *Rom. conſ. 277. num. 4.* Et † cum actus ſit nullus, & reprobatus vt aliàs reſolutum fuit, requirebatur vt Domini dixerunt, conſenſus nouus ſpecificus, qui cum non detur in hoc caſu reualidatio induci non potuit,

R. P. D. Corduba, Eugubina Cenſus, 24. Nouembris, 1597.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor non opponens exceptiones ex quibus ſcit naſci ſuam liberationem, ſi ſoluat non repetit.*
2 *Maximè ſi non denunciauit ſuo principali vt ſe defenderet.*
3 *Pacta in contractu Cenſus appoſita ſi non ſint contra illius ſubſtantiam vitiantur, & non vitiant.*
4 *Pactum cum vna perſona factum alteri ignoranti, non præiudicat, & num. 8.*
5 *Fideiuſſor non poteſt euitare ſolutionem debiti, quod pluries ſuus principalis recognouit.*
6 *Depoſitum regulare ſi exburſetur præter, vel contra legem dictam in actu deponendi, non extinguitur, ſed ſemper manet.*
7. *Depoſitarius ſoluens præter, vel contra pacta conuenta in actu deponendi, de ſuo proprio ſoluit, & mutuari intelligitur.*
8 *Præſentia, & notitia pacti non nocet, ſed requiritur expreſſa obligatio.*

DECISIO CXLV.

CONTRA Dominos de Carbonana agentes pro releuatione indemnitatis plura opponebantur per Dominum Frāciſcum Ridolphinum, & in primis, quod dicta releuatio eis non poterat competere cum Cenſus eſſet nullus, & de illius nul-
1 litate non oppoſuiſſent. Fideiuſſor † enim quando ſciuit cauſam ex qua reſultabat ſua liberatio & non oppoſuit repetere non poteſt, quia tunc dicitur eſſe in culpa, *l. exceptione, vbi Scribentes, de fideiuſſor. Bal. in l. conſtitutionibus, num. 2. de vſur.* cum allegatis *in Aquilana releuationis indemnitatis, 28. Iunij, 1577. coram b. m. Robuſterio. Diuerſ. deciſ. 113. num. 12. par. 1.*
2 Maximè † cum non ſit facta intimatio ipſi principali, qui ſe defenderet, *l. ſi procuratori, ff. de cond. indeb. l. emptorem,* vbi omnes, *de act. empt.*

Nullitatem dicti Cenſus deducebant. Primò ex pactis appoſitis, de quibus in inſtrumento. Hæc tamen Dominis non placuit, quia dicta pacta non ſunt contra naturam & ſubſtantiam contractus, qui

habet

3 habet rem, & pretium, & eſt redimibilis † vnde vitarentur non vitiarent contractū, *e.fi.n.de cond.appoſ.* & fuit reſolutum *in cauſa Romana Turris Bubalariæ,* & alibi ſæpè. *Ioan.Guttierez.Pract.Quaſt.lib.2.quaſt.176.num.2.in fine.*

Secunda nullitas deducebatur ex defectu pretij facti de pecuniis depoſitatis, quæ ex pacto inito inter Vincentium, Federicum, & Io. Paulum non poterant ammoueri, nec penes alium deponi, aut quouis modo collocari abſque illorum conſenſu. ſed nec hanc admiſerunt Domini, cum non appareat Dominos de Carbonana fideiuſſores interueniſſe dicto contractui, nec illius notitiam habuiſſe. celebratus enim fuit longè ante impoſitionem Cenſus;
4 illis † autem ignorantibus apponi non poterat, iuxta doctrinam *Bal. in d.l. Conſtitutionibus. Salic. in l.ſi pro ea,num.12.& 13. C.mand.* Maximè quia Rodulphus erat in credulitate inſta, ex quo principalis dum vixit ſoluit reditus Cenſus per plures annos, abſque eo quod oppoſuerit de dicta nullitate, &
5 ſtante † dicta poſſeſſione contra principalem, fideiuſſor non potuiſſet ſolutionem euitare, vt docuit poſtea euentus, quoniam de anno 1590. oppoſita dicta nullitate fideiuſſores fuerunt reiecti ex ſtatuto remouente exceptiones ad impediendam executionem. Et iis non obſtat quod in prima inſtantia fuerat reſeruata exceptio nullitatis, quia hoc non impedit quin fideiuſſores poſſint agere pro ſua indemnitate. *Socin.conſ.70.lib.3.*

Pro parte verò fideiuſſorum allegabatur Cenſum ſuſtineri, quia fuerat conſtitutus ante Bullam *Pij V.*, de quo tempore numeratio actualis non erat neceſſaria, & ſatis dicitur interueniſſe pretium ex
6 conuerſione depoſiti, quod cum eſſet regulare † non extinguitur pecuniarum ſolutione, ſed ſemper extat reſpectu illorum, quorum conſenſus requirebatur. Scribentes in *l.ſi patroni, de conſ.cauſ.tot.* & cū Bla-
7 xiottus depoſitarius † teneatur ex depoſito, cenſetur dictam quātitatem dediſſe, vel mutuaſſe de ſuo, *l.1. §.eleganter, & ibi Olof. ff.depoſ.* cum aliis allegatis *in cauſa Romana de Theodolis, de anno 1583. coram Illuſtriſſimo Blanchetto.*

Dicebant etiam dictum contractum ſuſtineri, quia Blaxiottus non ſe obligauerat non reſtituere
8 abſque conſenſu Vincentij, & Federici, & † quod illa conuentio fuerat tantū inita inter Vincentium, Federicum, & Io. Paulum, non autem cum Blaxiotto depoſitario. Nec placebat reſponſio ex aduerſo data, quod fuerat & ipſe præſens huic contractui, &
9 conuentioni; quia reſpondebatur, † quod in ſimilibus nō attenditur notitia pacti, ſed obligatio ipſius, & imputare ſibi debent cōtrahentes, qui intellexerūt obligationē Blaxiotti de reſtituēdo omni exceptione remota Io. Paulo, & tñ nō curarūt eū obligare quod nō poſſet reſtituere niſi cum eorū conſenſu.

Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, Nullius, ſeu Meliuicenſis Cenſus, Lunæ 26. Maij, 1614.

SVMMARIA.

1 *Pacta illa dumtaxat vitiant contractum Cenſus, quæ ſunt contra illius ſubſtantiam.*
2 *Bulla Pij V. ſuper Cenſib. duo facit. Primum dat formam contractui. Secundum improbat nonnulla pacta.*
3 *Contractus cenſualis forma in quibus conſiſtat.*
4 *Nullo modo, hæc verba, poſita in diſpoſitione, inducunt formam.*
5 *Pacta improbata per Bullam Pij V. in contractu Cenſus, non tangunt nouam formam dicti contractus.*
6 *Bulla Pij V. in verſ. contractuſq. ſub alia forma, &c. intellectus.*
7 *Clauſula in fine poſita refertur dumtaxat ad ea, quibus qualitas conuenit.*
8 *Clauſula in fine poſita non refertur ad omnia, quando ex tali relatione induceretur correctio iuris communis.*
9 *Pactum quod venditor Cenſus teneatur ad omnia onera, &c. non eſt contra ſubſtantiam contractus cenſualis.*
10 *Emptor non venditor tenetur ad onera pro re vendita.*
11 *Pactum quod non facit tranſire contractum de vna ſpecie ad aliam, non eſt contra ſubſtantiam contractus.*
12 *Pactum quod Cenſus ſoluatur abſque aliqua defalcatione ob caſum fortuitum, eſt contra Bullam Pij V.*
13 *Non eſt tamen contra ſubſtantiam contractus cenſualis.*
14 *Pacta, quæ non ſunt contra ſubſtantiam contractus vitiantur, & non vitiant.*

DECISIO CXLVI.

Dubitavi an mandatum A.C. eſſet exequendum, quod pendebat à validitate, vel inualiditate Cenſus, An ſcilicet, pacta redderent contractum fœneratitium, vel potius vitiarētur tantum, & difficultas reſtricta fuit ad tria pacta, de quibus infra dicetur. Et pro illorum intelligentia dicebant Domini, quod non omnia pacta vitiant con-
1 tractum, † ſed illa tantum, quæ ſunt contra ſubſtantiam. *Doctor. in cap.fin. de cond.appoſ.* & dixit *Rota in Romana Caſalis Turris Bubalariæ, 2. Nouembris, 1575. coram b.m. Cardinale Seraphino,* & hanc ſententiam in terminis Conſtitutionis *Pij V.* ſequuta fuit *Rota in vna Bononienſi Cenſus, 26. Iunij, 1600. coram b.m. Cardinale Pamphilio, & in Calagurritana Cenſus, 28. Ianuarij, & 29. Aprilis, 1602. coram b.m. Cardinale Seraphino,* & nouiter in terminis dictæ Bullæ, dicit *Felician. de Solis, de Cenſib. lib.1. cap.10. nu.28. & Guttierez, Pract.Quaſt.lib.2.quaſt.176. per tot.*

Et quamuis Bulla *Pij V.* improbet plura pacta, quæ non ſunt contra ſubſtantiam, & poſtmodum ſubdat. contractuſq. ſub alia forma poſthac celebrandos fœneratitio iudicamus, tamen eſt aduer-
2 tendum, quod † Bulla duo facit: primum dat formam contractui: ſecundò improbat nonnulla pa-
3 cta. Primum patet, quia vult † quod Cenſus creetur ſuper re immobili, aut quę pro immobili habeatur, de ſui natura fructifera, certis finibus deſignata, & in pecunia numerata coram teſtibus, & Notario in actu celebrationis inſtrumenti, &c. & cum
4 in conſtitutione dicatur, † nullo modo poſſe Cenſum creari, niſi in re immobili, &c. & in pecunia numerata, vtique iſta ſolum inducunt formam, vt dicit *Guttierez. Pract.Quaſt.lib.2.quaſt.176.num.5.verſ.vel ſecundo, & rectius,* qui loquitur in terminis dictæ Bullæ. Secundum etiam patet, quia conſtitutio improbat pactum auferens, aut reſtringens facultatem

tatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam, inſuper &
pacta continentia moroſum Cenſus debitorem te-
neri ad intereſſe lucri ceſſantis, aut ad cambium,
ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria,
aut expenſas iuramento creditoris liquidandas, aut
rem cenſui ſubiectā, ſiue aliquam eius partem amit-
tere aut ius ex eodem contractu, ſiue aliunde ac-
quiſitum perdere, aut in aliquam pęnam cadere,
immo & Cēſum augeri, aut nouum creari ſuper ea-
dem te, vel alia ad fauorem eiuſdem, aut perſonæ
per eum ſuppoſitæ pro cenſibus temporis vel præte-
riti, vel futuri. Item pacta continentia ſolutiones
onerum ad eum ſpectare ad quem aliàs de iure, &
5 ex natura contractus non ſpectant. & † huiuſmodi
pacta improbata non tangunt nouam formam hu-
ius contractus, cum conſtitutio annullet ſolum iſta
pacta; non autem cōtractum, prout annullat quan-
do non eſt factus ſuper re immobili, & in pecunia
numerata, vt ſupra dictum eſt. Ita Gutierez, loco
6 proximè allegato. Et propterea verba illa. † Con-
tractuſq. ſub alia forma poſthac celebrandos fœne-
ratitios iudicamus, referuntur ad illa quæ dant for-
mam contractui; non autem ad alia pacta quæ non
ſunt contra ſubſtantiam, vt per *Guttierez d.loco.* &
dixit Rota in allegatis cauſis Bononienſis & Cala-
guritana.

Et quod iſte intellectus ſit verus, ſatis patet pon-
derando totum tenorem Bullæ, euius verba in ſub-
ſtantia ſunt. Statuimus Cenſum conſtitui nullo mo-
do poſſe niſi ſuper re immobili, & in pecunia nume-
rata, & prohibemus ſolutiones anticipatas aut in
pactum deduci, & conuentiones obligantes ad ca-
ſus fortuitos valere minimè volumus, quemadmo-
dum, & pactum auferens, aut reſtringens faculta-
tem alienādi rem Cenſui ſuppoſitam, & pacta con-
tinentia moroſum teneri ad intereſſe ex toto irrita
ſint, &c. Contractuſq. ſub alia forma celebrandos
feneratitios iudicamus, & ita illis propterea nō ob-
ſtantibus quidquid expreſsè, vel tacitè contra hæc
noſtra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat
à fiſco volumus poſſe vindicari. Nam ſenſus Bul-
læ eſt quod contractus ſub alia forma facti fœnera-
titij iudicentur, & ita illis propterea non obſtanti-
bus, ſcilicet, pactis quidquid expreſsè, vel tacitè
contra hęc noſtra mandata, ſcilicet, conſtitutionem
dari, &c. à fiſco volumus poſſe vindicari, vnde iſta
clauſula. Contractuſq. ſub alia forma, &c. non po-
teſt referri ad pacta, quia non ſunt de forma. Licet
7 enim † clauſula in fine poſita referatur ad omnia,
hoc eſt verum quando qualitas omnibus conuenit,
ſecus verò quando conuenit ſolum deductis in prin-
cipio, quia ad illa ſolum refertur, *cap. cum ſingula, in
princ. de Prabend. in 6.* per illum tex. *Alex. in conſ.
48. num. 19. lib. 1.* Et tantò magis quia ſi huiuſmo-
di relatio fieret ad pacta induceretur correctio iuris
communis, ſcilicet, quod pacta quæ non ſunt con-
8 tra ſubſtātiam contractus, illum vitiarent, † & ideo
talis relatio fieri non debet. *Soc. conſ. 150. num. 37.
verſ. octaua ratio, lib.... Alex. conſ. 48. num. 1. verſ. non
obſtant illa verba, & nu. 6. & ibi Apoſtill. in verbo, con-
trarietatem, lib. 1. Io. de Imola, conſ. 145. in princ, verſ.
nec obſtat.*

9 His poſitis. Primum pactum eſt, quod Cenſus ſit
ad rationem decem, & francus ab omni contribu-
tione gabellarum, functionum, &c. & ab omnibus
aliis collectis impoſitis, & imponendis, etiam pro
ſeruitio Regis, & recuperatione totius Regni, etiam
ſi tales eſſent, vt ad illas dictus emptor, vel eius hæ-
redes tenerentur contribuere. hoc pactum negari
non poteſt quin ſit cōtra Bullam, quæ annullat pa-
cta ſolutiones onerum ad eum ſpectare, ad quem
aliàs de iure, vel ex natura contractus non ſpecta-
10 rent, quale eſt iſtud pactum: quia † ipſe emptor te-
netur ad ſolutionem iſtorum onerum, non autem
venditor, *l. debet, ff. de ædilit. edict. Alber. in l. & ideo,
de condict. furt. Pinell. in l. 2. par. 2. cap. 3. num. 4. C.
de reſcind. vendit. & Io. Garz. in tract. de expenſ. cap. 18.
num. 46.* ſed non propterea ſequitur quod iſtud pa-
ctum ſit contra ſubſtantiam contractus tam atten-
to tenore conſtitutionis, vt ſupra probatū eſt, quam
11 attenta diſpoſitione iuris communis, † quia non fa-
cit tranſire contractum de vna ſpecie in aliam pro-
ut requiritur, *Caſtr. conſ. 312. in princ. lib. 1. Natta,
conſ. 123. num. 9. Redoan. de reb. eccleſ. non alien. regula
33. cauſa 30. quæſt. 34. Abb. in conſ. 72. num. 2. lib. 1.* &
ita in terminis reſpondet *Felician. de Solis, de Cenſib.
lib. 1. cap. 10. num. 22. & ſeqq.*

Secundum pactum eſt, quod dicta decem pro
centenario debeant ſolui per venditorem in perpe-
tuum, ſine aliqua diminutione, aut excomputatio-
ne etiam quæ de iure, aut conſuetudine facienda
eſſet ex cauſa belli, vel peſtis, aut impedimenti, &
12 caſus fortuiti Diuini, vel humani. † Iſtud pactum
etiam negari non poteſt quin ſit cōtra Bullam, cum
diſponat non valere conuentiones directè, vel indi-
rectè obligantes ad caſus fortuitos eum, qui aliàs ex
natura contractus non teneretur, quia remiſſio ſpe-
ctat ad dominum Cenſus, iuxta not. per *Bar. in l. li-
cet, num. 1. Bald. num. 15. Aret. conſ. 57. num. 2.* ſed
13 † non propterea ſequitur quod ſit contra ſubſtan-
tiam Cenſus cum non mutet eius naturam, & ideo
14 vitiatur, ea non vitiat, vt in genere † de iſtis pactis
dicit *Guttierez, d. quæſt. 176. num. 3.* & allegat *Ola-
num in ſua concordia iuris, littera A, nu. 110. & ſeqq.*

Quantum attinet ad Tertium pactum, quod ſi
venditor ceſſauerit per quattuor menſes à ſolutione
Cenſus, teneatur volente emptore ſtatim reſtituere
capitale & Cenſus decurſos, damna, & intereſſe erit
particulariter videndum.

Ex quibus quoad duo pacta fuit reſolutum con-
tra informantem.

Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, Nullius, ſeu Melliuicenſis Cenſus, Lunæ 16. Martij, 1615.

SVMMARIA.

1 *Pacta, quæ non ſunt contra ſubſtantiam contractus vi-
tiantur, & non vitiant.*

2 *Bulla Pij V. ſuper Cenſib. in verſ. contractuſq. ſub alia
forma, &c. reſtringitur ad ea quæ ſunt de forma, non
autem ad alia pacta, quæ ſolum improbantur, & non
annullant contractum.*

3 *Clauſula in fine poſita non refertur ad omnia præceden-
tia, quando proprietas ſermonis non patitur.*

4 Pa-

4 *Pactum obligans ſimpliciter venditorem Cenſus ad illum redimendum arbitrio domini Cenſus, eſt illicitum.*
5 *Immo eſt contra ſubſtantiam contractus.*
6 *Pactum quod facit tranſire contractum de vna ſpecie ad aliam, eſt contra ſubſtantiam contractus.*
7 *Contractus cenſus in quo apponitur pactum, quod exiſtente moroſo debitore cẽſus in ſolutione, poſſit cogi ad illum redimendum, do iure communi ſuſtinetur.*
8 *Dominium rei vendita tranſit in emptorem re ipſa tradita, & ſoluto illius pretio.*
9 *Pactum reſolutionis contractus ſuſtinetur in emptione, & venditione.*
10 *Pactum quod debitor Cenſus ſi ſit moroſus in ſolutione illius poſſit cogi ad redimendum Cenſum, non eſt contra ſubſtantiam contractus, & infra.*
Contrarium volunt aliqui, num. 12.
Sed reprobantur, nu. 13.
11 *Attenditur id quod principaliter agitur.*
14 *Mora ſapit delictum.*
15 *Pactum quod debitor Cenſus ob moram in ſoluendo teneatur ad damna, & intereſſe, de iure eſt permiſſum, & licitum.*
Vel ſaltem non eſt contra ſubſtantiã contractus, numero 19.
16 *Bulla Pij V. ſuper cenſib. prohibens deduci in pactum intereſſe lucri ceſſantis, intelligitur de extrinſeco, non intrinſeco.*
Non excludit petitionem intereſſe lucri ceſſantis, ſi probentur requiſita, num. 20.
17 *Verba ſunt applicanda ad ſenſum bonum, & vitio carentem.*
18 *Et vt excludatur contractus illicitus.*

DECISIO CXLVII.

IN Deciſione in hac cauſa facta ſub die 16. Maij ſuperioris anni fuit firmatum, quod ex Conſtitutione *Pij V.* ſuper cenſib. de noua forma, aut ſubſtantia huius cõtractus, eſt quod cenſus creetur ſuper re immobili, certis finibus deſignata, & in pecunia numerata, & propterea ſola cõtrauentio circa iſta duo, vel alterum eorũ ex noua for-
1 ma præfatæ Conſtitutionis vitiat contractum, † cetera verò pacta ibi improbata ſi de iure communi non ſint de ſubſtantia, quia non comprehenduntur in noua forma, ſed ſolum improbantur, vitiãtur: ſed non vitiant, vt pulchrè declarat *Zaſius, reſponſo 12. lib. 1.* & quod iſte intellectus Bullę ſit veriſſimus patet ex illius verbis. inquit enim. Statuimus Cenſum conſtitui nullo modo poſſe, niſi ſuper re immobili certis finibus deſignata, & in pecunia numerata, & ſubdit, & prohibemus ſolutiones anticipatas, &c.
2 Quare & ſi in fine ponatur clauſula, † contractuſq. ſub alia forma poſthac celebrandos, fœneratitios indicamus. reſtringitur ad illa duo, quæ ſunt de forma; non autem ad alia pacta, quæ ſolum improbantur, & non annullant contractum ex regula, quod
3 † clauſula in fine poſita non refertur ad omnia precedentia, quando proprietas ſermonis non patitur talem extenſionem, *l. ſed & qui data, ff. ex quib. cauſa maior. Oldr. conſ. 152. nu. 2. in fine, Iaſ. in l. talis ſcriptura, nu. 4. verſ. quanto vltra, Bart. ff. de legat. 1.* & in puncto prædictæ cõſtitutionis, ita reſpondet *Gattierez Practic. Quaſt. lib. 2. q. 176. num. 5. verſ. vel ſecundo.* quem ſequitur *Roderic. de annu. reditib. lib. 2. q. 1. n. 3. in fine,* & dicit *Rota in cauſa Bononienſi Cenſus, 26. Iun. 1600. coram b. m. Cardinale Pãphilio, verſ. neque obſtat,* quod *Pius V.* Quare cum in dicta deciſione fuerit reſeruatum videndum. An pactum quod ſi venditor ceſſauerit per quattuor mẽſes à ſolutione Cenſus, teneatur volente emptore ſtatim reſtituere capitale, & Cenſus decurſos, damna, & intereſſe ſit contra ſubſtantiam contractus Cenſus, ita vt vitiet contractum & non modo vitietur.

Ideo de hoc fuit actum ſupradicta die. & cum hoc pactum non ſit contra nouam ſubſtantiam, & formam inductam per Conſtitutionem *Pij V.* vt ſupra probatum fuit, licet per illam improbetur: ibi pacta continentia etiam pretium Cenſus extra caſum prædictum, ſcilicet, quando fuit facta denuncia, & intra annum ab initio, aut ad pœnam, aut ob aliam cauſam repeti poſſe omnino prohibemus, & quo ad ſecundam partem pacti continentem damna & intereſſe partiũ pariter hoc improbatur in Bulla, ibi. Pacta continentia moroſum cenſuum debitorẽ teneri ad intereſſe lucri ceſsãtis, &c. ex toto irrita ſint. Propterea videndum eſt quid ſit in diſpoſitione iuris communis: nã ſi iſtud pactum improbatur à iure tamquam contra ſubſtantiam vtique erit improbatum ita vt vitiet, non modo vitietur, ſi verò non erit improbatum à iure, remanebit improbatum ſolum ex Conſtitutione *Pij V.* & ſic non erit contra ſubſtantiam, vt patet ex prædictis, quare in hoc caſu vitiati, & non vitiare dicendum erit, iuxta not. *in l. pacta conuenta, ff. de contr. empt. Zaſ. loco ſupra allegato.*

In hoc articulo circa primam partem pacti nõ du-
4 bitarunt Dñi, quod nõ liceat emptori † Cenſus ſimpliciter obligare debitorem ad illum redimendum arbitrio ipſius emptoris, quia dum cogitur vẽditor ad reſtituendũ capitale illud redditur tutũ, & pro-
5 pterea † eſt verum mutuũ, & vltra ſortem recipiuntur fructus, & ſic iſtud pactum eſt contra ſubſtãtiam
6 contractus, † quia facit illum tranſire de vna ſpecie ad aliam, ex allegatis per *Surd. conſ. 102. nu. 40.* & in iſtis terminis fuit dictum *in cauſa Bononienſi Cẽſus, 26. Iunij, 1600. coram b. m. Cardinale Pamphilio,* & hanc ſententiam aſſerendo prædictam ratione tenuit *Sotus,* qui diſtinguit plures caſus, *de iuſtit. & iure, lib. 6. q. 5. art. 3. col. 2. verſ. prima eſt, Medina de contract. q. 2. tit. de reb. per vſur. acquiſit. q. 15. verſ. ex dictis. alia naſcitur dubitatio, verſ. eſt tamen differentia, col. 17. f. mihi 356. Petr. de Aragona ſuper 2. 2. q. 78. art. 4. ante fin. in 4. concluſ. verſ. ſed dubitabit aliquis, fol. mihi 715. Bannes, de iuſtit. & iure, quaſt. 38. art. 4. de cenſib. dubitat. 2. verſ. ſecunda concluſio, fol. 630. Couar. Var. Reſol. lib. 3. cap. 9. num. 4. Nauar. de vſur. quaſt. 33. cum duabus ſequentibus. nu. 122. Guttierez Pract. Quaſt. lib. 2. quaſt. 168. num. 9. poſt princ. Felician. de Solis, de cenſib. lib. 1. num. 28. cap. 10. Cardinal. Mantica, de tacit. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 22. num. 22. Conrad. de contract. quaſt. 84. concluſione 5. folio 445.* vbi *colum. 3. verſic. hac autem iura.* condemnat hunc contractum tamquam ſimpliciter iniquum, & contra iuſtitiam commutatiuam, eo quod non datur iuſtum pretium, quia iſtud pactum æſtimatur pretio notabili, & etiam ex eo quia eſt ſimillimus contractui vſurario, & per conſequens eſt latibulum aptum pro latroni-

bus volentibus exercere vſuras palliatas, & hanc
ſententiam tenuit *Rota, in cauſa Romana Turris Bu-
balariæ, 7. Nouembris, 1575. coram b. m. Cardinale Se-
raphino*, relata in eius *primo lib. ſub num. 269. & in cau-
ſa Romana Cenſus, 28. Octobris, 1605. coram b. m. Iuſto,
in verſ. non obſtat deciſio*, in qua infertur pactum de
quo in deciſione Cardinalis Seraphini, & Cardina-
lis Mantica, vbi ſupra, refert ita fuiſſe etiam reſolu-
tum *in alia Vrbeuetana Cenſus, 13. Nouembris, 1592.
coram eodem Cardinale Seraphino*.

Sed iſte non eſt caſus noſter, quia pactum de re-
dimendo cẽſum per emptorem fuit appoſitum non
ſimpliciter, ſed in euentum in quem venditor eſſet
7 moroſus in ſolutione fructuum, † quæ forma cõtra-
ctus de iure ſuſtinetur, quia contractus eſt purus li-
cet ſub conditione reſoluendus, & ideo de iure eſt
validus, vt eſt tex. clarus, in *l. 2. §. ſi in diem, ff. pro em-
8 pt. l. 2. ff. de in diem addict.* vnde † ſequuta traditione,
& ſoluto pretio, tunc verè fuit trãſlatum dominium
cenſus venditi in emptorem, & abdicatum à vendi-
tore, *l. ex empto, ff. de act. empt. l. quod vendidi, & l. vt
res, ff. de contrah. empt.* & hoc procedit nedũ in con-
tractu facto cũ pacto addictionis, videlicet in diem,
ſed etiam legis commiſſoriæ, ſcilicet, quando conti-
9 net reſolutionem contractus: † nam quidquid ſit in
aliis pactis, de quibus *Guttierez de iurament. parte 1.
num. 11.* in pacto reſolutionis contractus ſuſtinetur,
l. commiſſoriæ, C. de pact. inter empt. & vendit. & pro-
bat *Conrad. de contract. q. 83. concluſ. 1. probat. 9. in fine,
verſ. primum autem eſt duplex, col. 19. fol. mihi. 410.* &
in iſtis terminis ita ponderat *Medina, de contract. &
Leonard. Leſſi. locis infra allegandis*, & illa eſt differen-
tia quãdo apponitur ſimpliciter, & in caſum moræ,
10 † quia in primo caſu pendet à mera voluntate em-
ptoris, ſecus verò in caſum moræ, quia pendet à vo-
luntate debitoris, vt cõſiderat Gabr. loco etiam in-
fra allegando. Quare in iſto caſu ceſſant duo, quæ
faciunt contractum illicitum, ſcilicet, præſumptio
mutui, quæ facit contractũ vſurarium, quia hoc non
pendet ex mera voluntate emptoris, ſed ex culpa
venditoris exiſtentis moroſi in ſolutione, & modici-
tas pretij, quæ facit cõtractum iniuſtum, quia iſtud
pactum non eſt pars pretij. vt in *l. fundi partem, ff. de
contr. empt.*, ad quod eſt aduertendum, ſed eſt in pœ-
nam, & quodammodo compenſatiuũ moræ, & pro-
pterea in hoc caſu iſtud pactum nõ eſt damnãdum,
11 † cum ſit attẽdendum id quod principaliter agitur,
l. ſi quis nec cauſam, ff. ſi cert. pet. quare hanc ſenten-
tiam ita diſtinguentem tenent plures Doctores, &
ferè omnes inſignes, & ferè etiam omnes loquuntur
poſt Cõſtitutionem *Pij V. Io. Medina, quẽ recol. mem.
Franciſcus Penia olim Rotæ Decanus*, magnum cenſo-
rem contractuum appellare ſolebat *in tract. de con-
tract. par. 2. tit. de reb. per vſur. acquiſit. q. 15. §. ex dictis
alia naſcitur dubitatio. verſ. quod ſi cenſualiſta, col. 20. f.
mihi 359. Olanus in concordia iuris in tit. A. nu. 112. Lu-
dou. Molina, de Iuſtit. & iure, tomo 2. diſput. 391. clauſu-
la vndecima, verſ. Medina, de vſuris. Leonard. Leſſ. de Iu-
ſtit. & iure, lib. 2. c. 22. dubitat. 1 [illegible] 69. Gabr. cõſ. 152.
nu. 4. in fine, & nu. 5. lib. 1. Nauar. conſ. 7. nu. 6. de empt.
& vend. lib. 1.* ſecundum antiquam impreſſionem,
ſecundum verò nouam, *conſ. 15. nu. 6. eod. tit. Cardinal.
Mantica, de tacit. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 22. nu. 22.
& ſeq.* qui cum *nu. 25.* fatetur hoc pactum etiam im-
probatum per Bullam *Pij V.* quod eſt verum. & pro
iſta opinione poteſt allegari *Roderic. de annu. redit.
lib. 2. q. 1. nu. 4.* nam licet, *nu. 5. & 6.* improbet huiuſ-
modi pactum, tamen *nu. 7.* concludit illud vitiari, &
nõ vitiare, & quod ita fuit iudicatum, quod ſufficit
in caſu iſto; hanc quoque ſententiam tenet *Garzias
Maſtrill. deciſ. Regni Siciliæ, 95. nu. 3. & ſeq.* & *nu. 6.* al-
legat huius opinioni *Blaſcum Lanceam, & Prouenza-
lem ſuper Extrauagant. Nicol. in verbo, de mortuo.* &
nouiſſimè hanc quoque ſententiam tenet *Modernus
Romanus D ceptat. Foreuſ. to. 2. c. 258. nu. 20. & ſeq. Io-
ſeph. de Seſſe, deciſ. Aragon. 116. n. 56. & 57. & ſeq. p. 2.
et Rota* amplexa fuit pluries hanc opinionẽ, vt in *al-
legata cauſa Romana Cenſus, 21. Octobris, 1605. coram
b. m. Iuſto, & in alia Calagurritana Cenſus, 28. Ianuarij,
1602. coram b. m. Cardinale Seraphino deciſ. 1418. num.
15.* in eius libris, & *in eadem cauſa, 29. Aprilis eiuſdem
anni 1431. num. 3.* pariter in eius libris.

12 Sed cum † hæc opinio non careat contradictione:
tenent enim contrariũ, *Didacus Pizzarus ſuper ſta-
tuto de Guadalupe, in verbo, Irreptibile, verſ. ſine actum
ſit donec ſoluantur vſuræ, Guttierez Pract. Quæſt. lib. 2.
q. 175. verſ. verum his non obſtantibus, Felician. Solis, de
cenſib. lib. 1. c. 10. num. 18. verſ. Ego verò.* Ideo placuit
Dominis perpendere illius rationẽ ad indagandam
veritatem, quæ quidem ratio conſiſtit in eo quod li-
cet pendente cõditione de facto peti nõ poſſit ſors,
ſuſtinetur tñ quaſi mutuum in illa ſpe quando eue-
niet caſus, in quo deficiente cõditione ſors peti po-
terit: in defectu enim conditionis contractus retinet
naturam mutui, prout quando ſimpliciter apponi-
tur pactum: reiicit enim tunc retro oculos quoquo-
modo ad tantundem in genere in quo tota ſubſtan
tia mutui conſiſtit, quare id ſolum agitur, vt quam-
diu ſoluantur vſuræ ſors nõ repetatur, ergo cum vl-
tra ſortem aliquid recipiatur non Cenſus, ſed mu-
13 tuum iudicandum eſt. hęc illi. Hanc † tamen ratio-
nem non militare reſpondebatur, quãdo principa-
liter non fuit facta iſta pactio, ſed incidenter in pœ-
nã moroſi debitoris non ſoluentis Cenſum ſuis ter-
minis conſtitutis, & ad faciliorem executionẽ ipſius
contractus. Quare, vt dictum eſt, attẽdi debet quod
ſimpliciter actum fuit inter partes, *d. l. ſi quis nec cau-
ſam, ff. ſi cert. pet.* cum ſimilibus. Nec eſt verũ, quod
pẽdẽte conditione contractus ſuſtineatur quaſi
mutuum in illa ſpe, quãdo euenit caſus nõ ſolutio-
nis fructuum, quia vt ẽt dictum eſt, contractus cum
pacto addictionis in diem, vel legis commiſſoriæ li-
cet reſolutionis cõtractus ſuſtinetur, quia iſta pacta
non mutant ſubſtantiam cõtractus, & hoc maximè
procedit, vt conſiderat *Gabr.* loco citato, quia iſta
14 pactio fit ratione moræ, † quæ cum ſapiat delictum,
*l. ſi plures, l. 2. cum Gloſ. in verbo, ratio ſuadet, ff. de ad-
miniſtr. tutor.* videtur tunc pretium repeti à vendito-
re non inuito, ſed tacitè volẽte, quoniam cauſando
moram conſenſit, ad *l. 1. §. beſtias, vbi Gloſ. in verbo,
honorãri, ff. de poſtul.* Idcirco repetitio, quæ fit culpa
venditoris non eſt contra ſubſtantiam contractus.

Quantum attinet ad ſecundam partẽ pacti, quod
venditor Cenſus ſi fuerit moroſus in ſolutione fru-
15 ctuũ teneatur ad dãna, & intereſſe, † hoc de iure nõ
eſt improbatum, ſed permiſſum, & licitum. *Caiet. 2.
2. q. 78. art. 2. verſ. in reſponſione, ad primum. Doctor. in
Rubr. et in l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter. pro. fer.*

Butr.

Butr. in cap. ſalubriter, num. 2. & 3. Anch. nu. 2. & 3. de vſur. Abb. in c. conqueſtus, nu. 6. eod. tit. & ad propoſitum dicit *Azor. in Summa, par. 3, lib. 10. cap. 13. verſ.*
16 *certi iuris eſt.* † Hinc *Ludou. Molina, de iuſtit. & iure, tomo 2. diſput. 390. ſuper 6. clauſula, verſ. circa hæc obſerua, & Leſſius de iuſtit. & iure, lib. 2. cap. 22. dubit. 12. num.* 86. dixerunt quod Bulla *Pij V.* prohibet deduci in pactum lucrum ceſſans extrinſecum, ſcilicet, quod proueniſſet ex induſtria; ſecus autem intrinſecum, vt ſi debitor tenebatur quid ſoluere, quod plus valeret tempore deſtinatæ ſolutionis quare ſi hoc dictum eſſet verum iſtud pactum eſſet intelligendum de lucro ceſſante intrinſeco; non autem
17 extrinſeco, † cum verba ſint ſemper applicanda ad ſenſum bonum, & vitio carentem, *Rota deciſ. 10. nu.*
18 *4. & 5. de teſtib.* in antiq. & vt excludatur † contractus illicitus, *Alex. conſ. 191. num. 6. lib. 2.* Et in iſtis terminis fuit reſolutum *in cauſa Ferrarienſi ſocietatis, 28. Iunij, 1599. corã Illuſtriſſimo D. meo Cardinale Melliuo, tunc Rotæ Auditore.* ſed quia alij Doctores dixerunt Papam prohibuiſſe huiuſmodi pactum, licet de iure ſit permiſſum, ad tollendum occaſioné vſurarum, *Bannes de iuſt. & iure, quæſt. 28. art. 4. de cenſib. dubit. pen. §. conuictio, fol. mihi 632. Azor. loco proximè allegato, verſ. mirum non eſt.* Propterea quidquid ſit de opinione *Molinæ, & Leſij* fuit firmiter reſpon-
19 ſum, quod cum vt patet ex prædictis, † iſtud pactum non ſit contra ſubſtantiam vitietur, & non vitiet ex ſupra allegatis, immo quod non obſtante prohibitione Bullæ Papæ *Pij V.* poſſit agi ad dam-
20 na, & intereſſe, † necnon & ad lucrum ceſſans ſi probantur requiſita, voluit *Azor. præcitato loco, verſic. mirum non eſt, & verſ. ſecundo quæritur*, quia cum iſtud pactum ſit permiſſum de iure Bulla *Pij V.* ſolum prohibet in pactũ deduci ad euitandum fraudes, & præcidendum omnem occaſionem vſuræ.

Ex quibus concluſum contra Abbatem Hieronymum Lungum informantem primam, ſcilicet, & ſecundam partem pacti de quo agitur, non vitiare contractum, ſed vitiari cum non ſit contra ſubſtantiam ipſius contractus neque ex diſpoſitione iuris, neque ex Conſtitutione *Pij V.* cum per ipſam Conſtitutionem annulletur tantum iſtud pactum; non autem contractus, vt patet ex prædictis; & prout etiam quoad dictam partem pacti fuit iudicatum per Regium Gallæcum Prætorium, vt refert *Roderic. de annu. reditib. lib. 2. quæſt. 1. num. 3. in fine.*

R. P. D. Manzanedo, Interamnenſis Saluiani Interdicti, Lunæ 14. Nouembris, 1611.

SVMMARIA.

1 *Creditum cum hypotheca, & ſolutio fructuum Cenſus probatur ex inſtrumentis.*
2 *Saluianum intrat probatis extremis.*
3 *Agenti Saluiano, licet vigore reſcripti, ſit cauſa terminanda vnica ſententia tam in poſſeſſorio, quam in petitorio, ſatis eſt vt probet incumbentia neceſſaria in Saluiano.*
4 *Poſſeſſorium eſt præmittendum etiam, quod cauſa commiſſa fuerit terminanda vnica ſententia.*
5 *Reſcriptum quod in iudicio Saluiano terminetur vnica ſententia poſſeſſorium, & petitorium operatur, vt ſit cognoſcendum ſuper exceptionibus reſpicientibus petitorium.*
6 *In Saluiano reijciuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem.*
7 *Periurij exceptio impedit litis ingreſſum.*
8 *Abſolutio à iuramento requiritur duplex, vbi fuit præſtitum duplex iuramentum.*
9 *Abſolutio obtẽta in vim ſupplicationis in qua de plurib. iuramentis fit mẽtio, intelligitur conceſſa ab omnibus.*
10 *Abſolutio non tollit vim, & efficaciam iuramenti quo ad validitatem contractus.*
11 *Aſſerens prædium eſſe liberum intelligitur de obligatione, quæ impedire poſſet illum contractum.*
12 *Impoſitio Cenſus non impedit quo minus fundus ſuppoſitus poſſit alienari.*
13 *Confeſſio docto de errore, non præiudicat confitenti.*
14 *Confeſſio facta ad vnum finem, non probat ad diuerſum.*
15 *Exceptio cedendarum obſtat agenti, non valenti cedere iura ex eo quod alteri ceſſit.*
16 *Agenti contra tertium ſufficit, vt cedat iura talia, qualia habet.*
17 *Fideiuſſori ſoluenti magis ſuccurritur quo ad iurium ceſſionem, quã tertio poſſeſſori conuento hypothecaria.*
18 *Beneficium cedendarum quod competit tertio poſſeſſori, non cauſatur ex aliquo contractu præcedente, ſed potius ex benignitate legis.*
19 *Agens Saluiano non tenetur cedere iura poſſeſſori, niſi qualia habet.*

DECISIO CXLVIII.

FVIT reſolutum quod conſtito de reſtitutione facta per Curtium ſit illi dãda immiſſio in vim Saluiani. de hac aũt reſtitutione, & poſſeſſionis dimiſſione conſtat in actis per inſtrumentum publicum; vnde tam reſcripto Sanctiſſimi, quam menti Dominorum reſtat ſatisfactum, & eliſa exceptio oppoſita de nõ reſtitutione dictæ poſſeſſionis. Quo ad reliqua verò viſum fuit Curtiũ probare incumbentia ad illam obtinédam in hoc interdicto: nem-
1 pè † creditum cum hypotheca ex impoſitione Cenſus facta per Horatium, necnõ ſolutionem fructuum Cenſus per ipſum Curtium factam, vt patet ex quietatione, & ceſſione, ac releuatione indemnitatis per Horatium ſibi promiſſam, vt apparet ex inſtrumento. Item & quod Horatius de tempore impoſitionis Cenſus, & obligationis illud poſſidebat, & tandem
2 quod & illud hodie poſſidet Honofrius, † quibus ſtantibus intrat immiſſio in vim vtilis Saluiani, ex *Bart. in l. rem alienam, nu. 5. ff. de pignor. actione, & Neguſ. de pignor. in 1. membr. 8. par. num. 6. & 8. Rol. conſ. 14. num. 13. lib. 1.* cum aliis relatis per *Contard. in l. vnica, limit. 14. num. 15. Put. deciſ. 207. num. 2. lib. 1.*

Alia autem exceptio oriri videbatur ex eo quod cauſa reperitur commiſſa in petitorio, & poſſeſſorio vnica ſententia terminanda, vt ex tenore reſcripti apparet, vnde infertur quod petitorium ſimul cum poſſeſſorio ſit terminandũ, Curtius grauaretur maiori probatione reſpectu dominij, ita vt non ſufficiat illi probare poſſeſſionem illi, vt prædij fuiſſe

penes Horatium de tempore impoſitionis cenſus,
ſed teneatur probare Horatium tunc habuiſſe do-
minium dicti prædij quod cum non fecerit conclu-
dentet ad obtinendum in petitorio, videatur, quod
nec in poſſeſſorio valeat obtinere, ſiquidem vtrum-
3 que vnica ſententia eſt terminandum; ſed † fuit re-
ſponſum, quod pro parte Curtij ſufficiat tantum
probare incumbentia pro obtinendo in iudicio im-
miſſionis. Nec obſtare prædictum reſcriptum, cum
4 etiam illo ſtante certi iuris ſit quod † in eadem ſen-
tentia præmittendum ſit poſſeſſorium, ad tex. in
*c. cum dilectus, de cauſa poſſeſſ. & propriet. Specul. de pe-
tito. & poſſeſ. §. 1. num. 22. Ægid. deciſ. 506. Staphil. de
litera Iuſtit. in §. Citatio perſonalis, num. 17.* & melius
declaratur per *Rotam deciſ. 34. nu. 7. iuncto nu. 5. par.
5 2. diuerſ.* & ſatis erit, † quod in dicta ſententia in vim
prædicti Reſcripti pronuncietur ſimul ſuper inmiſ-
ſione, & ſuper peritorio, nempe ſuper exceptioni-
bus Rei illud reſpicietibus, quæ alias in iudicio Sal-
uiano non admittereutur, prout eſt exceptio domi-
6 nij, cum ſimilibus, quæ † cum altiorem indaginem
requirant, non ſtante dicto reſcripto, erant reijcien-
dæ ad petitorium. *Ripa in Rubr. ff. de pignor. num. 19.
propè fin. Natta, conſ. 532. num. 4. lib. 3. Menoch. de adi-
piſc. poſſeſſ. Remed. 3. n. 180. verſ. & in hoc iudicio.* Vnde
licet ſententia ferenda ſit pro Curtio in poſſeſſorio,
quia probauir incumbentia ad illud, tamen in pe-
titorio poterit ferri aut pro eodem ſi dominium le-
gitimè probauerit: ſin minus pro Honofrio; quam-
uis ſuper iſto articulo concernenti petitorium non
ab re erit particulariter partes audire, vt videatur
quis in petitorio debeat obtinere, ſiquidem ſuper
vtroque ſimul ſententia erit fetenda.

7 Alia exceptio opponitur Curtio † impediens li-
tis ingreſſum, nempe periurium cum tam in inſtru-
mento venditionis prædij hypothecati iurauerit il-
lud eſſe liberum, cum appareat obnoxium hypo-
thecæ dicti Cenſus, quam quia in inſtrumento ſolu-
tionis pretij ſibi factæ iurauerit dictum cenſum eſſe
extinctum, apparet totum contrarium. Nec Cur-
tium poſſe iuuari ex abſolutione obtenta ab A. C.
in vim ſpecialis commiſſionis Sanctiſſimi, cum illa
8 videatur vnica abſolutio, † & duplicata tequirere-
tur, ſiquidem duplex fuit iuramentum, & periu-
rium, vt fuit dictum in vna Placentina Caſtri, 4. Iu-
lij, 1601. coram Illuſtriſſimo Cardinale Mellino. at-
9 tamen fuit reſponſum, † quod cum tam citatio pro
abſolutione obtinenda, quam ipſa abſolutio fue-
rint factæ in vim dictæ commiſſionis, & iuxta in ea
contenta videtur quod abſolutio obtenta ab A. C.
complectatur vtrumque periurium; quod ex lectu-
ra eiuſdem commiſſionis apertè deſumitur, vbi ex-
preſsè legitur in hæc verba. & in inſtrumento ven-
ditionis, & ſolutionis pretij dicti fundi tam dictus
Horatius, quam omnes cum iuramento aſſeruerunt
dictum prædium eſſe liberum, Cenſumq. præfa-
tum eſſe extinctum. & ſic de vtraque iuramento
fit mentio, & commiſſio amplectitur vtrumque, &
non ſolum continet facultatem abſoluendi à per-
iurio, ſed etiam relaxandi iuramentum ad effe-
ctum agendi, prout in abſolutione A. C. vtrum-
que continetur, cum fuerit conceſſa iuxta formam
commiſſionis, & ſic ceſſat impedimentum agendi,
10 & excipiendi in iudicio, † quamuis verum ſit non
ex eo ſublatam fuiſſe vim, & effectum iuramenti
quo ad validitatem contractus, *Felin. in cap. 1. num.
26. de iureiurando. Doctor. in Rubr. de iudic.* Et ad ef-
fectum de quo hodie agitur, ſufficit quod Curtius
non ſit impeditus agere, vel excipere in iudicio ſtan
te dicta abſolutione & relaxatione, & per conſe-
quens ceſſare videtur dicta exceptio.

In hac tamen exceptione ponderabatur ex ad-
uerſo dicta confeſſio Curtij iurata de prædio libe-
ro, & de dicto cenſu extincto quaſi ſtante dicta ex-
tinctione creditum Curtij ortum ex dicto Cenſu re-
manſerit etiam extinctum, & ſic hodie de dicto cre-
diro non conſtet, prout requiritur in Saluiano; ſed
11 fuit reſponſum, quod † illa confeſſio facta de præ-
dio libero intelligitur limitata reſpectu validitatis
contractus venditionis, & intelligitur de obligatio-
ne, quæ impediat dictum contractum; non autem
12 de impoſitione Cenſus ex qua nô impeditur † quo-
minus prædium illi ſuppoſitum poſſit vendi, vt
fuit dictum *in vna Spoletana bonorum, 15. Martij,
1599. coram Illuſtriſſimo Mellino, & in Romana domus,
1. Martii. 1602. coram bonæ memoriæ Pacenſi*, quid-
quid dicendum ſit de obligatione Curtij ad inte-
reſſe emptoris pro prędio tamquam libero vendi-
to, & poſtea cenſui obnoxium reperitur: habet
enim emptor actionem contra Curtium, qui præ-
dium in venditione eſſe liberum dixit; non autem
ex illa diuerſa actione, ſequitur quod dicta confeſſio
Curtio præiudicet, vt prætenditur.

Nec illa confeſſio de Cenſu extincto præiudica-
13 re videtur quantumcumque fuerit iurata, † cum
docto de errore facti per confeſſionem partis ad-
uerſæ, non præiudicet Curtio ad latè tradita per
Seraph. de Priuileg. iuram. Priuileg. 93. num. 8. & ſic
licet Curtius errauerit in facto dictæ extinctionis,
prout ex tali confeſſione iurata non potuit facere
quominus Cenſus deſineret eſſe in extinctus, ita ne-
que potuit facere quo minus ex tali Cenſu non ex-
tincto creditum duraret quantum Cenſus ſubſiſte-
ret. Vlterius quia nulla ex dictis confeſſionibus fuit
facta ad finem extinguendi illud creditum, ſed po-
tius ad diuerſum, nempe ad facilius vendendum di-
14 ctum prædium, † ſed ſic eſt quod confeſſio facta ad
vnũ finem non probat ad alium diuerſum, ex *Mar-
ſil. in Rubr. de probat. nu. 88. & Salic. in l. 1. nu. 37. verſ.
etenim confeſſio, C. de confeſſ.* ex *Alber.* quem refert, &
ſequitur *Surd. deciſ. 250. num. 5. & 6.* vbi aliquibus
valdè ad noſtrum propoſitum facientibus iſtam
Concluſionem ornat, *& in conſ. 311. num. 67. lib. 3.*

Et tandem non obſtat exceptio cedendarum ap-
15 poſita, † quaſi ſi Honofrius vellet ſoluere Curtio
creditum pro quo agit, Curtio obſtaret dicta exce-
ptio, cum nô poſſet cedere iura, ex eo quod i nſimul
cum aliis vendidit fundum vti liberum, & per con-
ſequens illi obſtaret dicta exceptio cedendarum, *l.
mulier, ff. qui potior. in pign. hab. l. Stichum, §. pen. ff. de
16 ſolut.* cum aliis. Fuit reſponſum, † quod tali caſu ſuf-
ficeret quod Curtius cederet iura talia qualia cum
agat contra tertium poſſeſſorem, qui non accepit
poſſeſſionem fundi tali mente, vt ſibi iura cede-
rentur, prout fideiuſſor, qui interceſſit contem-
platione beneficiis cedendarum, Vnde illi reſpe-
17 ctu † dictæ ceſſionis magis ſuccurritur, quam ter-
tio poſſeſſori conuento hypothecaria, vt tenet

Iacob.

Iacob. de Arena, in l. iubemus, verſ. econtra videtur. & ibi Butrig. verſ. item oppono. & Cin. num. 3. & Bal. num. 4. Salic. num. 5. verſic. & ad l. Stichum. Pau. de Caſtro, in vlt. oppoſ. C. ad Velleian. Afflict. deciſ. 343. num. 4. Vinc. de Franc. plures referens, *deciſ. 477. num. 18. idem Bal. in conſ. 109. lib. 3. Gratian. deciſ. March. 215. num. 18. vſque ad* 22. quam diſtinctionem eliciunt, ex *l. 1. §. item Varrus ait, ff. de aqua pluui. arcen. Neguſ. de pignor. 3. membro 5. part. num. 29. & 30. poſt Soc. conſ. 206. verſic. tertius caſus, lib. 2.* qui omnes intelligunt dictam *l. Stichum, §. pen. in fideiuſſore, Salic.* autem *vbi ſupra,* quem refert, & ſequitur *Neguſ. d. num. 30.* intelligit *tex. in d. l. mulier,* ità vt beneficium cedendarũ quod
18 ex *d. l. competit* ſimplici poſſeſſori † non cauſatur ex
aliquo contractu præcedente, prout cauſatur inter creditorem, & fideiuſſorem: ſed cauſatur potius ex aliqua ęquitate, & benignitate legis, ponderando verba *d. l. mulier, in fine,* ibi *poſſe videri non iniuſtum poſtulare.* Vnde nimirum ſi iſte tertius poſſeſſor debeat ſatisfieri ex ceſſione iurium talium, qualium, quia ipſe non acceperit fundum animo, & contemplatione, quod iura ſibi cederentur à creditore agente remedio vtilis Saluiani, ex ſuprascriptis.

Ex quibus infert *Scapuccin. in tract. de Saluiano, lib.*
19 *2. quæſt.* 28. † quod in Saluiano creditor non tene-
tur cedere iura niſi talia qualia, quod & ſic vidiſſe reſolutum, teſtatur *Saluſt. Tiber. in ſua Pract. Iudic. lib. 2. cap. 2. num. 16. & 17. cum ſeqq.*

R. P. D. Vbaldo, Bononienſis bonorum de Zaualijs, Lunæ 13. Iunij, 1613.

SVMMARIA.

1 *Dominus Cenſus vigore clauſulæ Præcarij poteſt propria auctoritate capere poſſeſſionem bonorum cenſuatorum.*

2 *Creditor vigore clauſulæ præcarij poteſt capere poſſeſſionem bonorum ſui debitoris propria auctoritate.*

3 *Aſſociatio conceditur etiam contra ſingularem poſſeſſorem.*

DECISIO CXLIX.

FVIT dictum mandatum de aſſociando conceſſum ab A.C. Equiti Daneſio ad bona illorum de Zaualiis etiam à tertiis poſſeſſa eſſe exequendum, quia de eius validitate non dubitatur, & de iuſtitia conſtat.

Quia Domini de Zaualiis impoſuerunt Cenſum ſuper certis bonis, quem vẽdiderunt Herculano de Poſterlis ſub fideiuſſione Equitis Daneſij, qui poſtea fuit coactus ſoluere virtute mandati Rotalis, & reportauit ceſſionem, vt in *Summar. nu. 1. 2. & 3.*
Conſtat enim de pacto præcarij appoſito in inſtru-
1 mento Cenſus, ad fauorem dicti fideiuſſoris, † cuius
vigore potuit accipere poſſeſſionem propria aucto-
2 ritate, & † multò magis petere aſſociationem etiam
3 contra ſingulares † ſucceſſores, & poſſeſſores dicto-
rum bonorum; tum de iure communi, *Bar. in repet. l. 3. ſub num. 25. verſ. ſed pone quod debitor, C. de pignor. Tiraq. in tract. de iure conſtit. poſſeſſ. 1. par. nu. 43. Ruin. conſ. 127. num. 1.* vbi de communi, *lib. 5. Neuiz. conſ. 82. num. 15. & 16. Put. deciſ. 444. nu. 6. lib. 2. Menoch.* qui alios refert de *adipiſc. poſſeſſ. remed. 5. num. 140.*; tum ex forma Statuti Bononienſis, vt apparet ex ampliſſima extenſione præcarij ſecundum Stilum Bononienſem, de quo in *Summ. nu. 4.* & tenet *Monterenz. in Gloſ. d. ſtatuto, in verbo, alterius. Grat.* in terminis, *reſponſo 32. num. 12. lib. 1. Bero. conſ. 42. lib. 3. Ferrant. Gaugiarc. Patrocin. 13. ferè per tot. lib. 2.* Et ita fuit Daneſio ſolum informante deciſum.

R. P. D. Vbaldo, Bononienſis bonorum de Zaualijs, Mercurij 4. Iulij, 1612.

SVMMARIA.

1 *Dominus Cenſus vigore clauſulæ præcarij poteſt propria auctoritate capere poſſeſſionem bonorum venditoris Cenſus.*

2 *Creditor poteſt vigore clauſulæ conſtituti impetrare mandatum de aſſociando etiam contra ſingularem poſſeſſorem bonorum hypothecatorum.*

3 *Mandatum de aſſociando concedendum eſt non ſolum creditori, verum etiam eius ceſſionario.*

4 *Ius capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, cedi poteſt.*

5 *Poſſeſſio conſtituentis probatur per clauſulam conſtituti ad ipſius, & conſtitutarij præiudicium.*

DECISIO CL.

PRo informante, videlicet, Equiti Daneſio concedendum eſſe mãdatum de aſſociando ad bona de quibus in actis poſſeſſa ab Hannibale de Bernardinis, & aliis litis conſortibus.

Conſtat enim de obligatione illorum de Zaua-
liis cum pacto precarij tam ad fauorẽ Poſterlæ em-
ptoris Cenſus, quam Daneſij fideiuſſoris pro rele-
1 natione ſuæ indemnitatis. Et ideo † poteſt Dane-
ſius accipere poſſeſſionem bonorum à debitoribus
olim poſſeſſorum, & multò magis petere aſſociatio-
2 nem etiam † contra ſingulares ſucceſſores, & mo-
dernos poſſeſſores dictorum bonorum; tum ex diſpoſitione iuris communis, *Bart. in l. 3. ſub num. 25. verſ. ſed pone quod debitor. & ibidem Salic. C. de pignor. Tiraq. de iure conſtit. poſſeſſ. par. 1. nu. 43. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 5. num. 140. Galleſ. de obligat. cameral. ad fin. tract. nu. 41.*; tum ex forma Statuti Bononiẽſis loquentis de præcario, *Grat. reſponſo 37. nu. 12. lib. 1.* & fuit in terminis reſolutum contra alios ſimilium bonorum poſſeſſores *in cauſa Bononienſi bonorum, 13. Iunij, anni præteriti, coram me.*

3 Quod † ius competit Daneſio non ſolum ex pro-
pria perſona, ſed etiam in perſona Poſterlæ à quo
obtinuit ceſſionem ex quo ſequitur, vt ſicut Po-
ſterla poſſet exercere illud pactum contra quoſ-
4 cumque poſſeſſores, ita & eius ceſſionarius, † cum
certum ſit tale ius cedi poſſe, *Bart. in l. 1. §. vltimo, num. 2. & ibi Doctor.* præſertim *Iaſ.* qui de communi

Digitized by Google

teſtatur, *num. 4. ff. de noui oper. nunc. Neguſ. de Pignor. 4. par. princ. num. 21. verſ. decima concluſio.* Quod au-
tem dicta bona contra quæ petitur mandatum fue-
rint olim à Zaualiis poſſeſſa, conſtat ex inſtrumento
aſſignationis de dictis bonis inter ipſos, & eorum
creditores confectis cum clauſula conſtituti, per
5 quam † probatur poſſeſſio conſtituentis ad ipſius,
& conſtitutarij præiudicium, *Grat. reſponſo 42. ſub num. 12. lib. 2. Tiraq. l. tract. de conſtit. poſſeſſ. Limit. 1. num. 23. verſ. ſed hoc quod dicimus. Rota, deciſ. 766. num. 11. parte 1. diuerſ.* Et ita deciſum.

R. P. D. Iuſto, Romana annuæ reſponſionis, Veneris 30. Octobris, 1602.

SVMMARIA.

1 *Dominium vtile, & directum in eadem perſona, concurrere non poteſt.*
2 *Cenſus de ſui natura eſt ſemper redimibilis.*
3 *Quicumque, eſt dictio generalis, & comprehendit omnem caſum.*
4 *Finis contrahentium eſt attendendus.*
5 *Pactum de redimendo toties quoties applicatur cenſui.*
6 *Obſeruantia ſubſequuta declarat qualis fuerit ab initio intentio contrahentium.*

DECISIO CLI.

IACOBVS Iacobatius die 16. Februarij, 1559. vendidit pro pretio ſcutorum cẽtum Domino Hieronymo Gabriellio annuam reſponſionem ducatorum duodecim de Carolenis, quam habet ſuper domo ſita in vrbe in platea Capranicæ conceſſa ab eodem Iacobo Fabio Iannutio iure locationis in emphyteuſim, reſeruatis tamen iuribus directi dominij, & deuolutionis, ſeu reuerſionis eiuſdem domus & in euentum deuolutionis, ſeu reuerſionis per obitum emphyteutæ, vel aliàs quauis occaſione, vel cauſa; idem Iacobus impoſuit, conſtituit, & aſſignauit vnum annuum Cenſum ducatorum duodecim ſimilium ſuper eadem domo, quem vendidit eidem Hieronymo Gabriellio concedendo eidem omnia iura ſua, omneſq. actiones ſuper dicta reſponſione, ac ipſo Cenſu in euentus ſupradictos, pacto appoſito retrouenditionis intra quadriennium dictæ annuæ reſponſionis, ac dicti Cenſus. Deinde idem Iacobus anno 1563. proprietatem, & directum dominium, ac omnia iura ſibi competentia ſuper dicta domo vendidit Fabio Iannutio emphyteutæ libera præterquam ab annuo Cenſu dictorum duodecim ducatorum venditorum Domino Hieronymo Gabriellio; ſucceſſiuè eadem domus deuenit in dominium Domini Equitis Georgij Iuſtiniani, qui vult cogere Dominum Carolum Gabriellium hæredem Domini Hieronymi ad reuendendum ius quod habet ſuper dicta annua præſtatione eodem pretio ſcutorum centum, & dubitatum fuit per me extra Rotam. An hoc ei liceret, propoſitoq. dubio fuit affirmatiuè reſolutum.

Namque dicebant Domini verum eſſe ius quod habebat Dominus Iacobus extinctum eſſe conſolidato dominio directo cum vtili in perſona Fabij, nec poteſt durare vlterius præſtatio, & recognitio,
1 *Aim. conſ. 499. num. 4. & per tot.* Quia † directum dominium, & vtile non poſſunt concurrere in eadem perſona, *Ruin. conſ. 7. num. 4. lib. 5.*

Quibus non obſtat quod poſſit dari medius vtilis dominus cui iſta præſtatio ſoluatur, *Bal. in c. cæterum, circa fin. de iudic. Faber. in §. adeo, num. 5. Inſtit. de locat. Oldr. conſ. 24. circa fin.* & alios refert *Menoch. conſ. 226. num. 186. verſ. ſecundus caſus, lib 3.* ſiquidem reſponſum fuit iſta non poſſe applicari in hoc caſu vbi nullum ius aliud præter præſtationem annuam tranſlatum fuit in Dominum Gabriellium, immo expreſsè Iacobus ſibi reſeruauit, quo caſu omnia iura ſalua remanent, *Faber. in d. § adeo, num. 5. verſ. & maximè quando.*

Nec etiam id fieri potuit per proprietarium ſolum, & ita loquitur *Gloſ.* communiter approbata, in *d. §. adeo. in verbo, propria. Inſtit. de locat.* & conſequenter concludẽdum videtur, quod reſoluto iure illius annuæ præſtationis fiat locus cenſui impoſito in
2 euentum reuerſionis, & conſolidationis, qui † cenſus eſt de ſui natura ſemper redimibilis, vt conſtat ex *Conſtitutione Calixti, & Martini ſuper cenſibus.*

Quibus non obſtat dicere non eueniſſe caſum tranſlationis in cenſum. Nam pactum non ſe reſtringit ad caſus deuolutionis, ſeu reuerſionis domus per obitum Caſſandræ, & Scipionis in Iacobum, ſed vlterius procedit, ſeu aliàs quacumque
3 occaſione, vel cauſa, quæ verba ita generalia † ſunt apta comprehendere omnem caſum, quo annua illa reſponſio reſolueretur per conſolidationem dominij vtilis cum directo, *l. in fraudem, §. fin. ff. de milit. teſtam. Dec. conſ. 5. ſub num. 3.* Senſus enim contrahentium fuit vt mutato ſtatu rei non amplius capacis illius contractus mutaretur forma contractus,
4 & non extingueretur, & hic † eſt attendendus tamquam finis, *Bal. in l. non ſine, C. de bon. quæ liber. & in l. ſi non cognitiy, C. de iniur. c. intelligentia, de verbor. ſignif.* cum ſimilibus, quibus cõſentit emphytheuta emendo directum dominium & alia iura proprietarij ſub aſſertione libertatis domus præterquam ab annuo cenſu. Intentio enim vtriuſque erat, vt ſolum cenſeretur vẽditum ius Iacobi ſine præiudicio iuris Hieronymi, *l. alienatio, ff. de contr. empt. Caſtr. conſ. 354. num. 3. lib. 1.* & ideo fecerunt mentionem pactis de
5 redimendo toties quoties, † quod applicatur cenſui, licet ſit appoſitum pactum de redimendo intra quinquennium, *Couar. Var. reſolut. cap. 9. num. 8. lib. 1. & cap. 8. num. 3. lib. 3.* Et iſtud pactum declarat partes intellexiſſe de Cenſu redimibili, facit *Deciſio coram Reuerendiſſimo Domino Alexandrino in Romana Turris Bubalariæ, 7. Decembris, 1575. & coram b. m. Vicecomite in vna Romana Cenſus, 6. Iunij, 1585. & in alia Vrbeuetana Cenſus coram b. m. Gypſio, 6. Iunij, 1594.* Vnde non applicantur quæ pro Domino Carolo dicuntur iure non prohiberi fieri Cenſum irredimibilem ex allegatis.

6 Quinimmo Gabriellius † exigendo annuatim poſt extinctionem emphyteuſis videtur facto aſſenſiſſe Cenſui nouæ formæ contractus, aliàs malè exegiſſet, & ſine aliquo titulo, quia prior erat extinctus,

& ni-

& nihil intelligeretur remanſiſſe præter creditum
centum ſcutorum aduerſus Iacobum, vnde ad pro-
uidendum eius indemnitati ſupradicta viſa fuerunt
Dominis multum veriſimilia, & iuſta.

Et ex his concluſum Dominum Carolum teneri
reuendere eodem pretio, quoniam vſque ad tranſ-
lationem & Cenſum nullum cōſiderari potuit aug-
mentum pretij ab inde citra minus, quia in iſtis cen-
ſibus redimibilibus non datur augmentum.

R. P. D. Iuſto, Romana Cenſus, Veneris 21. Octobris, 1605.

SVMMARIA.

1 *Cenſus ante Bullam Pij V. poterat creari cum pacto, quod ſi certo tempore non redimeretur fieret irredimibilis, & num. 6.*

2 *Irredimibilitas Cenſus debet compenſari cum pretio. Aliàs contractus eſt iniuſtus, non tamen vſurarius, n. 4.*

3 *Pactum de retrouendendo certo tempore, non eſt illicitum.*

5 *Cenſus quod numquam redimi poſſit, eſt illicitus etiam ante Bullam Pij V.*

7 *Pactum quod ſi Cenſus intra certum tempus non redimatur ſit in arbitrio emptoris pretium repetere, erat prohibitum etiam ante Bullam Pij V. tamquam contra ſubſtantiam Cenſus.*

8 *Redemptio Cenſus debet pendere ab arbitrio venditoris, non emptoris Cenſus.*

9 *Ab emptione recedere ſemper licet de conſenſu contrahentium.*

10 *Pactum illicitum, quod reſpicit totum contractum vitiatur, & totum contractum vitiat.*
Intellige quando pactum tendit ad perimendam ſubſtantiam contractus, num. 13.

11 *Pactum quod debitore Cenſus exiſtente in mora ſoluendi per certum tempus, poſſit cogi ad redimendum Cenſum, non eſt illicitum.*

12 *Pactum iſtud non repugnat naturæ, nec ſubſtantiæ Cenſus.*

14 *Quod de iure eſt licitum, poteſt in pactum deduci.*

15 *Pactum à iure non improbatum ſi in contractu Cenſus adijciatur, vitiatur & non vitiat contractum.*

DECISIO CLII.

AGEBATVR de Cenſu impoſito, &
vendito ante Bullam *fel. recor. Pij V.*
& Domini tenuerūt eſſe validum non
obſtantibus pactis in eo appoſitis, quæ
inducebantur ad oſtendendam nulli-
tatem Cenſus.

1 Primum † pactum erat, quod licitum eſſet Anto-
nio venditori Cēſum huiuſmodi ad quinquennium
redimere, & eo elapſo dictus Cenſus, niſi eidem Do-
mino Nicolao, & Ioanni placuerit, redimi non poſ-
ſit, ex quo dicebant illi de Carolis, quod in princi-
pio in ipſomet contractu fuit venditus Cenſus redi-
mibilis ad quinquennium, poſt quinquennium ve-
rò irredimibilis cum eiſdem pactis, & cōditionibus,
2 & pro eodem pretio, † cum tamen irredimibilitas
debeat compenſari pretio. *Ioan. Medin. de reſtitut. in
quæſt. de Cenſu redimibil. cap.* 8. & quoniam redimibi-
litas reſtringitur in limine contractus cenſetur nul-
lus, & vſurarius, vt videtur tenuiſſe *Rota coram b. m.
Vicecomite,* poſtea Archiepiſcopo Mediolanenſe *in
vna Romana Cenſus, 6. Iunij,* 1594 *& in alia Vrbeueta-
na Cenſus coram b. m. Gypſio, 6. Iunij,* 1594. Quæ ta-
men in hoc caſu non placuerunt Dominis: quia pa-
3 ctum † de retrouendendo conſtituto tempore nul-
libi reprobatur neque in Bullis Calixti, & Martini,
neque de iure communi, vt per *Sot. de iuſt. & iure,
lib. 6. quæſt. 5. art. 3. concluſ. 5. Medina vbi ſupra, verſ.
aduerte tamen.*

Non obſtat quod non ſit habita ratio de pretio
pro tempore, quo Cenſus factus eſt irredimibilis,
4 ſed fuerit ſemper idem pretium, quoniam † recom-
penſatio pretij quatenus adeſſet faceret cōtractum
iniuſtum non vſurarium, ita *Sot.* allegatus, *& Ludo-
uic. Lopez, de Contract. cap. 56. verſ. ad ſecundum.*

Non obſtat quod pactum, quod redimi non poſ-
ſit ſit in limine contractus, ex deciſionibus Viceco-
5 mitis, & Gypſij, quia ſunt duo caſus. Primus † quan-
do à principio negatur facultas redimendi: tunc
enim emptor eſt certus de fructibus pro certo tem-
pore non de ſola recuperatione pretij, quod eſt illi-
citum. *Hoſt. in c. in ciuitate, in fine,* vbi etiam *Boich. de
vſur. Bal. conſ.* 481. *lib.* 1. cum allegatis per *Io. Bapt.
Lup. de vſur, Comment. 2. in l. 2. C. de pact. inter empt. &
vendit. num. 69. verſ. minus obſtat,* & tunc non valet,
& procedunt deciſiones allegatæ. Alter caſus eſt,
8 quando Cenſus eſt redimibilis à principio, & po-
ſtea ſit irredimibilis quo caſu Cenſus valet, & pro-
cedit doctrina Soti, & aliorum.

Non obſtat *deciſio coram Illuſtriſſimo Seraphino, in
Romana Turris Bubalariæ, 7. Nouembris,* 1575. nam
6 ibi pactum † erat quod ſi venditor intra quinquen-
nium Cenſum non redimeret, cenſeretur perpetua-
ri, aut arbitrio emptoris pecuniæ, ſiue pretium repe-
ti poſſet, quod eſt de directo cōtra ſubſtātiam Cen-
ſus, iuxta Conſtitutiones Calixti, & Martini. Quia
7 † debet eſſe in arbitrio venditoris redimere Cen-
ſum, nō autem in arbitrio emptoris. *Sylueſt. in Sum-
ma, in verbo, vſura, quæſt. 15. verſ. eſſet licitum. Sot. de
iuſt. & iure, lib. 6. quæſt. 5. art. 3. col. 2. Couar. Variar.
reſolut. lib. 3. cap. 8. num. 7.* poſt *Conrad. de Contract.
quæſt. 74. Gabr. conſ. 152. num. 5. lib. 1. Cardinal. Toled.
in Summa, lib. 5. cap. 45. verſ. tertium eſt neceſſarium,*
& ſic tendebat ad oſtendendum, quod pactum erat
contra ſubſtantiam actus, vt in illa deciſione in ca-
ſu noſtro non ſic, quia ſit irredimibilis poſt quin-
quennium ſine beneplacito Nicolai, quo interue-
niente venditor ſi vult redimere poteſt, ſicut ſemper
9 † de iure accedente conſenſu emptoris venditor po-
teſt ab emptione recedere, *l. ab emptione, vbi Bart. &
Doctor. ff. de pact.* & ſic licitè, & in hoc eodem pacto
viſa fuit multum in terminis *deciſio coram b. m. Ora-
no, in cauſa Forolinienſi Cenſus, 13. Nouembris,* 1589.
vbi aderat pactum, quod poſſet Cenſus redimi ſo-
lum inter decem annos, & duos menſes.

Secundum pactum erat, quod ſi emptor in ſolu-
tione dicti Cenſus per duos menſes poſt lapſum cu-
iuſlibet ſemeſtris moroſus eſſet, licitum ſit eiſdem
emptoribus ab huiuſmodi contractu recedere, &
ſortem principalem repetere, & venditor ad reſti-
tuendum ſortem principalem cogi, & compelli poſ-
ſit,

Digitized by Google

ſit, vnde dicebatur naturam contractus perimere,
& eodem tempore Cenſum irredimibilem pro par-
10 te emptoris facere redimibilem, † quo caſu pa-
ctum vitiat, & vitiatur. *Bal. in l. ſi pater, num. 4. ff. de*
adopt. quia reſpicit totum contractum, *Bal. in c. 1.*
per quos fiat inueſtit.

Nec obſtat quod id fieri poſſit de iure poſt mo-
ram loco damnorum, & intereſſe, vt dixit *Rota in*
cauſa Romana dotis coram b.m. Cantuccio, quia hoc in-
telligitur ex poſt facto de mandato Iudicis, qui de-
bet prouidere indemnitati partium, ſed non pro-
pterea iuſtificatur pactum à principio.

11 Contrariam † partem in noſtris terminis tenuit
Gabr. conſ. 152. num. 3. lib. 1. Nauar. conſ. 7. num. 6. de
empt. & ven. lit. qui loquuntur etiam in cenſu poſt
conſtitutionem *Pij V.* & hanc Domini tenuerunt
ex rationibus ibidem deductis.

12 Non obſtant contraria, † quia verè ex hoc pacto
non fit redimibilis pro parte emptoris inuito vendi-
tore, ſed eo volente propter moram ex qua induci-
tur eius conſenſus, vt per *Gabr. d. conſ. 152.*, qui ideo
dicit quod non repugnat naturæ, nec ſubſtantiæ
Cenſus vt præcedente mora, vel culpa venditoris
repeti pretium poſſit, & non quadrat doctrina *Bal.*
13 † quia loquitur quando pactum eſt ad perimen-
dam ſubſtantiam contractus, quod ſi præcedente
14 mora † hoc fieri poteſt de iure, vt in deciſione b.m.
Cantucc. nihil prohibet quod non poſſit deduci in
15 pactum, quod de iure eſt, † quia ad ſummum ſu-
perabundat quo caſu vitiatur, & non vitiat, vt per
Bal. in d. c. 1. §. fin. num. 6. verſ. ſecundo vero, per quos
fiat inueſtit. Ex quibus concluſum fuit ſententiam
A.C. tamquam iniuſtam eſſe reuocandam. Et ita
fuit concluſum.

R. P. D. Corduba, Fauentina bonorum 19. Iunij, 1595.

S V M M A R I A.

1 *Exceptio melioramentorum, non obſtat in iudicio ſpo-*
liatiuo.
Etiam ſi ſint magni valoris, num. 6.
Niſi ſint facta circa rem reſtituendam, num. 4.
2 *Spoliator non poteſt apponere compenſationem.*
3 *Lis mota inducit malam fidem.*
5 *Redemptio Cenſus non eſt melioratio in re, ſed extra rem.*
7 *Dominium rei non transfertur ex ſubhaſtatione nulla.*
8 *Cenſus extinctio pendet à mera voluntate domini fundi*
ſuppoſiti.

DECISIO CLIII.

STANTE reſolutione per Dominos fa-
cta executionem, ſcilicet, & ſubhaſta-
tionem de bonis Ioannis Saguntini
fuiſſe nullam, & inde dictum Ioan-
nem ſpoliatum reſtituendum fuit op-
poſitum per Blaxiolum de meliora-
mentis ex eo quod extinxerit Cenſum impoſitum
ſuper dictis bonis.

Quare dubitaui an conſtaret de talibus, quæ im-
pedirent dictam executionem & Domini reſoluerũt
1 negatiuè: quia † ſpoliator debet prius reſtituere, &
poſtea officio iudicis melioramenta petere. *Neuiz.*
conſ. 78. in fine, Gregor. Lopez, Omel. 44. Gloſ. 5. art. Ex-
trauag. tit. 18. par. 3. Ioan. Garz. de expenſ. & meliorat.
cap. 2. num. 2. & 3. cap. 15. num. 15. 17. & 18. & cap. 7.
2 *num. 17. & 18.* cum † nec etiam poſſit dare de com-
penſatione, *Caputaq. deciſ. 171. par. 3.* maximè cum
3 Blaxiolus † ſit poſſeſſor malæ fidei poſt motionem
litis, *l. ſed & ſi, §. ſi ante litem, de petit. hæred. Caputaq.*
4 *deciſ. 166. par. 3.* & quia melioramenta † tunc poſ-
ſunt impedire reſtitutionem, quando eſſent facta
circa rem reſtituendam, *l. in fundo, ff. de rei vendicat.*
5 *& ibi Doctor.* Redemptio autem Cenſus † non eſt
melioratio in re, ſed extra rem efficiens meliorem
conditionem poſſidentis.

Non obſtat quod valor bonorum ſit auctus per
6 dictam extinctionem Cenſus, quia † etiam quando
ſumma eſt magna, ita vt non poſſit eam dominus
ſoluere, non intelligitur facta melioratio, nec datur
retentio ad effectum impediendi reſtitutionem, ad
tradita per *Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 15. nu. 553.*
Antun. Gomez, in l. 46. Tauri. num. 2. & Io. Garz. vbi
ſupra, in cap. 1. num. 25. & cap. 6. num. 2. & 11.

Quantò magis eum Saguntinus non potuerit co-
gi ad extinctionem Cẽſus, qui adhuc verè extinctus
7 dici non poteſt, cum † per ſubhaſtationem nullam
dominium fundi ſuper quo eſt impoſitus non tran-
ſierit in ipſum Blaxiolum, *l. 4. §. condemnatum, ff. de*
re iudic. vnde potuerit ipſe vti dominus dicti fundi
8 prædictum Cenſum extinguere, † cum talis extin-
ctio dependeat à voluntate, & libera poteſtate do-
mini fundi ex Conſtitutione *Pij V.* de cenſibus.

Illuſtriſſimo Cardinale Lancelotto, Peruſi- ria affictus, Lunæ 3. Decembris, 1571.

S V M M A R I A.

1 *Venditor Cenſus poteſt quandocumque illum redimere.*
2 *Emptor Cenſus non poteſt licitè paciſci, vt Cenſus re-*
dimatur.
3 *Etiam ſi dictum pactum non ſit deductum in ſtipula-*
tionem, ſed emptor ſit aliunde de redemptione ſecurus.

DECISIO CLIV.

FVIT concluſum, quod pactum extin-
ctionis Cenſus appoſitum in locatione
de qua agitur, ſit illicitũ, & vſurarium.
Quia cum Dominus Paris verè emiſſet
Cenſum, non autem Raphael Calca-
neus, cuius nomen ſimulatè fuit appoſitum in in-
ſtrumento Cenſus, vt ipſe Raphael declarauit aſſe-
rens in eo non habere niſi nudum nomen, non po-
tuit ipſe Paris in dicta locatione obligari ad facien-
1 dum dictam extinctionem: † nam licet venditori
Cenſus ſit permiſſa illius redemptio, iuxta Cõſtitu-
tiones *Martini V. & Calixti III.* & nouiſſimè per
Bullam S.D.N. cuius prouiſionis plures rationes,
& auctoritates affert *Conrad. de Contract. quaſt. 83. per*
tot. & declarat *Conar. Variar. reſolut. lib. 3. reſolut. 8.*
2 *nu. 5. verſ. tamdem;* tamen † emptori eſt prohibitum,
quia tunc certus eſſet de lucro, & propterea Docto-
res

res concludunt hoc pactum eſſe illicitum, vt determinat *Dominic. de Soto, de iuſtit. & iure, lib. 6. quaſt. 5. art. 3. in prima concluſ.* & latè *Conrad. in dicto tract. quaſt. 84. in 5. concluſ.* Quod ampliat *Summa Anto-*
3 *nina, par. 2. c. 8. §. 14. circa fin.*, vt † procedat etiam ſi hoc pactum non ſit deductum in ſtipulationem, ſed emptor ipſe ſit certus aliunde.

Hæc autem intentio Domini Paridis coadiuuatur ex eo, quia voluit quod vxor nomini Hieronymi, quæ eſt venditrix dicti Cenſus eſſet ſibi obligata de faciendo ratificare dictam locationem per Reuerendiſſimum Dominum Epiſcopum ſub pœna extinctionis dicti Cenſus, ex quo arguitur enixa eius voluntas deſiderantis Cenſus extinctionem.

Non obſtat quod Dominus Paris voluerit Cenſum debere extingui vti rem gratam faceret Domino Hieronymo venditori, vt dicitur in dicto inſtrumento locationis: quia reſpondetur non haberi in conſideratione hunc fauorem venditoris, quia venditori hoc eſt permiſſum, vt ſupra dictum eſt. Sed neceſſitas redimendi impoſita ab emptore eſt illa, quæ facit contractum vſurarium.

5 Ex quibus infertur pactum illud eſſe ſimulatum non ſimulatione de perſona ad perſonam, ſed de contractu ad contractum: quia ſub ſpecie Cenſus fuit factum mutuum cum certo pacto lucri, quod facit illud vſurarium.

An autem propter dictum pactũ vſurarium reddatur propterea illicitus contractus locationis, ita vt dictus Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus, non poſſit dicto pacto reiecto agere ad illius executionem pro affictibus decurſis nihil fuit reſolutum, ſed de eo particulariter videbitur, quæ difficultas pendet ab hoc an dictus contractus ſit diuiduus, vel indiuiduus.

Illuſtriſſimo Cardinale Blanchetto, Romana Cenſus, Lunæ 13. Iunij, 1594.

SVMMARIA.

1 *Pactum quod Cenſus debeat durare per certum tempus, annullat contractum Cenſus in totum.*
2 *Contractus vſurarius non validatur conſuetudine.*
Nec confirmatio Papæ, num. 5.
Nec Iudicis ſententia, num. 8.
3 *Conſuetudo in materia vſuraria, nihil operatur.*
4 *Contractus ab initio nullus partium tacito conſenſu, non conualidatur.*
5 *Papa non diſpenſat ſuper vſuris.*
6 *Vſuræ ſunt prohibitæ iure Diuino, & naturali.*
7 *Papa non diſpenſat contra ius Diuinum, & naturale.*

DECISIO CLV.

FVIT reſolutum Cenſum de quo agitur
1 eſſe nullum † propter adiectum pactum, quod per ſexennium tantum deberet durare ſtantibus conſtitutionibus *Mar. V. & Calix. III. de empt. & vendit.* & Conſtitutione *Pij V.*, & per tale pactum tamquam vſurarium contractum annullari in totum tradunt *Sot. de iuſtit. & iure, lib. 6. quaſt. 5. art. 3. Conrad. de Contract. quaſt. 84. in 5. concluſ. Couar. Variar. reſolut. lib. 3. cap. 9. num. 4. Gabr. conſ. 152. num. 4. & 5. lib. 1.* & fuit reſolutum *coram R. P. D. meo Decano, in cauſa Vrbeuetana Cenſus, 13. Nouembris, 1592.*

2 Hunc contractum † conſuetudo, ſeu etiam con-
3 firmatio Papæ validare non potuit; tum quia † conſuetudo hoc caſu nihil operatur, *cap. cum nobis, vbi Gloſ. in verbo, multi, de vſur. Rocc. in cap. fin. in 3. notab. de conſuetud.* & fuit reſolutum *coram Illuſtriſſimo Lancelotto, in vna Romana ſocietatis, 2. Iunij, 1570. & in dicta Vrbeuetana Cenſus, coram R. P. D. meo Gyplio;*
4 tum etiam, † quia partium tacito conſenſu non poteſt contractus ab initio nullus validari. *Clem. 1. de vſur. l. quod initio, ff. de reg. iur. regul. non firmatur, cod. tit. lib. 6. Doctor. in l. de quibus, ff. de legib.*

5 Confirmatio † autem Papæ hoc caſu non ſuffragatur, *cap. ſuper eo. de vſur.*, & eſt communis opinio tam Theologorum, quam Canoniſtarum, *Doctor. in l. 1. C. de ſumma Trinit. & fide Catol. Summa Angelica, in verbo, vſura, el ſecondo, num. 14. Silueſter, in eodem verbo, 9. num. 22. Sot. de iuſt. & iure, lib. 6. quaſt. 1. art. 1. ad tertium. Couar. Var. reſolut. lib. 3. cap. 1.*
6 *num. 8.* † cum vſuræ & iure naturali, & iure Diuino ſint prohibitæ, contra quæ Papa non diſpenſat, *D. Thom. 1. 2. quaſt. 94. art. 5.* fuit reſolutum *coram b. m. Domino Cotta, in vna Romana ſocietatis, 2. Iunij, 1575.* quæ eſt *deciſ. 67. inter diuerſas, par. 1.* & in præmiſſis multò magis, quia confirmatio Papæ reſpexit præcipuè venditionem officij, alia verò pacta tam expreſſa, quam non expreſſa cõfirmauit quatenus ſint licita, & honeſta, vt apparet in illis verbis. Puta huiuſmodi, & omnia, & ſingula præmiſſa, &c.

7 Non obſtant mandata executiua, † quia non fuit in poteſtate iudicis validare hunc contractum.

An autem hi fructus debeantur ex æquitate, *l. curabit, C. de act. empt.* particulariter videndum.

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Romana Prælationis, Veneris 19. Nouembris, 1604.

SVMMARIA.

1 *Ius prælationis in venditione fundi cenſuati competit domino Cenſus, etiam ſi venditio fiat per viam ſubhaſtationis.*
2 *Venditio quod ſit voluntaria, vel neceſſaria, eſt quid accidentale.*
3 *Factum iudicis habetur pro facto partis.*
4 *Diſpoſitio quantumuis exorbitans extenditur quatenus verborum proprietas requirit.*
5 *Etiam quod eſſet maior ratio in vno, quam in alio.*
6 *Ius prælationis fuit conceſſum domino Cenſus propter ius, quod habet in ſuppoſita.*
7 *Diſpoſitio loquens in venditione, non procedat in addictione pignoris in materia retractus.*
8 *Venditio facta à Iudice plus afferenti differt ab adiudicatione, ſeu datione in ſolutum facta creditori.*
9 *Bulla Pij V. ſuper Cenſibus concedentis domino Cenſus prælationem. Intellectus.*
10 *Denunciatio venditionis rei ſuppoſitæ Cenſui debet potius fieri ab emptore, quã à domino rei, vel venditore.*

DE-

DECISIO CLVI.

FVIT reſolutũ Dominis omnibus idem
1 ſeutientibus † Priuilegium in Bulla *Pij
V.* conceſſum domino Cenſus, vt præ-
ſeratur emere volentibus rem Cenſui
ſuppoſitam procedere etiam in vendi-
tione per viam ſubhaſtationis facta. fundamẽtum
Dominorum fuit, quia Bullæ verba verificantur,&
mens non eſt aliena. Venditio enim eſt re, & ver-
bis,cum habeat omnia ad venditionem requiſita.
Et licet fiat ex cauſa neceſſaria, hoc tamen non al-
2 terat naturam venditionis,cum † eſſe voluntariam,
vel neceſſariam venditionem accidentaliter con-
tingat,ad not. in *l.pacta conuenta, ff. de contr. empt. &
in l.iuriſgentium, §. adeo, ff. de pact.* Prout nec etiam
3 refert ſi fiat à Iudice,vel à domino,cum † præſertim
in hoc factum Iudicis habeatur pro facto partis, *l.ſi
ob cauſam, C. de euict. l.ſi pignora, ff. eod. tit.* cum igitur
ſimus in venditione propria ſuccedit regula quod
4 † diſpoſitio quantumuis exorbitans, & reſtringen-
da ſemper eſt intelligẽda, vt eatenus diſponat qua-
tenus verborum proprietas ſe extendit, *l.cum lege,
vbi Aret. ff. de teſtam. c.ſi qua, de ſenteut. excom. Cal-
der. in conſ. 10. in princ. in tit. de conſanguin. & affinit.
Aim. conſ. 227. num. 12.* Etiam † quod eſſet maior
5 ratio in vno caſu,quam in alio, *l. 1. §. quod autem, ff.
de alea his, & aleator.* Concurrit etiam mens,& in-
6 tentio Bullæ,† quæ fuit fauere domino Cenſus pro-
pter ius quod habet in re. quem fauorem ita mere-
tur ſi fiat venditio venditore inuito, quemadmo-
dum eo volente, nec ius vendentis fit deterius, aut
illi in aliquo præiudicatur,cum eius non interſit an
res vendita permaneat penes oblatorem cui per iu-
dicem fuit deliberata, vel perueniat ad domi-
num Cenſus.

Nec facit quod dicitur ex aduerſo nos verſari in
addictione pignoris,& adiudicatione,& propterea
7 non intrare diſpoſita in venditione: quia † vltra
quod opinio tenentium in hac adiudicatione non
eſſe locum retractui,non caret difficultate, & con-
tradictionibus. Quia contrarium defendunt *Ti-
raq. de retractu Lignag. §. 1. Gloſ. 14. num. 13. & ſeq.
Mathien. ſuper conſtit. Regni Hiſpan. tit. 11. lib. 7. Gloſ.
7. Ioan. Guttierez Practic. Quæſt. lib. 2. q. 157. num. 1.*
8 multum † etiam differt venditio quę fit per iudicem
licitanti,& addictio quæ fit creditori, *l. ordo, C. de
execut. rei iud. Bal. conſ. 300. libro 1. Tiraq. d. Gloſ. 7.
num. 14. Mathien. vbi ſupra, num. 10. ad fin.*

Non obſtat quod in multis caſibus cumulatis
per *Rol. conſ. 21. lib. 1.* diſpoſitum in venditione non
habeat locum in venditione neceſſaria, quia illud
ibi contingit propter diſparitatem rationis.

Non obſtant ponderationes verborum Bullæ.
9 † Nam circa verbum, vendenda, iam dictum fuit
non eſſe nos in addictione pignoris,ſed in venditio-
ne facta oblatori, quæ eſt vera venditio.

Nec etiam placuit alia ponderatio ſuper denun-
ciatione facienda, quia Bulla non dicit quod do-
minus rei, nec venditor debeat facere huiuſmodi
denunciationem, ſed loquitur impersonaliter, &
propterea poterit ab ipſo emptore fieri. Immo vi-
detur ab eo potius facienda cum ſua interſit magis,
quam venditoris rem non retrahi.

Minus etiam facit quod diſponitur debere de-
nunciari conditiones, quibus res vendenda ſit,
quia etiam in venditione, quæ fit per ſubhaſta-
tionem poſſunt apponi conditiones, & vt pluri-
mum apponuntur, circa diſtributionem pretij &
cautelas creditorum, & alia. *Roman. & Alex.* ex
aduerſo adducti loquuntur in ſtatuto, in quo ade-
rant verba, voluerint vendere, quæ plurimum ab
ipſis ponderantur ad probandum quod ſtatutum
loquitur in venditione voluntaria; Bulla autem
loquitur ſimpliciter de re vendenda.

Ex quibus fuit reſolutum illam comprehendere
venditiones per viam Curiæ factas, An autem Fra-
tres S. Honufrij Domini Cenſus habeant hoc caſu
prælationem in præiudicium Eccleſiæ S. Sabæ,quæ
dicitur eſſe domina directa vineæ, de cuius retractu
agitur, & an ſibi præiudicauerint agendo ſolum
contra Dominum Equitem Creſcentium ad fru-
ctus, & recipiendo partem pretij venditionis erit
particulariter videndum.

Illuſtriſſimo Cardinale Mellino, Romana Vineæ, Mercurij 31. Ianuarij, 1601.

SVMMARIA.

1 *Dominus Cenſus in venditione fundi ſuppoſiti, debet
omnibus præferri.*
2 *Et ſufficit declaratio voluntatis, abſque actuali depoſi-
to pretij.*
3 *Domino Cenſus eſt notificanda futura venditio fundi
ſuppoſiti, etiam quod aliunde de dicta venditione noti-
tiam habeat.*

DECISIO CLVII.

FVIT reſolutum ſententiam A.C. in fa-
uorem Domini Fabij cenſuarij eſſe iu-
ſtam, & cõfirmandam,quia infra men-
ſem à die denunciationis declarauit
velle præferri obtinendo monitorium
ſuper retractu, quod fuit executum contra empto-
1 rem, † & ideo vigore Bullæ *ſan. mem. Pij V.* ſuper
forma creandi Cenſus eſt præferendus.

Non obſtat quod non fecit depoſitum pretij,
2 quia † Bulla non cogit dominum Cenſus volentem
præferri ad faciendum depoſitum. Et ceſſat om-
nis difficultas, quia in inſtrumento adeſt pactum
clarum,quod emptor non teneatur ad ſolutionem
pretij,niſi poſt traditam actualem poſſeſſionem Vi-
neæ,& ideo depoſitum ante traditionem poſſeſſio-
nis non erat neceſſarium.

Non obſtat notitia Fabij ante denunciationem,
9 quoniam denunciatio requiritur pro forma, *Bal.
de iure prothom. num. 15.* & latè *Tiraq. de retractu
Lign. §. 36. Gloſ. 2. num. 26. 27. & 29.* Vltra quod ſi
ſola ſcientia ſine denunciatione ſufficeret, eſſet ne-
ceſſaria probatio concludens ſcientiæ omnium pa-
ctorum cum quibus eſt facta venditio, vt per *Tiraq.
d. Gloſ. 2. num. 30.* quæ hic non adeſt.

Illu-

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Romana Vineæ, Veneris 26. Iunij, 1609.

SVMMARIA.

1 *Dominus Cenſus debet præferri alijs in emptione rei cenſuatæ.*
2 *Actio cui datur multò magis exceptio.*
3 *Actionem qui habet multò magis retentionem.*
4 *Exceptio ſapiens petitorum admittitur in poſſeſſorio, quando eſt clara, & non eget probatione.*
5 *Exceptio manifeſta, & notoria numquam cenſetur reiecta.*
6 *Scientia vt noceat ad excludendum retractum, debet probari concludenter, & non præſumptiuè.*
7 *Et ſpecificè cum omnibus qualitatibus.*
8 *Denunciatio requiritur, & non ſufficit ſcientia venditionis rei cenſuatæ in retractu faciendo, vigore Bullæ Pij V. ſuper Cenſibus.*
9 *Datio in ſolutum eſt ſimilis venditioni, & dicitur venditio.*
10 *Diſpoſita in venditione procedunt in datione in ſolutum.*
11 *Maximè ſi datio in ſolutum ſit voluntaria.*
12 *Præſcriptio vel non currit contra ignorantes, vel reſtituuntur aduerſus eam.*

DECISIO CLVIII.

FVIT reſolutum Dominos de Spada non
teneri reſtituere vineam, fundamentum
reſolutionis fuit: quia ſunt Domini Cenſus
ſuper vinea impoſiti, & declarauerunt velle præferri in emptione facta ab
1 auctoribus Litiæ aduerſariæ, † quæ prælatio eſt illis
debita vigore Bullæ *Pij V.* ſuper creatione Cen-
2 ſuum; & † ſicut illis datur actio ex priuilegio dictæ
Conſtitutionis, ita & multò magis exceptio, *l. inuitus, §. videamus, ff. de reg. iur. c. qui ad agendum, eod.*
3 *tit. lib. 6.* & † ius retinendi, quod eſt fauorabilius
iure agendi, *l. per retentionem, C. de vſur. l. 2. vbi Bal. in 7. notab. C. de fideic. Aim. conſ. 148. num. 2.*

De iuriſdictione autem mea ſuper hoc Domini non dubitabant, præſertim ſtante clauſula, quam & quas. in commiſſione.

Non obſtat quod iſta exceptio reſpiciens petito-
4 rium non admittitur in iudicio poſſeſſorio, † quia
cum ſit clara, ita vt non egeat probatione, omnino eſt in quocumque iudicio admittenda, *Dec. in c. interpoſita, num. 1. verſ. ſecundo iſta prima regula, de*
5 *Probat.* Exceptio † enim, quæ manifeſtè, & notoriè
apparet numquam cẽſetur reiecta, *Menoch.* qui alios allegat *Præſumpt. 48. num. 9. lib. 2.*

Non obſtat quod dicitur de ſcientia, quia non probatur quod Comites de Spada habuerint noti-
6 tiam dictæ venditionis, † quæ tamen deberet ple-
nè, & concludenter probari & non præſumptiuè, *Bard. de iure prothom. quæſt. 6. num. 6. Bened. eod. tract.*
7 *§. in pactis, num. 45.* & † ſpecificè cum omnibus ſuis
qualitatibus & pactis ex latè deductis per *Tiraq. de retractu Lignag. §. 36. Gloſ. 2. num. 30. & ſeqq.* & dixit *Rota in Naonienſi Retractus, 4. Iulij, 1603. coram b. m. Cardinale Seraphino, & coram Illuſtriſſimo Cardinale Mellino, in alia Romana Vineæ, 31. Ianuarij, 1601.*
8 Præterea † ſcientia non ſufficit pro forma Bullæ re-
quirentis denunciationem, vt fuit deciſum in dictis Deciſionibus.

Minus facit quod non ſimus in venditione, ſed in
9 datione in ſolutum, quia † eſt ſimilis venditioni, &
dicitur quædam venditio, *l. fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. l. ſi prædium, C. de euict. Socin. iun. conſ. 47.*
10 *num. 9. lib. 2.* Ita vt † quidquid de venditione dici-
tur in ea locum habeat. *Aret. conſ. 32. num. 2. in fine.*
11 Præſertim † cum ſimus in datione in ſolutum vo-
luntariè facta ad tradita per *Tiraq. de retractu Lign. §. 1. Gloſ. 14. num. 8. & 9.*

Non obſtat præſcriptio ſexdecim annorum, quia vltra quod ſtatutum loquitur expreſsè de creditore, quando applicari poſſet iſtis terminis, ſtãte igno-
12 rantia veriſimi comitum † vel non potuiſſet contra
ipſos currere, vel ſi cucurriſſet eſſent aduerſus eam reſtituendi, iuxta latiſſimè cumulata per *Sforz. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 90. art. 5. verſ. in contrarium, Mohed. deciſ. 1. eod. tit.*

R.P.D. Vbaldo, Romana retractus domus, Lunæ 10. Maij, 1614.

SVMMARIA.

1 *Iudex non poteſt condemnare poſſeſſorem fundi cenſuati ad illum reuendendum domino Cenſus cum pactis diuerſis ab ijs, quibus ipſe emerat.*
2 *Retrahere volens tenetur ſubire eaſdem conditiones, quibus contractus fuit cum alio celebratus.*
3 *Bulla Pij V. ſuper Cenſib. concedens prælationem domino Cenſus, eſt exorbitans.*
4 *Poſſeſſor rei cenſuatæ licet poſſit cogi à domino Cenſus ad ſibi reuendendum rem illam, non tamen tenetur excomputare in pretio creditum ipſius domini Cenſus.*
5 *Cenſus impoſitus ſuper pluribus prædijs vno deficiente, Cenſus remanet validus ſuper alijs.*
6 *Neceſſitas in quam quis ſponte ſe coniecit, non excuſat.*
7 *Sententia debet eſſe conformis libello.*

DECISIO CLIX.

DOMINI de Caſtellanis emerunt domum ab Illuſtriſſimo Domino Horatio Vrſino pro pretio ſcutorũ nouem millium, ad quotum computum numerarunt quinque millia, & pro reliquis quattuor millibus ſuſceperunt, & accollauerũt in ſe Cenſum eiuſdem ſummæ in ſorte principali, quem Dominus Horatius habebat cum Domino Leonida Vrſino, cum onere illum extinguendi intra annum. Ceterum Dominus Bernardus de Franchis ad cuius fauorem impoſitus fuerat à Domino Horatio alius Cenſus ſuper dicta domo, & venditus pro pretio ſcutorum ſeptem millium quingentorum egit contra Dominos Caſtellanos ad retractum dictæ domus vigore Bullæ *fel. rec. Pij V.* in ordine 80. & poſt inſtitutum iudicium ceſſit primum Cenſum, & ius retractus Domino Gaſpari Riualdo; pro quo ſententia lata per A.C. & in gradu appellationis cauſa introducta in Rota: Dubitaui an dicta ſententia eſſet confirmanda, vel infirmanda.

Et Domini pro informante reſponderunt. Fundamen-

Digitized by Google

1 damentum principale reſolutionis fuit, quia † ſententia condemnat Dominos de Caſtellanis ad retrouendendum domum Domino Gaſpari cum pactis,& cōditionibus diuerſis ab iis,quibus ipſi emerant. Nam conditiones emptionis erant vt de pretio ſcutorum nouem millium, mille peruenirent ad manus Horatij,& de aliis ſcutis octo millibus extinguerentur duo Cenſus, quorum alter erat cum Domino Leonida de quo ſupra, alter cum Dominis de Caetanis,ſententia verò mandat Caſtellanos retrouendere domum,& recipere ſcuta mille quingenta, alia verò ſcuta ſeptem millia quingenta excomputare cum Cenſu eiuſdem ſummæ Domini Bernardi de Frāchis ſuper eadem domo impoſiti, & ceſſi Domino Gaſpari, vt dictum eſt ſupra, de quo tamen Cenſu nulla in emptione mentio facta fuerat,& ta-
2 men certum eſt eum, † qui vult præferri,vel retrahere debere ſubire eaſdem conditiones, quibus contractus fuit cum alio celebratus, ita vt nec venditor,nec emptor vllum ſentiat damnum, *l.debet,ff. de adilit.edicto*,latè *Tiraq. de retract u Lignag.* §.1.*Gloſ.* 18.*num.*7. *&* 8. *&* §.29. *Gloſ.*2. *num.*2. *&* *de retract u Connent.* §.6. *Gloſ.*2.*num.*2. *Fabian. de Monte, in tract. de empt. & vendit. quaſt.*3.*in princ.* & fuit dictum *in Rauennatenſi pecuniaria*, 13.*Ianuarij*, 1603. *coram b.m.Iuſto*, quod eſt conforme etiam diſpoſitioni eiuſdem Bullæ *Pij V.*, cuius intentio fuit ita præferre dominum Cenſus, vt tamen voluerit proſpicere indemnitati emptoris,ideoq. ſtatuit in verſ. vbi autem,&c. domino Cenſus debere denunciari conditiones,quibus res vendenda erat. Et ſanè cum
3 † Bulla ſit exorbitans, & correctoria iuris communis, quatenus concedit prælationem domino Cenſus, etiam inuito venditore, & adimat libertatem emendi primo emptori contra *l. dudum, & l. inuitum, C.de contr.empt. & l.nec emere, C.de iure deliber.* debet ſtrictè intelligi,vt minus lædat ius commune, quam fieri poſſit, *l.vt gradatim*, §. *& ſi lege, ff.de muner. & honor. c.cum dilectus, vbi Butr. & alij, de conſuetud.* & cum poſſit ſuſtineri eius diſpoſitio cum vno ſolo grauamine,videlicet, vt emptor teneatur
4 retrouendere non † debet aliud addi,vt ſcilicet,teneatur excomputare,vel compenſare pretium cum pretio Cenſus,de qua compenſatione Bulla non loquitur, vt in ſimili de Bulla iuris congrui, fuit dictum *in Romana iuris congrui coram Robuſterio*, quæ eſt *deciſ.*475. *num.*2. *& ſeq. par.*1. *Diuerſ.* & *in alia Romana iuris congrui*, 5.*Iunij*,1600.*coram R.P.D.meo, nunc Decano*, & in terminis Bullæ de qua agitur *in Romana domus*, 22.*Iunij*,1611. *coram Illuſtriſſimo Cardinale Lanceloto.*

Nec videbatur obſtare, quod per emptionem domus à domino Cenſus factam Cenſus ſuper ea impoſitus dicatur extinctus,cum res ſua nemini ſeruire poſſit ad *l. Vranius, ff.de fideiuſſor.* & proinde Bulla, quæ concedit prælationem cenſeatur etiam concedere compēſationem pretij Cenſus,cum pre-
5 tio domus,quia fuit reſponſum, quod † cum Cenſus eſſet impoſitus non ſolum ſuper dicta domo, ſed etiam ſuper aliis pluribus bonis magni valoris, & certis finibus deſignatis, poterat ſuper illis Cenſus remanere, dato quod ſuper domo eſſe deſiiſſet, vt ſæpè fuit deciſum, & ſignanter *in Beneuentana Cenſus*, 29.*Martij*,1593. *coram b.m. Cardinale Pamphilio, & in Romana Cenſus*, 14.*Ianuarij*, 1601. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Damaſceno.*

Nec etiam obſtat quod ſit imputandum Dominis de Caſtellanis ſi non præcauerunt domum poſſe retrahi à cenſuario. Hoc enim retorquebatur: nam licet ipſi ſcirent poſſe retrahi, ſciebant etiam ipſos debere conſeruari indemnes,& ideo magis videtur imputandum ipſi cenſuario,qui licet ſciret pacta,& conditiones,quæ erant vt pretium deberet ſolui in pecunia numerata pro extinctione aliorum Cenſuum,& non illius impoſiti ſuper domo, nihilominus voluit retrahere,cum tamen nō cogeretur cum Bulla det facultatem cenſuario; non autem impo-
6 nat neceſſitatem, & † aliàs non excuſet neceſſitas in quam quis ſponte coniecit, *l.ſi fideiuſſor*,§.*ſi neceſſaria, ff.qui ſatiſd.cogant. Surd.deciſ.*59.*num.*11. Quod benè videtur aduertiſſe Bernardus, qui in monitorio,cui poſtea Gaſpar adhæſit petiit in venditione præferri cum oblatione ſoluendi,vel deponēdi pretium ſolutum à Caſtellanis,& tamen ſententia condemnat tātum ad reſtitutionem partis pretij.Quod etiam mouebat Dominos pro infirmatione ſenten-
7 tiæ, † cum non eſſet conformis petitioni,& libello, *l.vt fundus, ff.commun.diuid.c.licet hali,de ſimon.*

Quibus accedebat quod tam ex præcedenti tractatu,& conuentione poſtea facto comprobata,vt Bernardus vna manu cederet Cenſum, alia verò Gaſpar imponeret Cenſum eiuſdem ſummæ ad fauorem Bernardi, quam ex aliis deductis per informantes, præſertim quod Bernardus numquam habuit animum emendi illam domum, vt deponunt teſtes pro Caſtellanis inducti, nec Dominus Horatius vendendi ad effectum extinguendi Cenſum, quem habebat cum Bernardo; immo in inſtrumento venditionis Dominus Horatius illum intra quinquennium extinguere,& domum propriis pecuniis liberare promiſit, & ex ceſſione Cenſus facta poſt venditionem perfectam, & poſt inchoatum indicium videbatur emptio aliquantulum affectata, & procurata ad æmulationem illorum de Caſtellanis. Ex quibus fuit reſolutum ſententiam A.C. eſſe infirmandam.

R. P. D. Iuſto, Romana Cenſuum, de Luraghis, Veneris 21. Ianuarij, 1601.

SVMMARIA.

1 *Fructus percepti ex re empta nomine alieno, ſunt reſtituendi ei pro quo res empta fuit.*
Intellige ſi præceſſerit mandatum ad emendum aliàs ſecus, niſi poſt ratificationem, num. 3.
2 *Res empta nomine meo, ſequuta ratificatione, mihi acquiritur.*
4 *Dominium non poteſt eſſe in ſuſpenſo.*
5 *Dominium rei emptæ nomine alieno abſque eius mandato ante ratificationem vel remanet apud venden tem.*
6 *Vel acquiritur ementi, ſed reuocabiliter.*
7 *Ratificatio non retrotrahitur, quando quis locupletaretur cum aliena iactura.*
8 *Creditum contrapoſitum debito in partita, extinguit debitum.*

9 Immo

9 Immo poteſt contraponi ad effectum conuertendi illud
in quamcumque cauſam.
10 Compenſatio crediti cum debito cui contrapoſitum fuit
non fit ipſo iure, ſed ſi opponatur.
11 Maximè ſi quantitas crediti, & debiti non correſpõdeat.
12 Ius creditorum anteriorum ex facto poſteriorum, tolli
non poteſt.

DECISIO CLX.

DVo deducebantur pro parte Domini
Antonij Machatani ad oſtẽdendam
extenuationem octingentorum ſcu-
totum debiti pretij ſortis principalis
Cẽſus, quorũ neutrum placuit Dñis.
Primum erat, quod Dominus Io. Baptiſta Lura-
gus emit nomine Domini Antonij, licet ex propriis
pecuniis Cenſum præfatum, & ex fructibus eiuſdem
Cenſus recepit à Dominis Columnenſibus vendi-
toribus pro primo anno ſummam octingentorum
1 ſcutorum, quapropter † iſti fructus debent exte-
nuare debitum ſortis principalis pretij Cenſus, ſe-
cundum *Bal. in Rubr. C. de contr. empt. num. 26. verſ.
quinto decimo.* quem ſequitur *Salic. in l. 1. num. 3. eod.
tit. Iaſ. in l. 1. §. mutui datio, num. 9. verſ. decimo quinto
fallit, ff. ſi cert. pet. & in l. diuortio, §. 1. in fine, ff. ſol. ma-
tr. Petraſancta, ſingul. 31.* cum aliis allegatis.

Præſertim quia cum D. Anonius poſtea ratũ ha-
buerit, vt *Rota* reſoluit *coram me in hac cauſa, 21. A-
prilis anni præteriti*, ſubintrat quod dicit *Din. in regu-
2 la ratihabitionem, num. 2. in 6.* vt † ſi aliquis emit rem
ſine mandato nomine meo, & per traditionem re-
ceperit, & ego poſtea ratam habeam emptionem,
perinde quæritur mihi dominium, & poſſeſſio per
ratihabitionem, ſicut quæreretur per procuratorẽ,
qui mandatum haberet, quia ratihabitio retrotra-
hitur, & mandato æquiparatur. Verum Domini re-
3 ſponderunt doctrinam Bal. & aliorum † loqui præ-
cedente mãdato procuratoris, quo caſu dominium
rei emptæ ſtatim acquiritur principali, ſecus ſine
mandato, & ignorante eo cuius noĩe emptum fuit:
nam non acquiritur ius ante ſcientiam, & ratifica-
tionem, *Gloſ. in l. ſi ego, ff. de negoc. geſt. Aret. in l. ab-
ſenti, num. 3. ff. de acq. poſſeſſ.* & ita intelligit in termi-
nis, *Gabr. conſ. 80. ſub num. 3. lib. 1.* Vnde etiam colli-
4 gitur ſolutio quo ad ratificationem, quia cum † do-
minium non poſſit eſſe in ſuſpenſo, *d. l. ſi ego. ff. de ne-
goc. geſt.* vbi Doctores tenent communiter contra
Gloſ. in verbo, ſuam facere, quæ dicit quod interim
fortè poteſt eſſe nullius, vt atteſtatur *Alex. cõſ. 232.
ſub num. 5. lib. 6.* neceſſarium eſt concludere, quod
5 † vel interim remaneat penes venditorem, *Gloſ. in d.
l. ſi ego. in eod. verbo*, vbi dicit dominium interim eſ-
ſe penes debitorem, *Alex. d. conſ. 232. nu. 5.* vbi etiam
in hoc atteſtatur de communi opinione Doctorum
vel (vt dixit *Gabr. d. conſ. 80. nu. 3. in fine*, quia vendi-
tor recepto pretio cenſetur animum habuiſſe tranſ-
6 ferendi in emptorẽ, rei dominium) † quod interim
ſit acquiſitum eidem Io. Baptiſtæ ementi nomine
Domini Antonij reuocabiliter, & vtroque caſu non
eſt penes Dominum Antonium.

Non obſtat quod ratihabitio retrotrahatur, quia
in hoc caſu non ſolum ceſſat dominium, vt dictũ eſt,
ſed bona fides, & omnis æquitas, quæ non ſuadet, vt
ex pecunia Io. Baptiſtæ cuius interim periculo ex-
ſtabat cẽſus D. Antonius luctatus ſit fructus, & hoc
7 caſu † retrotractio non procedit, *Bar. in l. ſi is qui pro
emptore, n. 2.* & alij Doctores, *ff. de vſucap. Gabr. d. conſ.
80. nu. 4.* Et *Din. in d. regula*, ratihabitionem non lo-
quitur quando propria pecunia negotiorum geſto-
ris, & proprio periculo res empta eſt; & ita fructus
ante ratificationem nõ ſunt acquiſiti Domino An-
tonio, neque extenuatum pretium.

8 Secundum caput erat, quia † cũ Io. Baptiſta è re-
gione debiti pretij Cẽſus poſuerit partitam crediti
horum octingẽtorum videatur extinctum debitum
debitum pro rata, *Imo. in l. 1. num. 9. verſ. item adde,
ff. de ſolut. Alex. conſ. 85. num. 7. lib. 3.* cum aliis alle-
gatis. & licet hoc videretur ſuperfluum ſtantibus
ſupradictis, nihilominus reſponſum fuit ſpecialiter,
9 q † creditum contrapoſitum poteſt opponi ad effe-
ctum conuertendi in quãlibet cauſam ſibi bene vi-
ſam, vel ẽt compenſationis, & ita loquitur *Imola, &
10 Alex.* † & hoc procedit poſt oppoſitionem, *Iaſ. in §.
bonæ fidei, n. 77. Inſtit. de act. Rota corã b. m. Oriolenſi, in
11 vna Romana grani de Iuſtinis, 22. Martij, 1574.* † Præ-
ſertim qñ non correſpondet quantitas, vt *in Romana
vineæ corã Cotta, 21. Iun. 1574. inter impreſſas, 53. p. t.*
& cum in caſu noſtro oppoſitio fiat poſt decoctionẽ
12 Io. Baptiſtæ, quia † ius acquiſitũ creditorib. ante-
riorib. tolli nequit, non põt opponendo compenſa-
tionem, vel etiam retinendo tollere ius anteriorum,
l. ſi prior, §. fin. ff. qui pot. in pignor. habean. & dictum
fuit in allegata Deciſione in hac eadem cauſa.

Quibus addebant Dñi, quod cum creditũ D. An-
tonij non aliunde probetur, quam ex partitis libri
Io. Baptiſtæ, & idem poſuerit dicta ſcuta octingẽta
non ſolũ ad creditum, ſed ẽt ad debitũ eiuſdem D.
Antonij ex dicta partita nõ remanet in aliquo pro-
batum creditum D. Antonij, & ceſſat ſundamẽtum
ſuæ prætenſionis. Ex quibus ita deciſum fuit.

Illuſtriſſimo Cardinale Pamphilio, Arimi-nenſi Cenſus, Veneris 9. Iun. 1599.

SVMMARIA.

1 *Soluens fructus Cenſus ei, cui illum vendidit, liberatur.*
2 *Solutio facta cedenti poſt ceſſionem, ſi ea non fuerit le-
gitimè intimata, liberat debitorem.*
3 *Intimatio ceſſionis, vt releuet vel dẽt fieri de mandato
Iudicis cum inhibitioni debitori ne ſoluat cedenti.*
4 *Vel debet tranſmitti, & penes eum dimitti copia ceſſio-
nis in forma probanti, & num. 10.
Et non ſufficit indicare nomen Notarij de ceſſione roga-
ti, num. 9.*
5 *Citatio facta à publico nuncio cenſetur facta de manda-
to Iudicis.*
6 *Si tamen ſit citatio iudicialis, ſecus ſi ſit extraiudicialis
in qua requiritur ſpeciale Iudicis mandatum.*
7 *Et dummodo fiat intra iuriſdictionem Iudicis mandan-
tis, ſecus ſi vltra.*
8 *Et nuncius faciat relationem apud acta.*
11 *Nemo præſumitur velle iactare ſuum.*
12 *Et potius admittitur error etiam in facto proprio.*
13 *Et ad excludendam hanc præſumptionem, ſufficit quæ-
libet leuis occaſio.*

Digitized by Google

DECISIO CLXI.

1 FVIT reſolutum † Iacobum Gobbum,
& Ioannem Bartoli, qui ſortem princi-
palem, & fructus Cēſus ſoluerunt Ale-
xandro Panatterio, cum quo contra-
xerunt fuiſſe liberatos, non obſtante
ceſſione prius facta ad fauorem R.P.D. Maluaſiæ,
2 quia † cum non fuerit ſufficienter intimata nō im-
pedit debitorem, quo minus ſoluendo ſuo credito-
ri conſequatur ſuam liberationem, *l.3. C.de non.l.*
nomen, C. quæ res pign, tradan, Bart. in l.ſi cum emptore.
3 *& ibi Iaſ. ff. de pact.* Licet † enim vbi intimatio fit de
mandato Iudicis ſufficiat ſimplex notificatio ceſ-
ſionis cum inhibitione creditori ne ſoluat, tamen
quia in caſu de quo agitur, non apparet de aliqua
iudicis commiſſione ſimplex intimatio nō ſuffraga-
tur, cum non fuerit dictum de mandato Iudicis de-
nunciantis, *l. ſi quis inficiatus*, cum ibi not. *ff. depoſ.*
Rom. conſ. 704. num. 12. *Alex. conſ. 78. nu. 7. lib.* 5. Nec
4 verificata cauſa † denunciationis per actualem ex-
hibitionem inſtrumenti ceſſionis, vel per dimiſſio-
nem copiæ, prout requiritur, iuxta tex. in *c. cauſam,*
de elect. Bart. in l. fin. ff. de leg. commiſſor. & in l. non ſo-
lum, §. morte, num. 35. & ibi poſt alios, *Rube. num,*
357. cum ſeq. ff. de noui oper. nunc, Alex. in l. de pupillo,
§. qui, ff. eod. tit. & in conſ. 73. nu. 3. lib. 3. & in d. conſ.
78. num. 20. Ripa, in c. cum ille, num. 132. & ibi Felin.
num. 41. de conſtit. & idem Felin. in cap. cum contingat,
num. 10. de Reſcript. Cagnol. in l. qui in alterius, num. 17.
ff. de reg. iur. Tiraq. de Retractu Lignag. §. 1. Gloſ. 10. nu.
99. Gozal. conſ. 57. num. 13. in fine, Natta, conſ. 348.
num. 4. lib. 2.

Neque obſtat huiuſmodi denūciationem factam
fuiſſe per eum, qui erat Baiulus communis Arimi-
5 ni, & † ideo ſatis poſſe dici facta de mandato Iudi-
cis, ex generali commiſſione, quæ iſtis nunciis in eo-
rum deputationibus dari ſolent, quia fuit dictum
6 non applicari caſui de quo agitur; tum † quia ver-
ſamur in denūciatione extraiudiciali, vbi commiſ-
ſio requiritur quidquid fortè dicendum ſit in cita-
tionibus iudicialibus in quibus loquuntur Docto-
7 res in contrarium allegati; tum † etiam quia huiuſ-
modi generalis commiſſio non ſe extendit vltra iu-
riſdictionem mandantis, & ſic ad Caſtrum S. Auge-
li totaliter ſegregatum à iuriſdictione Cōmunitatis
Arimini, cuius nuncius erat iſte denuncians. *§. cos,*
Auth. de collator. Bart. in Extrauag. Ad reprimendum.
in verbo, per nuncium, & in l. 1. num. 6. ff. de offic. con-
8 *ſul.* Et ceſſat omnis difficultas, † quia ex lectura in-
ſtrumenti intimationis liquet nullum præceſſiſſe Iu-
dicis mandatum, cum non ſit aliquo modo ennn-
ciatum, nec relatio reperiatur facta penes acta ali-
cuius, vt fieri ſolet in geſtis per nuncios de Iudicis
commiſſione, vt poſt *Bal. in l. fin. C. de exhib. reis,*
tradunt *Modern. de nullit. ex defectu citat. num.* 77. &
notiſſimum eſt.

Non obſtat quod iſte defectus exhibitionis in-
9 ſtrumenti ceſſionis ſatis † dicatur, ſuppletur ex eo
quod fuit expreſſum nomen Notarij, qui de eo ro-
gatus fuit, quia fuit dictum ex hac relatione nō po-
tuiſſe hæredi certam notitiam cauſari, cum non ſit
expreſſum genus factæ ceſſionis, & Notarius à quo
forſan potuiſſet certificari eſſet mortuus, Vltra
quod ad iſtum effectum non ſufficit relatio facta
10 apud acta Notarij rogati † quando prius non tene-
tur perquirere, ſed requiritur actualis exhibitio in-
ſtrumenti in forma authentica, vt dicunt allegati
Doctores. Et in omnem euentum remanet defectus
mandati, & facultatis intimantis, de quo nec etiam
per relationem deductum fuit, *d. l. ſi quis inficiatus,*
Tiraq. latiſſimè, *de Retractu Lignag. §. 36. Gloſ. 7. nu-*
mero 4.

Suſpicio allegata ex eo quod retrouenditiones
Cenſuum ſunt factæ per cedulam priuatam, & per
acta alterius Notarij, quā de iis rogati penes quem
cōſtabat de ceſſione tollitur ex morte Notarij tem-
pore retrouenditionis, & ex præponderatē præſum-
ptiones ignorantiæ ceſſionis, quæ colligitur ex eo,
quod illine ad duos dies ſoluerunt eidem Panatte-
rio fructus decurſos, & ita abſque eo, quod poſt ceſ-
ſionem aliquid dictum fuerit continuarunt ſoluere
per quattuor annos vſquequo ab eodem Panatte-
rio vti principale Cenſum reemerunt, quod vti-
que data ſcientia ceſſionis non feciſſent, ne dican-
11 tur † velle iactare ſuum contra præſumptionem,
12 *l. de indebito, ff. de probat.* ad quam † excluden-
dam admittitur etiam error in facto proprio, &
13 † quælibet leuis occaſio ſufficit, vt per *Tiraq. in l. ſi*
vnquam, in verbo, Donatione largitus, num. 206. C. de
reuoc. donat. Vltra quod inſtrumentum intimatio-
nis, non caret inueriſimilitudine, vt bene deducitur
per informātes, qui bene tollunt omnia alia in con-
trarium allegata.

R. P. D. Cauallerio, Rauennatenſis Cenſus, Mercurij 13. Iunij, 1607.

SVMMARIA.

1 *Scientia præſumitur in eo, qui tenetur indagare.*
Maximè ſi teneatur inueſtigare ratione officij, num. 3.
2 *Paria ſunt ſcire, & ſcire debere.*
4 *Intimatio non eſt neceſſaria, niſi in caſibus in iure ex-*
preſſis.
5 *Scientia in quolibet actu præſumitur eſſe de ſubſtantia*
illius, non tamen denunciatio,

DECISIO CLXII.

IMPOSVERAT Communitas Rauen-
næ Cenſum ſcutorum quattuor cētum
ſuper certis ſuis bonis, quē pretio ſcu-
torum octo millium vendideratq. Phi-
lippo Rauennæ non pro eo, ſed pro
perſona, & perſonis per eum in actis tamen Catalo-
ni Notarij A.C. & non alibi nominandis, quas per-
ſonas ſic nominandas interim pro ſufficienter in eo-
dem inſtrumento nominatis haberi voluerunt. Poſt
quadraginta dies, vel circa Philippus medio iura-
mento in actis Cataloni declarauit Cenſum fuiſſe
impoſitum ad fauorem D. Ioan. Baptiſtæ Fliſci, &
pretium fuiſſe ſolutum de eiuſdem Fliſci pecuniis,
quem propterea in dicti Cenſus dominum nomina-
uit. ſucceſſiuè eodem anno Fliſcus præfata inſtru-
menta acceptauit, & approbauit. Poſt aliquod tem
pus cum Fliſcus cōueniſſet Cōitatem ad ſoluendum
fructus dicti Cēſus, Cōitas allegauit ſolutionē, & di-

Digitized by Google

ctí Cenſus extinctionem, ex quo de menſe Decembris, 1592. ex pecuniis montis Prouinciarum reſtituerat ſortem principalem, cum fructibus hactenus decurſis eidem Philippo, vnde fuit per A. C. lata ſententia abſolutoria in fauorem dictæ Communitatis. Cauſa appellationis commiſſa in Rota Illuſtriſſimo Cardinali Mellino, fuit dubitatum, an ſolutio facta Philippo ſit legitimè facta, vel ne, ita vt Communitas ſit liberata, & Domini nil reſoluerũt, ſed reſtrinxerunt difficultatem an eſſet neceſſaria intimatio nominationis Domini Io. Baptiſtæ Fliſci ad effectum, vt Communitas non poſſet ſoluere Philippo Rauennæ.

Cauſa per me propoſita Domini vna tantum parte informante dixerunt intimationem non fuiſſe neceſſariam, quia cum nominatio facta fuerit in actis Cataloni iuxta conuentionem, vtique talis nominatio videtur ſufficiens abſque alia intimatione, quia deſignatio illa Notarij, vbi nominatio erat facienda ad nullum alium effectum videtur expreſſa, & contracta niſi ad hoc vt Communitas poſſet in actis dicti Notarij inquirere perſonam nominatam, cum certo ſciret ex eodem contractu cenſum non inſeruiſſe pro Philippo, ſed pro perſona
1 ab ipſo nominanda. vnde † intrat regula quod preſumitur ſcientia in eo, qui tenetur indagare, cum
2 paria ſint ſcire, & ſcire † debere, *l. quod te, ff. ſi cert. petatur*, & ibi *Gloſ. & Doctor. Tiraq. de retractu Lignag. §. 12. Gloſ. 1. num. 19.* & ita concludit *Innoc. in cap. veniens, de filijs presbit. in verſic. innotuerit*, quem ſcire præſumi illud, quod tenetur inquirere. *Put. deciſ. 268. num 3. lib. 1.* & faciunt quæ dicuntur *in vna Romana pecuniaria de Zimbeuarijs*, 20. *Maij*,
3 1580. *coram bonæ memoriæ Cantuccio*, quod † qui tenetur ratione officij inquirere. & indagare etiam in facto præſumitur ſcire, & non ignorare, per tex. in *cap. innotuit, vbi Gloſ. & Abb. num. 9. de elect.* facit tex. in *Clem. vnica, in fine, de conceſſ. præben.* ibi *imputet quidem ſibi cum de ipſius commodo agitur ſi id, quod per ſe, vel per alium ſcire potuit ignorauit, Rom. conſ. 481. num. 8. Iaſ. in l. ſi res obligata, num. 4. ff. de leg. 1.* Vnde cum in anno integro, qui cucurrit à die nominationis perſonæ, videlicet, à die 12. Iulij, 1591. vſque ad menſem Septembris, 1592. quo Cenſus fuit redemptus Communitas, quæ ſciebat cenſum non inſeruiſſe pro Philippo, ſed pro nominando, & ab eo non perquiſierit nominationem: ſibi imputare debet, *cap. expoſuit, circa fin. de dilat.* ibi temporis quoque ſpatium habuerat tam prolixum, vt potuiſſet ſi voluiſſet ſoper præfata cauſa informare.

4 Accedit præmiſſis † quod intimatio numquam eſt neceſſaria, niſi vbi in iure reperitur expreſſum illam fieri debere *Cardin. in Clem. 1. num. 27. de appell. Dec. conſ. 168. num. 4. verſic. & quia notificatio*, de qua neceſſitate hic non conſtat.

5 Præterea † in omni actu in dubio ſemper præſumitur ſcientiam eſſe de ſubſtantia, non autem intimationem, ſeu denunciationem. *Din. in regula eum, qui Certus, num. 5. de regul. iur. in ſexto.*

Et ex his fuit reſolutum non fuiſſe neceſſariam intimationem.

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Romana Cenſus, Lunæ 2. Decembris, 1605.

SVMMARIA.

1 *Res empta pro perſona nominanda ante nominationem acquiritur ementi.*
Niſi conſtet de contraria mente ipſius, num. 7.
2 *Res empta pro perſona nominanda afficitur hypotheca ad fauorem creditorum ementis, quæ durat etiam facta nominatione.*
Limit. Si repugnet ſubiecta materia, num. 6.
Limit. 2. Ex veroſimili mente emptoris, num. 8.
3 *Hypotheca acquiſita ad fauorem creditorum ementis pro perſona nominanda ex nominatione non amittitur, & num. 9.*
4 *Retrotractio in voluntarijs non fit in præiudicium eius, cui erat ius quæſitum.*
5 *Emens pro perſona nominanda non poteſt poſt emptionem nouum onus rei emptæ imponere.*
10 *Reſoluto iure debitoris reſoluitur hypotheca.*
11 *Intellige ſi reſolutio fiat ex cauſa neceſſaria.*
12 *Neceſſaria autem cauſa eſt, quæ ortum habet à præcedenti obligatione.*
Vel quæ nõ poteſt abſque incommoditate omitti, nu. 16.
13 *Fideiuſſor cenſetur approbare omnia contenta in contractu.*
14 *Etiam quo ad confeſſiones, & ennunciata.*
15 *Contrahens cum aliquo certa qualitate expreſſa, non poteſt illam negare.*
17 *Creditor conſentiens alienationi rei ſibi hypothecatæ, amittit hypothecam.*

DECISIO CLXIII.

PROPOSVI dubium an mandatũ A.C. ſit exequẽdum, quod licet 23. Ianuarij anni 1604. fuerit affirmatiuè reſolutũ, quia tamen Illuſtriſſimus Dominos Lotharius reſolutionis fundamentum in dubium reuocauit, placuit Rotę illũ iterato audire.

Præcipuum autem fundamentum fuit, quia Rauenna ſub die 23. Martij, 1591. & ante nominationem per eum factam promiſerat ex pretio dicti cenſus inueſtire ſcuta decem millia pro maiori cautione fideiuſſorũ Cenſus, & ſcuta ſexdecim millia conuertere in extinctionem æris alieni Vrſinorum cum reportatione ceſſionum ad fauorem eorum fideiuſſorum, & pro rata decẽ, & octo millium Cenſum extinguere; quam promiſſionem fecit Rauenna cum ſolita obligatione, & hypotheca omnium bonorum, iurium & actionum, ſub qua obligatione dicebat D. Lotharius contineri cẽſum de quo agitur, & probari ex eo, quod cũ Rauenna emiſſet ipſum pro
1 perſonis nominandis † ante nominationem factam Cenſus fuit in eius dominio, *l. ſecundum reſponſum, C. de contr. & comm. ſtipulat. Alex. conſ. 232. nu. 2. lib. 6* &
2 † nominatio ſubſequuta non ſubſtulit, nec preiudicauit dictæ hypothecæ medio tempore acquiſite, vt
3 per *Alex. ibi, num. 6. & 7.* nec † in præiudicium iuris quæſiti ex dicta hypotheca poteſt nominatio retrotrahi ad tempus contractus, quia conditio nominationis erat voluntaria Rauennæ, cum poſſet nomi-
4 nare, & non nominare, & † in voluntariis non fit re-

retrotractio in prędicium eius cui medio tempore fuit ius quæſitũ, *l. potior. & l. qui balneum, verſic. amplius, ff. qui pot. in pign. hab* tradit *Alex. vbi ſupra*. poteſt igitur Dominus Lotharius, & confideiuſſores retinere Cenſum pro obſeruatione promiſſorum.

Iſtud fundamentum fecit magnam difficultatem Dominis, ita vt pluribus poſitionibus non potuerit haberi reſolutio tandem die 2. Decembris Domini vnanimi ſententia perſiſtendo in Deciſione iterum reſoluerunt mandatum eſſe exequẽdum, & placuerunt rationes allegatæ per *Surd. deciſ. 182, num. 16. & ſeqq.* quibus adductus Senatus Mantuanus ſtatuit huiuſmodi hypothecam non afficere perſonam nominandam; quibus aſtipulantur tradita per *Dec.*
5 *conſ. 543.*, qui multis argumentis concludit † illum, qui emit pro perſona nominanda non poſſe rei emptæ poſt emptionem noua onera, & nouas conditiones apponere, ſed teneri cauſam liberam, prout habuit præſtare. concordant alij per informantes adducti.

6 Non obſtat *conſ. Alex. 232.*, † quia non eſt mirum in caſu ſuo ſi non fit retrotractio, cum vt dicitur *nu. 6.* perſona nominanda tempore contractus eſſet forenſis. & in ea ius acquiſitionis, & retrotractio non fiat ad tempus principij, quoniam à principio non poterat actus explicari, ad tex. in *l. obſeruari, §. fin. ff. de offic. procon.*

Non obſtat quod dicitur non fieri retrotractionem cum ſimus in voluntariis. Quia fuerunt datæ plures reſponſiones. Primò enim fuit dictum Cenſum iſtum non poſſe cadere ſub hypotheca, quia non fuit in bonis ipſius Rauennæ, cuius intentio fuit omnino aliena ab acquiſitione dominij, vt patet ex eo quod ipſe promiſit ſe ſoluturum Cenſus ad fauorem nominandorum, & ad eorum fauorem ſe obligauit, & promiſit facere cedulam pro ſolutione fructuum, quæ repugnãt, & aduerſantur acqui-
7 ſitioni Cenſus. & clarum † eſt, quod ſine animo ſuo non potuit ſibi quæri dominium. & *l. ſecundum reſponſum, C. de contr. & comm. ſtipul.* fundatur in præſumpta mente ſtipulantis, quod non facta nominatione voluerit ſibi acquirere, *Bal. in l. 1. in princ. in vlt. verbo, ff. de pact. Alex. in l. ſtipulatio, §. ſi quis ita, in primo not.* & ibi etiam *Iaſ. nu. 2. ff. de verb. oblig.*; vnde non habebit locum ceſſante dicta præſumptione, & vbi apparet de animo non acquirendi. Secundo, vbi etiam fuiſſet trãſlatum dominium Cen-
8 ſus in Rauennam, † illud tamen non veniret ſub hypotheca generali etenim veriſimilis mens Rauennæ quo ad iſtum effectum attendi ſolet, *l. obligatione generali. iuncto §. ſeq. de pignor, l. qui pecul. ff. de pecul.* diſtat autem longè à veriſimili quod voluerit obligare dominium iſtud modico tempore, in quo permiſerãt, & quod in ſe ipſo ſuſcepit ad effectum tantum transferendi, prout tranſtulit in perſonas nominandas in tam graue præiudicium, & deceptionem perſonarum nominandarum. Facit quod in obligatione generali non veniunt bona ſubiecta reſtitutioni, *Gabr.* qui alios refert *de reg. iur. concluſ. 12. num. 27.* Tertiò, quando fuiſſet dominium Cenſus tranſlatum in Rauennam & fuiſſet comprehen-
9 ſum ſub hypotheca, † cum dominium fuiſſet ac-
10 quiſitum commutabiliter, & reuocabiliter † reſoluto dominio per nominationem, fuit pariter reſoluta hypotheca, *Dec. conſ. 238. ſub nu. 4. verſ. quinto quæritur. Rub. Alexandr, conſ. 90. poſt num. 5. verſ. facit etiam pro iſta opinione*.

11 Non obſtat quod hoc † procedat, quando reſolutio fuit ex cauſa neceſſaria, ſecus ſi ex cauſa voluntaria, *Bal. in l. in diem, num. 2. & 3. ff. de aqua pluu. arcen. Paul. de Caſtro, in l. in contendendo, num. 4. eod. tit.* latè *Tiraq. de retractu conuent. §. 3. Gloſ. 1. num. 19. & ſequent.* Quia reſpondetur dici ad iſtum effectum
12 cauſam neceſſariam, † quæ ortum habuit ab aliqua præcedenti obligatione, *Rimin. conſ. 3. Ripa, in l. priuilegium, ſub num. 41. ff. de priuil. credit. Aſin. de execut. cap. 32. §. 7.* hic autem aderat conuentio de emendo ſatis bene deducta per informantes, licet non egeret iuſtificatione, quia cum exprimatur in contractu emptionis Dominus Lotharius fideiuſſor
13 non poteſt contra illum venire, † quia fideiubendo cenſetur approbare omnia expreſſa, & contenta in contractu, *l. de exceptione, C. de euict. Fulgoſ. conſ. 61. colum. 3. verſ. ipſe autem fideiuſſor, Tiraq.* qui alios congerit *de retractu Lignag. §. 1. Gloſ. 9. num. 273.* fuit latè deductum *in vna Romana extinctionis Cenſus, 15. Iunij, 1584. coram Illuſtriſſimo Cardinale Seraphino,*
14 in qua fuit dictum † hoc procedere etiam quo ad
15 confeſſiones, & enunciata. facit quod † contrahens cum aliqua certa qualitate expreſſa non poteſt illam negare, latè *Surd. deciſ. 104. num. 5. & ſequent.* Et ſufficere videtur, quod Cenſus emptus ſit de pecuniis alienis ad effectum, vt nominatio diceretur neceſſaria, etiam ſi non præceſſiſſet aliqua obligatio. Quia ſi Dominus Rauenna volebat retinere pro ſe Cenſum habebat neceſſe reſtituere pecunias alienas, quod non poteſt negari, quin attuliſſet in-
16 commoditatem Rauennæ. Et ad effectum, † vt cauſa dicatur neceſſaria, ſufficit quod non poſſit ſine incommoditate omitti, *l. 1. ff. qui pot. in pign. hab. Crot. in l. ſi is, qui pro emptore, ſub num. 137. verſic. fallit, ff. de vſucap.*

Quartò, omnis amaritudo ceſſat attenta fideiuſſione præſtita per Dominum Lotharium, & alios, qui fideiubentes Rauennæ ſtipulanti Cenſum pro perſonis nominandis vidẽtur conſenſiſſe quod dominium in ipſos nominandos transferretur ex ipſo contractu, cui fideiubendo cenſentur conſenſiſſe, *Tiraq. vbi ſupra*. Quo conſenſu ſtante, nullam potuerunt in præiudicium nominandorum acquirere
17 hypothecam. † Immo ſi prius habuiſſent amiſiſſent, *l. ſi in venditione, l. ſicut, §. ſi voluerunt, ff. quibus mod. pign. vel hypoth. ſol. l. creditor, ff. de reg. iur. Bar. in l. quæ dotis, num. 17. ff. ſol. matr.*

Præterea cum in fideiuſſione ſe obligauerint ſoluere perſonis nominandis fructus Cenſus etiã obligatione camerali non poſſunt aliqua exceptione vitare, nec ſuper Cenſu ipſo aliquam controuerſiam inferre obſtante, *doli mali exceptione, C. de tuti.*

R. P. D. Orano, Romana Cenſus, Mercurij 5. Martij, 1586.

SVMMARIA.

1 *Res empta ex pecunia aliena, efficitur ementis.*
2 *Niſi nomen ementis ſimulatè apponatur.*

3 *Simu-*

Digitized by Google

3 *Simulatio probatur ex confeſſione partium, & recognitione bonæ fidei.*
4 *Clauſula, pro quo de rato promiſit, comprehendit omnia contenta in inſtrumento.*
5 *Ceſſio actionis abſque cauſæ expreſſione, præſumitur ſimulata.*
Niſi fiat coniunctæ perſonæ, num. 8.
6 *L. per diuerſas, C. mand. & eius diſpoſitio ceſſat, vbi nulla competit actio.*
7 *Ceſſio iurium intelligitur quatenus cedens habeat.*

DECISIO CLXIV.

QVAESITVM fuit ſtantibus nonnullis præſuppoſitis, an Dominus Paulus teneatur facere ratificare Dominũ Antonium pro contentis in inſtrumento ad effectum, vt poſſit vigore dicti inſtrumenti agere. & Dominis pro maiori parte placuit non teneri, ex quo Antonius nullum ius habet in Cenſu impoſito in Caſtro Baſſanelli occaſione cuius fuit facta trãſactio. Quod apparet ex inſtrumento recognitionis bonæ fidei celebrato, 7. Septembris, 1566. in quo Antonius in verbo veritatis aſſeruit dictum cenſum emptum fuiſſe ex pecuniis Pauli, & ad eum ſpectare, nihilq. in eo præter nudum nomen habere. Nam & ſi regula ſit,
1 † quod res empta ex pecunia aliena efficitur ementis, *l. 1. & ibi Bal. Angel. Salic. & Caſtr. C. ſi quis alteri, vel ſibi. Doctor. in l. ſi vt proponis, C. de rei vendicat. Mar-*
2 *tin. Laudenſ. conſ. 38. num. 3. cum ſimil.* Hoc † tamen fallit quando nomen ementis fuit ſimulatè appoſitum: tunc enim res empta ex pecunia aliena nõ efficitur ementis, *l. 3. in princ. C. ſi quis alteri, vel ſibi, Pau. de Caſtr. in l. multum, num. 3. Cicod.* Quod autem nomen Antonij emptoris Cenſus fuerit ſimulatè appoſitum apparet ex eo, quod ipſe poſtea recognoſcendo bonam fidem aſſeruit dictum Cenſum emptum fuiſſe ex pecunia Pauli, & ad eum pertine-
3 re. nam † propter confeſſionem veritatis, & recognitionem bonæ fidei probatur ſimulatio. *Bal. d. l. multum, nu. 2. & ibi Salic. col. 2. verſ. ſed tunc quæro. Caſtr. num. 3. verſ. ſed quæ ſunt iſte;* prout etiam fuit dictum *in vna Romana extinctionis Cenſus coram R. P. D. meo Cantuccio, 7. Septembris, 1574.*

Ex quibus tollitur conſideratio facta in clauſula,
4 Pro quo, quatenus opus ſit, promiſit de rato, † quia licet illa concernat omnia contenta in inſtrumento, *Bal. in l. procurator qui pro euictione, in fine, ff. de procur. conſ. 94. num. 6. in fine, & num. 7. lib. 1. Aim. conſ. 284. num. 4.* tamen ſuperflua eſt, & nihil potuit operari in iſto caſu in quo Antonius in dicto Cenſu præter nudum nomen nihil habuit.
5 Non obſtat † quod Antonius in recognitione bonæ fidei nulla expreſſa cauſa ad fauorem Pauli ceſſit iura, & actiones, quod arguit ceſſionẽ eſſe ſimulatam, *l. ab Anaſtaſio, l. per diuerſas, C. mand.* quia
6 † fuit dictum quod ſi Antonius nullam habet actionem non potuit eam cedere, & ceſſante actionis ceſſione, ceſſat diſpoſitio dictæ *l. per diuerſas,* & huiuſ-
7 modi † ceſſio non poteſt intelligi, niſi conditionaliter quatenus iura, & actiones ſibi competerent, quo caſu etiam ſubſtinetur ex quo facta fuit à nepote in
8 perſonam patrui; nam † ceſſio actionum inter coniunctos valet ſine confeſſione, & expreſſione cauſæ, *Tiraquel.* poſt alios *de retractu Lignag. in Præfat. numero 54.* cum aliis per *Gabriell. in tit. de action, concluſ. 5. num. 84.*

R. P. D. Marcomontio, Veneta Cenſus, Veneris 10. Decembris, 1610.

SVMMARIA.

1 *Res empta ad proprietatem Titij, illi non emptori acquiritur.*
2 *Res empta ſub nomine Titij cenſetur pro eo empta, niſi contrarium probetur.*
3 *Rei emptæ à marito pro vxore ſi ab ipſa percipiantur fructus ipſi vxori, dominium acquiritur.*
4 *Ex ſtipulatione Notarij acquiritur ius abſenti abſque acceptatione.*
5 *Scientia præſumitur in his, quæ afferunt commodum.*
6 *Et ex cohabitatione cum eo, qui actum geſſit.*
7 *Ratificatio emptionis inducitur ex perceptione fructuum.*
8 *Maritus quando non præſumatur ſimulatè pro vxore emere.*
9 *Emens ex aliena pecunia, ſibi non domino pecuniæ acquirit.*
10 *Limit. in rebus emptis ex pecunia dotali, minoris, militis, & ſimilium.*

DECISIO CLXV.

DOMINI cenſuerunt Cenſum ſcutorum mille debitum per Reuerendos Monacos Camaldulenſes ſpectare ad Dominam Lauiniam, fuit enim à q. Domino Antonio emptus nomine, & ad proprietatem dictæ Dominæ La-
1 uiniæ ſuæ vxoris, † cui per dicta verba fuit pleno iure quæſitum dominium, *Bal.* poſt *Gloſ. in l. proprietatis, C. de probat. & in l. fœminæ, §. illud, in fine, C. de ſecund. nupt. Felin. in cap. conqueſtus, num. 2. de foro compet. Dec. conſ. 160. num. 10. & ſeq. Abb. in cap. cum ad monaſterium, num. 1. de ſtatu monacor. Aim. conſ. 599. num. 10. Curt. iun. conſ. 21. num. 7. in fine.* Sunt etiam in inſtrumento alia verba, quæ id inferunt, videlicet, quod poſt mortem Lauiniæ non poſſent illius hæredes aliquid petere; quia Cenſus eſt vitalitius, quippe ſi Cenſus ſpectaſſet ad maritum fuiſſet facta mentio mariti, & hæredum ipſius; non autem hæredum vxoris.

Item quando Congregatio Monacorum ſe obligat ſoluere fructus Cenſus Dominæ Lauiniæ, vel eius legitimo procuratori, & quando pactum apponitur de facienda extenſione cameralis obligationis ad ſimplicem eiuſdem Lauiniæ requiſitionem, ſcilicet, cum emptionis, & venditionis conditiones ſint factæ nomine vxoris, & in illis nulla ſit
2 facta mariti mentio, † Cenſus præſumitur verè emptus pro vxore, niſi contrarium probetur, *Gloſ. in l. cum propria, in verſ. docenti, & in l. multum intereſt, verbo, ſcriptura, & ibi Doctor, C. ſi quis alteri, vel ſibi, & in l. ſi filij tui, verbo, probat. C. de donat. inter vi-*

rum, & vxor. Et concurrit quod idem Anſuiſius ab
eiſdem Monacis emit alium cenſum, in quo ſuum
nomen ſemper appoſuit emens ſuo nomine, & ſibi
ſtipulans; quemadmodum etiam ſibi, & ſuis hære-
dibus in aliis emptionibus ſtipulabatur, ita vt per
hanc diuerſitatem appareat, quod in hac emptione
non fuit illi eadem mens acquirendi ſibi, vel ſuis
hæredibus; ſed quod omnino voluit ſuæ vxori ac-
quirere.

Quod inſuper ſuadetur ex quaſi poſſeſſione ac-
quiſita Dominæ Lauiniæ, quæ ſemper exegit fru-
ctus iſtius Cenſus, prout in inſtrumento fuerat con-
3 uentum vnde habemus caſum legis, quod † vbi poſt
ſtipulationem mariti pro vxore ſequitur etiam eiuſ-
dem vxoris poſſeſſorio, tūc dominium eidem vxo-
ri quæſitum cenſeri debet dicta *l. multum intereſt, in
fine,* vbi Doctores omnes. Et per eandem poſſeſſio-
nem excluditur contraria mens maiori, & ſimulatio
de qua tractat, *Bart. in d. l. ſi filij mei,* per tex. *in di-
cta l. quamuis, dicto tit. C. ſi quis alteri, vel ſibi,* & ita
Bart. declarant *Ang. in d. l. quamuis, Soc. conſ. 129.
col. pen. vol. 4. Dec. conſ. 443. num. 15. Menoch. de Ar-
bitrar. caſu 470. num. 20.*

Hinc non obſtat, quod non potuerit acquiri D.
Lauiniæ abſenti abſque eius mandato, vel ratifi-
4 catione. Nam † vltra quod videtur eſſe magis com-
munis opinio, quod per ſtipulationem Notarij ac-
quiratur ius abſenti etiam ſine ipſius ratificatione,
vt patet ex infinitis Doctoribus, quos cumulat *Rol.
conſ. 19. num. 17. & 22. lib. 1. Ceph. conſ. 33. in fine,
Surd. deciſ. 111. num. 5. Rota coram b. m. Cardinale Se-
raphino, in Portuenſi bonorum 27. Decembris, 1579.*
quæ eſt *Deciſ. 489. parte 1. diuerſ.* adhuc in hoc ca-
ſu adeſt ratificatio non ſolum tacita ex ſcientia rei
5 geſtæ, † quæ præſumitur in his, quæ afferunt com-
modum, vt per *Menochium, de Præſumpt. lib. 6. præ-
ſumpt. 26. num. 84. Theſaur. deciſ. 70. num. 12. Soc. iun.*
6 *conſ. 67. num. 21. lib. 3.* Et † multo magis ſtante co-
habitatione vxoris cum viro ſuo, *Rol. d. conſ. 19. nu.
39. & ſeq. Ceph. d. conſ. 33. num. 19. Honded. conſ. 80.
num. 46. lib. 2. Surd. deciſ. 172. num. 4.* Sed etiam ex-
7 preſſa † per receptionem fructuum, de qua dictum
eſt ad *l. Paulus, ff. rem ratam haberi.*

Non obſtat quod præciſum Cenſus fuerit ſolu-
tum à marito de propriis ipſius pecuniis, nam de
hoc quidquid ſit, fuit reſponſum vel prætendi ex
iſta ſolutione à marito de propriis pecuniis facta,
8 † quod nomen vxoris fuerit ſimulatè appoſitum, vt
per *Dec. conſ. 543. nu. 15. poſt Bart.* ſupra allegatum,
& alios. & hoc non ſubſiſtit, quia ex prædictis ap-
paret Anſuiſium maritum verè acquirere voluiſſe
vxori, vel prætenditur Cenſum ſpectare ad mari-
tum cuius erat pecunia, & hoc etiam non ſubſiſtit,
9 quia certum eſt † emptum aliena pecunia acquiri
non domino pecuniæ, ſed illi cuius nomine facta
eſt emptio, *l. cum aliena pecunia. l. nihil prohibet, C. ſi
quis alteri, vel ſibi,* & firmatur regula per exceptio-
10 nes, quæ dantur † in rebus emptis pecunia dotali,
minoris, militis, & ſimilium, *l. res quæ ex dotali, ff.
de iure dot. l. 3. C. arbitr. tut. l. ſi vt proprius, C. de rei
vendicatione.*

R.P.D. Marcomontio, Veneta Cenſus, Lunæ 14. Martij, 1611.

SVMMARIA.

1 *L. cum propria, C. ſi quis alteri, vel ſibi. Intellectus.*
2 *Hæres non poteſt declarare animum defuncti.*
3 *Simulationem qui allegat debet probare illam, & cauſam probabilem, ſufficientem, & veroſimilem, ſimulandi, & num. 6.*
4 *Maritus emens ex ſua propria pecunia pro vxore, non præſumitur ſimulatè emere, & num. 7.*
5 *Simulatio non præſumitur.*
7 *Maritus poteſt ex propria ſua pecunia emere cenſum pro vxore, & illi acquiritur Cenſus.*
8 *Donatio inter virum, & vxorem, morte confirmatur.*
9 *L. 3. §. ſcientum, & §. ſed & ſi debitorem, ff. de donat. inter vir. & vxor. Intellectus.*
10 *Regula quod non valet ab initio tractu temporis, non conualeſcit. Intelligitur ipſo iure, ſecus ſi Princeps aliter voluerit.*
11 *Cenſus emptus aliena pecuni, acquiritur illi cuius nomine emitur.*

DECISIO CLXVI.

DIXERVNT Domini non obſtare con-
cluſionibus in Deciſione firmatis di-
ſpoſitionem, *l. cum propria, C. ſi quis*
1 *alteri, vel ſibi.* Quia † ibi maritus vxo-
re defuncta aſſerebat ſe non verè, ſed
ſimulatè appoſuiſſe nomen vxoris in contractu. in
hoc autem caſu Dominus Anſuiſius numquam di-
xit nomen Dominæ Lauiniæ ſuæ vxoris fuiſſe in in-
ſtrumento Cenſus appoſitum per ſimulationem.
2 Et omiſſo pro nunc, † quod hæredes eiuſdem An-
ſuiſij non poſſunt hodie in præiudicium Dominæ
Lauiniæ declarare ipſum habuiſſe animum ſimu-
landi ex latè deductis per *Surd. conſ. 351. num. 55.
lib. 3.* ſufficit dicere quod etiam ipſe maritus ſi fo-
3 ret ſuperſtes, & vellet dare de ſimulatione † debe-
ret illam probare, vt vult tex. in eadem *l. cum pro-
pria, in verſ. docenti tibi, & in l. ſi filio, in verbo, proba-
C. de donat. inter vir. & vxor.* & vtrobique notat *Glo.*
Nec ad iſtum effectū ſatis eſſet quod pretium Cen-
ſus ſit ſolutum de pecunia ipſius mariti: nam & in
dictis legibus idem contigerat, & nihilominus exi-
gitur à marito probatio. & in terminis, dicit *Bal.*
4 *conſ. 67. ſub num. 1. lib. 5.* † quod ſi maritus ex ſua
propria pecunia emat rem nomine vxoris non præ-
ſumitur ſimulatio, ſed ſtatur inſtrumento, niſi con-
5 trarium probetur. & quidem regulare eſt, † quod
ſimulatio non præſumitur, *l. quamuis, & ibi Bal. in
Summa. d. tit. C. ſi quis alteri, vel ſibi.* & qui dicit
6 contractum ſimulatum, † probare debet non ſolum
ſimulationem, ſed etiā cauſam ſimulationis, eamq.
probabilem, ſufficientem, & veriſimilem, *Bart. con-
ſil. 65. num. 4. lib. 1.* cum aliis cumulatis per *Abb.
conſil. 9. num. 7. & conſil. 97. num. 24. Rota deciſione
69. num. 2. parte 2. diuerſ.* In propoſito autem caſu
neque ſimulatio probatur, neque cauſa ſimulandi.
nam ſi agimus ſimulationem, quæ tangit volunta-
tem Anſuiſij ementis nomine Lauiniæ, nulla omni-
no

Digitized by Google

no proferetur ratio ex qua poſſit inferri Anſuiſium voluiſſe ſibi acquirere, & non vxori, & contrarium potius ſuadetur ex pluribus in deciſione conſideratis, quæ iterum explicare nihil refert.

7 Non etiam probatur cauſa ſimulandi, † nulla enim lex prohibet, quin maritus ex ſua propria pecunia poſſit emere rem aliquam nomine vxoris. Immo huiuſmodi emptio eſt legitima, & dominium acquiritur vxori, vt fuit iam dictum in alia deciſione, & tradunt *Bal.* vbi ſupra, *Bar. in l. & ſi inſtrumenta, in fine, C. de iure fiſc. Signorol. conſ. 122. num. 1. Pariſ. conſ. 80. lib. 1. nu. 9. & in Addit. ad Bart. in l. Quintus, ff. de donat. int. vir. & vxor. Neuiz. in Silua nupt. lib. 4. num. 23. verſ. item, nono.* & fuit allegata *deciſio in cauſa Romana fideicommiſſi, 20. Aprilis, 1583. coram Bubalo.* Et quidem aut volumus maritum credidiſſe vxori eam pecuniam, qua Cenſus, vel alia res emitur, aut donaſſe. ſi credidit dabitur contra vxorem certi condictio, vel actio negotiorum geſtorum, ſi negotium illius gerens eam rem maritus emit pro illa, vt notauit *Cuiac.* in explicatione dicti tit. *C. ſi quis alteri, vel ſibi.* ſi verò credimus rē eſſe donatam, non ideo ſequitur contractum eſſe ſimulatum eo colore, vt occultetur donatio prohibita inter coniuges conſtante matrimonio: nam in hoc eſt animaduertendum, quod etiam ſi iure veteri eſſet inter coniuges conſtante matrimonio omnino prohibita donatio, hodie tamen ſecus eſt per orationem Seueri, & Antonini, per quam iuris rigor ea in parte rela-

8 xatus eſt, † vt ſi donans vſque ad mortem in eadem voluntate donandi permanſerit donatio morte confirmetur, *l. donationes, & ibi Doctor. l. ſicut, C. de donat. inter vir. & vxor. l. cum hic ſtatus, §. 1. ff. eod. Biſignett. deciſ. vnica, num. 5. eod. tit. Manſica, de tacit. & ambigu. lib. 21. tit. 7. in princ.* Itaque dicit ante coniugis donātis obitum donatio non ſit, nec dici poſſit valida, attamen eſt in ſtatu contingenti, & poteſtatiuo validitatis, quia per mortem donantis confirmabitur, ſi interim per contrariam voluntatem reuocata non fuerit, & ad hoc eſt optimus tex. *in l. res vxoris, d. tit. C. de donat. int. vir. & vxor.* vbi deportato marito, & publicatis omnibus eius bonis, iuxta *l. vlt. de ſenten. paſſ.* non tamen publicatur res donata vxori, ſed manet in pendenti, ita vt ſi eam maritus non reuocauerit morte confirmetur donatio fiſco penitus excluſo: Ergo ſi lex non ſtatim irritat donationes conſtante matrimonio inter coniuges factas, ſed eas relinquit in pendenti, vt ex mutatione, aut ex perſeuerantia voluntatis in donante vel reuocatæ cenſeri debeant, vel confirmatæ ceſſantibus aliis coniecturis non datur ratio propter quam maritus per ſimulationē occultare velit donationem quam facit ſuæ vxori, cum ius præciſè reſiſtat, nec per huiuſmodi actum maritus priuetur facultate de rebus donatis aliter diſponendi quandocumque ſibi placuerit.

Ex his ſequitur non obſtare *l. 3. §. ſciendum, & §. ſed ſi debitorem, ff. de donat. inter vir. & vxor.*

9 Nam in primis ibi non agitur de ſimulatione, neque S.C. dicit in ea ſpecie occultari vnam actionem vt fraus legi fiat, ſed celeritate coniungēdarum inter ſe actionum, quod in aliis legibus dicitur breui manu, vt optimè declarat *Briſſon. lib. 11. de verbor. ſign.* atque iſta celeritas, & breuitas manus etiam in actu legitimo, & aperto, rectè adhiberi poteſt. deinde loquitur Vulpianus de iure antiquo, quod patet tum ex clauſula, ipſo iure, quam ſemel, atque iterum repetit, quā etiam ex quo allegat Celſum, qui vixit ſub Hadriano Imperat. ante tempora Seueri, & Antonini, qui iuris antiqui in hac materia prohibitionem coarctarūt, vt dictum eſt. Præterea etiam ſi præciſè, & ad literam illos textus velimus accipere, tamen vt concilientur cum legibus ibi allegatis, dicendum erit quod ibi dicitur donationes inter coniuges ipſo iure ita eſſe interdictas, vt nihil valeat quod actum eſt debere intelligi, vt ab initio nihil valeat, ſed confirmetur nihilominus ex poſt facto, ſi vſque ad mortem eadem donandi voluntas in donante durauerit.

Nec obſtat regula, quæ ab initio non valent tra-
10 ctu temporis non conualeſcunt: nam † id obtinet ipſo iure: ſecus autem vbi Principis auctoritate aliter conſtitutum eſt, vt in hoc caſu, & ita in his terminis, reſpondet *Cuiac. in prælect. ad d. tit. C. de donat. int. vir. & vxor.*

Denique dato etiam, ſed numquam conceſſo, quod in ſolutione pretij Cenſus aliqua inter coniuges ſimulata donatio interceſſiſſet, tamen hoc nihil facit ad emptionem dicti Cenſus, quæ inter Monacos Camaldulenſes, & Anſuiſium facta fuit nomine ſuæ vxoris, quia cum dicta emptio iure ſubſiſtat, & ſeparari poſſit à donatione, poterit vxor teneri ad pretij reſtitutionem, quatenus donatio non ſubſiſtat; ſed ideo non ſequitur quod Cenſus eius nomine & ad eius proprietatem ritè acquiſitus ad eam non pertineat. Et ſic non obſtat, quod in *dicto §. ſed ſi debitorem.* liberetur debitor, nec tamen acquiratur vxori pecunia, quaſi eodem modo in hoc caſu valeat quidem emptio, ſed Cenſus acquiratur marito, non autem vxori: nam ibi non poterat contingere liberatio debitori, niſi pecunia marito creditori acquireretur, & præſuppoſito quod non ſubſiſteret donatio, non erat alius modus per quem à marito in vxorem pecunia tranſire poſſet, ideoq. nil mirum ſi dominium illius remanet penes maritum. Hic verò Cenſus emptus Lauiniæ nomine fuit illi legitimè acquiſitus ſtatim ab initio, & iſta acquiſitio in eiuſdem Lauiniæ perſona non minus legitimè durauit etiam ſi diceremus pretium fuiſſe illi donatum perperam ab Anſuiſio marito. Quia

11 † etiam ex aliena pecunia emptum acquiritur ei cuius nomine emptum eſt, vt dictum fuit in prima deciſione. A qua Domini non cenſuerunt recedendum ex capire iſtius prætenſæ ſimulationis. Sed ſi hæredes Anſuiſij velint audiri ſuper reſtitutione pretij, dabitur ea de re dubium particulare.

R. P. D. Cauallerio, Romana Cenſus, Veneris 18. Martij, 1611.

SVMMARIA.

1 *Cenſus acquiritur ei pro quo emitur mediante ſtipulatione Notarij, & procuratoris.*

2 *Diſpoſitionem liberam alicuius rei habere, denotat habere illius rei dominium liberum.*

3 *Verba debent intelligi ciuiliter.*

4 *Do-*

4 *Domini eiuſdem rei duo inſolidum eſſe non poſſunt.*
5 *In inſtrumento nihil ſuperfluum eſſe debet.*

DECISIO CLXVII.

GARGANVS vendidit Cenſum q. Alexandro Mariæ Vitellio abſenti, Liuio tamen in hac parte procuratore, & agente præſente, & vna cum Notario ſtipulante pro dicto Alexandro Maria, eiuſq. hæredibus, & ſucceſſoribus ad diſpoſitionem Domini Horatij, & eidem Horatio reſeruata plena, & libera facultate, ac arbitrio tam Cenſus pro tempore decurrendos exigendi, quam etiam Cenſum ipſum, & illius retrouẽdendi pretium quoque exigendi, recipiendi, & recuperandi. Mortuo Alexandro Maria, & Liuio, orta eſt controuerſia inter hæredes Alexandri Mariæ, & Dominum Horatium ad quem nam ipſorum Cenſus ſpectaret, & cauſa commiſſa in Rota R.P.D. meo Coccino, fuit ab initio facta deciſio ad fauorem Horatij ſub die 28. Aprilis, 1608. à qua poſtea Rota receſſit, die 22. Iunij anni ſequentis, 1609. & ſucceſſiuè fuit lata ſententia in fauorem dominorum de Vitellis. Cauſa appellationis mihi commiſſa; dubitaui an ſententia Rotalis eſſet confirmanda, vel infirmanda, & Rota reſpondit eſſe confirmandam. Nam per venditionem Cenſus de quo agitur factam per Garganum Alexandro Mariæ, eiuſq. hæredibus, conſtituendo ipſum procuratorem irreuocabilem, vt in
1 rem propriam † interueniente ſtipulatione Notarij, & procuratoris fuit Cenſus acquiſitus Alexandro Mariæ, §.1. *Inſtit. per quas perſon. nob. acquir, l. ſi procurator, ff. de acquir. rer. dom.*

Nec videbatur Dominis obſtare reſeruationem illam in fauorem Horatij, cum ampliſſima facultate. Quia attenta venditione ad effectum, vt hæc reſeruatio compati poſſit cum emptione cenſebant neceſſario eſſe intelligendam de diſpoſitione ad vtilitatem ipſius Alexandri Mariæ, qui erat dominus Cenſus, & pro quo fuit ſtipulatum, & ſic quod Horatius haberet adminiſtrationem, nõ autem do-
2 minium. Et licet verbum † liberè diſponere ſit ſatis amplum, & præſupponat dominium, tamen Domini in hoc caſu non putabant eſſe ita amplum, &
3 latè patens, vt non debeat † intelligi ciuiliter, *l. obligatione, ff. de pignor. & hypoth. Oldr. conſ. 148. nu. 7.* latè *Aim. conſ. 462. num. 15. & ſeq.* & propterea dicebat verbum, diſponere, debere intelligi ad vtilitatem illius pro quo fuerat emptus Cenſus, nempè Alexandri Mariæ.

Accedebat præmiſſis, quod niſi admitteretur hæc interpretatio ſequeretur alterum de duobus abſurdis, vel quod duo eſſent inſolidum domini eiuſdem Cenſus, nempè Alexander Maria, cui fuerat facta venditio, & qui acquiſierat, & Horatius cui fuerat reſeruata libera diſpoſitio, quod nullatenus eſſe po-
4 teſt ſtãte regula firmata in vltima deciſione. † Quod duo inſolidum domini eiuſdem rei eſſe non poſſunt, *l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum, ff. commod.* Vel quod nomen Alexandri Mariæ in inſtrumento appoſitum inſeruiret de vento, & nihil operaretur,
5 quod neque vlla ratione eſt admittendum, † cum in inſtrumento eſſe non debeat minimum verbum ſine virtute aliquid operandi ſi poteſt. *Bal. in rubr. C. de contr. empt. num. 6. verſ. nono quæro,* vt etiam aliàs Rota firmauit in dicta deciſione.

R. P. D. Iuſto, Romana Cenſuum, de Luraghis, Veneris 21. Aprilis, 1600.

SVMMARIA.

1 *Res empta pro abſente etiam proprijs pecunijs ementis, acquiritur abſenti.*
Si tamen res ſit tradita, vel emptio ratificata, d. nu. 1.
Abſens tamen tenetur reſtituere pretium erogatum, num. 5.
2 *Voluntas probatur à poſteriori.*
3 *Traditio in incorporalibus probatur ex patientia.*
4 *Ratificatio probatur ex confeſſione iudiciali.*
6 *Geſta poſt decoctionem non poſſunt præiudicare creditoribus anterioribus.*
7 *Solutione vnica eodem tempore facta, non extinguitur duplex debitum.*
8 *L. ſicut, §. ſi debitor, ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolu. Intellectus.*
9 *Mandatum expirat decoctione mandantis.*
10 *Adminiſtratio bonorum perditur ob decoctionem.*

DECISIO CLXVIII.

DVBIVM diſtinctum fuit in duas partes, & prima pars reſpicit ſummam Cenſuum ad treſdecim millia ſcuta aſcendentium, ſecunda verò ad ſeptem millia.

Quoad Primam dixerunt Dominum Aſcanium teneri ad pretium, ſed faciendam eſſe prouiſionem, qua conſulatur creditoribus Luraghi, vt agnoſcantur tamquam Domini Cenſuum, & vti poſſint tamquam proprijs Luraghi, in quo videntur etiam acquieſcere informantes pro creditoribus.

Quoad ſecundam duæ etiam difficultates fuerunt diſcuſſæ, Prima ſcilicet, an dominium Cenſuum decem millium ſcutorum de quibus agitur, fuerit acquiſitum Domino Antonio. Secunda, an remaneat debitor pretij.

Reſpectu primæ difficultatis affirmatiuè reſolue-
1 runt, nam † quando quis emit de proprijs pecunijs ſub nomine alterius abſentis dicitur acquiſitũ dominium ei pro quo res empta eſt ſi eſt tradita, vel emptio eſt ratificata, quia hoc modo conſtat de ve-
2 ritate, & voluntate vtriuſque partis, † quæ probatur à poſteriori, *Bal. in l. multum intereſt, num. 3. C. ſi quis alteri, vel ſibi. & Salic. ibi, num. 3. Caſtr. num. 3. & idem Caſtr. conſ. 319. par. 2.* & ſequuta eſt *Rota coram R. P. D. meo Seraphino, in cauſa Romana exemtionis Cen-*
3 *ſus, 7. Nouembris, 1584.* De traditione † conſtat in caſu noſtro ex continua patientia, quia ſumus in incorporalibus, *l. quoties, in fine, & ibi Bar. & alij, ff. de ſeruit.* Præſertim iuncta redemptione Cenſuum, & ſolutione pretij facta Dominis de Iuſtinianis in extinctionem debiti, ex quibus oritur etiam ratificatio. facit tex. in *l. ſi pars, §. illud, l. pen. §. fin. & l. fin. ff. de inoffic. teſtam. Bart. in l. ſi poſt legatum, ff. de his quib. vt indign. Caſtr. conſ. 1. lib. 1. Aim. conſ. 204. n. 13.*

Quæ

4 Quæ ratificatio † expreſsè colligitur ex confeſſio-
ne iudiciali Domini Antonij, qui dicit. *E' vero quel-*
lo delli dieci mila ſcudi, ilquale ſe bene non era compro
delli dinari di Lurago, nondimeno era mio à tutta paſſa-
ta. Ex qua confeſſione probatur veritas non ſolum
à poſteriori, & ex conſequentibus, ſed à priori, & ab
antecedentibus, quia ſic actum dicitur. *Bar. Bal. &*
alij, in dicta l. multum intereſt. & ſuper confeſſione
fundata eſt Rota in dicta deciſione Romana extin-
ctionis Cenſus.

5 Ex quibus ſequitur Dominum Antonium † iure
fuiſſe factum debitorem pretij erga Luragum, &
creditores. *Bal. Caſtr. & alij, in l. 1. C. ſi quis alt. vel*
ſibi. Quod ipſe ſciuit & faſſus eſt. & ceſſant omnia,
quæ in contrarium adducuntur, quia ex ſuperiori-
bus conſtat de ſcientia, ratificatione, & vſu Domi-
ni Antonij.

Reſpectu ſecundæ reſoluerunt Dominum Anto-
nium remanere debitorem pretij non obſtante aſ-
ſerta ſolutione facta Dominis de Iuſtinianis. ſiqui-
6 dem † geſta poſt decoctionem Luraghi non poſſunt
præiudicare creditoribus anterioribus, not. in *l. Ro-*
gaſti, §. ſi fugitiuus, ff. ſi cert. pet. Caſtr. in l. ſumma cum
ratione, num. 6. ff. de pecul. Quia tunc omnia redu-
cuntur ad diſpoſitionem iuris *Rota coram Illuſtriſſi-*
mo Blanchetto in Romana pecuniaria, 13. Nouembris,
1592. & in aliis.

Nec facit allegata aſſignatio, vel pactum inter
Dominum Antonium, & Luragum vt Antonius vti
poſſet cenſibus pro ſua indemnitate, cum eſſet obli-
gatus ad fauorem Dominorum de Iuſtinianis pro
Lurago. Quoniam reſponſum fuit primò de hoc
plenè non conſtare. Secundò, & ſi conſtaret non
ideo extinctum eſſe debitum pretij, pro quo inſtant
7 creditores, † nec potuiſſe illo Cenſu vnico contextu
ſoluere debitum dominis Iuſtinianis, & eorum iu-
ra, & actiones acquirere, & creditoribus Luraghi
decocti, cum ſint duo debita. Tertio, quod licet at-
tendatur tempus pacti, non extinctionis, *l. ſicut, §. ſi*
8 *debitor, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.* † nihilomi-
nus ille tex. explicitè loquitur quando res durat, &
9 eſt in bonis debitoris, ſecus poſt † decoctionem, &
fugam, quando quodcumque mandatum, & fa-
cultas cenſetur reuocata, vt notatur in *d. l. rogaſti, §.*
10 *fugitiuus, ff. ſi cert. pet.* † & annulla bonorum admi-
niſtratio, *l. libera, ff. de pecul. Gloſ. in d. §. fugitiuus, in*
verbo, Credendo.

Quæ omnia Domini intellexerunt, ſaluo iure
Domini Antonij quæſito contra Luragum, & eius
bona ex ſolutione debiti facta Dominis Iuſtinianis.

Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, Romana Cenſus, 22. Iunij, 1609.

SVMMARIA.

1 *Officium acquiritur non illi cui conceditur, ſed illi cui reſeruatur facultas de eo diſponendi.*

2 *Res acquiritur ei ad cuius fauorem eſt facta ſtipulatio.*

3 *Etiam quod alteri concedatur dictæ rei diſpoſitio.*

4 *Dominium eiuſdem rei penes duos inſolidum eodem tempore eſſe non poteſt.*

DECISIO CLXIX.

1 LICET vera ſit concluſio, † quod domi-
nium officij non acquiritur illi in cu-
ius perſonam fit à Principe conceſſio,
& ſuper cuius vita ponitur, ſed illi cui
reſeruatur facultas percipiẽdi fructus,
& de officio diſponendi, vt fuit reſolutum *in cauſa*
Romana montium, 5. Nouembris, 1576. coram b. m.
Clem. VIII., & aliàs ſæpius, tamen in caſu iſto termi-
ni non ſunt pares, quoniam non agitur de officiis, in
quorum emptione ſolent aliqui erogare pecunias,
& acquirere ſibi modo prædicto & ſolum currere
periculum vitæ illorum, in quorum caput ponunt
officium, ſed in caſu iſto agitur de emptione Cen-
ſus, quem Garganus vendidit Alexandro Mariæ ab-
ſenti Liuio in hac parte procuratore, & Agẽte præ-
ſente, & vnà mecum Notario ſtipulante pro dicto
Alexandro Maria, eiuſq. hæredibus, & ſucceſſori-
2 bus, &c. vnde † fit quod mediante perſona dicti
procuratoris Alexãder Maria acquiſiuit dominium
dicti Cenſus, *§. pen. inſtit. per quas perſon. nob. acquir.*
Teſſaur. deciſ. 70. num. 13. vbi alios allegat.

3 Neque releuat quod incontinenti dicatur, † ad
diſpoſitionem tamen Horatij, &c. Quia iſta diſpo-
ſitio non intelligitur reſpectu dominij, quod cum
mediante ſtipulatione fuerit acquiſitum Alexan-
dro Mariæ non potuit incontinenti acquiri etiam
4 Horatio, cum penes † duos inſolidum eſſe minimè
poſſit, *l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum, ff. commod.*
ſed dicta diſpoſitio debet intelligi de adminiſtra-
tione; quod innuunt etiam verba inſtrumenti infe-
rius appoſita, & de illo, & illius iuribus liberè ad-
miniſtrandi, & diſponẽdi, hoc eſt ad effectum quod
habeat quamcumque adminiſtrationem, ſaluo ta-
men dominio acquiſito Alexandro Mariæ, prout in
ſimili fuit reſolutũ *in cauſa Romana officij, 30. Ianua-*
rij, 1603. coram R. P. D. Lancelotto, vbi Rota dixit of-
ficium ſpectare ad Victoriam, cum Papa illud Victo-
riæ donauerit, & non ad hæredes Caſſandræ, licet
omnimoda diſpoſitio quo ad adminiſtrationem eſ-
ſet relicta dictæ Caſſandræ.

Neque releuat quod poſt acquiſitionem factam
Alexandro Mariæ incontinenti dicitur, ad diſpoſi-
tionem tamen Horatij, & ſic videtur acquiſitum
dominium Horatio: quia contrarium eſt verius.
Nam ſi retineretur hic intellectus nomen Alexan-
dri Mariæ inſeruiret de vento in inſtrumẽto, & ma-
gis congruit præfata interpretatio, vt dominium
fuerit acquiſitum Alexandro Mariæ, cum admini-
ſtratione tamen Horatij, quæ potuit adhiberi iuſtis
de cauſis, maximè cum Horatius eſſet familiaris ho-
norarius domus Alexandri Mariæ.

Neque eſt verum, quod Cẽſus fuerit emptus cum
pecuniis Horatij, quia pecuniæ fuerunt ſolutæ per
procuratorẽ Domini Alexandri abſentis, cui etiam
fuit facta quietãtia, & licet dicatur mediante man-
dato dato per Horatium ad bancum, non inde ſe-
quitur quod Horatius ſoluerit de propriis pecuniis,
maximè cum, vt conſtat ex epiſtolis in alia poſitio-
ne datis Horatius ſolitus eſſet habere in manibus
pecunias Alexandri, & illas miniſtrare.

Ex quibus Domini receſſerunt à reſolutione fa-
cta die 28. Aprilis, 1608.

R. P. D.

R. P. D. Pirouano, Romana Cenſus, Lunæ 18. Iunij, 1612.

SVMMARIA.

1 *Procurator emendo pro domino illi acquirit dominium, & poſſeſſionem.*
2 *Negotiorum geſtor acquirit ei, pro quo emit ſequuta ratificatione.*
3 *Diſpoſitio libera rei importat dominium.*
4 *Animus acquirentis principaliter ſpectatur in acquiſitione dominij, & poſſeſſionis.*
5 *Simulatio in emptione facta pro alio ex quibus præſumatur.*
6 *Adminiſtrator habens liberam adminiſtrationem omnia poteſt, quæ poteſt dominus etiam alienare, & permutare.*
7 *Non tamen poteſt donare, nec legare.*

DECISIO CLXX.

DOMINI ſteterunt pro confirmatione ſententiarum, in quibus fuit declaratum Cenſum ſcurorum quingentorum, acquiſitum per Liuium Gabriellium Alexãdro Mariæ Vitellio, eiuſq. hæredibus ad diſpoſitionem tamen Domini Horatij Amadutij ſpectare ad prędictum Dominum Alexandrum.

Nam cũ Liuius dominium, & poſſeſſionem Alexandro acquirere voluerit emendo Cenſum ſpecificè illum nominando,
1 † & potuerit vti procurator, *l. 1. C. per quas perſon. nob. acquir. l. per procuratorem, C. de acquir. poſſ. l. quod meo, ff. eod. tit. de acquir. poſſeſſ. c. cum veniſſent, de reſtit. ſpol. Bal. de contrah. empt. & vend. in rubr. num. 27. Surd. deciſ. 226. num. 1.* Vel ſaltem
2 † vti negotiorum geſtor ſequuta ratihabitione, *l. ſi pupilli, §. ſed ſi ego, ff. de negoc. geſt. Anch. conſ. 127. in princ.* conſequitur Cenſum ad eundem Alexandrum ſpectaſſe, & nunc ad eiuſdem filios, & hæredes pertinere pro quibus etiam fuit ſtipulatum in inſtrumento Cenſus.

Et quæ dicũtur de reſeruatione in eodem inſtrumẽto ad fauorem Domini Horatij appoſita, & formalibus verbis concepta. Reſeruata tamen eidem Domino Horatio Amadutio licet abſenti plena, & libera facultate, & auctoritate, ac arbitrio tam Cenſus pro tempore currendos exigendi, quam ẽt Cenſum ipſum, ac illius iura retrouendendi, extinguendi, & reſpectiuè cedendi, pretium quoque exigendi, recipiendi, & recuperandi, & de habitis, receptis, & habuiſſe confeſſis quietandi, & generaliter de illo & iuribus illius liberè adminiſtrandi, & diſponendi etiam abſque aliquo mandato domini Alexandri. Si prædicta verba eſſent intelligenda de abſoluta, & omnimoda diſpoſitione, quæ neceſſario præſup-
3 ponit dominium, & poſſeſſionem † ſine quibus facultatem liberæ diſpoſitionis non intrat, *l. 1. ff. de pignor.* & argum. *l. 2. ff. de iuriſd. omn. iudic. l. ad rem mobilem, l. ad legatum, ff. de procur.* nulli dubium quod Amadutio Cenſus eſſet quæſitus, quia animus
4 Liuij fuiſſet taliter acquirendi, † qui principaliter in acquiſitione dominij, & poſſeſſionis inſpici debet eſto quod alia perſona in inſtrumento fuiſſet nominata, *l. qui mihi donatum, ff. de donat. Anch. d. conſ. 127. in princ. verſ. ſed plura concurrunt.* Præſu-
5 meretur † enim potius nomen illius ſimulatè adſcriptum in inſtrumento, quam quod verè in eo eſſet translatum dominium, quia nec Alexandri pecunia Cenſus fuerat emptus, neque ſtatim cœperat poſſidere, *Bal. & Salic. in l. multum intereſt, C. ſi quis alteri vel ſibi, Dec. conſ. 543. num. 15. & 16. Menoch. de arbitr. caſu 470. nu. 20. Surd. deciſ. 325. num. 2. in fine.*

Ceterum Domini exiſtimarunt verba reſeruationis non eſſe referenda ad abſolutum dominium, ſed dumtaxat ad liberam adminiſtrationem, quæ ſe compatitur cum acquiſitione dominij Cenſus in perſona Alexandri. vt in aliis deciſionibus coram Dominis meis Coccino, & Cauallerio fuit conſideratum.

6 Facultates † autem liberi adminiſtratoris & ſi includant ea omnia, quæ dominus facere poſſet, etiam alienando, & permutando, *l. procurator cum libera, ff. de procur. vbi Bar. in princ. Bal. in l. 1. ad fin. verſ. item adde, ff. de off. proc. Cæſar. Surd. deciſ. 229. num. 26. Illuſtriſſimus Mantica, de tacit. & ambig. lib. 7.*
7 *tit. 2. num. 14.* Non † tamen donare, vel legare poſſet, vt dicunt *Bar.* & alij præcitati, quæ cum ſint ſigna abſoluti dominij, & diſpoſitionis, & in cõtextu reſeruationis non legantur, vel ſaltem æquipollentia, vt in caſu *Anch. d. conſ. 127.* & prout poterat dicta venditrix ante dictum contractum, ſequitur dicendum iura acquiſiuit dominij non remanſiſſe vulnerata propter reſeruationem. Maximè quia verba ex quibus argumentum dominij pro Amadutio deſumebatur erant magis reſtricta ad adminiſtrationem, quam ad dominium. ibi & generaliter de illo, & iuribus illius liberè adminiſtrandi. Nec dicarut quod ſubſequebatur verbum & diſponendi æquè vniuerſale, quia & illud benè conuenit terminis adminiſtrationis circa facultatem vendendi, & permutandi abſque eo quod importet in ceteris abſolutum dominium.

Et quod ſemper retentus fuerit ſermo de facultate adminiſtrandi, bene indicant alia ſequentia verba ibi: etiam abſque mandato Domini Alexandri, quæ ſuperflua feciſſent quatenus dominium in perſona illius non fuiſſet conſiderabile. Et prædictis exinde acceſſit declaratio eiuſdem Amadutij, qui ſe pro procuratore Alexandri geſſit in exigendo fructus Cenſus enunciando ſe procuratorem, & reſeruatarium quæ obſeruantia multum mouit Dominos vt Amadutium crederent adminiſtratorem & non dominum, qui etiam in aliis negotiis pro Dominis Vitellis vti talis ſe gerebat.

Et ita fuit reſolutum.

Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, Romana Cenſus, Lunæ 10. Aprilis, 1608.

SVMMARIA.

1 *Diſpoſitio rei pertinet ad eum, qui eſt illius dominus.*
2 *Dominium non poteſt inſolidum eſſe penes plures.*
3 *Tamen, hæc particula, reſtringit præcedentia.*

DE-

Digitized by Google

DECISIO CLXXI.

VIr reſolutum Cẽſum ſpectare ad Horatium Amadutium, quia illum emit Liuius pro Vitellio, eiuſq. hæredibus, & ſucceſſoribus ad liberam diſpoſitionem Domini Horatij Amadutij, tum quo ad ſortem, tum quo ad exactionem fructuum, & ipſemet Horatius ſoluit pecunias mediante ordine directo banco, vnde ſequitur quod Cenſus ſpectet ad
1 ipſum Horatium iure dominij, † quia aliàs non potuiſſet de eo liberè diſponere, *l. in re mandata, C. mand.* & conſiderat *Ancharr. conſ. 127. col. 1. in fine, verſ. reſeruando tamque.* & dixit in ſimili, *Rota in cauſa Romana montium, 5. Nouembris, 1576. coram fel. record. Clem. VIII.*

Neque obſtat quod acquiſitio fuit facta pro Vi-
1 tellio, eiuſq. hæredibus, & ſucceſſoribus, & ſic ei
2 fuit acquiſitum dominium, † quod non poteſt inſolidum eſſe penes plures ex allegatis per *Signorol. conſilio 75. numero 9.* Quia in hoc caſu non fuit ſimpliciter acquiſitum Vitellio, cum acquiſitio ſit pro Vitellio, eiuſq. hæredibus, reſeruata tamen di-
3 ſpoſitione Horatio, † cuius dictionis natura eſt reſtringendi omnia præcedentia, *Bal. conſ. 175. num. 11. verſ. tertio etiam, lib. 2.* & ſic retorquetur motiuũ, quod cum diſpoſitio, & ſic dominium ſit penes Horatium, non poſſit eſſe penes Vitellium, cum apud duos inſolidum eſſe non poſſit. Minus obſtat, quod Cenſus videatur emptus de pecuniis Vitellij, quia de contrario conſtat ex ordine dato per Amadutium banco ad effectum emendi dictum Cenſum. Neque ex epiſtolis conſtat quod tunc Horatius haberet in manibus pecunias Vitellij; & ſi conſtaret neceſſe eſſet probare quod Amadutius de eis ſoluerit, & tunc videndum eſſet ſi Vitellius voluiſſet donare Horatio, & ſi donatio ſuſtineretur, vel aliàs reſultaret aliqua ſimulatio, vt dici poſſet Cenſum ſpectare ad Vitellium.

R. P. D. Ramboldo, Peruſina Cenſuum, Veneris 13. Februarij, 1615.

SVMMARIA.

1 *Abſenti ius acquiritur ex ſtipulatione Notarij abſque ratificatione & ceſſione, ſecundum magis communem.*
2 *Accedente maximè iuramento debitoris.*
3 *Tutor poteſt ſtipulari pro ſuo pupillo.*
4 *Cenſus emptus ex pecunia communi pro ſe, & ſocio vtrique acquiritur, & ſolui debet.*
5 *Soluens ei cum quo contraxit liberatur, etiam quod ſciat pecuniam ad alium ſpectare.*
6 *Limit. quando ſtipulatio eſt concepta copulatiuè pro contrahente, & abſente, pro quo Notarius fuit ſtipulatus ſub debitoris iuramento.*
7 *Adiecti non dicuntur quando diſpoſitio eſt æqualiter in perſonam omnium collata.*

DECISIO CLXXII.

1 DOmini dixerunt † filiabus Marci Antonij fuiſſe licet abſentibus ius quæſitum per ſtipulationem Notarij etiam abſque alia ceſſione, & ratificatione, vt videtur magis cõmunis opinio, de qua per *Rol. conſ. 19. num. 17. & 22. lib. 1. Cephal. conſ. 33. num. 5. & 8. lib. 1. Clar. in §. Donatio, quaſt. 13. num. 2. Menoch. conſ. 92. num. 67. lib. 1. Tedem. deciſ. 33. in fine, Surd. deciſ. 111. num. 5. & ſeqq.* cum ibi cumulatis, & in terminis Cenſus fuit dictum *in vna Veneta Cenſus, 3. Decembris, 1610. coram Reuerendiſſimo Lugdunenſi.*
2 Atque † hæc opinio etiam eo magis in propoſito locum ſibi vẽdicare videbatur, ex quo interceſſit quoque iuramentum debitoris, quod idem operatur atque præſentia, & acceptatio partis, *Butr. Imol. & alij, in c. cum contingat, de iureiur. Ruin. conſ. 180. num. 12. & ſeq. lib. 1.* cum multis adductis per *Gabr. concluſ. 1. num. 69.* Et prædictæ filiæ tempore ſtipula-
3 tionis erant ſub tutela Vincentij, quo ſit † vt mediante perſona dicti tutoris fuerit ipſis ius quæſitum abſque alia acceptatione, iux. *Gloſ. in l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis inſulam, in verbo, fieri, ff. de verb. oblig. & in l. quoties, in verbo, ſuo nomine, ff. de admin. tut.* cum immo neque etiam ab ipſis geſta per tutorem impugnari potuiſſent.
4 Hoc autem iure ſtante voluerunt † fructus Cenſuum emptorum à dicto Vincentio pro ſe, & dictis filiabus ex pecunia communi non potuiſſe ſolui Vincentio tantum, & eius hæredibus, ſed pro medietate debuiſſe ſolui dictis filiabus ad *l. mutuo, C. de ſolut. & l. reos promittendi, §. cum tabulis, ff. de duob. reis, l. ſi mihi, & Titio, ff. de verb. obligat.*
5 Nec obſtare videbatur † quod ſoluens ei cum quo fuit celebratus contractus dicitur liberatus etiam quod ſoluens ſciret pecuniam ad alium pertinere. *Surd. conſ. 43. num. 2.* cum ibi allegatis, & *de-*
6 *ciſ. 229. num. 17. & 18.* Quia fuit dictum, † obiectum non procedere quando contractus celebratus eſt copulatiuè ad fauorem abſentis, pro quo Notarius ſub debitoris iuramento ſtipulatus fuit, ſed eo caſu dumtaxat quod verba obligatoria, & executiua in ſolum contrahentem, non autem in abſentem directa fuerunt, ad notata per *Surd.* & alios ſupra allegatos.

Minus etiam ſubſiſtere credebant, quod dictæ filiæ dicantur adiectæ ſtipulationi & conſequenter
7 ſoluẽs vni ex duobus dicatur liberatus. Quia † cum ſtipulatio concepta fuerit per copulatiuam, & non alternatiuam, & diſpoſitio æqualiter in perſonam omnium collata non poſſunt dici adiectæ. *Bar. in l. 3. num. 2. & 3. in fine, ff. de duob. reis.*

R. P. D. Dunozet, Ianuenſis Cenſus, Veneris 25. Nouembris, 1613.

SVMMARIA.

1 *Oblatio facta à non vero debitore, non arctat creditorem ad illam acceptandam.*
2 *Obligatio cum pacto reſolutiuo, ſi aliquid intra certum tempus factum non fuerit, ſi non fiat, reſoluitur.*

3 De-

3 *Declar. hoc procedere volente creditore.*
4 *Cenſus nulla præcedente diſdicta, non poteſt dici extinctus.*
5 *Decretum factum cum clauſula, cum intimatione, non facta intimatione, non afficit.*
6 *Citationem præceſſiſſe facit præſumi comparitio citati, non comparitio citantis.*
7 *Depoſitum conditionatum, non releuat.*
8 *Abſenti acquiritur ius irreuocabiliter, ex ſtipulatione Notarij.*
9 *Intellige hoc verum ad effectum vt is qui ſe obligat non poſſit pœnitere, non ad effectum, vt abſenti inuito ius acquiratur.*

DECISIO CLXXIII.

DOMINI dixerunt mandatum relaxatum per A.C. pro fructibus Cenſus eſſe exequendum; quia de validitate illius nulla ſuberat dubitatio, & de iuſtitia conſtabat ex inſtrumēto Cenſus, qui non fuit extinctus, niſi anno 1611. à Domino Duce de Altaemps.

Nec viſum fuit Dominis releuare depoſitum an-
1 terius factū à Domino Duce Cęſio, nam † cum Do-
mini de Autia non eſſent illius creditores nullo iure
tenebantur pecunias per eum oblatas recipere, &
retrouendere Cenſum, prout inſtabat dictus Dominus Dux Cęſius, quidquid ſit dicendum quando ageretur de ſola illius extinctione.

Nec obſtat fuiſſe factum depoſitum ex quo Dux
Cęſius conſtituit ſe debitorem dicti Cenſus: nam
præterquam quod hæc nominis mutatio facta fuit
2 inſciis creditoribus illa † obligatio remanſit extin-
cta, dum intra tempus præſcriptum duorum annorum cum clauſula reſolutiua Cenſus non fuit extinctus, *l. 1. & 2. & tot. tit. ff. de leg. commiſſor. Illuſtriſſ. Mantica, de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 29.*

3 Et licet dici poſſet hoc † procedere Duce ab Al-
taemps volente, tamen de eius voluntate ſatis conſtare viſum fuit ex eo quod poſtea ipſe ſciens, volenſq. ſoluit fructus, cenſumq. extinxit cum aliis coniecturis ponderatis per informantes.

Præterea depoſitum non potuit ſuffragari Domi-
4 no Duci ad effectum extinctionis Cenſus, † quia
remanet ſine diſdicta ne dum ex eo, quod illa facta fuerit à Domino Duce ab Altaemps, & ab eodem reproducta ad retrouendendum ſibi Cenſum cum clauſula, vt aliàs pecuniæ deponerentur penes montem Pietatis, depoſitum verò diuerſo modo factum fuit, ſed ex eo quod fuit factum poſt duos menſes, ſicq. contra expreſſa verba Conſtitutionis *felic. record. Pij V.* vt fuit deciſum *in Anconitana Cenſus, 24. Maij præteriti. coram R.P.D. meo Vbaldo.* Et eo minus ſuffragari potuit, quia decretum factū fuit cum
5 † intimatione pro certa die & hora intimandis, &
de tali intimatione nullibi conſtat, *Rol. conſ. 63. num. 13. lib. 3. Put. deciſ. 174. lib. 1.* fuitq. dictum *in dicta Anconitana Cenſus.*

Nec ſuffragatur comparitio procuratoris Ducis
6 allegantis contumaciam: Quia comparitio † par-
tis citatæ, non autem citantis facit vt præſumatur citatio, vt latè fuit deductū *in dicta Anconitana Cēſus.*

7 Placuit etiam Dominis aliud fundamentū † de-
poſitum, ſcilicet, non fuiſſe purum & liberum dictis appoſitis cōditionibus, ad quas dicti hæredes Auriæ vigore inſtrumenti Cenſus non tenebantur, & per conſequēs non ſuffragatur, *Salic. in l. acceptam, nu. 1. circa med. C. de vſur.* cum aliis allegatis in vna *Farfenſi pecuniaria, 19. Decembris, 1609. coram Reuerendiſſimo Bononienſi.*

Nec viſum fuit poſſe obſtare reſcriptum motu proprio erectionis montis pro extinctione debitorum Ducis Cęſij, in quo cauetur vt creditores in receptione pecuniarum teneantur cedere iura ad fauorem Montiſtarum, & vigore obligationis Dux effectus fuerat debitor, & dicti hæredes creditores,
8 † cum illis fuerit acquiſitum ius irreuocabiliter vi-
gore ſtipulationis Notarij ex *Rub. Alexandrino, conſ. 117. num. 4. verſ. & ſi dicatur, Ceph. conſ. 33. num. 13. & ſeqq. lib. 1.* cum aliis per informantes. Nam re-
9 ſponderunt Domini † dictam concluſionem ſubſi-
ſtere ad effectum, vt qui ſe obligat non poſſit pœnitere, non autem ad effectum vt Tertius, ſi id ratum non habeat, efficiatur creditor, *Rota Diuerſ. deciſ. 683. num. 4. par. 1.* & fuit dictum *in Cæſenatenſi bonorum, 27. Iunij, 1612. coram Reuerendiſſimo Bononienſi.* Vnde cum dicti hæredes non poſſint dici creditores, nec etiam Dux poteſt dici debitor, quia hæc ſunt correlatiua, ſequitur non intrare reſcriptum motus proprij.

Ex quibus, & aliis multis adductis per informantes, ita fuit concluſum.

R. P. D. Ramboldo, Peruſina Cenſuum, Mercurij 1. Iunij, 1616.

SVMMARIA.

1 *Abſenti ex ſtipulatione Notarij ius acquiritur abſque ceſſione, & ratificatione ſaltem ad effectum, vt contractus ante ratificationem reuocari non poſſit.*
2 *Cenſus fructus rectè ſoluuntur ei, qui Cenſum emit.*
3 *Soluens alij, quam verò creditori, non liberatur.*
4 *Ampliat. etiam ſi ſoluat coniunctæ perſonæ.*
5 *Limit. quando ſoluitur ei cum quo fuit celebratus contractus.*
6 *Præpoſitus ad contrahendum, cenſetur etiam præpoſitus ad recipiendum ſolutiones.*
7 *Ampliat. etiam, quod contractus nomine alterius ſit factus.*
8 *Res acquiſita ex aliena pecunia, acquiritur ſtipulanti.*
9 *Debitor ſoluens iuxta formam ſtipulationis, liberatur.*
10 *Obſeruantia ſubſequuta eſt optima interpres cuiuſque præcedentis diſpoſitionis.*

DECISIO CLXXIV.

DOMINI quoad ſolutiones Vincentio factas receſſerunt à deciſis, *die 13. Februarij, 1615.* & de aliis ſolutionibus hæredibus dicti Vincētij factis, mandarunt particulariter videri.

Nam admiſſo etiam quod filiabus Marci Anto-
1 nij, vt in alia deciſione dicebatur, fuerit † per ſti-
pulationem Notarij ipſis abſentibus ius quæſitum abſque alia ceſſione, & ratificatione, quod ſaltem

ad

ad effectum vt contractus ante ratificationem re-
uocari non potuerit indubitantee procedere vide-
tur, vt idemmet *Ceph.*, qui pro contratia opinione,
quod ſcilicet, ante ceſſionem, & ratificationem per
ſtipulationem Notarij, nullum ius abſeutibus ae-
quieatur allegari ſolet, declarat, *conſ.440. num.41.*
& ſeqq. Surd.conſ.60. num.16. circa med. verſ.non di-
2 *co*, nihilominus † cum conteactus Cenſus de quo
agitur, ſueeit eum ipſo Vincentio celebratus, rectè
potuerunt fructus dicti Cenſus eidem Vincentio
3 ſolui. regula enim illa † quod ſoluens alij quam
vero creditori non liberetur, *l.ſi ego, ff.de negoc.*
geſt. l.eius qui in prouincia. vbi Gloſ. & Bart. ff.ſi
4 *cert. petat. l.eum quis, §.1. ff.de ſolut.* † Etiam ſol-
uendo coniunctæ perſonæ, *Gloſ. in l.vero procura-*
tori. & ibi Bart. & alij, ff.de ſolut. l.qui aliena nego-
tia, §.quamquam, ff.de negoc. geſt. Alex.conſ.4. num.
3. verſic. tamen quia coniuncta. vbi teſtatur de com-
muni, *libro 2.*

5 Limitatur † vt non procedat, quando contractus
fuerat cum perſona, cui facta eſt ſolutio, celebra-
tus, *l.ſilius. & ibi Bart. Alex. Dec. Iaſ. & alij, C.de pact.*
Bart. in l.quod ſeruus, & in l.filia, ff.de ſolut. cum aliis
6 per *Surd.deciſ.229.num.8. & ſeqq.* Qui † enim pex-
poſitus eſt ad conteahendum, videtue etiam prepo-
ſitus ad eecipiendum ſolutionem, vt inquit *Bart. in*
d.l.quod ſeruus, ff.de ſolut. vbi ſubdit hoc eſſe menti
tenendum.

Non obſtat quod tunc demũ hoc locum ſibi ven-
dicet, quando veeba ſtipulationis in ſolum contea-
hentem dieecta fuerunt; ſecus autem ſi etiam in ab-
ſentem pro quo Notarius ſub debitoris iuramento
ſtipulatus fuit; quia obiectum, vltra quod in iure
7 nou ſubſiſtir, † cum idem ſit quamuis cõtractus no-
mine alterius ſit factus. *Surd.* poſt alios per eum ci-
tatos *d. deciſ. 229. num.12.* tollitur etiam ex facto.
Quo enim ad duo poſteriora inſtrumenta Cẽſus de
anno 1592. celebrata in altero eotum nulla legitur
ſtipulatio Notarij, ſed tantum Vincentij, in alio ve-
rò licet ſtipulatio Notarij pro abſentibus adſit, ta-
men poſtea expreſsè debitor cẽſus promirtit ſolue-
re ſeuctus Vincentio tantum. Et quoad Cenſum
conſtitutum de anno 1584. Idem Vincentius in ca-
ſu extinctionis Cenſus ſtipulatus fuit ſortem princi-
palem, vnâ cum ſeuctibus vſque tunc decurſis eeſti-
8 tui. † Quæ ſtipulationes fuerunt validæ, licet pecu-
niæ ex quibus empti fuerunt Cenſus non eſſent ſti-
pulantis, *l.huiuſmodi, in princ. & ibi Gloſ. ff.de legat. 1.*
Abb.conſ.86.num.1. & ſeq.lib.2. Natta, conſ.262.num.
9 *15.* † Et debitor ſoluendo ſeuctus Vincentio iuxta
formam ſtipulationis indubitanter fuit à debito li-
beratus. *Dec. in l.certi condictio §.ſi nummos, num.13.*
& ibi Alex. ff.ſi cert. petat. cum aliis per *Becc. conſ.*
19.num.8. & 10.

Quæ etiam eo magis procedere videbantue, quia
quod ee vera mens, & intentio contrahentium fue-
rit vt fructus Vincentio ſoluerẽtur, ad vtilitatem ta-
men etiam filiarũ Marci Antonij viſum fuerit apce-
tè colligendum ex eo quod Vincentius, eiuſq. hære-
des, ac dictæ filiæ vſque ad præſens iudiciũ motum
fuit ſemper in communi vixetunt, & pro indiuiſo
etiam creditum dictorum cenſuum poſſederunt, ſed
etiam, quia per plures annos dicti fructus fuerunt
eidem Vincentio ſoluti ſcientibus etiam, & patien-
tibus mulieribus: quatenus enim hæc ad inducen-
dum tacitum mandatum non ſufficiant, ſaltem in-
10 de reſultat obſeruantia, quæ † optima cuiuſq. di-
ſpoſitionis interpres eſt, *c.cum dilectus, de conſuetud. l.*
ſi de interpretatione, ff.de legib. l.quadam, ff.de reb.dub.
cum ſimilibus.

R.P.D. Cantuccio, Præneſtina hæredi-tatis vltima Aprilis, 1582.

SVMMARIA.

1 *Debitor minoris vt conſequatur pleniſſimam ſecurita-tem, debet ſoluere auctoritate Iudicis, aliàs minori da-tur reſtitutio in integrum aduerſus ſolutionem.*
2 *Immo requiritur præceptum, & iuſſus Iudicis, ita vt ſolutio non ſit ſpontanea, ſed coacta.*
3 *Minor reſtituitur non ſolum quando pecunia eſt deperdi-ta ſui ipſius facilitate, ſed etiam, quando culpa cura-toris.*
4 *Dummodo probet perditionem pecuniæ.*
5 *In hærede cum beneficio inuentarij non confunduntur actiones.*
6 *Pecuniam eſſe deperditam, vel eſſe difficilis exactionis, paria ſunt.*
7 *Difficultas æquiparatur impoſſibilitati.*
8 *Rem haberi non poſſe, vel cum magna difficultate, pa-ria ſunt.*
9 *Tutor dans dotem pro pupilla, cenſetur dare ad compu-tum eius, quod habet in adminiſtratione.*
10 *Limit. quando conſtat de contrario.*
11 *Dos quo ad maritum eſt titulus onerosus, reſpectu do-tatæ eſt lucratiuus.*

DECISIO CLXXV.

LICET D.Iulius per ſolutionem ſcuto-
rum trium millium factã D. Marchio-
niſſæ Mortariæ, matri & tutrici D.Iu-
liæ fuerit liberatus, prout 19. Februa-
rij, & 28. Martij proximè preteritorum
reſolutum fuit: nihilominus cum non ſoluetit iuſſu
Iudicis nõ eſt aſſecutus pleniſſimam liberationem,
ita vt D.Iulia pupilla, ſiue D.Vincentius iunior eius
filius, & hæres nõ poſſit reſtitui in integrum aduer-
1 ſus ſolutionẽ. Ad † excludendum enim pupillum, &
minorem à reſtitutione in integrum aduerſus ſolu-
tionem debet debitor ſoluere auctoritate, & iuſſu
Iudicis: nam tunc conſequitur pleniſſimam libera-
tionem, & ſecuritatem, *l.ſancimus, la prima, et ibi Do-*
ctor. C.de admin.tutor. l.at Prætor, §.permittitur. & ibi
Gloſ. in verbo, imputandum, vbi etiam *Bar. Bal. & alij,*
ff.de minor. §. at ex contrario, vbi Gloſ. in verbo, ſolue-
rit, & ibi Angel. Port. & alij. Inſtit, quib. alienar. lic.
vel non. Gloſ. in l.1. in verbo, poteſt, & ibi omnes, C.ſi
2 *aduerſ.ſolut.* Immo † non ſufficit ſimplex auctoritas
iudicis, ſed requiritur eius preceptũ & iuſſus, nõ ob-
ſtante contradictione debitoris, ita vt ſolutio nõ ſit
ſpontanea, ſed coacta. prout ex d.§.*permittitur.* de-
clarat *Pau.de Caſtro, in d.l.1.num.3.verſ.in tertio vero*
caſu. & ibi Iacobin. in fine, C.ſi aduerſ. ſolut. Bart. in d.§.
permittitur, nu.2.verſ. & hoc vltimum. Ant.Gomez.de
contract. c.14.nu.4. circa med. verſ.quod tamen intellige,

Vnde pro parte hæredis D. Iuliæ prætendebatut te-
ſtitutio in integrum aduerſus ſolutionem ſcutorum
trium millium per Dominum Iulium tutrici Domi-
næ Iuliæ ſine iuſſu, & mandato Iudicis factam, ex
eo quod pecunia culpa tutricis fuit deperdita. Mi-
3 not † enim reſtituitur contra ſoluentem ne dum,
quando pecunia eſt deperdita facilitate ipſius mi-
noris, ſed etiam quando culpa curatoris, *Paul. de Caſtro, in d. l. 1. num. 3. & ibi Iacob. de Sancto Georg. pa-*
riter *num. 3. C. ſi aduerſ. ſolut.*

Pro parte autem Domini Iulij prætendebatur
4 non eſſe locum huic reſtitutioni, & † hæredi Domi-
næ Iuliæ incumbere onus probandi perditionē pe-
cuniæ, cum teſtitutio in perditione fundetur, vt per
Iacob. Butrig. in l. 1. in fin. quem ibi ſequuntur *Bar. Bal. Ang. Alber. Fulgoſ. Salic. & Iacobin. de S. Georg. C. ſi aduerſ. vendit. Soc. conſ. 115. num. 13. circa med. lib. 1.*
Ideo de ordine Dominorum difficultatem ad id re-
ſtrinxi, & die Lunæ vltima Aprilis, 1582. Domini
pro maiori parte tenuerunt conſtare de perditione
pecuniæ, & per conſequens locum eſſe teſtitutioni
in integrum. Quia tutrix cui dicta ſcuta tria millia
fuerunt ſoluta erogauit illa in alimentis Dominæ
Iuliæ, & Dominæ Catherinæ pupillarum, prout ip-
ſamet tutrix in actis declarauit ſe velle illas in ali-
mentis pupillarum erogare. ergo cum Dominæ Iu-
liæ de dote ſcutorum quindecim millium ſibi à Do-
mino Iulio vigore pacti debita deſunt ſcuta tria
millia, ſatis conſtat de amiſſione, aliàs ſi ſcuta tria
millia per Dominum Iulium ſoluta eſſent impu-
tanda in cauſam dotis Domina Iulia amiſiſſet.

Non obſtat quod hæres Dominæ Iuliæ ſit etiam
hæres Dominæ Marchioniſſæ in cuius hæredita-
te reperitur creditum contra Sereniſſimum Regem
Philippum, & ſic hæreditas eſt ſoluendo: quia
5 multipliciter reſpondetur. Primò, quod † cum ſit
hæres cum beneficio inuentarij non ſunt confuſæ
actiones, & cum in hæreditate non repetiantur cor-
pora hæreditaria, ſed ius, & actio contra Regem,
non cogitur mutare debitorem, Secundò, quia eſt
paratus cedere dictum creditum pro ea quantitate
quam Rota ordinabit, Tertiò, quia quando etiam
vellet illud exigere non poſſet id facere ſine magna
difficultate, ſtante maximè declaratione Senatus
Mediolani quod feudum Caſtri Mortariæ ſit deuo-
lutum Regi, & quod hæredi Dominæ Marchioniſſæ
6 nullum ius competat contra Regem, & † paria ſunt
pecuniam eſſe deperditam, vel eam eſſe difficilis ex-
7 actionis. cum † difficultas, & impoſſibilitas æquipa-
rentur, *l. nepos Proculo, ff. de verb. ſign. cap. breui, de iureiur.* latè *Felin. in c. Eccleſia S. Mariæ, num. 86. de conſtitut.* Et non poſſe † rem habere, vel cum magna
difficultate eam proſequi paria ſunt, vt inquit *Bal. in l. mater tua, num. 17. C. de rei vend. per l. naturalem, ff. de acq. rer. dom.* & per alia iura ibi per eum citata,
vbi exemplificat in re poſſeſſa à magno Barone.

Non obſtat quod Domina Marchioniſſa poſt re-
ceptionem ſcutorum trium millium dedit in dotem
Dominæ Iuliæ ſcuta decem, & ſeptem millia, &
9 † mater tutrix dando dotem filiæ cenſetur dare ad
computum eius quod habet ex adminiſtratione, vt
per *Put. deciſ. 174. aliàs. 177. incipit die 26. libro 1.*
10 Quia † id procedit in dubio, ſecus quando con-
ſtat de contrario, *Gloſ. & omnes, in l. ſi a. C. de dot. promiſſ.* prout in caſu noſtro in quo tutrix ſcuta tria
millia declarauit velle in alimentis erogare.

Non obſtat quod ſuper dictis ſcutis decem & ſe-
ptem millibus competit Domino Iulio hypotheca,
11 ex quo fuerunt ſoluta ex cauſa dotis, † quæ licet
quo ad maritum ſit titulos onerosus, tamen quo ad
filiam eſt lucratiuus, & ſic intrant tradita per *Grammat. quæſt. 1. num. 7.* Quia maritus Dominæ Iuliæ
præmorientis cum filio lucratus fuit dicta ſcuta de-
cem & ſeptem millia vigore *Statuti Vrbis, libro 1. cap. 77.* diſponentis maritum muliere præmortua libe-
ris extantibus de iure dotem lucrari, teneri tamen
dictis liberis ſeruare. Vltra quod hæres Dominæ Iu-
liæ affert cedere Domino Iulio actionem reuoca-
toriam, vel hypothecariam, ſi quam habet contra
quoſcumque.

Non obſtat quod Domina Marchioniſſa ſit ſol-
uendo, cum habeat fideiuſſorem idoneum, quia pu-
pillus non tenetur mutare debitorem, & eſt para-
tus cedere ius ſibi competens contra fideiuſſorem.

R. P. D. Cauallerio, Barenſis fructuum, Mercurij 2. Iunij, 1610.

SVMMARIA.

1 *Cenſus annui dicuntur fructus ciuiles.*
2 *Fructus ciuiles beneficij Eccleſiaſtici quorum ſolutionis dies non venerat tempore reſignationis, ſpectant ad ſucceſſorem.*
3 *Reſignans beneficium ſimpliciter abdicat à ſe omne ius, & poſſeſſionem.*
4 *Reſignans beneficium poſt reſignationem nullos fructus poteſt percipere,*
5 *Et ſi percipiat tenetur ad illorum reſtitutionem.*
6 *Fructus naturales à ſolo ſeparati tempore reſignationis ſpectant ad reſignantem.*
7 *Etiam ſi fuiſſent locati, & dies ſolutionis affictus veniret poſt reſignationem.*
8 *Beneficiatus in vita æquiparatur vſufructuario, in morte vſuario.*
9 *Reſignans beneficium Eccleſiaſticum, habetur pro mortuo.*
10 *Mors ciuilis æquiparatur naturali tantum in caſibus in iure expreſſis.*
11 *Capitulum ſi habet fructus Epiſcopatus ob mortē Epiſcopi, illos non habebit ſi Epiſcopus transferatur ad alium Epiſcopatum.*

DECISIO CLXXVI.

CVM Reuerendiſſimus Dominus Sanuitalis Archiepiſcopus Barenſis reſignaſſet Archiepiſcopatum in fauorem Reuerēdiſſimi Domini Caraccioli, orta eſt inter ipſos differentia ſuper fructibus decurſis, & inexactis vſque ad diem reſignationis, & introducta cauſa coram A. C. fuit lata ſententia, in qua quo ad fructus naturales, & induſtriales condemnauit Dominum reſignatarium ad reſtituēdum Domino reſignanti omnes, & quoſcūque fructus ſeparatos à ſolo tempore

reſi-

reſignationis, necnon fructus peremptos de quocunque affictu, pro rata tamen fructuum recollectorum; quo verò ad fructus ciuiles condemnauit eundem ad reſtituendum omnes fructus Cenſuum, & ſimiles, qui ad eius manus peruenerunt poſt reſignationem pro rata; à qua quidem ſententia cum fuiſſent hinc inde appellatum, fuit commiſſa cauſa appellationis in Rota appellatione remota.

Dubitaui igitur an fructus, & expenſæ deberentur Domino Sanuitali iuxta ſententiam A. C. & Domini dixerunt eſſe diſtinguendum inter fructus ciuiles, & naturales, ſeu induſtriales.

1 Nam quo ad fructus ciuiles, † quales ſunt Cenſus, penſiones domorum, reſponſiones, & ſimiles,
2 † quorum de tempore reſignationis adhuc non venerat dies ſolutionis cenſuerunt ſpectare ad ſucceſſorem ad quem etiam ſpectant fructus pendentes. *Gloſ. in c. præſenti, de offic. ordin. in 6. Cardin. & aly. in c. vlt. de pecul. cleric. Calder. in conſ. 2. eod. tit.* latè *Couar. lib. 1. Var. Reſolut. cap. 15. ſub num. 2.* Nec putanerunt quod Dominus reſignans, qui Eccleſiæ præfuit, & illius onera vſque ad diem dimiſſionis, & adeptionis poſſeſſionis reſignatarij ſuſtinuit, poſſet
3 in hac rata aliquid prætendere: † quia eo ipſo quod ſimpliciter dimiſit abdicauit à ſe omne onus, & poſſeſſionem. *Innoc. in c. ſuper hoc, de renunc. Rota deciſ. 1. eod. tit. in nou. Caſſad. deciſ. 4. num. 3. de reſtit. ſpol.*
4 *Achill. deciſ. 10. eod. tit.* & † ideo poſt reſignationem non poteſt percipere amplius aliquos fructus, vt in dictis Deciſionibus, & tradit *Parif. conſ. 39. lib. 4.* Et
5 ſi poſt reſignationem † percipiat tamquam malæ fidei, poſſeſſor tenetur ad eorum reſtitutionem ex quo remanſit abſque titulo colorato, & amiſit poſſeſſionem ciuilem, & naturalem, *Put. deciſ. 158. num. 4 lib. 3. Prob. ad Monach. in cap. ſi te, num. 30. de renunciat. Rota d. deciſ. 1. Sarnenſ. in regula, de annal. quæſt. 57. num. 3. verſ. pro quo eſt diligenter,* & fuit reſolutum *in vna Saguntina beneficiorum, 1. Iuny, 1592. coram bon. mem. Orano.* & pro his optimè facit *deciſ. Put. 14. lib. 3.* vbi ex prædicta ratione fuit datus tranſlatario integer terminus pēſionis maturatæ poſt tranſlationem etiam pro rata temporis decurſi ante tranſlationem.

Quo verò ad fructus naturales, & induſtriales Do-
6 mini ſimiliter diſtinguebant. Nam † eos, qui erant à ſolo ſeparati ante diem 5. Iulij, qua die Dominus Reſignatarius fuit prouiſus cenſuerunt ſpectare ad Dominum Reſignantem, iuxta terminos, *l. defuncta ff. de vſufr. & l. diuortio.* cum ibi not. *ff. ſol. matr.*
7 etiam ſi † fuiſſent locati, & dies ſolutionis affictus veniret poſt reſignationem: quia de tali affictu, ſeu pretio locationis, quod debetur ratione fructuum idem iudicatur quod de fructibus, quorum loco affictus ſubrogatur, & ſic non conſideratur dies reſolutionis affictus, ſed potius tēpus perceptionis fructuum pro quibus affictus ſoluitur. *Salic. in l. fructus, num. 3. verſic. & probat ratione, C. de actio. empt. Alex. conſ. 28. num. 1. lib. 1. Natta, conſ. 141. num. 1.* cum aliis adductis per *Hond. conſ. 85. num. 13. & 23. lib. 2.*

Nec putarunt Domini obſtare quod dicebatur fructus omnes pendētes indiſtinctè ſpectare ad reſignatarium ſiue ſint ſeparati à ſolo, & venerit dies ſolutionis, ſiue fuerint recollecti, ſiue nō; ea ra-
8 tione, † quia beneficiatus in vita æquiparatur vſufructuario, in morte verò vſuario iuxta dictam *Gloſ. in c. præſenti,* cum aliis ſupra allegatis, & propterea
9 idem videtur dicendum de reſignante, † qui habetur pro mortuo, *c. in apibus, §. ecce, 7. q. 1. cap. ſi quis iam tranſlatus, 21. q. 2.* & in his terminis *Cardin. conſ. 110. num. 2.* Nam talis æquiparatio in caſu iſto non placebat, quia in iure non reperitur facta, & tamen
10 eſt certum † mortem ciuilem non æquiparari morti naturali, niſi in caſibus à iure expreſſis, *Gloſ. in c. placuit, el 2. 26. q. 1. & in cap. ſuſceptum, in verbo, non morte, de Reſcript. in 6. Præpoſ. in d. §. ecce, num. 2.*

Et hac de cauſa ad propoſitum placuit, quod
11 dicunt Doctor. † quod ſi aliquis tranſlatus eſt de vna Eccleſia ad aliam, & conſuetudo primæ Eccleſiæ eſt quod fructus decedentis perueniat ad Capitulum, Capitulum non habebit fructus pendentes de tempore tranſlationis, vt per *Archidiac. in d. §. ecce, num. 8.* quem ibi ſequitur *Gemin. nu. 5. & Ægid. num. 2. Rota, deciſ. vnica, de tranſlat. Epiſcop. in antiq.* tenuit *Rota in vna Burgenſi expenſarum, 19. Nouembris, 1584.* quæ eſt 809. *par. 1. diuerſ.* vbi reiicit dictum *Cardin. d. conſ. 110. Panu. de offic. & poteſt. Capit. ſede vacante, parte 2. quæſt. 8. num. 28. Surd. conſ. 333. num. 57. vol. 3. Aim. conſ. 873. num. 2. verſ. neque monet, lib. 5.*

Ex quibus, & aliis deductis per informantes ad excludendum hanc æquiparationem, quæ placuerunt Dominis, concluſum fuit fructus à ſolo ſeparatos ante diem reſignationis deberi Domino Reſignanti, cæteros verò omnes Domino Reſignatario.

R. P. D. Pirouano, Cremonenſis fructuum 18. Martij, 1611.

SVMMARIA.

1 *Fructus beneficij naturales, & induſtriales à ſolo ſeparati debentur reſignanti vſque ad diem admiſſæ reſignationis.*

2 *Amplia etiam ſi bona eſſent locata, & dies ſolutionis nondum veniſſet.*

3 *Penſio ſuccedit loco fructuum.*

4 *Fructus naturales, vel induſtriales beneficij debentur reſignanti, quando ſunt à ſolo ſeparati.*

5 *Penſiones quæ pro fructibus naturalibus, vel induſtrialibus ſoluuntur, debentur quando dicti fructus ſunt ſeparati à ſolo.*

6 *Fructus ciuiles ſunt qui percipiuntur ex re, quæ naturaliter fructus non producit.*

7 *Fructus ciuiles, quorum ſolutionis dies tempore factæ reſignationis non venerat debentur reſignatario, non reſignanti, & num. 15.*

Limit. Si beneficium vacet non per reſignationem, ſed per mortem beneficiati, quia diuiduntur pro rata temporis, num. 16.

8 *Fructus naturales, vel induſtriales pendentes tempore reſignationis debentur reſignatario, non reſignanti.*

9 *Amplia etiam ſi fructus omnes ſint maturi, & proximi recollectioni.*

10 *Fructus ciuiles diuiduntur ad ratam temporis inter ſucceſſorem in beneficio, & hæredes beneficiati prædefuncti, & num. 16.*

11 *Reſignatio beneficij abdicat à reſignante omne ius tam ratione dominij, quam ratione poſſeſſionis.*
12 *Reſignanti beneficium poſt reſignationem fructus nõ debentur, & ſi eos receperit tenetur reſtituere.*
13 *Fructus ciuiles quotidie incipiunt deberi.*
14 *Quo ad effectum acquiſitionis fructuum idem operatur ſeparatio à ſolo reſpectu fructuum naturalium, quod tempus, quo deberi incipiunt, reſpectu ciuilium.*
Declar. vt num. 15. & ſequenti.
16 *Actus neceſſarius differt quo ad effectum ab actu voluntario.*
17 *Fructus ſeparati à ſolo poſt admiſſam reſignationem vſque ad diem ſequutæ reſignationis factæ ad fauorem certæ perſonæ, ſpectant ad reſignantem.*
Limita ſi reſignatio non fuerit facta ad fauorem certæ perſonæ, ſed liberè, ibid.
18 *Epiſcopus non poteſt transferri de vna ad aliam Eccleſiam abſque eius conſenſu.*

DECISIO CLXXVII.

1 DOMINI cenſuerunt fructus † naturales, & induſtriales à ſolo ſeparatos
deberi Illuſtriſſimo Cardinali vſque
ad diem admiſſæ reſignationis per
Sanctiſſimum, quę alio non apparente contigit in die 19. Iulij anno 1610.
in qua facta fuit prouiſio moderni Epiſcopi, & ad
illam vſque diẽ Dominus Cardinalis fuit legitimus
Eccleſiæ Cremonenſis ſponſus. hoc enim expreſsè
probarunt *Gloſ. in c. ſi propter, in verbo, primi anni, de
reſcr. in 6. Franc. in c. præſenti, de offic. ord. in 6. Corſett. in
ſing. 49. in verbo, Clericus, Couar. in c. cum in officijs, nu.
12. de teſtam. & lib. 1. Var. Reſolut. cap. 15. num. 12. Rota Peruſ. deciſ. 33. nu. 1. Ferrett. conſ. 256. num. 1. par. 2.
Hond. conſ. 85. nu. 7. vol. 2. Rota in cauſa Burgenſi expenſarum, 28. Nouembris, 1583. inter impreſſas 561. nu. 4.
& 6. par. 1.* & apertius modernis temporibus *in vna
Barenſi fructuũ, 2. Iulij, 1610. coram Domino meo Cauallerio,* in qua dictum fuit procedere cõcluſionem,
2 † etiam ſi bona eſſent locata, & dies ſolutionis nondum veniſſet, quia ſatis eſt quod fructus quorũ cauſa ſolutio eſt facienda tempore prædicto eſſent collecti. *Salic. in l. fructus, nu. 3. verſ. & probatur ratione,
C. de act. empt. Alex. conſ. 28. nu. 12. lib. 1. Honded. conſ.
85. nu. 13. lib. 2.* qui omnes in dicta Barenſi fructuum
allegantur. quibus accedunt *Alex. conſ. 15. nu. 2. lib.
2. Couar. d. lib. 1. cap. 15. nu. 3. Bellon. conſ. 3. nu. 11. Ferrett. conſ.... nu. 2. lib. 1. Ancbar. conſ. 193. num. 3. Alba,
conſ. 275. num. 6.* mouentur prædicti ex ratione, *l. de-
3 functa, ff. de vſufr.* † cum penſio ſuccedat loco fructuum, *l. mercedes, ff. de petit. hæredit. l. diuortio, §. Item
ſi meſſes, ff. ſol. matrim. Bart. in l. fin. in fine, ff. de iure fi-
4 ſci,* vnde † ſicut in ipſis fructibus inſpicitur tempus,
quo ſeparantur à ſolo, vt per *Ang. & Alex. in l. dedu-
5 cta, §. qui poſt, ff. ad Trebell.* ita etiam † idemmet tempus inſpicitur in penſione, quæ pro eis præſtatur, vt
bene declarat *Alex. conſ. 28. col. 1. vol. 1.*
6 Quo verò ad fructus ciuiles, † qui verè dicuntur
quando proueniunt ex re non producente naturaliter fructum, vt declarat *Bart. in l. & ex diuerſo, nu.
1. ff. de rei vendicat.* per tex. *in l. ſi nauis, ff. eod. tit.* &
7 ... eorum dies ſolutionis tempore reſignationis nõ
... erat dixerunt Domini ad Epiſcopum ſucceſſo-
8 rem pertinere, prout pertinent † fructus naturales,
& induſtriales pendentes, *Cald. conſ. 2. de pecul. cler.
Couar. lib. 1. Var. Reſolut. cap. 15. num. 2.* his accedit
*Tiraq. de retractu conuention. §. 1. Gloſ. 4. in princ. Hon-
9 ded. d. conſ. 85. num. 1.* Hoc † admittentes etiam ſi
fructus omnes maturi eſſent, & proximi recollectioni, & maior pars anni diem reſtitutionis bonorum
præceſſerit, vt bene probatur in dicta Barenſi fructuum.

Non obſtat quod de fructibus ciuilibus, prout de
naturalibus idem iudicium eſſe non debeat, quia
10 † pro ciuilibus etiam quod non aduenerit dies ſolutionis fit diuiſio ad ratam temporis inter hæredes, & ſucceſſorem in beneficio, quod non admittitur quando pendet dies collectionis fructuum naturalium, *Salic. in l. Iulianus, §. ſi fructus, nu. 8. & 10.
ff. de act. empt. Gabr. conſ. 191. num. 5. vol. 2. Franc. deciſ.
79. nu. 3. & 4.* Vnde cum Dominus Cardinalis vſque
ad diem ſupraſcriptam Eccleſiæ inſeruient, & onera ſuſtinuerit eſto quod ſolutionis dies pro fructibus ciuilibus non euenerit, non tamen videtur excludendus ad participandum pro rata temporis.
11 Nam pro reſponſione fuit dictum, quod † per reſignationem abdicatum remanſit à reſignante omne
ius tam ratione dominij, quam poſſeſſionis, *Innoc. in
c. ſuper hoc, de renunc. Abb. in c. ſollicitè, nu. 10. & 11. de
reſtit. ſpol. Rota deciſ. 1. de renunc. in nou. Sarnen. de public. reſignat. quæſt. 78. nu. 2.* cum aliis allegatis ex illa
Barenſi fructuum. adeo quod mirum non videtur
12 † ſi reſignanti, qui nec dominus, nec poſſeſſor eſt,
fructus non debeantur, & ſi recepit ad eorum reſtitutionem teneatur, *Caſſad. deciſ. 4. num. 6. de reſtitut.
ſpoliat. Gabr.* latè comprobans, *conſ. 192. numero 1.
libro 1.*

Et iudicatur impediri quidem futuram fructuum
acquiſitionem ceſſante dominio & poſſeſſione, ſed
quo ad quæſitos de tempore reſignationis eam non
13 obeſſe; fructus † autem ciuiles quotidie incipiunt deberi, vt dicunt *Bal. in l. filiusfamilias, §. apud Marcellum, de legat. 1. Aret. in l. diuortio, col. 8. ff. ſol. matrim.*
14 Itaque † quod operatur in naturalibus. ſeparatio
hoc operatur in ciuilibus, quantum ad effectum acquiſitionis, tempus quo deberi incipiunt, vt bene
declarat *Cald. in 2. reſponſo poſt Tract. de reſtit. in inte-
15 gr. nu. 14. in fine.* Tunc poteſt reſponderi, quod † cum
antequam cederet dies ſolutionum penſionum occaſione fructuum ciuilium actio non eſſet orta. Dominus autem Cardinalis actionem orituram quo
ad ſe extinxerit abdicando ius dominij, & poſſeſſionis bonorum Eccleſiæ per reſignationem voluntariè factam in manibus Sanctiſſimi, non reſeruato
iure quo ad fructus præteritos cenſetur ius totum
remiſſum, iuxta doctrinam *Bar. in l. fin. §. fin. ff. de
16 iure fiſci. Put. deciſ. 14. lib. 3.* dicens † diuerſum eſſe
in actu neceſſario morientis, quia licet quo ad eum
extinguatur actio, tamen pro parte illius non interuenit actus poſitiuus, quo caſu tex. in *l. defuncta, ff. de
vſufr.* & tenentes diuiſionem pro rata temporis faciendam eſſe, ſunt intelligendi, non autem de actu
voluntario. & *Put.* ſequuti ſunt *Gabr. conſil. 191.
num. 3. vol. 1. Hond. conſ. 85. num. 5. vol. 2.*
17 Quæ verò † dicebantur de fructibus à ſolo ſeparatis poſt admiſſam à Sanctiſſimo reſignationem, & vſque ad diem ſequutæ dictæ reſignationis,

vt

Digitized by Google

vt potuerit Dominus Cardinalis ſuos facere, non placuerunt Dominis, cum non agatur de reſignatione facta fauore certæ perſonæ, ſed de libera, vt bene aduertit *Gabr. allegato conſ. 191. num. 1. & 2. volum. 1.* Nec de Epiſcopo motu proprio per San-
18 ctiſſimum ad aliam Eccleſiam tranſlato, † cuius conſenſus neceſſarius eſt, vt fuit conſideratum *in illa Placentina Canonicatus & Prabenda, 26. Martij, 1610. coram Domino meo Lancelotto,*

Atque ita ſolo Domino Cardinale informante, reſolutum fuit.

R. P. D. Litta, Romana fructuum Cenſus, 23. Ianuarij, 1599.

SVMMARIA.

1 *Ceſſionarius vtitur iure cedentis.*
2 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatam, manifeſtam, & euidentem.*
3 *Correus obtenta ceſſione à creditore poteſt agere aduerſus correum, dempta portione ſibi tangente.*
4 *Inſtrumentum non probat niſi quantum cantat.*
5 *Socium velle ſe obligare vltra ratam ſuæ participationis, non eſt veriſimile.*
6 *Adminiſtrationis ratio reddi debet ab eo, qui adminiſtrauit, vel ei qui in adminiſtratorem deputauit, vel ei ad quem negocium ſpectat.*

DECISIO CLXXVIII.

DOMINI cenſuerunt mandatum A. C. eſſe exequẽdum, ea moti ratione: quia de † obligatione D. Vellij ad fa-
1 uorem Dominorum de Ferris, à quibus Comes Alexãder reportauit ceſſionem mediante ſolutione illis facta, iuxta tex. in *l. Modeſtinus, ff. de ſolut.* conſtat ex publico inſtrumen-
2 to, † quod probationem probatam, manifeſtam, & euidentem facit, *cap. licet cauſam, verſ. ex præmiſſis.* vbi *Ant. de Butr.* & alij notaut. *de probat. cap. cum olim, de verb. ſignif.* cum alijs per *Iaſ. conſ. 124. nu. 2. lib. 1.* & per *Rol. conſ. 39. num. 5. & ſeq. lib. 1.*

Nec Dominus Vellius excuſari poteſt ex eo quod etiam Comes Alexander ſit obligatus erga Dominos de Ferris, quibus ſoluitur: quia dempta portione tangente perſonam Alexandri fuit relaxatum
3 mandatum, de quo agitur contra Vellium, † quod vtique fieri potuit ad tradita, per Scribentes. in *d. l. Modeſtinus, ff. de ſolut.*

Minus ex eo quod Comes Alexander Baſchienſem promiſerit indemnem releuare, vt ex inſtrumento conuentionum inter Dominum Baſchium, Comitem Alexandrum, & Iacobillum facto de anno 1589. conſtare prætenditur; tum quia re vera dicta promiſſio reſtricta eſt ad ratam tangentem ipſum Comitem Alexandrum, & non totum debitum comprehendit, quod patet ex verbis illius narratiuæ, quibus etiam correſpondent diſpoſitiua, quod Iulius, & Alexander accollent in ſe tantum ex debito remanente ad proportionem ſecundum ratam participationis, & debiti vniuſcuiuſque, & pro eorum rata promittant releuare indemnem, vnde ſi tantum ex debito debent accollare, igitur non totum debitum; & ſi debent releuare Baſchium indemnem pro eorum rata: ergo non pro toto illo remanente debito cambiorum, & Cenſus, & multò minus pro ratis tangentibus perſonam Vellij, & Piſcinæ, de quibus inſtrumentum ipſum conuentionum non loquitur, ad tex. in *l. cum Prætor, ff. de iu-*
4 *dic.* & quia † inſtrumentum non probat, niſi quod cantat, vt inquit *Becc. conſ. 39. num. 5. lib. 1.*; tum etiam quia veriſimile non eſt quod Comes Alexan-
5 der † voluerit ſe obligare vltra ratam ſuæ participationis, ad tex. *in l. ſi non fuerint, ff. pro ſoc.* & notat. per *Paris. conſ. 81. num. 1. lib. 1.* Et cum in ſumma Comes Alexander vigore inſtrumenti de quo ſupra nil aliud promiſerit quam liberare, & indemnem conſeruare Comitem Rainurij ab ea rata debiti remanentis, quæ ad ipſum ſpectat, tamquam in ſe ex tunc aſſumpſerit ſoluendam, & hodie dempta dicta ſua parte reſpectu debiti Cenſus obtinuerit mandatum contra Dominum Vellium pro eo pariter obligatum, non eſt quod ei opponi poſſit exceptio cedendarum, cum non impediatur Comes Alexander cedere Domino Vellio iura talia, qualia ſibi competunt tam contra dictum Baſchienſem, quam contra alios quoſcumque obligatos pro remanente quantitate dicti Cenſus.

Nec quidem Comiti Alexandro obſtare poteſt illa prætenſa exceptio adminiſtrationis negotij pro quo pecuniæ prædictæ fuerunt acceptæ ad cenſum, quaſi quod tantum ex dicta adminiſtratione peruenerit ad manus illius quod potuerit extingui iſte Cenſus. Primò, quia non probatur concludẽter dicta adminiſtratio vniuerſalis prout requiritur. Secundo, quia ex depoſitione teſtium clarè colligitur vnumquemque ſocium ſibi procuratorem conſtituiſſe illum Petrum Ioannem, qui de exactis in executionem dicti mandati eiſdem ſuas ratas cõſignabat, quo fit vt luce meridiana clarius conſtet nil verè perueniſſe ad manus Comitis Alexandri, quod deberet conuerti in extinctionem Cenſus, de quo agitur, niſi reſpectu ratæ ſui debiti, & participationis, iuxta tex. in *d. l. ſi non fuerint ff. pro ſocio.*

6 Tertio & vltimo, quia † ratio adminiſtrationis de iure reddi debet ab eo, qui adminiſtrauit, ei, qui eum deputauit in adminiſtratorem, ſeu ad quem ſpectat in totum, vel pro parte negocium adminiſtratum, *Gloſ. in l. ſi creditor, §. duobus. ff. mand.* & tenuit *Rota in Romana Caſalis, 8. Iunij, 1502. coram Seraphino,* ſed ſic eſt, quod non probatur Dominũ Comitem Alexandrum adminiſtraſſe, vel fuiſſe deputatum in adminiſtratorem vniuerſalem negotij, ſeu affictus cuius cauſa hoc debitum Cenſus fuit in eſſe deductum, & conſtat manifeſte Dominum Vellium non habere partem aliquam in dicto affictu quem modo prætendit Comitem Alexandrum adminiſtraſſe, cum partem, quam prius in eo habebat ceſſerit Iacobillo, & Piſcinæ, qui propterea eum indemnem conſeruare promiſerunt: ergo nullo modo poteſt ei competere dicta prætenſa exceptio redditionis rationis adminiſtrationis.

Et ita ex his & alijs deductis per informantes pro Comite Alexandro concluſum fuit pro executione mandati.

Digitized by Google

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Romana ſeu Sabinenſis Cenſus, Lunæ 8. Nouembris, 1604.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor poteſt agere contra confideiuſſorẽ pro releuatione obtenta ceſſione, & dẽpta parte ad eũ tangente,*

DECISIO CLXXIX.

IMPOSVIT Dominus Latinus Vrſinus ſuper quibuſdam ſuis tenutis in caſtro Nomenti plures Cenſus, ex quibus vnum vendidit Dominis Ferratinis pro pretio ſcutorum triũ millium, qui poſtea peruenit ad Marcellum Petrignanum. Huic Cenſui prout alijs promiſit Latinus facere accedere Communitatem Pontis Catini, Silicis, Nomenti, ac quaſdam alias, quæ cum licentia *felic. recordat. Gregor. XIII.* acceſſerunt, & Latinus promiſit eas indemnes conſeruare; acceſſit etiam Dominus Henricus Vrſinus, qui conuentus à Petrignano ſoluit in pluribus vicibus ſcuta ſeptingenta triginta vnum pro fructibus, obtinuit ceſſionem contra confideiuſſores, & dempta rata, quæ ad ipſum ſpectat inſtant hæredes pro mandato contra Communitates prædictas, quæ ad ſolutionem non teneri modo excipiunt; tum quia Cenſus ſit extinctus ex eo quod filij Latini vendiderunt dictum Caſtrum, & tenutas Excellentiſſimo Marchioni Peretto Sãctiſſimo Domino noſtro venditionem confirmante, & liberante, penituſq. eximente bona vendita ab omnibus cenſibus, & hypothecis. item quia licentia data à Gregor. XIII. ad obligandas Communitates continebat expreſſam conditionem quod Communitates haberent ſpecialem hypothecam tenutarum, ſuper quibus Cenſus imponeretur, & aſſignationẽ tam fructuum, & prouentuum ipſarum, quam Caſtrorum, & aliorum Latini bonorum, cum facultate percipiendi, & retinendi fructus pro ſua releuatione; vnde cum iſtæ cautiones hodie illis non ſeruentur, nec ſeruari poſſint ſtante venditione bonorum, vt ſupra, ſunt tutæ exceptione cum non ſe obligarent, nec obligare potuerint alio modo.

Quibus non obſtãtibus Domini reſoluerunt dandum eſſe mandatum hæredibus D. Henrici aduer-
1 ſus Communitates: potuit † enim D. Henricus obtenta ceſſione, & deducta ſua portione Communitates cõuenire ad reſtitutionem pecuniæ per ipſum ſolutæ, *Glo. in l. Modeſtinus, in verbo, actionum. vbi Bar. num. 8. in fine, Paul. de Caſtro, num. 4. in fine, ff. de ſolut. Specul. in tit. de ceſſion. action. §. 1. num. 28.*

Non obſtat allegata extinctio, quia cõtra ipſum Dominum Henricum, quando conueniebatur pro ſolutione à Petrignano fuit in Rota coram me reſolutum cenſum non fuiſſe extinctum.

Non obſtat quod fuerit data licentia ſub illa conditione, quæ requirat perſeuerantiam, & hodie defecerit: quia fuit dictum omnia iſta fuiſſe poſita in vna eademq. clauſula, quæ tota regitur ab vnico verbo illo, promittat, ex cuius determinatione tota cõplectitur oratio, ita vt ſufficiat promiſſio indemnitatis cum dictis cautelis, vt facta fuit. ad tradita per *Angel. conſ. 143. ad finem,* & per *Rum. conſ. 3. ſub num. 20. lib. 2.*

Suadetur iſta interpretatio, quia ſi iſta clauſula reciperet hanc interpretationem ſuſpenſiuam, ſeu reſolutiuam, quod Communitates accedentes non tenerentur, niſi quatenus poſſint conſequi releuationem, ſic vt ſupra expreſſam, gratia fuiſſet inutilis Latino, qui proculdubio non inueniſſet, qui Cenſus emerent cum iſta conditionali acceſſione, quæ ex futuro euentu deſineret.

Hoc etiam eo magis eſt dicendum, quia Papa voluit fideiubentes teneri de euictione tenutarum, & de conſeruando emptores Cenſuum in poſſeſſione. Vnde ſi tenentur in caſu quo tenutæ euincerentur, conſequens eſt ipſum non intellexiſſe quod fideiuſſio ſtaret ſolum ſi, & quatenus tenutæ ſub hypotheca remanerent,

R.P.D. Iuſto, Bononienſis fideiuſſionis, Veneris 19. Aprilis, 1602.

SVMMARIA.

1 *Rei debẽdi in dubio quilibet tenetur pro æquali portione.*
2 *Limit. Si vnus ſentiat maius emolumentũ alio, quia quilibet tenetur ratione emolumenti quod ſentit.*
3 *Intellige reſpectu emolumenti, quod quis ſentit principaliter, non ſecundario.*
4 *Fideiuſſor obligans ſe vti principalis, & inſolidum reſpectu creditoris, dicitur principalis debitor.*
5 *Secus reſpectu correorum, & confideiuſſorum.*
6 *Solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio, etiam fideiuſſoria.*

DECISIO CLXXX.

COMES Philippus de Pepulis, & Philippus Felicinus impoſuerũt annuũ Cenſum octingentorum quadraginta ſcutorum ſuper propriis bonis, illũq. vendiderunt Philonico Rauennę pro pretio vigintiquinque millium ſcutorum ſimilium, ad commodum tamen b. m. Cardinalis Pepuli, qui recognouit bonam fidem. Et quoniã inter ipſos creditores dubitabatur ad quam ratã alter teneretur alterum liberare. Ego propoſui dubium, & Domini
1 reſoluerũt † quemlibet teneri pro æquali portione, iuxta regulas iuris, *l. reos, §. cũ tabulis, ff. de duob. reis, l. fideiuſſores. ff. de fideiuſ. l. 1. & 2. C. de duob. reis, Bar. in l. Modeſtinus, num. 9. & 10. ff. de ſolut. Afflict. deciſ. 319. num. 14.*

Neque obſtat intellectus huius doctrinæ, videli-
2 cet, † ſecus eſſe ſi maius emolumentũ vnus reportauerit quam alius, vt teneatur ratione maioris emolumenti, *Ronchegall. ad d. l. reos, §. cum tabulis, nu. 45. & l. eandem, in princ. ſub num. 279. ff. de duob. reis, l. vir vxori, §. fin. iuncta Gloſ. fin. ff. ad Velleian. l. ſed & Iulianus, in princ. verſ. item ait. & ibi Caſtr. num. 1. ff. ad Macedon.* Et cum ex pretio huius Cenſus fuerit extinctus alius Cenſus eiuſdem Cardinalis, in quo reperiebatur obligatus Comes Philippus pro ſcutis duodecim millibus, conſequens eſt quod pro iſta

ſumma

3 ſumma non teneatur Felicinus. Nam † fuit reſpon-
ſum, admiſſa obligatione Comitis ipſum tamquam
fideiuſſorem non tetigiſſe commodum principali-
ter, ſed ſecundario propter liberationem Cardina-
lis principalis, cuius intererat Comitem fideiuſſo-
rem liberari, *l. liberationem, §. nunc de effectu, ff. de li-
berat. legat. l. ſi duo, ff. de arbitr. Capel. Toloſ. deciſ. 264.*
4 Nec facit quod † fuerit obligatus tamquam prin-
cipalis principaliter, & in ſolidum, vt dicatur prin-
cipalis reſpectu creditorum, *Alex. conſ. 32. ſub nu.* 10.
verſ. quinimmo, lib. 4. Mohed. deciſ. 2. de fideiuſſ. ſiqui-
5 dem † hoc non procedit conſiderata obligatione
inter Cardinalem, & Comitem, quæ eſt conſidera-
ta in extinctione illius Cenſus, vbi Cardinalis prin-
cipalis eſt, qui recognouit bonam fidem, & non Co-
mes, *d. l. ſed & Iulianus, in princ. vbi Doctor. Rota co-
ram b. m. Robuſterio, in Romana repetitionis indebiti, 16.
Nouembris,* 1573. Non obſtat ceſſio Domini Ioan-
nis Baptiſtæ de Monte cõtra Comitem in fauorem
Philonici, quæ facta fuit pro adimplemento pro-
miſſionis in venditione Cenſus, quod pretium om-
nino conuerteretur in reſolutionem ſocietatum, &
fructuum, & ſeſe pro toto eorum poſſe curaturos, vt
creditores ſatisfaciendi cederẽt, & transferrent eo-
rum iura anterioritatis, & potioritatis ad fauorem
emptoris pro maiori cautela ad effectum excludẽdi
quoties opus eſſet creditores poſteriores: fuit enim
reſponſum quo ad promiſſionem explicitè factam
fuiſſe pro extinctione ſocietatum officiorum, non
Cenſuum, vnde cum non fuerit actum, vt fieret ſo-
lutio cenſuariis, & iura aliqua Cenſuum acquire-
rentur, non poteſt dici Philonicum acquirere po-
tuiſſe ex promiſſione iura anteriora Domini Ioan-
nis Baptiſtæ, vt fuit dictum *in vna Neapolitana Cen-
ſus, 9. Martii, & 10. Aprilis, coram b. m. Gypſio.* Quo
verò ad ceſſionem dixerunt Domini, quod per ven-
ditionem Cenſus, & recognitionem bonæ fidei Car-
dinalis pecuniæ pretij erant effectæ Cardinalis,
qui ex propriis pecuniis extinguebat Cenſum, vn-
de non potuerat eſſe locus ceſſioni contra fideiuſ-
6 ſores. nam † per ſolutionem extinguebatur omnis
obligatio, *Caſtr. in d. l. Modeſtinus, ſub num. 4. verſ.
in nihilum autem, & ſub num. 5. verſ. nam principali,
ff. de ſolut.* Præſertim quia Domini non videbant
quidnam poſſet operari iſta ceſſio facta in execu-
tionem præcedẽtis promiſſionis ad effectum, vt Phi-
lonicus ex dictis iuribus poſſet ſe tueri, præſertim
quia Comes erat obligatus ad fauorem Domino-
rum de Cęſiis, ſuper quorum fundo erat impoſitus
Cenſus pro Cardinale, & ita actio non competebat
Domino Ioanni Baptiſtæ emptori Cenſus, nec po-
tuit ius aliquod conſequi Rauennã, ſed omnia fue-
runt extincta redempto, & diſſoluto Cenſu.

Et quoniam ad alia bene reſpondebant infor-
mantes pro Domino Comite, fuit ita per Domi-
nos deciſum.

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Roma-
na Cenſus, Lunæ 9. Maij, 1611.

SVMMARIA.

1 *Correus totum ſoluens poteſt obtenta ceſſione repetere
à correis eorum ratas.*
2 *Cauſa originalis attendi debet, non quod inde ſequitur.*
3 *Socius ex natura contractus tenetur releuare ſocium
pro ſua rata.*
*Et communicare ſibi decoctionem aliorum ſociorum,
ibidem.*
4 *Socius qui habet parem participationem in ſocietate,
non debet pati maius detrimentum, & num. 7.*
5 *Societas finito tempore ſocietatis durat in effectibus,
& damnis non diuiſis.*
6 *Damnum contingens occaſione ſocietatis, debet eſſe
commune inter ſocios licet contingat ea finita.*
8 *Etiam quod pactum videretur contrarium.*
9 *Mens, & intentio declaratur ex obſeruantia ſubſe-
quuta.*
10 *Factum, & confeſſio tutoris adminiculata, præiudicat
pupillo.*

DECISIO CLXXXI.

RESOLVTVM fuit mandatũ A.C. ſiue
R. P. D. Vulpij ab eo deputati eſſe
exequendum: quia cum Dominus Ha-
drianus de Caualleriis vnà cum Do-
mino Gregorio Serlupio, & aliis eſſet
inſolidũ obligatus pro ſolutione Cen-
1 ſus, Domini Serlupij, † qui integros fructus ſolue-
runt, & ceſſionem obtinuerunt potuerunt dempta
eorum portione, & communicato damno ex alio-
rum duorum obligatorum decoctione pro medie-
tate agere contra Dominum Hadrianum, ſeu eius
hæredes, iuxta tradita per *Bar. & Caſtr. in l. Mode-
ſtinus, ff. de ſolut.* fuit dictum *in vna Romana pecu-
niaria, coram Illuſtriſſimo Blanchetto, 5. Iulij,* 1595. *&
coram Reuerendiſſimo Pacenſi, 2. Maij,* 1598. & ſæpius
in aliis. Licet enim Serlupij Cenſum impoſuerint,
nõ tamen poſſunt dici principales debitores reſpe-
ctu Hadriani, & aliorum obligatorũ, quia fuit im-
poſitus pro ſoluendis cambiis, & ſocietatibus offi-
ciorum contractis occaſione affictus caſalis Campi
mortui, in quo Serlupij, Hadrianus & alij erant ſo-
cij, prout declarauit non ſolum Gregorius Serlupius
in impoſitione Cenſus, ſed etiam Hadrianus ipſe in
ſua acceſſione, & obligatione.
2 Ex quo ſequitur † magis attendendum contra-
ctum ſocietatis, qui dedit cauſam impoſitioni Cen-
ſus, quam Cenſum ipſum, *Alex. conſ. 215. nu. 4. & 5.
lib. 6. deciſ. Pedem. 167. nu. 25. Rota Ianuenſ. deciſ. 91.
3 num 8.* Et propterea cum † ex natura ſocietatis Ha-
drianus teneretur non ſolum releuare Serlupios pro
ſua rata, & portione, ſed etiam communicare ſibi
decoctionem ſociorum, *l. ob æs alienum, cum l. ſeq. ff.
pro ſoc.* Dominos de Caualleriis teneri ad ſolutio-
nem medietatis fructuum Cenſus: æquitas enim
4 non patitur, † quod Domini Serlupij, qui non ha-
bent maiorem participationem ſocietatis, quam
illi maius ſentiant detrimentum, *Gabr. conſ. 63. num.
14. lib. 2.*

Non obſtat quod tempore impoſitionis Cenſus
affictus Campi mortui, & ſocietas eius occaſione
5 contracta eſſet finita, † quia durabat adhuc com-
munio in ipſis effectibus, & damnis nõ diuiſis, *Rum.
conſ. 77. lib. 4. ſub num. 5. verſ. iſtud etiam comproba-
6 tur,* cum aliis adductis per informantes, † & debet
eſſe commune damnum proueniens occaſione ſo-
cietatis,

Digitized by Google

cietatis, licet poſt eam finitam contingat, vt latè per *Surd. conſ. 20. num. 16.*

Non obſtat quod dicitur Dominũ Hadrianum nõ fuiſſe ſocium Rilli, & alterius decocti, quia contrarium deprehẽditur ex declaratione ipſius quando acceſſit obligationi Cenſus, cum eos indemnes pro ſua rata promiſit conſeruare. Et quando fuiſſent tantum duo ſocij Serlupius, & Hadrianus, & totus effectus ſocietatis in eorum perſonis reſediſſet Serlupius, qui habebat æqualem participationem cum Hadriano non debuiſſet maius damnum ſentire, quam Hadrianus: hoc enim repugnat naturæ
7 ſocietatis, † in qua damna, & lucra debẽt eſſe communia æqualiter, *l. verum. ff. pro ſoc.* cum concor-
8 dantibus, vſque adeo, quod licet † pactum contrarium videretur ad hanc æqualitatem deberet reduci, *l. ſi non fuerit, § 1. ff pro ſoc. & §. 1. Inſt. eod.* latè *Corn. conſ. 310. in princ. lib 4.* Accedit diuturna ſolutio medietatis fructuum dicti Cenſus facta a Domi-
9 nis de Caualleriis, quæ † multum deſeruit pro declaranda mente, & intentione partium, *Bald. de Caſtro, conſ. 363. in 2. dub. l. 1.* obſeruantia enim ſubſequuta potiſſima eſt ad declarandum voluntatem contrahentium latè *Illuſtriſſ. Mantica, de tacit. & ambig. Conuent. lib. 2. tit. 1. num. 5.*

Nec releuat quod ſolutio ſit facta à tutore, quia vltra quod dicitur facta à Dominico patre, & legitimo adminiſtratore etiam poſt exceſſum minoris
10 ætatis, factum † tutoris in hoc eſſet conſiderabile propter concomitantiam, & adminicula veritatis, vt de confeſſione dicitur, *Achill. deciſ. 1. de confeſſ.* cum ſimilibus.

Non eſt verum quod non fuerit actum vigore ceſſionis, quia eius inſtrumentum fuit in actis productum, & non ad alium finem.

R. P. D. Manzanedo, Romana Cenſus, Veneris 6. Februarij, 1615.

SVMMARIA.

1 *Cenſus per retrouenditionem extinguitur.*
2 *Cenſum ſuper re propria ad ſui fauorem habere, nemo poteſt.*
3 *Cenſus extinguitur ob receptionem pecuniarum ad computum ſortis principalis.*
4 *Cenſus dicitur reſolutus eo ipſo, quod dominus Cenſus poteſt ad ſui libitum ſortem repetere.*
5 *Creditor valens exigere ſortem, non poteſt aliquid vltra recipere citra vitium vſuræ.*
6 *Debitor Cenſus poteſt ad ſui libitum Cenſum redimere, non tamen poteſt inuitus cogi ad redimendum.*

DECISIO CLXXXII.

DOMINA Clarix tamquam tutrix ſuarum filiarum emit à Ioanne Baptiſta, & Alexandro de Bellapanibus quandam vineam pretio ſcutorũ octingentorum, ad cuius computum promiſit ſoluere Hannibali ſcuta ſexcenta pro extinctione cuiuſdam Cenſus ad eius fauorem impoſiti per patrem ipſorum de Bellapanibus. Verum quia Clarix dictam extinctionem in longũ protrahebat, d. Ioannes Baptiſta ad ſe exonerandum ab obligatione dicti Cenſus ſcuta tricenta, & ſic medietatem illius ſoluit Hannibali vna cum fructibus illucuſque decurſis, & pro illa rata obtinuit ſibi fieri retrouenditionem, & eodem contextu ceſſionem iurium contra filias dictæ Claricis ad præfatam extinctionem obligatas reportauit; cuius vigore prætendens non ſolum ſummam ab eo ſolutã recuperare, ſed etiam tamquam emptor dictæ medietatis Cenſus fructus decurſos, & decurrendos exigere, in dicta exactione manuteneri inſtabat, prout ad eius fauorem fuit reſolutum, 2. Iunij præteriti.

Sed antequam ad relaxationem mandati de manutenendo deueniretur cum pro parte excellentiſſimæ Principiſſæ Bozzoli vnius ex filiabus dictæ Claricis daretur maximus fumus extinctionis dictæ medietatis Cenſus, placuit Dominis ordinare, vt ad effectum manutentionis de illa videretur; vnde ſuper hoc hodie dubio propoſito Domini affirmatiuè reſponderunt, moti ex eo, quia verba inſtrumenti cantant expreſsè in retrouenditionem, & extinctionem Cenſus. ibi retrouendidit, &c. hanc autem retrouenditionem, &c. & ceſſio non fuit facta de Cenſu, ſeu de illius medietate, prout ſi Ioannes Baptiſta illum emiſſet dictum fuiſſet, ſed pro recuperanda, & exigenda quantitate per illum ſoluta à filiabus dictæ Claricis. vnde fuit effectus creditor pecuniarum per eum ſolutarum, non autem Cen-
1 ſus, † qui per dictam retrouenditionem remanſit extinctus, *Rota deciſ. 587. par. 1. Seraph. deciſ. 890. num. 1. par. 1.* alias dictus Cenſus, cuius ipſe erat principalis debitor, & ſui ipſius bona erant hypothecata,
2 remanſiſſet ſuper re propria ad ſui vtilitatẽ, † quod eſt abſurdum, cum res ſua nemini ſeruiat, *l. cum res, C. de contr. empt. l. ſua res, ff. eod. l. neque pignus, ff. de reg. iur.*

Vlterius cum de anno 1599. vigore dictæ obligationis de extinguendo Hannibal, & ipſe Io. Baptiſta obtinuerit mandatum executiuum, & ſequeſtrum tam pro ſorte principali, quam pro fructibus, & in vim illius exegerint plures pecuniarum ſummas, quæ longè excedunt fructus vſque tunc decurſos, vt apparet ex quietantiis, & calculo datis
3 in Summario Dominæ Principiſſæ † Cenſus remanſit extinctus, vt fuit reſolutum *in illa Romana Cenſus, 29. Nouembris, 1593. co am b. m. Cardinale Pamphilio.*
4 Nam cum † poſt relaxatum mandatum fuerit in facultate Hannibalis repetere pecuniam quando vellet, Cenſus fuit ſtatim reſolutus etiam quod non concurrat actus retrouenditionis, quia res deuenit ad caſum à quo incipere non potuit. à die enim
5 † ſuſcepti mandati pro reſtitutione ſortis principalis ipſa ſors ceſſit in debitum, ita vt vltra eam non poſſint peti aliqui fructus citra vitium vſuræ, *Can. pleriſque, cum ſeq. 14. q. 3. Laurent. de Rodulph. in tract. de vſur. quæſt. 1. num. 1. Couar. Variar. reſolut. lib. 3. cap. 1. num. 1.* non enim ſe compatiuntur quod Cenſus duret, & ſit in arbitrio emptoris repetere ſortem
6 quando velit, quia † licet venditori Cenſus ſit permiſſa ad ſui libitum illius redemptio, iuxta *Conſtitutiones Martini V. Calix. III. & Pij V.* emptori tamen eſt omnino prohibita, cum alias eſſet certus de lucro. *Sot. de iuſtit. & iure, lib. 6. quæſt. 5. art. 3. in 1. concluſ.*

concluſ. Conrad. de Contract. quaſt.84. concluſ.5. Couar. vbi ſupra, cap.9. num.4.

Et ita fuit reſolutum.

R. P. D. Vbaldo, Romana reſciſſionis inſtrumenti, Veneris 18. Martij, 1616.

SVMMARIA.

1 *Obligatio fideiuſſoris durat donec non ſit extincta obligatio principalis.*
2 *Maximè ſi fideiuſſor neceſſit ſine vlla temporis praſinitione.*
3 *Emptio Cenſus illum non extinguit.*
4 *Ceſſio facit ſuccedere ceſſionarium in locum cedentis.*
5 *Fideiuſſor cenſetur ſoluere non ſolum vt acquirat iura contra principalem debitorem, ſed etiam vt liberet ſe ab obligatione fideiuſſoria.*
6 *Intellige quando ſoluit vt debitum extinguat.*
7 *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*
8 *Obligatio fideiuſſoris non extinguitur ex eo quod ſuccedat debitori principali, ſi hoc cedat ad incommodum creditoris.*
9 *Cenſus tranſit ad tertium cum ſua cauſa.*
10 *Debitor ſuccedens creditori, deſinit eſſe debitor.*
Intellige quando debitor ſuccedit irreuocabiliter, n. 12.
11 *Debitor & creditor eſſe quis poteſt eiuſdem rei reſpectu diuerſarum perſonarum.*

DECISIO CLXXXIII.

DOMINA Deodata fuit immiſſa vigore Saluiani in poſſeſſionem annui Cenſus olim in bonis Camilli Strotij debitoris Dominæ Deodatæ, in quo Cenſu acceſſerat vti fideiuſſor Marcus Antonius Sabbatinus, qui poſtea eundem Cenſum à Camillo emerat; ex qua emptione, ſeu ceſſione prætendebat ſe à fideiuſſione fuiſſe liberatum, & proinde poſſe excludere Deodatam agentem contra ipſum ad fructus Cenſus, Domini tamen cauſa pluries propoſita, & maturè diſcuſſa cenſuerunt oppoſitum, videlicet, Sabbatinum non fuiſſe libera-
1 tum. Fundamentum præcipuum fuit: quia † cum Cenſus nullo modo fuerit extinctus, ſed tantum ceſſus, & tranſlatus in Sabbatinũ, ſequitur vt nec obligatio fideiuſſoris fuerit extincta tamquam acceſſo-
2 ria, §. *fideiuſſores, Inſtit. de fideiuſſ.* cum † fideiuſſor acceſſerit ſine vlla præfinitione temporis, *Roderic. de ann. reditib. lib.2. quaſt.13. nu.18. Felician. de Cenſu, lib.3. cap.3. circa fin.* nec ipſe Sabbatinus voluerit extinguere Cenſum, cum nec illius pretium ſoluerit pro Ioanne de Armis venditore Cenſus, nec ad ſe eximendum ab obligatione, ſed potius animo acquirendi ſibi, & lucrandi fructus tamquam de re fructifera, vt fuit conſideratum in deciſione in hac cauſa facta, 26. Nouembris, 1612. Et ſic non fuit
3 redemptio Cenſus, ſed emptio, & ceſſio, † quæ Cenſum non extinguit, vt benè ad propoſitum, diſtinguit *Felician. vbi ſupra, cap.2. num.18. verſ. idemque*
4 *ſtatuo, & num.19.* Sed † ſolum facit ſuccedere ceſſionarium in locum cedentis, ita vt ſicut Camillus potuiſſet agere contra debitorem pro fructibus, ita & Sabbatinus, *l. emptor, vbi Bal. C. de hæred. vel act. vend. Surd. conſ.22. num.16. & deciſ.308. num.1.* & ex hoc tollitur quod ex aduerſo allegabatur, videli-
5 cet, quod † ſolutio cenſeatur facta à Sabbatino non ſolum vt acquireret iura Cenſus contra principalem debitorem, ſed etiam vt ſe liberaret ab obligatione fideiuſſoria, ad notat. per *Caſtrenſ. in l. cum is,*
6 *qui, ff. de fideiuſſ.* cum allegatis. non † enim Sabbatinus propriè ſoluit debitum, nec proprium, nec debitoris principalis, quo caſu extinxiſſet Cenſum, & ſe liberaſſet à propria obligatione in quibus terminis loquitur *Caſtr. & alij allegati;* ſed ſolum voluit acquirere, & retinere Cẽſum fructiferum, vt dictum
7 eſt; ideo † iſte actus non debet operari vltra intentionem agẽtis, *l. non omnis, ff. ſi cert. pet.* cum vulgar.

Et in omnem euentum cõſiderabat vnus ex Dominis, quod quamuis obligatio Sabbatini eſſet extincta reſpectu Camilli, non tamen potuit dici extincta reſpectu Deodatæ creditricis Camilli, nec in illius præiudicium, ad tex. in *l. hæres à debitore, §. quod ſi hic ſeruus, ff. de fideiuſſ. & in l.3.* quæ incipit *debitor, ff. de ſeparat.* & vtrobique *Bar.* firmans ex
8 prædictis iuribus, † quod ſi fideiuſſor debitori principali ſuccedit, extinguitur obligatio fideiuſſoria ſi ad incommodum creditoris non cedit, aliàs ſecus. & ad idem eſt tex. in *l. Stichum, aut Pamphilum, 95. §. quod vulgo, ff. de ſolut.* vnde cũ Deodata eſſet creditrix Camilli, haberetq. pro ſuo credito obligatum iſtum Cenſum in quo Sabbatinus erat fideiuſſor, per ceſſionem de illo factam à Camillo ipſi Sabbatino non potuit damnum afferri Deodatæ credi-
9 trici Camilli nõ ſolum quo ad ipſum Cenſum, † qui tranſiuit in Sabbatinum cum ſua cauſa, videlicet, cum hypotheca, *l. debitorem, C. de pignor.* cuius ratione Deodata in Saluiano obtinuit, ſed etiam in acceſſorio, nempè in fideiuſſione ſub qua Cenſus erat impoſitus, & ſupra deductis.

10 Nec obſtat † quod debitor ſuccedens creditori non remaneat amplius debitor, cum nemo poſſit eſſe ſui ipſius creditor & debitor, iuxta *l. Vranius, l. frater à fratre, ff. de cond. indeb.* Quia placuit reſponſio quod in caſu noſtro Sabbatinus non eſt debitor, & creditor ſui ipſius, ſed aliorum: cum enim Cenſus non fuerit extinctus remanſit obligatus, & hypothecatus Deodatæ, & conſequenter remanſit etiam fideiuſſio Sabbatini, vt ſupra dictum fuit, qui propterea dicitur debitor Deodatæ, licet ſit creditor venditoris Cenſus ratione ceſſionis ſibi factæ à Ca-
11 millo & aliàs non eſt inconueniens, † quod aliquis ſit creditor, & debitor etiam Cenſus rei, reſpectu tamen diuerſarum perſonarum, vt per *Bart. in l. frater à fratre, num.33. ff. de cond. indeb.*

Vltra quod illa regula quod per ſucceſſionem debitoris in locũ creditoris confundantur actiones, &
12 extinguatur obligatio debitoris, procedit † quando debitor ſuccedit irreuocabiliter, ſecus quando reuocabiliter, vt in caſu noſtro, in quo ſtante hypotheca Deodatæ ſuper Cenſu non potuit in quemquam irreuocabiliter alienari; & ideo nec etiam in fideiuſſorem. & benè faciunt notata per *Bar.* in *l. ex ſextante, §. Latinus Largus, ff. de except. rei iudic.*

Angel.

Angel. in l. debitor, num. 3. ff. ad Trebell. cum aliis per *Tiraq. de retractu Lignag. §. 1. Gloſ. 7. num. 70.* & in his terminis *Roderic. de annu. reditib. lib. 2. q. 13. n. 10.*

Ex quibus fuit reſolutum Sabbatinum non eſſe liberatum.

R. P. D. Cantuccio, Romana Doanæ ſalis, 10. & 21. Iulij, 1581.

SVMMARIA.

1 *Ceſſio facta vltra ratam cedentis, non valet.*

2 *Ceſſio facta ex interuallo nullo præcedente pacto de cedendo, non ſuffragatur.*

3 *Limit. ſi ſolutio fiat proprio nomine ipſius ſoluentis, & ad ſuimet liberationem.*

4 *Dummodo hoc in actu ſolutionis exprimatur.*

Limit. 2. ſi ſolutio fuerit facta non proprio ipſius ſoluentis nomine, ſed fideiuſſorio, num. 7.

5 *Fideiuſſor is dicitur, qui ſe obligat pro negocio ad alium tangente.*

6 *Principalis in negotio is dicitur ad cuius vtilitatem illud geritur, ceteri verò dicuntur fideiuſſores, & n. 8.*

9 *Intellige quo ad ſe ipſos ad inuicem, ſecus autem reſpectu creditoris.*

10 *Inter plures ſocios non poteſt dici quæ portio crediti, vel debiti ad quemlibet ſpectet, niſi poſt ſolidata inter eos computa.*

DECISIO CLXXXIV.

IN vltima Rota præſentis anni 1581., quæ fuit 10. Iulij feci verbũ cum RR. Dominis meis ſuper expeditione cauſæ Romanæ Doanæ ſalis ex nouis quibuſdam fundamentis tunc pro parte Fauſtini deductis, quibus, quia pro parte Domini Camilli Coſtæ non fuerat reſponſum, expeditio cauſæ fuit remiſſa ad primam Congregationem, quæ fuit 21. Iulij. In qua pro parte eiuſdem Coſtæ fuit pleuè informatum, & in qua Domini, quibus prædicta fundamenta viſa ſunt concludentia, nec illis ſatis fieri pro parte Coſtæ, ordinarunt mihi vt cauſam cum vno ex Dominis communicarem, ac de eius voto illã expedirẽ prout feci.

Fundamenta autem fuerunt infraſcripta. & Primò, quia facultas, quam habebat Camilius Rotella capiendi pecunias ad intereſſe non erat ſimplex, ſed conditionalis in euentũ in quem pecuniæ apud Capſerium, vel ipſum Rotellam non ſupereſſent: & quamuis illas poſſet capere in illum euentum nihilominus ſtante oppoſitione partis debet hæc negatiua verificari, cuius verificatio pendet à viſione computorum Rotellæ, quæ numquam fuerunt exhibita, licet de hoc proteſtatum fuit pro parte Fauſtini.

Secundò, quia ſocietas inita cum Ioanne Baptiſta Triumpho pertinebat ad Antonium eius patrem, quod oſtenditur tam ex inſtrumento ſocietatis ibi, & pro eo ab Antonio Triumpho eius patre, tum etiam ex duabus partitis, de quibus in computis banchi de Guidaccis, & Arrigutiis in actis exhibitis vna folio 57. in primo extractu, ibi. *Per due compagnie d'officij, vna di ſcudi due mila preſi da M. Antonio Trionſi, & l'altra per ſcudi cinquecento da M. Fuluio Amadei.* alia verò partita fol. 77. eod. primo extractu ibi. & per rogito *della compagnia con M. Antonio Trionſi ſcudi vndeci,* & nihilominus nõ Antonius, ſed Ioannes Baptiſta ceſſit Camillo iura huius ſocietatis, & in actis non conſtat nec de mandato ad cedendum, nec de ratificatione ceſſionis pro parte Antonij, & ſic ceſſio fuit nulla.

1 Tertiò, quia † ceſſio fuit facta pro tota ſumma ſcutorum duorum millium quadraginta, & tamen Fauſtinus non tenebatur niſi pro rata quattuor ſolidorum, & ſic pro quinta parte pro qua ceſſio fieri debebat, *Gloſ. in l. Modeſtinus, in verbo, actionum, vbi Bar. num. 8. ad fin. Imol. prope fin. verſ. ſed ſi debitum. Paul. de Caſtro, ſub num. 4. de ſolut.*

Nec videtur bona reſponſio data pro parte Camilli, quod ipſe antea ſoluerat ratam ſuam, quia hoc non poteſt verificari niſi ſolidatis computis.

2 Quartò, & vltimò, quia ceſſio fuit nulla † tamquam facta poſt ſolutionem ex interuallo nullo præcedente pacto de cedendo contra *d. l. Modeſtinus, & ibi Bar. & alij, ff. de ſolut.* Nam ceſſio fuit facta ſub die 4. Ianuarij, 1574. ſolutio verò fuit facta die 26. Decembris præteriti, nec conſtat de aliquo pacto de cedendo. Huic fundamento traditæ fuerunt pro parte Coſtæ plures reſponſiones.

Prima quod ſolutio non fuerit facta ante ceſſionem, quia licet pecuniæ fuerint numeratæ in banco nummularij die 26. Decembris, non propterea dici poteſt ſolutionem factam fuiſſe, quia erat neceſſaria præſentia, & conſenſus Ioannis Baptiſtæ Triumphi creditoris, quæ præſentia, & cõſenſus non poterat adeſſe, quia dies erat feſtiuus, & ſolemnis Natiuitatis Saluatoris. Huic reſponſioni expreſsè repugnat inſtrumẽtum ceſſionis ibi. vſque ad diem 26. Decembris præteriti, qua die habuit ſortem principalem, nec feſtiuitas ſine ſolemnitas diei impediebat receptionem pecuniarum.

3 Secunda reſponſio eſt, quod ſolutio † facta fuit per Coſtam ſuo proprio nomine, & ad liberandam ſeipſum, & eius officium, non autem ad liberandum Rotellam, vel Fauſtinum, aut alios contra quos obtinuit ſibi cedi iura; quo caſu ceſſio fieri potuit etiam ex interuallo, *Bart. in d. l. Modeſtinus, num. 4. verſ. aut ſoluit nomine ipſius ſoluentis.* Sed hæc reſponſio non ſubſiſtit, quia ſolutio fuit facta ſimpli-
4 citer: non † enim Coſta quando ſoluit expreſſit quod ſoluebat pro ſe, vel nomine ſuo, vel pro obligatione ſua, prout requiritur, vt benè declarat *Ang. in d. l. Modeſtinus, num. 4. verſ. quinto, & vltimo fallit, & ibi Caſtren. num. 6. in fine.*

Tertia, & vltima eſt reſponſio, quod Coſta erat fideiuſſor, & non principalis deducendo hoc pacto. Coſta ſoluit de ſuis propriis pecuniis, die 3. Ianuarij, 1573. ſcuta mille ducenta nonaginta nouem baioccos ſexaginta, vt in computis depoſitariorum in primo extractu, fol. 54. & die 12. Februarij ſcuta quingenta eod. extractu, fol. 63. Vnde Coſta infert ſe ſoluiſſe iam portionem ſuam, & quia adhuc pecuniæ deerant, & Rotella, Fauſtinus, & alij ſocij non habebant pecunias, neque ſoluebant eorum ratas, Coſta requiſitus à Rotella accõmodauit officium ſuum Secretariatus, ſuper quo fuerũt acceptæ

variæ

Digitized by Google

variæ pecuniarum quantitates ad ſocietatem; Er-
go Coſta erat fideiuſſor, & mandatarius, reliqui ve-
rò principales. Quod autem Coſta eſſet fideiuſſor
deducirur, quia licet ipſe obligauerit ſe principali-
ter, & inſolidum, nihilominus, cum ipſe ſoluerit ra-
tam ſuam, eius obligatio intelligitur pro ratis ſpe-
5 ctantibus ad alios cõſocios. Is autem, † qui ſe obli-
gat pro negotio ad alium ſpectante dicitur fideiuſ-
ſor licet large. *Bar. in l. reos, col. 2. in princ. verſ. item fideiuſſor, ff. de duob. reis, Paul. de Caſtro, conſ. 33 t. ſub num. 1. lib. 1. Dec. conſ. 7. num. 1. & conſ. 268. num. 2. Bellon. in rubr. inſtit. de fideiuſſor. num. 4. Ronchegall. d. l. reos, num. 18. Aim. conſ. 77. num. 3. verſ. hoc ita præſuppoſito, & conſ. 91. nu. 2.* Vel Coſta dicitur fide-
iuſſor, quia pecunia, quam ipſe accepit ad ſocieta-
tem officij à Triumpho dicitur quodammodo per-
ueniſſe ad conſocios, cum eorum cauſa illam acce-
perit, & ſic commodum, & vtilitas contractus per-
6 tinebat ad illos; Quando † autem duo, vel plures
rei debendi conſtituuntur, ad vnum tamen pecu-
nia peruenit vel commodum, ſiue vtilitas cõtractus
pertinet, ille cenſetur principalis, alter verò ſiue alij
fideiuſſores, ita *Gulielm. de Cun. in l. ſed Iulianus, §. item ſi duos, & ibi Ang. & Paul. de Caſtro, ff. ad S. C. Macedon. Bart. in l. 3. §. fin. num. 15. & ibi Caſtr. & Aret. ff. de duob. reis. Io. de Anan. conſ. 60. nu. 1. Alex. in Addit. ad Bart. in l. Marcellus, ſub nu. 7. verſ. vnum adde, ff. de fideiuſſ. Cremen. ſing. 39. Caſtrenſ. conſ. 409. num. 1. verſ. non obſtat, lib. 1. Florian. in l. nullus, poſt princ. ff. de teſtib. Marſil. ſingul. 2. & in rubr. de fideiuſſ. num. 65. & 370. poſt med. Lap. in c. per veſtras, in 5. not. num. 10. prope fin. verſ. hinc eſt etiam. Aret. conſ. 33. ſub num. 2.* cum aliis allegatis per *Tiraq. de retract. Lign. §. 31. Gloſ. 1. num. 8.* & per *Duen. regula 335. in 19. limit.* per *Gabr. de fideiuſſor. concluſ. 2.* & latiſſi-
mè per *Ronchegall. in l. 3. §. vbi duo, nu. 164. vſque ad*
7 *num. 169. ff. de duob. reis.* Stante † igitur quod Co-
ſta erat fideiuſſor, & non principalis, ſequitur vt ceſ-
ſio etiam ex interuallo fieri potuerit, iuxta tex. in *l. Papinianus, & ibi Gloſ. ff. mand. Bart. in d. l. Modeſtinus, num. 3.* Verum hæc reſponſio reiicitur ex pluri-
bus. Primò, quia Coſta ſemper fuit principalis:
8 † negotium enim æquè principaliter ad ipſum per-
tinebat, nec eſt bona conſequentia de mẽſe Ianua-
rij ſoluit ſcuta mille ducenta nonaginta nouem, &
de menſe Februarij ſcuta quingenta: ergo ad nihil
tenebatur; quod apparet ex quãtitate pecuniarum,
quæ fuerunt ſumptæ ad ſocietatem officiorum, quæ
excedebant hanc ſummam. Accedat quod partita
ſcutorum quingentorum, de qua fol. 63. eſt longè
poſt ſocietatem contractam cum Triumpho. Secun-
dò, tex. in *d. l. Papinianus, & ibi Gloſ. & Bar. in d. l. Modeſtinus, num. 3.* loquuntur in Mandatore, & ve-
rò fideiuſſore; nullibi autem in actis conſtar Coſtam
fuiſſe verũ fideiuſſorem, & mandatarium, nec etiam
in actis conſtat Rotellam vti procuratorem Fauſti-
ni, & aliorum, & adminiſtratorem negotij Doanæ
ſalis promiſiſſe releuare indemnem Coſtam, immo
verba inſtrumenti ſocietatis cum Triumpho, de qua
ſola agitur in præſenti, quia Coſta egit tamquam
ceſſionarius Triumphi clarè oſtendunt Coſtam fuiſ-
ſe principalem, & nullus eum indemnem releuat.
Tertiò, nos loquimur reſpectu creditoris, quia agi-
mus de ceſſione facta per creditorem; non autem lo-
9 quimur reſpectu reorum debendi, † ſed duo rei re-
ſpectu creditoris regulariter non dicuntur fideiuſ-
ſores, niſi color eſſet quæſitus in fraudem legis, vel
niſi expreſsè actum eſſet inter partes vt alter eorum
re vera eſſet fideiuſſor, ita *Bart. in d. l. reos, col. 2. poſt princ. verſ. ſi ergo quæritur. Angel. ſub num. 1. verſ. conclude, & verſ. ex prædictis. Imol. col. 1. ad fin. verſ. & conclude. Caſtr. num. 4. & Aret. ſub num. 5. verſ. in Gloſ. 2. Idem Bart. in Auth. hac ita, num. 69. C. de duob. reis. Salic. in l. 1. quæſt. 3. C. eod. tit. Soc. conſ. 71. col. 1. verſ. in primis dico, lib. 3.* benè *Aret. conſ. 33. num. 8. Aim. conſ. 77. num. 3. verſ. hoc ita præſuppoſito. Natta, conſ. 52. num. 6. lib. 1.* cum aliis congeſtis per *Ronchegall. in d. l. reos, num. 15.* Quartò & vltimò negatur
Coſtam ſoluiſſe portionem ſuam, ita vt quãdo con-
traxit ſocietatem cum Triumpho dicatur ſe obli-
gaſſe pro negotio non ad ſe, ſed ſolum ad conſocios
ſpectante, & ſic nõ poteſt dici fideiuſſor. Licet enim
ante dictam ſocietatem ſoluerit de ſuo ſcuta mille
ducenta nonaginta nouem, non propterea poteſt
10 inferri eum ſoluiſſe portionem ſuam, cum † id non
poſſit verificari niſi ſolidatis computis. Immo mul-
tum veriſimile eſt eam ratam ſuam non ſoluiſſe, ex
quo Guidaccius, & alij conſocij depoſitarij erant
creditores Coſtæ & aliorum ſociorum cauſa nego-
tij Doanę ſalis in quantitate ſcutorum octo millium
octingentorum, & ſexaginta octo, prout conſtat ex
mandato relaxato ad inſtantiam dictorum depoſi-
tariorum cõtra dictos Coſtam, & alios ſocios, quod
mandatum licet fuerit relaxatum poſt ſocietatem
Triumphi, creditum tamen ante eam veriſimiliter
debuit eſſe contractum ſaltem magna ex parte.

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Romana fructuum Cenſus, Lunæ 10. Decembris, 1606.

SVMMARIA.

1 *Spoliatus non tenetur reſpondere ſpolianti, qui prius fuit conuentus ex vi compulſiua, vel ablatiua interdicto vnde vi, vel vi bonorum raptorum.*

Intellige quando agitur de re diuerſa ab ea in qua fuit contra eum commiſſum ſpolium, num. 3.

2 *Vis non conſideratur in his, quæ fiunt de mandato iudicis.*

4 *Cenſus eſt quid diuerſum à re ſuper qua fuit impoſitus.*

5 *Dominus, ſeu poſſeſſor fundi cenſiti non eſt, nec eſſe poteſt poſſeſſor aut dominus Cenſus.*

DECISIO CLXXXV.

PRAESIDENTE, & oblatis turris
Speculorum agentibus contra Pau-
lum Pinum pro fructibus Cenſuum
non obſtare exceptionem ſpolij do-
morum oppoſitã, renuerũt Domini
1 dicentes † regulam quod ſpoliatus
non teneatur ſpolianti in alio iudicio reſpondere
procedit contra illum tantum, qui prius fuerat con-
uentus interdicto vnde vi, vel vi bonorum rapto-
rum ex vi compulſiua, vel ablatiua. *Io. Andr. in cap. frequens,*

frequent, num. 5. verſ. non tamen contra eum. Anch.
num. 2. verſ. quod talis exceptio non competit. Gemin.
num. 11. verſ. ſed quid ſi reus. Franc. num. 4. verſ. quia
exceptio ſpoliationis non competit de reſtit. ſpol. in 6. Abb.
in c. 2. num. 12. verſ. & credo oppoſitum tenendum de
ordin. cogn. Afflict. deciſ. 19. num. 7. verſ. quod exce-
ptio. Aufrer. in addit. ad deciſ. 493. Capel. Toloſ. Sarnenſ.
deciſ. 44. fuit dictum in *vna Cornetana ſpolij, 28. Mar-*
tij, 1582. & in vna Bononienſi de Maluetijs, 2. Aprilis
eiuſdem anni coram Illuſtriſſimo Cardinale Seraph. Hic
2 † autem non poteſt dici vis illata, cum poſſeſſio eſ-
ſet capta de mandato Iudicis, *l. creditores, ff. ad l. Iul.*
de vi priu. dixit Rota in illa Cornetana.

3 Et licet ex aduerſo dicatur † præfata procedere
quando agitur de re diuerſa ab ea in qua fuit con-
tra ipſum ſpolium comuiſſum, & vis vt etiam dici-
tur in dicta Cornetana.

Attamen hoc facit pro Præſidente, quia ſpolium
fuit de domibus, & hodie agitur ſuper Cenſibus,
4 qui † licet ſint impoſiti ſuper domibus, negari ta-
men non poteſt quin ſint quid verè, & realiter di-
5 ſtinctum ab ipſis domibus, & propterea † dominus
& poſſeſſor fundi non eſt, nec eſſe poteſt poſſeſſor
aut dominus Cenſus.

R. P. D. Ottembergio, Romana Cenſus Mercurij 7. Februarij, 1607.

SVMMARIA.

1 *Ad retrouendendum Cenſum, requiritur ſpeciale mandatum.*

2 *Mandatum ad omnia, & ſingula, quæ poteſt conſtituens, cum libera tribuit facultatem expediendi ea, quæ requirunt mandatum ſpeciale.*

3 *Procurator ad cedendum pro pretio, &c. poteſt vendere.*

4 *Solemnitates requiſitæ à ſtatuto non expediuntur per procuratorem.*

5 *Reuenditio Cenſus eſt actus neceſſarius.*

6 *Solemnitates ſtatutariæ non requiruntur in actibus neceſſarijs.*

7 *Statutum loquens de confeſſionibus, & quietantijs mulierum non habet locum, quando mulier efficitur locupletior.*

8 *Reuenditio Cenſus non requirit de neceſſitate pecuniam numeratam.*

9 *Forma dat eſſe rei.*

DECISIO CLXXXVI.

CVM in hac cauſa firmata eſſet exiſten-
ria Cenſus, reſeruatum fuit videre an
pariter conſtaret de valida ipſius ex-
tinctione ſecundum tenorem inſtru-
menti ſolidationis factæ inter Petrum
Saxolinum procuratorem Albinæ, &
Bartolomæum Biccioli Cenſus venditorem, in qua
compenſatis creditis Bartolomæi aſcendentibus ad
ſummam ſcutorum tricentorum quadraginta quat-
tuor cum ſorte principali Cenſus, & fructibus de-
curſis Bartolomæus remanſit debitor in ſcutis no-
naginta.

Et pro inualiditate extinctionis ex parte hære-
dum dictæ Albinæ ſequentia oppoſita fuerunt. Pri-
1 mum † quod ad reuenditionem Cenſus requiritur
mandatum ſpeciale, vt fuit reſolutum in cauſa Ari-
minenſi Cenſus, 5. Iulij, 1588. coram Illuſtriſſimo
Seraph. Verum mādatum viſum fuit ſufficiens, cum
Petrus Saxolinus conſtitutus procurator fuerit ad
omnia & ſingula, quæ ipſamet conſtituens potuiſſet
2 cum libera, per † quæ verba poterat expedire om-
nia, quæ requirunt mandatum ſpetiale, *l. procurator*
cum libera, vbi Gloſ. ff. de procur. Gemin. conſ. 123. nu.
4. & ſeq. Bal. in l. illud, ff. de minor. Dec. conſ. 404. nu. 6.
cum aliis allegatis per *Mygon. deciſ. Lucenſ. 51. num. 7.*
maxime quia in mādato legitur clauſula ad ceden-
dum iura competentia contra Bartolomæum pro
eo pretio, & pretiis prout eidem procuratori vide-
3 bitur, & placebit, † quæ verba important venditio-
nem. & hoc recipit declarationem ex literis præce-
dentibus Albinæ datis ad ipſum Bartolomæum, 18.
Februarij, 1591. in quibus ſcribit, quod in ſpecie
dederat mandatum ad effectum accōmodandi pe-
cunias, quas Bartolomæus ab ea ad Cenſum reti-
nebat.

Secundò, dicebatur adeſſe ratificationem, quæ
mandato æquiparatur, & quam nō videbatur poſ-
ſe cōtrouerti tam inſpecta totius facti ſpecie, quam
tenore literarum Albinæ ad Bartholomæum ſcri-
ptarum, & datarum, 12. Februarij, 1591. cum man-
dato quatenus Bartolomæus ſolueret dictum reſi-
duum, ex cauſa extinctionis dicti Cenſus debitum,
Domino Zanobio de Marſiliis procuratori ad id
ſpecialiter deputato per ipſam Albinam: & quam-
uis illæ litteræ videantur datæ ante extinctionem,
cum ſint datæ, 12. Februarij, 1591., extinctio au-
tem ſit facta ſub die 4. Aprilis ſequētis, non tamen
idcirco poſſunt argui de falſitate, quia Florentiæ
incipit à die 25. Martij annus.

Altera difficultas hebat circa ſolemnitates Sta-
tuti Vrbis, quæ requiruntur in contractibus mulie-
4 rum, † quæ non expediuntur per procuratorem,
Socin. conſ. 112. num. 16. lib. 1. & fuit dictum *in Roma-*
na hæreditatis, 29. Nouembris, 1602. coram b. m. Lanc.
5 Quæ difficultas videbatur tolli, quia † reuenditio
Cenſus eſt actus neceſſarius ex Bulla *Pij V.* & pro-
6 pterea † non eſt opus interponi ſolennitates alias
requiſitas, *Tiraq. de legib. connub. Gloſ. 8. quæſt. 23.*
num. 184. Lambereng. de Contractib. mulier. in princ.
Rom. conſ. 394. num. 3. Verall. deciſ. 199. in fine, lib. 3.
Rota, deciſ. 105. num. 3. lib. 1. & deciſ. 153. nu. 2. par. 3.
7 Sed ſufficit † quod mulier vel per ſe, vel per procu-
ratorem recipiat, & fiat locupletior, *Gloſ. in l. 2. in*
ver. dos debet, in fine, ff. ſolut. matr. & quietantia
non fiat in fraudem Statuti. At in propoſito veri-
ficantur ſolutiones per ſingulas partitas, & fulciun-
tur multis adminiculis, quibus ſtantibus ſtatutum
de quietantiis, & confeſſionibus mulierum, & mi-
norum non habet locum. *Achill. deciſ. 1. de confeſſ.*

Denique obiiciebatur in extinctione non inter-
ueniſſe pecuniam numeratam, vt Bulla *Pij V.* po-
ſtulat ibi. Hanc autem ſalutiferam ſanctionem ne
dum in Cenſu nouiter creādo, verum etiam in crea-
to quocumque tempore alienando modo poſt pu-
blicationem creatus ſit perpetuo etiam in omni-
bus ſeruari volumus, &c. vnde Rota aliàs reſoluit

in

in extinctione Cenſus requiri actum retroſimilem *in Rom ina Saluiani Interdicti, 23. Iunij, 1600. coram*
8 *b.m. Litta.* Sed Domini † præfatam clauſulam exiſtimabant non poſſe ad numeratæ pecuniæ interuentum, ſed ad alia requiſita ad ipſam creationem, alioquin tunc non diceretur Cenſus creatus alienari, ſed de nouo creari ex quo de nouo adhiberetur
9 forma creationis Cenſus; & † forma eſt illa, quæ dat eſſe rei, *l. Iulianus, ff. ad exhib.* & hanc interpretationem ſequuta fuit *Rota in Rauennatenſi Saluiani Interdicti, 12. Iunij, 1606. coram R. P. D. Manzanedo,* in qua fuit dictum clauſulam eſſe referendam ad cetera pacta in conſtitutione cenſus prohibita.

Nec obſtat iſta deciſio Romana Saluiani Interdicti: nam illa quidẽ firmat quod ad extinctionem Cenſus vltra cõſenſum partiũ ſit neceſſaria reſtitutio pretij, & nihil aliud attingit circa hoc an requiratur numeratio pecuniæ in ipſo actu extinctionis.

Ex quibus ita fuit reſolutum cum præſuppoſito, quod partitæ ſint iuſtificatæ, de quo particulariter eſt videndum.

Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, Beneuentana Cenſus, 18. Martij, 1613.

SVMMARIA.

1 *Bonorum appellatione veniunt etiam pecunia.*
2 *Pecuniarum dominium acquiritur per commixtionem.*
3 *Hypotheca ſuper pecunijs amittitur eo ipſo, quod illa tranſeunt in alterius dominium.*
4 *Soluens ſtatim recepturus non dicitur ſoluere, & dominium pecuniarum in alium non transfert.*
Limit. Si ex tali ſolutione recipiens commodum ſentiat, num. 10.
5 *Creditor poteſt agere contra debitorem ſui debitoris, ſi concurrant ea, qua conſiderat Surd. conſ. 4. num. 1.*
6 *Iudex vltra petita non debet pronunciare.*
7 *Sententia, qua non eſt conformis libello, eſt nulla.*
8 *In venditione Cenſus aliàs creati, non requiritur pecunia numerata.*
9 *Notario atteſtanti de numeratione, creditur.*

DECISIO CLXXXVII.

PROPOSVI dubium ſtrictè ad iuſtitiam ſententię de partibus omiſſis nullitatibus, quia pars aſſerebat velle adire Sãctiſſimum pro earum ſanatione. Et Domini cenſuerunt eſſe iniuſtam: nam condemnat Benedictum Ferentinum ad reſtituẽdum ducatos mille Franciſco de Andrea tamquam creditori anteriori Vincentij Capoblanchi. Cum enim Benedictus habuerit dictas pecunias à Capoblanco, etiam quod Franciſcus eſſet anterior creditor, & per conſequens poſſet allegare tunc habuiſſe dictas pecunias obligatas, & hypothecatas, cum ſub tali vinculo haberet omnia bona præſentia, & futura dicti
1 Vincentij, † & nomine bonorum veniãt etiam pecuniæ, *l. cum tabernam, §. fin. vbi Bart. ff. de pignor.* Vtique non per hoc poterat auuocare dictas pecunias
2 à Benedicto cum † per ſolutionem, & immixtionem fuiſſent factæ ipſius Benedicti recipientis, *Dec. in l. ſingularia, nu. 6. & ibi Curt. iun. nu. 19. & ſeqq. ff. ſi cert.*
3 *pet.* † & poſt dictam immixtionem ceſſauit omnis hypotheca ad fauorem Franciſci ſuper dictis pecunijs, *Afflict. deciſ. 190. Pariſ. conſ. 69. num. 2. lib. 4.* latè *Surd.* poſt alios, *conſ. 4. num. 11. & 12.*

Neque facit quod Octauius, & alij de Torellis debitores dicti Capoblanchi impoſuerunt cenſum, & alium cum tertio impoſitum vendiderũt dicto Benedicto creditori Capoblanchi, qui ſoluit pecunias, cum hoc quod ſoluerentur dicto Capoblanco eius debitori, prout fuerunt ſolutæ, & deinde Capoblancus eadem met die ſoluit pecunias eidem Benedicto creditori, vnde iſte contractus videtur ſimulatus:
4 † qui enim ſic ſoluit, vt ſtatim recepturus ſit non dicitur ſoluere, & dominium non transfert, *l. qui ſic ſoluit, ff. de ſolut.* Nam fuit reſpõſum quod ſi motiuum procederet adhuc ſentẽtia remaneret iniuſta, quia numquam pecuniæ fuiſſent in dominio Capoblanchi, & ideo Franciſcus de Andrea non potuiſſet agere ad dictas pecunias ac ſi fuiſſent ipſius Capoblanchi.

Nec releuat quod intereſt dicti Franciſci de Andrea venditionem fuiſſe ſimulatã: poſſet enim agere contra Octauium, & alios de Torellis debitores
5 Capoblanchi, ſiquidẽ creditor † poteſt agere contra debitorem debitoris, quando concurrunt illa de quibus latiſſime per *Surd. d. conſ. 4. nu. 1.* Nam quatenus hoc eſſet admittendum, nõ tolleret quia ſententia eſſet iniuſta, quia de eo nõ fuit actum, ſed ſolum de auuocandis ſcutis mille à Benedicto: ſenten
6 tia enim debet eſſe conformis libello, & † iudex vltra petita non debet condemnare, *l. vt fundus, ff. comm. diuid. c. licet heli, de ſimon. cap. qualiter, & quando, el 2. §. ad corrigendos, de accuſ. Anchar. conſ. 144. nu.*
7 3. Et ſi aliter facit † ſententia eſt nulla, *Aret. conſ. 7. num. 8. & ſeqq. Alex. conſ. 72. num. 5. lib. 5. Feder. de Sen. conſ. 159. per tot.*

Sed ceſſat omnis difficultas: quia nulla hic poteſt conſiderari ſimulatio: nam quo ad ſummam ſcutorum ſexcentorum Octauius Torellus, & alij vendi
8 derunt cenſum quem habebant cum tertio, † quo caſu non requiritur pecunia numerata: ſi enim requireretur non poſſet cedi, permutari, aut donari, vt dixit Rota in Rauennatenſi Cenſus coram R. P. D. meo Manzanedo. Vere autem probatur interueniſſe pecuniam numeratã, prout interuenit in alia ſumma ſcutorũ quadringentorum pro qua fuit im
9 poſitus cenſus ex atteſtatione Notarij † quod recepetũt, ſcilicet Torelli, coram ipſo in moneta argentea, &c. *Bart. in l. ſi ex cautione, num. 14. C. de non num. pecun. & in l. ſingularia, num. 22. ff. ſi cert. pet. vbi Iaſ. num. 48. Dec. num. 33.*

Neque in hoc caſu officit quod fuit cõuentum, vt pecuniæ ſoluerentur Capoblanco, qui poſtmodum, & incontinẽti ſoluit Benedicto, & propterea Benedictus videtur ab initio nõ ſoluiſſe præfato Octauio Torello, & aliis per tex. in *d. l. qui ſic ſoluit, ff. de ſolut.*
10 quia diſpoſitio *d. l. non habet locum,* inter alia † quotieſcumque ex momentanea traditione acquireretur aliquod commodum parti, *Bal. in l. ſi tibi, n. 1. vbi Alex. n. 5. Iaſ. nu. 10. Dec. in fine, ff. ſi cert. pet.* & in propriis terminis fuit reſolutum in *Romana Cenſus, 10. Ianuarij, 1605. coram Illuſtriſſimo D. meo Lancelotto.*

Ex quibus fuit reſolutum pro iniuſtitia ſententiæ de partibus,

Illuſtriſſimo Cardinale Pamphilio, Romana Cenſus, Lunæ 4. Februarij, 1602.

SVMMARIA.

1 *Tres ſententiæ conformes ſunt exequendæ.*
2 *Sententiæ dicuntur conformes, quæ idem continent in ſubſtantia.*
3 *Additio eius, quod tacitè in prima ſententia continebatur, non facit quin ſententiæ ſint conformes.*
4 *Sententia non dicitur inferre nouum grauamen, ſi exprimat id quod in neceſſariam conſequentiam implicitè continebatur in alijs.*
5 *Sententiæ conformes debent exequi in ijs in quibus ſint conformes, licet in aliquo capite ſeparato ſit inter eas difformitas.*

DECISIO CLXXXVIII.

PRo informante nempè ſententias ad
fauorem Dominæ Iuniperæ latas eſſe
exequendas, quia ex Deciſione Domini mei Cordubæ cõſtat de iuſtitia man
dati relaxati, ab A. C. contra Zerlam,
quod cum poſtea fuerit confirmatum à Carretto, &
1 deinde per ſentẽtiam Domini mei Cordubæ † vtrique eſt exequenda cum adſint tres ſententiæ, licet
duæ tãtum ſufficiant cũ agatur inter ſubiectos Sta-
2 tutis Vrbis. Conformitas † iſtarum ſententiarũ colligitur ex eo, quod idem continent in ſubſtantia,
nempè liberationẽ Iuniperæ à Cenſu impoſito contemplatione Lamberti, & ab illius fructibus, *Dec.
conſ. 385. col. pen. verſ. his tamen non obſtantibus, Couar.
Pract. Quaſt. c. 25. ſub num. 6.* & fuit reſolutum in *cauſa Toletana nullitatis profeſſionis, 17. Maij, 1600. coram Domino meo Iuſto.*

Et ita non obſtat quod in vltima ſententia Domini mei Cordubæ addatur liberationem per Zer-
3 lam factam fuiſſe bonam, & validam, † quia hoc
implicite continebatur in mandato relaxato ab A.
C. confirmato per Carrettum. Fuerat enim relaxatum ad effectum vt Zerla, qui pro Lamberto fideiuſſerat liberaret dictam Iuniperam à Cenſu præfa-
4 to, & ideo † ſententia non dicitur inferre nouum
grauamen ſi exprimat id, quod in neceſſariam conſequentiam implicite continebatur in aliis, *Couar.
d. cap. 25. num. 6.* & fuit deciſum in *cauſa Romana de Comitibus, 25. Iunij, 1576. coram Sanctiſſimo.*

Non obſtat quod ex eadem ſententia dicitur non competere reſtitutionem in integrum Zerlæ: quia
5 hoc eſt caput ſeparatum, † & nõ impedit executionem ſententiæ in aliis in quibus ſunt conformes,
Gloſ. in Clem. vt calumnijs, in verbo, alicuius ex eis, de re iudic. cum allegatis in *dicta deciſ. Romana de Comitibus*, vbi quod ſententiæ in ea parte, in qua ſunt conformes executioni demandantur quoties ſunt tot,
quæ executionem mereantur, *Aim.* poſt alios quos citat, *conſ. 183. num. 2.*

R. P. D. Corduba, Bononienſis Computorum, Veneris 10. Aprilis, 1598.

SVMMARIA.

1 *Actus cenſetur factus de mandato eius cuius intereſt illum fieri.*
2 *Intereſt noſtra non habere rem communem cum fiſco.*
3 *Veriſimile non eſt quem ſoluere pro eo, cum quo nihil habet agere.*
4 *Mandatum probatur coniecturis.*
5 *Mandatum probatur leuioribus probationibus, quando agitur de exoneratione procuratoris.*
6 *Mandatum probatur ex confeſſione, & proteſtatione principalis.*
7 *Confeſſio adminiculata non poteſt ex abrupto reuocari.*
8 *Ratificans inducitur ex ſcientia, & taciturnitate.*

DECISIO CLXXXIX.

DOMINVS Ioannes Maluetius vendiderat Cenſum annuum duarum millium quingentarũ & nonaginta triũ librarum ſuper ſuis bonis ſtabilib. D. Antonio Bringolæ. Huic obligationi D. Lucius acceſſit vigore mandati ampliſſimi, quod habebat à D. Perithæo Maluetio, atque eius nomine bonã fidem dicti cẽſus recognouit, ſcutaq. quinque millia auri conſtituentia dictam ſummã librarum ab eo recepit, & D. Scappum fideiuſſorem intra ſeptem annos proximos à dicta fideiuſſione liberare promiſerat. Cum autem hæredes q. D. Ioannis peterent à D. Perithæo liberationem, & cõſeruationem prætenſæ indemnitatis, etiam D. Peritheus petebat rationem dictæ ſortis principalis per D. Lucium receptæ ad cuius redditionem cũ fuiſſet D. Octauius hæres dicti q. Domini Lucij condemnatus, cauſa appellationis coram me introducta dubitaui.

An conſtaret de mandato D. Perithæi ita vt teneretur ad dictam releuationem, & conſeruationẽ indemnitatis. cum verò adſit mãdatum ampliſſimum D. Perithei in perſonam D. Lucij ad tractandũ eius negotia Bononiæ, & ſpecialiter ad promittendum conſeruationem indemnitatis quibuſcumque perſonis, quæ ſuper ſuis bonis pecunias accepiſſent pro faciendo rem gratã conſtituenti, & hoc mandatum fuerit ſufficiens: difficultas videbatur conſiſtere in hoc. An dictus Cenſus fuerit impoſitus intuitu Domini Perithæi, & ad faciendum ei rem gratam.

In qua difficultate Dñi amplexi ſunt partem affirmatiuam cum ex libris D. Lucij appareat pecunias de quibus agebatur fuiſſe verſas in ſolutionẽ cõpoſitionis pro liberatione D. Pirri patrui ipſius D. Perithæi, & pro reſtitutione bonorum confiſcatorum, *Crau. conſ. 158. nu. 6. Alciat. regula 2. Præſumpt. 2.* Et idem ex libris Dñorum de Scappis in quibus licet
dicatur pecunias fuiſſe ſolutas à D. Lucio, non tñ ex
1 hoc negatur † quin ſolui potuerint ex ordine D. Perithei cuius maximè intererat propter communionem bonorum, quam habebat cum Domino Pirro,
2 & deinceps habiturus eſſet † cũ fiſco, niſi cõpoſitio
eſſet ſequuta, *Bart. in l. cum ſecus, n. 4. ff. de verb. oblig.
Caſſad. deciſ. 3. n. 4. de procur, Achil. deciſ. 3. n. 2. de reſtit. in integr.* & totius negotij curã ſibi D. Perithæus ſũpſerat. Ex quibus ſatis inferebatur pecunias ſolutas

pro

Digitized by Google

pro hac compoſitione fuiſſe captas de ordine Do-
mini Perithæi, & ad faciendum ei rem gratam, præ-
ſertim quia fuerunt ſolutæ ex affectione erga Do-
3 minum Perithæũ; & non † eſt veriſimile ipſum fuiſ-
ſe ſoluturum iſtas pecunias in hanc cauſam abſque
ordine Domini Perithæi cuius negotia gerebat, &
nihil habebat agere cum Domino Pirro, *Ruin.conſ.*
35. & conſ. 101. num. 14. lib. 1. Anchar. q. 55. nu. 4. lib. 1.

Conſiderabant etiam Domini, quod mandatum
procuræ fuerat factum de tempore quo tractabatur
iſta compoſitio, & de quo Dominus Perithæus, vt
apparet ex computis dicti Lucij nullam habebat
4 indigentiam pecuniarũ, & ſic † ſatis videbatur poſ-
ſe colligi mandatum fuiſſe ſtipulatum ad accipien-
dum pecunias in hanc cauſam, quæ propter fiſcum
non fuerat expreſſa in dicto inſtrumento; & ſtante
5 maximè † quod leuiores probationes ſufficiunt ad
exonerationem procuratoris pro præmiſſis proban-
dis, *Gloſ. in verbo, probat. in Authent. hoc ius porre-*
ctum, C. de ſacroſan. eccleſ. & *ibidem Bart. numero 16.*
verſ. quæro qualiter hoc probabitur, Bal. num. 24. Ad
quam ſententiam plurimum conducebat confeſſio
Domini Perithæi, de qua in Summario, *num. 4.* Ex
6 † cuius proteſtatione ſatis videbatur probari man-
datum. *Rom. conſ. 163. Boer. deciſ. 281. num. 1.* Quæ
7 † cum ſit valdè adminiculata non potuit, ita ex ab-
rupto reuocari, *Aebill. deciſ. 1. de confeſſ. Tiraq. in ver-*
bo, donatione largitus, nu. 101. in l. ſi vnquam, C. de re-
uoc. donat. Tandem negari non poterat quin ſaltem
8 appareret † de tacita ratificatione Domini Perithęi,
qui reuerſus Bononiam tacuit per triennium, poſt
eius obitum nihil reclamauit, nec petiit ab eo, nec
eius hæredibus, cum ſciuiſſet ex dictis pecuniis ſolu-
tam fuiſſe compoſitionem, & obtentam liberatio-
nem Domini Pirri. *Rota deciſ. 2. de cauſa poſſ. & pro-*
priet. in antiq. Gabr. de Procurat. concluſ. 1. num. 14.

Illuſtriſſimo Cardinale Mellino, Rauennatenſis Cenſus Veneris, 31. Ianuarij, 1603.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, cum libera, appoſita in mandato, intelligitur dummodo procurator contrahat bona fide, & obliget dominum pro facto proprio ipſius domini.*
2 *Clauſula, cum libera, appoſita in mandato, recipit reſtrictionem à verbis ſubſequentibus, in præmiſſis, & circa præmiſſa.*
3 *Ratificatio nõ inducitur ex ſola receptione pecuniarum, niſi etiam conſtet de ſcientia obligationis, quæ ratificatur, & maximè omnium qualitatum ſubſtantialium.*
4 *Statutum recipit interpretationem paſſiuam à iure cõi.*
5 *Statuta exorbitãtia recipiũt interpretationẽ reſtrictiuã.*
6 *Facultas limitatè conceſſa procuratori reſtringit latiorem facultatem conceſſam à ſtatuto.*

DECISIO CXC.

FVIT reſolutum contra informantem non
conſtare de valida obligatione Simeonis,
Chriſtofori, & Bartolini de Fuſconibus.
Ratio potiſſima reſolutionis fuit, quia mandatum
procuræ cuius vigore fuerunt obligati licet habeat
clauſulam, cum libera, & alias clauſulas multum
amplas, quæ bene ponderantur per informantes,
1 † tamen omnes iſtæ clauſulę intelliguntur dummo-
do procurator contrahat bona fide, & ſine dolo, &
obliget dominum pro facto proprio ipſius Domini,
& non pro facto proprio ipſius procuratoris, vel al-
terius extranei, *l. creditor, §. Lucius. & ibi Bart. Salic.*
Fulg. & alij, ff. mand. Pau. de Caſtro, in l. contra iuris, §.
vlt. nu. 2. ff. de pact. Caputaq. deciſ. 34. lib. 3. in manuſcr.
Et propterea cum venditio Cenſus fuerit facta à
Stephano, Baptiſta, & Thoma pro propriis eorum
indigentiis, & ipſi receperint pecunias, vel ſaltem
Stephanus, & Baptiſta non poterat Thomas vigore
huius mandati quantumuis, cum libera, obligare
Dominos pro euictione Cenſus, pro ſolutione fru-
ctuum, & pro damnis, & intereſſe: quia iſta obliga-
tio in effectu eſt fideiuſſio, quæ eis non poterat eſſe
niſi damnoſa, prout euentus docuit, & tantò magis
2 † cum iſtæ clauſulæ recipiant reſtrictionem, & limi-
tationem à verbis ſubſequentibus in præmiſſis, &
circa præmiſſa, *Soc. iun. conſ. 22. num. 29. & 30. lib. 3.*
Put. deciſ. 524. lib. 2.

Non obſtat fundamentum quod fit ſuper ratifi-
catione, quia non probatur concludenter ſaltem
reſpectu omnium quod receperint ſcuta centum ex
pecuniis ſumptis ad cenſum, ex qua receptione de-
ducitur ratificatio. Et ex depoſitione duorum te-
ſtium, qui dantur in Summar. *nu.* 18. & 19. apparet,
quod iſta ſcuta centum fuerunt recepta à Thoma,
& hoc comprobatur ex confeſſione ipſius, quod illa
3 recepit, & pro eis ſoluit fructus. Præterea † ad iſtum
effectum inducendi ratificationem non ſufficit ſola
receptio ſcutorum centum, ſed requiritur vltra re-
ceptionem quod probetur ſcientia iſtorum fratrum
quod fuerant obligati à Thoma vti eorum procu-
ratore in emptione totius Cenſus ſcutorum mille
ad fauorem Sarræ, quia iſtæ ſunt qualitates ſubſtan
tiales, & non poteſt fieri fundamentum in ratifica-
tione ſi non probetur earum ſcientia, vt per *Gloſ.*
communiter receptam *in cap. concertatione, de appel-*
lat. in ſexto.

Non obſtat ſtatutum ex cuius diſpoſitione Re-
ctor, & Gubernator familiæ poteſt alios inſolidum
obligare, quia deficit probatio qualitatis requiſi-
tæ à ſtatuto quod Thomas eſſet Rector, & Guber-
nator: nam hoc non deducitur aliunde, quam ex
confeſſione iſtorum fratrum in reſponſione ad po-
ſitiones, quæ non eſt ſimplex, & pura, ſed qualifi-
cata, & limitata: quia ad quartam poſitionem in
qua continetur quod ipſi ſe referebant ad id quod
faciebat Thomas. Chriſtophorus reſpondit, quod
credit in his, quæ participabat cum fratribus, &
Simeon quod credit in rebus licitis, & honeſtis,
Bartolinus verò reſpondit quod non credit. & hoc
comprobatur ex mandato procuræ, quod non erat
neceſſarium ſi Thomas fuiſſet Rector familiæ, &
habuiſſet tam amplam facultatem vigore ſtatuti,
& ſaltem ſe non reſtrinxiſſet ad mandatum ſi erat
etiam Rector.

4 Et ceſſat omnis difficultas, quia † iſtud ſtatutum
recipit interpretationem paſſiuam à iure communi,
& ſic locum habet quando Rector, & Gubernator
familiæ obligat alios de familia pro negotiis cõcer-

nentibus intereſſe, & vtilitatem familiæ, *Bal. conſ.*
100. verſ. Item ſtatutum loquitur, lib. 4. & iſte intelle-
ctus ſecundum Dominos comprobatur. Primò, quia
ſtatutum dat hanc facultatem Rectori familiæ, &
ideo debet intelligi in negotiis ſpectantibus ad fa-
miliam, prout de ſimilibus ſtatutis in fauorē merca-
torum paſſim dicunt Doctores, quod intelliguntur
de negociis ſpectantibus ad mercaturam. Secundò,
ſtatutum diſponit quod contrahentes non teneantur
tur ad probationē verſionis, & iſta liberatio à pro-
batione verſionis præſupponit, quod pecuniæ per-
uenerint ad manus Rectoris, & quod cōtractus fue-
rint initi ab ipſo pro ſeruitio familię. Tertiò, quia nō
eſt veriſimile quod ſtatutū voluerit permittere ar-
bitrio Rectoris euertendi funditus ſtatum familiæ
dando ei hanc facultatem, vt poſſit fideiubere, &
inire quoſcumque cōtractus pro beneficio omnium
perſonarum. Quartò, & vltimò dicebant Domini,
quod huiuſmodi ſtatuta ſunt valdè exorbitantia,
5 † & recipiunt interpretationem reſtrictiuā, & pro-
pterea ſufficit quod operentur ſuum effectū in obli-
gationibus concernentibus intereſſe familiæ, vt per
Corn. conſ. 50. libro 4. Dec. conſ. 359. Addebant etiam
6 aliqui quod † facultas limitatè conceſſa procurato-
ri operatur, vt non ſit locus diſpoſitioni ſtatuti,
quod tribuit maiorem facultatem, vt per *Doctor. in*
l. 1. §. ſi plures, ff. de exercit. act. Et hunc intellectum
videntur etiam habuiſſe, cum Thomas obligauerit
fratres vti coram procurator, & non vti Rector fa-
miliæ.

R. P. D. Martino Andrea Senogal-liensis Prædiis, Lunæ 10. Maij, 1615.

SVMMARIA.

1 *Is qui cenſum in ſe accollauit, illius fructus ſoluere te-netur.*
2 *Obligationis cameralis executio retardari, non po-teſt.*
3 *Exceptio requirens altiorem indaginem, non retardat executionem cameralis obligationis.*
4 *Exceptio ſuper qua pendet lis, non retardat executio-nem cameralis obligationis.*
5 *Emptor eo ipſo quod eſt in poſſeſſione rei empta, tenetur ad fructus etiam quod res vendita non ſit libera, nec illi fuerit adimpletum.*
6 *Emptor ſub prætextu moleſtiarum ſibi ſuper re empta illatarum, non poteſt euitare quin pro parte ſua adim-pleat promiſſa.*
7 *Soluens creditoribus anterioribus poteſt repellere poſte-riores iuribus ſibi ab anterioribus ceſſis.*
8 *Emptor ſub prætextu quod ſiut ſibi mota moleſtiæ ſu-per re empta, non poteſt retinere rem, & pretium.*
9 *Æquitas, l. curabit, C. de act. empt. habet locum etiam poſt latam ſententiam ſuper reſciſſione venditionis, ſi illa ſit per appellationem ſuſpenſa.*
10 *Onera realia is ſubire debet, qui rei fructus perci-pit.*
11 *Cenſum ſuper re impoſitum, tenetur ſoluere is qui rem ſubiugatam poſſidet.*

DECISIO CXCI.

DVBITAVI an Domini de Fidelibus
teneantur ad fructus cenſuum ab ip-
ſis accollatorum, & pro quo tempo-
1 re. Et Domini † indiſtinctè Bernar-
dinum teneri ad ſolutionē fructuum
cenſuum, vel creditoribus anteriori-
bus pro eadem quantitate voluerunt. Quantum ve-
rò ad fructus ante ſententiam R. P. D. Zambeuarij
non erat dubium, quin pro illis ipſe teneretur, cum
prædium ſibi eſſet traditum, & conſtaret de ipſius
obligatione camerali ex publico inſtrumento non
2 vulnerato, † cuius executio quemadmodum ſenten
tiæ, & rei iudicatę propterea retardari non poterat,
Aug. in l. 4. §. condemnatum, num. 4 ff. de re iudic. Caſtr.
in l. poſt rem iudicatam, in fine, vbi atteſtatur de pra-
ctica. Romanæ Curiæ, *ff. eod. Ceph. conſ. 439. num. 16.*
Gabr. conſ. 67. num. 8. lib. 1. Menoch. de arbitr. caſu 17.
num. 5. Seraph. deciſ. 736. in princ. & deciſ. 1437. num. 1.
Galleſ. ad form. cameral. obligat. parte 1. q. 2. num. 11. &
12. Teſſaur. deciſ. 28. num. 11. Rota deciſ. 741. nu. 1. parte
1. diuerſ. & aliàs ſæpè.

Nec releuare videbatur exceptio non adimple-
menti pro parte Bernardini venditoris; tum quia
illa ex deductis in alia poſitione erat valde turbi-
3 da, † & requirebat altiorem indaginem, ita vt illa
non poſſet retardare ſolutionem vigore huius obli-
gationis cameralis liquidæ, & claræ, *Rom. conſ. 76.*
num. 3. & ſeq. Galleſ. vbi ſupra, 4. parte, quæſt. 1. num. 17.
Canar. de execut. inſtrum. quæſt. 51. Io. Paul. deciſ. 65. Se-
raph. deciſ. 110. num. 4. & dictum fuit in *Calagurritana,*
ſeu Hiſpalenſi Penſionis, 28. Iunij, 1605. coram bon. mem.
Penia, in Romana Cenſus, 23. Februarij, 1609. coram
Reuerendiſſimo Bononienſi. & in Romana executionis
Laudi, 12. Decembris, 1613. coram Reuerendo Patre
4 *Domino meo Vbaldo.* & † in ſpecie de exceptione ſu-
per qua lis pendebat, quæ ideo dicebatur requirere
altiorem indaginem, fuit deciſum *in vna Romana de*
Anguillaria, 6. Martij, 1591. coram Orano. tum quia
5 quo ad fructus, † cum ex promiſſione emptoris de-
beantur, ſolum inſpicitur quod emptor ſit in poſſeſ-
ſione, licet res non ſit libera, vel nō fuerit adimple-
tum, *Bal. in l. 2. nu. 7.* vbi etiam *Caſtr. num. 1. C. de vſur.*
Alex. conſ. 147. nu. 3. lib. 5. cum aliis per *Gabr. de empt.*
& vendit. concluſ. 4. num. 9. & latius per *Surd. conſ.*
101. num. 23. & *deciſ. 117. nu. 7.* & fuit dictum in *vna*
Beneuentana pecuniaria, 15. Iunij, 1607. coram Reue-
rendiſſimo Domino Damaſceno, & in terminis accolla-
tionis cenſus in *vna Aſculana pecuniaria, 11. Decem-*
bris, 1606. coram R. P. D. meo Coccino.

6 Minùs quoque dicta ſolutio retardari poterat † ob
ſequeſtra executa, & moleſtias illatas emptori ſuper
hac poſſeſſione ab aliis creditoribus: quia facilis,
& expedita videbatur prouiſio iuxta conuenta in
inſtrumento in quo emptor ſuſcepit onus cenſuum
ſcutorum quinque milliū ſexaginta, & omne com-
modum, & incommodum promittens fructus ab il-
lo die in poſterum decurrēdos ſoluere, &c. cū pacto
expreſſo, ꝙ in euentū in quem inſurgerēt alij credi-
tores anteriores, qui moleſtarēt dictū emptorē ipſe
poſſet anteriorib. ſatisfacere dictis cenſib. omiſſis, &
pro illa rata remaneret liberatus ab illo onere: ſi. n.
dicti creditores ſunt anteriores pōt eis ſatisfacere,

& hoc modo erit liberatus aduerſus poſteriores. ſi
7 verò † ſunt poſteriores ſoluendo Cenſus accollatos
poterit illos repellere ex iuribus ſibi ceſſis, nec inte-
8 rim † ſub iſto prætextu debet retinere rem & pre-
tium aduerſus æquitatem, *l.curabit. C.de act. empt.l.
Iulianus,§.ex vendito, ff.eod.* cum ſimilibus.

Quo verò ad fructus poſt ſententiam ſuper reſciſ-
ſione huius venditionis quidquid ſit an hodie poſ-
ſit executiuè agi contra emptorem ob aſſertã vul-
nerationem, cum dicta ſententia eſſet ſuſpenſa per
appellationem non poterat ipſe interim ſe eximere
à dicto onere ſoluendi fructus ne hoc modo per in-
directum habeatur executio ſententiæ, quæ reperi-
tur ſuſpenſa per appellationem, & licet ceſſet via
9 executiua, non † tamen ceſſat æquitas ſcripta, de
qua in *d.l.curabit, & in d.§.ex vendito.*

10 Quinimmo de regore iuris † cum ipſe rem poſ-
ſideat tenetur ad onera rei, ex qua fructus perci-
piuntur, *l.hactenus, & l.ſi pendentes.§.ſi quid locatum,
ff.de vſufruct.l.neque ſtipendium, ff.de impenſ. in re do-
tal.fact.l.quaro, ff.de vſufr.legat. Cardin. in Clem.1. de
Cenſib.Valaſc.b. de iure emphyteut. quaſt.17. num.1. &
ſeq.Molina, de Hiſpan.Primogen.lib.1.cap.27.nu.8. Pi-
nel.in l.1. parte 2.nu.22. C.de bon.matern.* plenè etiam
Garzias, de expenſ.cap.11. num.25. & ſeqq. & fuit di-
ctum *in Romana reſtitutionis fructuum, 23.Iun.1603.
coram Reuerendiſſimo Atrebatenſi*, vbi conſequenter
11 † fuit facta illatio ad ſolutionem Cenſuum.

Et ita concluſum.

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Amerina fideiuſſionis, Lunæ 25. Maij, 1612.

SVMMARIA.

1 *Nullitas obligationis principalis reddit nullam obliga-
tionem fideiuſſoris.*
2 *Limit. Quando fideiuſſor ſe obligauit vti principalis,
& inſolidum.*
3 *Maximè accedente iuramento.*
4 *Limit.2. Quando nullitas non prouenit ex iure commu-
ni, ſed aliquo ſpeciali fauore.*
5 *Limit.3. Quando fideiuſſor voluit teneri etiam quod
principalis contractus eſſet nullus.*

DECISIO CXCII.

IMPOSITVS fuit annuus Cenſus ſcu-
torum ſexaginta quattuor monetæ à
Simoneta Clemẽtino tutore filiorum,
& hæredum Curtij Delfini ſuper præ-
dio dictorum pupillorum, quem ven-
didit Orinthio Calidoro: cui impoſi-
tioni & pro obſeruantia omnium contentorum in
inſtrumento vti principalis principaliter, & inſoli-
dum acceſſerunt Gabinius Delfinus, & Alexander
Crozulus. Fuit ad inſtãtiam pupillorum declaratus
nullus Cenſus, & propterea Orinthius coram A. C.
conuenit Gabinium, & Alexandrum pro reſtitutio-
ne ſortis principalis, & ſolutione fructuũ loco dam-
norum, & intereſſe, & obtinuit mandatum; pro cu-
ius relaxatione cum inſtaretur, fuit adita ſignatura
Sanctiſſimi, & cauſa in Rota mihi commiſſa. Vnde
dubitaui an dictum mandatum eſſet relaxandum,
& Orinthio tantum informante fuit affirmatiuè re-
1 ſolutum: † quia licet nullitas principalis obligatio-
nis ſoleat reddere nullam obligationem fideiuſſo-
ris, *l.cum lex, l.fideiuſſor obligari. ff.de fideiuſſ.* atta-
2 men hoc non procedit in caſu iſto † in quo ſe prin-
cipaliter obligauerunt, & principales ſe conſtitue-
runt, *Alex.in Addit. ad Bar. in l.Marcellus, in princ.
ff.de fideiuſſ.Pariſ.conſ.16. nu.113. lib.2. Natta, conſ.
262. num.14. Mohed. deciſ.2.de fideiuſſ.* fuit deciſum
*in vna Tudertina Cenſus, 26. Maij, 1600. coram b.m.Iu-
3 ſto.* tantò † magis, quia interuenit iuramentũ, *Nat-
ta, & Mohed. vbi ſupra.* Rurſus nullitas Cenſus non
inficit obligationem Gabinij, & Alexandri, quia
Cenſus nõ erat nullus ex aliquo defectu prouenien-
te ſecundum iuris communis diſpoſitionẽ, ſed nulli-
tas eſt ex iure fauore ſpeciali propter diſpoſitionem
4 Statuti, † quo caſu ſuſtinetur obligatio fideiuſſoris,
*Pariſ.d.conſ.16.num.111.& ſeq.Grat.conſ.81.num.21.
lib.1.Gabr.de Clauſula, concluſ.10.nu.6.* faciunt tradi-
ta per *Sarnenſ. de annal. quaſt.78. num.7.* Accedit
5 quod † iſti ſe obligarũt, & teneri voluerunt in euen-
tum nullitatis, & inualiditatis contractus ex quouis
capite, & defectu, & propterea tantum abeſt quod
nullitas perimat obligationem ipſorum, quod im-
mo faciat illi eſſe locum, vt dixit Rota in illa Tu-
dertina Cenſus.

Coram eodem, in eadam cauſa, Mercurij 27.Iunij. 1612.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor non obligatur, quando principalis obligatio
eſt ipſo iure nulla.*
*Limit.1. Quando fideiuſſor obligauit ſe vti principalis,
& cum iuramento, num.3.*
*Limit.2. Quando fideiuſſor voluit teneri etiam in caſu
nullitatis contractus, num.4.*
2 *Acceſſorium non poteſt ſtare ſine principali, cui accedit.*

DECISIO CXCIII.

DOMINI ſteterunt in deciſis eſſe rela-
xandum mandatum contra Gabi-
nium, & litis conſortes non obſtante
nullitate Cenſus rationibus, de qui-
bus in Deciſione.

1 Non obſtat quod ex aduerſo dicitur, † quando
obligatio principalis eſt ipſo iure nulla, ita vt ne-
que etiam naturaliter obliget nullam etiam eſſe fi-
2 deiuſſoriam: quia hoc verum † in mero fideiuſſore,
quem eſt impoſſibile efficaciter teneri nulla exiſtẽte
obligatione cui accedat, vt dicit *Ceph.* ex aduerſo
citatus, *conſ.437.nu.28* cum acceſſoriũ abſque prin-
cipali originem habere non poſſit, vt dicit *idem ibi,
3 nu.32.* Secus autem eſt in eo, † qui ſe principaliter,
& cum iuramento obligauit: eius enim obligatio
nullam habet dependentiam ab obligatione al-
terius, ſed conſideratur per ſe ſola, & propterea
deciſione Mohed. 2. de fideiuſſor. & aliæ allegatæ in

Digitized by Google

Deciſione loquuntur de nullitate obligationis illius, qui principaliter contraxit nulla habita diſtinctione, quia ſemper viget ea ratio quod obligans ſe principaliter non poteſt dici obligatus acceſſoriè: iſta enim inuicem repugnant, & perinde eſt ac ſi ſolus ſe ad ſoluendum obligaſſet, vt dicit *Rota in vna Romana repetitionis indebiti, 16. Nouembris, 1573. coram Robuſterio*, relata inter diuerſas, *deciſ. 102. ſub num. 1. par. 1.* Et quod dicat *Laurent. de Pin. conſ. 71. num. 4.* poteſt procedere in caſu ſuo, quia ibi licet loquatur in eo, qui ſe obligauit vti principalis, attamen ex multis verbis per eum ponderatis apparet, quod verè non promiſerat, vti principalis. *Deciſio Romana de Prouanis coram Orano,* non obſtat: quia licet ibi dicat quod cõtractus ab initio reſpectu minorum fuerat validus, attamen non dicit econuerſo quod ſi fuiſſet ab initio ipſo iure nullus non valuiſſet obligatio alterius accedentis principaliter. Immo contrarium ſentit, dum reſpondendo ad regulam, quod exiſtente nulla obligatione principali ſit etiam nulla obligatio fideiuſſoria: primò reſpondet, quod contractus ab initio non erat nullus: ſecundò, quod obligatio fideiuſſoris erat vti principalis, & dicit regulam prædictam has duas limitationes recipere, quas vti diuerſas aſſignat.

Non obſtat quod dicitur de defectu formæ cenſus, quia non fuerunt numeratæ, & receptæ pecuniæ, & ob id ceſſat obligatio præexiſtẽs, in qua poſſit conſiſtere cenſus: quia Gabinius, & Alexander
4 † non ſolum ſe obligarunt pro ſolutione in caſu validitatis cenſus, ſed etiam in caſu nullitatis ad omnia damna, & intereſſe, propter quam nullitatem ex quocumque capite contingeret factus fuit locus obligationi damnorum, & intereſſe, vt dictum fuit *in Tudertina Cenſus, 26. Maij, 1600. coram b. m. Iuſto,* vbi dicitur hoc prius fuiſſe deciſum *in vna Romana de Alexijs, 1. Iunij, 1587.*

R. P. D. Litta, Bononienſis releuationis indemnitatis, Lunę 10. Ianuarij, 1600.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor debet releuari ſine damno à ſuo principali.*
2 *Fideiuſſor qui ſoluit poteſt agere pro releuatione ſuæ indemnitatis.*
3 *Fideiuſſor non poteſt agere pro releuatione ſuæ indemnitatis antequam ſoluat.*

DECISIO CXCIV.

DOMINI tenuerunt ſentẽtiam latam per Auditorem Generalem Ciuitatis Bononienſis ſub die 16. Maij, 1598. ad fauorem Dominorum de Vrſis eſſe confirmandam, quãtum videlicet, ad eius primam partem in qua hæredes de Fibbiis condemnãtur ad reſtitutionem librarum quinque millium pro cẽſibus decurſis & non ſolutis per eos, vt tenebantur, ſed per Dominos de Vrſis eorum fi-
1 deiuſſores, quos tamen ipſi de † Fibbiis indemnes omnino releuare tenentur, moti hac ratione, quia dicta ſententia apparet lata ſeruatis ſeruandis, & de iuſtitia illius reſpectu dictæ condemnationis dubitari non poteſt ſtatim quod conſtat Dominos de Fibbiis teneri releuare indemnes ipſos Dominos de Vrſis reſpectu promiſſionis per eos factæ ad commodum emptoris Cenſus de qua in actis, & conſtat ex quietantiis creditoris dicti Cenſus in actis productis, quod Vrſi cum effectu ſoluerunt dictas libras quinque mille pro ipſis de Fibbiis debitoribus, quo
2 † fit vt iure merito quo ad dictam ſummam intret eorum obligatio de indemnes conſeruando Vrſos, & per conſequens condemnatio præfata valida ſit ad tradita per *Alex. conſ. 114. in principio, & num. 1. & conſ. 199. num. 3. lib. 3. Benint. deciſ. 81. nu. 11.*

Quantum verò ad ſecundam partem dictæ ſententiæ in qua præfati de Fibbiis condemnantur ad ſoluendum Cenſus decurrendos non poſſe confirmari, vti iniuſtam cenſuerunt Domini ea ratione
3 moti, † quia agi non poteſt pro releuatione indemnitatis contra promittentem antequam is cui facta fuit talis promiſſio damnum patiatur ad tradita per *Alex.* & alios ſupra citatos.

R. P. D. Corduba, Romana ſeu Bononienſis Cenſus ſcutorum vigintiquinque millium, Lunæ 7. Maij, 1601.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum calumniæ petitum, ſi non præſtetur, proceſſus redditur nullus.*
2 *Sufficit tamen ſi præſtetur à procuratore habente generale mandatum ad lites.*
3 *Procurator habens generale mandatum ad lites, poteſt iurare de calumnia.*
4 *Forum qui ſortitur vbi contrahit, & in loco deſtinatæ ſolutionis.*
5 *Forum ſortiri, & ligari ſtatutis à pari procedunt.*
6 *Emptor Cenſus non poteſt cogere venditorem ad illum redimendum.*
7 *Fideiuſſor Cenſus poteſt cogere venditorem, vt eum eximat à fideiuſſione, vel Cenſum extinguat.*
8 *Fideiuſſor de euictione tamquam conditionalis non poteſt agere, vt liberetur ante ſequutam euictionem.*
9 *Diu quis dicitur ſtetiſſe in fideiuſſione ſi per nouem annos in ea ſtetit.*
10 *Fideiuſſor in inſtrumento habente executionem paratam, poteſt agere contra principalem.*
11 *Contrarium placuit Rotæ vti magis communiter receptum.*

DECISIO CXCV.

FVERANT condemnati per A. C. Illuſtriſs. Dominus Comes Philippus de Pepulis, & Dominus Philippus de Felicinis ad liberandum R. P. D. Ioan. Baptiſtam Voltam & conſortes à fideiuſſione in qua pro ipſis interceſſerant ab anno 1592. contra quam ſententiam opponebatur.

1 Primò, de nullitate † ob non præſtitũ iuramentum

calum-

calnmniȩ, c. 1. de iuram. cal. in 6. vbi Frune. et Scribent.
Put. deciſ. 398. lib. 2. Sed fuit reſponſum huiuſmodi
iuramentum fuiſſe pręſtitū in terminis ſubſtantiali-
bus ante, & poſt proteſtationem per procuratorem
2 habentem generale mandatum ad lites quod † vi-
debatur ſufficere, vt fuit reſolutum in vna Romana
reſciſſionis contractus, 16. Maij, 1590. coram R. P. D.
Penia, & in Praneſtina contractus, 4. Iunij, 1599. co-
3 ram me. Nam † talis procurator poteſt iurare de
calumnia, Bart. in l. qui bona, §. qui aliena, num. 17. ff.
de damno infecto, & ibi Alex. num. 8. Et ita obſeruari
de generali conſuetudine, quidquid de rigore iuris
eſſet dicendum, teſtantur Mattheſil. ſingul. 149. inci-
pit Nota, quod ſine, verſ. tamen hoc tam ſtricte, lib. 1. &
alij, qui per informantes allegantur.

Secundò, opponebatur etiam de iniuſtitia, quia
ſententia eſt fundata in Statuto Vrbis, lib. 1. cap. 94.
& cap. 157. Quod prætendebant non poſſe intrare
tam reſpectu fori cum ſit ordinatorium, quam per-
ſonarum, quæ erant forenſes, quam etiam qualitatis
obligationis Cenſus de ſui natura perpetui, & quia
eſſent fideiuſſores de euictione.

Hoc tamen Dominis non placuit, quia quo ad
primum oppoſitum Statutum verè eſt deciſorium
obſeruatum in omnibus tribunalibus, vt fuit reſo-
lutum in cauſa liberationis à fideiuſſione pro Sfortys,
19. Decembris, 1597. coram Mellino.

4 Secundò, reſpectu perſonarū minus placuit, † cum
enim contractus fuiſſet celebratus in Vrbe, & ibi
etiam deſtinata ſolutio Forenſes ligantur Statutis,
Bar. in l. quod licitum, num. 7. ff. de verb. oblig. & in l.
1. num. 17. cum ſeq. C. de Summa Trinit. & fide catol.
Alex. conſ. 21. num. 3. lib. 2. Soc. conſ. 97. num. 1. verſ.
alio etiam modo, lib. 1. Ruin. conſ. 201. num. 10. verſ.
nec obſtat quod ſtatutum, lib. 1. Corn. conſ. 64. in fine,
5 lib. 3. † Nam ſortiri forum, & ligari Statutis à pari
procedunt, Dec. in c. quæ in Eccleſiarum, num. 15. de
conſtit. Alex. conſ. 210. num. 2. & conſ. 211. num. 5.
lib. 2. cum aliis allegatis.

Quantum ad contractum Cenſus, qui eſt perpe-
6 tuus nihil dixerunt Domini obſtare: iſta † enim per-
petuitas cōſideratur reſpectu emptoris qui non po-
teſt cogere venditorem ad redimendum Cenſum,
reſpectu autem venditoris Cenſus eſt redimibilis, &
7 ſic fideiuſſor † poteſt cogere venditorem ad redi-
mendum Cenſum, vel ipſum à fideiuſſione liberan-
dum. vnde ceſſabat etiam quod dicebatur fideiuſ-
ſorem ab initio intellexiſſe ſe perpetuo obligare,
iux. not. per Caſtr. & Ang. in l. fideiuſſor, ff. de fideiuſſ.

Minus etiam obſtabat quod reſpectu fructuum
decurſorum ſolutione facta per Dominum Comi-
tem, Dominus Volta fuerat liberatus, quo verò ad
fructus decurrendos cauſa nondum dicitur nata.
Nam fuit reſpōſum quod licet dies ſolutionis non-
dum venerit, tamen cum ex inſtrumento ipſo ſit na-
ta actio, ſatis erat ad dictum effectū, aliàs numquam
eſſet locus liberationi, niſi purificata obligatione,
& poſtquam ei locus factus fuiſſet contra tradita
per Afflict. deciſ. 241. num. 3. & ibi Vrſill. num. 4.

Nec etiam placuit obiectum quod obligatio fuit
pro euictione bonorum ſuper quibus erat Cenſus
8 impoſitus, † quo caſu cum ſit conditionalis ante ſe-
quutam euictionem non producit actionem. Nam
dixerunt Domini ſtatutum nō intrare quo ad obli-
gationem euictionis, ſed benè habere locum quo
ad alias obligationes, nempè ſolutionis Cenſus, quæ
eſt continua, & pura.

Ad id verò quod dicebatur actum fuiſſe inſoli-
dum contra Dominum Comitem, qui tantum rati-
ficauit inſtrumentum pro rata dumtaxat ad eum
ſpectante facilis fuit viſa ſolutio ex lectura inſtru-
menti, ex quo apparebat obligationem releuatio-
nis fuiſſe inſolidum vniuſcuiuſque ad fauorem fide-
iuſſorum; illa autem diuiſionis pro rata pretij ſta-
bat inter ipſum, & Philippum Felicinum, qui pecu-
nias receperat.

His accedebat quod prætenſa petitio liberatio-
nis à moleſtiis ſatis æqua fuit Dominis viſa; tum ex
ſtatutaria diſpoſitione, d. cap. 157.; tum ex diſpoſi-
9 tione iuris communis, † cum ſatis dicatur arbitrio
Iudicis ſtetiſſe diu in obligatione per ſpatium no-
uem annorum, Gloſ. in verbo, condemnetur, in l. Lu-
cius Titius, ff. mand. vbi communiter Scribentes, So-
cin. regula 148. Fullent. 111. Afflict. deciſ. 241. nu. 30.
verſ. ſecundo ſi diu ſtetit. Menoch. de arbitr. caſu 41.
Præſertim ſtantibus moleſtiis paſſis ſuper ſolutione
fructuum, de quibus atteſtabantur Notarij. VI-
tra quod Dominus Volta ſolitus erat abeſſe cauſa
Reip. quo caſu intrant deducta per Caſſan. in con-
ſuetud. Burgund. de ſentent. Rubr. 5. num. 25. Vrſill. ad
Affl. d. deciſ. 241. num. 4.

10 Quæ dicebantur pro parte fideiuſſorum, † quod
fideiuſſor poteſt agere contra principalem quando
obligatio fideiuſſoris habet executionem paratam
ad tradita per Bar. in l. fideiuſſor pro venditore, num. 1.
11 ff. de fideiuſſ. non placuerunt Dominis, † ex quo
fideiuſſor ab initio hoc potuit præuidere, & con-
trariam tenet Angel. Paul. Roman, Imola, & Salic. in
l. ſi pro ea, C. mand. & in l. frater à fratre, vbi Iaſ. num.
14. & Gozad. num. 42. ff. de cond. indeb. & hanc atte-
ſtatur magis communem Pruſt. Galleſ. de oblig. came-
ral. 3. par. tit. de priſon petent. execut. num. 5. & ſeq.

Et ex his Domini dixerunt ſententiam A. C. eſ-
ſe exequendam.

Illuſtriſſimo Cardinale Blanchetto, Eugubina, ſeu Peruſina Cenſus, Lunæ 15. Iunij, 1598.

SVMMARIVM.

1 *In Saluiano non admittitur exceptio requirens altiorem indaginem.*
2 *Inualiditas Cenſus non infert inualiditatem obligationis bonorum pro indēnitate fideiuſſoris praſtiti in Cenſu.*
3 *Fideiuſſor rectè agit vt liberetur à moleſtijs, quæ ſibi de facto inferuntur.*
4 *Fideiuſſor ſoluens debitum, quod ſuus principalis ſæpius ſoluit, non poteſt reprehendi.*

DECISIO CXCVI.

MERITO reſponderunt Domini ſentētiam
ad fauorem Dominorum de Carbonanis
in partibus laram damnata ſecunda ſen-
tentia eius infirmatoria per R. P. D. Cordubam
fuiſſe

fuiſſe confirmatam. Quia de illius iuſtitia conſta-
bat ex eo quod cum Rodulphus de Carbonanis in
vim fideiuſſionis nomine Vincentij Blaxiotti ad fa-
uorem Capitanei Io. Pauli Accoramboni in impo-
ſitione cuiuſdam Cenſus factæ eidem Capitaneo
plures Cenſus terminos ſoluiſſet dicti hæredes pro
recuperatione ſoluti iudicium Saluiani Interdicti
cõtra Franciſcum Ridolphinum & eius patrem in-
ſtituerant & in eo vltra cetera ad obtinendum in
Saluiano probauerant Franciſcum dicta bona poſ-
ſidere, quæ aliàs pro aſſecuratione fideiubentis Ro-
dulphi idem Blaxiottus eidem obligauerat.

Nec enim potuerunt excludi ſub prætextu quod
1 Cẽſus cui acceſſerat Rodulphus eſſet nullus: † nam
ſi in Saluiano non admittitur exceptio requirens al-
tiorem indaginem, vt de communi teſtatur *Franc.
Sarment. de reditib. eccleſ. par. 3. cap. 2. num. 25.* &
tenuit *Rota coram R. P. D. meo Decano in vna Romana
Cenſus, & alia Ceſenatenſi bonorum. 28. Iulij, 1596.*

2 Neque † ex inualiditate Cenſus infertur ad in-
ualiditatem bonorum obligationis factæ per Bla-
xiottum pro cõſeruatione indemnitatis Rodulphi,
cum vnum nihil habeat commune cum alio, *l. Pa-
3 pinianus exuli, ff. de minor.* Licet † enim Cenſus præ-
ſupponatur nullus, nihilominus impediri non poſ-
ſunt fideiuſſores agere, vt liberentur à moleſtiis
etiam de facto ſibi illatis, *Gloſ. & Caſtr. in l. ſi quis,
C. depoſ. Soc. conſ. 70. in princ. lib. 3.* vt fuit reſolutum
*coram R. P. D. Gypſio, in vna Anconitana aſſecurationis,
27. Ianuarij, 1595.* Quod eo magis dicendum vide-
batur, quia Blaxiottus principalis debitor huiuſ-
modi prætenſionem nullitatis Cẽſus numquam ap-
poſuit, ſed eius fructus, bonam fidem agnoſcendo,
4 quamdiu in humanis fuit ſoluit: ex quo patet † fide-
iuſſorem in nihilo peccaſſe, ſi eius fidem ſequutus
eandem ſolutionem fecit, *l. Quintus Mutius, ff. mand.
Bal. in l. procurator, num. 5. ff. de cond. indeb.*

R. P. D. Corduba, Romana fideiuſſionis de repreſentando, 17. Maij, 1595.

SVMMARIA.

1 *Mora committitur per lapſum diei, vbi adeſt obligatio cameralis.*
2 *Obligatus ad factum poteſt capi perſonaliter.*
3 *Condemnatio ad intereſſe non poteſt fieri non facta liquidatione.*
4 *Sors peti poteſt loco intereſſe, ſtãte obligatione camerali.*
5 *Obligatus in forma cameræ, tenetur ad intereſſe.*
6 *Fideiuſſor non obligatur in plus, quã principalis debitor.*
7 *Fideiuſſor poteſt teneri executiuè licet principalis, non teneatur.*
8 *Inſtrumenta rogata per Notarium actuarium, non ſunt exhibenda.*
9 *Pars citata, debet ſemper opponere.*
10 *Calculatio poteſt ſemper fieri etiam poſt mandatum.*

DECISIO CXCVII.

DVBITAVI an A.C. potuiſſet relaxare man-
datum contra Bartolomæum Queſada pro
ſcutis duobus mille, & pro fructibus ob non
repræſentationem Georgij: & cum hæc cauſa fuiſ-
ſet propoſita coram R. P. D. meo Arigono, 22. Ia-
nuarij, 1594. propter diuerſas dominorum ſenten-
tias non potuit capi reſolutio. tandem me in eius
locum ſubrogato iterum proponente, 17. Maij præ-
ſentis anni, fuit pro maiori parte reſolutum dictum
mandatum potuiſſe relaxari: non enim fuit relaxa-
tum vigore ſententiæ, & rei iudicatæ de eximendo
Radium à fideiuſſione, vel dando idoneum releua-
torem, ſed vigore propriæ obligationis Queſadæ in
qua duo continentur. Primum obligatio de repre-
ſentando poſt duos menſes ſub pœna debiti pro
quo detinebatur. altera obligatio ad factum, ſcili-
cet, ad damna, &c. cuius vigore dictum mandatum
potuit executioni demãdari, pro damnis, & intereſ-
ſe, quæ nihil aliud ſunt quam extinctio Cenſus, vt
ab illo fideiuſſores liberentur, cum igitur dicto tem-
1 pore non repræſentauerit lapſo illo † ſtante obliga-
tione camerali commiſſa eſt mora, *l. magnam, C. de
contr. ſtipul.* vbi Doctor. communiter *deciſ. Pedem.
48 num. 6.* vnde ſucceſſit obligatio expreſſa ad di-
cta damna, & intereſſe, ad quæ ipſo citato fuit de-
cretum, & relaxatum mandatum quod fieri potuit:
2 † quia quando ſolum teneretur ad factum, intraret
mandatum perſonale. *Alex. in l. 2. §. fideiuſſorem,*
vbi omnes alij, *ff. qui ſatiſd. cogant.* Sed quia non
3 † facta liquidatione non poterat fieri condemnatio
ad intereſſe, ſucceſſit obligatio cameralis, ex qua
4 executiuè potuit agere, & loco † illius petere ſortem
principalem, vt probauit *Rota Diuerſ. deciſ. 741. nu.
1. par. 1.* tradit *Galleſ. de obligat. cameral. par. 3. tit.
de vi inſtrum. num. 11. Bal. in l. ſi traditio, C. de act.
emp. Ruin. conſ. 141. num. 9. lib. 1.* Ex his tollitur
obiectum, quod cum obligatio Queſadæ eſſet de
præſentando Georgium ſub pœna debiti, non po-
tuiſſet condemnari niſi pro debito pro quo ipſe
Georgius detinebatur, quod erat vel de eximendo
Radium à fideiuſſione, vel de dando fideiuſſores
idoneos de conſeruando indemnes ex *Statuto Vrbis,
lib. 1. cap. 158.* Nam licet obligatio Georgij eſſet
5 huiuſmodi, † Quaſada tamen tenebatur repræſen-
tare, & ad damna, & intereſſe propter obligatio-
nem cameralem per ipſum factam.

Et difficultas videtur ceſſare ſtante declaratione
per ipſum facta, quo obligauit ſe velle ſoluere de-
bitum, nec appellauit poſt relaxationem mandati
A.C. ſed petiit admitti ad beneficiũ cap. Odoardus.

Nec obſtat quod principalis non tenebatur niſi
6 alternatiuè, & † inde fideiuſſorem non poterat in
plus obligare, *l. pupillus, cum vulgar. ff. de verb. oblig.*
Eſto quod ſit veriſſimum vigore Statuti, poſt man-
datum tamen ſuſpicionis fugæ Georgij principalis
tenebatur aſſecurare iudicium ſi volebat excarce-
rari, vt fuit factum mediante cautione præſtita de
repræſentando, & ad damna; vnde hæc obligatio
non dependet ab illa vigore Statuti, ſed à carcera-
7 tione; † fideiuſſor autem teneri poteſt executiuè,
licet non teneatur principalis, vt fuit dictum *coram
R. P. D. Penia, 26. Maij, 1594. in illa Romana Saluiani
Interdicti.*

Nec etiam obſtant nullitates, quæ opponuntur,
quod nihil conſtabat in actis, quia inſtrumenta non
8 fuerunt repetita: † quia cum ſint rogata coram eo-
dem Notario, dicuntur eſſe in actis, quæ iudex ſæpè
vidit in contradictorio ad relaxandum mandatum.

nec

nec oſtenditur aliqua partis proteſtatio, nihil fieri
9 niſi ſeruatis ſeruandis: † pars enim citata debet op-
ponere, *deciſ.99. par.2.*

Secunda nullitas quod Queſada non fuerit cita-
tus ad calculandum, & fuit proteſtatus minus ob-
10 ſtat: † ſemper enim fieri poteſt calculatio etiā poſt
mandatum. Præterquam quod illa oppoſitio facta,
20. Auguſti, 1589. videtur calumnioſa cum ſumma
eſſet liquida, & mandatum poſtea 27. eiuſdem fue-
rit relaxatum quibuſcumque non obſtantibus cum
intimatione, quæ fuit executa 30. eiuſdem, & poſtea
2. Septembris, fuit facta alia intimatio qualiter Do-
minus quibuſcumque non obſtantibus relaxauit
mandatum executiuum, & ſic illa petitio calculi
nihil facit, cum non ſub priori termino, ſed ſub ſe-
cūdo, die 2. Septembris, fuerit facta dicta relaxatio.

Nec dicendum eſt quod intereſſe non erat pro
ſumma duorum millium ſcutorum, quia fuit extin-
ctum debitum ſcutorum quingentorum pro quo
idem fideiuſſor erat obligatus: nam pro hoc non te-
nebatur ipſum liberare à noua obligatione Ceſus.

Illuſtriſſimo Cardinale Pamphilio, Romana pecuniaria, Lunæ. 25. Iulij, 1601.

SVMMARIA.

1 *Actio de euictione non datur antequam ſequatur eui-
ctio.*
2 *Si tamen res tradatur à ſciente illam eſſe alteri obliga-
tam poteſt conueniri ad intereſſe, etiam antequam res
euincatur.*
3 *Intereſſe taxatur iuxta rei euictæ æſtimationem.*
4 *Obligatio rem tradi habet admixtam obligationem rem
dari.*
5 *Obligatus rem dare tenetur illam dare liberam, ita vt
ab eo dominium, auocari non poſſit.*
6 *Prohibitio alienationis expreſſa impedit dominij tranſ-
lationem.*
7 *Res expreſsè alienari prohibita poteſt ſtatim ſequuta
alienatione per ſubſtitutos auocari.*
8 *Clauſula, de ſuo dato, &c. non liberat venditorem
ſcientem alienantem rem fideicommiſſo ſubiectam ab
æſtimationis reſtitutione.*
9 *Clauſula, de ſuo dato, &c. non liberat à facto ſuorum
auctorum.*
10 *In actione vt res libera tradatur veniunt damna &
intereſſe.*
11 *Donator non tenetur de euictione.*
12 *Limit. ſi contractus incipiat à promiſſione.*
13 *Emens ſcienter rem ſuppoſitam fideicommiſſo, non agit
de euictione.*
14 *Dummodo ſcientia ſit clara.*
*Limit. ſtante expreſſa prohibitione alienationis, nume-
ro 17.*
15 *Scientia præſumitur ex diuturna cohabitatione.*
16 *Limit. in teſtamentis, & inſtrumentis.*
18 *Pactum appoſitum fauore vnius intelligitur, ſi ipſe illo
velit.*

DECISIO CXCVIII.

FVIT per Dominos reſolutū Dominum
Pompeum eſſe cogendum ad ſoluēdum
Franciſcæ ſcuta noningenta etiam non
ſequuta euictione terrarum datarum:
1 † Quia regula, *l.qui rem, C.de euict.* quod ante ſe-
quutam euictionem agi non poſſit, *l.ſi plus, §.mora,*
2 *ff.eod.tit. de euict.* non procedit quando † debitor
ſciens tradit rem alteri obligatam, quia tunc agi
poteſt ad intereſſe etiam antequam euincatur, *l.ſer-
uus, §.fin. ff.de act.empt. l.ſi hominem, ff.de ſolut. Do-
ctor.* communiter, & præſertim *Bart. in d.l.qui rem,*
& fuit latè deductum *coram Domino meo Seraph. in
vna Romana Cenſus ſub die 17. Martij, 1577. num.3. &
in alia Anconitana euictionis pradij ſub die 3. Martij,*
1586. & iſte eſt caſus de quo agitur.

Quia Pompeus paulò ante recuperauerat iſta
bona à fiſco vigore fideicommiſſi Lucæ ſenioris, &
ſic ſciens illa eſſe ſubiecta fideicommiſſo, ideo tene-
3 tur ad intereſſe, † & conſequenter ad illorum æſti-
mationem. *Bal. in l.ſi traditio, quæſt.4. C.de euict.
Ruin. conſ.141. num.9. circa fin. lib.1.* cum allegatis
in cauſa Romana dotis, 11. Februarij, 1583. coran [illegible]*m.
Cantuccio.* Et hæc tantò magis procedunt, [illegible]ia
Pompeus promiſit dare, & tradere terras de q[illegible]us
agitur, quo caſu tam ratione obligationis rem tra-
4 di, † quæ habet admixtam obligationem rem dari.
*Bart. in l.certi condictio, num.22. & ibi Dec. num.11.
cum ſeq. ff.ſi cert.petat.* quam ratione ipſius obliga-
tionis rem dari poteſt contra Pompeum agi vt res
5 libera tradatur: † qui enim tenetur rem dare, tene-
tur illam cum effectu liberam dare, vt dominium
ab alio auocari non poſſit, *l.Iulianus, §.qui fun-
dum, vbi Iaſ. num.5. ff.de verb.oblig.* & fuit dictum *in
illa Romana Cenſus, num.7. cum ſeq.*

6 In caſu autem propoſito † propter expreſſam pro-
hibitionem alienationis factæ à Luca ſeniore non
potuit dominium terrarum transferri in Frāciſcum,
7 vt not. *in l.filiusfamilias, §.Diui, ff.de leg.1.* † ita vt
ab ea auocari nō poſſit à ſubſtitutis in caſu aliena-
tionis, vt fuit latè deductum *in cauſa Spoletana ter-
rarum de anno 1599. coram Domino meo Mellino,* & ſic
ratione intereſſe tenetur Pompeus ad ſoluendum
Franciſcæ æſtimationem terrarum inueſtiendam,
ita vt obnoxia pactis, & conditionibus, de quibus
in inſtrumento penes ipſam & eius filios, & deſcen-
dentes ſit perpetuo permanſura, prout ipſæ terræ
permanere debebant.

Non obſtat quod in euentum euictionis terrarum
Pompeus noluerit teneri, niſi de dato, & facto ſuo:
8 quia † nihilominus tenetur ad æſtimationem ſtante
ſcientia quod bona erant ſubiecta fideicommiſſo,
& prohibitioni alienationis, *l.emptorem, §.fin. ff.de
9 act.empt. Pedem. deciſ.24. ſub num.2.* Maximè † re-
ſpectu facti ſuorum auctorum, *Doctor. in l.ſi ſeruus
furtiuus, in princ. ff.de condit. furt. Marſil. ſing.656.*
cum allegatis per *Tiraq. de retractu Conuent. §.1.
Gloſ.6. num.5.* Vltra quod Franciſca non agit de eui-
ctione, ſed primæua actione, vt terræ liberè tradan-
tur, *l.creditor, §.prædium, ff.de act.empt. l.ex ijs præ-
dijs, & ibi Gloſ. in verbo, exempto, C. de euict. Gloſ.fin.
in d.l.qui rem, C.eod. Cuman. in d.l.Iulianus, §.qui fun-
dum, num.6. & ibi Iaſ. num.6. ff.de verb.obligat. Dec.
conſ.*

conſ.102. in fine, Pedem. deciſ.24. num.4. Alex. in
10 *conſ.63. num.11. lib.6.* vbi quod in iſta † actione
veniunt damna, & intereſſe, quod etiam tenuit
Rota in vna Anconitana de Gazzis ſub die 25. Iunij, 1580. coram Domino meo Seraphino, & ſæpius in
aliis cauſis.
11 Non obſtat quod dicitur Pompeum † vti dona-
torem non teneri de euictione, iuxta *l. Ariſto, §.fin.*
ff.de donat. quia non verſamur in donatione, ſed in
tranſactione quadam, ſeu potius recompenſatione,
12 & facit quod tex. in *d.l.Ariſto* † nõ procedit quan-
do, vt hic contractus incipit à promiſſione, vt tradit
ibi Gloſ. Bar. & alij. Corn. conſ.141. num.8. lib.2. Gozad. conſ.60. num.4. & fuit reſolutum *in cauſa Portuenſi bonorum de Columna ſub die 26. Iunij, 1581. coram Domino meo Seraphino.*
13 Non obſtat † quod ſcienti bona eſſe ſubiecta
fideicommiſſo non datur actio de euictione, *l.ſi fun-*
dum ſciens, C.de euict. Quoniam negatur ſcientia
14 Franciſcæ, † quæ debet eſſe clara, & licet quãdoque
15 ſoleat ex diuturna cohabitatione † præſumi in his
quæ ſenſu corporis percipiuntur, ſecus tamen eſt in
16 iis, † quæ pendent à teſtamentis, & inſtrumentis,
quæ non probantur penes ipſam aliquando extitiſ-
ſe, nec ſolent in notitiam deuenire. *Aim. conſ.168.*
num.5. Præſertim ſtante expreſſa prohibitione alie-
17 nationis † ſcientia fideicommiſſi non ſolet haberi
in cõſideratione, vt fuit latiſſimè deductum *in cauſa Romana Palatij de Garronibus, ſub die 8. Martij, 1577. coram b.m. Cantuccio.*
Non obſtat pactum quod in euentum euictionis
liceat Franciſcæ redire ad eius primæua iura, perin-
de ac ſi præſens inſtrumentum factum non fuiſſet,
18 quia fuit appoſitum fauore Franciſcæ, † & intelli-
gitur ipſa volente, *l.2. ff.de leg. commiſſ. Ruin. conſ.35. num.31. lib.1. & conſ.93. num.8. lib.3. Tiraq. in l.ſi vnquam, in verbo, reuertatur, num.10. C.de renoc. donat.* Et ideo eſt in eius electione, vel redire ad iura
ceſſa, vel petere æſtimationem.
Et ita Domini reſoluerunt.

Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, Bononienſis Cenſus, Mercurij 5. Martij, 1603.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor Cenſus tenetur pro euictione fundi, & pro ſolutione Cenſus.*
2 *Fideiuſſor euictionis ante ſequutam euictionem, fruſtra petit ſe liberari à fideiuſſione.*
3 *Fideiuſſor Cenſus poteſt petere ſe liberari ab obligatione ſoluendi Cenſum.*
4 *Fideiuſſor quando dicatur diu ſtetiſſe in obligatione, eſt in Iudicis arbitrio.*
5 *Fideiuſſor qui paſſus fuit moleſtias, licitè petit ſe à fideiuſſione eximi.*
6 *Conditionem eueniſſe non eſt probandum, quando id eſt notorium, & clarum.*

DECISIO CXCIX.

1 DVPLEX † eſt obligatio Gnetti ad fa-
norem Dominorum de Durantiis, vi-
delicet, de euictione fundi, & de ſolu-
tione Cenſus.
Quantum ad primam Domini dixe-
runt Balzanus ad cuius inſtantiam Gnettus fideiuſ-
2 ſit non teneri ipſum liberare à fideiuſſione, † quia
ante ſequutam euictionem non poteſt dicere Gnet-
tus ſe in obligatione ſtetiſſe. *Bal. in l. facere, nu.2. Bar. num.3. Alex. num.1. & ſeq. ff.ſol.matr. Salic.* qui
de communi *in l.ſi pro ea, num.5. C.mand. Aret. in §.ſiquis autem, num.3. Inſt. de fideiuſſ. Imola. in l.fin. num.1. & 8. de fideiuſſ. Afflict. deciſ.241. num.4. vbi Vrſill. num.4. Surd. conſ.367. num.19. lib.3. Gail. Practic. Obſeruat. lib.2. Obſeruat.29.*
Quantum ad ſecundam Domini dixerunt Bal-
3 zanum † teneri liberare Gnettum cum diu ſteterit
4 in obligatione, † quod tempus arbitrio iudicis re-
linquitur, *Gloſ. in l.Lucius, in verbo, condemnetur, ff. mand. Aret. in d.§.quod autem, num.3. Socin. reg.148. Fallent.3. Affl. deciſ.241. num.3. verſ. ſecundo ſi diu ſteterit, Menoch. de arbitr. iud. caſu 41. lib.2.* Præſertim
5 ſtantibus moleſtiis † paſſis per Gnettum, vt *in cauſa Romana Cenſus, 7. Maij, 1601. coram Reuerendiſſimo P.*[illegible]*cenſi* nuper noſtri ordinis inſigni Auditore.
Nec facit quod obligatio Gnetti eſt conditiona-
lis in euentum quo certa ratio banchi deſiſteret, de
6 quo nõ fuit doctum, quia † notorium, & plus quàm
clarum eſt illam rationem pluribus ab hinc annis
ceſſaſſe, merito fuit purificata conditio Gnetti.

R. P. D. Cauallerio, Imolenſis Cenſus, Veneris 26. Iunij, 1609.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor Cenſus non poteſt cogere venditorem ad illius extinctionem.*
2 *Fideiuſſor Cenſus poteſt agere contra venditorem, vt liberet eum à fideiuſſionem, vel det conſeruatorem indemnitatis.*
3 *Fideiuſſor dicitur liberatus à fideiuſſione, vel dato alio fideiuſſore loco ſui, conſentiente creditore.*
4 *Vel dato idoneo releuatore.*

DECISIO CC.

IACOBVS Sauſa impoſuit annuũ Cen-
ſum ſcutorum quinquaginta ſuper pe-
tia terræ tornaturarum quinquaginta
vnius ſuæ poſſeſſionis, ſeu tenutæ cum
domibus maioris ſummæ tornatura-
rum; illumq. vendidit Paulo Spadæ
pretio ſcutorum ſexcentorum cum fideiuſſione in-
ter alios Nicolai Grummij, quem Iacobus promiſit
releuare indemnem, qui poſtea ſub prætextu quod
fundus cenſualis eſſet ſub directo dominio Eccleſiæ
S. Laurentij de Imola, & ideo non potuiſſet obliga-
ri, egit coram Gubernatore Imolæ pro liberatione
à fideiuſſione, & conſeruatione indemnitatis con-
tra Iacobum, & obtinuit ſententiam fauorabilem,
in

Digitized by Google

in qua pronunciatum fuit Iacobum teneri, & obligatum eſſe ad liberandum Nicolaum fideiuſſorem, & ad reſtitutionem, & ſolutionem ſcutorũ ſexcentorum, & extinctionem Cenſus. Commiſſa cauſa appellationis in Rota, dubitaui an ſentẽtia de partibus eſſet confirmanda, vel infirmanda.

Et Domini cenſuerunt eſſe infirmandam tam-
1 quam iniuſtam, † quia talis fideiuſſor non poterat
vllo modo agere vti egit ad extinctionem Cenſus,
2 ſed agere debebat † ſimpliciter ad liberationem, &
releuationem. *Surd. deciſ. 94. num. 4. & 5. Afflict. ad conſtitut. Regni, lib. 3. rubr. 12. num. 11.* & ideo non
poterat Iudex præciſè condemnare Iacobum ad dicti Cenſus redemptionem, ſed tãtummodo ad conſeruandum indemnem fideiuſſorem, & ad ipſum li-
3 berandum à fideiuſſione, † quod fieri poterat alio
fideiuſſore loco ipſius dato de cõſenſu domini Cen-
4 ſus, † vel dato idoneo releuatore. Vltra quod Domini etiam dubitabãt an plenè eſſet probata identitas fundi.

Ex quibus, & aliis deductis per informantes, deciſum fuit ſententiam eſſe reuocandam.

R.P.D. Ottembergio, Bononienſis Cenſus, 16. Decembris, 1607.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum calumniæ validè præſtatur in recapitulatione terminorum ſubſtantialium.*
2 *Statutum ligat contrahentes in loco ſtatuentium.*
3 *Principalis reſpectu fideiuſſoris ille eſt, cuius contemplatione fideiuſſit.*
4 *Duo, vel plures rei debendi quo ad ſe ſunt ad inuicem fideiuſſores, ſed quo ad creditorem ſunt omnes debitores principales.*
5 *Fideiuſſor Cenſus tamquam accedens obligationi perpetuæ, non poteſt agere vt liberetur, vt volunt aliqui.*
6 *Fideiuſſor vbi eſt impoſſibile, vt eximatur à fideiuſſione, poteſt petere vt ſibi detur releuator.*
7 *Fideiuſſor Cenſus cum ad plura purè ſit obligatus, poteſt agere, vt eximatur à dicta fideiuſſione.*
8 *Idoneus facultatibus an teneatur præſtare fideiuſſorem à iure requiſitum, eſt apud Scribentes controuerſum.*
9 *Statutum dans facultatem fideiuſſoribus petendi liberationem à fideiuſſione, quomodo ſit intelligendum.*

DECISIO CCI.

DOMINI inhæſerũt aliàs deciſis, quod enim opponitur de nullitate ſententiæ ob defectum iuramenti calumniæ petiti die 9. Septembris redarguitur ex proceſſu coram A.C. in quo legitur fol. 138. non ſolum Pomponium Tartalium Dominorum de Taſcariis, verum etiam Io. Andream Caſtellanum R.P.D. Io. Baptiſtæ Voltæ reſpectiuè procuratorem poſt petitionem, & proteſtationem præuia eorum inſtantia, & iudicis admiſſione terminos ſubſtãtiales, & in ſpecie terminum iuramenti de calumnia die 2. Octobris ſequentis vnico con-
1 textu reiteraſſe, & iuramentum præſtitiſſe, † quod
ſufficit.

Quo ad iuſtitiam attinet Domini concordes fuerunt *Statutum Vrbis, cap. 94. & 157. lib. 1.* ratione
2 contractus † comprehendere partes in vrbe contra-
hentes. Et quamquam Statutum pleriſque in locis declaret quod procedat inter ciues, & incolas, non tamen loquitur taxatiuè, ita vt non habeat locum in aliis caſibus à iure permiſſis, *Veral. deciſ. 195. par. 3. Gozad. conſ. 49. num. 13. & ſeqq. Achill. deciſ. 2. num. 4. de conſtitut.*

Non obſtat quod Statutum loquatur quando quis pro alio ſimpliciter ſe obligauit nullo dato releuatore, ſecus ſi adſint releuatores, vt in propoſito: nam principalis debitor fuit Cardinalis Pepulus, vt continetur in dicto inſtrumento, & ſic Comes Philippus, & Felicinus ſunt releuatores, vnde non videbatur aliud quærendum, aliàs daretur proceſſus in infinitum: quia Domini amplexi ſunt reſponſum per informantes datum quod Dominus Volta promiſit contemplatione Dominorum Philippi, & Fe-
3 licini, & non Cardinalis. † Vnde iſti, non autem
Cardinalis ſunt principales reſpectu Domini Voltæ. *Bar. in l. mandaſti, num. 1. ff. de negoc. geſt.* Licet reſpectu Cardinalis poſſint eſſe fideiuſſores ex traditis per *Gabr. concluſ. 2. de fideiuſſor.*

4 Idem eſt quo ad duos reos debendi, † quod cen-
ſeantur ad inuicem fideiuſſores, quia hoc eſt verum quo ad ipſos, non autem quo ad tertium.

Non obſtat quod cum Cenſus de ſui natura ſit
5 perpetuus, & † fideiuſſor acceſſerit obligationi Cen
ſus non poſſit agere vt à fideiuſſione liberetur, *Bal. conſ. 425. lib. 4. in princ.* vbi concludit non intrare vt fideiuſſor eximatur à Statuto, quando liberatio eſt impoſſibilis, vt eſt exemplum in fideiuſſore tutoris durante tutela, & in fideiuſſore reſtitutionis dotis: quia non ſumus in hoc caſu, vt mox dicetur, & ta-
6 men † etiam in caſu impoſſibili tenetur dare rele-
uatorem, vt ibi concludit *Bald.* & hæc eſt diſpoſitio Statuti.

Non obſtat quod quo ad ſortem principalem Dominus Volta eſt fideiuſſor euictionis, quæ cum nondum fuerit ſequuta, nulla eſt obligatio. Quia
7 reſpondetur † quod fideiuſſor non ſolum tenetur in
hoc caſu de euictione, ſed etiam de ſoluendo fructus Cenſus, quæ eſt pura, licet dies ſolutionis non venerit, *l. cedere diem,* cum ibi not. *de verb. ſign.* tenetur etiam illa obligatione qua fideiuſſit fundum eſſe capacem, liberum ab omni onere, & ſuper eo Cenſum eſſe bene impoſitum, quæ obligatio pura eſt, & nihil commune habet cum fideiuſſione euictionis. *Cin. & Bal. in l. certum, C. fam. hercisc. Alex. conſ. 63. num. 11. lib. 6. Dec. conſ. 162. in fine,* & fuit deciſum *in Bononienſi donationis, coram Illuſtriſſimo Blanchetto.*

8 Quod autem dicitur † idoneum facultatibus non
teneri ad præſtandum fideiuſſionem à lege requiſitam id non eſt planum atque expeditum, vt per *Alex. in l. diuortio, §. interdum, ſub num. 2. verſ. vltimo circa prædicta, ff. ſolut. matrim.* remq. maximam habere difficultatem teſtatur *Rota in Romana Vineæ, 11. Iunij, 1579. coram b.m. Robuſterio.*

Sed omnes difficultates facilè tolluntur ex ipſa diſpoſitione Statuti conditi ad fauorem fideiuſſo-
9 rum, qui ſe obligauerint pro aliquo, † & ſic conſi-
derat ſimplicem obligationem & nudum factum

dando

dando eis facultatem petendi exemptionē ab obligatione ſine diſtinctione perſonarum, aut qualitatum, non exſpectatis, aut requiſitis moleſtiis, quam ob rem non applicatur quæſtio Doctorum, quia procedit iuxta terminos iuris cōmunis in caſu quo fideiuſſor diu ſteterit in obligatione, ad quem effectum requiritur quod principalis ceſſauerit in ſolutione, ac neceſſaria eſt obligatio efficax fideiuſſoris poſt moram principalis. Intentio autem ſtatuentium fuit inducere remedium vniuerſale pro omnibus fideiuſſoribus. Et ex his, &c.

R. P. D. Gypſio, Neapolitana Cenſus, Lunæ 9. Martij, & 10. Aprilis, 1592.

SVMMARIA.

1 *Soluens debitum alienum ex proprijs pecunijs ſuccedit in locum creditoris.*
Intellige, vt num. 3.
2 *Fideiuſſores in contractu Cenſus liberantur per illius extinctionem.*
4 *Res empta ex pecunijs meis, non efficitur mea.*

DECISIO CCII.

REVERENDISSIMVS Dominus Epiſcopus Monopolitanus tamquam procurator Domini Camilli eius fratris vnum annuum Cenſum redimibilem ſuper quadam domo Domini Camilli eius fratris impoſuit, & vendidit Dominæ Lucretiæ Buccaplanudæ, ad cuius fauorem etiam vti principalis, principaliter, & inſolidum acceſſit dictus Dominus Epiſcopus tandem dictus Camillus de anno 1578. Cenſum redemit, & de eodem anno alium maioris ſummæ ſuper eadem domo Abbati Paulutio vēdidit, qui poſt obitum Camilli pro conſequutione ſui crediti cum domus cenſualis ab anterioribus creditorib. Camilli euicta fuiſſet, egit coram A.C. aduerſus præfatum Dominum Epiſcopum obligatum de euictione domus in impoſitione Cenſus Lucretiæ venditi, prætendens etiam ad ipſius commodum de euictione domus teneri forſan
1 ex eo, † quod de pecuniis ab ipſo receptis Camillus
extinxerit illum priorem Cenſum propterea ſucceſſiſſe in ius Lucretiæ primi Cenſus emptricis, ad not. in *l. Ariſto, vbi Gloſ. in verbo, pignoris, in fine, & Bart. num. 7. Quæ res pignor. oblig. poſſ. Neguſ. de Pignor. in 3. memb. 5. part. princip. num. 45. verſ. ſi autem ille.* Sed iſtis, & aliis ab infotmantibus citatis non obſtantibus, Domini reſoluerunt Abbati Paulutio nullam actionem contra Dominum Epiſcopum compete-
2 re; ideo ſententiam A.C. confirmandā eſſe: † quia
per redemptionem Cenſus à Camillo factam ſtatim fuit extincta omnis obligatio aliis orta ex contractu dicti Cenſus, & conſequentet Dominus Epiſcopus fideiuſſor liberatus, *l. 2. cum ibi not. C. de ſolut. l. 2. vbi Bar. ff. de fideiuſſor.* cum concordantibus.

Non obſtat quod Cenſus fuerit extinctus cum pecuniis à Paulutio habitis; quoniam etiam ſi hoc eſſet verum, non propterea dici poſſet ſucceſſiſſe in ius & locum Lucretiæ, ſeu Iuliæ Staibanæ, quæ Cen-
3 ſum Camillo retroceſſit; † quoniam hoc non fuit
actum prout agi oportebat cum Camillo; vel cum ipſa creditrix, quæ in actu retroceſſionis debuiſſet omnia ſua iura prædicto Paulutio ceſſiſſe, & in iſtis terminis loquuntur *Bar. & alij, in d. l. Ariſto.* ad
4 † quod facit regula, *l. ſi ea, & ibi Doctor. C. de rei vend.*
l. quamuis, la ſeconda, C. de pignor. Et quod dicitur rem de pecuniis meis emptam non effici meam. Nam in ea non acquiro ius alterius, niſi hoc incontinenti in ipſo actu emptionis ſit actum ex tex. in *l. licet. C. qui potiora in pign. hab.*

Et ſuadetur quia ſi Paulutius poſſet ſe tueri hac ratione quod extenſio Cenſus fuerit facta de pecuniis ſuis vtique illi ſuffragaretur contra alios creditores Camilli, qui domum per ſubhaſtationem diſtraxerunt, vt dictum eſt.

R. P. D. Corduba, Romana Cenſus, 21. Aprilis, 1597.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum niſi producatur apud acta parte citata, non ſuffragatur.*
2 *Apocha priuata non recognita, non releuat.*
3 *Verba adiecta inter lineas, & non per remiſſam approbatam, ſunt extra corpus ſcripturæ.*
4 *Fideiuſſor Cenſus liberatur per illius extinctionem.*
5 *Rota non ſolet exequi ſententias latas extra eius tribunal, niſi conſtito de bono iure.*

DECISIO CCIII.

CONTRA mandatum relaxatum per A.C. contra Dominum Alexandrum Santinellum multa opponebantur. & Primò, quod illud non erat iuſtificatum ex actis prioris inſtantiæ vbi fuerat relaxatum pro certa ſumma vigore apochæ in qua ſolum promittebatur liberatio à medietate Cenſus Dominorum de Ferris, & tamen nihil erat liquidatum, nec exhibitum inſtrumentum Cenſus, & Iacobus vnus ex correis debendi oppoſuerat non apparere de certa ſumma, & nihil fieri niſi viſis iuribus, & ſeruatis ſeruandis. Nec ſuffragabatur quod inſtrumentum Cenſus eſſet penes acta alterius No-
1 tarij eiuſdem tribunalis: † nam hoc non ſufficit niſi
inſtrumentum producatur parte citata ad dicendum contra in officio illius Notarij, qui eſt actuarius cauſæ, *Bar. in Extrauag. ad reprimendum, verſ. de plano, num. 3. Rom. conſ. 156. num. 3. & conſ. 519. per tot. Couar. Var. reſolut. lib. 1. cap. 1. num. 5.* & fuit reſolutum *coram R. P. D. meo Decano, 25. Nouembris, 1578. in vna Bononienſi de Bodriolis, & in alia Romana Cenſus de Caſarinis, 4. Decembris, 1595. coram R. P. D. meo Pamphilio.*
2 Secundò obiiciebatur † dictam apocham nō fuiſ-
ſe recognitam, à qua pendebat fundamentum iuriſdictionis A.C. *Galleſ. ad form. obligat. Camer. de quæſtion. poſt proceſſ. inciden. num. 2.* & quod fuerat mandatum relaxatum cōtra Dominum Comitem tamquam contra inſolidum obligatum; & tamen Ver-
3 bum, inſolidum, repetiebatur † ſcriptum, & adie-
ctum

Digitized by Google

ctum interlineas, & non per remiſſam approbatam,
inde tamquam extra corpus apochæ nō recipiebat
robur à ſubſcriptione D. Comitis Alexandri, *§. oportet, in Auth. de fide instrum. Felin. in c. ex literis, nu. 10.
verſ. quinta declaratio, eod. tit. Menoc. de arbitr. cent. 2.
lib. 2. caſu* 187. *n.* 40. & fuit dictū *coram me in vna Toletana primitiarū*, 17. *Maij*, 1595. & maximè, quia erat
adiectum manu Iacobilli, qui apocham ſcripſerat,
& cuius intererat quod obligarentur inſolidū propter
ſuam præcedentem obligationem erga Dominum
Andream Bellium, quod inſolidum releuaretur
indemnis ab omnibus ſociis.

Tertiò opponebatur exceptio ſolutionis ex eo
quod medietatem cēſus accollauit ſibi Comes Rainutius
Baſchius in inſtrumento concordiæ celebrato,
20. Maij, 1589. & alteràm medietatem Reuerendiſſimus
4 Caſentinus fideiuſſor extinxerat, † & inde
D. Andreas remanſit liberatus ab obligatione facta
extinguendi cēſum ad fauorem Dominorū de Ferris.
Et licet in emptione Fantinus obtinuerit ceſſionem
à Ferris, non ideo minus dicitur liberatus Bellius
ad cuius fauorem erat ipſe Fantinus pro extinctione
obligatus.

Ex quibus cum res valdè dubia videretur, & multa
hinc inde allegarentur particulari inſpectione
diſcutienda, placuit Rota ſuperſedendū eſſe in exe-
5 cutione, cum † Rota non ſoleat exequi ſententias
extra tribunal latas, niſi conſtito de bono iure.

Reuerendiſſimo Domino Sacrato, Romana Cenſus, Lunæ 27. Ianuarij, 1603.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatam.*
2 *Cameralis obligatio habet executionem paratam.*
3 *Cenſu extincto nec principalis, nec fideiuſſor amplius tenetur.*
4 *Cenſus non ceſſat niſi cum effectu ſit ſatisfactum domino cenſus de ſua ſorte.*
5 *Extenſio non fit in materia ſtricta, & alteri præiudiciali.*
6 *Cenſus non ceſſat niſi conſtituto in mora domino cenſus, & facto actuali depoſito.*
7 *Cenſus non remanet extinctus ſi fundus cēſuatus tranſeat in dominium alterius.*
8 *Fundus cenſuatus tranſit cum onere ſoluendi cenſum.*

DECISIO CCIV.

FVIT reſolutum pro executione mādati
A. C. tamquam legitime relaxati in vim
obligationis cameralis, de qua conſtat
1 per publicum inſtrumētum, † quod facit
probationem probatā, *Bald. in l. Imperator, nu.* 13. *ff. de ſtatu hom. Gramm. deciſ.* 45. *nu.* 14.
2 & † habet executionem paratam, vt per *Galleſ. de
forma obligat. Cameral.* 4. *par. quaſt.* 1.
Non obſtat quod Cenſus de cuius fructibus agitur,
3 fuerit extinctus, vnde † nec principalis, nec fideiuſſor
amplius teneantur tamquam ceſſante cauſa eorum
obligationis ex deductis *in cauſa nullitatis obligationis,* 20. *Iunij*, 1602. *coram R. P. D. Pamphilio & me.* Quia negatur huiuſmodi extinctio. & quatenus
illa deducitur ex eo quod Dominus Actor vnā cum
aliis creditoribus ex Saluiano interdicto interfuerit
pro immiſſione in poſſeſſionē bonorum cenſuatorū,
& fuerit per ſentētiam Iudicis tam pro ſorte, quam
pro fructibus graduatus, & realiter immiſſus, &
quod iidem creditores in vim ſpecialis commiſſionis
Sanctiſſimi obtinuerint eadem bona ſubhaſtari
ad effectum ſibi ſatisfaciendi tam pro ſorte, quā pro
fructibus, & quod tandem Sanctiſſimus particulari
chirographo mandauerit dicta bona deliberari hominibus
Mugnani pro ſumma per eos oblata, & facto
per illos actuali depoſito eoſdem immitti in poſſeſſionem
bonorum abſque alia alicuius citatione,
prout in effectu fuit obſeruatum, & modo dicti homines
reperiantur in poſſeſſione bonorum. Reſpondetur,
quod etiam ſi rēs ita ſe haberet, vt narratur,
nihilominus non reſultaret extinctio Cenſus. nā aut
hoc deducitur ex iis, quæ geſta ſunt antequā Sāctiſſimus
mandauerit bona deliberari hominibus Mu-
4 gnani & cum † vſque ad illud tempus nō fuiſſet ſatisfactum
Domino Actori de ſua ſorte non ceſſauit
Cenſus, quia ad hūc effectum requiritur actualis reſtitutio,
Veral. deciſ. 103. *par.* 1. & fuit dictum *in cauſa
Romana Saluiani Interdicti,* 23. *Iunij*, 1600. *coram R. P.
D. Litta.* Aut extinctio præſupponitur ex ſubſequutis
ad fauorem hominū Mugnani in vim Chirographi
manu Sanctiſſimi ſignati. & hoc non habetur in di-
5 cto chirographo, & † cum materia ſit ſtricta, & alteri
præiudicialis non eſt aliquid addendum. *cap. ſuper
eo.* cum concordantib. *ibi per Gloſ. in verbo, Intentionis,
de off. deleg.*

Non obſtat quod Sanctiſſimus mandauit homines
Mugnani facto depoſito immitti in poſſeſſionem
abſque aliqua alicuius citatione: quia ex hoc
6 non ſequitur quod Sanctiſſimus voluerit † cenſum
ceſſare abſque eo quod depoſitum conſignaretur
quibus de iure, vel ſeruatis ſeruandis conſtituerentur
in mora recipiendi. & illa remotio ſolemnitatis
citationis ſatis operatur ſuum effectum ſuſtinendo
deliberationem, & immiſſionem non citatis de iu-
7 re citandis. Aut denique † prætenditur extinctio
Cenſus ex eo quod bona cenſuata mutauerint dominium,
& iſte nō eſt modus, quo extinguitur Cen-
8 ſus, ſed bona † tranſeunt ad quoſcumque cum onere
ſuo, vt fuit deciſum *coram me in alia Romana Cenſus,* 14. *Ianuarij*, 1602.

R. P. D. Cauallerio, Senogallienſis ceſſionis iurium, Veneris 9. Maij, 1608.

SVMMARIA.

1 *Soluens debitum cum pecunijs debitoris fruſtra deſiderat ceſſionem iurium contra illum.*
2 *Non entium nullæ ſunt qualitates.*
3 *Actus non operantur vltra intentionem agentis.*

DECISIO CCV.

CVm duo Cenſus fuiſſent venditi vnus R. P. D. Cocciolino Maximiliano cum acceſſione Domini Martiani pretio ſcutorum octingentorũ. Alter verò Claudio Zebaldutio à Mariano pretio ſcutorum ducentorum, in quo idem Maximilianus bonã fidem recognonit, Domini non
1 cenſuerunt † D. Io. Iacobum Nerottum, qui extinxit præfatos Cenſus cum pecuniis dictorum Maximiliani, & Martiani quas in manibus habebat, ſoluendo eas emptoribus cenſuum potuiſſe prætendere, aut reportare aliquam ceſſionem iurium contra debitores cẽſuum, de quorum pecuniis ſoluit, cum per talem ſolutionem ipſimet principales debitores, & eorũ fideiuſſores eſſent liberati, & eorũ obligationes remanſiſſent extinctę, vt fuit dictum *in vna Aquilana releuationis indemnitatis, 28. Iuny, 1577. coram Robuſterio, Paul. Caſtr. in l. Modeſtinus, ſub num. 1. verſ. nam principali ſoluente, ff. de ſolut. Rol. conſ. 64. nu.*
2 *45. lib. 4.* non † entium enim nullæ ſunt qualitates, *l. eius, qui in prouincia, ff. ſi cert. pet.* & cenſus ſemel extincti non potuerint amplius reuiuiſcere. Præterea cum in commiſſione huius cauſæ fuerit Iudici reſcriptum, vt cõſtito de errore mandaret fieri ceſſionem. Domini dixerunt nõ conſtare quiſnam error fuerit in hac cauſa factus propter quem ceſſio fieri deberet poſt interuallum tanti tẽporis in fauorem Io. Iacobi. Quia cum in partita banchi conſtet de vera, & reali ſolutione pro extinctione cenſuũ præfatorum facta à Io. Iacobo ex pecuniis debitorum nullus aderat error.

Ad illud verò quod dicebat Dominus Ioan. Iacobus debitores cenſuum uoluiſſe dictam extinctionem ratam habere placebat reſponſio, quod non conſtabat de tali diſſenſu. Immo pro parte Martiani reſpondebatur dicta ſcuta mille fuiſſe à præfatis debitoribus Ioan. Iacobo excomputara, & in omnem euentum ſi hodie Ioan. Iacobus prætendit contrarium non impeditur quin poſſit agere via iuris pro recuperatione dictæ ſummæ vtili actione negociorum geſtorum. Si verò Dominus Io. Iacobus prætendit adeſſe errorem in eo quod extinxit nomine debitorum cenſus, quos ab initio potuiſſet ſibi acquirere emendo nomine proprio cum ceſſione iurium contra debitores, & fideiuſſores, & ſic faciendo contractum ſibi magis proficuum. Domini non cenſebant hunc eſſe errorem, nec de eo Sanctiſſimum intellexiſſe in Commiſſione: cum enim clarè appareat intentionem Io. Iacobi in ſolutione pecuniarum fuiſſe extinguere Cenſus, & liberare debitores vti fecit, nõ poteſt hodie dare de errore ex eo: quia ſibi non acquiſiuit, nec pro ſe emit cum hanc voluntatem ab initio non habuiſſet, & actus non poſſit operari vltra agentis intentionem, *l. non omnis, ff. ſi cert. pet.*

Ex quibus deficiente conditione erroris, quę non fuit iuſtificata Domini cenſuerunt ſententiam fuiſſe validam, & inde ſequuta non operari contra Dominum Martianum.

R. P. D. Vbaldo, Romana reſciſſionis inſtrumenti, Lunæ 26. Iunij, 1611.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor Cenſus non liberatur ſi dictum cenſum emat.*
2 *Obligatio qualibet tranſit in hæredem.*
3 *Reſtitutio tantum reddit, quantum abſtulit læſio.*
4 *Reſtitutio reſtituit etiam ad fructus.*
5 *Poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos.*
6 *Pro fructuum acquiſitione ſufficit malam fidem abeſſe.*
7 *Contractus nullus ex defectu cauſæ dicitur nullus, ſi is velit, qui nullum dicere poteſt.*
8 *Mala fides inducitur ex lite mota.*

DECISIO CCVI.

CVm præſuppoſito Deciſionum in hac cauſa factarum ſuper reſciſſione tranſactionis, & non Liberatione q. Marci Antonij Sabatini in contractu cenſus de quo agitur, obligati. Dubitaui an Dominæ Deodatæ debeantur fructus dicti Cenſus ab hæredibus Sabatini, & à quo tempore.

Et circa primam partem dubij nulla videbatur adeſſe difficultas: quia Domina Deodata reperiebatur in poſſeſſione dicti Cenſus immiſſa vigore Saluiani, quam poſſeſſionem vnà cum fructibus tũc maturatis ceſſit ad fauorem Sabatini vigore tranſactionis initæ de anno 1609. vnde cum Rota reſoluerit dictam tranſactionem eſſe reſciudendam tanquam factam ſine cauſa, & læſiuam ex parte mulieris, vt in Deciſione, 26. Nouembris, 1612. & fuerit
1 etiam per tres vices dictum † Sabatinum, quamuis emerit dictũ cenſum à Camillo Strozio, non tamen fuiſſe liberatum à fideiuſſione in dicto inſtrumento cenſus in quo ſe principaliter, & inſolidum obligauit etiam pro fructibus dicti cẽſus, vt in deciſionibus in cauſa factis, quæ præſupponũtur, vt dixi, ſequitur vt ab hæredibus Sabatini fructis prędicti Deodatę debeantur ſicuti à Sabatino ſi viueret deberentur,
2 cum † quælibet obligatio trãſeat ad hęredes, *l. nihil aliud, ff. de verb. ſign. l. hæreditas, ff. de reg. iur. l. 1. C. de hæred. act. toto tit. C. vt action. ab hæred. & contra hæred.*

Quo verò ad ſecundam partem in primis firmarunt Dñi deberi fructus à die adeptę poſſeſſionis cenſus per Deodatam vſque ad diem trãſactionis, quia ipſa non ſolum fructus dicto tempore nõ exegit, ſed immo vltra poſſeſſionem dicti cenſus, quam voluit haberi pro non capta, illos ceſſit Marco Antonio vſque tunc maturatos, vt dictũ eſt. vnde ſtante nullitate tranſactionis Deodatæ non ſolum ad poſſeſſionem cenſus reſtitui debet, quã dimiſit, ſed etiam
3 ad fructus, cum in hoc etiam dicatur læſa; & † reſtitutio tantum reſtituat quãtum abſtulit læſio, *l. quod ſi minor, §. reſtitutio, ff. de min. Odd. de reſtit. in integ. p. 2.*
4 *q. 44. n. 7. & 23. Seraph. deciſ. 1245. n. 4.* Et † quod detur reſtitutio ẽt ad fructus etiam ſi reſtitutio nõ detur ex gratia, ſed ex mera iuſtitia, vt hic *Odd. vbi ſupra. q. 45. ſub nu. 13. verſ. ſed contra,* vbi de communi, & in terminis nullitatis tranſactionis fuit dictum *in cauſa Burgenſi decimarum de Scalante, 13. Nouembris, 1591. coram bon. mem. Orano.*

Verum à dicta tranſactione vſque ad tempus motę litis Dñi exiſtimabãt fructus nõ deberi Deodatæ cũ

Marcus

Marcus Antonius, qui habebat pro ſe trãſactionem
5 iuratam eſſet bonæ fidei poſſeſſor dicti Cenſus, † & conſequẽter fecerit fructus ſuos, cum ad hunc effectum ſufficiat qualis qualis occaſio poſſidendi. *Surd.*
6 *deciſ. 25. num. 5. & deciſ. 211. nu. 7.* Et ſatis eſt † malam fidem abeſſe, *l. ſed & ſi lege, §. ſcire,* vbi *Bart.* not. *num. 2. ff. de pet. hæred. Surd. conſ. 115. num. 7.* & ſæpè fuit tentum in Rota.

Nec obſtare videbatur quod trãſactio fuerit nul-
7 la ex defectu [illegible], quia † illud intelligitur volente, & declarãte muliere, vel etiam petente, aliàs ſecus, *Rota deciſ. 153. nu. 22. par 2. diuerſ. Oſaſch. Deciſ. Pedem. 94. n. 23. & ſeq. Rol. conſ. 100. nu. 71. & ſeq. lib. 4. Hond. conſ. 72. num. 20. lib. 1.* & fuit in ſimili dictum *in cauſa Reatina bonorum, 24. Aprilis præteriti, coram me.* Ideo donec mulier non declarauit, nec petiit annullari contractum, ſatis videtur in Marco Antonio fuiſſe titulus ſufficiens ad lucrandum fructus.

Poſt litem verò motam Domini non dubitabant
8 fructus deberi, quia † ex tũc Sabatinus cepit eſſe in mala fide, *l. certum,* vbi *Gloſ. fin.* & cõmuniter Doctores, *C. de rei vendic. Gloſ. & Doctor. in l. cum fundus, ff. ſi cert. pet. Rota deciſ. 316. nu. 4. par. 1. diuerſ. Caputaq. deciſ. 27. nu. 3. par. 2.* Litem verò fuiſſe motam licet prętenderetur pro parte Deodatæ per comparitionem ſeu proteſtationem ſui procuratoris coram A. C. ſuper nullitate, & læſione dictæ tranſactionis, tamen quia non conſtabat de legitimo dicti procuratoris mandato, nec quod Sabatinus habuerit ſcientiam dictæ proteſtationis, nec fuit incohatum illud prætenſum iudicium per viã monitorij, nec fuit poſtea proſequutum, ſed commiſſa cauſa in Rota, ex his viſum eſt Dñis deberi fructus à die motę litis in Rota.

Non obſtat ſententia contra ipſam Deodatã lata ab A. C. ad fauorem Alexandri Petrutij, ex qua prætenditur reſultare exceptionem cedendarum, & ſic Sabatinum non teneri dimittere poſſeſſioné, nec ſoluere fructus, quia Deodata non poſſit propter dictam ſententiam cedere iura contra Alexãdrum in inſtrumento cenſus Deodatę obligatum: quia vltra quod dicta ſententia non vulnerat obligationé cameralem quidquid ex aduerſo dicatur, ſed ſolũ reuocat mandata relaxata contra Petrucium, vt apparet ex eius lectura. Reſpondetur etiam, quod dicta reuocatio emanauit propter dictam tranſactionem de qua agitur, propter quam Domina Deodata non poterat cedere iura: vnde cum hodie ſit reſcindenda tranſactio, prout Rota declarauit ceſſabit dicta exceptio, quæ in omnem euentum eſt extra dubium, cum hodie ſolum agatur vt D. Deodata reſtituatur in ſtatum in quo erat ante tranſactionem, & ſic in poſſeſſionem dicti cenſus vnà cum fructibus decurſis, & decurrendis. quos ex ſupradictis Rota concluſit deberi D. Deodatæ à die adeptæ poſſeſſionis vſque ad tranſactionem, & exinde à die motæ litis in Rota. Et ita deciſum.

Illuſtriſs. Cardinale Ludouiſio, Romana Cenſuum, Mercur. 20. Nouembr. 1602.

SVMMARIA.

1. *Fideiuſſor liberatur liberato principali debitore.*
2. *Iuxta, Hæc dictio, aliquando ſtat demonſtratiuè.*

DECISIO CCVII.

FVIT per Dominos reſolutum Dominos de Mutis, & Alexiis teneri ſtare aſſignationi & diſtributioni bonorũ, & acceptare portioné Caſalis in ſatisfactioné eorum crediti. Fundamẽtum reſolutionis fuit, quia concordia fuit inita pro toto corpore, & maſſa creditorum, & pro omnibus debitis Manninorũ, & ipſi non ſolum ſunt creditores Manninorum, ſed etiam ſunt nominatim compreheſi in liſta creditorum ſimul cum Lauaiana eorum fideiuſſore, & ideo cum verba concordiæ ſint multum ampla, & in ea ſit deſcripta liſta creditorum non poteſt dubitari ſecundum Dominos quod etiam ipſi in concordia non ſint comprehenſi.

Et quamuis opponatur defectus poteſtatis, tamen cum iſta concordia ſit confirmata per breue cum clauſula ſublata, & derogatione regulę de non tollendo iure quæſito, & aliis clauſulis, & illud breue ſit iuſtificatũ, & canonizatum per ſententiã, ceſſat omnis defectus poteſtatis, & voluntatis, & conſequenter ipſi tenentur ſtare aſſignationi, & diſtributioni bonorum, iuxta formam concordiæ.

Secundò mouebantur Dñi: quia Mannini per aſſignationem ſcutorũ octo millium liberantur ab omnibus obligationibus, & ab omnibus debitis, & iſta
1 liberatio ſuffragatur etiam fideiuſſoribus, † qui liberantur liberatis principalibus, *l. tam mãdatori, C. de non num. pecun.* Et hoc maximè dicẽdum eſt, quia ſi concordia non ſuffragaretur fideiuſſoribus, vel Mannini non eſſent liberati pro iſta ſumma ſcutorum octo millium, quia fideiuſſores contra eos haberent regreſſum pro releuatione indẽnitatis, & ſic cogerentur iterum ſoluere, vel ſequeretur inconueniens, quod Papa ademiſſet facultatem fideiuſſoribus ſe releuandi cõtra Manninos, quorum contemplatione ſe obligauerant, & neutrum ex his inconuenientibus ſequitur ſi omnes creditores cõprehenduntur in concordia, & accipiũt ſuã partẽ bonorũ.

Tertiò, Domini hoc comprobarunt ex veroſimili mente tam contrahentium, quam Papæ, quæ deducitur. Primò ex eo, quia deſcriptio in liſta Dominorum de Mutis, & Alexiis vti creditorum, & Lauaianæ eorum fideiuſſoris, & inſertio huius liſtæ in concordiæ fuiſſent ſuperfluæ ſi ipſi non debebant comprehendi. Secundò, quia Mannini non ſoluiſſent tantam ſummam ſi nõ eſſent in totum liberati tam à creditoribus, quã à fideiuſſoribus quibus promiſerant releuationem indemnitatis. Tertiò, conſiderabant Domini quod ſi cõcordia non comprehendiſſet hunc caſum fideiuſſoribus competeret actio contra Manninos, & contra poſteriores creditores quibus fuerunt aſſignata bona diſobligata, & ſic per indirectum ex hoc capite concordia inuolueretur multis litibus, & poſſit facilè infringi.

Non obſtat principale fundamentum, quod concordia nõ fuit inita cum omnibus creditoribus deſcriptis in liſta, ſed ſolum cum illis, qui dederunt mandatum, & ideo Muti, & Alexij, qui non dederunt mandatum non ſunt comprehenſi in concordia. Rñderunt Dñi, quod cõcordia fuit inita pro toto corpo-
2 re, & Maſſa creditorum, & iſta verba iuxta † mandatũ non ſtant reſtrictiuè ad effectũ excludendi eos,

qui non dederunt mandatum, ſed ſtant demonſtratiuè: quia habuerant mandatum à corpore. & iſte intellectus cõprobatur ſecundum Dominos ex deſcriptione in liſta, & ex quantitate pecuniæ promiſſæ per Manninos, & aliis coniecturis ſupra deductis, & propterea cum breue habeat relationem ad concordiam ipſi non ſolum ſunt comprehenſi in concordia, ſed etiam in confirmatione Papæ.

Non obſtat tex. in *l. ſi præcedente, §. Lucius, ff. mãd.* Quia non verſamur in ſimplicibus terminis concordiæ, ſed in concordia confirmata à Papa, qui diſpoſuit quod afficiat etiam recuſantes, & conſequenter comprehendit omnes creditores ſiue habeant, ſiue non habeant fideiuſſores.

Non obſtat quod Lauiana ſe obligauit vti principalis principaliter, & inſolidum: quia verè eſt fideiuſſor ex quo negotium ſpectabat ad Manninos, qui receperunt pecuniam, quamuis reſpectu creditoris dantis pecunias teneantur eadem obligatione, qua tenentur principales.

R. P. D. Penia, Neapolitana Cenſus, Veneris 3. Aprilis, 1593.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor Cenſus liberatur mutatione perſonarum, & alteratione pretij cenſus.*

DECISIO CCVIII.

DOMINI cenſuerunt ex eiſdẽ non fuiſſe recedendum à reſolutione corã R. P. D. Gipſio, die Lunæ, 9. Martij, & 10. Aprilis, 1592. facta, niſi conſtaret de expreſſa ceſſione Iuliæ Starbenæ, cui de anno 1578. Camillus Portius conceſſerat ius re-
1 dimendi Cenſum à Luctetia Buccaplanuda: † nam cum perſonæ fuiſſent mutatæ, & quantitas etiam Cenſus alterata priores fideiuſſores ad fauorẽ Domini Abbatis Paulutij, quaſi eſſet nouatio, fuerunt liberati. Sed quoniam Paulutius prætendebat ſufficere tacitam ceſſionem, ſeu ſubrogationem, licet de expreſſa in actis non conſtaret. Ideo ſuper hoc voluit eum audire.

R. P. D. Corduba, Romana, ſeu Præneſtina Cenſus, Lunæ 5. Iulij, 1599.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de manutenendo datur ei, qui poſſidebat ante motam litem.*
2 *Poſſeſſio exigendi probatur per leuiores probationes, quando præcedit obligatio de ſoluendo.*
3 *Quaſi poſſeſſio exigendi cenſum probatur confeſſione debitoris.*
4 *Libri mercatorum probant pro tertio contra tertium, ſi ſint adminiculati.*
5 *Confeſſio teſtatoris non poteſt impugnari ab hæredibus.*
6 *Sententia à qua fuit appellatum non impedit manutentionem*
7 *Exceptio nullitatis Cenſus non impedit manutentionem in exactione Cenſus.*

DECISIO CCIX.

FVIT reſolutum dandum eſſe mandatum de manutenendo hæredibus Petri
1 de Vſubello: quia † conſtat de eorum quaſi poſſeſſione ante motam litem, *§. hodie, §. retinendæ. Inſt. de interd.* cum
2 vulg. Et quando † præcedit obligatio de ſoluendo, vt in præſenti ex inſtrumento cenſus apparet, poſſeſſio ſolet probari per leuiores probationes. *Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. vlt. nu. 39.* fuit reſolutum *in cauſa Foroliuienſi Cenſus, 3. Iulij, 1589. coram b. m. Orano, & in Placentina Saluiani Inter illi, coram Illu-*
3 *ſtriſſimo Platto.* De poſſeſſione † autem, ſeu quaſi exigendi cenſus ante, & poſt litem motam apparet ex geminatis confeſſionibus ipſius Achillis principalis debitoris ſuper ſolutionibus factis, videlicet, in monitorio facto heredibus Petri ſuper reſtitutione fructuum Cenſus, & in inſtrumento venditionis domus, ſuper qua eſt impoſitus Cenſus factæ per Achillem Ioanni Vberto, in qua non ſolum fatetur venditionem Cenſus, & eius validitatem, cum paciſcatur quod emptor in futurum ſuſcipiat illud onus ſoluendi, ſed etiam quaſi poſſeſſionem hæredum Petri, quibus affirmat ſe ſoluiſſe occaſione cenſuum ſcuta ſeptuaginta quinque.

Nec obſtat quod inſtrumentũ fuerit factum poſt motam litem, & ſic ſolutio valeat intelligi de illo tempore: quia fuit reſponſum nihil fuiſſe ſolutum poſt motam litem, vltra quod monitorium loquitur ante litem. Præterea adſunt partitæ Mercatorum,
4 de quibus in Summar. *num. 2.* † quæ pro tertio contra tertium ad probãdum hanc quaſi poſſeſſionem ſolent attendi, quando ſunt adminiculatæ, *Bart. in l. admonendi, nu. 27. ff. de iureiur. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 1. caſu 91. Guid. Pap. quaſt. 44.* & fuit dictum *in Romana Cenſus, 10. Maij, 1596. coram R. P. D. meo*
5 *Pamphilio*, & ſæpius in aliis. † Confeſſiones autem Achillis non poſſunt per eius filios, & hæredes impugnari, *l. cum à matre, C. de rei vendic.*
6 Sententia † A. C. contra cenſum cum ſit ſuſpenſa per appellationẽ non impedit manutentionem donec illius iuſtificatio diſcutiatur. fuit reſolutum coram me *in vna Beneuẽtana Cenſus Lunæ, 13. Iun. 1594.*
7 Quare † omnia quæ circa illius inualiditatem, & nullitatem Cenſus adducebantur, dicebant Domini ad iudicium petitorium remittenda, & quod interim dicti hæredes Petri manuteneantur. *Caputaq. deciſ. 321. parte 1.* & in deciſionibus, de quib. ſupra.

R. P. D. Orano, Foroliuienſis Cenſus, Lunæ 3. Iulij, 1589.

SVMMARIA.

1 *In remedio retinendæ leuiores ſufficiunt probationes.*
2 *Quaſi poſſeſſio exigendi in remedio retinendæ, iuſtificatur ex inſtrumentis quietationis.*
3 *Debitor ſuſcipiẽs terminũ ad ſoluendũ, vr fateri debet,*
4 *Confeſſio debitoris eſt cæteris probationibus efficacior.*
5 *Dilationem ad ſoluendum petens metu mandati, non confitetur debitum quo ad tempus futurum.*
6 *Motus non inducitur ex mandato Iudicis præuia cauſæ cognitione relaxato.*

7 Con-

7 *Confeſſio procuratoris poteſt quandocumque à Domino reuocari.*
8 *Limit. Si illius vigore in primo iudicio dominus obtinuit,*
9 *Appellatio ſuſpendit effectum ſententiæ.*

DECISIO CCX.

1 DIXERVNT Domini dandum eſſe Illuſtri D. Hyppolito de Varano mandarum de manutenēdo in quaſi poſſeſſione exigendi Cenſus de quibus agitur: † nam in hoc remedio leuiori contentamur probationē, *Curt. ſen. in l. admonendi, nu. 323. verſ. ſecundo modo, de iuriur. Modern. de retinen. poſſeſſ. remed. vlt. num. 34.* De quaſi
2 † poſſeſſione ante litem motam ſufficienter conſtat, iuxta tradita per *Bart. in l. 2. §. quod ait, nu. 2. & 14. ff. vti poſſid. Caputaq. decis. 189. p. 2.* per inſtrumētum quietationis, quod licet non ſit recognitum, habet tamen concomitantiam veritatis; tum ex ſuſceptio-
3 ne termini † per quam confitetur debitum, *Guido Papa, decis. 24. & 162.*; tum etiam ex confeſſione expreſſa in monitorio corā A. C. reproducto, in quo debitor fatetur dictam Dominam Hyppolitam per-
4 cepiſſe Cenſus decurſos: nam † hæc probatio eſt ceteris fortior, *l. generaliter, C. de non numer. pecun, c. per tuas, de probat.*

5 Nec refert † quod metu mandati dilationem ad ſoluendum petens aliquid in poſterum debere non fateatur, iuxta tradita per *Ruin. conſ. 196. in fine, lib. 1.* Quia confeſſio debiti ſpontanea hic colligitur. Iudex enim non ad confitēdum, ſed ad ſoluendum
6 cogit, & mandatum † Iudicis præuia cauſæ cognitione emanatum non inducit iuſtum metum, *l. ſi mulier. de eo quod met. cauſa, Caſtr. in l. nec emere, C. de iure deliber.* Et quidquid ſit ſufficit confeſſio in mo-
7 nitorio facta, quæ licet ſit procuratoris, † & ideo poſſit quādocumque à Domino reuocari. Fallit ta-
8 men quando † vigore illius in primo iudicio obtinuit: nam in ſecundo neceſſarium eſt, vt illam ſequatur, niſi de errore illius in proceſſu conſtaret, *Ægid. decis. 3.*

Neque illud retardare debet ſententia A. C. per quam reprobatus fuit cōtractus cuius vigore Cen-
9 ſus petuntur, † quoniam ſtante appellatione ab ea introducta ſuſpenſus fuit illius effectus, *l. 1. §. Reus. vbi Doctor. C. ad Turpill.* cum ſimilibus.

Et ex his, & aliis per informātes adductis abſque difficultate concluſum fuit mandatū decernendū.

R. P. D. Corduba, Beneuentana Cenſus, Lunæ 13. Iunij, 1594.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de manutenendo datur exiſtenti in poſſeſſione tempore motæ litis.*
2 *Ampl. Vt detur etiam eius hæredibus.*
3 *Sententia, et illius effectus ſuſpenditur per appellationē.*
4 *Filius agens vti hæres patris talis præſumitur.*
5 *Agens contra aliquem vti contra hæredem pro tali illum videtur approbare.*
6 *Aditio inducitur per reuocationem procuratoris à defuncti conſtituti, & effectis domini litis.*

DECISIO CCXI.

DOMINI reſoluerunt dandū eſſe mandatum de manutenendo filiis, & hæredibus q. Dominæ Cōſtantiæ de Comitibus: quia conſtat illam per multos annos ante, & de tempore motæ litis fuiſſe in poſſeſſione exigendi reditus cenſus de
1 quo agitur, † & ſicut illi dandum eſſet ſi viueret, *§.*
2 *retinendæ. Inſtit. de interd.* cū vulgar. † ita filiis & hæredib. ad trad. per *Menoch. de retinen. remed. 3. nu. 62.*

Non obſtat ſententia A. C. ſuper nullitate cenſus,
3 † cuius effectus ſuſpēſus eſt per appellationem, *l. 1. ad Turpillian. c. veniens, de iureiur.* & fuit dictū *coram R. P. D. Orano in vna Forolivienſi Cenſus, 13. Nouembr. 1589.* Præſertim cum cenſus fuerit declaratus nullus: quia per teſtes probatum fuit non adfuiſſe pecunias numeratas verè ipſius emptoris, quæ probatio poteſt recipere probationem in cōtrarium; vna enim alteram non excludit.

Quod verò obiicitur de legitimatione perſonarū
4 facile tollitur: quia † vltra quod Ioannes, & Petrus ſunt filij D. Conſtantiæ, & præſumuntur hæredes,
5 pars aduerſa pro talibus acceptauit † ex quo contra eos vti filios & hæredes Conſtantiæ, citato procuratore ab eis conſtituto proceſſit in cauſa, & obtinuit ſententiam ab A. C. facit etiam quod procurator dominus litis effectus poſt mortem Conſtan-
6 tiæ fuit per filios reuocatus, † qui actus citra nomen hæredis fieri non poteſt.

R. P. D. Manzanedo, Ianuenſis Cenſus, Veneris 17. Iunij, 1605.

SVMMARIA.

1 *Poſſidens ante motam litem eſt manutenendus.*
2 *Confeſſio partis ſuperat omne genus probationum.*
3 *Simulationis exceptio non impedit manutentionem.*
4 *Poſſeſſio ciuilis ſola in incorporalibus eſt manutenibilis.*
5 *Sententia per appellationem ſuſpenſa non impedit manutentionem.*

DECISIO CCXII.

1 DOMINI cenſuere Antonium eſſe manutenendum in quaſi poſſeſſione exigendi penſiones cenſus de quo agitur, † cum de dicta illius quaſi poſſeſſione ante motam litem conſter, ad tex. in *§. ſed hodie, Inſtit. de interd. l. 1. §. huius interdicti, ff. vti poſſid. Bart. in l. ait Prætor, num. 2. & 14 ff. eod. Couar. Pract. Quæſt. cap. 17. num. 3. Veral. decis. 200. parte 2.* Sed ſic eſt quod de dicta quaſi poſſeſſione Domini Antonij conſtat ex cōfeſſione Hieronymi partis aduerſæ, qui in iudicio petiit ex eo quod hic Cenſus fuerat declaratus fictus, & ſimulatus D. Antonium cogi ad ſibi reſtituendum ſcuta ſexaginta auri, quę ab ipſo indebitè habuit vigore huius Cenſus, vt ex ſcriptura publica, quam exhibuit conſtare dixit, &
2 † probatio per cōfeſſionem partis omne genus probationis ſuperat, ad tex. in *l. fin. C. de non num. pecun.*

l.cum te, C.de tranſact.l.debitores, ff.de indic. Veral.de-
ciſ. 107. *num.2.par.3. Crauet.conſ.* 207. *num.9.*
Non obſtat exceptio ſimulationis cõtractus, quia
3 reſpicit defectum tituli, † & non impedit manuteu-
tionem durante lite ex *Ferretto, conſ.7.nu.3. & 4.* &
fuit dictum *in vna Romana Cenſus coram Robuſterio,*
8. Februarij, 1577. vbi plures pro hac ſententia ad-
ducit.
Minus obſtat quod Antonio ſolutio penſionum
fuerit denegata, quia eum ſemel fuerit in poſſeſſio-
ne etiam ſi dicta ſolutio illi denegetur poteſt poſſeſ-
4 ſor † in iſtis incorporalibus retinere ciuilem poſſeſ-
ſionem, & petere manutentionem durante lite ex
Fabr.in §.retinendæ, num.22. Inſtit.de interd. & Salic.
in l.1.num.7. C.vti poſſid. & Maranta, de ordin.iudic.
parte 4.diſtinct.7.num.20. & pluribus citatis fuit di-
ctum in ſupradicta Deciſione coram Robuſterio.
Vltimò non obſtat ſententia, qua hic contractus
5 declaratur ſimulatus, † cum ab ipſa fuerit appella-
tum, ex quo ipſius effectus fuit ſuſpenſus, & per re-
ſcriptum Sanctiſſimi, qui commiſit cauſam in Rota
ſine præiudicio ſolutionis Cenſus. & facit *Deciſio*
Hiſpalenſis penſionis, 6. Aprilis, 1576. coram bon.mem.
de Graſſis. & illa Venetiarum Cenſus, 22.Martij, 1596,
coram Illuſtriſſimo Arigono.

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Imolenſis Cenſus, Veneris 11. Maij, 1607.

SVMMARIA.

1 *Quaſi poſſeſſio exigendi acquiritur per vnicum actum.*
2 *Cauſarum ſoluendi pluralitas non præſumitur.*
3 *Solutio ex qua cauſa facta fuerit, apparet ex inſtrumento quietationis.*
4 *Quaſi poſſeſſio acquiſita contra defunctum, eſt manutenenda contra eius hæredes.*
5 *In interdicto retinendæ ius, metiendum eſt ex perſona actoris.*
6 *Ius actoris non mutatur ex mutatione perſonæ rei conuenti.*
7 *Sententia, & eius effectus ſuſpenditur per appellationẽ.*
8 *Manutentio eſt danda pendente iudicio ſuper appellatione, reſtitutione in integrum, & nullitate.*

DECISIO CCXIII.

ROTA cẽſuit Dominis de Capponibus
dandum eſſe mandatum de manute-
nendo in quaſi poſſeſſione exigẽdi cen
1 ſum de quo agitur. Ex ſolutione † .n.
quę datur, licet vnica quæſita fuit poſ-
ſeſſio, *Gloſ. & Doctor.in c.cum Eccleſia Sutrina, de cauſa*
poſſeſſ.et propr. Bart.in l.hoc interdicto, nu.3.ff.de itiner.
actuq.priuat. Alex.conſ.34.nu.16.lib.4.Rom.conſ.311.
nu.17. & fuit ſæpius reſolutum, ſignanter autem in
terminis iſtis in *vna Venetiarum Cẽſus, 22.Maij, 1596.*
coram Illuſtriſſimo Arigono. & in Romana Cenſus, 6.
Nouembris proximè præteriti, coram R.P. D.meo Iuſto.
Non obſtat quod dicitur ſolutionem eſſe factam
2 ex alia cauſa: † quia vltra quod de alia non appa-
ret, & pluralitas cauſarum non præſumitur, *l.ſi di-*
uortio, ff.de verb.oblig. Aim.conſ.73. nu.38. ex inſtru-
3 mento † quietantiæ contrarium conuincitur: nam
in eo habetur ſolutionem eſſe factã Dominis Fran-
ciſco, & Nicolao de Capponibus ceſſionariis Mar-
ci Antonij Dencij, & ceſſio eſt de cenſu, de quo agi-
4 tur. Et iſta † quaſi poſſeſſio acquiſita contra Hiero-
nymum defunctum & manutenenda contra filios
5 hæredes, & ſucceſſores: † quia in iſto iudicio reti-
nendæ ius metimur ex perſona actoris, quod non
6 mutatur † mutata perſona ex parte rei, *Guido Papa,*
deciſ.629. Put.deciſ.151.lib.3. Gigas de Penſion. q.47.
nu.10. & in his terminis fuit dictum *in vna Romana*
Cenſus, 17.Maij, 1589. coram Illuſtriſſimo Cardinale Se-
raphino, & in pluribus citatis, & in *alia Romana Cen-*
ſus ſuperius allegata.
Non obſtat ſententia contra Cenſum ex capite
7 euictionis, † quia fuit ſuſpenſa per appellationem,
& commiſſionem reſtitutionis in integrum, & nulli-
8 tatis, & interim ſunt manutenendi † Domini de
Capponibus in ſua quaſi poſſeſſione Cenſum exi-
gendi. *Caſar de Graſſ. deciſ.4. de cauſa poſſeſſ. & pro-*
priet. fuit dictum *in Bononienſi Cenſus, 13.Iun.1594.*
coram Reuerendiſſimo Pacenſi, in Romana Cenſus, 26.
Aprilis, 1596. coram Illuſtriſſimo Cardinale Pamphilio,
& in præallegata Romana Cenſus coram R.P. D.meo
Decano. tantò magis, quia apparet de ſolutione poſt
prætenſam euictionem, vt ponderauit *Rota in Ter-*
donenſi penſionis coram Illuſtriſſimo Cardinale Pamphi-
lio, 1.Iulij, 1596. & *in Calaguritana penſionis, 2.Maij,*
1598. coram Reuerendiſſimo Pacenſi.

R. P. D. Iuſto, Foroliuienſis Cenſus, Veneris 12. Iunij, 1609.

SVMMARIA.

1 *Quando eſt in obligatione moneta imaginaria, ſi altere-tur illius valor intrinſecè, attẽditur tẽpus contractus.*
2 *Quando eſt in obligatione certum genus monetæ ſi extat illud eſt ſoluendum, ſin minus debet ſolui eius valor ſecundum tempus ſolutionis faciendæ.*
3 *Niſi ſit alterata bonitas intrinſeca monetæ promiſſæ, quia attenditur valor, qui erat tempore contractus.*
4 *Libra eſt moneta imaginaria conſtituta ex certis monetis inferioribus.*
5 *Totum recipit qualitatem à ſuis partibus.*
6 *Pars, & totum ſunt eiuſdem iuris.*
7 *Pactum quod ſolutio fiat de moneta currenti, quomodo intelligatur.*
8 *Qualitas adiecta verbo, debet intelligi ſecundum tempus verbi.*
9 *In, hæc propoſitio, multum differt à præpoſitione, De.*
10 *In, hæc præpoſitio, eſt apta includere terminum cui adijcitur.*

DECISIO CCXIV.

ROTA cenſuit ita intelligendum eſſe pa-
ctũ ſolutionis, vt neutra pars ſit in dam-
no, nec locupletetur cũ aliena iactura.
Dum igitur in pacto continetur, quod
ſolutio fructuum, & reſtitutionis ſortis
principalis Cenſus empti à R. P. D. Maluaſia ſit fa-
cienda per Dominum Titum Totellum venditorem
de

de libris conuentis, & ſolutis reſpectiuè in pecu-
nia numerata currenti, Domini dixerunt libras eſ-
ſe ſoluendas ſecundum valorem monetæ curren-
tis de tempore contractus. Si enim ſoluerentur li-
bræ quæ ſunt monetæ quædam imaginariæ, &
in ſpecie non reperiuntur, nec reperiebantur de
tempore contractus in moneta nunc currenti mi-
nus ſolueretur, quam fuerit conuentum, & ſolutum
in pretio: & R. P. D. Maluaſiæ emergeret damnum.
Licet enim libræ eſſent eædem extrinſecè, non ta-
men eſſent idem intrinſecè, ſed minoris æſtimatio-
nis vtique confectæ per minutam pecuniam infe-
1 rioris valoris, quo † caſu attenditur tempus contra-
ctus, vt fuit deciſum in his terminis *coram Illuſtriſſi-
mo Mellino in alia Foroliuienſi Cenſus*, 17. *Maij*, 1604.
& hanc partem ſequitur *Surd.* poſt allegatos, *conſ.*
220. *lib.* 2. *&* *conſ.* 406. *lib.* 3.

2 Non obſtat communis Doctor. concluſio, † quod
quando certæ monetæ ſpecies eſt promiſſa, vt in ca-
ſu noſtro libra promiſſa eſt, & eſt in obligatione,
tunc ſi exſtat tempore quo fieri debet ſolutio, illa
ſpecies ſoluenda eſt, vel ſi nõ exſtat debet ſolui eius
valor, ſeu æſtimatio, quæ eſt de tempore ſolutionis
faciendæ, *Bar. & alij in l. Paulus, ff. de ſolut.* cum al-
legatis *in cauſa Romana pecuniaria S. Celſi coram De-*
3 *cano*, 23. *Ianuarij*, 1589. Quoniã reſpondetur † quod
iſta oppoſitio procedit quandocumque fuit facta
promiſſio certæ ſpeciei pecuniæ tunc exiſtentis, &
cuius bonitas intrinſeca non recepit aliquam alte-
rationem, ſecus ſi eſt alterata bonitas intrinſeca ſpe-
ciei promiſſæ, vt dictum fuit *in alia Foroliuienſi Cenſus
coram Sacrato*, 8. *Martij*, 1602. tunc enim attenditur
bonitas intrinſeca tempore contractus, *Gloſ. fin. in c.
ol m. de Cenſib. & in cap. cum Canonicis, eod. tit.* cum
aliis allegatis per *Io. Regn. de Monet. num.* 4. & ratio
eſt, quia aliàs tũc verè debitor minus ſolueret quam
receperit, vt per *Socin. iun. conſ.* 145. *num.* 95. *lib.* 1.

Quod autem ſit alterata bonitas intrinſeca li-
4 brarum patet, quia † nihil aliud erat, nec eſt libra,
quam quædam moneta imaginaria conſtitura de
certis monetis inferioribus, ſi igitur illæ monetæ in-
feriores patiuntur diminutionem intrinſecam pa-
titur etiam ipſa libra, quæ eſt quid totum & conſla-
tum ex pluribus illarum monetarum inferiorum, ſi
5 igitur † partes, quæ conficiunt libram recipiunt di-
minutionem intrinſecam, ergo & ipſum totum, *l. ſi
quis cum totum, in princ. ff. de except. rei iudic. l. qui ſcit,*
6 *in princ. & ibi Gloſ. ff. de vſur.*, † cum dicatur eiuſ-
dem iuris pars, & totum, *l. quæ de tota, in princ. & ibi
Gloſ. Bar. & Doctor. ff. de rei vendic.* cum ſimilib.

Non obſtat pactum quod ſit ſoluendum de mo-
neta currenti, ergo de moneta tempore ſolutionis:
7 † quia iſtud pactum operatur, vt non poſſit cogi
ſoluere de moneta antiqua, ſed poſſit ſoluere de no-
ua currenti, *Oldr. conſ.* 250. *num.* 3. *verſ. ad ſecundum,
Abb. in c. quanto, num.* 14. *ff. de iureiur.* Nec fuit in-
tentio partis vt ſolueretur de moneta currenti di-
minuta, ſed oſtendere de qua moneta ſolui poſſet.
8 Vnde non facit contra illa regula, † quod qualitas
adiecta verbo ſit intelligenda ſecundum tempus
verbi, *l. in delictis, ff. de noxal. action.* & in propoſito
Brun. in tract. de augment. concluſ. vlt. Fallent. 8. *in
fine, Grat. conſ.* 13. *num.* 40. *lib.* 1. *Gabr. concluſ.* 1. *num.*
23. *de ſolut.* Quia *Brun.* dicit quod facienda eſt ſo-
lutio de moneta currenti tempore ſolutionis, habi-
to tamen reſpectu ad antiquam vt tanto plus de no-
ua detur, quantum valeret illa, quæ currebat tem-
pore promiſſionis.

Quæ tantò magis procedunt in hoc caſu vbi non
eſt promiſſum ſoluere libras pecuniæ currentis, vel
de pecunia currenti, ſed in pecunia currenti, &
9 multum differt † præpoſitio, In, & De, ſecundum
Anch. in cap. ne captandæ, ſub num. 1. *de conceſſ. præ-*
10 *ben. in* 6. † & Præpoſitio, in pecunia currenti apta
eſt includere pecuniam currentem, *Oldr. conſ.* 49.
num. 9. facit tex. cum ſua matèria in *l. ſi quis fuerit
ſtipulatus decem in melle, ff. de ſolut.* vbi mel eſt in ſo-
lutione, ſed non ideo excluditur ſolutio in pecunia.
& ibi *Bar. num.* 3. multum facit ad propoſitum, dum
ibi dicit quod ſi promitto dare tibi centum libras
in florenis, floreni non ſunt in ſolutione tãtum, ſed
etiam in obligatione, ita in hoc caſu vbi eſt promiſ-
ſio ſolutionis librarum in currenti pecunia, currens
pecunia non ſolum eſt in ſolutione, ſed etiam in
obligatione, quo caſu quando dicitur ſolum, De,
currenti pecunia (non de currenti tempore ſolu-
tionis excludendo monetam currentem tempore
contractus) concludit etiam *Brun.* in loco allegaro,
quod intelligitur de currenti tempore contractus.

Ex quibus ita fuit deciſum in hac cauſa propo-
ſita extra Rotam.

Reuerendiſſimo Domino Sacrato, Aprutina, ſeu Montis alti Cenſus, 4. Iulii. 1607.

SVMMARIA.

1 *Literæ Apoſtolicæ habent executionem paratam.*
2 *Depoſitum non integrum, non releuat deponentem.*
3 *Interpretatio non poteſt deſumi ab obſeruantia difformi.*
4 *Interpretatio non cadit in claris.*
5 *Solutio non eſt præcisè facienda de ſpecie monetæ, quæ eſt in obligatione ſi non reperitur, vel difficillimè reperiri poteſt.*
6 *Iuramentum calumniæ omitti poteſt citra vitium nullitatis, quando ceſſat omnis ſuſpicio calumniæ.*
7 *Auditor Cameræ tamquam executor literarum Apoſtolicarum eſt iudex competens, etiam quo ad Epiſcopos.*
8 *Inobſeruantia formæ traditæ in cap. quia pontificali, de off. iudic. delegat. in* 6. *non inducit nullitatem proceſſus.*

DECISIO CCXV.

SENTENTIA A. C. viſa fuit digna confirmatione tamquam illa, quæ iuſtificaretur ex literis Apoſtolicis ſuper cõcordia expeditis: ex quibus ad triæ tenetur Dominus Marcellus, nempè ad obtinendam iuſtificationem beneficij ſuper quo facta fuit concordia ab Abbate S. Mariæ Montis alti ad ſoluendum annuum Cenſum ducatorũ quadraginta de camera, de illo quotannis ſoluendo. quorum nullum pro parte dicti

Mar-

Marcelli fuit adimpletum, vnde benè fuit declaratum ipſum ob non paritionem incidiſſe in pœnam in literis contentam, cum explorati iuris ſit has li-
1 teras † habere executionem paratam, *Mohed. deciſ. 13. vt lit. pendent.*

Non obſtat prætenſum adimplementum, ex quo inſtitutio fuit obtenta *à felic. record. Greg. XIII.* & quod Marcellus non teneretur facere nouam obligationem ſtante alia facta per ſuum anteceſſorem, quæ & ipſum ligabat, & quod fuerit factum actuale depoſitum recuſante Abbate ſuſcipere annuam præſtationem. Nam quo ad primum fuit dictum de eo nihil conſtare in actis; de ſecundo concluſionem illam non ſubſiſtere in iure, nihilominus non applicari in facto; tum quia non apparet aliquam obligationem cameralem fuiſſe factam per anteceſſores Domini Marcelli; tum quia attendenda eſt forma literarum, ex quibus tenetur quilibet beneficiarius facere nouam obligationem, & ſunt verba concordiæ ibi. ac ipſi & ſucceſſores ſui in forma cameræ obligare, &c.; ad tertium fuit reſponſum depoſitum fuiſſe tantum ducatorum quinquaginta duorũ monetæ Regni, quæ ſumma cum numquam conſtituat ſummam ducatorum quadraginta auri
2 de camera, merito tale depoſitum † tamquam minus integrum non releuat deponentem. ex not. in *l. debitores, C. debit. vendit. pignor. imped. Alex. conſ. 75. num. 8. lib. 7.* cum aliis per *Cranct. conſ. 106. num. 1.*

Non obſtat prætenſa obſeruatio ex eo quod per aliquot annos fuerint ſoluti quinquaginta duo ducati monetæ regni, quia intra id tempus fuerunt etiam ſoluti ducati quadraginta auri de camera,
3 vnde talis † obſeruantia tamquam varia, & difformis non poteſt deſeruire pro obſeruantiæ interpretatiua, *Bar. in l. 2. num. 22. ff. ſol. matr.* cum aliis ad eam rem cumulatis per *Cran. conſ. 313. num. 4.* Addebant aliqui ex Dominis, quod illa verba, ducati
4 quadraginta auri de camera † ſunt adeo clara vt nullam admittant interpretationem. ad vulgat. *l. ille aut ille, ff. de leg. 3.* cum aliis quæ in ſpecie tradit *Arct. conſ. 115. num. 2.*

Admittebant tamen Domini quod ſolutio non
5 ſit facienda præcisè † in ducatis de camera, cum illa ſpecies monetæ difficillimè inueniatur, ſed poſſit fieri in moneta æquiualente, vt fuit deciſum in aliis cauſis.

Minus obſtabant prætenſæ nullitates, & illa in primis quod pro parte Abbatis, ſiue Domini Epiſcopi commiſſarij inſtante Domino Marcello non fuerit præſtitum iuramentum calumniæ, quia fuit
6 dictum † quod ex literis concordiæ ſtatim fuit fundata intentio actoris, & conſequenter ceſſaſſe ſuſpicionem calumniæ, & ſucceſſiuè iuramenti ex not. in *cap. 2. vbi Bal. num. 7. verſ. tum in iſto. Felin. num. 2. de Probat.* cum aliis per *Cottam, in memorab. in verbo. Iuramentum calumniæ,* & fuit aliàs *coram RR. PP. Seraphino, & Mellino deciſum,* licet per prius in cauſa Romana attentatorum coram Illuſtriſſimo Mantica Rota dubitaſſet.

Ad ſecundam ex defectu iuriſdictionis A.C. procedentis contra Dominum Marcellum tamquam Epiſcopum, fuit dictum quod quidquid ſit de facultatibus A.C. ordinariis ceſſabat difficultas hoc ca-
7 ſu, † quo A. C. proceſſit tamquam deputatus executor literarum Apoſtolicarum, quo caſu non eſt dubium quin poſſit procedere etiam contra Epiſcopos, iux. tex. *in cap. quia pontificali, de offic. iudic.*
8 *delegat. lib. 6.* † cuius decretalis forma licet non fuerit per iudicem præcisè ſeruata, quod non affirmabant, Domini dixerunt non ex eo tantum inferri poſſe ad nullitatem, vt per *Gloſ. & Doctor. ibidem.*

R. P. D. Penia, Romana pecuniaria, Lunæ 23. Ianuarij, 1589.

SUMMARIA.

1 *Ignorantia improbabilis, & ſupina non excuſat.*
2 *Solutio eſt facienda de moneta conuenta, quando certa ſpecies monetæ eſt in obligatione, ſi ſpecies illa reperitur, ſin minus illius æſtimatio iuxta tempus ſolutionis facienda.*
3 *Valore monetæ extrinſecus mutato ſolutio, debet fieri habita ratione ad æſtimationem, quæ eſt tempore ſolutionis.*
4 *Præſcriptio contra Eccleſiam non currit niſi ſpacio quadraginta annorum.*
5 *Cap. olim cauſam. & cap. fin. de Cenſib. Intellectus.*
6 *Solutio facienda eſt iuxta valorem monetæ, quæ currebat tempore obligationis, ſi illa ſpecies monetæ non reperiatur.*

DECISIO CCXVI.

ANNO 1524. inter Capitulum, & Canonicos S. Celſi, & R. P. D. Bartolomeum Ferra Canonicum S. Petri tamquam adminiſtratorem Capellæ Iuliæ in Eccleſia S. Petri ſitæ, occaſione eiuſdam litis in Rota pendentis, fuit facta tranſactio ſuper quibuſdam domibus, quas Canonici S. Celſi ad ſe pertinere dicebant; cuius tranſactionis virtute vtrinque lite ceſſum eſt, & conſtitutum vt in poſterum futuris perpetuis temporibus Canonici S. Celſi legitimo dictæ Capellæ Iuliæ procuratori pro tempore exiſtenti ſingulis annis de ſemeſtri in ſemeſtre ducatos centum auri in auro de camera ſoluere tenerentur. Eos multis annis Canonici S. Celſi iuxta formam dictæ tranſactionis ſoluiſſe dicuntur. Ex apochis autem, & quietanniis apparebat quod ſaltem ab anno 1556. vſque ad annum 1586. Canonici S. Celſi dictos centum ducatos ſolum ſoluerunt ad rationem vndecim iuliorum pro tempore currentium pro ſingulo ducato auri in auro de camera; cum autem dictus ducatus aureus de camera ſucceſſu temporis ſecundum valorem extrinſecum eſſet auctus, quamuis auri pondus, aut bonitas non apparebat omnino mutata; creuit enim eius valor, qui nunc etiam currit ad iulios treſdecim pro ſingulo ducato. Propterea præfati canonici S. Petri tamquam adminiſtratores Capellæ Iuliæ tam de præterito, quam de futuro ſolutionem præfatorum centum ducatorum auri in auro de camera non ad rationem vndecim iuliorum, ſed ad rationem treſdecim iuliorum exigere volebant.

Hanc controuerſiam ambæ partes ſuffragio Rotæ

Digitized by Google

tæ diffiniendam ſtatuerunt, eam mihi extra Rotam
commiſerunt, quam propoſui die 2. Decembris,
1588. & quoniam Domini fuerunt varij non fuit
capta reſolutio. Itaque die 23. Ianuarij, 1589. ite-
rum propoſita poſt diligentem diſcuſſionem, Do-
mini duo tempora diſtinguenda prudenter puta-
uerunt. Primum præteritum, quod reſpicit termi-
nos, ſeu penſiones elapſas. Alterum, quod refertur
ad penſiones futuras.

Quatenus attinet ad terminos, ſeu pēſiones præ-
teritas cenſuerunt ne Canonici S. Petri amplius à
Canonicis S. Celſi exigant, quam hactenus recepe-
runt, vt ſcilicet, contenti ſint ſolutione facta ad ra-
tionem vndecim iuliorum pro quolibet ducato au-
ri in auro de camera, præſertim cum non videatur
eos poſſe iuuari prætextu error.. ſui procuratoris
qui præfatas pēſiones exigebat, & recipiebat à Ca-
nonicis S. Celſi ad rationem vndecim iuliorum pro
quolibet ducato: nam cum ſingulis annis à dicto
procuratore reciperent computa, & rationes ſub-
ducerent ipſi ſibi potius præiudicium intulerunt, &
ſi qua ignorantia conſiderari poterat illa non vide-
1 batur probabilis, ſed ſupina, † quæ non excuſat er-
rantem, *l. lata culpa. ff. de verb. ſign. l. quod Nerua, ff.
depoſ. l. plurimum, l. nec ſupina, ff. de iur. & fact. ignor.*
Tenor præterea apocharum, ſeu quietātiarum præ-
tenſum iſtum errorem ſatis tollere videbatur, cum
fierent habita ratione valoris aureorum antiquo-
rum, de quibus in ipſa tranſactione fuerat actum.

Quantum ad ſecundum tempus ſpectat, quod
futuras ſolutiones reſpicit, Domini voluerunt ſolu-
tionem fieri vel ex aureis ducatis de camera, vel in
eorum vero valore ſecundum tempora currentia:
nam ſecundum communem Doctorum ſententiam,
2 † quando certa monetæ ſpecies eſt promiſſa, quæ
extet tempore quo fieri debet ſolutio, illa ſpecies eſt
ſoluenda, vel eius valor, ſeu æſtimatio tempore ſo-
lutionis faciendæ, *Bart. & Doctor. in l. Paulus, ff. de
ſolut. Aret. conſ. 11. num. 3. Cagnol. in l. 2. C. de pact. in-
ter empt. & vendit. Petr. Beninten. deciſ. 39. incipit,
Dubitabatur in quadam cauſa, Aim. conſ. 47. incipit Ma-
gnificus dominus, num. 6. verſ. quinto loco.* Ratio au-
3 tem eſt, nam † quando variatur extrinſecus mone-
tæ valor ſine dubio non debet attendi tempus con-
tractus, ſed tempus ſolutionis, ita *Aret. d. conſ. 11.
num. 3.* vbi teſtatur hanc communem opinionem.
In caſu propoſito ducatus aureus de camera nō ap-
parebat variatus in bonitate intrinſeca, cum is qui
nunc creditur in curia ſit eiuſdem ponderis, & bo-
nitatis (vt facta experientia eſſe videretur) ac ille,
qui ante quinquaginta, aut ſexaginta annos in vſu
erat; argenteus autem nummus, quem iulium, vel
paulum dicunt, erat immutatus, ac in duobus ferè
baiocchis diminutus, vt conſtat ex conſtitutione
quadam Pauli IV. incipit, Ex omnibus. edita anno
1558. vnde cum hodie cum vndecim iuliis curren-
tibus non poſſit emi vnus aureus de camera ex illis,
qui currebant de tempore contractus, vel de illis,
qui in illorum loco ſuffecti ſunt, debitor nunc ſol-
uens vndecim iulios pro illis qui ſoluebantur an-
tiquis temporibus quando iulij erant meliores cum
minus ſoluat non ſatisfacit obligationi: nam cum
illis vndecim antiquis iuliis poterat emi vnus au-
reus de Camera, qui hodie cum vndecim iuliis
noſtratibus, ſeu currentibus emi non poteſt.

Nec Canonici S. Celſi potuerunt præſcriptione
ſe tueri, cum non potuerint probare continuatas
ſolutiones ad rationem vndecim iuliorum pro quo-
libet ducato, niſi ab anno 1556. vſque ad annum
4 1586. & ſic per triginta tantum annos, † qui non
ſufficiunt ad inducendam legitimam præſcriptio-
nem contra Eccleſiam, cum quadraginta anni re-
quirantur, *cap. de quarta, cap. illud. de præſcript.* Illa
verò ſolutio ad rationem decem iuliorum pro du-
cato facta per Canonicos S. Celſi, de anno 1529.
vnica eſt, nec demonſtratur continuatio; ideo non
eſt ſufficiens ad inducendam præſcriptionem, aut
præſcriptionis initium, *d. c. illud, §. verū, de Præſcript.*
5 Ad † *cap. olim cauſam, & cap. fin. de Cenſib.* quibus
ſanciri videtur vt deficiente antiqua pecunia ſolu-
tio fiat in moneta, quæ eſt vſu. Reſpondebatur pri-
mum, reperiri nunc quidem Romæ ducatos au-
reos de camera antiquos, qui licet non ſint in vſu
frequenti non referre cum Canonici S. Celſi tot ſin-
gulis annis reperire poſſint, quot ad pactam ſum-
mam centum ducatorum perſoluendam ſufficiant.
Rurſus dicebatur, quod quamuis in indiuiduo non
reperiantur illi ipſi aurei de camera, qui currebant
de tempore contractus de anno 1524. reperiuntur
tamen apud mercatores ducati alij de camera anti-
quis illis prorſus ſimiles, de quibus ſolutio commo-
de fieri poſſit, vnde non intrat diſpoſitio illorū tex-
tuum in caſu propoſito. Ac ita etiam procedit il-
6 la opinio, quæ aſſerit † ſolutionem eſſe faciendam,
iuxta valorem monetæ, quæ currebat tempore con-
tractus: nam ea vera eſt quando antiqua moneta
non reperitur amplius, *Ant. Burg. in c. cum dil. il.
num. 29. de empt.*

Ad *deciſ. Put. 149. incipiens, Communis concluſio eſt,*
reſpondebatur eam totam mutare, & incertam vi-
deri, ac ſuffragij potius priuati, quam deciſionis
Rotæ ſpeciem præ ſe ferre.

Multa alia fuerunt vtrinque allegata, quæ facilè
ex præfatis, vel mutuo conciliantur vel ſubuertun-
tur, & ideo conſulto fuerunt hic omiſſa, præſertim
cum Domini ad declarandam propoſitam difficul-
tatem, in his, quæ dicta ſunt, præcipuè fecerint
fundamentum.

Illuſtriſſimo Cardinale Lancelotto, Romana aureorum octo Zeccarum 20. Iunij, 1597.

SVMMARIA.

1 *Solutio eſt facienda de moneta currente tempore con-
tractus, ſi ea tempore ſolutionis reperiatur, nec ſit mu-
tata in bonitate intrinſeca, aliàs ſecundum æſtima-
tionem illius de tempore contractus.*

2 *Contrahentes præſumuntur ſentire, vt ſolutio fiat de
moneta, quæ eo tempore currit.*

3 *Obligatus ſoluere ſcutos aureos tenetur ſoluere eos, qui
currunt tempore ſolutionis.*

4 *Intellige quando non reperiuntur aurei, qui currebant
tempore obligationis, vel debitor nollet ſoluere illorum
æſtimationem, d. num. 4.*

5 *Banni-*

5 *Bannimenta non comprehendunt contractus iam perfectos.*
6 *Bannimenta intelligi debent, vt minus deuient à iure communi quàm ſit poſſibile.*
7 *Et ne quis damnum patiatur.*
8 *Debitor dicitur in damno, ſi cogatur ſoluere monetam pretioſiorem ea, quam tempore contractus recepit.*
9 *In obligationibus dubijs venit id, quod eſt minus.*
10 *Verba contractus interpretantur contra eum, qui in illis ſe fundat.*
11 *Lex procedens declarando, trahitur etiam ad præterita.*
12 *Lex procedens corrigendo, non declaratoria, ſed correctoria dicitur.*

DECISIO CCXVII.

ANNO 1596. emanarunt edicta vnum die 2. Ianuarij ſuper vero valore ſcutorum auri. Alterum die 8. Auguſti primi declaratoriũ, in quibus fuit ordinatum quod ſcuta auri octo Zeccarum in dictis bannis ſpecificatarum intelligantur, & ſint ſcuta auri bona, & currentia, reliquarum verò Zeccarum ſint quidem currentia, ſed minoris æſtimationis dictorum octo Zeccarum ad rationem duorum ſcutorum cum dimidio pro quolibet centenario. Et quia in vltimo edicto fuit etiam mãdatum, quod ſolutiones in poſterum faciendæ in ſcutis auri in Kalendis Ianuarij ſequentis anni 1597. vigore literarum cambij, cedularum, inſtrumentorum, & quotumcumque contractuum fieri deberent in dictis ſcutis octo Zeccarũ orta eſt dubitatio. An in ſolutionibus Cenſuum, & aliorum contractuum ante dictum annum 1596. celebratorum, & ſimiliter in reſtitutione depoſitorum ante dicta bannimenta penes mercatores factorum deberent ſolui ſcuta auri ex dictis octo Zecchis, vel ſatis eſſent alia quæcunque.

Et huiuſmodi dubio die 20. Iunij, 1597. de ordine Sanctiſſimi per me in Rota propoſito Domini cenſuerunt ſolutiones poſſe fieri in ſcutis currentibus, & ordinariis, licet non ſint octo Zeccarum moti ex communi concluſione in hac materia moneta-
1 tum. quod † ſolutio eſt facienda in moneta currente tempore contractus ſi ea tempore ſolutionis reperiatur, nec ea ſit in bonitate intrinſeca mutata, vel ſi ſit immutata, vel non reperiatur in eius æſtimatione ſecundum æſtimationem de tempore contractus, & obligationis, iuxta tex. in cap. olim, in cap. Canonicis, & vtrobique. *Gloſ. & Doctor. ext. de Cenſib. Bar. in l. Paulus, num. 6. vbi alij, ff. de ſolut.* notant *Doctor. in l. cum quid, ff. ſi cert. petat. Rub. Alexandr. conſ. 17. Soc. iun. conſ. 145. num. 94. lib. 1. Corn. conſ. 221. num. 13. lib. 3. Bertran. conſ. 17. nu. 4. vol. 4. & conſ. 168. num. 1. & 261. num. 7. vol. 1. par. 1.* & plures cumulat *Tiraq. de retractu Lignag. §. 1. Gloſ. 18. num. 26. & 27. Couar. de veter. numiſmat. cap. 7. §. ſuppreſt modo, num. 2. Anton. Gabr. de ſolut. concluſ. 1. & 2.* cum aliis quos refert, & ſequitur nouiſſimè *Hieron. Gabr. conſ. 164. num. 4. lib. 1. Put. deciſ. 149. lib. 2.* & ita aliàs fuit reſolutum in *Rota in vna Caſenatenſi præcariæ. 14. Martij 1597. coram R. P. D. meo Penia.* Quare cum ſcuta auri currentia tempore contractus hodie repetiantur, nec eorum vſus ſit reprobatus, quamuis ſint in æſtimatione variata, et quo non ſunt immutata in bonitate intrinſeca ſatisfit per eorum ſolutionem, iuxta dictam communem
2 opinionem. Maxime † cum ea cenſeatur fuiſſe mens contrahentium, vt de currentibus tempore contractus intelligatur facta promiſſio, *Caſtr. in l. fin. nu. 4. C. commun. de legat. Guid. Pap. quaſt. 493. in princ. Calcat. conſ. 15. num. 17.* Et quamuis *Boer. deciſ. 327. Alciat. conſ. 38. tomo 3. lib. 8. Menoch. conſ. 288. num. 20. Aret.* & alij allegati per *Tiraq. vbi ſupra, num. 26.*
3 voluerint obligatum † ſoluere in ſcutis aureis, teneri ad ſoluendum in ſcutis aureis currentibus tempore
4 ſolutionis, tamen intelligebant Domini † id habere locum quando non repetiretur ſpecies promiſſa, vel debitores æſtimationem antiquorum ſoluere nollent, ſed quando ſpeciem promiſſam ſoluere intelligant, & ea reprobata non eſt ſequenda, videtur prior opinio magis à Doctoribus recepta.

Et quia tota difficultas huius dubij videbatur reſtricta ad intellectum dictorum bannimentorum. Ideo Domini particulariter reſpondendo dicebant prædicta edicta non eſſe intelligenda de ſolutionibus faciendis vigore obligationum, & inſtrumentorum ante bannimenta perfectorum, & habẽtium cauſam de præterito, idque deducebant ex natura
5 legis, † quæ reſpicit negocia futura; nõ autem præterita *l. leges, C. de legib. cap. 2. & cap. fin. de conſtitut.* & in terminis bannimentorum, vt non comprehendunt contractus iam perfectos etiam ſi eorum effectus adhuc in pendenti eſſet, tenet *Dec. in cap. fin. num. 63. verſ. ſexta concluſio, de conſtit. Caputaq. deciſ. 103. fuit dubitatum, lib. 2. in manuſcr.* & in materia ſimilium conſtitutionum de valore monetarum, vt non debeant extendi ad contractus, & obligationes præteritas, tradit *Calcan. conſ. 15. num. 3. cum ſeq.*

Idem demonſtrabat tum ex verbis, tum ex mente dictorum edictorum. Ex verbis quidem, quia dicitur, *Ordiniamo, & comandiamo, &c.* quæ verba neceſſario de obligationibus futuris, & in futurum faciendis intelligi debent, cum ſubſequantur illa verba: *eccettuando ſolo, &c.* in quibus cum diſponatur non comprehendi eos contractus in quibus partes aliter conuenerint apparet præcedentia eſſe intelligenda de diſpoſitionibus futuris poſt bannimenta, ex quo in præteritis non poterant contrahentes diſponere contra tenorem bannorum, quæ nondum emanauerant tempore contractus, neque poterant diuinare an emanare debuiſſent. maximè cum infra in verſ. *Et acciò durante, &c.* expreſsè concedatur dilatio vſque ad diem primam Ianuarij ad effectum, vt mercatores, & alij poſſent certiorare ſuos correſpondentes de diſpoſitione ipſius banni, & ſic intelligitur de ſolutionibus faciendis vigore literarum, & contractuum poſt certiorationem celebrandorum. Ex mente vero, quia intentio banni fuit tantum declarare valorem ſcuti, & quod iuxta valorem taxatum eſſe deberet in commercio, non autem augere obligationes, ita vt debitores obligati eſſent ſoluere ſcuta octo Zeccarum in caſu in quo de iure aliter non tenerentur, *Oldr. conſ. 250. num. 3.* & vltra intentionem Legiſlatoris verba legis extendi non debent, *cap. propter, de verbor. ſign.*
6 *cum ſimilibus.* præſertim quia † ea ſumenda eſt interpretatio in huiuſmodi bannimentis, vt minus

deuient

Digitized by Google

deuient à iure communi, *Gloſ. magna, in l. fin. §. in com*
7 *putatione, & ibi Doctar. C. de iure deliber.* † & ne quis
8 maneat in damno, qnod eſſet † ſi cogeretur ſoluere
monetam pretioſiorem eam, quam nõ recepit tem-
pore contractus, *Gloſ. in l. 2. C. de nouat.*

Non obſtat quod ex quo non conſtat quod aurei
de quibus partes tempore contractus diſpoſuerunt
eſſent de illis minoris bonitatis, & valoris octo Zec-
carum non videantur tales contractus reſtringendi
ad aureos iſtos inferiores cum potuerint ſolum ſol-
ui in confuſo non minus de vna, quam de alia Zec-
9 ca. Quia reſponſum fuit, quod cum † verſemur in
dubio, & in materia obligationis inhærendum vi-
detur illi interpretationi, quæ tendit potius ad ex-
tenuandam, quam ad augendam obligationem,
cap. in obſcuris, & cap. inſpicimus, de reg. iur. in 6. &
vtrobique not. *Din. l. quidquid aſtringendæ, ff. de verb.*
oblig. & in ſimilibus terminis eſt *Gloſ. in cap. olim, in*
10 *verbo, vſuales, in fine, de iureiur.* & quia † verba con-
tractuum vbi in aliquo redduntur ambigua contra
fundantem ſe in illis regulariter interpretari de-
bent, *l. lateribus, ff. de pact.*

11 Neque obſtat quod † cum iſta bannimenta pro-
cedant per viam declarationis, ex quo declarant
aureos bonos, & iuſti ponderis eſſe ſolum illos octo
Zeccarum debeant trahi ad contractus prætericos,
Gloſ. in c. cum ſit, in verbo, ſine, de vſur. Bal. in l. non
dubium, vbi alij, *C. de legib. Gabr. de regul. iur. concluſ.*
3. num. 8. ſiquidem ſi reſpicerent præcedentes obli-
12 gationes † non poſſent dici declaratoria ex quo in-
ducerent nouam diſpoſitionem, & corrigerent præ-
teritas obligationes, cum de iure non teneãtur con-
trahentes ad aliam ſolutionem faciendam; & pro-
pterea correctoria non declaratoria iudicari debẽt,
Caputaq. dicta deciſ. 203. Calcan. d. conſ. 15. num. 16.

Et ex his fuit conclnſum ſolutiones poſſe fieri in
ſcutis currẽtibus, quamuis non ſint octo Zeccarum,

Reuerendiſſimo D. Sacrato, Foroliuienſis Cenſus, Veneris 8. Martij, 1602.

SVMMARIA.

1 *Moneta debet ſolui iuxta valorem currentem tempore ſolutionis, quando non eſt mutata bonitas intrinſeca.*
2 *In alternatiuis electio eſt debitoris.*
Declar. quãdo vtraque pars alternatiuæ debitæ eſt æqualiter certa, num. 4.
3 *Solutio debet fieri iuxta æſtimationem monetæ, quæ eſt in obligatione, non autem eius, quæ eſt in electione ſoluendi.*
5 *Moneta ſolui debet iuxta æſtimationem inter contrahentes conuentam.*
6 *Illatio non benè fit ex diuerſis.*
7 *Obſeruantia non poteſt interpretari actum, niſi conſtet de cauſa, ob quam ita fuerit obſeruatum.*

DECISIO CCXVIII.

EQVES Bernardinis de Forliuio impoſuit
annum Cenſum ſcutorum octuaginta quin-
que auri ſuper quodam eius prædio, & il-
lum ſic impoſitum vendidit Domino Hieronymo
de Tordeſchis Canonico Nansbrenſi pretio ſcuto-
rum mille auri in auro, cuius valorem in moneta
Veneta ad rationem bononenorũ octuaginta quat-
tuor pro ſcuto, & dicta moneta ad rationem bono-
nenorum duodecim pro ſingulis patacchis (iuxta
quod in ciuitate Foroliuienſi tunc currebat patac-
ca) recepit: dictum autem Cenſum vt ſupra aſſigna-
tum, & venditum ſoluere promiſit dicto Hierony-
mo emptori in tot ſcutis auri ad pondus pilæ, vel in
moneta argentea currente de ſemeſtri in ſemeſtre
in fine cuiuſlibet ſemeſtris proportionabiliter, &
pro rata, videlicet, ſcuta quadraginta duo cum di-
midio in fine cuiuſlibet ſemeſtris euenit quod valor
ſcuti auri fuit immutatus, ita vt plus valeret tem-
pore faciendarum ſolutionum, quam valeret tem-
pore contractus. Fuit coram me dubitatum qui va-
lor in propoſito Cenſu eſſet attendendus. Placuit
1 Dominis † eſſe attendendum valorem aureorum
de tempore ſolutionis, ex quo non eſt mutata boni-
tas intrinſeca, iuxta diſtinctionem *Bart. in l. Paulus,*
num. 6. ff. de ſolut. & eſt communis Doctorum opi-
nio, per *Aret. conſ. 15. num. 3. Grat. conſ. 12. num. 44.*
lib. 1. Boer. deciſ. 326. num. 13. verſ. tertius verò, &
quartus caſus, Socin. iun. conſ. 44. num. 15. lib. 4. Beneint.
deciſ. 39. & tenuit *Rota in cauſa Caſenatenſi pecunia-*
ria, 14. Martij, 1597. coram R. P. D. Pena, & in plu-
ribus aliis.

Non obſtat quod fuit alternatiuè promiſſum, vel
2 aurum, vel argentum. † ex quo infertur fuiſſe in po-
teſtate debitoris ſoluere argentum tamquam alte-
rum ex alternatiuis, *§. ſi plures. Inſt. de hæred. inſtit.*
& conſequenter cum ab illo tempore & citra non
fuerit mutatus valor argenti bononenos octuagin-
ta quattuor conſtituere modo ſcutum argenteum
debitum, ſicut conſtituebant tempore contractus,
quidquid circa valorem auri acciderit.

Nam reſpondetur Cenſum fuiſſe impoſitum in
ſcutis aureis, & in eiſdem venditum, & licet fuerit
data facultas ſoluendi argentum, hoc nõ tollit quin
3 ſcutum aureum ſit in obligatione, † & conſequen-
ter illius æſtimatio, nõ autem monetæ ſit attenden-
dus, vt poſt *Bal. Soc. iun. conſ. 44. num. 5. verſ. ſecun-*
do quoniam, lib. 4. Addebat vnus ex Dominis in hoc
4 caſu argentum † non poſſe vigore alternatiuæ dici
æqualiter deductum in obligationem, cum non con-
tineat ſummam certam, vt declarat *Bart. in l. ſi ſti-*
pulatus fuero decem, num. 2. ff. de ſolut. & poſt illum
Grat. conſ. 17. num. 26. lib. 2.

Minus ſubſiſtit in facto quod ſcutum aureum in
hoc caſu fuerit æſtimatum ad bononenos octuagin-
5 ta quattuor, † vnde illud tantum ſit attendendum,
Bart. in d. l. Talus, in fine, ff. de ſolut. Quia licet pre-
tium Cenſus fuerit ſolutum ad dictam rationem:
quia de illo tẽpore illa ſumma bononenorum cor-
reſpondebat valori ſcutorũ aureorum: ſed quia mo-
6 do fuit immutatus † non rectè infertur de illo tem-
pore ad iſtud ex vulg. regula, *l. illud, ff. ad l. Aquil.*
cum concordant.

Poſtremò non obſtant quæ dicuntur de obſer-
uantia ſubſequuta in ſoluendo dictos bononenos
octuaginta quattuor pro ſcuto: quia potuit eſſe ex
eo, quod dicta ſumma bononenorum per aliquod
tempus fuerit correſpondens valori currenti aureo-
7 rum, & † propterea, cum non appareat ex qua cau-

ſa

Digitized by Google

ſa ita fuerit ſeruatum non poſſunt tales ſolutiones deſeruire pro obſeruãtia interpretatiua inſtrumenti, *Aret. conſ. 115. num. 3.* & fuit dictum *in cauſa Parmenſi Status, 14. Martij, 1580. coram Rohuſterio.*

Ex quibus fuit concluſum ſententiam A.C. ad fauorem Bernardini latam eſſe iniuſtam.

R.P.D. Orano, Cremonenſis penſionis, Lunæ 15. Iunij, 1598.

SVMMARIVM.

1 *Quando eſt in obligatione certa ſpecies monetæ, illa eſt ſoluenda.*

2 *Aliud pro alio inuito creditori, ſolui non poteſt.*

3 *Promittens ſoluere ſcuta auri in auro boni, & iuſti ponderis, non poteſt ſoluere in moneta alterius materiæ.*

Etiam ſi in promiſſione dicatur quod ſcutum aureũ conſtituat libras tot, quia hoc cenſetur additum demonſtratiuè, num. 5.

4 *Immo nec poteſt ſoluere quælibet ſcuta aurea, ſed dumtaxat ea quæ ſunt boni, & iuſti ponderis.*

Limit. ob penuriam monetæ aureæ, abſque tamen damno creditoris, num. 7.

6 *In reſeruatione penſionis plurimum attenditur partium declaratio, & acceptatio.*

8 *Genitiuus de ſui natura ſtat reſtrictiuè.*

9 *Moneta deſtinata ſolutioni ſi augeatur, vel minuatur in valore extrinſeco id cedit ad commodum, vel damnum creditoris.*

DECISIO CCXIX.

FELIC. *record. Gregor. XIV.* Io. Antonio de Honoratis hodie Epiſcopo Interamnenſi reſeruauerat duas penſiones annuas ſuper fructibus Eccleſiarum Parochialium S. Michaelis veteris, & S. Andreæ Cremonenſis vnam, videlicet, quinquaginta quinque, & alteram centum, & ſex ſcutorum auri in auro Italiæ, boni, & iuſti ponderis mille ſeptingentas ac viginti libras monetæ illarum partium inſimul conſtituentium. Cum autem orta eſſet inter eum & Rectorem Eccleſiæ S. Michaelis quæſtio ſuper modo, & qualitate ſolutionis penſionis faciendæ. A. C. vel Iudex ab eo deputatus per ſententiam declarauit ſolutionem faciendam in libris monetæ Cremonenſis, non autem in ſcutis aureis Italiæ boni, & iuſti ponderis. Vnde cauſa appellationis coram me introducta fuit reuocata in dubium iuſtitia huiuſmodi ſententiæ, & Domini fuerunt in voto fuiſſe iniuſtam, & tamquam talem fuiſſe reuocandam.

1 Nam † ex literis Apoſtolicis loquentibus de ſcutis auri in auro apparet monetam auream fuiſſe in obligatione poſitam, *Bar. in l. Paulus, num. 4. de ſolut.* cum adductis per *Conar. de Numiſm. cap. 7. §. vnico, num. 1.* Ideo in moneta aurea, non in alia ſpecie
2 ſoluenda eſt penſio, cum regulare † ſit quod aliud pro alio inuito creditore non ſoluitur, *l. 2. §. mutui, ff. ſi cert. pet. Gig. de Penſion. quæſt. 98. in fine, Cagnol. l. cum quidam, num. 98. ff. ſi cert. pet.*

Licet enim ex generali conſuetudine quælibet pecunia in commercium recepta cenſeatur poſita in facultate ſoluendi, tamen præſenti themati non
3 poteſt accommodari, quia † verba illa ſcuta auri in auro boni, & iuſti ponderis vt aliquid operentur auferunt facultatem ſoluendi in moneta alterius materiæ quaſi ad ipſam auream reſpexerit diſponens, vt per *Boer. deciſ. 327. num. 3. Bolog. conſ. 11. num. 40. Ceph. conſ. 81. num. 5. & ſeq. Teſſaur. deciſ.*
4 *174. num. 6.* Et † quidem non ſimpliciter, quia non omnia ſcuta auri in auro ſolui poſſunt etiam ſi non obſtet materia cum ſit eadem, vt tradit *Bart. in d. l. Paulus*, & firmat *Conar. d. §. vnico, verſ. ſecundo,* ſed propter diuerſitatem ponderis, de quibus Papam intellexiſſe dicendum eſt, *l. ſeruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. l. in nummis, ff. de leg. 3. Purpur. conſ. 80. num. 3. & ſeq.* & fuit dictum *coram me in vna Conchenſi penſionis*, & in aliis cauſis.

5 Nec obſtant illa verba † libras mille ſeptingentas viginti monetæ illarũ partium ſimul conſtituentium: quia ſtant demonſtratiuè, non autem faciunt quod dictæ libræ ſint in obligatione, *Soc. conſ. 298. in princ. lib. 2. Grat. conſ. 14. num. 13. lib. 1. Boer. d. deciſ. 327. num. 3.* & fuit in ſimilibus terminis dictum *coram Domino Penia; in vna Ceſenatenſi pecuniaria.* Nam cum in ciuitate Cremonæ tempore reſeruationis penſionis vſualia, & currentia eſſent diuerſa ſcuta aurea, mirum videri non debet ſi Papa voluit declarare ſuæ mentis eſſe quod ſcuta reſeruata loco penſionis ſummam illam librarum conficerent, & hunc intellectum recipiendum ſuadent. Primum, quod in literis reſeruationis Papa ſubdit, dummodo Rectori remaneat ſcuta centum ſimilia: nam ſi ſcuta aurea non eſſent poſita in obligatione, illa verba ſcuta ſimilia non conuenirent diſpoſitioni, ad tex. in *l. Plautius, ff. de auro & arg. legat.* Secundò, quia ſumma librarum mille ſeptingentarum viginti eſt coaceruata ex duabus penſionibus reſeruatis in certo numero aureorum, quam ſi Papa intellexiſſet in obligatione poſitam vtique diuiſiſſet. Præ-
6 cedentia vero confirmat † partium declaratio, & acceptatio, quam vt plurimum Papa in huiuſmodi reſeruationibus amplectitur, vt fuit conſideratum *coram Domino Peruſino in vna Auximana penſionis,* & tradit *Caſſador. ſuper regula, deciſ. 32. num. 2. Mohed. deciſ. 326.* quæ in præſtatione conſenſus nullam fecerunt mentionem librarum, ſed ſcutorum auri in auro.

Neque habenda eſt ratio quod procurator penſionarij acceptauit ſolutionem penſionis in moneta argentea, & ad rationem dictarum librarum mille ſeptingentarum viginti; quoniam, vt nuper fuit *coram Domino meo Litta, in vna Aretina penſionis* re-
7 ſponſum propter † penuriam ſcutorum auri in auro iuſti ponderis, poteſt ſolutio fieri in moneta diuerſa à debita; dummodo inde nullum damnum creditoris reſultet, *d. l. Paulus, ff. de ſolut. Soc. iun. conſ. 101. num. 3. lib. 3.*

Minus facit ponderata dictio, conſtituentium,
8 quaſi genitiuus, † qui ſtat reſtrictiuè, *cap. cum capella, vbi Ant. de Butr. de Priuil. Alex. in rubr. de non. oper. nunc. num. 26.* Quia reſtringit valorem auri ad expreſſas libras tempore reſeruationis illi æquiua-
9 lentes, & propterea ſuccedit regula, † quod quoties moneta deſtinata ſolutioni augetur, vel minuitur

tur

Digitized by Google

tur in valore extrinſeco, id cedit ad commodum, vel damnum illius cui facienda eſt ſolutio.

R.P.D. Penia, Cęſenatenſis pecuniaria, Veneris 14. Martij, 1597.

SVMMARIA.

1 *In promiſſione ſoluendi ſcuta aurea ad rationem tot ſolidorum pro ſcuto in paulis, vel ſcutis de camera, in obligatione ſunt ſcuta aurea, in ſolutione pauli, vel ſcuta de camera.*

2 *Verba illa ad rationem tot ſolidorum, appoſita in promiſſione de ſoluendo ſcuta aurea ſtant demonſtratiuè.*

3 *Valor monetæ quæ eſt in obligatione debet attendi iuxta tempus contractus, ſi illius valor non reperiatur diminutus.*

4 *Ampl. etiam ſi ſit diminutus valor monetæ inferioris, de qua ſolutio fieri poteſt.*

5 *Solutio facienda eſt iuxta qualitatem monetæ à partibus declaratam.*

DECISIO CCXX.

EMERAT de anno 1586. Euangeliſta de Galaſſis prædium multarum tornaturarum à Balthaxare Romagnolo, æſtimata qualibet tornatura pretio ſcutorum triginta vnius auri ad rationem ſolidorum octuaginta quattuor pro quolibet ſcuto. Idcirco pretium conficiens ſummam ſcutorum duorum millium centum ſexdecim emptor ſoluere promiſerat intra terminum decem annorum proximè futurorum à die celebrati cõtractus, in pecunia numeratà in tot paulis, vel ſcutis de camera. addito inſuper pacto quod Euangeliſta emptor ſolueret liuellum pro dicto pretio ratione fructuum prædij venditi ad æſtimationem quinque pro centenario, & quolibet anno in tot paulis, vel ſcutis de camera.

Quia verò tempore contractus ad conficiendum vnum ſcutum auri exigebantur vndecim pauli cum dimidio: nam tunc octuaginta quattuor ſolidi, ſeu baiocchi faciebant tot paulos, modo verò quia elapſis iam decem annis, & termino ſolutionis aduenientе decem ſolum pauli implebant dictum ſcutum: quia paulus, qui tempore contractus erat valoris quatrenorum quadraginta quattuor, nunc vigore Conſtitutionis *Gregorij XIII.* erat quatrenorum quinquaginta, & ſolidus, ſeu baioccus, qui tempore contractus erat ſex quatrenorum. Ideo cum hæredes Euangeliſtæ emptoris vellent ſoluere ad æſtimationem monetæ currentis, auctæ per Conſtitutionem Principis in valore extrinſeco contra verò Balthaxar venditor, & creditor ſecundum veterem valorem tempore contractus ſibi ſolui contenderet. Super hoc dubio Rota conſulta vtraque parte informante, reſpondit ſolutionem fieri oportere æſti-
mando ſcutum ad rationem vndecim paulorũ cum
1 dimidio. Conſiderauit enim primum vigore † in-
ſtrumenti emptionis, & venditionis in obligatione
fuiſſe ſcutum aureum, in ſolutione autem paulos, &
2 ducatos de camera, & verba illa † ad rationem ſoli-
dorum demonſtratiuè fuiſſe appoſita ad oſtendendum de quo ſcuto contrahentes intellexiſſent, *Soc. conſ. 298. lib. 2. Grat. conſ. 14. num. 13. lib. 1. Boer. deciſ.*
3 *327. num. 3.* Cum autem † ſcutus aureus non repe-
riretur diminutus illius valor, erat inſpiciẽdus tem-
4 pore contractus, quamuis † moneta inferior de qua
ſolutio fieri poterat eſt valdè diminuta, *Bart. in l. cum quid, circa finem. ff. ſi cert. pet. Crau. conſ. 47. num. 6. Soc. iun. conſ. 142. num. 6. lib. 2. Bologn. conſ. 11. nu. 49. Ceph. conſ. 31. num. 8. lib. 1.* Quod maximè locum habere dicebatur in hoc contractu in quo contrahentes expreſsè declarauerunt qualitatem aurei, ad rationem, ſcilicet, ſolidorum octuaginta quattuor:
5 † nam tunc ſi moneta inferior ſiue minuta decre-
ſcat ſolutio, facienda eſt ad eam rationem, iuxta qualitatem declaratam, *Barbat. conſ. 19. num. 7. verſ. ſed licet, lib. 4. Ceph. conſ. 31. num. 6. & ſeq. Boer. deciſ. 32. num. 10. Couar. tract. de veter. numiſm. cap. 7. §. 1. numero 5.*

R.P.D. Orano, Romana prætenſi Cenſus, Veneris 11. Decembris, 1598.

SVMMARIA.

1 *Debitori in dubio fauendum eſt.*

2 *Solutio declarat quænam ſpecies monetæ ſit in obligatione.*

3 *Obſeruantia ſubſequuta declarat, quæ retro geſta ſunt.*

4 *Contradictio creditoris non tollit vſum ſoluendi in certa ſpecie monetæ inchoatum tempore obligationis, licet non ſit præſcriptus.*

5 *Valor antiquæ monetæ cum non eſt mutatus in bonitate intrinſeca, ſolutio poteſt fieri vel in illa, vel in æquiualenti.*

6 *Obſeruantia ſubſequuta de conſenſu partium quo ad modum ſolutionum præualet ſtatuto & conſuetudini generali contrarijs.*

DECISIO CCXXI.

CVM aliàs annua præſtatio octuaginta ducatorũ de Carolenis Archipresbytero S. Celſi, reſeruata ſuper domibus q. Iulio Alberino locatis propter iniuriam temporũ, & varios caſus per b. m. Cardinalem Ghinutium arbitrum à partibus electum reducta fuiſſet ad ducatos quadraginta auri in auro de camera, ex quo duæ ſpecies ducatorũ in cõmercio hominũ exiſtunt. Dubium fuit ad quam ſpeciem dicendũ ſit facta reductio. Et Domini cenſuerũt ad ducatos auri de camera veteres, quia ſunt
1 minoris valoris, *l. nummis, ff. de leg. 3.*, & † in obſcuris
fauendũ eſt cauſæ debitoris, *l. ſemper in obſcuris, vbi Dec. n. 4. Cagn. n. 15. & ſeq. ff. de reg. iur. l. Titia, §. verò, ff. de auro et argen. legato*, vt ẽt cõtra fundantem ſe in verbis ambiguis. & ſic hoc caſu cõtra Archipresbyterum capiẽda eſt interpretatio, *l. veteribus, de pact.* præſertim cum huic intellectui congruat obſeruan-
2 tia. Nam in materia valoris monetæ † talis præſu-
mitur facta promiſſio, qualis oſtenditur facta ſolutio, *l. Iulianus, §. proinde, ff. ad Macedon. l. ſi certis annis*, vbi poſt *Ang. num. 11. Alexan. C. de pact. Socin. conſ. 145. ſub numero 3. libro 1. Corn. conſ. 181.*

Q num. 73.

Digitized by Google

num.73, lib.2. Brun. in tract, de augment. monet. quaſt.
12. in princ. Nulla enim poteſt eſſe melior declara-
3 tio, † quam ea, quæ ſumitur ex his, quæ poſtea re
ipſa, & longo vſu ſeruata ſunt, *Bart. conſ. 59. volum. 2.*
Felin. in cap. cum Bertoldus, num. 28. de reiudicat, ſo-
lutionem autem factam fuiſſe in ducatis veteris va-
loris non debemus controuertere: nam ex libris
Ioannis Alberini, & etiam ex quietantiis Io. Fran-
ciſci Firmani Archipresbyteri de hoc liquet. vbi fa-
tetur ſe in tribus terminis recepiſſe ducatos auri de
camera veteres, ac in quattuor ſequentibus viginti
ducatos ſimiles. Idem etiam ex aliis quietãtiis Cor-
nelij Firmani eius ſucceſſoris, & ex aliquibus mo-
4 derni Archipresbyteri, etiam ſi † ab aliquot annis
per proteſtationem contradixerit, nihilominus non
potuit tantum operari, vt extingueret vſum obſer-
uatum ſtatim poſt contractum etiam quod nõ fue-
rit præſcriptus: quia non requirit præſcriptionem,
vt tradit poſt alios *Aim. conſ. 202. num. 2.* Vnde
5 cum † moneta ducatorum veteris valoris non ſit
immutata in bonitate intrinſeca, *cap. cum olim, cap.*
cum canonicus, de cenſ. Bart, in l. Paulus, num. 6. ff. de ſo-
lut. Gabr. conſ. 164. num. 4. lib. 1. merito dicendum eſt
ſatisfactum ſibi videri ſi vel in illa fiat ſolutio, vel in
eius æquiualente, *Put. deciſ. 249. lib. 2.*

Nec obſtat Decretum camerale, quia licet poſſit
fortaſſis reſponderi, quod non comprehendat præ-
terita, vt videtur tenere *Caputaq. deciſ. 103. lib. 2. in*
manuſcr. Calcan. conſ. 15. num. 13. cum ſequenti, & di-
ctum fuit *coram R. P. D. meo Lancelotto in vna Roma-*
na o:fo Zeccarum, 20. Iunij, 1597. clarum eſt etiam
quod diſponit circa debita Cameræ, & penſiones
beneficiorum; nõ autem circa conuentiones factas
inter particulares de ſolutione certo modo facien-
da: nam, vt tradit *Brun. de augm. monet. par. 2.* . . .
6 17, obſeruantia † ſubſequuta, cum contineat con-
ſenſum vtriuſque partis præualet ſtatuto, & con-
ſuetudini generali in contrarium.

Neque ad propoſitum facit Deciſio facta *coram*
R. P. D. Penia in Romana pecuniaria. Quia in eius the-
mate non fuit controuerſia ſuper ſpecie ducati, ſed
ſuper valore: nam partes erant concordes circa ſpe-
ciem, & eius intrinſecam bonitatem, quæ immuta-
bilis eſt; non autem circa ſolutionem propter im-
mutatam eius extrinſecam qualitatem. Ideoq. ho-
die optima ratione dictum fuit in valore hodierno
ducatorum auri de camera veteri per Dominos de
Alberinis dicto Archipresbytero Sancti Celſi ſolu-
tionem eſſe faciendam.

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Foroliuienſis Cenſus, Lunæ 11, Februarij, 1602.

SVMMARIA.

1 *Mutato valore moneta reſpectu bonitatis intrinſecæ, ſo-*
lutio debet fieri de moneta currente tempore obliga-
tionis ſi poteſt, ſin minus de currente tempore ſolutio-
nis ad valorem antiquæ, & num. 6.
2 *Teſtis, qui ex depoſitione poteſt commodum reportare,*
dicitur teſtificari in cauſa propria.
3 *Teſtis deponens ſuper negatiua, debet etiam non interro-*
gatus reddere rationem ſui dicti.
4 *Teſtis deponens ſuper negatiua, debet deponere ſe vidiſ-*
ſe illum actum ex quo negatiua reſultat.
5 *Teſtis deponens ſuper negatiua, debet excludere actum,*
& potentiam.
7 *In ſolutionibus faciendis de qua moneta ſolui debeat,*
attenditur vltima præcedens ſolutio.

DECISIO CCXXII.

CATHERINA Zaffia de anno 1585.
emit annuum Cẽſum ſcutorum treſ-
decim auri in auro ab Hectore Men-
go de quo tempore in Ciuitate Foro-
liuij valor aurei erat bononenorum
octuaginta quattuor, qui poſtea tra-
ctu temporis fuit multum alteratus, & notabiliter
auctus. orta fuit controuerſia inter Mengum debi-
torem cenſus & Alphonſum Zaffium hæredem Ca-
therinæ, quia Mengus volebat ſoluere dictos bo-
nonenos octuaginta quattuor pro quolibet ſcuto;
Alphonſus autem petebat ſcutum aureum, iuxta
formam inſtrumenti, vel illius valorem pro tempo-
re currentem.

Propterea dubitaui quomodo eſſet ſoluendus
Cenſus huiuſmodi, & quia in præteritum ſolutio
non ſolum fuerat facta in ſcutis aureis diminutis, &
tonſis, ſed etiam quod generaliter de dicto tempo-
re in Ciuitate Foroliuij, & in tota Prouincia Ro-
mandiolæ in promiſſionibus, & in quibuſcumque
contractibus, quando habebatur mentio de ſcutis
auri in auro intelligebatur de ſimilibus ſcutis leui-
bus, & diminutis, & de huiuſmodi fiebant omnes
ſolutiones, & quod non currebant, neque expende-
bantur aliqui aurei, qui eſſent ad pondus cameræ,
ſed omnes diminuti, & tonſi, & non leuiter minores
iuſto pretio, qui poſtea fuerunt tempore *fel. record.*
Gregorij XIII. per edicta publica prohibiti, & re-
probati, & ab inde citra currunt, & expenduntur
tantum nummi aurei iuſti ponderis, & ob id maio-
ris valoris, propterea ſuccedit communis Conclu-
1 ſio, † quod quando pecunia in pondere, & bonita-
te intrinſeca mutatur, ſolutio debet fieri de moneta
antiqua, ſi fieri poteſt, vel ſi non poteſt de noua, ad
valorem tamen antiquæ, *Oldr. conſ. 250. num. 2. Bart.*
in l. Paulus, num. 6. ff. de ſolut. & in l. cum quid, num.
17. vbi etiam *Pau. de Caſtro, num. 5. Alex, num. 16. ff.*
ſi cert. pet. Imola, in Clement, fin. ſub num. 12. verſ, dic vt
per Bart. de decim. Soc. conſ. 298. ante medium, lib. 2.
Corn. conſ. 321. ſub num. 12. verſ. hoc tamen nonobſtan-
te, lib. 3. Aim. conſ. 47. ſub num. 6. Afflict. deciſ. 90. num.
3. Natta, conſ. 302. num. 1. & in terminis, quando pe-
cunia fuit diminuta propter tonſionem, tradit *Fe-*
lin. in capit. quanto, ſub numero 12. verſiculo item
ex defectu pecuniæ, de iureiurando, Imola in dicta l.
Paulus, in fine. Domini tamen dixerunt Mengum
non probare ſolutionem pretij Cenſus fuiſſe fa-
ctam in ſcutis non iuſti ponderis: quia primus teſtis,
qui id depoſuit, vltra quod eſt vnicus cum deponat
ſcuta centum ſoluta Thomæ Auguſtino fuiſſe ad ſui
contemplationem accepta, & ipſe recognouerit
2 bonam fidem in dicto Cenſu, & propterea † poſſit

ex

Digitized by Google

ex ſua depoſitione commodum reportare dicitur
teſtis in cauſa propria, *Bal. conſ. 227. num. 2. lib. 5. Aim. conſ. 99. num. 2.* patitur etiam alios defectus &
in perſona, & in examine de quibus per informan-
tes. Viſum fuit etiam Dominis nō prorogare nega-
tiuam, quod temporibus articulatis non exſpende-
rentur, nec currerent aliqui aurei iuſti ponderis: te-
ſtes enim, qui ſuper 4. aſtruunt hanc negatiuā nul-
3 lam reddunt rationem, & tamen teſtes, † qui depo-
nunt ſuper negatiua debent etiam non interrogati
reddere ſufficientem rationem, *Bal. in l. cum hi, §. ſi integra, ff. de tranſ. Alex. conſ. 136. num. 6. lib. 1. Dec. conſ. 101. ſub num. 2. verſ. tertio principaliter, Ripa in cap. cum Eccleſia Sutrina, num. 88. de cauſa poſſeſſ. &*
4 *propr. Aim. conſ. 2. ſub num. 3.* Etenim teſtis, † qui de-
ponit ſuper negatiua debeat affirmare ſe vidiſſe il-
lum actum ex quo negatiua reſultat, *§. ſi verò abſunt. Auth. de hered. & Falcid. Bart. conſ. 102. Cariſſime Domine, num. 4. lib. 1.* oporteret quod illi teſtes affirma-
rēt ſe vidiſſe omnes contractus, & omnes ſolutiones
in ſcutis aureis factas in Ciuitate Foroliuij ab anno
5 1580. vſque ad annum 1591. Immo † quod non po-
tuiſſent fieri ſolutiones in ſcutis aureis iuſti ponde-
ris quin ipſi ſciuiſſent, & vidiſſent, *Bart. in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itiner. act. q. priuato,* cum aliis quos
refert, & ſequitur *Dec. conſ. 649. poſt num. 10.* Immo
ſecundus teſtis admittit quod aliquādo ſolutio fie-
ret in ſcutis iuſti ponderis, dum iuxta 16. interrog.
dicit *correuano per il più ſcudi d'oro ſcarſi,* & quartus
ſuper primo, quando deponit, *che non correuano quaſi d'altra ſorte.* accedit fides plurium nobilium viro-
rum atteſtantium, quod expendebantur ſcuta iuſti
6 ponderis, & ſcuta leuia, & propterea cum † non ap-
pareat, quod aureus in ſua intrinſeca bonitate fue-
rit alteratus, licet ſit variatus valor ſoluendus eſt vel
aureus ipſe, vel eius æſtimatio de tempore ſolutio-
nis, *cap. olim, & c. cum canonicus,* & ibi notat. *de cenſib. Glo. in cap. ſi quis ignorat. in verſic. tempore noſtro, 32. q. 4. Bart. in d. l. Paulus, & in d. l. cum quid, Bal. conſ. 213. num. 1. lib. 5. Aret.* qui dicit communem, *conſ. 279. ante med. verſ. tamen concluſi contrarium, lib. 1. Curt. iun. conſ. 14. ſub num. 5. verſ. non igitur eſt dubium, cum pluribus aliis.*

Et ſic Domini reſoluerunt ſolutionem Cenſus eſ-
ſe faciendam in ſcutis aureis, vel in æſtimatione ſe-
cundum tempus ſolutionis, tanto magis, quia ap-
7 paret † ex ſolutione vltimo loco facta, quod fuit ſo-
luta æſtimatio aurei currentis, vt in terminis conſi-
derat *Gabr. conſ. 164. num. 7. lib. 1.* ex traditis per
Bal. in l. ſi certis annis, num. 11. C. de pact.

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Rauennatenſis Cenſus, Lunæ 7. Maij, 1607.

SVMMARIA.

1 *Tranſigi ſuper iure claro non poteſt.*
2 *Procurator non poteſt iura ſui principalis, quæ non patiuntur controuerſiam remittere.*
3 *Remiſſio gratuita habet vim donationis.*
4 *Procurator etiam cum libera donare non poteſt.*
5 *Clauſulæ executiuæ inſtrumentorum non alterant diſpoſitionem.*
6 *Mandatum extenditur ad ſolita.*
7 *Interpretatio ea ſemper eſt capienda, quæ minus præiudicat.*
8 *Remiſſio eſt ſtricti iuris.*
9 *Remiſſio eſt interpretanda, vt remittenti minus præiudicet quam ſit poſſibile.*
10 *Verba ſunt interpretanda contra eum, qui ſe fundat in illis.*
11 *Cedens non poteſt præiudicare ceſſionario.*
12 *Minus ſolui dicitur etiam reſpectu temporis.*
13 *Tranſactionis natura eſt, vt qualibet pars aliquid det, vel remittat.*
14 *Ratificatio requirit in ratificante ſpecificam ſcientiam omnium qualitatum rei, & actus ratificandi.*
15 *Inſtrumentum vt de eo ſcientia habita dici poſſit, neceſſe eſt vt ratificanti fuerit lectum.*

DECISIO CCXXIII.

DOMINI cenſuerunt tranſactionem
non obſtare intentioni agentium:
quia Carolus Altauilla ab eis procu-
rator conſtitutus in multis exceſſit fi-
nes ſui mandati. Licet enim fuiſſet il-
li data facultas trāſigendi ſuper qua-
cumque re, iure, cauſa, & negotio emergenti virtu-
te, & vigore ſolutionis tam ſortis principalis, quam
1 annui decurſorum, attamen nōn † potuit tranſi-
gere ſuper iure claro, & indubitato, *l. Lucius, § fin. ff. de adminiſtr. tutor. l. pactum vocationis, C. de pact. l. 1. vbi Bal. ff. de tranſact. Salic. in l. Præſes, num. 2. & ibi Iaſ. num. 13. ff. de pact. Abb. conſ. 85. ad finem, verſic. nam tranſactio, lib. 2.*
2 Minus potuit † procurator ius ſuorum principa-
lium, quod controuerſiam pati non poterat dimit-
tere, *Feder. de Sen. conſ. 177. num. 3. & 4. Alex. conſ. 22. num. 8. lib. 1. Iaſ. in l. contra iuris, § ſi filius, num. 5.*
3 *ff. de pact.* Iſta † enim gratuita remiſſio vim prorſus
donationis obtinet, *l. ſicut, § an paciſci, ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſol. Dec. conſ. 402. num. 5.*
4 Et † procurator quantumuis generalis, & ſub
quacumque facultate, ac etiam cum libera conſti-
tutus donare non poteſt, *Bart. in l. procurator cui, in princ. ff. de procur. Bal. in l. non abſtulit, num. 1. ante finem, C. de nouat. Alex. & Iaſ. vbi ſupra, Natta conſ. 25. num. 4.*
5 Non obſtant † clauſulæ executiuæ: quia non au-
gent, nec alterant, vt bene per informantes. Ex qui-
bus conſtat non potuiſſe Cenſum impoſitum ad ra-
tionem decem pro centenario reduci ad octo.

Non obſtat quod Papa ſoleat facere huiuſmodi
reductiones in ſignatura: quia vltra quod num-
quam facit pro fructibus decurſis, vt fecit procura-
tor, poteſt etiam quo ad futuros denegare, & ali-
quando denegat reductionem, immo in indiuiduo
in hoc cenſu denegauit, & iſtud ſolitum à Principe
6 fieri non venit ſub mandato, licet † veniat ſolitum
conſtituentis, *l. vel vniuerſorum, ff. de pign. act.* cum
præſertim iſtud ſolitum Principis contineat remiſ-
ſionem, & donationem, quæ cenſetur excluſa à quo-
cumque mandato in quo expreſſa non reperitur, vt
dictum eſt.

Neque in contrarium faciunt literæ, quæ exhi-
bentur: quia vltra quod non ſunt productæ nec re-
cognitæ non etiam concludunt reductionem. nam
literę, quę dantur ſub nomine Pirro Gōzagę loquun
tur de remiſſione vnius pro centenario, & procura-
tor duos dimiſit; non apparet etiam an loquantur
de fructibus decurſis, vel decurrendis, & intelligen-
dæ ſunt de remiſſione decurſorum, non de reductio-
7 ne futurorum, & propterea, † vt capiamus interpre-
tationem minus præiudicialem, *Aim. conſ. 33. nu. 24.*
8 præſertim in remiſſione, † quæ ſtricti iuris eſt, & ſtri-
ctiſſimè interpretanda. *Oldr. conſ. 5. de Pręben, Cardin. conſ. 120. num. 3. Dec. conſ. 352. nu. 7. Gabr. conſ. 60. nu.*
9 *6. lib. 1.* ita † vt remittenti minus noceat, quam fit
poſſibile, *Dec. in l. poſtquam liti, nu. 15. C. de pact. Grat. conſ. 17. num. 46. lib. 1.* & dixit *Rota in vna Nullius ca-
ſtri montis Portij, 6. Martij,* 1581. *coram Brauo:* &
10 † capienda interpretatio verborum ad fauorem re-
mittentis contra eum, qui ſe in remiſſione fundat,
l. veteribus, ff. de pact. Curt. nu. in d. l. poſtquam liti, nu. 6. Gabr. vbi ſupra, Rota in d. Nullius. Accedit quod in
aliis literis ſub nomine Iulij apparet remiſſionem
fuiſſe conditionalem, dummodo ſolutio ſtatim fa-
cta fuiſſet. Literæ Iulij Cæſaris approbantes factum
Pirri cenſentur approbare ſub eadem conditione.
Rurſus approbatio licet remittat conditiones, &
inobſeruantiam *per illa verba, Volendo ſeruar la con-
ditione, &c.* Accedit quod dicitur literas Iulij Cæſa-
ris fuiſſe ſcriptas poſtquam ipſe vnâ cum aliis fra-
tribus ceſſerant hunc cenſum Domino Herculi, &
11 eius vxori, & † propterea illis nullo modo præiudi-
cant, *Bart. & alij, in l. facto, §. ſi hæres, ff. ad Trebell. Afflict. decıſ. 163. in fine, Gozad. conſ. 3. num.* 8. Additur
etiam cenſum fuiſſe conſtitutum ad fauorem etiam
aliorum fratrum Pitri, & Iulij Cæſaris, quibus non
potuiſſet ipſe prę iudicare remittendo, aut confiten-
do. Accedit quod in taxando valore ſcutorum auri
in auro qui ſemper fuit minor eo, qui vigebat Man-
tuæ vbi erat deſtinata ſolutio notabiliter præiudi-
cauit ſuis principalibus, & vlterius dedit dilationē
ad ſoluēdum ſcuta tricentatriginta, quorum rema-
nebant aduerſarij debitores ſecundum dictam ta-
xationē, & ſic vltra grauamen taxationis ius etiam
12 conſtituentium † in tempore minuit, *§. plus autem, Inſtit. de act.* grauauit etiā in aliis de quibus per in-
formantes omnia ad fauorem aduerſariorum ſta-
tuendo, nihil ſuis principalibus acquirendo, & pro-
13 pterea terminos etiam tranſactionis exceſſit, † de
cuius natura eſt vt pars quæ alteri remittit in recom
penſationem aliud recipiat, *l. 1. ff. de tranſact. l. tranſactio, C. eodem, Bart. in l. ſi cognita, numero 5. C. eodem.*

Non obſtat prætenſa ratificatio tranſactionis de-
ducta ex quibuſdam literis Dominæ Franciſcæ,
14 † quia probari deberet, quod ipſa habuiſſet cla-
ram, & ſpecificam ſcientiā omnium in inſtrumento
tranſactionis contentorum, *Paul. de Caſtro, conſ. 465. nu. 5. verſ. reſtat nunc, lib. 1. Cardin. conſ. 44. nu. 3. Rum. conſ. 91. nu. 11. lib. 1.* latè *Tiraq. de retractu p. 2. Glo. 2. nu. 3.* quæ ſcientia videtur potius per dictas litteras
excludi cū Franciſca in eis conqueratur non potuiſ-
ſe vnquam habere copiam tranſactionis licet eam
ſæpius petierit, & vix eſt vt potuerit habere perfe-
15 ctam notitiam ipſius, † ad quam videtur requiri
quod illam legerit, vel illi lecta fuerit, *Paul. de Ca-
ſtro, vbi ſupra, Aim. conſ. 197. poſt num. 14.*

Minus etiam concluditur ratificatio ex receptio-
ne ſolutionis in ſcutis monetæ ad formam ipſius
tranſactionis: quia omnes quietantiæ poſt tranſa-
ctionem factæ dicunt ad computum fructuum, ſeu
liuellorum nulla facta mentione tranſactionis. Et
licet non aſcenderent ad ſummam debitam vigore
inſtrumenti Cenſus fuerunt receptæ, vt minus de-
beatur non animo ratificandi tranſactionem, *In-
noc. in cap. ſuper hoc, num. 2. in fine,* vbi poſt *Ioan. An-
dr. propè finem, verſic. ſuper ſpoliatione, Anton. de Butr. ſub num. 22. de renunciat. Bart. in l. ſi per vim, num. 2.* vbi etiam *Alex. C. de his, quæ vi, metuſve cauſa, Socin. conſ. 24. num. 46. lib. 1.*

R.P.D. Ottembergio, Romana caducitatis, Lunæ 20. Maij, 1602.

SVMMARIA.

1 *Debitor non eſt in mora ſoluendi, quando in loco deſti-
nata ſolutionis non adeſt legitima perſona, cui ſol-
uatur.*
2 *Onus probandi fuiſſe in loco perſonam legitimam ſpe-
ctat ad creditorem.*
3 *Debitor non tenetur offerre, nec proteſtari, quando non
adeſt perſona legitima, quæ recipiat.*
4 *Mora incurritur ob non ſolutionem etiam lite pendente.*

DECISIO CCXXIV.

CONCLVSVM fuit vna tantum
parte informante reuocandū eſ-
ſe mandatum A. C. cuius vigore
Octauianus Maſcainus fuit exu-
tus poſſeſſione domorum ob non
ſolutum canonem. Etſi enim de-
fecerit in ſolutione, quod ipſe in-
1 genue agnoſcit, non tamen fuit in mora, † ſiqui-
dem non aderat perſona legitima cui fieret ſolu-
tio, quæ deſtinata erat in Vrbe, ideoq. non teneba-
tur Mediolanum ad domum creditoris accedere,
Anchar. in cap. ſignificante, num. 8. de pignor. Bart. in l. item illa, num. 9. ff. de conſtit. princ. Mohedan. deciſ. 15.
2 *de locat. Rolan. conſ. 87. num. 14. lib. 1.* † Onus autem
probandi adfuiſſe legitimum procuratorem ad re-
cipiendum incumbit Dominis de Sorbellonibus,
Bart. d. l. item illa, num. 11. & ibi Fulgoſ. & alij, Alex. conſ. 210. num. 2. lib. 6. Ruin. conſ. 151 num. 3. lib. 3.
3 Neque etiam † neceſſaria erat in hoc caſu obla-
tio, aut proteſtatio ex parte Maſcaini, *Alex. conſ. 92. num. 11. lib. 1. Ruin. d. conſ. 151. num. 4. Mohed. d. deciſ. 15. num. 1. Afflict. deciſ. 316. num. 2. Mandoſ. in pra-
xi ſignat. grat. verſic. Quæro deſtinato, &c.*

Non obſtat quod caducitas incurratur ob non
ſolutionem etiam lite pendente: nam & ſi Franci-
ſcus Oliua fuerit conſtitutus procurator ad caduci-
tatem acceptandam, non tamen habuit legitimum
mandatum ad exigendum canonem.

R. P.

R.P.D.Vbaldo, Neapolitana Cenſus, Mercurij 1. Iunij, 1616.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatam.*
2 *Solutio eſt probanda ab eo, qui illam aſſerit.*
3 *In hæredem tranſeunt omnia iura actiua, & paſſiua.*
4 *Monacus quidquid acquirit, acquirit Monaſterio.*
5 *Epiſcopus regularis ſibi non Eccleſiæ acquirit, ſi apparet id voluiſſe.*
6 *Exceptio nullitatis ſententiæ non obſtat, quando opponens patitur diſcuti ſuper negotio principali.*
7 *Sententia iniuſta non tranſit in iudicatum.*

DECISIO CCXXV.

BERNARDINVS, & Andreas fratres de Pirontis de annó 1568. 13. Maij, conceſſerunt in emphyteuſim perpetuam fratri Alexãdro Mollo Carmelitano quendam ſitum ad effectum in eo fabricandi Eccleſiam, cum onere reſpondendi annuum canonem, ſeu Cenſum ducatorum viginti quattuor qui cenſus inter alia bona illorum de Pirontis fuit mediante curia adiudicatus Vincentio Stazzano eorũ creditori; & cum Hieronymus Vincentij filius, hæres, & donatarius egiſſet contra fratres Carmelitanos pro conſecutione canonum decurſorum, necnon ad declarationem deuolutionis, lata ſententia abſolutoria fratrũ à Romano Nuntio Neapolitano illa fuit in gradu appellationis reformata, & quo ad ſolutionem canonum decurſorum, & decurrendorum fuerunt condemnati fratres, quo ad deuolutionem abſoluti. de qua vltima ſententia cum hodie ageretur in Rota, cenſuerunt Domini illam eſſe confirmandam.

Nam intentio Hieronymi eſt fundata in publico
1 inſtrumento conceſſionis in emphyteuſim, † quod
facit probationem probatam, *B.d.in l.quoties, in fine, C.de iudic. Pariſ.conſ.* 10. *nu.* 70. *lib.* 1. *Curt.iun. conſ.*
109. *num.* 20. & de ſolutione canonum non docetur,
2 quæ † tamquã quid facti probari debet, *l.quingenta, ff.de probat. Natta, conſ.* 169. *num.* 1. & ſequitur
Surd. deciſ. 105. *num.* 9. & licet inſtrumentum non
cantet de Hieronymo, tamen vt dixi, ipſe eſt filius,
& donatarius, & hæres Vincentij, vt ex iuribus datis in Summario, *num.* 6. & 7. Vincentio autem fuit
adiudicatus cenſus de quo agitur, vt in eod. Summar. *num.* 2. vnde ſicut Vincentius potuiſſet agere
contra fratres, ita etiam Hieronymus eius hæres, in
3 † quem fuerunt tranſlata omnia iura actiua, & paſſiua, *l.* 1. *C. vt actio. ab hæred. & contr. hæred. Surd. deciſ.* 240. *num.* 9.

Non obſtat precipuum fundamentum informantium pro fratribus quod conceſſio fuerit facta fratri Alexandro abſque mentione, & interuentu fratrum, vel Monaſterij, & ideo cum ſitus, pro quo
ſoluitur cenſus, non videatur acquiſitus fratribus,
& Monaſterio, nec videantur fratres poſſe conueniri pro ſolutione dicti cenſus: quia fuit reſponſum
4 hanc exceptionem non releuare; tum † quia quidquid acquirit Monacus acquirit Monaſterio, *cap. in præſentia. vbi Doctor. de probat. Innoc. & alij, in cap. cum olim* 2. *num.* 3. *de Priuil.* Et quod etiam frater Alexander voluerit acquirere Monaſterio apparet: quia in eodem inſtrumento promiſit Generalem ſui illud ratificaturum; tum etiam quia in effectu Monaſterium ratificauit, cum appareat per inſtrumentum fratres ſoluiſſe Pirontis ducatos ſeptuaginta duos pro tribus annis, vt in copia, quæ fuit data.

Neque applicatur deciſio in cauſa Vercellenſi ſpoliorum corã Reuerendiſſimo Bononienſi ex ad-
5 uerſo allegata: quia † Epiſcopus Regularis bene
poteſt ſibi acquirere tamquam Epiſcopus, & non Eccleſiæ, ſi appareat id fuiſſe ab eo actum ex allegatis in Deciſione; ſecus autem eſt in Monaco, qui non poteſt ſibi acquirere ex ſupra deductis.

Quo verò ad deuolutionem pariter Domini reſponderunt pro confirmatione ſententiæ: cum enim ex teſtibus datis pro ipſo Hieronymo conſtet in ſitu de quo agitur, fuiſſe ædificatam Eccleſiam, non poteſt in eo cadere deuolutio, cum non ſit amplius in commercio, *§. ſacræ. Inſtit. de rer. diuiſ.*

Non obſtat exceptio nullitatis ſententiæ de qua agitur, vti latæ poſt ſententiam Nuntij, quæ tranſitum fecerat in iudicatum ob appellationem deſer-
6 tam, quia reſpondebatur; tum quia † illi fratres cenſebantur renunciaſſe cum paſſi fuerint diſcuti ſuper negotio principali, *Alex. conſ.* 63. *ſtantibus, num.* 21. *& ſeq. lib.* 4.; tum quia ſententia Nuntij tamquam
7 † iniuſta non videbatur potuiſſe tranſire in iudicatum, *Rota, deciſ.* 311. *num.* 2 *parte* 2. *diuerſ.* & fuit dictum *in Anconitana bonorum.* 20. *Maij,* 1611. *coram R.P.D. meo Manzanedo.* Et ita deciſum.

Illuſtriſſimo Cardinale Pamphilio, Romana Cenſus 10. Maij, 1596.

SVMMARIA.

1 *Domino Cenſus exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi, datur manutentio.*
2 *Liber mercatoris probat ſolutionem ad fauorem creditoris, ſi ſit adminiculatus, etiam contra tertium.*

DECISIO CCXXVI.

MEMORIALIBVS in cauſa Romana Cenſus propoſitis loco cauſæ Domini ſteterunt in reſolutis, & dixerunt dandum eſſe Cardinali mandatum de ma-
1 nutenendo: † quia conſtabat de eius quaſi poſſeſſione ex ſolutionibus ſcutorum ducẽtorum ſexaginta pro duob. ſemeſtribus cenſus de quo agitur, ſibi facta per Luragnm, vt patet ex libris ipſius in quibus hęc partita apparet auuocata ad creditũ Cardinalis. ad not. per *Soc. cõſ.* 65. *col.* 2. *lib.* 4. Et
2 iſti libri † cũ ſint adminiculati ex præcedẽti ordine ſoluẽdi ſubſcripto ab ipſo D. Iuliano, & ex eo quod Luragus, cui ordo erat directus, erat etiam procurator Cardinalis ad exigendum fructus cenſuum, probant etiam pro tertio contra tertium, vt tradit *Bart. & alij. in l. admonendi. ff. de iuretur.* Et ad effectũ quaſi poſſeſſionis fuit reſolutum *in cauſa Peruſina penſionis,* 18. *Decembris,* 1579. *coram Seraphino,* & alias ſæpius,

Illuſtriſſimo Cardinale Mellino, Romana ſocietatis officij, Lunæ 20. Maij, 1602.

SVMMARIA.

1 *Societas officij vltra valorem illius, eſt nulla & inualida.*
2 *Fructus ex ſocietate nulliter contracta, licitè percipi non poſſunt.*
3 *Conſuetudo nihil operatur in materia vſurarum.*
4 *Ex Cenſu nulliter impoſito, fructus non debentur.*

DECISIO CCXXVII.

FVIT per Dominos reſolutum Lælium
teneri ad reſtitutionem fructuũ, quia
1 cum iſtæ ſocietates † officij vltra valorem non ſuſtineantur (vt fuit reſolutum) remanet purum, & merum mu-
2 tuum, † in quo non cadit perceptio
fructuum, vt fuit ſæpius reſolutum, & cõſuetudo ad
iſtum effectum excuſandi à reſtitutione fructuũ non
3 ſuffragatur: † quia cõſuetudo nihil operatur in vſuris, *cap. quia in omnibus, & ibi Gloſ. in verbo, multi, de vſur. cap. inter dilectos, de exceſſ. prælat.* & in his terminis fuit reſolutum *in cauſa Romana ſocietatis, 2. In-*
4 *lij, 1570. coram bon. mem. Cardinale Lancelotto,* † & in
Cenſu nulliter impoſito fuit etiam reſolutum *coram Gipſio in cauſa Vrbeuetana Cenſus de anno 1594.*

R. P. D. Gipſio, Vrbeuetana Cenſus, Lunæ 2. Maij, 1595.

SVMMARIA.

1 *Fructus Cenſus indebitè ſoluti repetuntur per viam conditionis indebiti.*
2 *Fructus ex cenſu nullo adeo ſunt indebiti, vt nec à ſponte ſoluente licitè recipiantur.*
3 *Solitus ponere pecunias ad honeſtum lucrum, poteſt vltra ſortem recipere aliquod intereſſe.*
4 *Dummodo non percipiat ex contractu vſurario, & illicito.*

DECISIO CCXXVIII.

LATAE fuerunt tres ſententiæ ſuper Inualiditate Cenſus de quo agitur, & mandatũ quod fructus percepti compenſarentur in extinctionẽ ſortis principalis, Propterea dubitari contigit, an in calculo faciendo eſſet habenda ratio illorum fructuum ſolutorum pro rata dicti Cenſus retrouenditi de anno 1570.

Et Domini concluſerunt habẽdam eſſe rationem illorum non obſtante quod tempore litis motę cenſus pro illa parte eſſet iam extinctus, Moti fuerunt
1 ea ratione, quia fructus † indebitè ſoluti, & ſic vſuræ
repetuntur, *cap. debitores,* & ibi Doctores omnes, *de iure iur. Spec. in tit. de act. & petit. §. ſequitur vidẽdum, num. 51,* vbi reddit rationem, quia repetuntur per
2 viam repetitionis indebiti. † Et hoc adeo verum eſt, vt nec a ſponte dãtibus recipi poſſint, & recepti veniant reſtituendi, *l. inuitus, ff. de regul. iur. Gloſ. in cap. ſtatutũ, §. inſuper, in verbo, Excipere, de vſur. in 6. Rom. conſ. 96. in principio.*

Non obſtat quod emptor Cenſus ſolitus erat po-
3 nere ſuas pecunias ad honeſtum lucrum quo fit † vt vltra ſortẽ liceat aliquid recipere ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, *Gloſ. in cap. conqueſtus, de vſur. Couar. lib. 3. Var. reſolut. cap. 4. in princ.*
4 Quia huiuſmodi † conſuetudo etiam ſi probetur non excuſaret à reſtitutione vſurarum, *Clemen. ex graui, de vſur. Bal. in Auth. ad hæc, num. 2. C. eod. tit. Iaſ. in §. fuerat, ſub num. 19. Inſtit. de act.*

R. P. D. Iuſto, Romana Cenſus, S. Celſi, Veneris 28. Iunij, 1602.

SVMMARIA.

1 *Intereſſe debetur ex contractu Cenſus nulliter impoſiti, Declar, Dummodo pretium cenſus ſit verſum in vtilitatem venditoris, d. num. 1.*
2 *Eccleſia tenetur ex contractu, ex quo vtilitatem percepit, licet ex eo regulariter non eſſet remanſura obligata.*
3 *Locupletatur is, qui ſoluens vſuras minores liberatur à grauioribus.*
4 *Cenſu nullo declarato, pretiũ illius ſtatim reſtitui debet.*
5 *Fructus, vt ex contractu ſuper re Eccleſiæ non acquirantur, ſufficit quod contractus ſit nullus.*

DECISIO CCXXIX.

CAPITVLVM, & Canonici S. Celſi impoſuerunt duos Cenſus annuos ſuper certis eorum bonis, illoſq. vendiderũt Romulo, ſed quoniam non interuenerunt ſolemnitates Cenſus, fuerunt declarati nulli. & Romulus egit ad reſtitutionem pretij, & obtinuit ea potiſſimum ratione: quia pretium Cenſus ceſſit in extinctionem aliorum cẽſuum grauiorum, & ita in vtilitatem Eccleſiæ. Romulus hodie petit ſibi ſolui intereſſe loco fructuum, quia ipſe eodem Cenſus ſoluerat: & Defendenti coactus fuerat ſoluere fructus, qui ſibi ſunt reſtituendi per Capitulum, & Canonicos. & Rota reſoluit ſibi deberi fructus ſolutos Defendenti. Licet enim non valuerit Cenſus, vt pronũciatum fuit poſt declarationem Eccleſiæ, quia antea habebat implicitum ſtatum validitatis, videlicet, volente Capitulo, & Canonicis, vt fuit dictum in hac cauſa coram R. P. D. Mellino, nihilominus non idem dicendum eſt ratione intereſſe, quod implicitè promiſſum eſt in euentum nullitatis; ſiquidem ſumus in contractu emptionis,
1 & venditionis, † in quo & ſi illa primitiua obligatio eſt nulla, non tamen eſt nulla ſecundaria obligatio quo ad intereſſe, ex quo ab initio Romulus ignorabat quod Capitulum, & Canonici vellent annullare contractum cenſus ſibi vtilem, & proficuum, ſecundum diſtinctionem *Baldi, in l. non dubium, num. 16.* & *ibi Iaſ. num. 52. C. de legib. per l. liber homo, vbi Gloſ. ff. de contr. empt. l. 1. de act. empt.*

Eccleſia

2 Eccleſia enim † ex contractu, qui Eccleſiam re-
gulariter non obligaret tenetur in eo quod verſum
eſt in eius vtilitatem, *cap. quibuſdam, de fideiuſſor. vbi
Abb.* Quia emptor ſine culpa ſua non debet eſſe in
damno, nec Eccleſia locupletari cum aliena iactu-
3 ra, † cuius cauſâ ſoluti fuerūt Cenſus leuiores, cum
teneretur ad cenſus grauiores extinctos pretio iſto-
rum cenſuum, *Alber. in Auth. qui res, num. 2. verſ. aut
ignorauit, C. de ſacroſ. eccleſ. l. vtere, & l. ſi prædium, C. de
præd. minor. vbi Bal. & Bart. in Addit. l. at qui natura,
§. non tantum, vbi Caſtr. de negor. geſt.* cum aliis alle-
gatis per informantes.

Non obſtat quod dicitur Capitulum, & Canoni-
cos non fuiſſe in mora, quæ requiritur, vt debeatur
intereſſe: nam pro mera requiſita ſufficit in hoc caſu
retentio pretij quod ipſos liberauit à ſolutione gra-
4 uiorum fructuū: cum. n. Capitulū teneretur † reſti-
tuere pretiū ſtatim facta declaratione nullitatis, &
ex non reſtitutione reſultauerit lucrū Capituli, quia
Cenſus primi remanebant extincti, necnon dam-
num Romuli, qui ſoluebat Defendenti vtique Ca-
pitulum tenetur reſarcire damnum, quod ſua culpa
patiebatur, *cap. fin. de iniur. l. qui occidit, §. in hac, ff. ad
l. Aquil.* Præſertim ſtāte ſpecifica promiſſione dam-
norum in euentum nullitatis cenſus, quem Capitu-
lum, & Canonici nullū eſſe voluerunt, & ita Romu-
lus nihil recipit per modū lucri, ſed per modum rei
ſibi debitæ, quia eſt ſolutio perpeſſi damni, & pro-
miſſi, *Conrad. de contract. quæſt. 46. in principio.*

5 Et conſequenter non obſtat † quod ad hoc vt non
acquirantur fructus ſufficiat cōtractum eſſe nullum
in rebus Eccleſiæ. *Laurent. de Rodul. in Can. ſine exce-
ptione, quæſt. pen. 12. q. 2. Fel. n. in cap. cum cauſa, nu. 27.*
poſt allegatos. *de re iudic.* Quia Romulus non petit
per modum fructuum, ſed ne ſit in damno in con-
tractu vtili Eccleſiæ, licet ſine debitis ſolēnitatibus.

Ex quibus ita fuit deciſum.

R. P. D. Gipſio, Romana Cenſus, de Caffarellis, Mercurij 9. Decembris, 1587.

SVMMARIA.

1 *Creditum probatur per publicum inſtrumentum.*
2 *Præſcriptio etiam ſtatutaria durante pupillari ætate
creditoris, compleri nequit.*
3 *Præſcriptio etiam ſtatutaria dormit durante pupillari
ætate creditoris.*
4 *Præſcriptio ſtatutaria ſubintrat in locum præſcriptio-
nis quadraginta annorum.*
5 *Statutum comprehendit præterita, quæ expectant per-
fectionem de futuro.*
6 *Ex contractu cenſuali oritur obligatio, quæ actionem
realem gignit.*
7 *Statutum inducens præſcriptionem non procedit reſpe-
ctu actionis realis.*
8 *Pro cenſu competit etiam actio realis.*
9 *Annuæ præſtationes debitæ ex contractu vnica præſcri-
ptione tolluntur.*
Limit. Quando promiſſio eſt conditionalis, num. 11.
10 *Statutum non trahitur retro, ſed in futurum verificari
debet.*
12 *In annuo cenſu tot requiruntur præſcriptiones, quot ſunt
anni.*
13 *Dominus Cenſus ſortem principalem repetere non po-
teſt.*

DECISIO CCXXX.

AGEBAT Illuſtriſſimus D. Io. Petrus
Caffarellus ad ſolutionē fructuum
Cenſus de quo agitur, poſt obitum
Domini Aſcanij ſui patris decurſo-
1 rum, & † de credito per impoſitio-
nis dicti Cenſus inſtrumentum do-
cebat ad tradita, in *cap. cum dilecti, vbi Abb. in 1. not.
de .... Aim. conſ. 317. num. 1.* cum ſimilibus.

Ad impediendam huiuſmodi executionem pro parte Illuſtriſſimorum filiorum q. Domini Proſperi nonnulla in medium afferebantur, quę alia reſponſione haud indigere Domini dixerunt, cum ſatis ex deductis in facto tollantur.

Difficultas ad duo potiſſimum reſtringi videbatur, videlicet, ad præſcriptionem ſtatutariam ſexdecim annorum, & ad tacitam, ſeu præſumptam huius crediti remiſſionem, iuxta terminos, *l. Procula, ff. de probationibus.*

Quo ad exceptionem præſcriptionis attinet, fuit
concluſum illam non intrare, & conſequenter exe-
cutionem impediri non poſſe, ſiquidem in confeſſo
apud partes exiſtit præſcriptionem ſtatutariā ſex-
decim annorum in vita Domini Aſcanij, qui Cen-
2 ſum emerat completam non fuiſſe, † poſt verò eius
mortem durante pupillari ætate D. Io. Petri perfici
non potuit, *l. ſicut, C. de præſcr. triginta annor.* nam
3 quidquid ſit in aliis præſcriptionibus hæc † contra
pupillum non currit, ſed dormit, vt de communi te-
ſtatur, *Balb. de Præſcript. par. 6. princip. in 23. caſu,
num. 34. ante fin.* & voluerunt Domini *in vna Roma-
na de Magdalenis coram R. P. D. meo Blanchetto, 9. Iu-
nij præteriti,* quæ quidem concluſio locum ſibi ven-
dicat in præſcriptione etiam à ſtatuto inducta, *Pau.
de Caſtro, conſ. 439. num. 3. verſ. quantum, lib. 2.* Nec ad
rem pertinet quod ſtatuti præſcriptio tanquam in-
ducta poſt *l. finali, C. in quib. cauſ. reſtit. in integr.
non eſt neceſſ. currere, & compleri contra pupillum,*
valeat per ea, quæ tradit idem *Balb. loco ſupra citato,
num. 43. verſ. nec obſtat.* quoniam ipſe paulò poſt ſe
declarans ſubdit. ſed non habere locum in pupillo,
per tex. *in d. l. ſicut.* & ſi aliter ſentiret eius opinio
4 tenenda non eſſet: quia † præſcriptio ſtatutaria lo-
co præſcriptionis quadraginta annorum ſubintrat,
*Pau. de Caſtr. 1. conſ. 439. num. 3. circa med. Balb. vbi ſu-
pra, num. 43. verſ. finem.*

Minusq. huic ſententiæ aduerſatur, quod præ-
ſcriptio cōpleri potuerit poſtquam d. Io. Petrus ef-
fectus fuit maior; quoniam obiectum procederet,
niſi ipſo adhuc in ætate pupillari exiſtente ſuperue-
niſſet nouum ſtatutum, *cap. 58. lib. 1.* hanc præſcri-
5 ptionem prohibens. Noui † enim ſtatuti diſpoſitio
locum ſibi aſſumit in præſcriptione nondum per-
fecta, vbi præſcriptio à futuro facto perfectionem
exſpectat, *Felin. in c. fin. nu. 11. in 5. fallent. de conſtitut.*
6 Præterea † ex contractu cenſuali oritur obligatio,
quæ actionem realem parit, *Aim. conſ. 117. num. 4.*
7 *Tiraq. de retractu Lignag. §. 1. Gloſ. 6. num. 4.* ſed † ſta-
tutum

eutum actionem realem non comprehendit, *Gabr. de*
præſcr. concluſ. 4. num. 17. & pluries tenuit *Rota*, præ-
ſertim *in vna Romana Vineæ coram R. P. D. meo Deca-*
no 1576. & in alia extinctionis Cenſus, 22. Octobris,
1582. coram b. m. Episcopo Lauretano. Vnde licet ſit
annua præſtatio tamquam res ſibi debita, perſo-
8 naliſq. actio vel hypotheca pro ea competat, † non
propterea excluditur quin etiam actio realis de-
beatur ex allegatis per informantes.

9 Non obſtat quod ſicut † vnica ſtipulatione fru-
ctus, & ius illos exigendi debeantur pari modo vni-
ca præſcriptione tollantur, *Doctor. in l. de pupillo. §.*
in pluribus, ff. de non. oper. nunc. & in l. cum acutiſſimi,
§. in his, vbi Gloſ. C. de præſcr. triginta, vel quadrag. ann.
& in cap. de quarta, de præſcr. cum ſimilibus. quia
omiſſa illa diſputatione, an tot ſint neceſſariæ præ-
ſcriptiones, quot ſunt annuæ ſolutiones, vt per *Mo-*
hed. deciſ. 226. ſat eſt quod in caſu noſtro non adeſt
aliqua præſcriptio completa.

Nec refragatur quod ſtatutum, *cap. 159. lib. 1.* in
nouis inducat præſcriptionem decennalem in an-
10 nuis præſtationibus, † quia non trahitur retro, ſed
intelligitur dummodo decem anni poſt publica-
tionem ſtatuti decurſi ſint, vt per *Bar. in l. omnes po-*
puli, num. 26. ff. de iuſt. & iure.

11 Præterea omnes in hoc cõuenire videntur, † quod
vnica præſcriptio non ſufficiat quando in promiſ-
ſione ineſt aliqua conditio, vt puta ſi debitor eſſet
in mora, quo caſu plures requiruntur præſcriptiones,
vt declarat *Mohed. d. deciſ. 226. Put. deciſ. 259. lib. 1.*
ſed cum iuxta Conſtitutiones *Calix. & Martini* Cen-
ſus redimibiles ſint, dubium non eſt hanc conditio-
nem operari quod ante euentum dictæ conditionis
actio nata non ſit, iuxta *l. cedere diem, ff. de verb. ſign.*
12 † Idcirco tot cenſentur præſcriptiones, quot annuæ
præſtationes. *Feller.* qui alios citat *in tract. de Cenſib.*
13 *§. Cenſus, num. 105.* Ideo ſtante † quod Dominus
Aſcanius, nec eius hæres ſortem principalem petere
poterant, conueniens & æquum ſatis videtur, quod
eis dicta præſcriptio obeſſe non poſſit, ad *l. fin. C. de*
annal. præſcr. Nam præſcriptio etiam ſtatutaria fun-
datur in negligentia non petentis, & ſatisfactionis
præſumptionem inducit, quæ quidem præſumptio
in caſu propoſito non intrat per ſupra dicta.

Quo ad aliam difficultatem Domini dixerunt eſ-
ſe particulariter videndum.

R. P. D. Orano, Romana Cenſus, 24. Octobris, 1588.

SVMMARIA.

1 *Fructus veniunt à die motæ litis in quolibet interdicto probata quaſi poſſeſſione exigendi.*
2 *Quaſi poſſeſſio exigendi acquiritur ex præcedentibus ſolutionibus ſibi factis.*
3 *Quaſi poſſeſſio exigendi tranſit paſſiuè in ſucceſſorem ſoluentis, etiam quod ipſe numquam ſoluerit.*
4 *Limit. ſi ſit reſolutum ius ſui auctoris.*
5 *Beneficium inuentarij fuit introductum ne hæres teneatur vltra vires hæreditatis, & ne creditores ſuis creditis fraudentur.*
6 *Inuentarium liberat hæredem ab obligatione perſonali, non autem bona hæreditaria.*
7 *Exceptio quod fundus cenſitus ſit feudalis, reſpicit petitorium.*
8 *Solutio facta metu mandati non conſtituit creditorem in quaſi poſſeſſione exigendi.*
9 *Limit. ſi mandatum ſit iuſtum.*
10 *Ceſſionario competit remedium retinendæ.*
11 *Procurator in rem propriam exigit nomine proprio.*

DECISIO CCXXXI.

DVBITATVM fuit an in caſu de quo
agitur, concedendum ſit mandatum
de manutenendo & quomodo. Do-
mini reſoluerunt nemine diſcrepante
Domino Paulo per ſententiam diffi-
nitiuam cum condemnatione fructuum à die motæ
1 litis deberi. Ratio fuit, † quia quando quaſi poſſeſ-
ſio exigendi probatur, regulare eſt vt in omnibus
interdictis veniant fructus à die motæ litis, *l. in in-*
terdictis, vbi *Gloſ.* & omnes, *ff. de Interd. l. quæſitum,*
§. ex hac, ff. de precar. Quod autem Dominus Pau-
lus ſit in quaſi poſſeſſione exigendi Cenſum mani-
2 feſtè patet: † nam Illuſtriſſimus Dominus Iulius de
Ruere illum per plures annos illi perſoluit, quod
3 ſufficit vt obtineat in hoc iudicio. Iſta † autem
quaſi poſſeſſio tranſit paſſiuè in Illuſtriſſimum Do-
minum Columnam ſucceſſorem etiam quod illum
numquam ſoluerit, *Guid. Pap. deciſ. 629. Ægid. conſ.*
21. circa med. verſ. quod Maranus poſſideat illam do-
mum, Gig. de penſion. quæſt. 47. nu. 10. Put. deciſ. 151.
lib. 3. Et licet Dominus Columna prætendat ſe eſſe
hæredem cum beneficio l. & Inuentarij, & bona
4 ſucceſſionis fuiſſe feudalia, † & propterea reſoluto
iure Domini Iulij de Ruere per eius mortem non
dari quaſi poſſeſſionem, aut ſtatum aliquem conſi-
derabilem contra ſucceſſorem in feudo, ad tradita
per *Pariſ. conſ. 89. num. 11. cum ſeq. lib. 1.* nihilomi-
nus non idcirco venit retardanda conceſſio manda-
5 ti. Nam † beneficium inuentarij cum ad hoc in-
troductum ſit ne hæres vltra vires hæreditarias te-
neatur, & ne creditores creditis ſuis fraudentur, *l.*
fin. vbi *Doctor. C. de iure delib.* ſatis eſt quod opere-
6 tur † vt ſucceſſoris perſona eximatur ab obligatio-
ne, non tamen competit quominus bona remaneãt
creditoribus obligata, & obnoxia. Pariſij verò con-
ſideratio procedit niſi extarent bona allodialia, vt
eſt molendinum, & pleraque alia, quæ quidem bo-
na ſi Dominus Iulius aſſerit feudalia agere non
prohibetur actione quaſi negatoria ad dicti Cenſus
liberationem, *Ægid. d. conſ. 21. col. 2. in fine.* Inte-
7 rim † verò cum exceptio huiuſmodi reſpiciat peti-
torium, quod ſuſpenſum eſt, non eſt admittenda,
niſi conſtaret notoriè per inſtrumentum, quod feu-
dalia ſint. hoc autem eo minus quo Paulus reperi-
tur in quaſi poſſeſſione aduerſus Dominum Colum-
nam ex eius proprio facto, & ſolutione.

8 Nec dicatur † quod hoc metu decreti mandati
fecerit, quia cum mandatum fuerit iuſtum ex eo
magis radicata fuit quaſi poſſeſſio Pauli. Nam
9 † doctrina volẽtium ſolutionem factam metu man-
dati non conſtituere aliquem in quaſi poſſeſſione,
vt per *Roman. conſ. 369. num. 14.* habet locum quan-
do

do mandatum eſſet iniuſtum, aliàs datur mandatum vt poſſidens defendatur, & iudex rite procedens priuat poſſeſſione.

Non obſtat quod Cenſus cantet in perſonam Antonij cuius etiam nomine actum fuit, & aliàs obtentum decerni mandatum, & quod Antonius bonam fidem recognoſcendo faſſus fuerit ſe in dicto Cenſu nihil præter nudum nomen habere, iuxta deducta *in illa Romana vineæ coram R. P. D. meo Seraphino*, in qua dictum fuit Dominum Hieronymum agentem poſſeſſorio excludi illius beneficio ex perſona propria, propterea quod faſſus fuerat ſe poſſidere nomine alieno ex perſona etiam Syluestri, quia ille declarauerat ſe in vinea nudum nomen habere, quoniam fuit reſponſum Paulum obtinuiſ-
10 ſe ceſſionem ab Antonio † cuius occaſione poteſt
vti remedio huius interdicti, *Menoch. de recuper. rem. 3. num. 259.*

Præterea cum Paulus exegerit Cenſum vti procurator irreuocabilis in rem propriam etiam quod
11 exigat vti procurator † non agit, nec exigit, nec
poſſidet nomine alieno, ſed proprio, *Bal. in l. 1. num. 22. C. de act. & oblig.... in l. qui ſtipendia, num. 2. C. de procur.* Et ex hoc patet deciſionem allegatam non applicari, quia in illius facto conſtabat neutrum poſſidere, cum etiam Dominus Paulus aſſeruerit ſemper Cenſum ad ſe pertinere, & nomine proprio cõſtitutus procurator irreuocabilis Cẽſum exegerit,

R. P. D. Robuſterio, Romana Cenſus, Veneris 8. Februarij, 1577.

SVMMARIA.

1 *Exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi Cenſum, datur manutentio.*
Ampl. etiam pendente iudicio ſuper diſcuſſione bonorum debitoris, num. 20.
Limit. ſi is qui denegat ſoluere ſit hæres cum beneficio l. & inuentarij debitoris Cenſus, num. 15.
Limit. ſi is qui erat in quaſi poſſeſſione exigendi propter denegationem hæredis haberet ſe pro ſpoliato, nu. 16.
2 *Interdictum vti poſſidetis dicitur poſſeſſorium breue, & ſummariſſimum.*
3 *Interdictum vti poſſidetis, admittit ſuſpenſionem petitorij.*
4 *Interdictum vti poſſidetis, non admittit exceptionem defectus dominij.*
5 *Pro Cenſu datur remedium retinendæ, vel recuperandæ ſecundum varietatem caſuum.*
6 *Priori, & potiori creditori non licet propria auctoritate capere poſſeſſionem rei ſibi obligatæ, & ab altero poſſeſſæ.*
Ampl. 1. vt nec etiam proprietario, d. num. 6.
7 *Ampl. 2. vt nec etiam fiſco proprietario.*
8 *Ampl. 3. vt nec etiam Ordinario, dum viſitat.*
9 *Ampl. 4. vt nec etiam delegato ſupremi Principis.*
10 *Ampl. 5. etiam ſi talis poſſeſſio eſſet ſimplex detentatio, abſque iuris fomento.*
11 *Princeps ex ſua ordinaria poteſtate, poteſt tollere ius poſſeſſionis.*
12 *Declar. hoc procedere non in poſſeſſoribus exiſtentibus in ſua poſſeſſione, ſed in expulſis, & ex cauſa.*
13 *Princeps non expellit intruſos niſi præcedente citatione, & præfixo illi termino ad faciendum ſuas defenſiones.*
14 *Princeps in qualibet diſpoſitione præiudiciali terminum præfigit ad ſe defendendum.*
17 *Ius non mutatur ex mutatione perſonæ.*
18 *Hæres cum beneficio inuentarij non debet ſoluere de ſuo, ſed de fructibus bonorum hæreditariorum.*
19 *Res Cenſui ſuppoſita tranſit cum ſuo onere.*

DECISIO CCXXXII.

Maior pars tenuit quod Petronij, & alij qui reperiuntur, ſunt manutenendi in quaſi poſſeſſione exigendi Cenſum,
1 in qua exiſtunt: quia † cum ſemel fue-
rint in poſſeſſione ſi denegatur ſolutio, aut alij fructus quaſi poſſeſſionis, poteſt poſſeſſor etiam in iſtis incorporalibus retinere ciuilem poſſeſſionem, & adire iudicem, & petere vt in primis manuteneatur in ſua quaſi poſſeſſione, vel ſtatu durante controuerſia tantum, *Io. Fabr. in §. retinendæ, num. 21. inſt. de Interd. Florian. de S. Petro, in l. ſi forte, §. ſciendum, circa med. ff. ſi ſeruit. vendic. Salic. in l. 1. num. 7. C. vti poſſi. Affl. deciſ. 395. per tot. Iaſ. in l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, num. 53. ff. de acquir. poſſeſſ. Socin. iun. conſ. 122. num. 16. in 4. Ruin. conſ. 58. num. 6. in 4. Maranta, in Specul. iudic. par. 4. diſt. 7. num. 17. Rebuff. in tract. de Decim. quæſt. 9. num. 8. & ſuper Conſtitut. Regni, tomo 3. tit. de cauſ. benefic. poſſeſſ. in Præfat. num. 7. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. num. 131. & ſeq.* & fuit reſolutum *in Placentina decimarum, & in Lucana*
2 *penſionis.* Quod † remedium dicitur breue, & ſum-
mariiſſimum poſſeſſorium, iuxta *conſ. Pau. de Caſtro, 3. col. 2. in 2. Couar. Practic. Quæſt. cap. 17. num.... Me-*
3 *noch. de retinen. remed. vlt. num. 7. & ſeq.* † & ad-
mittit ſuſpenſionem petitorij, & non admittit ex-
4 ceptionem defectus proprietatis † quando non pe-
titur aliud quam manutentio durante lite, *Ægid. in cap. Paſtoralis, num. 31. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* ſequitur *Ferrets. conſ. 7. num. 3. cum ſeq. in 1. Plot. in l. ſi quando, num. 99. 106. & 112. C. vnde vi. Neutz. conſ. 81. num. 16. cum ſeqq.* & fuit reſolutum *coram b. m. Domino Oradino in Bonouienſi iuriſdictionis, del*
5 *1569.* Eſt tamen † in facultate ipſius cui eſt dene-
gata ſolutio habere ſe pro ſpoliato, & tunc intentare remedium recuperandæ, vel ſi non habet ſe pro ſpoliato, & tunc intẽtare remedium retinendæ, vt ſupra, & de vtroque ponit *Bal. in l. 2. num. 44. C. de ſeruit. Affl. d. deciſ. 395. Ripa, in cap. cum Eccleſia Sutrina, num. 9. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Iacob. Venent. in tract. de ann. præſtat. quæſt. 2. num. 2.* Ideo cum præſupponatur quod Petronij, vel aliquis ex ipſorum adhærentibus ſint in quaſi poſſeſſione, & ſuſpenderint petitorium debent in primis manuteneri in iſto ſtatu durante controuerſia prioritatis, & poſterioritatis,

6 Secundò, † quia nõ licet priori, aut potiori ſicut
cuicumque alteri proprietario ſibi ius propria auctoritate dicere, & poſſeſſorem turbare capiendo abſque citatione propria auctoritate poſſeſſionem quouſque per viam agendi, & præfixionis termini illa quaſi poſſeſſio ſit ab ipſo poſſeſſore in petitorio euicta, *cap. conſultationibus,* & ibi notant omnes, *de*

iure-

Digitized by Google

iurepatron. Calder.conſ.23. de praben. Rota in antiq. de iurepatron. deciſ.14.lo.de Selua,de Beneſic. par.2.quaſt. 7. num.16.

7 Etiam † ſi proprietarius eſſet fiſcus, *Guid. Pap.*
8 *quaſt.366.* Vel eſſet Ordinarius, † qui viſitaret, *cap. Ordinarij, de offi. ordinar. vbi Gemin. Franc. & alij*, vel
9 † eſſet Delegatus ſupremi Principis, *cap.ſi quando,de reſcript. l.ſi non cognitio, C.ſi contr. ius, vel vtilit. publ. & ibi Paul.de Caſtro, col.1. Anchar.conſ.240. col.1. & 2. Calder.conſ.4. de dilat. Neurz. conſ.81. num.13.* Et
10 † poſſeſſio illius poſſeſſoris eſſet de facto abſque fomento iuris, *cap. licet Epiſcopus,de praben. in 6.* vbi etiam *Gemin. & Franch. in 3. & 4.not.ib.* latè *Neurz.*
11 *d.conſ.81. num.8. & ſeqq.* Immo † licet ſupremus Princeps ſolemnitatibus iuris poſitiui ſit ſolutus, & quadrata æquet rotundis, & ex poteſtate ordinaria poſſit tollere ius poſſeſſionis, & decernere vt de ſolò petitorio, vel ſimul de eo cum poſſeſſorio cognoſcatur, *Abb. & alij per Capic. deciſ.168. num.13. Aim.*
12 *conſ.182. num,13. cum ſeq.* † Id tamen numquam facit in retinentibus poſſeſſionem, ſed in iam expulſis, & eiectis à poſſeſſione, & tunc facit cum cauſa, vt
13 notum eſt. † Et ſi intruſos ab occupatione quandocumque eiicit, & controuerſias decidit ac ſilentium imponit, id tamen ſemper facit ſaltem præfixo termino, & parte citata ad faciendum ſuas defenſiones, *cap.paſtoralis, §.Ceterum, de re iudic. l.vt vim, ff.de iuſt. & iure, l.defenſionis facultas, C. de iure fiſc. lib.10. Bal.in cap.cum olim,num.4.de re iudic. Soc.conſ. 266,num.49. & ſeq. in 2. Dec.conſ.498.in fine,& conſ.*
14 *528. col.2.* Hæc † enim termini præfixio, vel interpellatio ad ſe defendendum numquam prætermittitur à ſupremo Principe in quibuſuis diſpoſitionibus tertio præiudicialibus. *Socin. in l.ſi quis arbitratu,num.30. ff.de verb.oblig. & conſ,27. num.11. in 3. Georg.Natta,in Clem. ſæpè, §.& quia,col.27. & ſeq. de verb.ſign. Capic.deciſ.1. num.36.* Et ideo cum iſti poſſeſſores pluries exegerint Cenſum, & hodie ſint in poſſeſſione, nefas eſt, quod hæres cum beneficio *l. & inuentarij*, illis non auditis poſſeſſione propria auctoritate ſub prætextu quod ipſe eſt anterior, & potior ſpoliare, & ius ſibi dicere velit.

Non obſtat quod, quidquid ſit in aliis poſſeſſio-
15 nibus, tamen † in annua præſtatione, *Modern.Bononienſ.de ann.praſtat. quaſt,20.* teneant contrarium in hærede cum beneficio *l. & inuentarij*, quod poſſit denegare ſoluere ex cauſa iuſta, & legitima, videlicet, ſi eſt potior, & anterior creditor; nam concurrente iuſta cauſa non ſpoliat licet denegat ſoluere,
16 *cap.querelam, & ibi not. de elect.* Quoniam † opinio iſtorum modernorum poſſet procedere vbi ille, qui erat in quaſi poſſeſſione propter denegationem hæredis habet ſe pro ſpoliato, & agit ſpolio: tunc enim hæres ſi eſſet anterior, & potior rectè poſſet dicere non ſpoliaui te, quia ex iuſta cauſa denegaui ſoluere. & ita fuit reſolutum *coram b.m. Grato, del 1565. in vna Conuerſanenſi.* vbi beneficiatus, qui per plures annos ſoluerat penſionem, & quia non potuerat habere poſſeſſionem beneficiorum denegauit ſoluere, fuit dictũ quod cauſa erat iuſta, & illa pertinebat, & abſorbebat petitoriũ, & poſſeſſorium, & ſic nullum erat commiſſum ſpolium, & in iſtis terminis intrant allegata per illos Modernos, & per informantes pro Domino Alphonſo. Diuerſum tamen eſt vbi poſſeſſor non habet ſe pro ſpoliato, ſed retinet ciuilem poſſeſſionem & adit iudicem, & prætendit nullam eſſe iuſtam cauſam ceſſandi a ſolutione, & ſuſpendit petitorium, & petit in primis manuteneri in poſſeſſione in qua exiſtit durãte controuerſia de iuſta cauſa, prout contingit hic: tunc enim intrant ſupra pro iſtis creditoribus adducta quod non liceat propria auctoritate ius ſibi dicere, & poſſeſſorem ſpoliare, ſed poſſeſſor eſt manutenendus in ſua poſſeſſione durante controuerſia, & ſi illi Moderni ſenſerunt contrarium, tamen illorum opinio non poteſt de iure ſuſtineri, vt tenebant Domini.

Non obſtat quod ex reſolutionibus factis conſtat de hypotheca Domini Alphonſi, quoniam vltra quod nondum eſt finita liquidatio vera, præſertim circa valorem bonorum maternorum, & auitorum, & nihil eſt actum donec aliquid ſupereſt ad agẽdum, tamen nondum liquet quod bona q. Pauli Antonij nõ ſufficiant ad ſatisfaciendum Alphonſo, & iſtis creditoribus qui ſunt in quaſi poſſeſſione exigendi hos Cenſus, præſertim data cautione de reſtituendo potioribus, & anterioribus creditoribus iuxta facultates A. C., quæ ſunt etiam Auditoribus Rotæ conceſſæ, & tantò magis cum ſimus in cauſa diſcuſſionis, in qua datur ſententia graduationis, non dicitur conſtare de non iure donec poteſt conſtare de iure, *Ægid. deciſ.103.*

Non obſtat quod iſti hæredes non ſint in quaſi poſſeſſione exigẽdi iſtos Cenſus à Domino Alphonſo: nam reſpondebant Domini, quod ius metitur à
17 poſſeſſore, † quod non mutatur, nec variatur ex mutatione perſonarum, *Guid.Pap. deciſ.629.* & fuit pluries in Rota reſolutum.

18 Non obſtat † quod confecto inuentario hæres non tenetur vltra vires hæreditarias; quia non dicitur quod Alphonſus ſoluat de ſuo, ſed ex penſionibus domorum ſuper quibus eſt impoſitus Cenſus, in cuius poſſeſſione exigendi exiſtunt iſti creditores, qui non ſunt turbandi in ſua poſſeſſione non obſtante exceptione inuentarij, quæ non debet eſſe bettonica, vt plures dicunt.

Non obſtat quod Alphonſus eſt in poſſeſſione dictarum domorum, & quod nec ipſe eſt ſpoliandus, vel turbandus in dicta poſſeſſione. Primò, quia Alphonſus dicitur in poſſeſſione dictarum domorum cum ſua cauſa, & ſic cum illo onere reali ſol-
19 uendi Cenſus iſtos: † nam res tranſit cum onere & cauſa ſua, *Paul. in l.Priuilegium, C. de ſacroſ. eccleſ. Dec. in cap, Eccleſia Sanctæ Mariæ,col.20 num.53.verſ. non obſtant iura allegata per Bart. de Conſtitut. & in cap. nonit,col,7. nu.13. verſ. ſed contra iſtam ampliationem, de iudic.* Secundò, quia in iſtis fructibus iſti creditores ſunt anteriores poſſeſſores, & poſſeſſio Alphõſi iunior dicitur clandeſtina, turbatiua, & ſine fomento iuris, cum iſti creditores hoc allegent, quod clàm ab ipſis poſſidet, iuxta not. in *cap. licet cauſam, de Probat.* Ideo nullius eſt conſiderationis hæc allegata poſſeſſio Alphonſi.

Non obſtat quod poteſt peti ſeparatio bonorum, & quod ſunt alij creditores, qui prætendunt ſe
20 eſſe anteriores, & potiores, † quoniam interim iſti poſſeſſores ſunt manutenendi in ſua quaſi poſſeſſione exigendi in qua exiſtunt.

R. P. D.

Digitized by Google

R. P. D. Marcomontio, Romana Cenſus, Veneris 14. Nouembris, 1608.

SVMMARIA.

1 *Depoſitum factum metu mandati, non conſtituit in quaſi poſſeſſione exigendi.*
2 *Mandatum præſumitur in deponente alterius nomine.*
3 *Maximè concurrentibus adminiculis.*
4 *Depoſitum factum abſque iurium præiudicio, non nocet.*
5 *Declar. vt procedat reſpectu conceſſionis poſſeſſionis, non reſpectu conſeruationis.*
6 *Appellatur in poſſeſſorio reſpectu fructuum.*
7 *In poſſeſſorio recuperandæ condemnatio ad reſtitutionem fructuum decurſorum, & non ſolutorum, eſt ipſa reſtitutio ad ſtatum.*

DECISIO CCXXXIII.

ROTA cenſuit eſſe locum Ægidianæ, quia decretum à quo fuit appellatum concernet merum poſſeſſorium, videlicet, Guidottos eſſe reſtituendos ad ſtatum ſolutionis Cenſus.

Non obſtat allegata iniuſtitia defectu probationis primi extremi, & quaſi poſſeſſionis exigendi: licet enim ad iſtum effectum nō poſſit deſeruire exactio facta à Gomeſio, quæ eius morte fuit finita, *Veral. deciſ. 135. par. 2.*, nec vltimum † depoſitum
1 factum metu mandati, *Achil. deciſ. 11.* tamen benè deſeruiunt alia duo depoſita facta per eundem Brandiſium abſque proteſtatione metus mandato.

Non obſtat quod non cōſtet de mandato Brandiſij à ſororibus, de Amanis quarum nomine deponebat, & contra quas Guidotti fuerunt reſtituti ad
2 ſtatum: nam fuit reſponſum † mandatum eſſe præſumendum in deponente, iuxta *deciſ. 2. de cauſ. poſ-*
3 *ſeſ. in antiq.* Quæ ſine difficultate procedunt † concurrentibus adminiculis, vt dicit *Rota in cauſa Romana penſionis, Veneris 4. Iunij*, quæ eſt 196. *par. 1. Diuerſ. num. 5. coram b.m. Cardinale Lanceloto.* Hic autem præbuit adminiculum lis longo tempore agitata, & iteratio depoſitorum quodq. Brandiſius eſt maritus vnius ex dictis ſororibus, & alia, quæ illarum ſcientiam omnino conuincunt.

4 Non obſtat quod mandata † fuerint facta ſine præiudicio omnium, & quorumcumque iurium dictarum ſororum ad *deciſ. Put. 32. lib. 2.* Nam huic motiuo iam reſponſum fuit in deciſionem coram R. P. D. Coccino, & nunc additum illam *deciſ.*
5 *Put.* procedere † quando aliquis conſenſit poſſeſſioni alterius cum reſeruatione iurium ſuorū quod non eſt in hoc caſu, in quo iterando ſolutiones ſeu depoſita approbatur quaſi poſſeſſio exigendi, non conceditur, & intrat *deciſ. Biſignet. 9. de conceſſ. præben.* quod hæc poſſeſſio non obſtante iurium reſeruatione eſt vera poſſeſſio ex quo illa conditio inhæret actui, quia cum lis eſſet ſuper hypothecaria, & tamen neceſſarium eſſet ſoluere, remanebant illæſa iura ſoluentis quo ad negotium ſuper quo lis vertebatur.

Non obſtat quod decretum reſpiciebat etiam
6 fructus, † quorum ratione admittitur appellatio etiam in poſſeſſorio, *Creſcen. deciſ. 5. num. 3. de ap-*
7 *pellat.* quia fuit reſponſum, quod † condemnatio pro fructibus decurſis, & non ſolutis eſt ipſa reſtitutio ad ſtatum, *Mohed. deciſ. 8. de reſtit. ſpol.* Nec conſiderari poteſt exceſſus, quia certa eſt quantitas, quæ pro iſto Cenſu quotannis ſoluitur.

Reuerendiſſimo D. Sacrato, Bononienſis Cenſus, 13. Decembris, 1591.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de manutenendo, datur poſſidenti tempore motæ litis.*
2 *Quaſi poſſeſſio exigendi probatur confeſſione debitoris, vel eius procuratoris.*
3 *Nulla maior probatio, quam confeſſio.*
4 *Appellatio ſuſpendit omnem effectum ſententiæ.*
5 *Sententia annullatoria Cenſus, non impedit manutentionem.*

DECISIO CCXXXIV.

DVBITAVI an Dominis de Beuilacquis ſit dandum mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi fructus Cenſuum, de quorum validitate controuertitur. Super quo Domini affirmatiuè responderunt. Mori ex eo quod
1 mandatum hoc ad inſtar interdicti retinendæ datur illi qui poſſidet de tempore motæ litis, *§. retinendæ, & ibi 10. Fabr. num. 15. Inſtit. de Interd. l. 1. §. huius autem, in princ. & §. qui ait, & ibi Bart. num. 2. in fine, & num. 4. ff. vti poſſid. Conr. Practic. Quaſt. cap. 17. num. 8. iuncto num. 16. Verал. deciſ. 190. par. 2.*
2 Quaſi † poſſeſſio autem Dominorum de Beuilacquis probatur ex pluribus confeſſionibus in actis factis tam à procuratoribus Domini Herculis impoſitoris Cenſus, quam ab ipſomet Hercule dum fuit oppoſitum de ſolutione fructuum, & facta inſtantia quod ſibi fructus reſtituerentur in ſortem,
3 qua † probatione vlla maior eſt contra confitentem, *l. cum te,* vbi not. *Doctor. C. de tranſ. Ægid. deciſ. 595.*

Poſtremò nec ſententia annullatoria Cenſus lata
4 in Rota Bononienſi viſa fuit obſtare, † ſiquidem per appellationem fuit ſuſpenſus omnis illius effectus, *l. 1. ff. ad Tertullian. & cap. veniens, de iureiur. cap. 1. de ſent.* & in iſtis terminis quod non obſtaret
5 † ſententia annullatoria, Cenſus in executione fuit deciſum *in cauſa Bononienſi Cenſus, 13. Iunij, 1594. coram Corduba.*

Illuſtriſſimo Cardinale Pamphilio, Romana Cenſus, Veneris 26. Aprilis, 1596.

SVMMARIA.

1 *Quaſi poſſeſſio exigendi, acquiritur per vnicum actum.*
2 *Exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi, debet manuteneri.*

3 Ex-

3 *Exceptio extinctionis Cenſus tamquam requirens altiorem indaginem, non impedit manutentionem donec de ea diſcutiatur.*

DECISIO CCXXXV.

PRo Illuſtriſſimo Cardinale informante, quia ex cedula ſubſcripta per Illuſtriſſimum Dominum Iulianum, & partitis librorũ Luraghi in actis exhibitis conſtat de ſolutione ſcutorum ducẽtorum ſexaginta pro duobus ſemeſtribus Cenſus de quo agitur, per
1 † quam ſolutionem licet vnicam dicitur conſtitutus in quaſi poſſeſſione exigendi præfatum Cenſum, *Abb. in cap. cum Eccleſia Sutrina, num. 23. & Ripa, num 52. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Rom. conſ. 311.*
2 *num. 7.* & conſequenter † in ea eſt manutenendus, *§. hodie, Inſtit. de Interd. cap. querelam, de elect. Bart. in l. aut Prætor, §. quod ait, ff. vti poſſid.* Et hoc non
3 obſtante aſſerta extinctione Cenſus præfati, † quæ tamquam requirens altiorem indaginem cum prætendatur nulla ex defectu poteſtatis Luraghi extinguentis per ea quæ dicta fuerunt *coram R. P. D. meo Decano, in cauſa Ariminenſis Cenſus, ſub die 1. Iulij, 1588.* eſt remittenda ad iudicium peritorium, & non impedit manutentionem donec de ea diſcutiatur, *Caputaq. deciſ. 321. num. 1.* & in fortioribus terminis pendente cauſa reſtitutionis in integrum poſt latam ſententiam in petitorio, tenuit *Rota ſub die 22. menſis præteriti in cauſa Venetiarum Cenſus coram R. P. D. Arigono.*

R. P. D. Penia, Romana Cenſus, Lunæ 22. Maij, 1606.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, arbitrio Rotæ, intelligitur prout de iure.*
2 *Poſſeſſorij cognitio, de iure debet præcedere cognitionem petitorij.*
3 *Poſſeſſor non eſt lite pendente ſua poſſeſſione priuandus.*
4 *Exceptio fideicommiſſi tamquam requirens altiorem indaginem, non impedit manutentionem.*

DECISIO CCXXXVI.

CVm pro parte Domini Lucæ peteretur diſputari ſuper mandato de manutenendo Dominorum de Carauaſchinis recurrerunt ad ſignaturam Sanctiſſimi petentes vt ſimul, & ſemel ſuper petitorio, & poſſeſſorio in cauſa procederetur.

Et quia commiſſio fuit ſignata cum clauſula, Arbitrio Rotæ, dubitaui an eſſet locus arbitrio, & Rota vtraque parte informante non fuiſſe locum arbitrio cenſuit ad effectum, vt ſimul de petitorio, & poſſeſſorio cognoſceretur, ſed videndum prius de poſſeſſorio.

1 Ratio deciſionis fuit, quia cum † clauſula, arbitrio Rotæ, intelligatur prout de iure, *Caſar de Graſſ. deciſ. 7. num. 7. & deciſ. 8. num. 2. de re iudicat.* cum aliis allegatis *in cauſa Aquilana beneficij, 29. Maij*
2 *1599. coram me*, & de iure prius † cognoſci debeat de poſſeſſorio, quam de petitorio, *l. Ordinarij, C. de rei vend. Ægid. deciſ. 506. num. 1. verſ. quarto, circa idem. Put. deciſ. 17. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* conſequenter regulando arbitrium iuxta diſpoſitionem iuris non erat locus cumulationi petitorij, & poſſeſſorij, ſed prius videndum erat de poſſeſſorio. Et ea præſertim ratione ſic dicendum fuit in hoc caſu, quia Dominus Lucas prætendebat ſe eſſe in poſſeſ-
3 ſione exigendi Cenſus, & † lite pendente non erat ſua poſſeſſione priuandus, *cap. 1. vbi not. Abb. nu. 4. not. ab. 3. vt lit. pendent.*

4 Neque ad rem pertinebat † exceptio fideicommiſſi à Carauaſchinis oppoſita, quia cum per publica inſtrumenta conſtaret de quaſi poſſeſſione exigendi fructus Cenſus in hoc iudicio retinendæ exceptio fideicommiſſi, quæ requirebat altiorem indaginem non poterat impedire remedium poſſeſſorium.

Atque ex his fuit concluſum non fuiſſe locum arbitrio, ſed prius videndum de poſſeſſorio.

Reuerendiſſimo Domino Sacrato, Bononienſis Cenſus, Lunæ 27. Iunij, 1606.

SVMMARIA.

1 *Reſtitutionis in integrum cauſa pendente, ceſſat effectus rei iudicatæ.*
2 *Clauſula, conſtito, facit reſcriptum conditionale.*
3 *Reſcriptum conditionale ante purificatam conditionem, non tribuit iuriſdictionem.*
4 *Poſſeſſor donec non conſtat de malo iure ipſius, poteſt propria auctoritate poſſeſſionem ſuam tueri.*

DECISIO CCXXXVII.

CVm aliàs ſub die 15. Decembris, 1599. propoſuiſſem dubium an Dominis de Beuilacquis dandum eſſet mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi fructus Cenſus de quo agitur, Rota dandum eſſe cenſuit, niſi adeſſet res iudicata prætenſa per illos de Conte ob non interpoſitam, ſiue non proſequutam appellationem à ſententia lata contra Dominos de Beuilacquis.

Quo verò ad prætenſam rem iudicatam, multa hinc inde deducebantur. Verum omiſſis alijs Domini ceſſare dixerunt difficultatem ex Commiſſione reſtitutionis in integrum pro parte Dominorum
1 de Beuilacquis interpoſita, † qua pendente ſuſpenditur omnis rei iudicatæ effectus, *Caſſad. deciſ. 13. de reſcript.*

2 Non † obſtat quod dicitur commiſſionem eſſe conditionalem ſtante clauſula, cõſtito de bono iure, & vera numeratione, & conſequenter ante veri-
3 ficatas conditiones † nullam adeſſe iuriſdictionem, *Veral. deciſ. 150. par. 2.* Quia fuit bene reſponſum, nullam

Digitized by Google

nullam adeſſe iuriſdictionem quo ad effectum reſti-
tuendi in integrum, niſi conſtiro de aſſertis, & ex
hoc non ſequi quin pendente iudicio ſuper reſti-
tutione in integrum ſuſpendatur interim rei iudi-
catæ effectus, & non poſſit Iudex manutenere poſſi-
4 dentem in ſua poſſeſſione ſicut † ipſemet poſſeſſor
poſſet propria auctoritate, donec non conſtat de
malo iure ipſius propriam poſſeſſionem tueri, *Pa-
riſ.conſ.vlt.num.9.volum.4. Veral.deciſ.51.parte 1.* &
fuit aliàs ſæpius dictum in Rota.

R. P. D. Manzanedo, Romana Cenſus, Lunæ 13. Iunij, 1608.

SVMMARIA.

1 *Depoſitum vt releuet debet eſſe purum, & ſimplex, ita vt deponens abdicet à ſe dominium rei depoſitæ, nu. 7.*

2 *Accollatio cenſus facta abſente illius domino, non liberat debitorem.*

3 *Delegatio debitoris non liberat eum, niſi fiat eum conſenſu creditoris.*

4 *Debitor non remanet liberatus ob mandatum alteri factum, vt pro ſe ſoluat.*

5 *Reuenditio cenſus extraneo de neceſſitate fieri non dēt.*

6 *Factum Iudicis minus rectè procedentis dicitur factum partis, & non præiudicat tertio.*

8 *Extraneus ſoluens pro debitore illum liberat.*

9 *Oblatio de recipiendo non inducit acceptationem debitoris.*

10 *Dominus cenſus exiſtens in quaſi poſſeſſione exigēdi, debet in ea manuteneri donec per ſententiam declaretur eum qui ſoluit non eſſe debitorem.*

DECISIO CCXXXVIII.

CVM 2. Aprilis anni proximè pre-
teriti dubitatum fuiſſet an depo-
ſitum factū per Dominos de Bi-
ſcis liberaſſet Flaminium de An-
guillara, & Domini negatiuam
fuiſſent amplexi, prout in Deci-
ſione tunc in iſta cauſa facta vi-
dere licet, cumq. illi nō acquieſceret Dominus Fla-
minius, repropoſui idem dubium 17. Decembris
eiuſdem anni, & fuit dictum non liquere. Vnde 28.
Ianuarij, & 11. Februarij præſentis anni eodem du-
bio iterum propoſito fuit dictū dilata. & 10. Aprilis
eiuſdem anni dubium fuit reſtrictum quo ad libe-
rationem Domini Flaminij. Vnde 2. Maij proximè
ſequentis, cum Domini non eſſent concordes, fuit
ordinatum, quod omnes Domini viderent, & tan-
dem cauſa hodie repropoſita fuit pro maiori parte
reſolutum Dominum Flaminium per dictum depo-
ſitum per Dominos de Biſcis factum non fuiſſe li-
beratum. Nam cum diſcuſſio huius dubij nō reſpi-
ciat an iſte Cenſus ſpectet ad Dominum Palonium,
vel ad alios creditores q. Iulij Cæſaris, ſed an Domi-
nus Flaminius debitor Cenſus fuerit à ſua obliga-
tione liberatus per dictum depoſitū, viſum fuit ne-
1 gatiuè reſpondendum, † cum depoſitum non fuiſ-
ſet factum pure, & ſimpliciter, & taliter quod per
ipſum fuiſſet abdicatum dominium à Dominis de
Biſcis, & quod Dominus Palonius poſſet ad ſui
libitum pecunias depoſitas ad ſe trahere, vnde ta-
le depoſitum nō habet vim ſolutionis, iuxta doctri-
nam *Bart.in l. ſoluturus, num.5. ff. de ſolut.* cum aliis
latè adductis per me in prædicta Deciſione 2. Apri-
lis anni præteriti, in iſta cauſa facta, quæ iuuatur
cum Dominus Flaminius non tantum ſit debitor
iſtius Cenſus, quin & ab anno 1595. recognouit in
Dominam illius Dominam Claricem vxorem in ſe-
cūdis nuptiis Domini Palonij, cui ipſa dictum Cen-
ſum in dotem dedit, & illi fructus per Dominum
Flaminium fuerunt ſemper ſoluti, vt in Summar.
Palonij, *num.3.* vnde iidem Domini de Biſcia in in-
ſtrumento emptionis Caſtri Marzani illis per Do-
minum Flaminium vendiri in ſe accollarunt, &
aſſumpſerunt huiuſmodi Cenſum, promiſeruntq.
fructus illius Domino Angelo nominatim ſoluere.

Quibus non obſtat in dicta accollatione promi-
ſiſſe Dominos de Biſcia iſtum Cenſum ad beneplæ-
citum Flaminij extinguere, & per conſequens vide-
ri per dictam accollationem Dominum Flaminium
2 fuiſſe liberatum: quia reſpondetur † illam accolla-
tionem reſpicere pactum inter Dominum Flami-
nium, & Dominos de Biſcia; non autem producere
liberationem Domini Flaminij ab obligatione qua
Dominæ Clarici, & Domino Angelo ipſius viro ra-
tione illius Cenſus tenebatur præcipuè cum iſta ac-
collatio Cenſus non fuerit per Dominum Angelum
acceptata, vnde ex illa non potuit liberari Domi-
nus Flaminius à ſua obligatione, ad not. in *l. ſi pu-
pillo. §. fin. ff. de ſolut.* & per *Dec.conſ.107.*

Minuſq. obſtat quod Domini de Biſcia potue-
rint dictum depoſitum facere, vt debitores delega-
ti à Domino Flaminio, quia nec de delegatione
cum requiſitis à iure ad illam inducendam conſtat,
præcipuè de illius per Dominum Angelum acce-
3 ptatione, † prout opus eſſet ad hoc vt Dominus Fla-
minius per delegationem debitorum diceretur li-
beratus, vt tradit *Bart. in l. ſingularia, num. 18. & 19.
ff. ſi cert. pet. Caſtr. in l. qui vſumfructum, 57. num. 3. &
4. ff. de verbor. obligat. Gabr. conſ. 155. num. 29. lib. 1.
Surd.* alios referens *deciſ. 23. num. 6 & 7.* Et quamuis
Domini de Biſcia illud depoſitum facere potuiſſent
vti mandatarij Domini Flaminij non intrat iſtud
motiuum, cum illud non fecerint nomine Flaminij,
ſed nomine proprio, vt ipſi obligati ad extinguen-
dum iſtum Cenſum.

Et licet Flaminius mandauerit, vt pro ſe ſolue-
4 rent Angelo, † Flaminius tamen debitor, & man-
dans non remanſit liberatus, *Bart. in d. l. ſingularia,
vbi Caſtr. in fine, verſ. tertius eſt caſus. ff. ſi cert. pet.* Nec
Dominus Angelus dictum depoſitum etiam quod
fuerit factum mandato Iudicis tenebatur accepta-
re, cum Dominos de Biſcia nunquam in ſuos debi-
5 tores recognouiſſet, † vnde nec illis dictum Cenſum
retrouendere debebat, prout Iudex decreuit, cum
non eſſent principales huius Cenſus debitores, &
6 ſic † factum iudicis minus rectè procedentis po-
tius cenſetur factum partis, quod Domino Angelo
præiudicare non debuit, *Bart. in l. frater à fratre,
num. 30. ff. de condit. indebit. Crau. conſ. 248. num. 1.
7 Ceph. conſ. 750. nu. 8. lib. 5.* Præcipuè cū Iudex † man-
dauerit depoſitum fieri non ſimpliciter, ſed taliter

quod nec ex illo dominium remanebat abdicatum à Biſcis, nec Angelus liberè pecunias depoſitas poterat recipere, vnde non potuit etiam de mandato Iudicis tale depoſitum ſolutionem operari, & liberationem Flaminij à ſua obligatione ad latè adducta in dicta prima Deciſione, in hac cauſa facta.

Nec etiam facit quod iſtud depoſitum liberauerit Flaminium quaſi factum à Biſcis etiam conſide-
8 ratis tertiis extraneis: quia reſpondetur, † quod ad conſequendam liberationem debitoris tertius, & extraneus tenetur ſoluere quod creditori debetur, *l.ſolutione, ff, de ſolut.* quod Domini de Biſcis non fecerunt cum dictum depoſitum vim ſolutionis, & liberationis non habuerit ex ſupradictis.

9 Quibus non obſtat † quod Dominus Angelus ſe obtulerit paratum recipere ſolutionem Cenſus, & de receptis liberare, & perconſequens viſus fuit in ſuos debitores Dominos de Biſcia recognoſcere, iuxta not. per *Natta, conſ.* 131. *num*, 4. vbi tenet ſufficere aliquẽ actum poſitiuum pro acceptatione depoſiti, & dixit *Rota coram Domino Piſto in vna Romana Cenſus, 9. Aprilis*, 1601. Quia reſpondetur ex prędicta oblatione Palonij de recipiendo ſolutionem, & de receptis liberando non inferri recognouiſſe Dominos de Biſcia in ſuos debitores, cum aliud ſit oblatam ſolutionem à quocumque factã acceptare, aliud verò hũc, vel illum in debitorem recognoſcere. *Surd. deciſ.* 174. Vlterius, quia hic actus non operatur vltra intentionem agentis, vnde Palonius conſenſit in numerationem quam acceptabat, non in depoſitum, quo actu volebat à quocumque ſibi realiter ſolueretur liberare Dominum Flaminium, ſed ſic eſt, quod depoſitum ex ſupra dictis, & in prima Deciſione adductis fuit factum eo modo, vt Palonius non poſſet liberè pecunias ad ſe trahere, vnde factum fuit vltra Palonij conſenſũm, & per conſequens non habuit vim ſolutionis, ſed promiſſionis, quæ non liberat.

Nec minus obſtat quod Domini de Biſcis ſoluerint aliquos fructus Cenſus aliis creditoribus, iſta namque exceptio non liberat Dominum Flaminium à Domino Angelo ſpecifico creditore Cenſus, præcipuè cum nulla ſententia oſtendatur ex qua conſtet aliquod ius prælarionis, vel anterioritatis illorum, quibus eſt facta ſolutio.

Vltimò non obſtat quod ſtantibus inhibitionibus ad inſtãtiã Dominæ Cecchinæ ſuperdicto cenſu videatur depoſitum per Dominos de Biſcia legitimè factum, cum poſſit fieri ne debitor bis ſoluere compelleretur, Quia reſpondetur, quod cum Domini de Biſcia non eſſent debitores Angeli iſtius Cenſus, & dictum depoſitum fuerit ipſorum nomine factum, non potuit liberare Dominum Flaminium, cuius nomine non fuit factum.

Et tandem viſum fuit quod cum Dominus Angelus agat ad Cenſus cõtra Dominum Flaminium,
10 † & ſit in quaſi poſſeſſione ab ipſo illos exigẽdi non poſſe Flaminium illorum ſolutionem fugere, nec ab ea dici liberatum ex præmiſſis, donec per ſententias conſtet non eſſe debitorem.

Ex quibus Domini pro maiori parte reſoluerunt depoſitum illud non liberaſſe Dominũ Flaminium, ſicq. ſtandum eſſe in deciſis 2. Aprilis anni præteriti coram me.

Qua reſolutione ſic facta, & ante huius Deciſionis extenſionem & in vltimis Rotis ante vacantias D. Angelus per memoriale petiit à Dominis mihi ordinari quatenus illi relaxarem mandatum contra Flaminium pro cenſibus decurſis, attenta ſua quaſi poſſeſſione in qua exiſtebat illos exigendi à D. Flaminio, pro parte cuius fuit cõtradictum per memoriale, & nihilominus Domini ordinauerũt quod pro cenſibus decurſis mandatum relaxaretur.

R. P. D. Veroſpio, Ciuitatis Caſtelli Cenſus, Veneris 12. Maij, 1617.

SVMMARIA.

1 *Liber mercatoris probat pro tertio contra tertium, concurrentibus adminiculis.*
2 *Confeſſio tutoris ſi ſit veriſimilis, præiudicat pupillo.*
3 *Aſſertio creditoris non nocet debitori.*
4 *Mandatum præſumitur ex ſolutione notabilis quantitatis pecuniarum.*

DECISIO CCXXXIX.

QVONDAM Camillus Cerrinus de anno 1585. annuum cenſum ſcutorũ ducentorum decem emit à q. Io. Vincentio Vitellio. Et cum dictus cenſus ad Saluſtiam Cerrinã de Creſcentijs perueniſſet, Creſcentius illius filius, & hæres in eius poſſeſſione contra Marchionẽ Vitellium ſe manuteneri prætendebat. Vnde ſuper hoc dubio per me propoſito, Rotæ viſum fuit de poſſeſſione Saluſtiæ conſtare. Dantur enim ſolutiones per hæredes dicti Vitelli, eidem Saluſtiæ factæ, vt ex parti-
1 tis apparet ex Banco de [illegible] extractis, † quæ concurrentibus adminiculis pro tertio contra tertium, probant *Rota deciſ.* 375. *num.* 2. *par.* 1. *diuerſ. Afflict. deciſione* 402. *Dec, conſ.* 510. *num.* 3, *Surd. deciſ.* 105. *& ſequenti.*

2 Pro adminiculo autem hic inſeruit † confeſſio tutricis Marchionis in literis de anno 1612. emanata vbi fatetur ipſa dictos cenſus vſque ad illud tempus perſoluiſſe, concurrentibus præſertim ſolutionibus geminatis, vt apparet ex partitis banchi, quæ in annua quantitate, ſcutorum ducentorum decem cum in inſtrumento conſtitutionis Cenſus conueniunt, vnde bene contra Marchionem probant, Rota *deciſ.* 177. *num.* 4. *par.* 2. *diuerſ.*

Et licet iſtæ pecuniæ fuerint ad bancum allatæ
3 per miniſtros Dominorum de Creſcentiis, † quorum aſſertioni ſtandum non videatur in Domini Vitellij præiudicium, ſatis eſt tamen illam pro adminiculo deſeruire.

Nec releuat exceptio quod non probetur illo-
4 rum mandatum, qui pecunias detulerunt: † nam ex earum ſolutione, præſertim in notabili quantitate mandatum præſumitur, *Rota deciſ.* 2. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet. in antiq. Veral. deciſ.* 190. *nu.* 4. *parte* 1.

Reue-

Digitized by Google

Reuerendiſſimo D. Sacrato, Calaguritana de Antol, Mercurij 4. Maij, 1611.

SVMMARIA.

1 *In interdictis poſſeſſorijs veniunt fructus tantum poſt motum iudicium poſſeſſorium, non autem à principio litis ſuper petitorio, vel poſſeſſorio plenario.*
2 *Fructus percepti lite pendente ſuper petitorio ſunt reſtituendi in iudicio ordinario.*
3 *Bart. in l. 3. verſ. tu dic. ff. de interd. non recipitur.*
4 *L. 3. ff. de interd. Intellectas.*

DECISIO CCXL.

1 TENVERVNT Domini in mandato de manutenendo venire tãtum † fructus perceptos poſt intẽtatam manutentionem; non autem perceptos à principio litis ſuper petitorio, vel poſſeſſorio ordinario, & hanc dixerunt eſſe regulam interdictorũ, *l. 3. ff. de interd. l. 1. §. ex die, ff. de vi, & vi armat.* & in terminis huius interdicti, *Io. Fabr. ſuper Inſtit. tit. de interd. §. retinendæ, num. 14. verſ. item fructus. Rota in cauſa Lucenſi redecimæ, 4. Octobr. 1588. coram bon. mem. Seraphino, & in Turritana territorij, 18. Decembris, 1595. coram eo, & in Seguntina Canonicatus, 23. Ianuarij, 1610. coram R. P. D. Caualerio,* & facit *Deciſ. Put. 61. num. 3.*

2 Non obſtat quod prætenſi fructus † cum ſint percepti lite pendente dicantur percepti cum mala fide, & proinde veniant reſtituendi: quia nõ negatur eſſe reſtituendos, ſed in iudicio ordinario, vt bene diſtinguit *Io. Fabr. vbi ſupra, Rota in dicta Lucenſi*
3 *redecimæ, Put. d. deciſ. 61. in fine.* Et † licet *Bart. in d. l. 3. verſ. tu dic. de interd.* voluerit extendere præfatam cõcluſionem de malæ fidei etiam ad interdicta, attamen, vt patet ex præfatis eius doctrina nõ eſt tu-
4 ta. & in effectu ſi tex. *in d. l. 3.* haberet † tantum locum in bonæ fidei poſſeſſoribus eſſet ſuperfluus, & de indubitabili, *Menoch. verò, tit. de retinen. remed. 3. num. 289.* allegat ſolum *Io. Fabr. in d. §. retinendæ,* qui dicit contrarium, vt ſupra demonſtratum eſt.

Quantum ad *Rotam in Cauſa Mediolanenſi fructuũ, 13. Ianuarij, 1595. coram bon. mem. Gipſio,* licet ample loquatur, fuit dictum poſſe ſaluari, vt habeat locũ in caſu ſuo, quando etiam fructus decurſi petuntur principaliter, prout in penſionibus, vel annuis præſtationibus decurſis ante intentatam manutentionem, ſecus quãdo petitur aliqua res fructifera: quia tunc res ipſa principaliter petitur, & fructus veniũt ex quadam conſequẽtia, vnde nihil mirum ſi in ſecundo caſu nõ habetur eadem ratio fructuum, quæ habetur in primo, & iſta diſtinctio fuit de mente *Rotæ in præfata Turritana Territorij.*

R. P. D. Gipſio, Cæſarauguſtana penſionis, Lunæ 30. Ianuarij, 1589.

SVMMARIA.

1 *Quaſi poſſeſſio exigendi probata per inſtrumenta quietationum ſufficit ad obtinendum mandatum de manutenendo. Intellige, vt num. 4.*
2 *Ampl. etiam ſi agatur cõtra eum, qui numquam ſoluit.*
3 *Inſtrumentum confeſſionis de recepto non probant quaſi poſſeſſionem exigendi, niſi ſit adminiculatum.*
4 *Confeſſio de recepto quando eſt admodum veriſimilis, et adminiculata, probat quaſi poſſeſſionem exigendi.*
5 *Confeſſio de recepto probat receptionem, quando ſumma eſt notabilis.*

DECISIO CCXLI.

DIDACVS Ortal aduerſus modernum poſſeſſorem Prioratus Eccleſię Cæſarauguſtanæ petebat manuteneri in quaſi poſſeſſione exigendi pẽſionem ſibi per *felic. record. Pium IV.* de anno 1562. reſeruatam ſuper fructibus dicti Prioratus, & ad docendum de ſua quaſi poſſeſſione produxit nonnulla inſtrumenta quietationum factarũ alijs Prioribus,
1 † quæ ſufficere dicebant in mandato de manutenendo, *Mohed. deciſ. 153.* & fuit dictum *coram me in vna Regienſi reſeruationis fructuum, 6. Iunij, 1586.* Etiã
2 † ſi agatur contra eum, qui numquam ſoluit.
3 Ex aduerſo obijciebatur huiuſ † inſtrumenta nihil releuare, quia continent ſolũ confeſſionem de recepto factam abſentibus Prioribus, & conſeqnẽter ſauorem confitẽtis reſpiciunt, cum tendant ad alium obligandum, *l. inter clauſulas, C. de conuen. fiſc. debitor. lib. 10. Doctores in l. cautio. de fide inſtr. Socin. iun. conſ. 57. nu. 9. lib. 2.* aliàs aperiretur via fraudibus, ſiquidem hoc pacto facilè cuique liceret probare exactionem, & quaſi poſſeſſionem, vt animaduertit *Tiraq. de retractu Lignag. §. 1. Gloſ. 18.*

4 Sed pro reſponſione dixerunt Dñi † prædicta ſibi locũ non vendicare, quãdo confeſſio eſt admodum veriſimilis per ea, quæ in ſimili tradit *Tiraq. in l. ſi vnquam, in verbo, donatione largitus, nu. 100. cum ſeq. C. de reuoc. donat. & Aim. conſ. 4. Mohed. deciſ. 292.* Veriſimilitudo hoc caſu ſatis deprehenditur ex eo quod Didacus hẽt reſeruationem penſionis clarã, & expeditam, contra quã ad hunc effectũ nihil opponi põt quod releuat, *Veral. deciſ. 221. p. 1.* Secũdo, dictę cõfeſſiones ſũt plures diuerſis perſonis, ſucceſſiuis temporibus cum iuramento, coram diuerſis factæ. Tertiò, adſũt teſtes, qui ſemper publicè dici audiuerũt Didacum huiuſmodi penſionem pacificè exegiſſe,
5 & ex illius fructibus vixiſſet. Quartò, † quia ſumma eſt notabilis, idcirco nõ eſt præſumendum Didacũ voluiſſe iactare ſuum ad *l. cum de indebito, ff. de probat.* Nam non poteſt dubitari quod dictæ confeſſiones ſibi præiudicarent ſi vellet hodie tot terminos decurſos exigere, *l. pecunia, vbi Bald. C. de ſolut. l. quidam, C. de conſtit. pecun.* cum ſimilibus.

His poſtremo accedat quod ſtilus illarum partium eſt vt de pluribus terminis decurſis, & ſolutionibus factis poſtea Cenſum fiat inſtrumentum.

Ideo fuit concluſum dandum eſſe mandatum de manutenẽdo pro terminis decurſis à die motæ litis.

R. P. D. Manzanedo, Aquilegienſis penſionis, Veneris 21. Martij, 1610.

SVMMARIA.

1 *Liber domeſticus, non probat abſque teſtium adminiculo.*

2 *In mandato de manutenendo non requiritur exacta probatio.*
3 *Poſſidens eſt in ſua poſſeſſione manutenendus.*
4 *Manutentio conceditur contra ſucceſſorem ex ſolutione facta ab auctore, ſeu prædeceſſore.*
5 *Ius non mutatur ex mutatione perſonarum.*
6 *Manutentio concedenda eſt ob poſſeſſionem præſumptam ex anteriori poſſeſſione.*
7 *Poſſeſſio ſolo animo retinetur.*
8 *Declar, hoc procedere per decem annos, & non vltra.*
9 *Sub declar. ſi intra decennium alius occupauit naturalem poſſeſſionem, ſecus aliàs.*
10 *Clauſula, ſi quid exequendum, debet iuſtificari ex eiſdem actis.*
11 *Sententia per appellationem ſuſpenſa, non poteſt executioni demandari.*
Limit. In mandato de manutenendo, quod per appellationem non ſuſpenditur, num. 13.
12 *Appellatio de iure Canonico conceditur à quocumque grauamine.*
14 *Mandatum de manutenendo, numquam tranſit in iudicatum.*
15 *Titulus non eſt neceſſarius in iudicio manutentionis, ſiue ſimus in prophanis.*
16 *Siue ſimus in beneficialibus.*

DECISIO CCXLII.

ARCHIHOSPITALI Sancti Spiritus dandum eſſe mandatum de manutenendo in exactione annui Cenſus ſcutorum viginti, ſiue annuæ recognitionis contra Dominum Flaminium de Abbatibus, Domini dixerunt: conſtat enim de Archihoſpitalis quaſi poſſeſſione nõ ſolum
1 ex partitis librorũ Archihoſpitalis, † quæ licet non probent pro illo in tertij præiudicium, *l. exemplo, C. de probat.* tamen inſimul cum teſtibus de eadem poſſeſſione deponentibus illam probant ſufficienter, ad notat. per *Bart. in l. admonendi, num. 25. ff. de iureiur. & ibi Iaſ. in prima lectura, & in 2. nu. 111.* cum aliis, per *Soc. conſ. 161. num. 3. lib. 2.* præcipuè præcedente obligatione facta per Antonium de Abbatibus Priorem iſtius Prioratus de ſoluendo in futurum iſtum annuum Cenſum; quo caſu facilius præſumitur ſolutio, quæ magis procedunt in mandato
2 de manutenendo, † cum non requiratur iſta exacta probatio, *Dec. conſ. 100. nu. 3. Caputaq. deciſ. 200. par. 2.* & fuit dictum *in vna Turritana Tertiariæ, 13. Aprilis, 1592. coram Illuſtriſſimo Mantica.* & not. *Menoch. de retinen. remed. vlt. num. 34.* poſt *Alex. conſ. 103. nu.*
3 *3. lib. 7.* & alios ibi relatos, Vnde intrat † prædicta manutentio, iuxta tex. in *§. retinendæ, inſtit. de interd.* eſt tex. *in l. 1. §. huius interdicti, ff. vti poſſid. Bart. in l. ait Prætor, §. quod ait, num. 2. & 14. ff. eod. Couar. Pract. cap. 17. num. 2. Feral. deciſ. 200. par. 2.*

Nec obſtat quod non conſtet Flaminium vm-
4 quam ſoluiſſe iſtum cenſum, † cum ſatis ſit conſtare de ſolutionibus factis per illius anteceſſorem cum illæ ſuffragentur Archihoſpitali pro obtinenda manutentione contra ſucceſſorem, iuxta *Guid. Pap. deciſ. 629.* quem ſequuta fuit *Rota apud Put. deciſ. 151. lib. 3.* Hoc enim caſu ius metimur ex parte actoris
5 poſſeſſoris, † quod non mutatur ex mutatione perſonarum, *Rota diuerſ. deciſ. 99. num. 11. parte 1.* & fuit dictum *in vna Mediolanenſi penſionis, 23. Octobris, 1598. coram Domino meo Decano, & in Piſtorienſi penſionis, 3. Iunij, 1606, coram Domino meo Ludouiſio.*

Minus obſtat non probari dictam poſſeſſionem
6 de tempore litis motæ, † quod requiritur ad obtinendum in hoc iudicio, iuxta tex. in *d. §. retinendæ.* cum aliis, Fuit enim reſponſum ſufficere quaſi poſſeſſionem anteriorem probatam cum illa præſumatur continuata, niſi probetur contrarium ab alio
7 apprehenſa, † quæ ſolo animo retinetur, ad tex. in *l. licet, C. de acquir. poſſeſſ. Bal. conſ. 432. num. 1. lib. 1. Alb. in cap. olim, el primo, num. 14. & in cap. cum ad ſedem, num. 15. de reſtit. ſpoliat. Alex.* qui teſtatur de communi, *conſ. 133. num. 4. verſ. nec obſtat, lib. 1. Corn.* etiam de communi atteſtans, *conſ. 280. nu. 7. in fine, lib. 4. Put. deciſ. 17. lib. 2.* & fuit dictum *in dicta Turritana Tertiariæ.*

Nec facit quod ciuilis poſſeſſio ſpatio annorum
8 amittitur, & quod † præfata præſumptio continuationis non durat vltra decennium, *Bart. in l. ſiue poſſideris, num. 8. ff. de probat.* & quod in noſtro caſu ab vltima ſolutione de anno 1592. effluxerit decennium vſque ad litem motam de anno 1602. quia
9 reſpondetur † præfata procedere quando alius poſſeſſionem naturalem occupauit, quia tunc præfata præſumptio continuationis poſſeſſionis ciuilis non militat vltra decennium, ſecus verò, prout in caſu noſtro, quando ab alio non fuit naturalis poſſeſſio occupata: tũc enim etiam poſt decennium præſumitur illius continuatio, & animi retentio, iuxta *Guid, Pap. vbi ſupra, Couar. in regula, Poſſeſſor, 2. par. §. 1. nu. 3, verſ. at ſi conſtet.* & tenuit *Rota in dicta Turritana Tertiariæ.* Vltra quod vltima ſolutio fuit facta de anno 1594. quãuis pro cenſu decurſo anni 1592.

Minus obſtat quod cum fuerit cõmiſſa cauſa cum
10 clauſula. † Si quid exequendum, illa debeat ex eiſdẽ actis iuſtificari, & tamen pro iuſtificatione iſtius mandati de manutenendo plura fuerunt in Rota producta, quæ non valent iuſtificare mandatum Illuſtriſſimi Vicarij Iudicis à quo. nihilominus hoc fundamentum viſum fuit non obſtare, cum teſtes ſupradicti fuerint examinati coram Iudice à quo, & coram ipſo fuerint productæ partitæ librorum Archihoſpitalis, ex quibus reſultat probatio quaſi poſſeſſionis, & per conſequens dictum mandatum ex eiſdem remanet ſatis iuſtificatum.
11 Nec etiam obſtare videtur, † quod non poſſit procedi ad executionem dicti mandati, ex quo pendet
12 cauſa appellationis ab eo interpoſitæ, quæ † de iure Canonico datur à quocunque grauamine, iuxta *Gloſ. in cap. cum ad ſedem, in verbo, Interdictum, circa fin. de reſtit. ſpoliat. Afflict.* qui teſtatur de communi, *deciſ. 268. num. 2.* quia reſpondetur contrarium
13 † eſſe verius in iſto remedio ſummariiſſimo manutentionis per tex. in *cap. fin, §. de poſſeſſione, 2. q. 6.* vbi canonizatur, *l. vnica, C. ſi de moment. poſſeſſ.* & tradit latè *Beuint, deciſ. 76. nu. 6. & Menoc, vbi ſupra, remed. vlt. nu. 48. & 49.* & fuit dictũ *in Valētina decimarum, 26. Octobris, 1598. coram b. m. Seraphino.* vbi dicitur ita fuiſſe per Rotam obſeruatũ, *& in alia Seguntina canonicatus, 23. Ian. 1610. coram R. P. D. meo Caualerio, & in alia Bergomenſi præeminētiarum, 16. Iunij, 1606. coram me.* vbi refertur *Dec.* atteſtans de communi *conſ.*

Digitized by Google

14 *conſ.28. num.5.* Et non mirum, cum † decretum ma-
nutentionis numquam tranſeat in rem iudicatam,
quia ſi iudici conſtiterit melius de poſſeſſione ad-
uerſarij poterit ſuum decretum reuocare & alteram
partem manutenere potiſſimũ, quando mandatum
fuit datum per decretum, nõ autem per cedulam.

Vltimò non obſtant, quæ dicuntur de non titulo,
15 † cum ille non ſit neceſſarius in hoc iudicio ſumma-
riiſſimo manutentionis ſiue ſimus in prophanis, in-
xta *Mohed. deciſ. 22. de reſtit. ſpoliat.* fuit dictum *in di-
cta Piſtorienſi penſionis coram Domino meo Ludouiſio*, &
16 in aliis, ſiue ſimus † in beneficialibus, iuxta *deciſ.
595. num. 8. parte 1.* & fuit dictum in *vna Anconita-
na penſionis, 15. Iunij, 1589. coram Illuſtriſſimo Platto*,
vbi aliæ referuntur, vltra quod attenta longiſſima
poſſeſſione Archihoſpitalis, & antiqua tranſactione
inita cum Communitate, & à Sede Apoſtolica con-
firmata, & Conſtitutione *fel. record. Pauli II.* conce-
dentis facultatem Prioribus Archihoſpitalis ad co-
gendum fratres ad obediẽtiam, & ſolutionem cen-
ſuum debitorum, ſeu penſionum annuarum, nec-
non attenta Bulla *Sixti IV.* cum aliis pro titulo
adductis pro parte Archihoſpitalis potius inclina-
bant Domini quod adeſſet ſufficiens titulus. de quo
tamen in petitorio poterit particulariter videri,
cum tam iſtud fundamentum, quam alia adducta
per Dominum Flaminium reſpiciant magis petito-
rium, & ſic non obſtant in hoc ſummariiſſimo iudi-
cio manutentionis.

Ex quibus viſum fuit Dominis mandatum Illu-
ſtriſſimi Vicarij iuſtum, & Archihoſpitale manute-
nendum.

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Bononienſis Cenſus, ſeu attentatorum, Lunæ 10. Decembr. 1607.

SVMMARIA.

1 *Attentata non dantur vbi adeſt diuerſitas cauſarum.*
2 *Cauſarum diuerſitas reſultat, ſi agatur de terminis Cen-
ſus diuerſo tempore maturatis.*
3 *Obligationes, & debita tot ſunt, quot ſunt termini Cen-
ſus maturati.*
4 *Clauſulæ in commiſſione appellationis intelliguntur De,
& circa cauſam ſuper qua fuit pronunciatum, & com-
miſſa cauſa appellationis.*
5 *Facultas exequendi obligationes camerales non venit
ſub clauſulis generalibus, ſed requirit ſpecialem ex-
preſſionem.*

DECISIO CCXLIII.

PENDENTE in Rota coram me cau
ſa appellationis à mandato A.C. ad
fauorem Dominorum de Duratiis
contra Albertum Blalzanum rela-
xato pro ſolutione quorumdã fru-
ctuum cenſus, & renouatione cedu-
læ bancariæ egerunt Durantij coram A.C. pro aliis
terminis fructuum dicti cenſus, quorum dies ceſſit
poſt relaxationem prædicti mandati, & pro quibus
obtinuerunt aliud mandatum, quod Blalzanus di-
cebat eſſe attentatum vti obtẽtum poſtquam cau-
ſa erat per appellationem in Rota introducta. ſed
Domini vtraque parte informante contrarium re-
ſoluerunt, fundamentum fuit in diuerſitate cauſa-
1 rum, † qua ſtante non eſt locus attentatis, *Ægid.
Bellam. conſ. 18. ſub num. 3. verſ. ſiue contrarium, & nu.
4. Socin. conſ. 45. ſub num. 5. verſ. quibus ſuppoſitis, lib. 1.*
cum aliis cumulatis, per *Lancel. de attent. par. 2. cap.
12. Limit. 2. num. 13. & multis ſeqq.*

Cauſa autem diuerſa eſt non ſolum quatenus in
primo iudicio actum eſt de renouatione cedulæ; in
2 vltimo autem de ſolutione cenſuum, ſed † etiã qua-
tenus in dicto primo iudicio fuit actum ad ſolutio-
nem fructuum, & iſti ſunt diuerſi termini fructuum
ab iis, qui in altero iudicio fuerunt deducti, vt poſt
*Bart. in l. non poteſt, de iudic. Gabr. in conſ. 47. nu. 18. lib.
1.* bene *Iaſ. conſ. 9. nu. 4. & 5. lib. 1.* & propterea dicit
Lancel. nu. 17. vbi ſupra, fuiſſe in Rota reſolutum *in
vna Bononienſi pecuniaria*, non fuiſſe attẽtatam ſen-
tentiam ſuper certa ſumma Bononiæ latam per iu-
dicem à quo pendente appellatione in Rota ſuper
alia ſumma licet ageretur inter eaſdem perſonas. &
3 facit, quia tot † ſunt obligationes, & debita quot
termini, *l. ſcire debemus, in princ. ff. de verb. oblig. Iaſ.
d. conſ. num. 4. in fine, Rota deciſ. 259. lib. 1. Mohed. deciſ.
4. de Præſcript.*

Non obſtat clauſula cum toto negocio, &c. &
aliæ ponderatæ ab informantibus pro parte Blal-
4 zani: † quia omnes intelliguntur De, & circa cau-
ſam, & actionem intentatam ſuper qua fuit pro-
nunciatum, & commiſſa cauſa appellationis, aut
ſaltem per eam nõ poteſt dici auuocatum iudicium
executiuum quo ad terminos decurrendos ab A.C.
5 cum præſertim † facultas exequendi obligationes
camerales non veniat ſub clauſulis generalibus, ſed
requirat ſpecialem expreſſionem.

Non obſtat *Deciſio Cæſarauguſtana pecuniaria de
Maella, 15. Iunij, 1601. coram Illuſtriſſimo Cardinale
Pamphilio*, quia cum in eadem cauſa fuiſſet allega-
ta *coram R. P. D. meo Coccino, 31. Maij. 1603. Rota* de
ea dubitauit, & ordinauit vt cognoſceretur de bo-
no iure.

Illuſtriſſimo Cardinale Arigono, Venetiarum Cenſus, Veneris 22. Martij, 1596.

SVMMARIA.

1 *Solutio facta metu mandati, & cum proteſtatione non
conſtituit exigentem in quaſi poſſeſſione exigendi.*
2 *Quaſi poſſeſſio exigendi acquiritur per vnicum actum.*
3 *Effectus ſententiæ ſuſpenditur per commiſſionem reſti-
tutionis in integrum.*
4 *Manutentio nõ retardatur per ſententiam contra quam
fuit petita reſtitutio in integrum.*

DECISIO CCXLIV.

FVIT reſolutum mandatum de manute-
nendo dandum eſſe Abbati S. Antonij
Viennenſis, cum conſtet de illius poſſeſſio-
ne exigẽdi annuum Cenſum de quo agitur. Et licet

nonnullæ ſolutiones fuerint factæ metu mandati,&
1 cum proteſtationibus, † quæ non conſtituunt exigentem in quaſi poſſeſſione, tamen extant quamplures aliæ factæ ſimpliciter, & ſponte,& præſertim
2 inchoando ab anno 1563. Et vt † quis conſtituatur in quaſi poſſeſſione exigendi ſufficit etiam vnicus actus ſolutionis, ad tradita per Scribentes ad *cap. cum Eccleſia Sutrina, & ibi* poſt alios *Ripa, num. 53. de cauſa poſſeſſ. & propr.*

Non obſtat ſententia, quæ prætenditur feciſſe
3 tranſitum in iudicatum, † quia illius effectus fuit ſuſpenſus per commiſſionem reſtitutionis in integrũ,
4 & ideo nõ poteſt impedire † quin interim poſſidens manuteneatur, prout aliàs fuit reſolutum *in vna Hiſpalenſi penſionis, 6. Aprilis, 1576. coram b.m. Cæſare de Graſſis*, quæ eſt etiam inter Deciſiones impreſſas, *deciſ. 350. par. 1.* & fuit etiam reſolutum *coram R.P.D. Gipſio in vna Cartaginenſi decimarum, 13. Martij, 1592.*

Circa aliam difficultatem, an ſententia vltimo loco lata ſit exequenda fuit dictum, vt videatur de illius iuſtitia.

R. P. D. Penia, Romana Cenſus, Lunæ 6. Nouembris, 1606.

SVMMARIA.

1 *Quaſi poſſeſſio acquiritur per vnicum actum.*
2 *Iudex poſt ſuſpenſionem petitorij non poteſt citra nullitatem ſuper eo pronunciare.*
3 *Sententiæ effectus ſuſpenditur per appellationem.*
4 *Pendente iudicio ſuper appellatione vel nullitate ſententiæ, vel ſuper reſtitutione in integrum poſſeſſor eſt manutenendus.*

DECISIO CCXLV.

ROTA cenſuit Domino Lucæ de Luna dandum eſſe mandatum de manutenendo, quia de quaſi poſſeſſione exigendi cenſus conſtat ex primo inſtrumento ſolutionis ſcutorum ducẽtorum auri in auro factæ D. Lucæ à b. m. Clemente Carauaſchino occaſione reſidui cenſuum decurſorum:
1 † per vnum enim actum acquiritur quaſi poſſeſſio, *cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ. et propriet. vbi Abb. num. 23. ibi ad probandum. Ripa, num. 52. & 53. circa ſecundum.* Et fuit in terminis deciſum *in cauſa Venetiarum Cenſus, 22. Martij, 1596. coram D. Cardinale Arigono*, tunc Rotæ Auditore.

Non obſtat ſententia lata ab A.C. in petitorio ſuper nullitate cenſus, quia præter nullitatẽ ex eo de-
2 ductam † quod cum fuiſſet ſuſpenſum petitoriũ non potuiſſet Iudex ſuper eo pronunciare, *Veral. deciſ. 143. incipit, Sententia lata ſuper petitorio, lib. 3.* Effectus
3 illius ſententiæ † fuit ſuſpenſus per appellationem, & cauſa cõmiſſa ſuper appellatione, & nullitate, & reſtitutione in integrum. & conſequenter D. Lucas
4 interim † erat manutenendus, *Cæſar de Graſſ. deciſ. 4. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Rota in cauſa Mediolanenſi penſionis die 11. Decembr. 1600. coram Cardinale Pamphilio, et in cauſa Cartaginenſi penſionis, 14. Maij, 1600. coram Domino meo Lancelotto.*

R. P. D. Veroſpio, Papienſis bonorum, Lunæ 4. Decembris, 1612.

SVMMARIA.

1 *Exceptio concernens petitorium non admittitur in iudicio ſummariſſimo poſſeſſorio.*
2 *Manutentio conceditur exiſtenti in quaſi poſſeſſione nudi facti exigendi.*
3 *Cenſuario datur manutentio ex nudo actu exigendi.*
4 *Penſionarius petens manutentionem non cogitur docere de titulo.*
5 *Manutentio non denegatur penſionario, etiam quod penſio dicatur extincta.*
6 *Manutentio conceditur poſſidenti tempore litis motæ.*
7 *Rei iudicatæ exceptio non attenditur ſi fuerit per aliam ſententiam reuocata.*
8 *Qui patitur ſuper re iudicata cognoſci videtur illi renunciaſſe.*
9 *Nullitatis inſtantia durat per triginta annos.*
10 *Manutentio conceditur in quacumque inſtantia.*
11 *Manutentio datur pendente reſtitutione in integrum.*
12 *Rota non exequitur ſententias latas extra ſuum tribunal, niſi cognito ſuper illarum iuſtitia.*

DECISIO CCXLVI.

VISVM fuit Dominis non recedere à deciſis coram bon. mem. Penia, & ſic Dominis Landrianis dãdum eſſe mandatum de manutenendo pro exactione canonum de quibus agebatur, non obſtantibus in contrarium allegatis pro parte Monacorum.

Et primò, quod ipſi non poſſideant amplius molendinum cuius ratione canones perſoluerunt. Hæc
1 † enim exceptio tamquam reſpiciens petitorium in hoc iudicio ſummarijſſimo poſſeſſorio non admit-
2 titur, † ſed ſufficit Dominis Landrianis, vt manuteneantur docere, prout docent de nudo facto exactionis. *Neuiz. conſ. 80. num. 3. Rota deciſ. 641. num. 4. parte 1. & deciſ. 64. num. 2. par. 2. diuerſ.* ſicut pariter
3 † cenſuario videmus cõcedi manutentionem ex ſolo actu exigendi nec exceptionem admitti defectus proprietatis, quæ ad petitorium reiicitur, *Rota deciſ. 99. num. 1. & ſeqq. 1. par. diuerſ.* & fuit deciſum *in vna Iacenſi Sacriſtiæ, 27. Iunij, 1597. coram Peregri-*
4 *no.* Idem accidit in pẽſionario, † qui dum petit manuteneri non tenetur docere de titulo, nec de cauſa ſolutionis, ſed nititur ſola poſſeſſione, vt fuit deciſum *in Auximana penſionis, 15. Ianuarij, 1587. coram*
5 *Illuſtriſſimo Platto.* † Et etiam quod penſio dicatur extincta non denegatur manutentio, *Veral. deciſ.*
6 *320. parte 2.* Vnde pariter in caſu noſtro † ſat erit Dominis Landrianis, vt in canonis exactione manuteneantur docere de ipſorum poſſeſſione tempore litis motæ, *§. retinendæ, Inſtit. de interd.* & fuit dictum *in vna Ciuitatis Caſtelli bonorum, 8. Nouembris, 1589. coram bon. mem. Cardinale Pamphilio, & in Romana officij plumbi, 4. Iulij, 1605. coram eodem*, tantò magis, quia vltra dictam poſſeſſionem oſtenditur à multis annis canones fuiſſe ſolutos pro quibuſdam aquis nulla facta mẽtione molendini, vt ex

iuribus

Digitized by Google

iuribus datis pro parte Dominorum de Landrianis,
& ſic licet non conſtaret à Monacis hodie poſſideri
dictum molendinum adhuc firma remaneret illo-
rum obligario reſpectu aquarum, quamuis nec de
illis eſſet neceſſe docere, vt dictum eſt.

7 Non obſtat exceptio rei iudicatæ, † cum ſenten-
tia ad fauorem Monacorum fuerit per aliam ad fa-
uorem Dominorum de Landrianis reuocata, &
8 cum Monaci deinde paſſi † fuerint ad vlteriora
procedi videntur dictæ rei iudicatæ renunciaſſe,
Pat. deciſ. 197. lib. 2. Mohed. deciſ. 4. de re iudic. tantò
magis, quia reperitur hodie cauſa commiſſa per
viam appellationis in Rota tam ex capite nullita-
9 tis, quam iniuſtitiæ, & † cauſam nullitatis certum
eſt durare per triginta annos, *Maranta, de ordin. iu-
dic. in tit. de ſentent. num. 154.* Qua pendente datur
10 manutentio, † quæ concedi ſolet in quacumque in-
ſtantia, vt deciſum fuit *in Lucana penſionis, 14. Maij,
1576. coram Illuſtriſſimo Seraphino, & in Romana Cen-
11 ſus coram Domino Penia,* nec denegatur † in gradu
reſtitutionis in integrum, *Caſar de Graſſ. deciſ. 4. de
cauſ. poſſeſſ. & propriet.* & fuit deciſum *in cauſa Ve-
netiarum Cenſus, 22. Martij, 1596. coram Illuſtriſſimo
Arigonio,* cum præſertim non conſtet adhuc de iu-
12 ſtitia dictæ ſententiæ & ſine cauſæ cognitione, † Ro-
ta non ſoleat attendere ſententias latas in aliis tri-
bunalibus, *Rota deciſ. 498. num. 3. & deciſ. 11. num. 7.
lib. 3. par. 3. Diuerſ.*

Ad illud autem quod Domini Landriani ſe ha-
buerunt pro ſpoliatis fuit optimè reſponſum in de-
ciſione Domini Peniæ, & ſic dictum fuit ab ea non
eſſe recedendum.

R. P. D. Cauallerio, Romana fructuum Cenſus, Lunæ 22. Iunij, 1609.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatam.*
2 *Cenſus tunc per aſſignamenta pro eo extinguendo data,
dicitur extinctus, quando dominus Cenſus fuit conſe-
quutus integram ſatisfactionem.*
3 *Cenſus non dicitur extinctus, quando pecuniæ ſoluun-
tur ad computum ſortis principalis, ſed reuocabiliter.*
4 *Cenſus vt extinctus dicatur, requiritur actus priori
ſimilis.*
5 *Exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi Cenſum, debet in
illa manuteneri.*
6 *Quæſtio, quæ verſatur ſuper extinctione Cenſus, reſpi-
cit petitorium.*
7 *Cenſus extinguitur pro ea rata pro qua quid ſoluitur ad
computum ſortis.*

DECISIO CCXLVII.

Domini reſoluerũt mandatũ ab A. C.
relaxatum in fauorem Domini Cita-
rellæ contra Illuſtriſſimos Dominos de
Sabellis pro fructibus Cẽſus ſcutorum
octo millium eſſe exequendum, quia
conſtat de Cenſu cum promiſſione de ſoluendo fru-
1 ctus per publicum inſtrumentum, † quod facit pro-
bationem probatam, *Bal. in l. intereſt, num. 2. C. de
ſolut, Pariſ. conſ. 54. num. 3. & ſeq. volum. 1. Dec. conſ.
36. num. 2.*

Nec viſum fuit Dominis quod iſte Cenſus poſſit
dici extinctus per aſſignationem creditorum pro il-
lius extinctione factam in Congregatione Baro-
2 num, † quia non conſtat talem aſſignationem effe-
ctuatam fuiſſe mediante ſolutione creditorum à
Congregatione aſſignatorum, prout requirebatur
ad hoc vt Cenſus dici poſſet extinctus. Nam mens
Congregationis, Domini Citarellæ, & Dominorum
de Sabellis ea fuit, vt tunc demum Cenſus eſſet ex-
tinctus, quando aſſignamenta fuiſſet vera, & realia
& exigibilia & Dominus Citatella ex eis fuiſſet
conſequutus integram ſatisfactionem, & extinctio-
nem ſortis principalis, vt in iiſdem terminis aſſigna-
menti facti à Cõgregatione eadem pro extinctione
alterius Cenſus debiti ab eiſdem Dominis de Sa-
bellis, videtur caſus ſic fuiſſe deciſus *in vna Romana
Cenſus, 26. Nouembris, 1604. coram Illuſtriſſimo Car-
dinale Mellino.*

Nec viſum fuit obſtare quod opponebant Do-
mini de Sabellis, videlicet, Dominum Citarellam
exegiſſe plures pecunias ex aſſignamentis præfatis
ad computum ſortis principalis, vnde ſtante effe-
ctuatione Cenſus erat extinctus ſaltem pro ea par-
te, quam Dominus Citarella ad computum ſortis
exegerat, vt firmatum fuit in ſupradicta deciſione
Romana Cenſus: Quia Domini dicebant, quod li-
cet Dominus Citarella exegiſſet plures pecunias
ad computum fructuum cum clauſula, quod ſi quid
vltra ſupererat, recipiebat ad computum ſortis niſi
ſcuta mille ducenta in decem locis montium fidei,
3 † quæ ei non fuerunt tradita libere, & irreuocabili-
ter, ſed cum obligatione de reſtituendo prioribus,
& potioribus creditoribus Dominorum de Sabel-
lis, & anno ſequenti fuerunt ei euicta à Domino
Mario Tuttauilla anteriore creditore, & propterea
4 non videtur poſſe dici Cenſus extinctus, † præſer-
tim cum non interuenerit actus retro ſimilis, iuxt.
l. 1. C. quand. non lic. ab empt. diſced. & fuit dictum *in
vna Romana anterioritatis, 4. Februarij coram R. P. D.
Iuſto.*

Conſiderabant etiam aliqui ex Dominis, quod
cum Domini de Sabellis poſt huiuſmodi aſſigna-
tionem ſoluerint Domino Citatellæ aliquos fructus
5 ſine aliqua proteſtatione, † non erat Citarella pri-
uandus ſua quaſi poſſeſſione exigendi fructus, in
qua reperiebatur, per talem extinctionem, ſed erat
manutenendus ad tex. in *cap. querelam, de elect. cap.
conſultationibus, de iure patr. Caſſad. deciſ. 10. num. 7.
verſ. nec etiam obſtat, de reſcript.*

6 Addebant etiam, quod hęc † quæ deducebantur
ſuper extinctione Cenſus erant remittenda ad pe-
titorium tamquã requirentia altiorem indaginem,
vt in ſimili de extinctione penſionis, *Caputaq. deciſ.
321. par. 1. Caſſad. deciſ. 10. num. 7.* Et ſi vnquam
7 probatum fuit † Citarellam aliquid aliud exegiſſe
ad computum ſortis, Domini non negabant in ea
parte Cenſum fuiſſe extinctum, ſed interim non pu-
tauerunt eſſe retardandam executionem mandati
A. C. relaxati pro fructibus.

Illu-

Illuſtriſſimo Cardinale Lancelotto, Bononienſis Cenſus, Lunæ 21. Ianuarij, 1600.

SVMMARIA.

1 *Cenſus extinguitur obtento mandato pro recuperatione ſortis principalis.*
Dummodo ſit in facultate domini Cenſus ſortem recuperare, num. 3.
2 *Appellatione pendente, nemo eſt ſua poſſeſſione priuandus,*

DECISIO CCXLVIII.

DECRETVM A.C. per quod Domini de Scappis fuerunt condemnati ad ſoluendum fructus Cenſus tamquam iuſtum eſſe confirmandum, Domini dixerunt ſtante obligatione per ipſos facta pro fructibus Cenſus per quinquennium, quod adhuc durat.

Non obſtat quod Cēſus ſit nullus tamquam im-
1 poſitus ſuper rebus fideicōmiſſo ſubiectis, & † quod
videatur reſolutus ex mandato obtento pro ſorte
principali, ita vt fructus amplius non debeantur,
iuxta deciſionem *in cauſa Romana Cenſus coram R.P.*
2 *D.Pamphilio*, tum † quia hic pendet appellatio, vn-
de interim ſaluius manutenendus eſt in ſua poſſeſ-
ſione, vt in iuribus vulgaribus, & benè facit *deciſio*
Caputaq. 321. par. 1. quod exceptio extinctionis pen
ſionis non impedit manutentionem donec ſuper ea
fuerit iudicatum, tum etiam quia caſus deciſionis
3 R.P.D. mei Pamphilij eſt valdè diuerſus, † quia ibi
fuerat relaxatum mandatum pro ſorte principali
ſoluenda emptori Cenſus in cuius facultate erat
habere ſortem principalem ad ſui libitum, quo ca-
ſu non poterant peti aliqui fructus citra vitium vſu-
ræ ex ibi allegatis; in hoc autem caſu licet manda-
tum fuerit relaxatum pro ſorte principali, id tamen
non fuit ad effectum illam conſignandi emptori
Cenſus, ſed ad effectum deponēdi donec fuerit do-
ctum bona eſſe libera, ita vt non ſit in facultate em-
ptoris conſequi ſortem principalem, prout erat in
caſu allegatæ deciſionis; quæ in hoc fundatur.

R. P. D. Manzanedo, Romana Cenſus, Lunæ 24. Iunij, 1614.

SVMMARIA.

1 *Mandatum de manutenendo, datur ceſſionario ex poſſeſſione cedentis.*
2 *Poſſeſſio in incorporalibus, acquiritur abſque apprehenſione.*
3 *Ceſſio in incorporalibus idem operatur quod traditio.*
4 *Manutentio conceditur ceſſionario, probata poſſeſſione cedentis.*
5 *Producens acta ſuo nomine facta, cenſetur illa ratificare.*
6 *Etiam ſi productio fiat à Procuratore.*
7 *Manutentio exigendi Cenſum, non denegatur oppoſita exceptione extinctionis Cenſus.*

DECISIO CCXLIX.

IOANNI Baptiſtæ dandum eſſe man-
darum de manutenendo pro medie-
tate Cenſus Domini dixerunt, cum
pro dicta medietate ſit ceſſionarius
Hannibalis, de cuius quaſi poſſeſſione
exigendi fructus Cenſus non contro-
uertitur, & conſtat ex pluribus partitis ex aduerſo
1 in actis productis, vnde † ſicut manutentio compe-
teret Hannibali cedenti, *§. retinendæ. Inſt. de Interd.*
ita etiam competit Io. Baptiſtæ ceſſionario, *l. nomen*
debitoris, in princ. ff. de leg. 3. Rom. conſ. 38. num. 1. &
conſ. 135. in princ. Pariſ. conſ. 75. num. 18. lib. 4. Cum
2 enim ſimus in iuribus incorporalibus † poſſeſſio ce-
dentis transfertur in ceſſionarium abſque alia ap-
prehenſione, *Natta, conſ. 298. num. 38 Menoch. de re-*
3 *tinen. remed. 3. num. 259. & ſeq.* † quia in incorpora-
libus tantum operatur ceſſio, quantum traditio,
Gloſ. & Doctor. in l. fin. C. quand. fiſc. vel priuat. Bart. in
l. ad eum quem, nu. 1. ff. de donat. Bal. conſ. 241. in fine,
4 *lib. 2.* & ſic † probata poſſeſſione cedentis compe-
tit manutentio ex ſuperius adductis, & ex eodem
Natta, vbi ſupra, d. num. 38. ita declarat *Gloſ. in l. 2. §.*
idem Nerua, in verbo, exper. ff. ne quid in loc. public.
Menoch. vbi ſupra, & fuit dictum *in vna Romana Cen-*
ſus, 4. Martij, 1611. coram b.m. Penia. Maximè quia
conſtat etiam de quaſi poſſeſſione exigendi, Ioan.
Baptiſtæ ex pluribus quietantiis ab ipſo factis di-
uerſis debitoribus Dominæ Flaminiæ. Et licet non
5 conſtet de mandato ſoluētis, tamen † cum ipſa Do-
mina Flaminia dictas quietantias produxerit in iu-
dicio ſine aliqua proteſtatione, illas ſolutiones rati-
ficaſſe videtur, *l. Publia, §. fin. ff. depoſ. cap. cum olim,*
de Cenſib. Dec. in cap. cum venerabilis, num. 22. de ex-
cept. Surd. conſ. 50. num. 3. & conſ. 28. num. 47. lib. 1.
& fuit dictum *in vna Romana dotis, 6. Iunij, 1611. co-*
6 *ram Domino meo Vbaldo* † etiam ſi productio facta ſit
à procuratore. *Caputaq. deciſ. 193. par. 1.*

Nec obſtat extinctio Cenſus ex aduerſo oppoſi-
ta, quia redditur multum turbida ex adductis per
informantes pro vtraque parte, & tamquam requi-
rens altiorem indaginem eſt remittenda ad petito-
7 rium, † nec interim poſſidenti eſt deneganda ma-
nutentio, vt fuit reſolutum *in Bononienſi Cenſus, 21.*
Ianuarij, 1600. coram Illuſtriſſimo Cardinale Lancelot-
to, & in alia Romana fructuum Cenſus, 22. Iunij, 1609.
coram Domino meo Cauallerio.

Ex quibus ita reſolutum.

R. P. D. Penia, Romana Cenſus, Mercurij 2. Iunij, 1606.

SVMMARIA.

1 *Quaſi poſſeſſio cedentis prodeſt ceſſionario, vt manuteneatur.*
2 *Soluens abſque proteſtatione, dicitur ſpontè ſoluere.*
3 *Ius actoris non alteratur ex mutatione perſonæ rei conuenti.*

4 Obli-

4 *Obliuio præſumitur inducta lapſu decem annorum.*
5 *Limit. ſi de contrario appareat.*
6 *Mandatum præſumitur in actu pro quo explicando, requiritur impenſa.*
7 *Soluens abſque proteſtatione conſtituit recipientem in quaſi poſſeſſione exigendi.*
8 *Suſcipiens terminum ad ſoluendum, & confitens debitum, cenſetur bonam fidem agnoſcere.*

DECISIO CCL.

PEtrvs de Zollett Lugdunēſis ſenior creditor Iordani Vrſini in ſumma ſcutorū duorum millium quingentorum triginta monetæ Papalis pro ſorte principali, & pro cambiis, & recambiis ſpacio multorum annorum Petrum Zollett iuniorem ſuum filium ſpurium cum mandato procuratorio ad exigendum, & concordandum miſit ad curiam, vbi mota lite ſuper hoc credito coram A.C. die 18. Martij, 1588. cum Valerio Vrſino Iordani tunc defuncti filio, & hærede tranſegit, ita vt pro præfata ſorte principali ſcutorum duorum millium quingentorum triginta Valerius ſuper quibuſdam ſuis bonis in territorio Firmano exiſtentibus perpetuum annuum Cenſum ſcutorum centum ſexaginta quinque impoſuerit, & Petro Zollett ſeniori ſtipulante pro eo Petro Zollett iuniore vti eius procuratore, & Notario in extinctionem ſortis principalis, vēdidit reſeruato tamen beneplacito Apoſtolico ex eo quod non fuerat venditus iuxta formam Conſtitutionis *Pij V.* quod ſuper derogatione dictæ Conſtitutionis ſuo tempore fuit expeditum. Huic contractui Dominus Federicus Cæſius tamquam principalis fideiuſſor acceſſit, & ſe cum iuramento in forma cameræ obligauit. Hæc Petrus Zollett ſenior, 8. Ianuarij eiuſdem anni 1588. ratificauit, qui cum condito teſtamento hæredes ſibi inſtituiſſet Ioannem, ac Andream, & Marium eius filios legitimos, & naturales ex hac vita migrauit; & deinde præfati hæredes pro quattuor ſemeſtribus dicti Cenſus iam decurſos contra Valerium mandatum executiuum decerni, & relaxari obtinuerunt. Vnde Valerius mediante eius procuratore coram Notario, & teſtibus Ioanni vni ex hæredibus Petri ſcuta tricenta trigenta monetæ, manualiter liberè, & abſque aliqua proteſtatione numerauit, & quietantiam recepit per acta eiuſdem Notarij, qui de cōtractu Cenſus fuerat rogatus ſub die 26. Iulij, 1588. cum verò die 22. Iulij anni 1598. Ioannes præfatus tamquam vnus ex hæredibus Petri ſenioris, & donatarius Andreæ & Marij Ferdinando de Moran muratori Lugdunenſi præfatum Cenſum vendidiſſet & in omnibus, & per omnia in ſuum locum poſuiſſet, & ei deberi fructus Cenſus per decem annos decurſos declaraſſet, & poſtea Ferdinandus contra dictum Dominum Federicum ad ſolutionem terminorum Cenſus egiſſet coram A.C. & partem illorum ſibi ſolui à dicto Domino Federico obtinuiſſet, & vltimò agens contra eum pro ſolutione aliorum terminorum decurſorum, & nō ſolutorum, mandatum executiuum etiam obtinuiſſet. cauſa introducta in Rota. Dubitaui an Ferdinando dandum eſſet mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi fructus Cenſus.

Et Rota vtraque parte informante mandatum
1 dandum eſſe cenſuit, tum † ex antiqua poſſeſſione
illius à quo habuit ceſſionem, *Bal. in cap. licet cauſam, num. 34. verſ. item interdum, de Probat. Guid. Pap. deciſ. 552. num. 2. verſ. verumtamen de iure*, qua
etiam ex poſſeſſione exigendi contra Federicum
2 † qui coram A.C. confitendo debitum ſoluerat ſine
proteſtatione, vnde ſponte ſoluiſſe dicebatur, *Veral. deciſ. 403. incipit, Proteſtatio cenſetur repetita, lib.*
2. & fuit in ſpecie dictum *in vna Romana Cenſus die
14. Nouembris*, 1604. *coram Domino Marcomontio*,
quæ circa hunc articulum non fuit in controuerſiam deducta.

Nec refert quod poſſeſſio acquiſita contra principalem non videretur nocere Domino Federico
fideiuſſori, quia cum eſſet in forma cameræ obligatus, & cenſeretur eadem perſona cum principali
poſſeſſio ſemel acquiſita ſibi præiudicauit. Præſer-
2 tim cum ex † variatione perſonarum rei numquam
mutetur ius actoris, quod remanet ſemper idem, *l.
2. §. ex his, ff. de verb. oblig. Put. deciſ. 151. incipit, Dubitaui in vna Alboracenſi penſionis, lib. 3. Guid. Pap. deciſ. 629. num. 3.*

4 Rurſus non obſtabat † quod poſſeſſio prætenderetur extincta per lapſum decem annorū, quo tempore præſumitur inducta obliuio, quia huic præ-
5 tenſioni non erat locus in hoc caſu in quo † conſtabat ſemper fuiſſe retentum animū poſſidendi, *Gloſ.
in §. quod autem, in verbo, propter abſentiam, Inſtit. de vſucap. Alex. in l. ſi id quod, num. 2. ff. de acquir. poſſ.*
Ex illo autem actu cenſebatur continuata poſſeſſio,
quia cum in prima die ſubſequēti vltimam decennij diceretur facta ceſſio iſtius Cenſus cum fructibus decurſis plus quàm veriſimile credebatur multis diebus ante lapſum decennij fuiſſe tractatam ceſſionem, & conſequēter retentum animum poſſidendi quoque; ſed propter iuſta impedimenta fuiſſe non omiſſam, ſed ſuſpenſam exactionem.

Quod dicebatur de defectu mandati illius qui
3 fecerat ſolutiones leuiſſimum fuit putatum, † cum
ex notabili impenſa plus quàm tricentorum ſcutorum præſumatur mandatum, *Caſſad. deciſ. 3. num. 4. de Procur. Rota, deciſ. 2. de cauſ. poſſeſſ. & propr. in antiq.* nemo enim ſine ſufficienti mandato, nam notabilem ſummam ſoluturus credebatur.

Nec ad rem pertinebat dicere ſolutiones factas
per ipſum, & Dominum Federicum non releuare, &
quod non ſoluerat ſponte, ſed metu mandati: quia
7 † cum ſoluiſſet abſque proteſtatione aduerſarium
conſtituerat in legitima quaſi poſſeſſione exigendi,
Cotta, deciſ. 11. incipit, Tentum fuit in Rota, de penſ. &
eſt notum, & ſic quotidie practicatur in Rota.

Nec pro Federico faciebant deducta *in cauſa Romana Cenſus coram Domino Marcomontio die 20. Februarij*, 1609. quia ibi ſolutio erat facta cum clauſula, ſine præiudicio quorumcumque iurium, quæ
non aderat in hoc caſu, in quo potius apparebat
8 contrarium, † cum Dominus Federicus ſuſceperit
terminum confitēdo debitum; & ſic cenſetur agnouiſſe bonam fidem.

Nec defendebatur ex eo quod non ſoluerat præcisè, ſed depoſuerat ad effectum conſignandi cui A.C. ordinaret, quia idem inducebatur effectus.

Et ex his ita fuit reſolutum.

R. P. D.

R. P. D. Orano, Romana Cenſus, 12. Februarij, 1588.

SVMMARIA.

1 *Solutio præſumitur facta in executionem præcedentis mandati.*
2 *Origo rei ſpectanda eſt.*
3 *Soluere quis præſumitur in vim præcedentis decreti.*
4 *Clauſula, ſine præiudicio iurium, præſeruat ius ita vt non cenſeatur alteratum.*
5 *Exceptio quod Cenſus ſit malè impoſitus, reſpicit petitorium.*
6 *Hæres cum beneficio inuentarij ſouens bonum ius, poteſt denegare ſolutionem.*
7 *Declar. quando adſunt creditores prætendentes meliora iura, & hæreditas non eſt ſoluendo.*

DECISIO CCLI.

RESOLVTVM fuit ſolutionem Cenſus
fuiſſe factam vigore mandati de ma-
nutenēdo: nam cum præceſſerit man-
datum, & poſtea ſucceſſerit concor-
dia, & ex [illegible] ſolutio, neceſſum eſt fa-
1 teri † concordiam fuiſſe .. ſtam metu mandati ad
effectum, vt per eam dilatio ad ſoluendum Cenſus
decurſos impetraretur; ſolutiones autem in execu-
tionem concordiæ, & per conſequens in executio-
nem mandati ad tex. in *l. ſolutiones, vbi Doctor. C. de*
2 *rei vindic.* † ſpectanda eſt enim origo, *l. 1. ff. de orig.*
iur. & præſumendum eſt factam fuiſſe ſolutionem
3 † in executionem præcedentis Decreti, *Dec. conſ.*
628. num. 2.

Neque contrarium ſuadet clauſula inſerta con-
4 cordiæ, † ſine præiudicio mandati de manutenen-
do, & iurium ambarum partium: quia illa præſer-
uat iura vtriuſque partis, nempè quod non obſtante
concordia remanet Domino Paulo illæſum benefi-
cium executionis vigore prædicti mandati de ma-
nutenendo, ita vt per concordiam non poſſit illud
aliquo modo alteratum cenſeri, vel innouatum, iux-
ta tex. in *l. 3. §. ſi ex conuentione, ff. de re iudicata.* Il-
luſtriſſimo verò Domino Iulio proſequutio iuris ſui
in petitòrio per illam non videatur ablatum.

Nec poteſt mandatum de iniuſtitia redargui ſub
prætextu, quod huiuſmodi bona ſuper quibus fuit
impoſitus Cenſus ſint feudalia, aut ab alio poſſeſſa:
5 quia conſtat non omnia eſſe feudalia, & † hæc ex-
ceptio reſpicit petitorium, vt interim rei poſſeſſor
ſit manutenendus, *Guid. Pap. deciſ. 629.*

Non obſtat doctrina *Modern. in tractatu, de ann.*
6 *præſtat. par. 1. quæſt. 20.* vbi hæres † cum beneficio
inuentarij, prout hic, poteſt denegare ſolutionem
7 ſi bonum ius habeat: quia loquitur † quando ad-
ſunt creditores prætendentes meliora iura, & hære-
ditas non eſt ſoluendo, de quo hic non conſtat; &
nihilominus cum Dominus Iulius ad bonum com-
putum ſoluerit eidem Paulo quinquaginta ſcuta, &
promiſerit reliquum durāte lite ſuper negotio prin-
cipali ſoluere; fruſtra reuocat in dubium iuſtitiam
mandati, aut etiam ad arbitrium Rotæ vult habere
recurſum donec negotium principale fuerit di-
ſcuſſum.

Ex quo etiam tollitur id quod dicebatur Paulum numquam fuiſſe in poſſeſſione exigendi Cenſum, quia ſatis eſt quod Dominus Iulius approbauerit laudum, & ei ſoluere promiſerit.

Reuerendiſſimo Domino Sacrato, Romana fructuum Cenſus, Veneris 28. Nouembris, 1603.

SVMMARIA.

1 *Satisfactio, hoc verbum, non importat de neceſſitate actualem numerationem.*
2 *Repetitioni ſolutorum non eſt locus, niſi vbi præceſſit actualis ſolutio.*
3 *Solutionem actualiter factam fuiſſe, poteſt ex coniecturis probari.*
4 *Manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi Cenſum non datur, niſi probata actuali ſolutione in præteritum.*
5 *Quietantiæ non ſolent fieri propter imaginarias ſolutiones.*
6 *Præſumi non debet, quod fieri non ſolet.*

DECISIO CCLII.

FVIT reſolutum conſtare de exactione
fructuū vſque ad diem 8. Martij, 1588.
per inſtrumentum quietantiæ factæ à
Dominis de Nobilibus, ſiue illorū pro-
curatore Dominis de Mutinis: nam &
ſi verba de quibus in dicto inſtrumento ibi aſſeruit
ſe integraliter ſatisfactum à Dominis de Mutinis.
& ibi de quibus ſe bene contentum, & ſatisfactum
1 vocauit, &c. † non importent per neceſſe actualem
numerationem, cum poſſint verificari in remiſſione
debiti abſque eo quod interueniat traditio, vt no-
tat. in l. ex facto, iuncta *l. ſolutionis verbo, ff. de ſolut.*
2 *Alex. conſ. 91. num. 10. lib. 2.* Et ceſſante † actuali ſo-
lutione non eſſet locus repetitioni dictorū fructuum
tanquam malè ſolutorum, qui eſt effectus de quo
agitur: repetitio enim ſignificat præcedentem tra-
ditionem, vt latè per *Rebuff. in l. quos nos hoſtes, 234.*
§. locuples. ff. de verb. ſign. Contrarium tamen viſum
3 fuit Dominis. Ex quo † concurrunt adminicula pro
actuali ſolutione ex iis, quæ notat *Alex. conſ. 18.*
num. 2. lib. 3. Crauet. conſ. 40. num. 4. Natta, conſ. 143.
num. 20. Achill. deciſ. vnica, de confeſſ.

Pro præcipuo autem adminiculo quod immo vi-
deatur importare manifeſtā confeſſionem fuit pon-
deratum, quod iidem de Nobilibus produxerunt
hoc inſtrumentum quietantiæ coram A.C. & illius
vigore petierūt, & obtinuerūt manuteneri in quaſi
poſſeſſione exigendi dictos fructus, per quem actum
videntur in neceſſarium antecedens confeſſi fuiſſe,
quod inſtrumentum contineret actualem ſolutio-
4 nem: quia † aliàs non competiiſſet illis manutentio,
quod clarius apparuit ex proteſtatione eorumdem
de Nobilibus facta in Rota, vbi dicitur ſtante reſo-
lutione ad ſui fauorem facta in iudicio poſſeſſorio
manutenendi in quaſi poſſeſſione exigendi fructus
Cenſus vigore inſtrumenti de quo in actis, non pro-
cedatur in petitorio niſi relaxato mandato pro fru-
ctibus

Digitized by Google

ctibus decurſis. Et iſta adminicula facilius fuerunt admiſſa, quia nulla adeſt cauſa ſuſpicandi contrarium, vt in caſu Doctorum ſupra allegatorum. Et 5 † quia non ſolent fieri huiuſmodi quietantiæ pro- 6 pter imaginarias ſatisfactiones, & ita nec ita † in caſu hoc præſumendum, *cap. 1. & ibi Abb. de Cleric. non reſident.* cum aliis ad eam rem cumulatis per *Euerard. in loco à communiter accident.*

R. P. D. Vbaldo, Romana domus, Veneris 4. Decembris, 1615.

SVMMARIA.

1 *Apocha priuata non recognita à teſtibus in ea nominatis, non caret ſuſpicione.*
2 *Copula requirit vtriuſque copulati concurſum.*
3 *Diligentia nimia adhibita in actus explicatione, non caret ſuſpicione.*
4 *Procurator non poteſt explicare ea, quæ non ſunt comprehenſa in ſuo mandato.*
5 *Conceſſio ad vitam, ſpecies eſt alienationis.*
6 *Conceſſio rei Eccleſiæ ad vitam recipientis, non poteſt fieri abſque debitis ſolemnitatibus.*
7 *Conceſſio rei Eccleſiæ facta ſub conditione beneplaciti Apoſtolici, illa deficiente, corruit.*
8 *Beneplacitum Apoſtolicum reſeruatum in inſtrumento, præſumitur interueniſſe lapſis triginta annis.*
9 *Alteri per alterum eo non conſentiente, non poteſt præiudicium inferri.*
10 *Mandatum de aſſociando conceditur ex inſtrumento habente clauſulam conſtituti.*
11 *Conſtitutum operatur etiam poſt mortem conſtituentis, vt conſtitutarius non priuetur ſua poſſeſſione.*
12 *Limit. ſi hæres conſtituentis accipiat poſſeſſionem, & conſtitutarius negligat accipere poſſeſſionem naturalem.*
13 *Etiam quod conſtitutarius per modicum tempus negligat.*
14 *Conſtitutum non operatur, quando principalis contractus fuit nullus.*

DECISIO CCLIII.

ROTA cenſuit non eſſe dandum mandatum de aſſociando in poſſeſſionem domus, & apothecarum de quibus agitur, ſiue illud petatur vigore nominationis factæ per Alphonſum de perſona Ceciliæ, ſiue donationis per eundem factæ ad fauorem Monaſterij: quia quo ad nominationem illa videbatur nulla ex pluribus. Primò, quia facultas nominandi conceſſa Alphonſo fuit reſtricta ad vitam Virginiæ eius coniugis, vt patet ex inſtrumento celebrato de anno 1581. quod autem fuerit facta dicta nominatio viuente Virginia non videbatur probari ex apocha ſubſcripta ab Alphōſo, & tribus teſtibus ſub die 14. Septembris, 1599. & ſic per duos 1 dies ante obitum Virginiæ: † quia non eſt recognita à teſtibus in ea nominatis, & ſubſcriptio Alphōſi eſt ſuſpecta de antidata, iuxt. *l. ſcripturas, C. qui pot. in pign. hab.* Secundò, quia in omnem euentum illa nominatio non fuit intimata niſi poſt mortem Virginiæ, vt eſt in confeſſo apud partes, & tamen videtur fuiſſe facienda intimatio ipſa viuẽte ex forma conceſſionis. ibi vita ipſius Dominæ Virginiæ durante tantum debeāt nominare vnum ex eorum filiis maſculum, aut feminam, & ſic nominatum in- 2 timare. Copula † enim requirit vtriuſque copulati concurſum, *l. ſi hæredi plures, ff. de cond. inſtit. cum vulgar.* Accedente præſertim veriſimili intentione partium ne fieret aliqua fraus in antidata, de qua dicta ſcriptura Alphonſi eſt ſuſpecta, vt dixi maximè ſtante qualitate perſonæ vnius ex teſtibus, qui 3 eſt procurator Monaſterij, & nimia † ipſius diligentia apponendi in ſua ſubſcriptione diem 14. Septembris, quæ non erat neceſſaria, cum iam eſſet appoſita ab ipſo Alphonſo. Tertiò, quia dicta intimatio iuxta formam contractus debebat fieri adminiſtratoribus Eccleſiæ, & Hoſpitalis S. Iacobi, & 4 tamen fuit facta tantum † cuidam procuratori ad lites, de cuius mandato non cōſtat ad recipiendum iſtam nominationem. Quartò, quia conceſſio nominandi fuit nulla ex defectu beneplaciti Apoſtolici, quod numquam acceſſit, & tamen erat neceſſa- 5 rium † cum conceſſio ad vitam ſit alienatio, *Cardin. in Clem. 1. de reb. eccleſ. non alien. Corbol. de cauſ. priuat. ob alienat. Ampliat. 35. num. 14. Menoch. de arbitr. ca-* 6 *ſu 5. num. 3. & ſeq.* † & non poteſt fieri abſque debitis ſolemnitatibus Extrauag. Ambitioſè *de reb. eccleſ. non alienan.* tantò magis, quia conceſſio facta 7 fuit ſub conditione beneplaciti Apoſtolici, † quod cum deficiat deficit etiam ipſa conceſſio, *Rol. conſ. 63. num. 16. lib. 4.* & illa clauſula quatenus opus ſit nihil facit, cum ex præſcriptis appareat fuiſſe neceſſarium.

8 Nec obſtat † quod aliàs ex curſu triginta annorum cum obſeruantia ſubſequuta præſumatur obtentum, præſertim quando eſt reſeruatum in inſtrumento, iuxta *conſ. Anch. 136. num. 2. Alex. conſ. 17. ſub num. 8. lib. 4.* & ſæpè tenuit *Rota*, & ſignanter *in vna Mediolanenſi reſciſſionis permutationis, 10. Ianuarij, 1597. coram b. m. Cardinale Pamphilio.* Quia in hoc caſu deeſt obſeruantia prætenſi temporis cum conceſſio fuerit facta de anno 1581. nominatio autem, & donatio de anno 1599. & obitus Alphonſi ſucceſſit de anno 1604., qui in articulo mortis donationem reuocauit, & ſequuto eius obitu ſtatim Hoſpitale accepit poſſeſſionem domus de qua agitur, & ſic potius conſtat de obſeruantia contraria.

Quo verò ad donationem factam die 27. Octobris, 1599. omiſſo an illa ſit nulla ex defectu inſinuationis, dicebatur nec ſuffragari Monaſterio, quia domus fuerat locata Alphonſo, & Virginiæ ad eorum vitam, & vnius ex filiis nominandi in vita 9 Virginiæ, vt ſupra, † vnde non potuit Alphonſus mediante donatione domum, ſiue eius poſſeſſionem transferre in Monaſterium in præiudicium Hoſpitalis, & abſque illius conſenſu, *Rota Diuerſ. deciſ. 184. & deciſ. 717. num. 8. par. 1.*

Neque dicatur donationem habere vim nominationis ex allegatis per informantes prò Monaſterio, quia reſponſio patet ex ſupra deductis quod nominatio fieri debebat viuente Virginia, & adminiſtratoribus Hoſpitalis intimari, ſed donatio fuit facta poſt mortem Virginiæ, nec fuit intimata.

10 Non obſtat † clauſula conſtituti appoſita tam in inſtru-

inſtrumento locationis factę Alphonſo, quam in inſtrumento donationis, cuius vigore prætenditur mandatum de aſſociando, iuxta tradita per *Bar. in l. 3. in 4. quæſt. princ. C. de pignor. Alex. conſ. 131. ſub num. 4. lib. 4. Afflict. deciſ. 326.* Quia fuit reſponſum;

11 Primò, quod quatenus † clauſula conſtituti operetur etiam mortuo conſtituente, vt cōſtitutatius non priuetur ſua poſſeſſione, vt poſt alios declarat *Tiraq. in tract. de conſtit. poſſeſſ. 2. parte. Ampl. 13. num. 3.*
12 hoc tamen † limitatur non procedere quando poſt mortem conſtituentis ipſa res fuit ab eius hærede apprehenſa, & poſtmodum conſtitutarius neglexit apprehendere poſſeſſionem naturalem: tunc enim amittit poſſeſſionem, quam antea habebat, vt per tex. in *l. ſi de eo, §. 1. & ibi Bar. ff. de acq. poſſ. & Gloſ. in cap. cum veniſſet, in verbo, antiquam poſſeſſionem, in fine, & ibi Doctor. de reſtitut. ſpoliat.* limitat, & intelligit *Tiraq. in d. tract. 3. par. limit. 21. num. 9.* vbi poſt *Bart. loco citato, num. 4.* ſubdit ad hunc effectum ſuf-
13 ficere, † quod conſtitutarius ſciat ab hærede occupatam poſſeſſionem per modicum tempus: eo enim ipſo amittit naturalem poſſeſſionem, quam habebat, ex quo videtur ſuſpicari poſſe repelli. & in ſimilibus terminis fuit reſolutum *in vna Lucana Manuſculatus, 27. Aprilis, 1587. coram Orano.* Quod in propoſito, accedit cum ſtatim mortuo Alphonſo Eccleſia S. Iacobi eius hæres ingreſſa fuerit poſſeſſionem iſtius domus etiam quo ad exactionem penſionis, vt fatentur informantes pro Monaſterio.

14 Secundò fuit reſponſum, † quod clauſula conſtituti vti acceſſoria ad principalem contractum non operatur quando contractus eſt nullus: tunc enim eſt neceſſaria actualis traditio, *Bal. & Doctor. in l. ex teſtamento, in fine, C. de fideicom. Aim. conſ. 299. num. 3. Doctor. in l. 1. §. ſi vir vxori, ff. de acquir. poſſeſſ. Rota deciſ. 224. num. 1. par. 2. Diuerſ.* latè *Tiraq. vbi ſupra, limit. 7. num. 1.* & ferè *per tot.* & fuit dictum *in vna Mediolanenſi donationis, 12. Februarij, 1599. coram Orano,* vbi quod omnes exceptiones quæ competunt contra principalem contractum competunt etiam contra conſtitutum. In propoſito autem conſtat ex ſupradictis, De exceptionibus releuantibus, quæ dantur contra conceſſionem factam Alphonſo, & contra ipſius donationem.

Ex quibus fuit concluſum non eſſe dandum mandatum de aſſociando.

R. P. D. Penia, Bononienſis Cenſus, Lunæ 24. Aprilis, 1600.

SVMMARIA.

1 *Cameralis obligatio non cenſetur appoſita in inſtrumento, niſi exprimatur.*
2 *Via executiua non competit, niſi pro expreſſis in inſtrumento.*
3 *Quæ ſunt digna ſpeciali nota ſi non exprimuntur, cenſentur neglecta.*
4 *Debitor non cogitur facere inſtrumentum ſui debiti, cum camerali obligatione.*
5 *Obligationem cameralem non poteſt adijcere procurator ſine ſpeciali mandato.*
6 *Iuramentum non habet paratam executionem.*

DECISIO CCLIV.

IN hac cauſa, quam propoſui vtraque parte informante ſuper dubio an potuerit executiuè procedi contra Dominos Hugonem, & Riccardū de Pepulis, quos in inſtrumento Cenſus in forma cameræ obligauerat ſuus procurator; ipſi autem in mandato procuratorio non dederant procuratori talem facultatem; difficultas fuit reſtricta ad ratificationem Dominorum de Pepulis: ſi enim ipſi procuratoris factum ratificauerunt contra ipſos poſſet procedi executiuè, & ex hoc capite tollebatur difficultas: ceſſante enim ratificatione, Domini ſignificabant non potuiſſe procedi executiuè ex ſequentibus.

1 Primò, † quia obligatio cameralis non ſolet apponi in Ciuitate Bononienſi. & ideo ſi non apponatur in inſtrumento non cenſetur appoſita, & de conſuetudine non apponendi dictam cameralem obligationem in Ciuitate Bononiēſi in inſtrumentis niſi expreſsè de ea apponenda eſſet actum, teſtificabantur plures inſignes Notarij, & cauſidici Bononienſes.

2 Secundò, quia † nec alio modo ſolet competere hæc via executiua, niſi pro expreſſis, *Bal. in l. ab Anaſtaſio, num. 4. verſ. ſed hic occurrit dubium, C. mand. Corn. conſ. 141. num. 6. verſ. tamen quatenus, libro 3. Ruin. conſ. 74. num. 5. verſ. ita in ſimili,* & ferè in terminis, *lib. 4. Tob. Non. conſ. 70. num. 1.* Et propterea via executiua obligationis non datur, niſi pro illis, quæ expreſsè leguntur in inſtrumento. *Galleſ. tractatu, de obligat. camerali, num. 14. verſ. ſed non propterea, & num. 15. in princ. Rota, deciſ. 742. num. 11. in princ. parte 1.*

Tertiò, quia iſta qualitas obligationis cameralis, per quam datur via executiua digna erat ſpeciali
3 nota, & ideo iuxta regulam vulgarem, ſi ea † quæ ſunt digna ſpeciali nota non exprimantur, neglecta, & omiſſa cenſentur. *Gabr. concluſ. 3. num. 27. de conſuetud.*

4 Quartò, † non cogitur debitor facere inſtrumentum cum additione talis obligationis, quia alteraretur eius obligatio, & grauaretur cum tollatur proceſſus per tres inſtantias, *Tiraq.* qui plures congerit in terminis *de retractu Lignag. §. 29. Gloſ. vlt. num. 2. verſ. quoniam ex hoc licet, num. 3.* ſe referat ad conſuetudinem Galliæ. declarat *Felin. in cap. ſignificauit, num. 8. verſ. & adde Angelum, de te-*
5 *ſtam,* & conſequenter † cum iſta qualitas non eſſet expreſſa in mandato, non poterat apponi obligatio cameralis.

Non obſtabat quod propter iuramentum poſ-
6 ſit agi executiuè, quia † contrarium fuit deciſum *in cauſa Romana fructuum de Vellis coram Domino Litta,* & nuper *die 21. præſentis menſis in cauſa Bononienſi bonorum de Tuſſignanis coram Lancelotto.*

Poſtremò non obſtabat Statutum Bononiæ, quia vt fuit conſideratum in dicta cauſa Bononienſi de Tuſſignanis eſt ordinatorium.

Illu-

Illuſtriſſimo Cardinale Pamphilio, Romana Cenſus, Lunæ 4. Decembr. 1595.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, ſi quid exequendum. Intelligitur ex prioribus actis.*
2 *Inſtrumentum non ſuffragatur, niſi producatur in actis.*
3 *Mandatum parte opponente non releuat, ſi non exhibeatur in actis citata parte.*
4 *Inſtrumentum non dicitur de actis, niſi producatur citata parte ad dicendum contra.*
5 *Ceſſionarius tenetur iuſtificare non ſolum ceſſionem, ſed etiam exiſtentiam crediti ceſſi.*
6 *Mandatum executiuum non debet exequi ſi ex eiſdem actis non iuſtificetur.*
7 *Clauſula, ſi quid exequendum. Intelligitur prout de iure.*

DECISIO CCLV.

FVIT reſolutum mandatum ad fauo-
rem Illuſtriſſimi Domini Cardinalis
relaxatum non eſſe exequendum. Et
Domini aliis omiſſis, quæ non placue-
1 runt moti ſunt, † quia non iuſtificatur
ex actis prioris inſtantiæ, quæ ſola ſunt
attendēda ad effectum, vt ſit locus clauſulæ, ſi quid
2 exequendum. In actis enim prioris inſtantiæ † non
fuit productum inſtrumentum emptionis Cenſus,
nec aliàs conſtitit de aliqua obligatione Illuſtriſſi-
mi Domini Iuliani, ex qua potuerit condemnari, vt
requiritur ex *Galleſ. in tit. de proceſſ. num. 1.* Præſer-
tim quia pro parte Domini Iuliani coram A.C. fuit
proteſtatum, quod non conſtabat de inſtrumento
Cenſus, nec de eius obligatione, & ideo nihil fieri,
niſi conſtito de illis, quo fit vt omnino eſſet neceſſa-
ria illius productio, nec ſufficit rè vera adeſſe inſtru-
mentum cenſus, niſi in actis producatur, ſicut in ſi-
3 mili non ſufficit aliquem eſſe procuratorem, † niſi
de mandato doceat in actis, vbi pars opponit, *Bal.
in l. 1. in 2. lect. num. 3. ff. de procur. & in conſ. 122. ſub
num. 1. lib. 3. Alex. conſ. 146. in fine, lib. 5. Crau. conſ.
108. Guidobon. deciſ. 129.* & ſæpius fuit reſolutum.
Non obſtat quod inſtrumentum Cenſus ſit roga-
tum apud acta Boccarini alterius Notarij eiuſdem
tribunalis, quia iſti Notarij A.C. habent rogitus in-
ſtrumentorum, & acta ſeparata, & vnus non ſe in-
tromittit in negotiis, & cauſis alterius, vt notiſſimū
4 eſt; & ideo non ſufficit, † quod inſtrumentum fuerit
penes alterum Notarium A. C. niſi producatur in
officio Fabri, qui erat Notarius actuarius huius cau-
ſæ parte etiam ad dicendum contra legitimè cita-
ta, cum aliàs non dicatur eſſe de actis, *Bar. in Extra-
uag. ad reprimendum, in verbo, de plano, Rom. conſ. 119.
num. 3. Caſſad. deciſ. 7. in fine, de appellat. Sarn. de annal.
quæſt. 4. circa med. Couar. lib. 1. Var. reſolut. cap. 1. nu. 5.*
vbi quod non ſufficit exhibitio inſtrumenti coram
Notario, & teſtibus, niſi formiter corā Iudice pro-
ducatur, *Felin. in c. quoniam contra, num. 39. de probat.*
Non obſtat quod in officio Fabri actuarij huius
cauſæ fuerit rogata ceſſio huius Cenſus ad fauorem
Illuſtriſſimi Domini Cardinalis Comenſis, quia ea
5 ſola non ſuſtinet proceſſum cum † Cardinalis, vt
poſſit agere in vim obligationis cameralis non ſo-
lum teneatur ſe eſſe ceſſionarium, *Alex. conſ. 115.
circa finem, lib. 7. Pariſ. conſ. 107. num. 88. lib. 3. Galleſ.
de obligat. cameral. in 2. quæſt. ad primam partem formul.
num. 3.* ſed etiam iuſtificare exiſtentiam crediti, *l. ſi
nomen,* vbi notat. *C. de hæred. vel action. vendit.* ſicut
obligatus fuiſſet ipſemet cedens in cuius locum
ſuccedit.
Non obſtat quod hodie in Rota ſit productum
inſtrumentum Cenſus, quia vt ſupra dictum eſt non
ſufficit ad effectum executionis mandati relaxati
6 ante illius productionem, † quod non eſt exequen-
dum cum ex eiſdem actis non iuſtificetur, *l. illicitas,
§. veritas, ff. de offic. Præſid. Abb. in cap. inter ceteras,
num. 8. & Felin. col. fin. de re iudicat. Franc. in cap. dile-
cto. quæſt. 55. de appellat.*
7 Et clauſula commiſſionis, † quod in primis, & an-
te omnia, ſi quid exequendum exequatur intelligi-
tur, prout de iure. *Iaſ. in l. cauſas, num. 7. C. de tranſ.
Creſcent. deciſ. 47.*

R. P. D. Litta, Romana Cenſus, Lunæ 28. Iunij, 1599.

SVMMARIA.

1 *Via executiua non competit vbi per ſententiam fuit vulnerata obligatio cameralis.*
2 *Sententia lata ad fauorem defuncti non poteſt exequi ad inſtantiam hæredum, niſi prius iuſtificato, quod ſint hæredes.*
3 *Proceſſus factus non citato eo, qui fuit proteſtatus nihil fieri eo non citato, & nullus.*
4 *Executio facta pendente lite eſt nulla, & attentata.*

DECISIO CCLVI.

DOMINI informantibus ſolum hære-
dibusq. Equitis Perbenedicti, tenue-
rūt pro nullitate executionis, de qua
in dubio. & quamuis plures nullita-
tes adducerentur per informātes, at-
tamen infraſcriptas tres tantū tamquam magis cla-
ras delegerunt Domini pro fundamēto Deciſionis.
Prima eſt, quia fuit actum via executiua, cum ta-
1 men non poſſet † ſtante quod per ſententiam Bra-
uelli fuerat declaratus cenſus nullus, & ita per con-
ſequens fuerat vulnerata ipſa obligatio cameralis,
cuius vigore agebatur, vt tenuit *Rota in vna Roma-
na Cenſus, 27. Iunij, 1580. coram b.m. Cantuccio, & in
vna Firmana penſionis, 14. Decembris, 1592. coram R.
P. D. meo Mellino,* & aliis pluribus cauſis.
2 Secunda eſt, quod † cum mandatum relaxatū ad
fauorem Iſabellæ & mortuæ nō potuerit exequi ad
inſtantiam Lapani hæredis præſenti, niſi prius eo
verificato, quod verè eſſet illius hæres, *l. non ignorat,
vbi Bart. C. qui accuſ. idem Bart. in l. falſus tutor, ff. quod
falſ. tut.* cum aliis per *Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed.
3. nu. 164.* Maximè ſtante quod Iulia vera hæres Iſa-
bellæ fuerit admiſſa ad cauſam, & vt talis prætēde-
bat teſtamentum primum Iſabellæ, in quo Lapa-
nus erat inſtitutus hæres fuiſſe reuocatū per ſecun-
dum in quo ipſa inſtituta hæres erat, & vlterius pro-

Digitized by Google

3 teſtata fuerit † nihil fieri in dicto iudicio ad inſtan-
tiam Lapani niſi ipſa citata, & tamen ex reuolutio-
ne proceſſus conſtat quod dicta executio, ſubhaſta-
tio, & deliberatio fuit facta Domina Iulia non ci-
tata ad *deciſ. Put. 242. lib. 2. Afflict. deciſ. 358.*
Tertia, quia fuit facta pendente lite inter præfa-
4 tas partes † quo fit vt non tãtum nulla iudicari de-
beat, ſed etiam attentata, *cap. non ſolum. de appellat. in 6.* cum aliis hic allegatis per informantes.

R. P. D. Litta, Romana Cenſus, Lunæ 5. Iunij, 1600.

SVMMARIA.

1 *Obligatio cameralis vulneratur per ſententiam reuocatoriam alterius lata pro executione cameralis obligationis.*

2 *Cauſa ſemel effecta appellabilis, ſemper durat appellabilis.*

3 *Legitimatio perſonarum, & citatio eſt neceſſaria etiam in executiuis.*

4 *Veniens ad iudicium duplici nomine poteſt opponere exceptiones ſibi vtroque nomine competentes, & numero 7.*

5 *Procurator poteſt facto ſuo facere conditionem Domini meliorem, non deteriorem.*

6 *Mandatum ſpeciale requiritur ad renunciandum cum expreſſione iuris renunciandi.*

DECISIO CCLVII.

DOMINI ſteterunt in reſolutis ſub die 28. Iunij anni præteriti, eo præcipuo fundamento quod non potuerit executiuè procedi ſtante quod obligatio cameralis fuerit vulnerata per ſententiam Brauelli, vt latius dicitur in dicta Deciſione.

Nec Dominis placuerunt deducta per informantes pro Rentiis, ſcilicet, quod obligatio cameralis non dicitur vulnerata vbi pro validitate contractus cui cohæret obligatio ipſa plures ſentẽtiæ latæ fuerunt, & tandem vna feratur, qua dictæ ſententiæ reuocentur, & contractus ipſe nullus declaretur, ſed duntaxat vbi per primam ſententiam contractus cui cohæret obligatio cameralis declaratur nullus.
1 Siquidem † quia hæc diſtinctio iure non probatur,
& negari cum veritate non poteſt dictum vulnus,
quia aut dicta ſententia Brauelli reuocatoria præ-
cedentium, & quæ contractũ ipſum nullum, & ine-
xequibilem declarat fecit trãſitum in iudicatum, &
hoc caſu vulnus letale remanet cum talis poſterior
ſententia perimat Cenſum, & ſentẽtias canonizan-
tes illum per prius latas faciatq. vt dici ſolet, de al-
bo nigrum. Aut fuit ſuſpenſa per appellationẽ, pro-
ut re vera ſuſpenſa fuit, & vulnus remanet, ſed in
pendenti donec tollatur per contrariam ſentẽtiam,
vel lætale efficiatur confirmatione poſterioris ſen-
tentiæ. vnde interim non poterit executiuè procedi,
2 † cum cauſa ſemel effecta appellabilis duret appel-
labilis, & appellatione pendente nihil ſit innouandum iuribus vulgaribus.

Nec clauſula illa de qua in commiſſione appellationis quod procederet ad executionem obligationis cameralis pro fructibus cẽſus decurſis, & non ſolutis, quicquam facit ſtantibus illi verbis ſubſequentibus, quatenus de iure exequendo eſſet, &c. quæ illam reſtringunt ad terminos iuris ſecundum quos exequi non debet ex ſupradictis.

Placuit etiam Dominis aliud fundamentum Deciſionis deductum ex non legitimatione perſonæ Lapani, & ex defectu citationis Iuliæ Capocefale, quia cum Lapanus faceret ſe hæredem Iſabellæ, & peteret exequi mandatum aliàs relaxatum ad fauorem dictæ Iſabellæ, & Iulia vera hæres illius vigore ſecundi teſtamenti, & admiſſa in dicto iudicio ſe oppoſuiſſet negando illum talem eſſe, qualem ſe faciebat, & proteſtando; tenebatur Lapanus in primis, & ante omnia iuſtificare dictam qualitatem hæredis, nec ad vlteriora procedere poterat, maximè non citata ipſa Iulia ex deductis in Deciſione.

Quibus non obſtat quod executiuè procedatur: quia vt dictum eſt non poterat procedi executiuè.
3 Vltra quod † etiam in executiuis neceſſaria eſt legi-
timatio perſonarum, & partis citatio, vt reſpectu
dictæ legitimationis poſt alios de communi teſtan-
do tenet *Dec. in l. fin. nu. 47. C. de edicto Diui Adrian. tollen.* & reſpectu dictæ citationis probat tex. in *l. 1. illis ſi ceperit ex ſententia conueniri, C. de iure, & facti ignor.* & ex pluribus tenet *Aſin. in ſua Praxi parte 1. §. 31. cap. 4.*

Nec obſtat quod Eques Perbenedictus fuerit in
quolibet actu dicti iudicij citatus, quia cum hodie
Perbenedicti veniant non tantum vti hæredes dicti
Equitis, ſed etiam vti ceſſionarij Dominæ Iuliæ,
4 † non prohibentur vti iure vtriuſque, & ſic etiam
exceptione, qua ipſamet Iulia vti poſſet, *Aim. conſ. 166. in fine, & conſ. 298. num. 8. Dec. conſ. 247. in fine, Pariſ. conſ. 12. num. 22. lib. 4.*

Et ad deducta circa cautionem petitam per pro-
curatorem Equitis Perbenedicti fuit reſponſum ex
ea non poſſe inferri ad renunciationem nullitatis
ſubhaſtationis de qua agitur, & quæ ipſam peti-
tionem longè præceſſerat; tum defectu poteſtatis
5 ipſius procuratoris, † qui facto ſuo conditionem
Domini meliorem, ſed non deteriorem facere po-
teſt, *l. ſi quis mihi, §. ſed ſi mandauerit, ff. de acquir. hered.* cum aliis per *Creſcent. deciſ. 8. & 9. de renunc. in*
6 *impreſſ.*; tum quia † ad renunciationem requiritur
ſpeciale mandatum cum expreſſione iuris renun-
ciandi, *Rol. conſ. 11. num. 12. lib. 1. Put. deciſ. 100. numero 1. libro 2.*; tum etiam quia deducta circa hu-
iuſmodi cautionem non applicantur reſpectu Iu-
liæ, quæ illam non petiit, nec illi aliquo modo con-
ſentit. Vnde cum hodie Domini de Perbenedictis
7 non tantum veniãt vti hæredes Equitis, † ſed etiam
vti ceſſionarij Dominæ Iuliæ iure merito non pro-
hibentur dare de nullitate dictæ ſubhaſtationis, &
aliorum, quæ ſubſequuta ſunt, & ſupra dictis, & aliis
hic latius deductis per informantes.

Illu-

Digitized by Google

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Beneuentana Cenſus, Veneris 16. Decembris, 1605.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, ſine præiudicio legitimæ executionis, præſeruat iuriſdictionem Iudici à quo.*
2 *Appellatur à liquidatione in iudicio executiuo.*
3 *Item quando ſententia complicat negocium principale.*

DECISIO CCLVIII.

DVBITAVI an ſententia Locumtenentis Vicelegati Romãdiolæ ſit exequenda. Intelligendo nõ de condemnatione reſpectu fructuũ decurſorum vſque ad diem trãſactionis in quibus
1 ſignatura reſcripſit cum clauſula, ſine præiudicio legitimæ executionis, quæ preſeruat executionem Iudici à quo, ſed reſpectu decurſorum à die trãſactionis citra in quibus fuit reſcriptum, cum clauſula, ſi quid exequendum. Et Domini dixerũt non eſſe locum executioni, quia Iudex pronunciando fructus eſſe ſoluendos ex forma inſtrumenti cenſus, non autem ſecundum tenorem trãſactionis ex duob. fecit ſententiã ſuam appellabilem. Primò, quia quodam-
2 modo liquidauit debitũ, † quo caſu datur appellatio. *Galleſ. ad form. camer. in q. de liquidat. n. 17. cum ſeq.* Secundò, quia propter reiectionem trãſactionis ſententiam continet complexionem negotij principa-
3 lis, † quo caſu præbet cauſam legitimam appellandi. *Bal. conſ. 141. num. 7. lib. 1.* & ſæpius tenuit Rota. Immo non continet ſolam cõplexionem, ſed etiam expreſſam implicationem: quia quo ad fructus decurſos vſque ad diem tranſactionis condemnat debitores cenſuum ad ſolutionem eorumdem ad rationem decem pro centenario, vt cantat inſtrumentum Cenſus, cum tamen in tranſactione nõ minus reducantur Cenſus futuri, quam præteriti, & poſſet tranſactio eſſe vno caſu valida, alio non.

Illuſtriſſimo Cardinale Lancelotto, Romana Cẽſus, Veneris 3. Decemb. 1599.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum præſumitur verum non ſimulatum.*
2 *Inſtrumentum valiatum Camerali obligatione habet paratam executionem & non admittit, niſi certas exceptiones, d. num. 2.*
3 *Simulatio oppoſita non retardat executionem inſtrumenti Cenſus.*
4 *Simulationis præſumptio ceſſat, vbi conſtat de veritate.*

DECISIO CCLIX.

DOMINI abſque difficultate aliqua dixerunt mandatum ab A. C. relaxatum contra Illuſtriſſimum D. Cardinalẽ eſſe exequendum: Etenim ex publico inſtrumento impoſitionis
1 Cenſus, † quod præſumitur verum non autem ſimulatum, *Bal. conſ. 456. num. 1. lib. 1.* conſtat de obligatione camerali dicti Illuſtriſſimi Domini Cardina-
2 lis, † quæ habet paratam executionem, nec aliam exceptionem admittit, quam ſolutionis, falſitatis, & nouæ conuentionis. *Bart. in l. 1. §. & parui, ff. quod vi aut clam. Caſſad. deciſ. vnica, de mutu. petition.* & fuit latè deductum *in illa Romana executionis obligationis de Sfortij, 2. Aprilis, 1593. coram bonæ mem. Orano.*
3 Nec obſtare † exceptionẽ ſimulationis, quia cum non ſit probata, nec pateat ex inſtrumẽti inſpectione non admittitur, neque per eam retardatur executio, vt poſt alios tradit *Galleſ. de obligat. in form. camer. parte 2. ad 4. part. oblig. camer. quæſt. 2. num.*
4 *3. verſic. ſimulationis ergo. cum ſeq.* Vltra † quod iſta prætenſio ſimulationis excluditur ex partitis Ioan. Baptiſtæ Luraghi, ex quibus apparet Cenſum fuiſſe emptum de pecuniis propriis ipſius Domini Pauli Æmilij.

R. P. D. Litta, Romana pecuniaria, Lunæ 28. Iulij, 1593.

SVMMARIA.

1 *Viam ordinariam intentans, non poteſt illa relicta ad executiuam conuolare.*
2 *Limit. reſpectu eius qui ordinariè cępit agere pro contrauentione inſtrumenti, qui poteſt dicto iudicio derelicto agere executiuè pro obſeruantia dicti inſtrumenti.*

DECISIO CCLX.

DVBITAVI an Dominus Euangeliſta Recchia potuerit pro ſcutis quingentis mutuatis executiuè conueniri in vim obligationis cameralis in caſu, & ad effectum de quo agitur. Et Domini tenuerunt quod non ex eo quod Dominus Franciſcus Cincius mediante monitorio occaſione ſchedulæ mutui, & non inſtrumẽti ſolidationis habentis obligationem Cameralem in curia Capitulina pro dicta ſumma aduerſum Dominum Euãgeliſtam mouerat iudicium de anno 1581. vnde † ex poſt nõ po-
1 tuit conuolare ad viam executiuam cum per talem electionem ſibi præiudicauerit ad *Galleſ. de oblig. camer. 3. par. q. 2.* notat *Gloſ. vlt. in l. perinde, la ſeconda, ff. ad l. Aquil. Bald. in l. diffamari, col. 2. C. de ingen. & manum. Aretin. in §. omnium, 13. col. Inſtit. de action. Maranta, de ordin. iudic. 6. par. n. 24.* & ita aliàs fuit deciſũ *in vna Romana donationis, 4. Maij, 1558. corã b. m. Alexãdri Iunio. in vna Romana pecuniaria, 9. Octobr. 1562. coram Caputaq.* vt referunt *Moderni de attent. in 2. par. cap. 4. tit. de attent. lite pendente declarat. 1. limit. vlt.* Qui licet dicant articulum eſſe dubium, & Rotam in alia *Romana obſeruationis concordiæ, 23. Iun. 1567. coram bon. mem. Oradino,* tenuiſſe contrarium, tamen re vera dicta deciſio non repugnat cum tantum in
2 ea dicatur, † quod lite ordinaria pendente ſuper contrauentione alicuius inſtrumenti non prohibetur Actor vigore eiuſdem inſtrumenti executi-

Digitized by Google

uè agere ad illius obſeruantiam; ex quo agendo ad obſeruantiam, contrauentioni intentatæ videtur renunciaſſe, & ita non loquitur in terminis quęſtionis propoſitæ.

Cætera autem, quæ pro Domino Cincio adducebantur per informantes pro Domino Euangeliſta optimè tolli cenſuerunt Domini.

R.P.D. Iuſto, Romana Saluiani interdicti, Veneris 31. Maij, 1602.

SVMMARIA.

1 *Probatis extremis neceſſarijs, eſt locus immiſſioni ex Saluiano interdicto.*

2 *Poſſeſſio rei conuenti in Saluiano probatur per litis conteſtationem ex mente Rotæ.*

DECISIO CCLXI.

1 DOMINI reſoluerunt cõſtare de credito, hypotheca, & poſſeſſione Franciſci tempore venditionis Cenſus, & conſequenter probari primum extremum, & eſſe locum † immiſſioni ex remedio Saluiani interdicti. *Caſtr. in l. rem alienam, nu. 11. ff. de pignor. act. Rol. conſ. 14. num. 13. lib. 1. Rota in Romana, ſeu Amerina domus, 8. Iunij, 1576. coram bon. mem. Cantuccio*, & ſæpè aliàs.

2 Quoniam † de ſecundo extremo poſſeſſionis aduerſariorum conſtat ex ſuſtentatione litis, vt tenet Rota.

Ex quibus ita concluſum eſt.

R. P. D. Vbaldo, Romana reſciſſionis inſtrumenti, Mercurij 27. Iunij, 1612.

SVMMARIA.

1 *Agens ad reſciſſionem contractus debet refundere omnia accepta vigore illius.*
Limit, vt num. 4.

2 *Agens ex contractu debet prius illum ex parte ſua adimplere.*

3 *Propoſitum idem operatur in propoſito quod oppoſitum in oppoſito.*

4 *Agens ad detegendam nullitatem contractus, non tenetur reſtituere accepta illius vigore.*

DECISIO CCLXII.

DOMINA Deodata domina Cenſus ſcutorum ducẽtorum vigintiquinque cujus erat debitor D. Camillus Strotius egit in vim Saluiani interdicti cõtra D. Marcum Antoniũ Sabatinum poſſeſſorem alterius annui cenſus ſcutorum centum duodecim cum dimidio, quem olim Camillus poſſederat, & obtinuit immitti in poſſeſſionẽ dicti Cenſus. & cum D. Marcus Antonius reperiretur obligatus in inſtrumento huius ſecundi Cẽſus ad fauorem Camilli eadem D. Deodata egit contra eundem D. Marcum Antonium pro fructibus decurſis, & non ſolutis. Qui e contrario pretendebat ſe amplius non teneri, cum dictum Cenſum ab ipſo Camillo redemiſſet, nec videretur poſſe eodem tempore eſſe creditor, & debitor; qua re Domina Deodata tranſegit cum Marco Antonio per publicum inſtrumentum in quo illi ceſſit poſſeſſionem iam captam dicti annui cenſus ſcutorum centum duodecim cum dimidio, & Marcus Antonius illi dedit ad cenſum ſcuta quingenta, quæ aliàs non dediſſet ſine cedula bancaria. Quod inſtrumentum concordiæ D. Deodata prætendit annullaſſe, ſed pro parte hæredum Marci Antonij fuit oppoſitum ipſam in primis debere reſtituere quidquid occaſione dictæ concordiæ recepiſſet. Vnde dato de hoc particulari dubio, Domini reſponderunt nihil eam teneri reſtituere.

1 Quia licet Regula ſit † quod agens ad reſciſſionem contractus, vel tranſactionis parte opponente debet refundere accepta vigore tranſactionis, vel contractus, *l. ſi diuerſa. vbi Doctor, C. de tranſ. Afflict. deciſ. 220. num. 4.* & fuit dictum *in Tiraſonenſi decimarum, 4. Februarij, 1577. coram Robuſterio*, quæ eſt *deciſ. 111. nu. 1. & 3. par. 1. diuerſ. & in Potentina quartæ, 26. Nouembris*, 1584. quæ eſt *Deciſio. 810. num. 5. eadem par. 1.*

2 ſicut enim † qui vult agere ex cõtractu debet implere ex parte ſua contractum, *l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt.* ita qui vult reſcindere contractum de-

3 ber reſtituere quod recepit, vt idem † operetur propoſitum in propoſito quod operatur oppoſitum in oppoſito, *Anch. conſ. 34 nu. 11. Rota, d. deciſ. 810. nu. 4. & in Taraconenſi iuris præſentãdi*, proximè allegãda. Tamen in caſu propoſito nõ videtur regulæ eſſe locus, quia D. Deodata non agit ad reſciſſionem tranſactionis validæ, ſed ad nullitatem eiuſdẽ tranſactionis deducendam, qua ſtante nullitate, de qua

4 poſtea erit agendum † non tenetur recepta refundere, cum tranſactio nulla non impediat proceſſum ad vlteriora, *Natta, conſ. 631. num. 7. lib. 3. Rol. conſ. 7. num. 3. & ſequentibus, lib. 3. Illuſtriſſimus Mantica, de tacit. & ambig. lib. 26. tit. 9. num. 39.* & fuit latè dictum *in dicta Taraconenſi iuris præſentandi, 11. Februarij, 1585. coram Cantuccio & in Romana prætenſi erroris calculi, 21. Iunij, 1610. coram Reuerendiſſimo Domino meo Bononienſi*, vbi aliæ Deciſiones allegantur.

Accedebat quod Domina Deodata nihil videbatur penitus recepiſſe ex cauſa dictæ concordiæ quod eſſet reſtituendum: nam ſcuta quingenta accepta ad Cenſum perpetuum ſunt pro pretio cenſus à Domina Deodata impoſiti ſuper ſuis bonis cum obligatione ſoluendi ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario, & eſſet contra naturam dicti contractus vt teneretur ſortem reſtituere, vt eſt notiſſimum.

Non obſtat quod dicitur de cedula bãcaria Dominæ Deodatæ remiſſa, & ſine qua Dominus Sabatinus non emiſſet ab ea cenſum, niſi intuitu dictæ concordiæ: quia ea nullam habet proportionem cum remiſſione poſſeſſionis annui Cenſus ſcutorum centum duodecim cum dimidio, quam Domina Deodata dimiſit, præterquam quod fuit etiam poſtea promiſſa cedula bancaria ſaltem in caſu moræ in ſolutione fructuum.

Ex quibus Domini concluſerunt nihil videri reſtituendum.

R.P.D.

R. P. D. Buratto, Beneuentana Saluiani Interdicti, Lunæ 1. Februarij, 1616.

SVMMARIA.

1 *Ex obligatione conditionali non oritur actio, niſi purificata prius conditione.*
2 *Quādo quid eſt in obligatione, & ſolutione in defectum alterius, non poteſt fieri executio ſuper eo, quod eſt in ſubſidium, niſi fiat exenſio de principali.*
3 *Sententia lata ſuper iudicio moto ſine actione, eſt nulla.*
4 *Aliqui tamen volunt requiri partis oppoſitionem per viam exceptionis.*
5 *Proteſtatio nihil fieri niſi ſeruatis ſeruandis, & legitimatis legitimandis reddit nullam ſententiam latam contra formam proteſtationis.*
6 *Sententia dicitur notoriè iniuſta, quæ non iuſtificatur ex actis.*
7 *Fundus ſuppoſitus cenſui præſumitur ſufficiens ad ſolutionem annui reditus, donec fuerit probatum contrarium.*
8 *Actio oriens ex inſtrumento cenſetur propoſita cum exceptione reſultante ex eodem inſtrumento.*
9 *Appellatio datur à ſententia lata ſine cauſæ cognitione, etiam in poſſeſſorio.*
10 *Appellatio iſta operatur quo ad vtrumque effectum.*
11 *Ægidiana non intrat quando ſententia eſt nulla, vel notoriè iniuſta.*
12 *Ægidiana non habet locum in rebus Eccleſiæ.*

DECISIO CCLXIII.

SENTENTIA lata per A. C. pro Dominis de Murra agētibus ad fructus decurſos, & nō ſolutos eiuſdem Cenſus ducatorum nonaginta alios pro pretio ſcutorum mille de anno 1595. ad eorum fauorem impoſiti per Vincentium, & Antonium de Capoblanchis ſuper territorio nuncupato *la Serratella*. Dominis viſa fuit nulla tamquam lata ſuper immiſſione in poſſeſſionem Hiſchæ, & domus in tenuta nuncupata S. Elmo poſſeſſatum à Ferrantinis, qui illas poſt dictum cenſum de anno, 1605. acceperunt in ſolutum à Vincentio de Capoblanchis. Nam fructus dicti Cenſus, vt apertè legitur in eius inſtrumento, percipiendi erant ex ipſis fructibus introitibus, & iuribus prouenientibus, & prouentutis ex dicto territorio Serratellæ. & in defectum ſuper omnibus aliis bonis, & introitibus dictorum de Capoblāchis ha-
1 bitis, & habendis, & ſic † ſuper dicto territorio S. Elmi, & aliis bonis non cenſuatis, non erat orta aliqua obligatio, neque actio ad dictos fructus, niſi purificata prius conditione, quod percipi non poſſent ex cenſuatis iuxta terminos, *l. decem,* 116. *ff. de verbor. obligat.* & ibi notat ex mente *Dini, per Alber. in princ. Caſtr. in Summar. num.* 19. *& Rum. num.* 3. *&* 4. & iuxta terminos, *l. fin. ff. ſi cert. pet.* & ibi not. per *Angel. num. 2. & Iaſ. in princ. verſ. & propterea,* & per *Caſtrenſ. conſ. 239. nu. 1. lib. 1. Alex. conſ. 32. nu. 4. verſ. be-*
2 *ne fateor, lib. 4. Surd. conſ. 533. num. 6.* Neque † ſuper illis concedi potuit immiſſio non facta prius diſcuſſione, & non probata inſufficientia redituum territorij cenſuati, iuxta not. per *Bal. & Caſtr. in l. 2. nu. 3. C. commun. ibi l. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem. Inſtit. de act. num. 81. verſ. dicebat tamen. Gabr. de fideiuſſorib. concluſ. 1. num. 13. & Carocc. de exenſ. bonor. quaſt. 5. num. 3. verſ. illud etiam, parte 3.*

Cum ergo ex prædictis pateat nullam de tempore cœpti iudicij, nec litis cōteſtationis ortā fuiſſe actionem ſuper dicta tenuta S. Elmi ad fauorem Dominorum de Murra. ideo vel ipſi erant repellendi per Iudicem etiam parte nō opponente, quia pati non
3 poteſt coram ſe conueniri ſine actione, quod cum factum non fuerit ſentētia poteſt dici nulla ipſo iure, iuxta opinionem *Bart.* per illum tex. in *l. 2. nu. 5. verſ. ſi verò actio. ff. de do. præleg. & in l. ſi Titius, 9. n. 1. verſ. prædicta ſunt vera. ff. de verb. oblig. vbi Cum. Rom. & Iaſ. nu. 3. circa fin. verſ. breuiter tene.* teſtatur communem *Apoſtillator ad Bart. in d. l. 2. in littera C, Mattheſil. ſing. 7. verſ. ſecus ſi nunquam. Alex. conſ. 136. n. 9. verſ. quinimmo, lib. 2, Aret. in §. quadam, num. 3. verſ. ſi autem ageretur cum illo. Inſtit. de act. Soc. in l. 2. prope finem, verſ. in die, C. de pact. & ibi Dec. num. 6.* cum aliis per *Aim. conſ. 191. nu. 1. in princ. Gabr. tit. de ſent. concluſ. 8. verſ. contrarium tamen.* Vel ſaltem, ſi atten-
4 damus opinionem † volentiū ad hunc effectum inducendæ nullitatis requiri partis oppoſitionem per viam exceptionis, quos refert *Aim. d. conſ. 191. ſub d. num. 3. verſ. ſed contrarium.* nullitas intrat abſque vl-
5 la difficultate, † quia pro Ferrātinis pluries oppoſitum fuit nihil fieri niſi ſeruatis ſeruandis, & legitimatio legitimandis, vt conueniunt omnes Doctores, & præſertim in *d. l. ſi Titius,* & teſtatur *Aim. d. conſ. 191. ſub d. num. 1. prope finem, verſ. parte autem opponente.*

Ex prædictis autem reſultat etiam notoria iniu-
6 ſtitia ſententiæ, † tum quia ſufficit illam non iuſtificari ex actis, vt paſſim tenet Rota; tum etiam quia
7 terrenum cenſuatum † præſumitur ſufficiens pro ſolutione dicti annui cenſus donec probetur contrarium, vt de pignore eſt tex. in *l. 2.* vbi not. *C. de pign. Rota deciſ. 707. num. 2. parte 1. Diuerſ. Surd. deciſ. 44. num.* 16. Tantò magis in hoc caſu, in quo Camilla, quæ impoſuit cenſum vti mater, & tutrix illorum de Capoblanchis in inſtrumento affirmauit tenutam cenſuatam eſſe annui reditus ducatorum tricentorum. Immo ex his ſententia videtur lata abſque cauſæ cognitione. Exceptio enim de qua ſupra reſultabat ex inſpectione dicti inſtrumenti impoſitionis Cenſus Nec videbatur opus op-
8 poſitione, quia actio † videtur propoſita cum exceptione, quæ inerat obligationi, *Bart. in l. eum qui ita, 56. §. qui ita ſtipulatur, num 4 ff. de verb. oblig. & ibi Apoſtillator, in litera D, & in l. lecta, num. 21. & ibi Bal. nu. 13. ff. ſi cert. pet.* per *Butr. in cap. exceptionem n. 15. verſ. ex quo tamen,* & ibi *Abb. num. 14. verſ. & tunc, aut inerat. & Imola, num. 9. verſ. item aduerte quia, de*
9 *except.* Et ideo † nō adhibita cauſæ cognitione adeſt iuſta cauſa appellandi etiam in poſſeſſorio, *Bal. in l. quiſquis, nu. 1. verſ. & hoc verum, ff. quor. appellat. non recip. Alex. in l. fin. num. 28. verſ. & ſi tu intelligas. & ibi Zuccard. num. 448. C. de edicto Diui Hadr. toll.*
10 *Oſ. ch. de iſ. Pedem. 25. ſub nu. 13.* † qui etiam *in fine verſ. idem ſi appellunt.* tenet appellationem iſtā operati vtrumque effectum. & ſequitur *Menoc. de adipiſc. en. remed. 4. num. 855. verſ. declaratur tertio.*
11 Ex quibus cū † cōſtet de notoria nullitate, & iniu-

S 3 ſtitia

Digitized by Google

ſtitia dictæ ſententię, Dñi concluſerunt non intrare Ægidianam, prout in eadem Conſtitutione expreſſe diſponitur, & tenet indiſtinctè Rota, vt in pluribus Deciſionibus relatis per *Modernos, Roman. de Salu. interd, Inſpect. 4. cap. 2. num. 55.* Quod præſertim viſum fuit clariſſimum reſpectu tumulorum duodecim exiſtentium ſub proprietate Eccleſiæ S. Venturini compræhenſorum in dicta hiſca ſuper qua fuit
32 dara immiſſio, † cum dicta Conſtitutio non habeat locum in rebus Eccleſiæ, iuxta reſolutionem in hac cauſa factam, 28. Iunij, 1613.

Et ita decisum ſolo Ferrantino informante,

R. P. D. Corduba, Romana Cenſus, 31. Iulij, 1596.

SVMMARIA.

1 *Præſcriptio non currit non valenti agere.*
2 *Alienatio rei Eccleſiæ facta ſine debitis ſolẽnitatibus, eſt nulla, ſi Eccleſia volet.*
3 *Præſcriptio non interrumpitur per litem, in qua actor ſuccubuit.*

DECISIO CCLXIV.

EVERAT dictum coram R. P. D. meo Mellino huius cauſæ Iudice, quod videretur ſuper prætenſa præſcriptione Cenſus de quo agebatur per Fauorinum allegata. Quare me in eius locum ſubrogato propter abſentiam illius ſupradictum dubium proponente, fuit reſolutum non conſtare de præſcriprione. Nam etiam ſi non conſtet de ſolutione Cenſus quinquaginta annis, & amplius citra Domini de Albericis tranſlatarij dicti Cenſus ad fauorem Capellæ cum conſenſu Rectoris, & Auguſtini Almodiani venditoris non poterant agere pro ſolurione illius, & inde imputa-
1 ri negligenria ex vulgari regula † impedito agere non currit præſcriptio, *l. 2. C. de annal. præſcript.*

Quod Domini dicebãt procedere, quamuis tranſlatio fuerit inualida: quia cum ab inirio habuerit ſtarum validiratis implicitum, tamen ex eo quod Dominus Paulus Branca Capellanus dictæ Capellæ exegerat ab Auguſtino Almodiano venditore cen-
2 ſum etiam poſt rranſlationem; tum quia † ira demum detegebatur nulla, ſi Eccleſia id declararet, *Put. deciſ. 310. lib. 1. & deciſ. 365. nu. 5. lib. 2. & deciſ. 153. nu. 11. par. 2. diuerſ.* nulla poteſt imputari negligentia, cũ dicta declaratio fuerit declarata nulla, & conſequẽter nulla præſcriptio poteſt currere contra ignorãtem, & contra non valentem agere.

Non obſtat quod Capellani pro tempore poſt mortem Pauli Branchæ nihil exegerint, quia illorum negligentia Dominis de Alberinis nocere non potuit; vltra quod nec etiam contra Capellanos intrat præſcriptio. Theſaurarius enim introduxit litem de anno 1555. cõtra Fauorinum, quæ fuit continuata vſque ad annum 1573. per quam fuit interrupta etiam incipiendo ab anno 1584. quo cenſus fuit emptus, *l. ſicut, l. cum notiſſimi, C. de præſcr. triginta, vel quadrag. ann.*

Minus obſtat quod in illo iudicio ſententia fuit
3 lata ad fauorem Dominorum de Alberinis; † iudicium autem, in quo quis ſuccubuit non impedit, nec interrumpir præſcriptione, *Felin. in cap. illud, in fine, num. 17. concluſ. 14. de præſcript. Balb. eod. tit. par. 3. 6. par. princ. quæſt. 4. num. 37. verſ. quinto limitatur.* Nam à dicta ſententia fuit appellatũ & cauſa commiſſa Lomellino, per obitum autem theſaurarij nõ fuit amplius proſequuta, nec poteſt dici quod ſaltem præſcriptio cucurrerit à die rei iudicatæ: quia ab eo tempore, videlicet, ab anno 1563. vſque ad annum 1591. quo Bernardus reuocauit iudicium contra Theſaurarium non intrat tempus ſufficiens ad præſcribendum. Aliud verò obiectum quod Alberini in iudicio contra emptorem moto, & proſequuto per Calcaneum concordauerant canones, Domini tollebanr; quia tunc non fuerat habita notitia recompræ Cenſus, & ideo producto poſtea inſtrumento huiuſmodi tranſlationis, Alberini obtinuerunt coram A. C. reuocari omuia, & Calcanei relicto illo iudicio contra Fauorinos egit, quos obtinuit condemnari ad ſolutionem cenſuum decurſorum.

Ex quo tollitur aliud obiectum ex veriſimili coniectura illorum, ſtante iſta exceſſiuitate litium, & ita de nulla conſtare præſcriptione, Domini reſoluerunt.

R. P. D. Corduba, Romana Cenſus, 21. Ianuarij, 1597.

SVMMARIA.

1 *Non valenti agere non currit præſcriptio, & num. 5.*
2 *Contractus initus cum Eccleſia ſine debitis requiſitis, eſt nullus ipſa volente.*
3 *Contractus non eſt ipſo iure nullus, qui habet implicitam cauſam vtilitatis.*
4 *Contractus initus cum Eccleſia non habetur pro nullo, niſi poſt eius declarationem.*
6 *Præſcriptio non currit contra ignorantem.*

DECISIO CCLXV.

FVIT viſum Dominis ſtandum eſſe in deciſis, videlicet, non conſtare de præſcriptione. Alberini enim non poterant exigere Cenſum ſtante tranſlatione per ipſos facta cum conſenſu Rectoris, & Almodiani ad fauorem Capellæ
1 in recompenſam alterius Cenſus. Et † inde intrat regula, *l. fin, C. de annal. except.* & hæc & aliæ rationes fuerunt conſideratæ in Deciſione facta coram me 17. Iunij, præteriti.

Neque obſtabant, quæ contra iſtam modo opponebantur. & Primò, quod non ſit verum quod tranſlatio Cenſus habuerit implicitè ſtatum validitatis, ex eo quod Capellanus exegerit Cenſum ab Auguſtino Almodiano venditore. Nam Primò, fuit rñſum tranſlationem dicti Cenſus fuiſſe factam 11. Martij, 1534. præſentibus Rectore, & Almo-

diano,

Digitized by Google

diano, qui incontinenti recognouit Rectorem in
dominum, & verſa vice Rector fecit quietantiam
de Cenſu decurſo, & ſibi debito quæ habuit etiam
concomitantiam veritatis, quoniam Cenſus de-
bebatur ab Almodiano anticipatè pro pecuniis ſo-
lutis pro expenſis Cenſus, & habitis pro tempore
futuro vſque ad Feſtum Natiuitatis 1534. Secūdò,
2 ex eo quod apparebat † quod tranſlatio facta per
Albetinos in Capellanum ita demum eſt nulla, ſi
ille, aut Eccleſia hoc petierint, *Inn. in cap. 1. in princ.
de his quæ fiunt à Prælat. & ibi Hoſt. Io. Andr. Card.
2. oppoſ. Imol. num. 2. Butr. 5. Dec. in cap. quæ in Eccle-*
3 *ſiarum, num. 6. de conſtit.* Sufficit enim ad hoc † vt
alienatio non ſit ipſo iure nulla adeſſe cauſam pu-
tatiuam vtilitatis contractus. *Ant. in cap. 1. de in in-
tegr. reſtit.* quem ſequitur *Redoan. de reb. eccleſ. Rubr.
3. de cauſ. vtilitat. num. 47. 49. & Rubr. de cauſ. incom-*
4 *modit. num. 53.* & † inde requiritur dictæ nullitatis
declaratio, *Oldr. conſ. 162. in fine, Pat. deciſ. 310. lib.
1.* & fuit dictum *coram b. m. Canenccio, 24. Octobris,
1580. in cauſa Segobienſ. præſtimonij, & in hac cauſa
coram Illuſtriſſimo Mantica, 4. Decembris* 1592. Ex
quibus ſatis apparebat de implicito ſtatu validita-
5 tis, † & nulla potuit currere præſcriptio ante decla-
rationem illius contra Alberinos, qui agere non po-
terant, *Caſſad. deciſ. 6. num. 1. de appellat. Balb. in par.
6. princip. num. 16. cum multis ſeqq. Rol. conſ. 79. num.
14. lib. 1.* Quod enim non eſt in actu in potētia præ-
6 ſcribi nō poteſt. Stante maximè quod ex eo † quod
fuerint ignorantes, cum fuerint hæredes, nulla præ-
ſcriptio obeſſe potuit, *Rom. conſ. 123. nu. 5. Pedem.
deciſ. 69. num. 16. Caballin. Milleloq. 783. Andr. Gail.
lib. 2. Practic. Obſeruat. obſeruat. 48. num. 5. & 8. Balb.
vbi proximè, num. 32. Modern. in l. ſi curatorem ha-
bens, §. ſua facilitate, num. 92. C. de in integr. reſtit.*

Minus obſtabat ſecunda oppoſitio quod cum
nullitas tranſlationis fuerit deducta & notificata
Alberinis de anno 1570., & lis ſuper Cenſibus in-
troducta de anno 1559. tempus ſufficiens ſtetiſſe ad
præſcribendum. Stante maximè ſententia lata ad
fauorem Taurinorum de anno 1561., quæ potuit
gerere vices tituli. Nam fuit reſponſum quod Ca-
pellanus contra Taurinos ab anno 1560. egerat pro
Cenſibus decurſis, & obtinuerat ſententiam fauo-
rabilem, quæ licet poſtea fuerit reuocata, Capella-
nus commiſit cauſam appellationis per cuius mor-
tem non fuit proſequuta, ſed deſerta per lapſum
biennij de anno 1563., à quo tempore non adeſt
ſufficiens tempus ad præſcribendum, nam cauſa fuit
denuo commiſſa, de anno 1592.

Nec placet quod opponebatur iſtam litem, ſcili-
cet, non interrupiſſe præſcriptionem ex quo Capel-
lanus ſuccubuerat, nam cum ex dictis nulla adeſſet
præſcriptio cępta, nulla etiam opus erat interruptio-
ne contra Alberinos non præſcribentes.

Quod verò dicebatur quod de anno 1571. fue-
rat motum Iudicium per Capellanum contra Al-
berinos, qui fuerunt condemnati ad ſoluendum
Cenſus decurſos. hoc dicebant Domini magis con-
firmare ſtatum implicitum validitatis, ex quo Al-
berini poſtea producto inſtrumento tranſlationis
obtinuerūt omnia reuocari, & modernus Capella-
nus relicto illo iudicio cępit agere contra Taurinos,
quos obtinuit condemnari ad ſoluendum Cenſus
decurſos, donec poſtea cauſa introducta in Rota
fuit declarata nullitas tranſlationis.

R. P. D. Pirouano, Romana repetitionis indebiti, Veneris 25. Iunij, 1610.

SVMMARIA.

1 *Geſta in vinculis ſunt nulla, tamquam geſta ob me-
tum.*
2 *Metus durat, durante cauſa metus.*
3 *Metus, nec iniuria infertur in executione iuris.*
4 *Declar. verum quando executio iuris eſt iuſta.*
5 *Confeſſio facta in carcere ſubſiſtit, quando carcer non
eſt directus ad extorquendam dictam confeſſionem.*
6 *Cauſa obligationis ceſſante, ceſſat ipſa obligatio.*
7 *Metus carceris non poteſt conſiderari contra eum, qui
non fuit cauſa carceris.*
8 *Metus non probatur ex proteſtatione facta tempore
quo actus geritur.*
9 *Proteſtatio metus non eſt neceſſaria in eo, qui præſum-
ptione iuuatur.*

DECISIO CCLXVI.

DOMINI noluerunt recedere à deciſis
fauore Bartholomei Aycardi ſub die
30. Aprilis eiuſdem anni 1610., quia
non probatur quod Iacobus, & Bar-
tholomeus debitores Cenſus Arthemi-
ſiæ ceſſi habuerint ſcientiam huiuſmodi ceſſionis, &
propterea ſoluendo Ioan. Paulo Manfredo domino
Cenſus liberationem conſequuti fuerint, *l. filius, C.
de pact.* vbi *Bar. Bal. Alex. & Iaſ.* cum aliis in deci-
ſione in hac cauſa allegatis.

Scientia autem non eſt releuans ſine illa dedu-
catur ex primo actu dationis in ſolutū. ſiue illa de-
ducatur ex illius ratificatione ex interuallo ſequu-
ta: nam cum illa aliunde non probetur, quam per
inſtrumentalem confeſſionem partis vel adhuc in
carceribus degentis, vel ſub reſeruatione cōtra eum
mandati perſonalis conſtituti, non videtur conſti-
tuere gradum probationis: quia ipſa vincula ſatis
1 ſuperq. arguunt † per metum fuiſſe geſta omnia,
quæ in vinculis geſta fuerunt, & ob id nullius mo-
menti ſunt, *l. qui in carcerem, 44. l. metum, § ſed li-
cet, ff. de eo quod met. cauſa. Nenz conſ. 52. nu. 47. Me-
noch. de arbitr. lib. 2. caſu 136. num. 4 Marſil. ſing. 306.*
Ratificatio autem poſt excarcerationem ſequuta,
2 & illa remanet ſine effectu: quia † metus vbi ab ini-
tio probatur illatus perſeuerare præſumitur, & om-
nia cenſentur metu confirmata vigente mandato
executiuo, quod fuit cauſa carcerationis, *l. ſi per
impreſſionem, C. quod met. cauſ. Cin. in l. 2. C. eod. tit. quod
met. cauſ. Bal. in l. nouiſſ. mè, in fine, ff. de eo quod falſ.
tutor. Iaſ. conſ. 165. num. 5. vol. 2. Corn. conſ. 41. num.
14 lib. 2. Alba. conſ. 77. num. 14. & conſ. 16. num. 11.*

Non obſtant quæ pro Alicorna deducebantur,
videlicet, quod cum fuerit Aycardus pro debito
3 carceratus ex eo metus nō infertur, quia iuris † exe-
cutio nec metum, nec iniuriam inducit, *l. iniuria-
rum, §. 1. de iniur. l. quemadmodum, §. Magiſtratus, ff.
ad l. Aquil.* nec creditor dicitur metum incurere, ſi
debi-

Digitized by Google

debitorem carceri mancipandum curet, *Grat. conſ.*
87. num.13. Reſpondetur hoc benè procedere, vt
4 in alia deciſione fuit dictum, † quando apparet pro
debito ſubſiſtente, & vero fuiſſe carceratum, ſecus,
prout in caſu præſenti, in quo præceſſit carceratio
pro debito iniuſto, & erroneo.

Non etiam vim facere videbatur allegata diſtin-
5 ctio † confeſſionem eſſe ſuſtinendam, cum carcer
non eſſet directus ad hanc confeſſionem extorquen-
dam, *Rum. conſ. 113. num. 7. ante fin. lib. 5.* Nam tol-
litur obiectum cum actus confeſſionis non poſſit
conſiderari tamquam quid ſeparatum à datione
in ſolutum: quia ſcientiæ ceſſionis factæ Arthemi-
ſiæ per Manfredum deſeruiebat pro cauſa obliga-
6 tionis Aycardi, & † ea ceſſante, ceſſabat pariter
obligatio, *l. 3. C. de nouat.* propterea carcer non po-
tuit dirigi ad obtinendam dationem in ſolutum,
quia eſſet directus ad extorquendum confeſſionem
ſcientiæ ceſſionis in qua cadebat ius Alicornæ, nec
ab hac ratione diſſentit *Rum.* allegatus dum voluit
7 † metum carceris non poſſe conſiderari cõtra eum,
qui non fuit cauſa carceris tamquam perſona à cre-
ditore ſeparata ad cuius inſtantiam carcer directus
non fuit.

Poſtremò quæ de omiſſa proteſtatione metus in
actu dationis in ſolutum dicta ſunt, non videntur
8 obſtare, quia † proteſtatio non eſt modus inducen-
di probationem metus, ſed requiritur ipſa probatio
metus, vt patet ex deductis per *Dec. in l. omnibus*
cauſis, num. 12. de reg. iur. & in conſ. 219. num. 4. col. 3.
Alb. conſ. 77. num. 15. Io. Andr. in cap. vlt. vbi etiam
Dec. de appellat. Bero. quæſt. 84. num. 6. propterea cum
carceratus non egeat alia probatione ad demon-
9 ſtrandum eum omnia per metum geſſiſſe: † quia
præſumptione, *l. qui carcerem. ff. de eo quod met. cauſ.*
ſubleuatur, merito proteſtatio tamquam otioſa in
illo actu dationis in ſolutum neceſſaria non erat.

Ex actitatis autem in curia Capitolina contra
Aycardum certa ſcientia deduci non poteſt, vt iam
fuit conſideratum in alia deciſione in hac cauſa fa-
cta, & vnus ex Dominis dicebat illud iudicium non
carere ſuſpicione fraudis & malitiæ ex citationibus
datis in Summar. num. 5. dum Tarquinia citauit
Aycardum coram A.C. & coram ſecundo Collate-
rale ad conſtituendum procuratorem, fueritq. co-
ram A.C. conſtitutus procurator, ipſe vero in curia
Capitolina proceſſit per affixionem ad hoc, vt con-
tra indefenſum poſſet mandatum executiuum ex-
torquere.

Atque ita vtraque parte informante fuit reſo-
lutum.

R. P. D. Orano, Bononienſis prætenſi Saluiani Interdicti, Lunæ 16. Februarij, 1598.

SVMMARIA.

1 *Oblatio facta creditori recuſanti recepere, habet vim*
ſolutionis.
2 *Oblato credito, non poteſt ferri ſententia in Saluia-*
no.
3 *Creditor in diem non poteſt agere prius quam dies ſo-*
lutionis venerit.
4 *Expenſæ, & damna non reficiuntur, niſi facta illorum*
liquidatione.
5 *Iudex præſumitur velle, quod iuris ordo dictat.*
6 *Verba dubia ſententiæ interpretanda ſunt, ne conti-*
neant iniuſtitiam.
7 *Lis quæ eſt diuerſa ab ea quæ committi petitur, non eſt*
exprimenda in precibus.
9 *Debitori datur vtilis pignoratitia pro recuperanda*
poſſeſſione pignoris ſoluto debito.

DECISIO CCLXVII.

FVIT reſolutum ſententiam Auditoris
generalis Bononiæ in prima ſui parte,
qua cõdemnabat Dominum Aloyſium
Galerinum ad reſtituendum Domino
Guaſtauillano poſſeſſionem in vim Sal-
uiani Interdicti captam eſſe confirmandam.
1 Nam † cum Guaſtauillanus obtulerit ei ſolutio-
nem fructuum Cenſus decurſorum & nõ ſolutorum,
& ſic ſteterit per creditorem quo minus eius obli-
gatio, & creditum extingueretur, perinde eſt ac ſi
ſoluiſſet, *l. iure ciuili, ff. de cond. & demonſtr.*
2 Sic enim † offerens ſolutionem impedit quo mi-
nus in Saluiano poſſit ferri ſententia, *l. Paulus, §. qui*
pignoris, ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſoluit. & fuit di-
ctum *coram Sanctiſſimo in Romana quinquaginta mil-*
lium, & in alia Ariminenſi legati coram me anno 1586.
Nec dici poteſt hac via deteriorari conditionem
ipſius habentis priuilegium hypothecæ, quia quo
ad decurſos Cenſus per earum ſolutionem ceſſauit
omnis obligatio, quo verò ad decurrendos, rema-
3 net hypotheca, & nihilominus † non poteſt agere
prius quam dies ſolutionis venerit, *l. quoties in diem,*
ff. de verb. oblig. l. cedere diem, ff. de verb. ſignif. cum
ſimilibus. quorum etiam reſpectu iudex indemni-
tati ſuæ proſpexit, dum in ſententia declarauit per
Guaſtauillanum dandam eſſe idoneam cautionem.
Neque impedit ſententiæ effectum, quod damna
4 & intereſſe non reſtituit, † quia ad præmiſſa non eſt
obligatus niſi facta eorum liquidatione, *l. obligat.*
& ibi Gloſ. C. de ſolut. l. acceptam, C. de vſur. Alex. in
l. ſi mora, num. 4. ff. ſol. matr. in quem caſum etiam
obtulit idoneam cautionem.
Non obſtat quod ſententia fuerit lata cõtra for-
mam inſtrumenti, ſeu crediti in quo Cenſus ſolutio
facienda eſt Romæ, non autem Bononiæ, quoniam
ſententia non exprimit quod magis in vno, quam
in alio loco ſoluatur, ſed ſimpliciter loquitur vnde
5 intelligi debet iuxta formam inſtrumenti, † cum in
dubio credendum ſit iudicem voluiſſe quod iuris
ordo dictat, *Felin. in cap. ſignificauerunt, num. 7. de*
6 *except. Soc. iun. conſ. 63. num. 17. & 19. lib. 1.* & † ver-
ba ſententiæ dubiæ interpretari debeant ne iniu-
ſtitiam contineant, *Aufr. conſ. 6. num. 7. Rom. conſ.*
320. num. 4.
Non obſtat allegata nullitas ſententiæ reſultans
ex eo, quod cauſa penderet in Rota cuius non fuit
facta mentio dum fuit introducta in vim ſpecialis
7 reſcripti coram Auditore Bononienſi: † quia illa
erat diuerſa à præſenti, & inter alias perſonas nem-
pè Galerinum, & Dominum Marcum Antonium de
Marſi-

Marſiliis ſuper validitate Cenſus,quæ fuit per ſen-
tentias,& rem iudicatã terminata, ſicut etiam alia
contra Guaſtauillanum ſuper immiſſione ex Saluia-
no Interdicto, & mandato de manutenendo quæ
fuit ſortita ſuum effectum. Hæc autem fuit commiſ-
ſa ſuper auocatione poſſeſſionis ſtantibus præten-
ſis oblationibus, & ſic vigore vtilis pignoratitiæ
8 actionis,quę † datur debitori pro recuperanda poſ-
ſeſſione pignoris ſoluto debito, *l. item liberatur, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.*

Reuerendiſſimo Domino Sacrato, Romamana vineæ, & Saluiani Interdicti, de Ruſconibus, Veneris 18. Februarij, 1612.

SVMMARIA.

1 *Videbitur, hoc verbum, aliquando importat neceſſitatem.*
Aliquando importat arbitrium boni viri, num. 4.
Immo arbitrium iudicis Ordinarij, num. 5.
2 *Debitori debet concedi dilatio ad ſoluendum.*
Etiam ſi fuerit conuentus ex remedio Saluiano, num. 8.
3 *Dilatio ad ſoluendum petita, ſi à Iudice denegetur, datur appellatio.*
6 *Stilus curiæ facit ius.*
7 *Limitatio ad regulam, debet plenè probari.*
9 *Agenti Saluiano non debetur principaliter res, ſed creditum, & num. 11.*
10 *Poſſeſſor conuentus Saluiano, liberatur offerendo creditum.*
12 *Poſſeſſor conuentus Saluiano patitur ob alienam culpam.*
13 *Iurans ſoluere videtur præcisè ſe obligare ad ſoluendum in termino conuento.*
14 *In Saluiano non datur appellatio.*

DECISIO CCLXVIII.

DOMINI perſtiterunt in deciſis coram
me in hoc caſu ſub die 28. Nouembris
anni præteriti. & tutiſſimum viſum
fuit fundamentum quod poſt confeſ-
ſionem debiti & terminum ſuſceptum
per Angelum ad ſoluendum non debebat dari im-
miſſio. Et vltra alias ponderata in deciſione ad
1 oſtendendum quod verbum, † Videbitur, de quo
in Conſtitutione *Pij V.* ſuper tribunali A.C. im-
portet neceſſitatem, fuit conſideratum, quod etiam
2 † de iure communi debet concedi debitori ad ſol-
uendum modica dilatio, *Ioan. de Anan. in cap. quærenti, num. 3. Butr. num. 11. Imola, num. 7. de offic. deleg. Bar. in l. ſi cum exceptione. §. quatenus, num. 5. Bal. num. 5. Odofred. col. 2. verſ. ſi denuo, ff. quod met. cauſ. idem Bar. in l. in fideicommiſſi, num. 4. Bal. num. 7. ff. de vſur. Iacob. de S. Georg. in l. debitori, num. 19. ff. de*
3 *iudic.* Et iudex † denegando huiuſmodi dilationem
dicitur grauare, *Ripa, in l. 2. num. 29. ff. de re iudic. Rom. conſ. 261. num. 6. verſ. modo ſic.* Et proinde cum
4 verbum, Videbitur, † importet arbitrium boni vi-
ri, *Bart. in Extrauag. ad reprimendum, in verbo, Videbitur,* cum aliis in prædicta deciſione allegatis. Im-
5 mo † arbitrium Iudicis Ordinarij, *l. vir bonus. ff. ind. ſolu.* concludebatur omnino debuiſſe dari prædi-
ctum terminum ſtante etiam notorio ſtilo A. C. in
6 illo dando, † qui ſtilus facit ius, *Abb. in cap. ex literis, num. 6. de conſtit. Dec. conſ. 699. num. 5. Teſſaur. deciſ. 1. num. 9.* latè *Euerard. in loco à ſtilo Curiæ, num. 1. & per tot.*

Nec mouit Dominos fides aliquorum Notario-
rum atteſtantium non vidiſſe dari terminum quan-
do quis conuenitur in Saluiano. nam præterquam
quod non concludit in verbis, quia poteſt eſſe quod
fuerit datus, & ipſi non viderint, & cum Angela ha-
7 beat regulam pro ſe, debet † limitatio ex aduerſo
plenè probari, *Iaſ. in l. cetera, nu. 3. & 4. ff. de leg. 1. Aucbar. conſ. 368. num. 3. Gemin. conſ. 25. num. 8. Rol. conſ. 81. num. 5. & 6. lib. 1.* Illi Notarij ſic aſſerentes
cõuincuntur de mala informatione, ex quo pro Do-
8 mina Angela fuerunt dati caſus particulares † in
quibus etiam conuento ex Saluiano fuit datus ter-
minus, & dicebatur militari eadem rationem in
vtroque caſu.

Nam etſi agens Saluiano principaliter dirigat
iudicium contra rem, & cuius fructibus petit ſatiſ-
9 fieri, † attamen non debetur illi principaliter res
ſed creditum *Rota in cauſa Rauennatenſi Saluiani In-*
10 *terdicti, 20. Ian., 1607. coram R. P. D. Ludouiſio* † vn-
de poſſeſſor offerendo dictum creditum liberatur,
l. Paulus, in fine, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. Rol. conſ. 14. num. 9. & 10. libro 1. Menoch. de adipiſc. Rem. 3. num. 181. Rota in cauſa Senogallienſi prædij 1583. coram Bubalo, & in Bononienſi Saluiani Interdicti, 21. Iunij, 1599. coram Illuſtriſſimo Cardinale Lancelotto.

Et proinde non applicantur, quæ dicuntur de
actione reali, & de eo cui debetur res: quia ſi debe-
11 tur † res in caſu Saluiani, ideſt ſecundario, & inci-
denter, ideſt, quatenus creditum non offeratur.
Immo iſte tertius poſſeſſor qui eſt in bona fide, &
non commiſit moram in ſoluendo debito à ſe con-
tracto ſicut fecit principalis debitor eſt dignus ma-
iori priuilegio: & ſic multò magis debet illi conce-
12 di dilatio, quam principali debitori, † cum patia-
tur ob alienam culpam ad *l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſaria, & ibi Bart. in princ. ff. qui ſatiſd. cogant. Bal. in l. de die, §. tutor, ff. eod. tit. Gloſ. in l. fin. in verbo, generando, C. ſi tut. vel curat. interuen. Archid. in cap. peruenit, in fine, 18. diſtinct. Inn. in cap. cum inter, nu. 1. Fel. num. 11. de except.*

Circa illud quod terminus non datur niſi pro
debitis habentibus obligationem cameralem, nec
talis limitatio viſa fuit alicubi probari, & rationem
eſſe potius in cõtrarium: quia ſi datur obligato ſtri-
ctiori obligationi, prout eſt ille, qui ſe obligat in
forma cameræ, & contra formam iuramenti con-
13 tenti in dicta obligatione, † per quod iurans vide-
tur ſe obligaſſe præcisè ſoluere die conuento, iuxta
not. per *Gloſ. in l. ſi pecuniam in verbo, neceſſe eſt, de cond. cauſ. dat. Butr. in cap. fin. num. 4. Ne Pral. vic. ſuas, Alex. conſ. 89. num. 5. lib. 7. Iaſ. conſ. 9. num. 10. lib. 1. Soc. conſ. 90. num. 11. lib. 4. Gozad. conſ. 24. nu. 9. Guid. Pap. deciſ. 627.* Quantò magis debet dari ter-
tio, qui taliter ſe non obligauit, nec iurauit? Et
quod replicatur hoc ideo eſſe propter citam execu-
tionem,

tionem, quam trahit ſecum cameralis obligatio,
ſcilicet, vt debitor habeat tempus parandi pecu-
nias, quod non eſt neceſſarium in Iudiciis ordina-
riis, in quibus proceditur per tres, & aliquando per
quattuor inſtantias fuit dictum in omnem euentum
non applicari conuento iudicio Saluſani, cui non
14 conceduntur illæ tres inſtantiæ, † ſed denegatur
appellatio, *Bar. in l. 1. num. 4. ff. de Salu. Interd. Corn.
conſ. 190. num. 2. lib. 1. Teſſaur. deciſ. 175. num. 3. Ve-
ral. deciſ. 106. par. 3. Rota in cauſa Romana, ſeu Ame-
rina domus, 8. Iunij, 1576. coram Cantuccio* relata in-
ter diuerſas impreſſas *deciſ. 34. num. 3. parte 2. & in
Romana Saluiani Interdicti, 26. Nouembris, 1605. co-
ram R.P.D. meo Manzanedo*.

Ad aliud quod Iudex non dederit terminum, ſed
Angela illum ſpontè ſuſceperit in actis Notarij con-
fitendo debitum placuit reſponſio ex Notorio ſti-
lo quod A.C. non ſolet interloqui ſuper iſtis termi-
nis. ſuper quo etiam fuerunt dati actus particula-
res in quibus ita fuit ſeruatum.

Et cum prædicta viderentur ſufficere, Domini
non fuerunt aggreſſi aliud caput deciſionis, An ſci-
licet, executio fuerit exceſſiua.

Illuſtriſſimo Cardinale Lancelotto, Bononienſis Saluiani Interdicti, Lunæ 21. Iunij, 1599.

SVMMARIA.

1 *Saluianum ceſſat oblatione eius, quod debetur.*
2 *Retentio pro damnis, & expenſis denegatur, quando ſunt omnino illiquida.*
3 *Oblato credito ſententia ferri non poteſt in Saluiano.*

DECISIO CCLXIX.

FVIT reſolutum ſententiam R.P.D. mei
Orani eſſe confirmandam: nam ſtante
1 oblatione † ceſſat Saluianum, *l. Pau-
lus, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.* &
fuit reſolutum in hac cauſa, & prius *in
Romana quinquaginta millium, 18. Martii, 1575. coram
Sanctiſſimo Domino Noſtro*, quæ eſt inter impreſſas *de-
ciſ. 269. par. 1.* Et ideo cum ſententia ſit lata con-
tra Dominum Guaſtanillanum de immittendo Ga-
lerinum in poſſeſſionem donec fuerit ſatisfactus, eo
ipſo quod ei ſoluuntur præſtationes annuæ decur-
ſæ, & præſtantur fideiuſſores de ſoluendo in futu-
rum, ceſſat ſententia, & eius virtus, nec eſt dene-
ganda reſtitutio poſſeſſionis.

Non obſtat quod ſit danda retentio pro dam-
2 nis, & expenſis, & intereſſe: † quia illa ſunt prorſus
illiquida, & ſimiliter Dominus Guaſtanillanus of-
fert ſe illa ſoluturum facta liquidatione, ad quem
effectum obtulit etiam cautionem, vt in deciſ. Do-
mini mei Orani. Nec applicatur quod dicitur de
melioramentis in *deciſ. Put. 471. lib. 2.* Quia hic
3 verſamur in Saluiano, † in quo ſola oblatio impe-
dit prolationem ſententiæ.

An autem liquidatio facienda ſit per aſſertio-
nem damnum paſſi iuxta conuentionem erit alte-
rius inſpectionis quando diſputabitur dubium à
me ſubſcriptum. Non obſtat quod Galerinus ha-
beret mandatum perpetuum contra bona Archie-
piſcopi, quia ſi hoc mandatum poteſt exequi con-
tra tertium poſſeſſorem ſententia non impedit, nec
tollit quo minus exequi poſſit.

R. P. D. Dunozet, Romana pecuniaria, Lunæ 10. Iunij, 1613.

SVMMARIA.

1 *Confeſſio non limitata ad certam rem, non præiudicat.*
2 *Fructus Cenſus, qui ſoluti non fuerunt, repeti non poſſunt.*
3 *Confeſſio ſolutionis facta à creditore, non eſt ſufficiens abſque adminiculis.*
4 *Fructus Cenſus poſt illius extinctionem, non debentur.*
5 *Intereſſe non debetur non præcedente interpellatione, vel mora.*
6 *Epiſtola facit fidem contra Scribentem, maximè in Principe.*

DECISIO CCLXX.

QVONDAM b.m. Dux Iulianus Cæſa-
rinus filius & hæres q. Domini Ioan.
Georgij obtinuit ab A.C. mandatum
contra Sereniſſimum Dominum Er-
neſtem ex Ducibus Bauariæ poſtea ſa-
cri Imperij electorem, & Archiepiſco-
pum Coloniæ Agrippinæ pro ſcutis quinque milli-
bus ſeptingentis triginta quinque, & baiochis qua-
draginta, quorum duo millia deſtinata erant in ex-
tinctionem cuiuſdam Cenſus venditi olim Dominis
de Glorieriis, reliqua verò ſibi deberi aſſerebat pro
fructibus dicti Cenſus ſolutis iiſdem Glorieriis, nec-
non pro fructibus poſt extinctionem dicti Cenſus:
quia ex pecuniis prouenientibus ex venditione
Montis Cæſarini dicebatur extinctus poſt relaxa-
tionem mandati, cum pecuniæ ſequeſtratæ ex Hy-
ſpania ad Vrbem fuiſſent tranſmiſſæ. dictus Domi-
nus Dūx obtinuit ab A. C. mandatum de conſi-
gnando, à quo mandato cum pro parte Sereniſſimi
Ferdinandi Electoris Colonienſis hæredis dicti Se-
reniſſimi Erneſtis fuiſſet appellatum, cauſaq. mihi
commiſſa, dubitaui. An conſtaret de credito Domi-
norum de Cæſarinis, & vſque ad quam ſummam in
caſu, & ad effectum de quo agitur.

Quo dubio propoſito die Lunæ 10. Iunij, 1613.
informante tantum Agente dicti Sereniſſimi Ar-
chiepiſcopi, & procuratore dictorum Dominorum
de Cæſarinis pluries citato, Domini cenſuerūt con-
ſtare eos non eſſe creditores niſi de ſumma ſcuto-
rum duorum millium, fundamentum Dominorum
fuit in Epiſtolis dicti Sereniſſimi Ducis Erneſtis,
quibus agnouit debitum certi Cēſus ſcutorum duo-
rum millium nō exprimēdo qualitatem iſtius Cen-
ſus à quo venditus, & à quo emptus fuerit, & ita
1 † hæc confeſſio non limitata non præiudicat confi-
tenti, cum non ſit certa, & clara prout requiritur, *l.
ſi quis intentione ambigua, ff. de iudic. Rota deciſ. 441.
num. 9. & 462. num. 1. par. 1. Diuerſ.* Vnde Domini
de

Digitized by Google

de Cæſarinis ſi volebant Cenſum debitum dictus
Dominis de Glotieriis conſequi vnâ cum fructibus
incumbebat ſpecifica, & clara probatio eſſe eun-
dem Cenſum, ad quem tenebatur dictus Sereniſſi-
mus Elector, multò minus poſſant obtinere fructus
2 poſt extinctionem Cenſus † nullo modo ſolutos ex
traditis per *Crau. conſ. 132. num. 11.*

Nec releuat ſolutio ſcutorum centum octuagin-
ta facta pro fructibus dicti Cenſus nomine Ducis
Erneſtis, nam vltra quod non conſtat de vllo man-
dato illius, qui ſoluiſſe dicitur, non colligitur iſta ſo-
lutio niſi per confeſſionem Dominorum de Cæſari-
3 nis, † quæ ſine adminiculis non eſt ſufficiens, *Felin.
in cap. fin. num. 11. & ibi Dec. num. 54. de Præſcript.*
Deinde non conſtat hanc ſolutionem fuiſſe factam
pro fructibus iſtius Cenſus de quo agitur.

Quo verò ad fructus petitos poſt extinctionem
Cenſus ad illos nullo modo teneri dictum Sereniſſi-
mum Ferdinandum Domini dixerunt, quia ſi dicti
Cēſus etiam debitor fuiſſet dictus Sereniſſimus Er-
4 neſtes, tamen eo extincto † nulli amplius debentur
fructus, vt fuit reſolutum *in vna Romana Saluiati In-
terdicti, 23. Ianuarij, 1600. coram Litta.*

Nec debentur iſti fructus eo colore quod Cenſus
fuit extinctus de pecuniis redactis ex venditione lo-
ci Montis Cæſarini, cum non conſtet de aliqua in-
5 terpellatione † propter quam dictus Sereniſſimus
Erneſtes, aut illius hæres fuiſſet conſtitutus in mora
prout requirebatur ad hoc vt dictos fructus pende-
re teneretur, *Gloſ. 1. in fine. in l. quod te, ff. ſi cert. pet.
vbi Bar. num. 12. Iaſ. num. 5. Rip. 34. Honded, conſ. 50.
num. 13. lib. 1. Surd. deciſ. 129. num. 21.*

Placuit tamen Dominis conſtare de credito ſcu-
torum duorum millium ex quo clara eſt confeſſio
in dictis literis Domini Ducis Erneſtis, quo ad hanc
ſummam. Et licet ex rigore iuris ſtante etiam ſta-
tutaria præſcriptione allegata poſſet etiam de dicta
6 ſumma dubitari, tamen † cum adſint Epiſtolæ Prin-
cipis ſupremi Magnati directæ Domini crediderunt
illam allegare dictum Principem non poſſe, & per
conſeqnens Sereniſſimum Ferdinandum ad ſummæ
pecuniarum in eis expreſſæ ſolutionem teneri ex
not. per *Bar. in l. nuda, ff. de donat.* & per *Imol.* poſt
alios, *in cap. ſi cautio, de fide inſtrum. Ruin. conſ. 231.
num. 7. lib. 1.* Et ita fuit deciſum.

R. P. D. Litta, Romana Cenſus, Mercu-rij 10. Decembris, 1603.

SVMMARIA.

1 *Solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio.*
2 *Impoſitor Cenſus, vel illius hæres poteſt illum quando-
cumque redimere.*
3 *Cenſus redemptio probatur ex inſtrumento retrouendi-
tionis.*
4 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatam.*
5 *Cenſus redimi poteſt à quocumque, etiam non habente
ad id mandatum.*
6 *Mandatum probatur præſumptionibus.*
7 *Teſtator præſumitur voluiſſe grauare hæredem minus,
quam fieri poſſit.*
8 *Diſpoſitum deficit, deficiente ſuppoſito.*
9 *Regreſſus non datur à priuatione ad habitum.*
10 *Conſenſus nil magis repugnat, quam error.*

DECISIO CCLXXI.

PRo confirmatione ſententiæ vlti-
mo loco latæ fuit reſolutum, quia
de iuſtitia illius ex eo conſtat, quod
Cenſus aliàs impoſitus ſuper quat-
tuor domibus q. Tarquinij de Al-
bertinis, & venditus Hieronymæ de
Bubalis pro reſtitutione ſortis principalis Paulo
Bubalo hæredi dictæ Hieronymæ facta ab Imperio
procuratore Dominæ Portiæ hæredis dicti q. Tar-
1 quinij fuit extinctus, † & ſolutione eius quod debe-
tur de medio tollitur omnis obligatio.

2 Nec poteſt dubitari † quin in facultate vendito-
ris Cenſus, & conſequenter illius hæredis fuerit ſe
quandocumque liberare à dicto Cenſu reſtituendo
ſortem principalem emptori ſeu hæredi illius iuxta
3 Conſtitutionem *Pij V. de Cenſib.* prout † hoc in ca-
ſu factum fuiſſe conſtat per inſtrumentum publi-
4 cum ipſius retrouenditionis Cenſus, † quod proba-
tionem manifeſtam facit, *cap. cum olim, de verb. ſign.*
cum aliis, de quibus per *Iaſ. conſ. 124. num. 2. lib. 1.*

Minus etiam dubitari poteſt quin Imperius ille
5 aſſertus procurator Dominæ Portiæ † etiam quod
de mandato illius non conſtet potuerit dictam ſo-
lutionem nomine illius facere, & conſequi libera-
tionem mediante dicta retrouenditione, cum etiam
per ſolutionem factam à tertio nomine debitoris
illius liberatio reſultat, *l. ſoluendo, ff. de negoc. geſt.
cum vulgar.*

Quæ concluſio eo magis intrat hoc in caſu, vbi
ne dum reſtitutio dictæ ſortis principalis fit nomine
ipſius Portiæ, ſed cum expreſſione quod fit de pecu-
niis propriis redactis ex venditione cuiuſdam do-
6 mus, quæ ad eam ſpectabat † ex quo etiam non mo-
dica præſumptio ipſius mandati reſultat.

Non obſtat quod q. Hieronyma emptrix dicti
Cenſus legauerit cuidam famulo ſuo vita illius du-
rante, & poſt obitum eiuſdem Pauperibus viduis
Romanis quandam domum ſuam in via ad Cæſa-
rinos poſitam, quæ onerata reperiebatur annua re-
ſponſione ducatorum quindecim de carolenis ad
commodum cuiuſdam Capellæ exiſtentis in Eccle-
ſia S. Pantaleonis de Vrbe, & quod in eodem te-
ſtamento dixerit ſe emiſſe Cenſum de quo ſupra, &
velle illum compenſari cum reſponſione domus ſu-
pradictæ, & prout latius habetur in dicto teſta-
mento. Quia non per hoc ſequitur Teſtatricem vo-
luiſſe vltra domum præfatam dicta reſpōſione gra-
uatam famulo ſuo, & viduis præfatis legare etiam
Cenſum de quo agitur, ex quo ſequeretur dictam
extinctionem dicti Cenſus vti factam à perſona non
habente ius aliquod non eſſe conſiderabilem; tum.
quia verba teſtamenti neceſſario non important le-
gatum dicti Cenſus, & in dubio ita interpretari de-
7 bent vt illud excludant, † cum ſic minus prægra-
uetur hæres ipſe, iuxta tex. in *l. vnum ex familia, §.
ſi rem, ff. de leg. 2.* & pro regula tradit *Soc. iun. conſ.
9. num. 4. lib. 1.*; tum etiam quia ex codicillis per
eam factis de anno 1558. tolli videtur omnis diffi-
cultas, nam dum in eis mandat reſponſionem qua

grau-

grauata eſt domus legata Petro,& viduis ſolui debere per hæredem inſtitutum, & in teſtamento dixit ſuæ voluntatis eſſe vt Cenſus à ſe emptus,de quo nunc quæſtio eſt compenſetur cum reſponſione, qua grauata eſt dicta domus, neceſſe eſt fateri mentem teſtatricis fuiſſe,vt Cenſus iſte ad hæredem ipſum ſpectaret, ad quem pertinere voluit onus ſoluendi dictam reſponſionem per tex. in *l. ſecundum naturam, ff. de reg.iur. & in cap. qui ſentit, eod.tit.lib.6,* ſicq. per conſequens extinctionem illius non poſſe impugnari.

Vltimò non obſtat quod Domina Portia nulla habita ratione dictæ extinctionis de anno 1575. depoſuerit penes bancum de Ruſpolis ſcuta centum ad effectum extinguendi eundem Cenſum citatis viduis vti legatariis,quæ recuſarunt dictas pecunias accipere, allegando depoſitum non eſſe integrum ſortis, & fructuum,& poſtmodum eadem Domina Portia obtinuerit dictum Cenſum reduci ad rationem ſcutorum ſeptem pro centenario,quæ omnia præſupponunt exiſtentiam Cenſus,& dominium illius eſſe penes viduas: quia fuit reſponſum quod cum hodie clarè conſtet de extinctione dicti
8 Cenſus cum perſona legitima facta,† nõ eſt de præfatis habenda aliqua ratio vti fundatis ſuper falſis ſuppoſitis,ad tex, in *l, mancipia, C. de ſeru.fugit. & in*
9 *cap. cum Paulus, 1.q.1.* & facit † quia à priuatione ad habitum nõ datur regreſſus,& nihil magis con-
10 ſenſui repugnat † quam error, *l. ſi per errorem, ff. de verb.obligat, Oldr. conſ.330. num,5. verſ. nam qui adhæret Deo.*

Et ita fuit concluſum.

R. P. D. Litta, Romana Saluiani Interdicti, 23. Iunij, 1600.

SVMMARIA.

1 *Cenſus ad extinctionem requiritur actus retroſimilis, Et vltra conſenſum partium etiam pretij reſtitutio, n.3,*
2 *In conſtitutione Cenſus, requiritur pretij interuentus,*
4 *Cenſus non dicitur extinctus etiam quod ſit relaxatum mandatum pro reſtitutione pretij loco damnorum, & intereſſe.*
5 *Secus ſi actualiter fuerit reſtitutum pretium Cenſus, vel illius pars.*
6 *Cenſus eſt indiuiduus.*
7 *Venditor Cenſus, qui reſtituit emptori partem pretij, videtur voluiſſe recedere à Cenſu.*
8 *Pecunia ſimpliciter ſoluta cenſetur ſoluta, & recepta in cauſam fructuum, & non in cauſam ſortis,*
9 *Emptor Cenſus non poteſt cogere venditorem ad redimendum Cenſus, vel illius partem,*
10 *Actus non debet operari vltra intentionem agentis,*
11 *Extinctio rei præſupponit illius exiſtentiam,*

DECISIO CCLXXII.

1 FVIT reſolutum Cenſum non fuiſſe extinctum,† quia vt extinguatur Cenſus in eſſe deductus & perfectus requiritur actus retro ſimilis, *l. 1. C. quand. lic. ab empt. diſced. Rota in vna Romana Cenſus apothecarum, 28. Iunij, 1574. coram b.m. Cardinale Lancelotto in vna Romana Cenſus, 13. Iunij, 1589. coram b.m. Bubalo, & in alia Romana Cenſus, 3. Maij, 1596. coram R.P.D. meo Penia,* qui actus retroſimilis non interuenit in iſto caſu, ideo, &c. & quod actus retroſimilis conſtitutioni non interuenerit ex eo clarè apparet, quod numquam fuit deuentum
2 ad reſtitutionem pretij Cenſus, cuius † pretij traditio vltra conſenſum partium ſicut debuit interuenire in perfectione Conſtitutionis Cenſus ad tex. in *l. pretium, Inſtit. de empt. & vendit. & in l.2. §.1. & 2. in l. pacta conuenta, ff. eod.* & expreſsè cauetur
3 Conſtitutione *Pij V. de Cenſib.* † ita etiam reſtitutio illius fuit neceſſaria pro integra extinctione dicti Cenſus, *d.l.1. C. quand.lic. ab empt. diſced.*

Nec obſtare dixerunt Domini,quod fuit relaxatum mandatum etiam pro reſtitutione ſortis principalis loco damnorum,& intereſſe,& quod factum iudicis factum partis reputetur,quia fuit reſponſum
4 † quod per hoc non ſequitur quod emptori Cenſus fuerit reſtitutum pretium, quæ tñ reſtitutio fuit, vt dictum eſt,neceſſaria pro diſſolutione dicti Cenſus.

Nec obſtat *deciſio* aliàs facta *in illa Romana Cenſus coram R.P.D. meo Pamphilio,* quia in eo caſu non tantum fuerat relaxatum mandatum pro fructibus,
5 & reſtitutione ſortis principalis, † ſed vlterius fuerat proceſſum ad actualem reſtitutionem ipſius ſortis,ſeu partis illius,quo fit vt iure merito pro extin-
6 ctione in eo caſu fuerit pronunciatum; † tum ratione indiuiduitatis ipſius Cenſus, & pretij eiuſdem;
7 tum etiam † quia venditor Cenſus,qui reſtituit emptori pretium,ſeu partem illius in neceſſarium antecedens recedere voluiſſe videtur à dicto Cenſu ad tex. in *l. illud, ff. de acq.hered. & in l. ad rem mobilem, & in l. ad legatum, ff. de procur.*

Et ad illud motiuum deductum per informantes pro Domino Septimio,quod etiam procurator Domini Marci Lepidi in executione ſupradicti mandati relaxati pro fructibus, & ſorte principali recepit ſcuta tricenta nonaginta tria, fuit reſponſum
8 † ea ceſſiſſe in cauſam fructuum dicti Cenſus excurſorum,& non in cauſam ſortis principalis ad quam reſtituendam venditor Cenſus data perfectione ip-
9 ſius contractus † compelli minimè poteſt obſtantibus Conſtitutionibus *Martini & Pij V.* ex quarum lectura clarè conſtat in poteſtate quidem venditoris eſſe ſe quandocumque eximere à præſtatione Cenſus reſtituẽdo emptori ſortem principalem vnà cum fructibus decurſis, & non ſolutis; non autem eſſe in poteſtate ipſius emptoris repetere ſortem ipſam, aut partem illius.

Et quod videtur tollere omnem difficultatem in iſto caſu, eſt declaratio, quam partes ipſæ re adhuc integra fecerunt, quod ſcilicet, mens eorum numquam fuit recedere à dicto contractu Cenſus, immo voluiſſe,& velle illum perdurare in ſuo eſſe, & cla-
10 rum eſt actus † agentium operari non debere vltra eorum intentionem iuribus vulgaribus.

Ad illud verò quod Cenſus ipſe non potuerit validè conſtitui ſuper palatio ſubiecto perpetuo fideicommiſſo, expreſſeq. prohibito alienari, alienationis etiam latè ſumpto vocabulo,fuit reſponſum
11 nõ eſſe præſentis inſpectionis, ex † quo dum agitur de extinctione alicuius actus ipſe præſupponi debeat,cũ nõ ex his nullę ſint qualitates,& partes,&c.

R. P. D,

R. P. D. Litta, Romana Cenſus, Veneris 2. Aprilis, 1604.

SVMMARIA.

1 *Extinctio Cenſus non ſequitur, niſi interueniat actus priori ſimilis.*
2 *Mandatum ex coniecturis præſumitur.*
3 *Mandatum præſumitur ex impenſa in re ad alium ſpectante facta.*

DECISIO CCLXXIII.

DOMINI ſteterunt in reſolutis ſub die 10. Decembris proximè præteriti, rationibus tuuc deductis. Quibus minimè obſtare dixerunt, quod Cenſus nō videatur extinctus, cum ad dictum
1 effectum † requiratur actus retro ſimilis inductioni, vt aliàs coram me dictum fuit *in vna Romana Saluiani Interdicti*, quia ex reali ſolutione, ſeu reſtitutione capitalis ſortis ſuperque conſtare dicitur de actu retro ſimiſi impoſitionis, nec de conſenſu vtriuſque partis dubitari pōt, nempe hæredis emptoris Cenſus, qui pecunias recepit, & Portiæ debitricis dicti Cenſus, de cuius mandato pecuniæ ſolutæ fuerunt per illius procuratorem declarātem ſoluere pro ea, & de illius pecuniis. Et licet de mandato ipſius Portiæ non conſtet, illud tamen multum veriſimile eſt,
2 † & ex coniecturis præſumitur, *Caſſad. deciſ. 3. nu. 3. de procur.* coniectura aūt magna viſa fuit Dominis quę deducitur ex ſolutione ipſa, ad tex. in *l. cum de inde-*
3 *bito, ff. de probat.* & quia mādatum † præſumitur ex impēſa alicuius conſiderationis per aliquem in negotio ſpectante ad alium illius nomine facta, vt fuit tentum *in vna Tiraconenſi Canonicatus, & præbendæ, 28. Ianuarij, 1575. coram b. m. Cantuccio.* & aliàs ſæpè.

Et ad illud quod cenſus ipſe fuerit legatus viduis, & non hæredi fuit reſponſum ſufficienter in alia deciſione, quæ propterea placuit Dominis.

Illuſtriſſimo Cardinale Lancelotto, Romana Cenſus apothecarum, 28. Iunij, 1574.

SVMMARIA.

1 *Cenſus extinctio non probatur ex ſimplici quietantia.*
2 *Extinctio Cenſus requirit actum priori ſimilem.*

DECISIO CCLXXIV.

1 FVIT reſolutum non conſtare de extinctione Cenſus. Confeſſio † enim illa dominici non importat quietantiam ſortis principalis, ſed fructuum debitorum ex cauſa Cenſus.

Cum enim cenſus fuerit conſtitutus
2 titulo emptionis, & pretium ſolutum fuerit † non ſufficit nuda voluntas, ſed requiritur actus priori ſimilis, videlicet, retrouenditio, *l. 1. in fine, C. quando lic. ab empt. diſced. §. hoc amplius. Inſtit. quib. mod. tollit. obligat.*

R. P. D. Vbaldo, Romana reſciſſionis inſtrumenti, Lunæ 26. Nouembr. 1612.

SVMMARIA.

1 *Tranſactio in qua inſurgit læſio vltra tertiam partem, debet reſcindi.*
2 *Tranſactio pro ſui validitate requirit, vt aliquid hinc inde detur, vel recipiatur.*
3 *Cauſa friuola, & iniuſta, non validat ceſſionem.*
4 *Tranſactio vt dicatur læſiua, debet conſiderari dubius litis euentus.*
5 *Lis eſt de ſubſtantia tranſactionis.*
6 *Cenſus non extinguitur, niſi fiat reuenditio ad fauorem debitoris illius.*

DECISIO CCLXXV.

FVIT reſolutum tranſactionem de qua agitur, eſſe reſcindendam tamquam factam ſine cauſa, & cum læſione ex parte
1 mulieris † non ſolum vltra tertiam partem, ſed penè in totum, & ſic reſcindendam non ſolum de iure communi, *Bart. in l. 2. nu. 7. & ibi Cagnol. nu. 80. C. de reſcind. vend. Bart. in l. ſi quis cum alter, num. 5. ff. de verb. oblig. Corn. conſ. 116. ſub nu. 5. lib. 1. Dec. conſ. 216. col. 2. & conſ. 479. num. 11. & conſ. 551. nu. 6. Grat. conſ. 88. num. 3. lib. 1. Tiraq. de retract. conſangu. §. 24. Gloſ. 1. num. 4. Gabr. in tit. de empt. & vendit. concluſ. 1. num. 69. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 18. num. 61. par. 1.* quam opinionem ſeruat *Rota* tamquam veram, & magis communem, vt *in Tiraconenſi decimarum coram Robuſterio*, quæ eſt *deciſ. 102. num. 2. par. 1. diuerſ.* ſed etiam ex diſpoſitione *Statuti Vrbis, lib. 1. cap. 154.* Ceſſit enim Domina Deodata Domino Marco Antonio Sabatino cenſum ſcutorū centum duodecim cum dimidio, abſque eo quod aliquid ex dicta ceſſione reportauerit, cum tamen in
2 † tranſactione debeat ſempet aliquid hinc inde dari, vel recipi, *l. tranſactio nullo dato, C. de tranſact.*

Nec poteſt dici quod in recompēſam dictæ ceſſionis reportauerit ſcuta quingenta, quia iſta fuerunt data pro pretio annui cenſus per dictam Deodatam, impoſiti ſuper propriis bonis, & dicto Sabatino venditi.

Nec poteſt ſuffragari remiſſio cedulæ bancariæ cū narratiua quod nūquam dediſſet dicta ſcuta quingēta ſine cedula niſi Deodata ceſſiſſet poſſeſſionem dicti cenſus ſcutorū centum duodecim cō dimidio, quia nō fuit remiſſa ſimpliciter, ſed cum obligatione illā præſtandi quotieſcumque Deodata eſſet moroſa in ſolutione. Deinde cum remiſſio cedulæ nullo pacto correſpōdeat ceſſioni factæ ſcutorum centum
3 duodecim cū dimidio † ceſſio facta contemplatione iſtius cauſæ friuolæ, & iniuſtæ ſine dubio videtur reuocanda. *l. 1. in fine, & tot. tit. ff. de cond. ſine cauſa.* & fuit dictum *in hac cauſa, 27. Iunij præteriti coram me.*

4 Non obſtat quod † ad effectum læſionis in tranſactionibus habeatur ratio dubij litis euētus, quia in caſu noſtro talis euentus conſiderari poſſe nō videtur, cum nulla lis adeſſet ſuper dicto Cenſu, ſed tm̄ ſuper fructibus decurſis: etenim D. Deodata fuerat immiſſa in poſſeſſionē dicti cēſus vigore Saluiani interdicti p ſniam iudicis, à qua non fuerat appella-

tum,& illum pacificè poſſidebat tẽpore dictæ tran-
ſactionis,ex quo videtur ſequi quod neque potuerit
propriè tranſigi ſuper poſſeſſione dicti Cenſus,cum
5 non eſſet in lite, & † lis ſit de ſubſtantia tranſactio-
nis,vt fuit dictum *in Rauennatenſi bonorum,20.Maij,
1586,coram Seraphino*,& tranſactio nõ fiat ſuper iam
deciſis per rem iudicatam, *Dec.conſ.351,num.3. Ro-
ta in Carpentoractenſi bonorum coram Catta*, relata *in-
ter impreſſas deciſ.63.num.2, parte 1.*

Vltra quod etiam conſiderato dubio litis cuẽtus
iutrat enormis læſio. Quia cum iam Deodata repe-
riretur immiſſa in poſſeſſionem dicti Cenſus in vim
Saluiani,vt dictũ eſt, & ſic donec & quouſque fuiſ-
ſet ſatisfacta de ſuo credito alterius annui Cenſus
ſcutorum ducentorum viginti quinque, eueniebat
vt ſuo credito longè ſuperante dictũ cenſum, in cu-
ius poſſeſſionẽ immiſſa erat numquam potuiſſet in-
tegrè ſatisfieri,cum vtriuſque cenſus fructus perpe-
tuo currereut,& conſequenter dum in tranſactione
renunciauit huic poſſeſſioni abſque aliqua recom-
penſa conſtat eam fuiſſe plurimum læſam cum di-
miſerit poſſeſſionem perpetuo apud ſe remãſuram
propter difficultatem ſatisfactionis,vt dictum eſt.

Non obſtat quod in tranſactione eſſet data facul-
tas Deodatæ redeundi ad ſua iura,& ſic ad iſtũ cen-
ſum,diſcuſſis tamen aliis debitoribus: quia fuit re-
ſponſum quo ad perſonam, & bona Sabatini in di-
cto cenſu obligati ad illa in dicta tranſactione non
dari regreſſum D. Deodatæ, niſi factis omnibus di-
ligentiis aduerſus bona, & perſonas omnium obli-
gatorum in primo cenſu ſcutorum duorum millium
ducentorũ,quæ diligentiæ requirerent longiſſimum
temporis ſpatium, & lites ferè immortales, quibus
Deodata implicaretur, & exactio eſſet penè impoſ-
ſibilis, cum illi deceſſerint, vel ſint notoriè non ſol-
uendo, vt hic fuit oſtenſum per informantes.

Non obſtat quod Dominæ Deodatæ non com-
peteret ius ſuper dicto cenſu ſcutorum cẽtum duo-
decim cum dimidio, ex quo Sabatinus illum rede-
merat à Camillo Strotio,& ſic videbatur extinctus,
& conſequenter Deodata illius poſſeſſionem ce-
dendo non fuerit læſa: quia reſpondetur immo non
fuiſſe extinctum, ſed ſolum ceſſum ad fauorem Sa-
6 batini,† qui pretium non ſoluit nomine Ioannis de
armis,qui cenſum vendiderat, ſed nomine proprio
ad effectum non extinguendi, ſed ſibi acquirendi
cenſum vt conſtat ex ipſo ceſſionis inſtrumenti.

Et ex his,& aliis cumulatis per informantes Do-
mini reſoluerunt tranſactionem eſſe reuocandam.

DECISIO CCLXXVI.

DOMINI concluſerunt ſententiam A.
C. confirmandã eſſe nõ obſtante de-
fectu nullitatis,& iniuſtitię oppoſito;
quia non eſt verũ quod ſecunda ſen-
tentia ſit contraria primæ; Immo eſt
potius executio prioris, vltra quod poſtmodũ Do-
mini de Ferreis pluries comparuerunt coram A. C.
& conſenſerunt in iuriſdictionẽ illius, & conſequen
ter valida eſt ſententia; Quæ non eſt iniuſta; licet
enim ex forma contractus, & ex Bulla *felic. record.*
1 *Pij V.*† requireretur diſdicta per duos menſes ante,
hæc tamen effectualiter interuenit, quando Ferrei
die 9. Aprilis, 1579. fuerunt citati ad recipiendum
ſcuta ſeptem millia quingẽta auri in auro, cum fru-
ctibus decurſis,& non ſolutis, & ad faciendũ retro-
uenditionem in forma, & quando fuit depoſita ce-
2 dula,vt in 5.& 7.præſuppoſitis.† Quæ intimatio li-
cet pro forma requiratur, *Alex.conſ.27.num.1.lib.6.
Tiraq.de retractu Lignag.§.36.Glo.2.nu.27.in fine*, cir-
ca modũ tamen faciendi dictam intimationem nul-
3 la eſt tradita forma: ſufficit ergo † vt talia expri-
mantur ex quibus appareat partem cenſum redi-
mere velle, prout fuit factum in hoc caſu.

Nec poteſt dici cedul4m non ſuffragari, ex quo
requirebatur actualis numeratio, quia ex teſtibus
apparet quod pecuniæ re vera erant in bãnco, &
mercator ſæpius Ferreis præſentibus aureos extra-
xit,& aureos Ferreis oſtendit offerens aureos ſolue-
re, & ex tenore cedulæ apparet, quod erat libera.
Vltra quod procurator deponens cõſenſit quod ce-
dula conſignaretur ſine decreto Iudicis,ex quo tol-
litur effectus oblationis Dominorũ de Ferreis,dum
dixerunt ſe paratos recipere, quia procurator con-
ſentiendo, quod cedula, quæ erat libera conſigna-
retur ſine decreto Iudicis, & ipſi illam recipere no-
luerunt,clarè conſtat de mora illorum. Quæ cedula
licet non cõtineat integram ſummam reſpectu fru-
ctuum, ſatis nihilominus ſuffragatur; tum quia Fer-
rei acceptauerunt primam ſententiam A. C. man-
dantem caſſari inſtrumẽtum Cenſus, & reuendi ſo-
lutis ſcutis quinque millibus ſexcentis quinquagin-
ta de quibus in dicta cedula,& præſeruantem circa
reſiduum fructuum iura vtriuſque partis; tum etiam
quia 5.Iunij, 1579. fuit depoſita alia, quæ licet di-
cebat ad omne mandatum A. C. hoc non obſtante
Ferrei,27.Iunij, acceptauerũt dictam primam ſen-
tentiam A.C. latam 24. eiuſdem menſis.

In quam ſententiam Domini venerunt, quia ex
omnibus ſimul iunctis, & ex dictis teſtium liquet
clarè de mora Dominorum de Ferreis in recipien-
dis huiuſmodi pecuniis.

R. P. D. Aldobrandino, Romana præ- tenſi Cenſus, 15. Iunij, 1582.

SVMMARIA.

1 *In redemptione Cenſus debet neceſſario præcedere diſ-
dicta per duos menſes.*
2 *Diſdicta cenſus requiritur pro forma.*
3 *Diſdicta poteſt fieri quibuſcumque verbis aptis ad de-
clarandum animum redimendi.*

R. P. D. Iuſto, Anconitana bonorum, ſeu cenſuum, Lunæ 16. Februarij, 1604.

SVMMARIA.

1 *Tutor conſtitutus ad certum actum non poteſt circa alia
ſe intromittere.*
2 *Diſdicta ceſſante cenſus remanet integer.*

3 Geſta

3 *Geſta per tutorem, qui non ſatiſdedit, nec adimpleuit ſolemnia, ſunt valida.*

4 *Tutoris datio durante prioris tutoris impedimento, eſt valida, maximè cum Iudicis decreto.*

5 *Depoſitum factum non citata perſona legitima, eſt nullum.*

6 *Notario creditur de relatione citationis ſibi à nuncio facta.*

7 *Emptor cenſus intra annum diſdicta, poteſt ſortem principalem repetere.*

8 *Venditor Cenſus ſi ſinat labi ſemeſtre poſt factam diſdictam, non poteſt cogere emptorem cenſus ad illum reuendendum, niſi faciat nouam diſdictam.*

9 *Diſdicta cenſus fieri poteſt quibuſcumque verbis demonſtrantibus voluntatem redimendi.*

10 *Depoſitum legitimè factum in vim præcedentis diſdictæ, habet vim extinctionis Cēſus ex actu retroſimili.*

11 *Confeſſio in depoſito probat numerationem.*

12 *Depoſitum non vitiatur per adiectionem conditionum intrinſecarum.*

DECISIO CCLXXVII.

DVBIVM fuit propoſitum die Lunæ 12. Menſis Ianuarij proximè præteriti informantibus ſolis hæredibus b. m. Archiepiſcopi Theatini filij q. Petri de Leonibus, in quorum fauorem Domini tunc intellexerunt cenſum nō eſſe extinctum, & nihilominus poſtea auditis informantibus pro D. Io. Baptiſta Triūpho, mandarunt, vt iterum cauſam proponerem cum informationibus vtriuſque partis non aliter extenſa deciſione. Vnde iterū propoſui cauſam Lunæ die 16. Februarij anni 1594. & à Dominis contrarium fuit deciſum, videlicet, conſtare de extinctione Cenſus de quo agitur.

Et primò, dubitatum fuit circa diſdictam Cenſus, quam informantes pro dictis hæredibus dicebant non eſſe legitimè executam, quia Franciſcus de Alleis, cui fuit facta diſdicta erat conſtitutus tutor ad
1 certum actum tantum † vnde nō poterat cetera expedire, & cōſequenter nec etiam citari ad expediendum ad tradita per *Afflict. deciſ. 256. in fine*, cū aliis
2 deductis, & ita cum † diſdicta ſit requiſita à Conſtitutione *Pij V.* ſuper forma creandi Cenſus, ea deficiente cēſus remanet integer. quod tamen Domini non approbauerant, quoniam tam ex petitione Lauiniæ matris, & tūc tutricis, ad quam Iudex ſe retulit in decreto, quam ex acceptatione Frāciſci apparet, ꝙ Cōſtitutio fuit generalis durante excuſatione matris, quæ ſuper bonis q. Petri ſui viri volebat ſibi ſatisfieri de ſuis dotibus citata perſona legitima pro filiis minoribus, & infantibus, & hoc viſum fuit magis attendendum, quam illa verba poſita in inſtrumento ad ſupradicta peragēda. Quod etiam obſeruantia declarauit, ſiquidem Franciſcus verè geſſit ſe pro tutore, adiuit hæreditatē, cōfecit inuentarium, obtinuit licentiam à Iudice vendendi immobilia pro ſoluendis debitis, fuit conuentus vti tutor ſimpliciter, donec ſequuto eius obitu, vel alio impedimento Lauinia mater 27. Aprilis, 1591. reaſſumpſit tutelā, & obtinuit à Iudice illā ſibi decerni. Et licet
3 † nō ſatiſdederit, & nō adimpleuerit ſolēnia, nihilominus geſta remanent valida, vt fuit ſæpius deciſū.

Nec intrat hoc caſu regula quod his hæredib. habentibus matrē & tutricem non poterat dari tutor, ſed curator, & quod tutor non datur ad certū tem-
4 pus, quoniā immo † conſtitutio tutoris durante excuſatione matris eſt valida maximè cōcurrente Iudicis decreto, *l. 1. & ibi Gloſ. & alij, C. in quib. cauſ. tut. vel curat. habent.* vbi videatur *Cuiac. in paratitlis* allegās alias leges. *Corn. conſ. 17. ſub nu. 26. lib. 2.* dicens hoc caſu quod durante impedimento matris eſt locus datiuo, donec mater reaſſumat tutelam.

Secundò, circa oblationem, & depoſitū factum in vim huiuſmodi diſdictæ, duo opponebantur. Primò,
5 † quia nō præceſſit citatio, & intimatio fuit facta alteri perſonæ non legitimæ. ſ. cuidam Ioanni Ferrantino de cuius facultate nec etiam conſtat, qua mediāte potuerit recipere pretium redemptionis cenſus, & ſic depoſitum eſt nullum, *Doctor. in l. acceptā, C. de vſur. Alex.* poſt alios *in l. ſi mora, nu. 6. ff. ſol. matr. Anch. conſ. 86. num. 3. in fine, Rol. conſ. 63. nu. 31. lib. 1.* Huic obiectioni reſponderunt Domini, quod immo conſtat de citatione facta Ferrātino in Summar. Io. Baptiſtæ, *nu.* 14. Nec placet quod dicebatur de actu citationis non cōſtare, nam Notarius refert citationem nuncij in cedula, quam facto exhibuit, & produxit, & in hoc conueniunt nuncius, & Notarius,
6 † cui creditur *Cin. in l. ſi quis decurio, C. de falſ.* & deinde eidem Ferrātino fuit facta intimatio. cuius perſona erat ſatis legitima, quia erat deputatus à Lauinia matre poſtquam reaſſumpſerat onus tutelæ, vt cōſtat publico inſtrumento exhibito, quæ erat tutrix filiorum non ſolum reſpectu hæreditatis patrui, ſed etiam reſpectu hæreditatis patris, & vtrum videtur, vel quod non ſit ſolum cōſtitutus procurator ad lites ſtātibus clauſulis ceteratis in mandato, vel ſatis eſt quod huiuſmodi reſtitutio pretij Cenſus, & depoſitum fuerit infra annum approbatū ab ipſa Lauinia, vt patet inferius, & durante anno diſ-
7 dictæ † emptor Cenſus poteſt pecunias recuperare, cuius emptoris vices ſuſtinebat Lauinia mater, & tutrix. Secundò, opponebatur quod oblatio, & depoſitum fuit factū poſt bimeſtre à die diſdictæ, quæ fuit facta Franciſco die 9. Aprilis, & depoſitum prima Iulij ſubſequentis, quo caſu, quidquid dicēdum ſit de emptore cenſus, qui potuit recuperare etiā ab
8 initio intra annum, tamen † venditor cenſus nō poteſt cogere emptorem poſt bimeſtre, niſi facta noua diſdicta, vt habetur in *Conſtitutione Pij V. §. cum verò.* & facit *Anch. conſ. 86. Incipit pro faciliori, nu. 5.* Cui motiuo, omiſſa hac diſputatione nouæ diſdictæ, Domini ſatisfecerunt in effectu: quia in hoc caſu adeſt citatio contra Ferrantinum actorē ad lites, quæ habet vim nouæ diſdictæ, vt in terminis fuit deciſum *in vna Romana Cenſus, 13. Iun. 1582. coram Sanctiſſimo Domino noſtro,* & ibi fuit dictū quod licet requiratur diſdicta, tamen circa modum diſdictæ faciēdæ nul-
9 la eſt data forma, & ſufficit † quod talia exprimantur, ex quibus appareat vēditorem cenſus redimere velle; & ibi aderat citatio ad recipiendū ſortē principalē cū fructib. & in hoc caſu à die citationis, quæ fuit 22. Iunij, 1591. fuit factū depoſitū intra bimeſtre. ſ. prima Iulij ſubſequētis in cōtanti penes Nappū à Iudice deputatū, & iudex mandauit intimari, & fuit facta intimatio 4. eiuſdem menſis. Necnon

depoſitum ex mandato Iudicis in vim diſdictæ, in qua dicebatur quod pecuniæ deponantur, & amplius fructus non curant, quæ ſi non ſunt repetita in decreto depoſiti, ſufficit quod decretum ſit factum in executionem diſdictæ,
10 † & ita habet vim extinctionis Cenſus ex acta retroſimili ſecundum terminos, *l. ab emptione, ff. de pact. vbi Doctor. Rota coram Litta in illa Romana Saluiani Interdicti, 23. Iunij, 1600.*

Neque præmiſſis obſtat dicere quod depoſitum
11 non fuit actuale, † quia confeſſio in depoſito numerationem probat, vt in his terminis fuit dictum *coram me in Romana Cenſus, 9. Aprilis, 1601.*

Et demum Domini exiſtimauerunt ceſſare omnes difficultates propoſitas ex ſubſequenti ratificatione Lauiniæ matris, & tutricis, quia facto prædicto depoſito penes Nappum Lauinia inſtetit pro conſignatione pecuniarum depoſitarum, vt ex ipſis ſibi ſatisfieret de ſuis dotibus, producendo inſtrumentum depoſiti coram Gubernatore Anconæ licet non obtinuerit ea ratione, quia pecuniæ depoſitæ erant inueſtiēdæ pro cautione Sanctiſſimæ Domus Lauretanę, & cum Ioan. Baptiſta Arca tunc ratione cuiuſdam ceſſionis habitæ à camera Apoſtolica pro quibuſdam prætenſis ſpoliis egiſſet contra depoſitarium, ſeu contra hæredes, vel eorum procuratorem, & obtinuiſſet mandatum, nihilominus Illuſtriſſimus Protector Domus Lauretanæ curauit, quod ex eiſdem pecuniis depoſitatis in pecunia numerata emeretur Cēſus ab Equite Bartholomeo Fanello fratre Lauiniæ, & huius cēſus datur inſtrumentum publicum celebratum ſub die 24. Iulij, 1593. Et quidquid ſit de iſto Cenſu approbatus fuit à Lauinia, quæ recepit fructus, quos recuperauit mediante lite ab Arca, qui exegerat à Fanello cum cautione de reſtituendo, vt reſtituit, Lauiniæ anteriori creditrici pro ſua dote, & ipſe Fanellus ſoluit cum intentione repetendi ſummam ſolutam vnà cum damnis ab eodem Arca, & fideiuſſore tāquam creditor q. Petri Leonij anterior ipſo Arca, ita vt ſi in extinctione Cenſus Domini Triumphi adeſt aliquis defectus, quem non videbant Domini, ſatis ſuppletur ex poſtea geſtis per Lauiniam matrem, & tutricem.

Non obſtat quod omnia dicantur à Lauinia geſta vti creditrice ſuæ dotis; non autem vti tutrice; quia neceſſario adeſt implicita ratificatio etiam vt à tutrice, cum agere non potuerit contra iſtas pecunias ſpectantes ad filios ſuos hæredes, niſi antecedente ratificatione extinctionis Cenſus à qua pecuniæ proueniebant in filios ſuos, & hæredes q. Petri Leonij patris. pro qua exactione ita intendebāt agentes pro matre, vt ita non curarent pecunias depoſitas inueſtire, & minores remanere ſine fructibus pecuniarum, quas habebant pro pecuniis ipſorum minorum.

Nec faciunt conditiones, quibus factum eſt depoſitum, ſcilicet, vt pecuniæ inueſtirentur, quoniam hoc continebatur in decreto, & erat faciendum in-
12 ueſtimentum ex pacto, † vnde iſtæ conditiones intrinſecæ non vitiant, *Doctor. in l. acceptam, C. de vſur.* ex quibus concluſum fuit conſtare de valida diſdicta, oblatione, & depoſito & de extinctione Cenſus Dominorum de Triumphis.

R. P. D. Vbaldo, Anconitana Cenſuum, Mercurij 27. Nouembris, 1613.

SVMMARIA.

1 *Relationuncij ſe citaſſe prout in cedula, non releuat ſi totus tenor citationis non ſit regiſtratus apud acta.*
Limit. ſi Notarius non referat ſe ad acta, num. 3.
2 *Notario aſſerenti fuiſſe productum mandatum non creditur, niſi totus tenor mandati apud acta regiſtretur.*
4 *Citatio debet eſſe certa.*
5 *Scriptura informis non probat.*
6 *Notario aſſerenti ſe vidiſſe inſtrumentum, & illud legiſſe non creditur circa diſpoſita in inſtrumento.*
7 *Diſdicta Cenſus non poteſt fieri pupillo.*
8 *Sed debet fieri legitimo Tutori, & num. 12.*
9 *Lis non dicitur finita per ſententiam, ſi non fuerit mandata executioni.*
10 *Mater habens litem cum pupillo cuius eſt tutrix, non remouetur à tutela* [illegible]
11 *Sed datur illi adiunctus.*
13 *Tutor adiunctus ſi non permittatur adminiſtrare, redditur ſuſpectus alius tutor, qui præſtat impedimentum.*
14 *Geſta per tutorem per Iudicem ſiue bene, ſiue male decretum, valent.*
15 *Debitor ſoluens tutori putatiuo, liberatur.*
16 *Intellige dummodo pecuniæ ſint verſæ in vtilitatem pupilli.*
17 *Proteſtatio declaratoria non poteſt fieri procuratori, niſi quando dominus haberi non poteſt.*
18 *Interpellatio facta hæredibus propter obligationem auctoris non releuat, niſi certiorentur de obligatione.*
19 *Tutor agens nomine proprio non præiudicat pupillo.*
20 *Nullum quod eſt ratificari non poteſt.*
21 *Immobilia minorum non poſſunt alienari ſine ſolemnitatibus.*
22 *Qui vult conſequens non cenſetur velle antecedens neceſſarium, quando deficit poteſtas.*
23 *Scientia ſuperueniens cum actu non inducit ratificationem actus nulli, niſi probetur etiam ſcientia nullitatis.*
24 *Scientia nullitatis actus ad effectum inducendi ratificationem non ſufficit generica, ſed debet eſſe plena, & certa iuris & facti.*
25 *Ratificatio vt ex actu reſultet opus eſt vt actus, qui geritur de neceſſitate importet ratificationem.*
Et quod ſit factus cum eo, qui ratificationem prætendit, num. 27.
26 *Ratificatio excluditur ex qualibet iuſta cauſa.*

DECISIO CCLXXVIII.

FVIT deciſum in hac cauſa 24. Maij præteriti conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum illorum de Leonibus ex rationibus deductis in Deciſione, quæ ad duas potiſſimum redigebantur; tum ob defectum diſdictæ cenſuum de quibus agitur; tum ob inualiditatem depoſiti, nec potuiſſe, fuit additum, prælatos defectus ex af-

ferta

ferta ratificatione Lauiniæ matris pupillorum de
Leonibus ſuppleri. Sed quia præfata omnia impu-
gnabantur per Triumphos, volui eos ſuper eiuſdem
iterum audire, & Domini re maturè diſcuſſa, cen-
ſuerunt ſtandum in deciſis.

Et quo ad diſdictā illius nullitas videbatur clara
ex defectu citationis, prout in deciſione. Licet enim
Notarius aſſerat nunciū retuliſſe ſe citaſſe prout in
1 cedula, illa tamen † nō eſt integrè regiſtrata in actis,
& ſic non conſtat de tenore citationis ex allegatis,
per *Felin. in cap. quoniam contra, ſub num. 51. de probat.*
Rota deciſ. 55. parte 1. Pariſ. conſ. 31. num. 14. lib. 4. &
tenuit *Rota in cauſa Lauretana bonorum*, 28. *Iun.* 1604.
coram b. m. Penia, vt in copia, quæ data fuit, quod
confirmabatur ex doctrina *Innoc. in cap. cum in iure,*
num. 6. de offic. delegat. Angel. in repetit. l. ſciendum, nu.
19. *ff. de verb. oblig.* quos & alios refert, & ſequitur
Alex. conſ. 6. num. 7. in fine, & nu. 8. lib. 4. vbi tradit,
2 quod ſi † Notarius actotum ſcribat in actis qualiter
Titius produxit inſtrumentū mandati, per hoc non
probatur tale mandatum, niſi totus effectus illius
inſtrumenti ſit regiſtratus apud acta, & idem ſentit
Alex. in Auth. ſi quis in aliquo, in 7. fallent. nu. 9. & ibi
Dec. num. 25. C. de eden. plenè *Boer. deciſ. 281. num. 6.*
& ſequentibus.

Neque obſtat *Cin. in l. ſi quis Decurio. C. de falſ.* vbi
3 voluit † nō ſolum fidem adhiberi Notario circa re-
lationem citationis nuncij, ſed etiam in concurſu
magis credi Notario ſcriberi nunciū citaſſe, quam
ipſi Nuncio id neganti: quia fuit reſponſum in caſu
Cini fuiſſe ſpecificatum nomen nuncij, & quid fuiſ-
ſet facta citatio nec ſe retuliſſe Notarium ad cedu-
lam; hic autem nomen nuncij eſt in albis, nec ap-
paret ad quam rem emanauerit citatio, immo nec
perſona citati eſt certa, cum ſit poſita alternatiuè
per hæc verba, & in termino citationis factæ filiis
Domini Petri, ſeu Ioanni Ferrantino eorum aſſerto
4 tutori, &c. & tamen † citatio debet eſſe certa, vt eſt
tex. in *l. aut quod aliter. ff. quod vi aut clam.* & tandem
expreſsè eſt facta relatio ad cedulam, quæ non re-
petitur. Immo ex hoc ſolo dicebat vnus ex Domi-
nis doctrinam Cini nō applicari, quatenus ibi cir-
ca finem dicit, quod cum in eo caſu ſcriptura No-
tarij habeat ſuam formam dictum alterius illi non
præiudicat, ſed in hoc caſu ſcriptura Notarij non
habet ſuam formam ex quo eſt relatiua ad cedu-
5 lam, qua non exhibita † tamquam ſcriptura infor-
mis non probat, iuxt. not. in *d. Auth. ſi quis in aliquo,*
C. de eden.

Nec valet dicere citationis tenorem poſſe aliun-
de probari, videlicet, ex decreto Iudicis & intima-
tione poſtea facta ipſi Ferrantino, qui non contra-
dixit, ad exemplum Iudicis, qui in ſententia præ-
ſentibus, & tacentibus partibus lata dicat viſo li-
bello, & viſa citatione, &c. iuxta tradita per *Felin.*
in d. cap. quoniam contra, num. 36. de probat.; tum quia
ipſemet *Felin. ibidem, verſic. ſed conſidera,* recedit ab
hac ſententia, & reddit rationem; tum quia eſt
6 communis opinio, quod † Notario non credatur ſi
dicat prout conſtat tali inſtrumento à me viſo, &
lecto, vt poſt plures allegatos teſtatur *Soc. iun. conſ.*
57. *num. 4. lib. 1.* & eadem eſt ratio ſi atteſtetur iudi-
cem dixiſſe, prout ſupra.

Accedebant aliæ nullitates eiuſdem diſdictæ con-
ſideratæ in Deciſione, quæ Dominis placuerunt.
7 Nam † ipſis pupillis talis diſdicta nec facta eſt, nec
fieri poterat, *Bart. in l. ſi ex legati cauſa, num. 3. ff. de*
8 *verborum obligat.* Sed debebat fieri eorum † legiti-
mo tutori, præſertim ad conſtituendos pupillos in
mora, *l. ſed ſi ex ſtipulatu, & ibi Gloſ. & Bart. in le-*
ctura, ſub d. l. ſi ex legati cauſa, ſub num. 3. & ibi Caſtr.
num. 4. ff. de verborum obligat. & eſt tex. in *l. ſi dictum,*
§. fin. & ibi Gloſ. in verbo, pupillo, vbi Odofred. Bar. &
Angel. ff. de euict. Mater autem quamuis eſſet reli-
cta tutrix, in teſtamento tamen tutelæ renunciaue-
rat, & obtinuerat dari tutorem Franciſcum Alleum
cui non legitur facta hæc ſecunda diſdicta de qua
agimus, ſed ſolum Ioanni Ferrantino procuratori
ad lites conſtituto à Lauinia matre poſt decretam
ſibi tutelam Iudicis auctoritate occaſione bono-
rum, ſeu hæreditatis patrui dictorum pupillorum il-
lis delatæ, quo tempore prætenſæ reaſſumptionis
adhuc viuebat Alleus cui per dictum decretum tu-
telæ ad fauorem matris præiudicari potuiſſe non
videtur, & licet Alleus fuiſſet datus tantum ob im-
pedimentum litis, quam mater habebat cum pu-
pillis ob repetitionem ſuæ dotis, tamen illud im-
pedimentum adhuc durabat, quamuis emanaſſet
9 ſententia pro matre, cum † lis non dicatur finita
per ſententiam niſi fuerit executioni demandata,
Mohed. deciſ. 3. num. 3. vt lite pendente, Sarnenſ. in re-
gula de annal. quæſt. 44. in princ. & per totum, Lancell.
de attentat. in 2. parte, in Præfat. num. 234. Vltra quod
mater non aſſumpſit tutelam virtute dicti decreti
ex hoc capite ceſſantis impedimenti, neque illud
narrauit Iudici, ſed ex cauſa hæreditatis patrui pu-
pillorum, vt dictum eſt, ad cuius inuentarium con-
ficiendum, & ad agendum incontinenti procurato-
rem conſtituit Ferrantinum, vt in Summar. Domi-
norum de Triumphis, *num. 9. &* 10.
10 Non obſtat quod † mater licet habeat litem cum
pupillo non remoueatur à tutela, *Auth. ad hæc, C.*
quando mul. tutel. offic. fung. poſſ. quia reſpondeba-
11 tur, quod in omnem euentum † datur illis adiun-
ctus, *Bal. Salic. & alij, in Auth. matri, & auiæ, C. eod.*
tit. Afflict. deciſ. 207. num. 1. prout fuit datus Alleus,
12 † qui & ipſe citandus erat, *l. Titium, & Mæuium, in*
13 *princ. vbi Bart. ff. de admin. tutor.* † Immo ſi non per-
mittatur adminiſtrare mater redditur ſuſpecta. *Af-*
flict. vbi ſupra, num. 2.
14 Non obſtat quod † mater tamquam tutrix de-
putata à Iudice ſiue benè, ſiue malè pro tali ſe ge-
rebat, & ideo actus cum ea geſti ſuſtineantur, &
15 in ſpecie quod debitores illi ſoluentes † fuerint li-
berati, ad tex. in *l. debitores, ff. de ſolut.* cum allega-
tis, quia motiuum poſſet applicari ſi ipſa mater fuiſ-
ſet citata pro redemptione Cenſus de quo agitur,
ſed cum fuerit citatus procurator ad alia conſtitu-
16 tus ceſſat obiectum, præter quam quod † *dicta l. de-*
bitores, procedit ſi pecunia in rem pupilli peruenit,
vt ibi dicitur; iſto autem caſu pupilli negant ſe con-
ſequutos fuiſſe pretium cenſus.

Accedebat etiam ex mente vnius ex Dominis,
quod etiam ſi procurator fuiſſet ſufficiens, tamen
17 iſta † proteſtatio animi declaratoria, prout eſt diſ-
dicta Cenſus non poterat fieri procuratori, niſi in
ſubſidium, quando dominus haberi non poſſit, *l. aut*
qui aliter, §. & ſi forte, ff. quod vi aut clam. Alex. in l. nō

ſolum,§.morte,num.37. verſ.item adde,& ibi Iaſ. num.
33. verſ.vbi enim,ff. de noui oper. nunc. Et in omnem
18 caſum cum interpellatio † fieret minoribus ex obli-
gatione patris,& non propria; quamuis fuiſſet facta
tutori,tamen debebat reddi certus per oſtẽſionem
inſtrumẽtorum, vel alio modo, aliàs nihil nocebat,
Bart.in d.l.ſi ex legati cauſa,num.9.ff,de verb.oblig.

Circa depoſitum placuerunt Dominis aliàs de-
dicta: non enim dubium eſt quin nullitates prædi-
ctæ diſdictæ influant in depoſitũ poſtea ſequutum.

Quo verò ad ratificationem Dominæ Lauiniæ
cenſuerunt Domini illã non ſuffragari ad effectum,
vt præiudicauerit pupillis quo ad cenſus extinctio-
nem ſtantibus nullitatibus ſupradictis. Et licet ege-
rit ad pecunias depoſitatas conſequendas pro ſua
dote,& ſic videatur ratificaſſe depoſitum factum in
extinctionem Cẽſus tamquam neceſſarium antece-
19 dens,† tamen ex quo egit nomine proprio non po-
tuit afferre præiudicium pupillis, quorum cauſa eſt
ſeparata,ſicut filius à patre exhæredatus pupilli ſui
nomine agnoſcens legatum in eodem teſtamento
relictum non ſibi preiudicat,quominus proprio no-
mine dicere poſſit inofficiorum teſtamentum pa-
ternum,& è contrario tutor, qui pupilli exhæreda-
ti nomine agit querela non amittit legatum ſibi
aſcriptum, *§.ſi tutor. Inſtit. de inoff. teſtam.* diſcreta
enim ſunt iura quamuis plura in eandem perſonam
deuenerint aliud tutoris, aliud legatarij, vt dicit
tex.in *l.tutorem.ff.de his quib. vt indign.* Et ſtantibus
præfatis nullitatibus diſdictæ,& depoſiti,nec etiam
tamquam tutrix potuiſſet ratificare prætenſam ex-
20 tinctionem Cenſus; tum quia † quod nullum eſt ra-
tificari non poteſt, *Bart.in l.obſeruare,in fine.ff.de of-
fic.proconſ,Dec.in l.ſemper,nu.16.ff.de regul. iur.* cum
aliis per *Houded,conſ.38.nu.19.lib.1.*; tum quia fuiſ-
ſet alienatio voluntaria Cẽſus, & ſic rei immobilis,
21 † quæ ſine decreto, & aliis ſolemnitatibus fieri non
poterat,*tot.tit.ff,de reb,eor,Gabr.conſ.49.nu.77. lib.2.*
22 & fuit firmatum in *d.deciſ,in fine.* † Vnde regula qui
vult conſequens,&c. non applicatur,quia non pro-
cedit deficiente poteſtate in eo, qui vult conſe-
quens, *Euerard, in loco à conſequent,num.4. Aim.conſ,
134. num 45.*

Non obſtat actus receptionis pecuniarum factam
per Lauiniam de fructibus prætenſi Cenſus impoſi-
ti per Fanellum ex pretio Cenſus aliàs impoſiti per
Triumphos, quæ receptio non videtur fieri potuiſ-
ſe,niſi præcedente ratificatione diſdictæ,depoſiti,&
illius conſignationis, & tãdem Cenſus impoſiti per
Fanellum ex allegatis pro Triumphis, & præſertim
quia non videtur,quod negari poſſit ſcientia Laui-
niæ ex ſequeſtro facto ad eius inſtantiam penes Fa-
nellum,ex lite habita cum Atca,& eius vxore ſuper
anterioritate ſuorum iurium, & ſententia lata ad
eius fauorem, & aliis conſideratis per informan-
23 tes: quia fuit reſponſum, † quod ſcientia ſuperue-
niens cum actu non inducit ratificationem actus,
qui fuit nullus,& quem Lauinia potuit credere va-
lidum,niſi probetur etiam ſcientia nullitatis, *l.ma-*
24 *ter, §.ceterum, ff. de inoffic. teſtam.* Immo non † ſuffi-
cit ſcientia in genere, ſed debet eſſe plena,& certa
iuris, & facti, *Bald. in l.mater, colum.2. C.de rei ven-
dic.Gabr.conſ.36.num.59.in fine, & num.60.lib.1.&
conſ.62.num.27.lib.2,*

25 Accedit † quod ad hoc vt ex facto inducatur ra-
tificatio neceſſe eſt vt factum æquiualeat verbis, &
ſit tale quod fieri non poſſit, niſi actus ratus habea-
tur, *Bart.& Caſtr.in l.Paulus,ff.rem rata habere,Are-
tin.conſ.128.colum.2,num.6. Gabr.d.conſ.36. num.57.
lib.1.* ſecus ſi factum neceſſario ratihabitionem non
arguat, ſed præſumi poſſit illud ob aliam cauſam
geſtum, vt per *Gabr.loco citato,* & per eundem *conſ.
180.num,17,lib.2.*

Hic autem præſumi poteſt Lauiniam non cogi-
taſſe de ratificatione, ſed egiſſe, vt ſuã dotem con-
26 ſequeretur.& aliàs quelibet iuſta cauſa excludit ra-
tificationem, *d.l.matrem.§.ceterum, de inoff. teſtam.
Ang.in d,l.Paulus,ff,rem rat,habere,Gabr,d.conſ.36.*
27 *num.57.* Vbi etiam ſubdit neceſſe eſſe † vt is actus
ex quo prætenditur ratihabitio ſit geſtus cum par-
te,quæ illam prætendit, *Aret.d,conſ.128.col.2.*& id
putat *Gabr.* eſſe veriſſimum. Lauinia verò actus ex
quibus pretenditur ratificatio nõ geſſit cum Trium-
phis,ſed cum aliis,nec intra tempus anni iuxta for-
mam Bullæ.

Ex quibus Domini concluſerunt ſtandum eſſe in
deciſis.

R. P. D. Vbaldo, Tiburtina Cenſus, Mercurij 17. Iunij, 1615.

SVMMARIA.

1 *Læſio præbet cauſam reſtitutioni in integrum.*
2 *Reſtitutio aduerſus ſententiam datur ob quamcumque iniuſtitiam.*
3 *Agens vt hæres tenetur probare ſe eſſe talem.*
4 *Teſtamentum non præſumitur.*
5 *Materna ſucceſſio ſpectat ad filios.*
6 *Hæres vt quis ſit non ſufficit, quod ſit in gradu ſucceſſibili,niſi doceat de aditione.*
7 *Creditor cum hypotheca præfertur reſpectu bonorum creditori habenti ſolam actionem perſonalem.*
8 *Hypotheca non datur vbi non adeſt creditum.*
9 *Pretium bonorum hæreditariorum imputatur in creditum hæredis cum beneficio hæredis vendentis.*
10 *Liber Cataſtri facit aliquam fidem.*
11 *Præſertim ſi concurrant adminicula.*
12 *Eccleſia reſtituitur de iure aduerſus ſententiam.*

DECISIO CCLXXIX.

OBTINVERAT venerabile Collegiũ
Societatis IESV Ciuitatis Tiburtinæ
mandatum executiuum ratione Cen-
ſus ſcutorũ quadraginta, pro quo ceſ-
ſionem reportauerat à Communitate
S.Angeli,cui q. Leonardus Sixtus illum vendiderat.
ſed in gradu appellationis Vincentius,& Antonius
filij, & hæredes eiuſdem Leonardi obtinuerunt per
ſentẽtiam declarari eos remanere creditores in bo-
nisq́ hæreditariis Leonardi in ſcutis mille tricentis
vigintiduobus, & baiocchis quadraginta, & etiam
eos eſſe potiores, & anteriores, & poſſe retinere tot
bona hæreditaria aſcẽdentia ad prędictã ſummam.
In gradu aũt reſtitutionis commiſſa cauſa, cũ voto
Rotæ fuit dubitatum, An eſſet locus reſtitutioni,&
fuit

Digitized by Google

fuit vtraque parte informãte affirmatiuè reſolutum,
Quia ſatis videbatur doceri de iniuſtitia ſenrentiæ
1 aduerſus Collegium latæ ex qua reſultat læſio, † quæ
ptæbet cauſam reſtitutioni. *Rota deciſ. 1. de reſtit. in
integr. in non. & deciſ. 5. eod. tit. in antiq. & apud Sera-*
2 *phinum, deciſ. 245. nu. 2.* quæ iniuſtitia † ad dictũ effe-
ctum ſufficit qualis qualis, etiam ſi non ſit notoria,
*Cæſar de Graſſ. deciſ. 10. nu. 12. de re iudic. Seraph. deciſ.
251. num. 1.* & fuit dictum *in Anconitana Cenſuum,
24. Maij, 1613. coram me, & in Giennenſi Capellaniæ,
1. Iulij eiuſdem anni, coram R. P. D. meo Caualerio.*

Iniuſtitia autem ſententiæ cõtinentis plures par-
tes deducebatur. Primò, quia quo ad primam pat-
titam ſcutorum tricentorum ſeptuaginta quinque
pro dote Laurentiæ primæ vxoris Leonatdi licet
creditum videretut iuſtificatum ex inſtrumento ce-
lebrato de anno 1554. 12. Ianuarij, in quo Leo-
nardus confeſſus fuit dictam dotem ducatorum
quingentorum ad rationem baiochotum ſeptua-
ginta quinque, quæ prædictam ſummam cõficiunt,
& ſic videretur conſtare de credito, & anterioritate
3 Laurentiæ, tamen † non probatur Vincentium, &
Antonium fuiſſe hæredes Laurentiæ nouercæ prout
requiritur. *Bal. conſ. 374. num. 3. lib. 4. Seraph. deciſ.
824. num. 4.* Nec etiam docent de aliquo teſtamen-
to, in quo fuerint ab ea inſtituti, vel ſubſtituti,
4 † quod tamquam quid facti nõn præſumitur. *Alex.
in l. is poteſt, num. 19. ff. de acq. hæred. Doctor. in l. ſi
emancipati, vbi Cagnol. num. 66. Rim. iun. num. 33. &
ſeqq.* vbi *num. 36.* de magis communi teſtatur, *C. de
collat.* cum aliis pet *Cardinal. Mantica, de coniectur.
vlt. volunt. lib. 2. tit. 1. num. 3. verſ. ſed contrariam,
cum pluribus ſeqq.*

Nec poſſunt prætendere aliquam ſucceſſionem
ab inteſtato, ſiquidem de tempore obitus dictæ
Laurentiæ ipſi non erant in rerum natura, & ipſa
deceſſit cum filiis, vt benè probant teſtes dari pro
5 Collegio in Summar. num. 4. † quibus debita erat
materna ſucceſſio, *Auth. in ſucceſſione, C. de ſuis &
legitim.* Nec faciunt teſtes deponentes ex filiis Lau-
rentiæ ſuperſtitem fuiſſe Virginium, qui poſt ſe re-
liqui: Vincentium, & Antonium; quia non inde ſe-
quitur Vincentium, & Antonium adiuiſſe hæredi-
tatem Virginij, vt tequiritur ad effectum vt ipſi poſ-
ſint prætendere creditum dotale ipſius Laurentiæ.
ſicut nec etiam probatur quod Virginius, & alij filij
Laurentiæ fuerint ipſius hæredes, cum non ſufficiat
6 † quod aliquis ſit in gradu ſucceſſibili, ſed requiri-
rur adirio, *l. 3. §. ſi quis ita, ff. de hæred. inſt. Dec. conſ.
445. num. 53. in fine, & ſeq.* & fuit dictum *in Vrbe-
uetana fideicommiſſi, 20. Februarij, & 25. Maij, 1612,
coram R. P. D. meo nunc Decano.*

Et eadem ratione nec videbatur ſubſiſtere par-
tita ſcutorum tricentotum quadraginta pro pretio
domus Laurentiæ pet Leonardum, qui eam vendi-
dit, recepto; tum quia non probatut vt dixi, iſtos
filios eſſe hætedes Laurentiæ; tum etiam quia non
probatur dictam domum fuiſſe in bonis Lantentiæ.
Nec facit inſtrumentum in quo Leonardus fatetur
pretium dictæ domus recepiſſe, & emptoribus ple-
nariam quietantiam facit non ſolum pro ſe, ſed no-
mine etiam filiorum ex Laurentia ptocreatorum:
quia vltra quod ex hoc non neceſſario infertut do-
mum ſpectaſſe ad dictos filios, cum potuerit fieri eo-
rum mentio pro maiori ſecuritate emptorum. Nec
etiam conſtat Vincentium, & Antonium, vt etiam
dixi, eſſe hæredes filiorum Laurentiæ. Et in om-
nem euentum non potuerunt declarari priores, &
potiores creditores Collegio, quia pro recuperatio-
ne iſtius ſummæ non videtur competere aliqua hy-
potheca, ſed ſolum actio perſonalis, & conſequen-
7 ter † collegium habens pro ſuo credito obligata
omnia bona Leonatdi eſt illis præferendam, etiam
ſi illius creditum ſit poſterius, *l. Priuilegia, & ibi
Ripa, num. 3. in 2. not. ff. de priuileg. credit. Neguſ. de
pignor. in 2. memb. 1. part. princip. num. 2.*

Vlterius detegitur iniuſta dicta ſententia etiam
quo ad partitam ſcutorum ducentorum triginta pro
parte dotis Paulæ ſecundæ vxoris Leonardi: quia ex
ipſomet inſtrumento conſtitutionis dotis pro hære-
dibus producto, apparet dotem huiuſmodi fuiſſe
conſtitutam in accollatione trium Cenſuum in to-
tum aſcendentium ad ſummam ſcutorum ducento-
rum ttiginta, & reſiduum promiſſum in pecunia
numerata, & tamen de extinctione dictorum Cen-
ſuum nullibi docetur, & ſic cum non conſtet cum
pecunia dotali fuiſſe extinctum debitum Leonardi
ratione duorum Cenſuum, ceſſat creditum filiorum
8 Paulæ, † ſine quo ipſis non poteſt competere ali-
quod vis, vel hypotheca, *Aret. in §. item Seruiana, in
fine, Inſt. de act. Menoch. de adipiſc. remed. 3. num. 162.
verſ. illud etiam.*

Præterea quo ad partitas Vidaſco ſolutas pro
fructibus, & extinctione duorum Cenſuum licer il-
læ iuſtificentur ex iuribus datis pro parte illorum
de Sixtis, tamen difficultatem faciebant venditio-
nes bonorum patris per eos factæ aſcendentes ad
maiorem ſummam, quam ſcutorum quadringento-
rum octuaginta taxatam in ſententia, vt conſtat ex
inſtrumentis datis in Summat. Collegij, num. 6. ex
quorum bonorum pretio vel erat facienda ſolutio
9 Vidaſco, † vel illud erat imputandum in prætenſum
creditum hæredum, iuxta not. pet omnes, *in l. vl-
tima, §. in computatione, C. de iure deliber. Peregr. de
fideic. art. 35. num. 23. & art. 39. per tot.* Et videre-
tur etiam habenda ratio fructuum hæteditatis per
hæredes perceptorum, cum quibus ſoluendi erant
fructus Cenſuum. Præſertim cum non conſtet hære-
ditatem fuiſſe non ſoluendo, prout nec præſumitur.

Tandem quia in ſententia ſeparantur horti ſiti in
Ciuitate Tiburtina in vocabulo à Zagarolo, ſub
prætextu quod fuerint hæteditarij Laurentiæ. Vl-
tra quod viget eadem ratio de qua ſupra, quod iſti
de Sixtis non probant ſe eſſe hæredes Lautentiæ,
nec etiam conſtat eos fuiſſe in hæreditate Lauren-
tiæ, immo in inſtrumento dotis ipſius aſſignantur
ſibi alia bona, nec docetut Laurentiam eos habuiſ-
ſe aliunde, & in inſtrumento dotis Paulæ ſecundæ
vxoris enunciatur Leonardum habuiſſe hortum in
Ciuitate Tiburtina in loco nuncupato à Zagarolo,
& ſuper eo Cenſum. Quod confirmatur tum ex ar-
ticulis daris pro parte hæredum, in quibus contine-
tur hortos ſpectare iure dominij, & poſſeſſionis ad
Leonardum; tum ex teſtibus pro ipſis hæredibus in-
ductis id ipſum deponentibus; tum & poſtremò ex
Cataſtro publico eiuſdem ciuitatis in quo horti
prædicti vti bona Leonardi reperiuntur deſcripti,
10 † quod cataſtrũ facit aliquã fidẽ. *Aim. conſ. 217. n. 8.*

ptæ-

Digitized by Google

31 præſertim † adminiculatum ex omuibus prædictis, vt in Spoletana bonorum, 6. Aprilis, 1602. coram b.m. Penia. Ex quibus etiam conquaſſatur, & tollitur probatio ex enunciatiua inſtrumenti locationis de anno 1553. in quo locatur per Leonardum hortus Laurẽtiæ ſuæ vxoris. Vltra quod ille hortus enunciatur in territorio Tiburis, iſti autem de quibus agitur ſuut in ciuitate.

Ex quibus fuit concluſum eſſe locum reſtitutionĩ
32 in integrum, præſertim fauore Eccleſiæ, † quæ aduerſus ſententiam de iure reſtituitur, *cap. 1. de reſtit. in integr. in 6.* & ibi *Gloſ. & Doctor.*

Coram eodem in eadem cauſa, Veneris 4. Martij, 1616.

SVMMARIA.

1 *Aditio inducitur per ſolutionem legatorum.*
2 *Hæres vt quis ſit non ſufficit quod ſit in gradu ſucceſſibili, niſi probet aditionem.*
3 *Aditio hæreditatis non præſumitur.*
4 *Producens inſtrumentum, cenſetur fateri omnia contenta in illo.*
5 *Probatio quæ non concludit per neceſſe, non releuat.*
6 *Confeſſioni auctoris, non poſſunt contrauenire illius hæredes.*

DECISIO CCLXXX.

PLACVIT Dominis deciſio in hac cauſa facta, 17. Iunij præteriti ex fundamentis in ea deductis, quæ viſa ſunt ſubſiſtere.

Primum enim fuit quod ſententia extra Rotam lata fuerit iniuſta, quia in actis non conſtat illos de Sixtis fuiſſe hæredes Laurentiæ Nouercæ, & ideo non poterant obtinere retentionem pro ſcutis tricentis ſeptuaginta quinque ratione dotis Laurentiæ.

Nec obſtat quod ipſi adiuerint hæreditatem Virginij filij Laurentiæ præſtando legatum à Virginio in teſtamento relictum, & tamquam ipſius hæ-
1 redes † per quam ſolutionem induci aditionem tradit *Cardin. Mantica, de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 12. ſub num. 13.* quia hoc non ſufficit cum debuiſſet etiam probare Virginium fuiſſe hæredem Laurentiæ de quo non cõſtat ex allegatis in deciſione; tum quia teſtes pro hoc inducti ſolum dicunt ex Lau-
2 rentia fuiſſe ſuperſtitem Virginium; tum † quia non ſufficit aliquem eſſe in gradu ſucceſſibili, niſi probetur adiuiſſe, *l. 1. §. ſi quis ita, ff. de hæred. inſtit.* cum
3 aliis adductis, & aliàs aditio † tamquam quid facti non præſumitur, *l. ſi pupillus, §. vlt. in fine, ff. de acq. hæred.* cum aliis per *Menoch. Præſumpt. 99. nu. 2. lib. 4.*

Nec etiam conſtat de poſſeſſione bonorum Laurentiæ per Virginium, nec quod bona reliquerit, conſtat autem ipſam plures filios reliquiſſe, & ſic quatenus de aditione Virginij doceretur, videndum eſſet pro qua rata ſucceſſerit.

Secundum fundamentum deciſionis fuit, quia non probatur domum venditam monialibus à Leonardo marito Laurentiæ fuiſſe in bonis Laurentiæ, Nec obſtat inſtrumentum venditionis domus nouiter productum, quia retorquetur cum in eo expreſsè domus nominetur ipſius Leonardi, & quod ſit libera, & ad eum ſpectet pleno iure dominij, &
4 eum vt † productum per illos de Sixtis videntur fateri omnia in eo contenta, *Doctor. in cap. cum venerabilis, vbi Felin. num. 22. & Dec. num. 122. de except. Surd. conſ. 5. num. 37. & conſ. 28. num. 47. lib. 1. Honded. conſ. 66. num. 13. & ſeq. lib. 1. Mohed. deciſ. 1. in fine, de Regul.* & fuit dictum *in vna Bononienſi Cenſus, 7. Februarij, 1601. coram b.m. Penia, & in Romana dotis, 6. Iunij coram me.*

Non obſtant teſtes ex aduerſo dati in Summar.
5 num. 5. Quia † ſolum dicunt domum in qua eſt hodie parlatorium, vt vocant; monialium fuiſſe poſſeſſum à Magdalena, ſed quod à Magdalena peruenerit ad Laurentiam, & quod ſit illa vendita per Leonardum monialibus nihil prorſus deponunt.

Circa tertium fundamentum deciſionis quo ad partitam ſcutorum ducentorum triginta pro dote Paulæ ſecundæ vxoris Leonardi cum præſuppoſito, quod ſumpta inſtrumentorum eſſent in forma probanti licet probaretur extinctio duorum Cenſuum ex pecuniis dotalibus pro ſcutis centum quadraginta in ſorte, tamen remanet fundamentum quod non probetur eum pecunia dotali fuiſſe extinctam integram ſummam ſcutorum ducentorum triginta, & ſic in hoc capite ſententia remanet iniuſta, præſertim ad effectum de quo agitur, concedendæ reſtitutionis.

Quartum fundamẽtum deciſionis eſt, quod venditiones factæ per Sixtos bonorum ſui patris aſcendunt ad maiorem ſummam, quam ſcutorum quadringentorum octuaginta taxatam in ſententia, ex quibus pecuniis redactis ex pretio bonorum venditorum erat facienda ſolutio Vidaſco pro fructibus, & extinctione duorum Cenſuum, vel ex erant imputandæ in prætenſum creditum dictorum de Sixtis, & aliàs vt in deciſione. Cui non obſtat quod ex aduerſo replicatur ex dicto pretio detrahenda eſſe ſcuta ducentum quinquaginta vnum pro oliueto vendito in loco *detto li Vaſſi* quod prætenditur fuiſſe q. Magdalenæ, & ideo ſpectaſſe ad dictos de Sixtis vti hæredes Laurentiæ hæredis Magdalenæ, nõ autem ad Leonardum eorum patrem: quia præter id quod patet ex ſupradictis non probari quod ipſi fuerint hæredes Laurentiæ, nec quod Laurentia fuerit hæres Magdalenæ. Reſpõdebatur etiam quod teſtes dati pro Sixtis probant ſolum quod Magdalena habuit in dicto loco duo olineta, ſed non probant identitatem illius, quod fuit venditum à dictis de Sixtis, immo ipſi vendiderunt illud de quo agitur vti hæredes Leonardi, non autem Laurentiæ vt in inſtrumento venditionis celebrato, 19. Martij, 1603. aliàs dato.

Ad id quod dicebatur in deciſiones ex fructibus hæreditatis perceptos per illos de Sixtis debuiſſe ſolui fructus Cẽſuum per Leonardum impoſitorum; licet replicaretur pro Sixtis quod immo dicti fructus debeant cedere commodo ipſorum hæredum ex latè congeſtis per informantes; tamen vltra alias reſponſiones illa magis placuit quod replicatio poſſet procedere ſi tempore aditæ hæreditatis Sixti fuiſſent creditores, ſed hoc non ita eſt, quia hæreditas

fuit

Digitized by Google

fuit adita de anno 1591., vt inter partes non controuertitur, creditum autem hæredum ortum habuit ex ſolutionibus, & ceſſionibus ab iis reportatis de anno 1603. 1605. & 1609. vt conſtat ex ſummariis datis in alia cauſæ propoſitione, & ideo ſaltem eſſet habenda ratio fructuum perceptorum ab anno 1591. vſque ad tempora ſolutionum factarum Vidaſco.

Vltimum etiàm fundamentum deciſionis placuit Dominis, quod ſeparatio facta in ſententia de quibuſdam hortis in loco *detto à Zagarola* tamquam extra hæreditatem Leonardi fuerit iniuſta ex tunc allegatis.

Nec obſtant teſtes, qui dicunt Magdalenam poſſediſſe hortos in dicto loco, quia non conſtat nec de identitate illorum de quibus agitur, nec quod Laurentia fuerit hæres Magdalenæ, nec quod iſti de Sixtis fuerint hæredes Laurentiæ ex ſupradictis. Vltra quod in inſtrumentis dotis Paulæ ſecundæ vxoris Leonardi ipſe enunciat ſe habere hortum in lo-
6 co ſupradicto, & ſuper eo Cenſum, † cui confeſſioni eius filij, & hæredes contrauenire poſſe non videntur, argum. *l. cum à matre, C. de rei vendic.*

Ex quibus Domini permanſerunt in deciſis.

Illuſtriſſimo Cardinale Lancelotto, Romana Saluiani Interdicti, Veneris 10. Decembris, 1599.

SVMMARIA.

1 *Obligatio tollitur ſatisfactione eius quod debetur.*
2 *Obligatus ſoluere pecunias cum certis pactis, non poteſt aliter ſoluere, & non ſoluendo non eſt in mora, & num. 4.*
3 *Pacta inter contrahentes conuenta, non poſſunt ab vno alterari in præiudicium aliorum.*
5 *Depoſitum confeſſionatum, obligat depoſitarium.*
6 *Conditio intrinſeca, non inualidat depoſitum.*
7 *Litis intimatio non eſt neceſſaria vbi ſi fieret, eſſet ſuperflua.*
8 *Oblatio conditionalis, & non libera, non releuat.*

DECISIO CCLXXXI.

CAVSA bis propoſita Domini recedendo à reſolutione facta die 20. Nouembris anni præteriti coram b.m. Gypſio, cenſuerunt Dominos à Porta non fuiſſe in culpa quin Cenſus fuerint extincti. Ipſi enim facta prius declaratione, quod volebãt emere domum iuxta formam apochæ eis intimatæ, dederunt cedulam bancariam pretij domus ad effectum, vt ex ea ſoluerentur ſcuta quattuor millia centum quinquaginta quattuor creditoribus Bargini ad omne eius beneplacitũ, & ſimplicem requiſitionem: reſiduum verò quod erat ſcutorum mille ducentorum quadtaginta ſex ſoluerent ipſimet Bargino prout cõuentum fuerat cum Ghiſlerio in apocha venditionis eis intimatæ, rurſus citarunt Barginum, & Ghiſlerium ad illam recipiendam conſentiendo conſignationi illius, & ſic
1 adimpleruntt totum id † quod iuxta formam Bullæ facere tenebantur, & vulgaris eſt regula, quod ſatisfactione eius quod debetur tollitur obligatio. Et cum onus extinguendi Cenſum ſpectaret ad Barginum vt in deciſionibus Dominorum Decani, & Gypſij, qui numquam ſuum beneplacitum declarauit, nec requiſiuit Dominos à Porta quod ſoluerent pecunias cenſuarias, non poteſt aliqua ipſorum
2 mora, vel culpa conſiderari. Immo non † debebãt Cẽſus extinguere, vel ſoluere pecunias aliter quam fuit conuentum àbſque requiſitione Bargini, & voluntate, de qua non ſolum non conſtat, ſed etiam adeſt magna præſumptio in contrarium, cum conſenſerint quod Cenſus cederetur Gabrielio, qui hac occaſione mouit litem contra Dominos à Porta ſuper prælatione, licet deinde ſuccubuerit.

Neque etiam Domini à Porta potuerunt extinguere ſi voluiſſent, nam data cedula, facta intimatione, & præſtito cõſenſu, vt ſupra, non poterant amplius de pretio diſponere, quod remanebat ad diſpoſitionem Bargini venditoris; nec Vbertini Mercatores, quorum erat cedula, ſoluiſſent creditoribus ex ſolo mandato Dominorum à Porta ſine interuentu Bargini cum promiſerunt ſoluere ad illius beneplacitum, & requiſitionem, ſeruatis tamen ſententiis Camerarij, & Maceratenſis in quibus cedula mandatur conſignari Bargino, abdicando illius diſpoſitionem a Dominis à Porta.

Quod pactum extinguendi Cenſum ad beneplacitum, & requiſitionem Bargini conſiderarunt Domini non fuiſſe appoſitum ſine miſterio, & ſic non potuiſſe in aliquo alterari: nam intererat tam Bargini, quam Ghiſlerij vt ſolutio hoc modo fieret, quia cum eſſent extinguendi Cenſus, & ſocietates neceſſe erat ſoluere non ſolum ſortes, ſed etiam fructus & erat neceſſarius interuentus Bargini; tum vt poſſet facere computa; tum etiam vt curaret quietantias retrouenditionis Cenſuum per eum impoſitorum, & caſſationes ſocietatum in quibus erat obligatus.

Non obſtant modo fundamenta, per quæ aliàs Domini moti fuerunt. & Primò, non obſtat quod Barginus declarauerit animum ſuum ſuper facienda extinctione Cenſuum, eo ipſo quod proteſtatus fuit nihil habere agere cum Dominis à Porta, ex quo acceperat partem pretij à Ghiſlerio, qui in ſe accollauerat pro reſiduo Cenſus cum onere liberandi ipſum Barginum, & fideiuſſores: quia omiſſo quod iſta proteſtatio non fuit Dominis a Porta intimata, verba in ea appoſita non important licentiam ſoluendi. Vltra quod talis proteſtatio non re-
3 leuat: nam † poſtquam fuit Dominis à Porta intimata venditio cum pactis, & conditionibus in ea contentis non poterant in præiudicium Dominorum à Porta alterari pacta: nam venditio erat facienda cum eiſdem pactis, & conditionibus, vt habetur in *Bulla Iuris congrui, in §. ſed & cum aliqua,* ne aliàs aperiatur via fraudibus, & colluſionibus inter emptorem, & venditorem alterando pacta poſt venditionem intimatam ad excludendum inquilinum, ſeu alium habentem ius retractus, vt deducit *Tiraq. de retractu Conuent. §. 1. Gloſ. 7. num. 18.*

Secundò non obſtat quod Domini à Porta fuerint ſubrogati in locum Ghiſlerij, ita vt tenerentur

adim-

adimplere ea omnia ad quæ tenebatur Ghiſlerius,
quia hoc verum eſt quo ad promiſſa in cedula inti-
mata, ſecus verò quo ad promiſſa in inſtrumento
deinde facto inter Barginum, & Ghiſlerium alte-
rante formam apochæ quod Dominis à Porta non
fuerat intimatum iuxta formam Bullæ.

Nec refert quod deinde reſpectu fideiuſſorum vſi
fuerint dicto inſtrumento, quia non ideo accepta-
runt onus extinguendi Cenſus; ex vſu enim inſtru-
menti quo ad conformia in apocha non poteſt in-
ferri ad acceptationem illius quo ad alterata, & eo
minus quia de dicto tempore magna pars pretij de
mandato Iudicis diuerſis creditoribus erat conſi-
gnata.

Tertiò, non obſtat quod pactum ſoluendi credi-
toribus de quo in apocha fuerit appoſitum fauore
Bargini ad liberandum ſe ab obligatione perſona-
4 li, quia etiam hoc conceſſo † non ſequitur propte-
rea quod Domini à Porta tenerentur extinguere
cum pretio domus abſque requiſitione, & benepla-
cito Bargini venditoris, immo ſi aliter ſoluiſſet, po-
tuiſſet ei opponi de mala ſolutione tamquam facta
contra formam promiſſionis, & aliter quam inter
partes conuentum fuiſſet.

Quartò, non obſtat quod Ghiſlerius ex pecuniis
depoſitatis acceperit ſolam quantitatem Bargino
ſolutam, quaſi Domini à Porta intelligere potuiſ-
ſent reſiduum remanſiſſe pro Cenſuum extinctio-
ne. Quia Domini à Porta nihil habebant agere
cum Ghiſlerio, & quidquid per eum factum fuit
contra conuenta in apocha intimata nō poteſt no-
cere Dominis à Porta, qui non tenebantur ad ex-
tinctionem Cenſuum, niſi vt ſupra dictum eſt, [illegible]
beneplacitum, & requiſitionem Bargini.

Quintò, non obſtat quod ſententia Maceratenſis
ſolum declaret nullū ius competere Ghiſlerio, quia
hoc nihil releuat, & ex eius lectura apparet, quod
mandat conſignari cedulam Bargino ad effectum
adimplēdi contenta in apocha intimata, & ſic con-
ſtat quod Dominis à Porta non imponit onus extin-
guendi Cenſus.

Sextò, non obſtat quod depoſitum non fuit rea-
le, ſed fictum, quia vt fuit dictum *die 29. Aprilis,*
5 *1591. coram b. m. Gypſio*, id nō releuat † cū campſor
poſſet cogi ad ſoluendum ſecundum formam cedu-
læ, & cum mercator promiſerit ceſſat difficultas; vl-
tra quod ex effectu poſtea ſubſequuto apparuit,
quod depoſitum re vera fuiſſet reale.

Septimò, non obſtat quod depoſitum non fuiſſet
6 liberum, quia conditio † vti intrinſeca, & contenta
in apocha, & in ipſa Bulla iuris congrui nō poterat
reddere depoſitum conditionale. Nam Domini à
Porta voluerunt in omnibus, & per omnia ſeruare
formam Bullæ.

Et eodem modo reſpondetur ad proteſtatio-
nem, quod non conſignaretur niſi datis fideiuſſori-
bus de euictione, qui quamuis de eo tempore dati
fuiſſent, id tamen neſciebant Domini à Porta, &
maximè quia per præcedentem dationem fideiuſſo-
rum conditio erat impleta.

Octauò, non obſtat quod Domini à Porta conui-
cti in iudicio Saluiani non intimauerint litem Bar-
7 gino, quia † fuiſſet ſuperflua intimatio, nam Bargi-
nus non poterat prætendere ignorantiam, ſtante
quod conſenſerat emptioni Cenſuum ad fauorem
Ghiſlerij.

Nonò, non obſtat quod Ghiſlerius obtulerit ſe
paratum retrouendere domum Dominis à Porta,
dummodo reſtituerent pecunias Bargino ſolutas,
quia vigore cedulæ venditionis intimatæ ipſi non
tenebantur ſoluere ſcuta tria millia Bargino, nec
ammouere onus Cenſuum, vltra quod huiuſmodi
8 † oblatio fuit facta poſt ſententias, & non fuit li-
bera, ſed conditionalis.

Vltimò, non obſtat quod cedula fuit reſtituta
Dominis à Porta, quia id factum fuit poſtquam ſor-
tita fuerat effectum, nempè poſt diſtributas pecu-
nias, quo caſu erat reſtituenda mercatori, neque ex
hoc aliquod præiudicium alicui reſultare poterat.

Coram eodem in eadem cauſa, 21. Martij, 1600.

SVMMARIA.

1 *Obligatus ſoluere aliquo modo non poteſt aliter ſolue-*
re, & non ſoluens non poteſt dici eſſe in mora, &
num. 4.

2 *Emptor poteſt cogere venditorem ad liberandum rem*
venditam ab onere Cenſus.

3 *Pacta conuenta non poſſunt alterari in præiudicium al-*
terius, ex contrahentibus.

5 *Depoſitum non dicitur integrum, niſi fiat etiam de fru-*
ctibus duorum menſium diſdictæ.

DECISIO CCLXXXII.

PLACVIT Dominis deciſio vltimo
loco in hac cauſa coram me facta,
neque exiſtimarunt ab illa recedi
poſſe ex deductis pro heredibus Bar-
gini cum reincidant in idem, quod
aliàs dictum, & concluſum fuit.

Nam Domini à Porta, qui volebant retrahere
domum ratione iuris congrui adimpleuerunt om-
nes conditiones eis intimatas dando cedulam ban-
cariam pretij domus ſoluēdi creditoribus Bargini,
iuxta formam apochæ, & cōſentiendo illius conſi-
gnationi, nec tenebantur aliud facere ſtante præ-
ſertim ſententia ſubſequuta ſuper illius conſigna-
1 tione, ita vt † nullo modo poſſit ex parte ipſorum
aliqua culpa conſiderari, cum ad aliud non tene-
rentur. etenim ſolutio erat facienda creditoribus
2 Bargini ad eius requiſitionem. & licet † potuiſſent
cogere Barginum ad faciendam extinctionem ad
effectum vt domus liberaretur ab iſtis Cenſibus, id
tamen nō potuerunt facere vigore apochæ, ſed ex
diſpoſitione iuris communis actione ex empto, vel
alia ad liberam rem venditam tradendam.

Non obſtat conſenſus Bargini in proteſtatione,
quia in illa non dicitur quod Domini à Porta ex-
tinguant Cenſus, ſed quod ipſe nihil habet agere
cum Dominis à Porta, ex quo ſequitur quod non
dedit licentiam extinguendi Cenſus, quia dare fa-
cultatem extinguendi eſt aliquid agere, & in ſimili
fuit allegata *deciſio in cauſa Romana, ſeu Ianuenſi pe-*
cuniaria, 10. Iunij. 1580. coram Domino de Rubeis.

Quod

Digitized by Google

Quod confirmatur ex ſecunda proteſtatione in qua
conſenſit quod cedula Bancaria reſtitueretur, cum
non ſit conueniens quod habeat duplex pretium, &
ſic intelligebant, quod prima venditio haberet lo-
cum, non autem quod Domini à Porta poſſent ex-
tinguere. Vltra quod proteſtatio eſt ſatis friuola,
3 † ex quo poſt intimationem cedulæ vẽditionis non
poterant alterare pacta intimata in præiudicium
Dominorum à Porta, quibus venditio fieri debe-
bat iuxta conditiones intimatas, ita vt ex dicta pro-
teſtatione colligatur potius diſſenſus, quam con-
ſenſus Bargini cum noluerit approbare venditio-
nem iſtam faciendam Dominis à Porta; & maximè
quia de eo tempore conſenſerat ceſſioni Cenſuum
ad fauorem Gabrielij vt tanquam cenſuarius eſſet
præferendus; ſuper quo fuit diu litigatum.

Neque obſtat quod Domini à Porta vti poſſeſſo-
res, & procuratores conſtituti à Barginis in locum
ſuum poterant Cenſus extinguere, quia cum ſolutio
deberet fieri poſt requiſitionem Bargini ante illam
non poterant extinguere, nec vti poſſeſſores, nec vti
procuratores, quia iſta non alterant quod non de-
beret præcedere requiſitio iuxta conuentionem.

Quod dicitur pactum concernere fauorem Bar-
gini, non releuat; nam vltra quod ex hoc non ſe-
quitur quin deberet interuenire ipſius requiſitio
4 † ſine qua non potuerunt Domini à Porta conſtitui
in culpa, fauor iſte non conſiſtebat ſolum in extin-
ctione Cenſuum, ſed etiam in qualitate, & modo ſo-
lutionis ſortis principalis, & fructuum ita vt eſſet
neceſſarius cõſenſus ipſius, quia alias potuiſſet ſem-
per opponere extinctionem non benè factam fuiſſe.

Non obſtat quod depoſitum nõ fuerit integrum
5 † propter fructus duorum menſium diſdictæ, qui
deficiebant, nam ſolutio iſtorum fructuum non ſpe-
ctabat ad Dominos de Porta emptores, qui non ſu-
ſceperant huiuſmodi onus, nec ad aliud teneban-
tur, quam ad ſoluendum, ſeu deponẽdum ſummam
pretij venditionis conuenti prout fecerunt ſatisfa-
ciendo eorum obligationi, quo fit vt dici non poſſit
ipſos fuiſſe in aliqua culpa.

Illuſtriſſimo Cardinale Pamphilio, Romana Cenſus, 29. Nouembris, 1593.

SVMMARIA.

1 *Intereſſe non debetur ob retardatam ſolutionem, quando non concurrunt requiſita à Paulo de Caſtro.*
2 *Fructus Cenſus non debentur à die mandati ſuſcepti pro reſtitutione ſortis principalis.*
3 *Cenſum durare, & eſſe in arbitrio domini Cenſus ſortem repetere, ſunt incompatibilia.*
4 *Venditori Cenſus licet ſit licita redemptio Cenſus, emptor tamen non poteſt illum cogere ad redimendum.*
5 *Emptor Cenſus ſi ſit certus de illius redemptione, Cenſus eſt nullus.*
6 *Cenſus ſtatim poſt relaxatum mandatum pro reſtitutione ſortis, reſoluitur.*
7 *Res ſi perueniat ad eum caſum à quo incipere non poterat, irritatur.*
8 *Factum iudicis reputatur factum partis.*
9 *Cenſus non poteſt extingui pro parte inuito illius domino.*
10 *Contractus Cenſus reputatur indiuiduus, & reſolutus pro parte in totum, dicitur reſolutus.*

DECISIO CCLXXXIII.

FVIT reſolutum non deberi fructus Do-
minæ Magdalenæ, quia aut illos præ-
tendit ratione intereſſe ob retardatam
1 ſolutionem, † & non concurrũt requi-
ſita tradita à *Paulo de Caſtro, in l. 3. ff. de*
eo quod certo loco, quem ſequitur *Rota*, vt per *Mohed.*
deciſ. 103. & 208. cum vulgaribus. Aut ratione Cen-
2 ſus, & minus debentur, † quia à die quo ob non
adimpletas conditiones Magdalena ſuſcepit man-
datum pro reſtitutione ſortis principalis ipſa ſors
ceſſit in debitum, ita vt vltra eam non potuerint pe-
ti aliqui fructus citra vitium vſuræ, *cap. plerique, cum*
ſeq. 14. q. 3. Laurent. de Rodulph. de vſur. quæſt. 1. nu. 1.
Couar. lib. 3. Variar. reſolut. cap. 1. ſub num. 1. Nec
3 † enim ad inuicem ſe compatiuntur quod Cenſus
duret, & ſit in arbitrio emptoris repetere ſortem
principalem quãdo velit, quia licet venditori Cen-
4 ſus † licita ſit illius redemptio iuxta Conſtitutiones
Martini Calix. & Pij V., emptori tamen eſt omnino
prohibita, cum alias eſſet certus de lucro, *Sot. de iu-*
ſtit. & iure, lib. 6. quæſt. 3. in prima concluſ. latè *Con-*
rad. de Contract. quæſt. 89. in 2. concluſ. Couar. libro 3.
5 *Variar. reſolut. cap. 1. num. 4.* Etiam † quod pactum
non ſit deductum in ſtipulationem, dummodo em-
ptor aliunde ſit ſecurus. *Summa Anton. 2. par. cap. 8.*
§. 24. circa fin. & ideo cum poſt relaxatum manda-
6 tum † fuerit in facultate Magdalenæ repetere pe-
cunias quando vellet, ſtatim fuit Cenſus reſolutus
etiam quod non concurrunt actus retrouenditio-
7 nis, quia † res deuenit ad eum caſum à quo incipere
non potuit, maximè ſtante mandato Iudicis cuius
8 † factum reputatur factum partis. *l. ſi ob cauſam, C.*
de euict.

Et in caſu noſtro ceſſat omnis difficultas ex quo
Magdalena accepit etiam pecunias ad computum
ſortis principalis, quod oſtendit illam voluiſſe vti
hac facultate extinguendi Cenſum non ſolum pro
rata pecuniarum habitarum, ſed etiam pro tota
9 ſumma, cum † alias parte inuita non potuiſſet Cen-
ſus extingui pro parte, *l. tutor, §. Lucius, ff. de vſur.*
Iaſ. poſt alios *in l. quædam, num. 4. ff. ſi cert. petat.*

Vltra quod concurrit relaxatio mandati pro to-
ta ſumma, quæ facit quod ex veriſimili mente Iudi-
10 cis, & Magdalenæ † contractus habitus pro indiui-
duo in totum reſolutus fuerit ad *l. Paulus, ff. de ar-*
bitr. Bart. in l. Græcè, §. illud, ſub num. 4. ff. de fideiuſſ.
Alc. in l. 1. §. ſed ſi mihi, in repet. num. 6. ff. de verbor.
obligat. Pariſ. conſ. 12. num. 74. lib. 2. Aim. conſ. 170.
num. 6.

Nec aliquid facit quod Marcus promiſerit ſol-
uere fructus pro duobus tertiis, quia eius promiſſio
ſtantibus prædictis fuit inualida, maximè cum ſit
facta poſt tranſlatum onus in Dominum Valerium,
cum quo ſeruatis ſeruandis erat creandus nouus
Cenſus pro licitè habendis fructibus.

R. P. D.

R. P. D. Litta, Romana pecuniaria, ſeu prætenſorum Cenſum, Veneris 6. Martij, 1598.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum publicum probationem probatam, & manifeſtam facit.*
2 *Sors repeti poteſt in Cenſu, in quo ſunt obligatæ Communitates.*
3 *Actiones tranſeant in hæredem actiuè, & paſſiuè.*
4 *Pretium rei hypothecatæ ſuccedit loco rei.*
5 *Hæreditas poſtquam fuit adita, præſumitur ſoluendo donec contrarium probetur.*
6 *Donator, & eius hæres tenetur ſatisfacere creditoribus, quando ſolutis illis aliquid ſibi ſupereſt.*

DECISIO CCLXXXIV.

DOMINI dixerunt ſententiam A. C. eſſe cōfirmandam ea ratione moti. Quia quod Communitas, & homines Marzani impoſuerint ſuper bonis ipſius Communitatis duos Cenſus de quibus agitur, non dubitatur. Quod autem Dominus Auerſus Virginij patet ab Anguillaria de dictis Cenſibus recognouerit bonam fidem, & promiſerit dictam Communitatē omnino indemnē releuare. Quodq. poſt ex cauſa, & occaſione de qua hic per informantes pro Cōmunitate Dominus Virginius dicti Auerſi filius ſibi accollauerit dictos duos Cenſus per Communitatem impoſitos, & de illis recognouerit bonam fidem tam ad fauorem dictæ Communitatis, quam aliorum filiorum dicti Auerſi, necnon promiſerit omnes releuare indemnes, fructus ſoluere interim, & Cenſus extinguere, ac denique omnes penitus liberare conſtat ex publicis inſtrumentis de
1 quibus in actis, † quæ probationem probatam, ac manifeſtam faciunt, *cap. cam olim, de verbor. ſignific. l. fin. vbi Gloſ. 1. C. de reb. cred.* cum aliis per *Rol. conſ.* 39. *num.* 5. *& ſeqq. lib.* 1. & per *Decian. conſ.* 66. *num.* 58. *& ſeqq. lib.* 3. vnde cum Dominus Æmilius ſit hæres Domini Virginij vt ex actis conſtat, iure merito (ſtante Conſtitutione Sixti V. de qua in 2. *par.*
2 *eius Bullarij, num.* 43. qua † cauetur vt omnes perſonæ cogi poſſint ad extinguendum Cenſus in quibus Communitates pro illis obligatæ ſunt) potuerit condemnari ad dictam extinctionem faciendam, necnon ad ſoluendum fructus dictorum Cenſuum à die ſupradictæ accollationis factæ per Dominum Virginium citra decurſos, & per ipſam Communitatem ſolutos. Item ad damna, & intereſſe per Communitatem ipſam dicta de cauſa paſſa; tranſeunt
3 † enim in hæredes actiones tam actiuè, quam paſſiuè, vt probat tex. *in §. poſt mortem. Inſtit. de inutil. ſtipul.* & in *l.* 1. *& per tot. tit. C. vt action. ad hæred. & contr. hæred.*

Nec refert quod Dominus Æmilius ſit hæres Domini Virginij cum beneficio legis, & Inuentarij, & quod propterea de ſuo non tenetur, quia reſpectu ſummæ ſcutorum trium millium, & ſexaginta, quæ ad manus eiuſdem deuenit occaſione venditionis per eum vti hæredem Domini Virginij factæ Rubrorum quadraginta quinque terræ dictæ hæreditatis, de qua in extract. fol. 127. & quæ per eundem implicata fuit in acquiſitione nonnullorum locorum montium de qua in eodem extract. fol. 128. ceſſat omnis difficultas, cum vbi dictam ſummam ſoluat Dominus Æmilius nihil de proprio ſoluere dicatur. Maximè quod ſtante vniuerſali hypotheca Communitatis ſuper omnibus bonis hæreditatis Domini Virginij poteſt probabiliter dici † pre-
4 tium dictarum terrarum in hoc caſu ſucceſſiſſe loco illarum ad fauorem Communitatis, ſecundum *Bal. in l. cum tabernam, ff. de pignor.* & alios de quibus per informantes.

5 Vltra quod † hæreditas poſtquam adita eſt præſumitur ſoluendo donec contrarium probetur vulgata *l. libertos, ff. de bon. libertor.*

Nec eo prætextu poteſt ſe tueri Dominus Æmilius quod ſolutio debitorum Virginij ſpectet ad do-
6 natarios, quia veritas eſt quod † vbi aliquid donatori vltra bona donata remanet ſuper eo quo ſatisfieri poſſit creditoribus, de eo ſatisfacere donator ipſe cogitur, & conſequenter hæres eius, *Dec. conſ.* 237. *num.* 6. *verſic. & ibi etiam concludit Abb. conſ.* 102. *num.* 3. *verſ. ſed vbi eſſet, lib.* 2. cum aliis allegatis per informantes pro Communitate.

R. P. D. Cantuccio, Romana Cenſus, ſeu dotis, Veneris 11. Februarij, 1583.

SVMMARIA.

1 *Obligans ſe ad inueſtiendum pecunias non inueſtiendo, tenetur ad intereſſe.*
2 *Sors principalis peti poteſt loco intereſſe.*
3 *Cenſus debitor ſi non ſeruet pacta in renouando cautionem ſeu alia, poteſt conueniri ad intereſſe, & loco illius, vt reſtituat ſortem.*
4 *Clauſula, omnia & ſingula, appoſita in inſtrumento, refertur etiam ad enunciata.*
5 *Adiectio in obligatione ſolutionis non ſubſiſtit, niſi reperiatur debitor principaliter obligatus.*
6 *Adiectus non datur niſi adſit is, qui petere poſſit.*
7 *Perſona loquentis non comprehenditur ſub generalitate verborum.*
8 *Intellige niſi ſubiecta materia aliud requirat.*
Limit. quando generalis ſermo non poteſt verificari in alia perſona, num. 11.
9 *Obſeruantia ſubſequuta oſtendit qualis fuerit intentio ab initio.*
10 *Nemo præſumitur iactare ſuam.*
12 *Expreſſio eius quod tacitè de iure ineſt, non dicitur ſuperflua.*
13 *Neque ea quæ fit ad dubitationem tollendam.*
14 *Via executiua cameralis obligationis, non competit pro expreſſis in inſtrumento.*
15 *Obligatio cameralis non ſe extendit ad ea, quæ veniunt ex iuris interpretatione.*
16. *Limit. ſi allegentur per viam replicationis.*

DE-

Digitized by Google

DECISIO CCLXXXV.

Omini dixerunt Illuſtriſſimo Domino Alexãdro de Aptis competere viam executiuam contra Illuſtriſſimum Dominum Bernardinum Sabellum pro reſtitutione dotis de qua agitur, moti ex pluribus.

Primò, quia in inſtrumento cōſtitutionis dotis Dominæ Helenæ Dominus Bernardinus eius maritus promiſit, & ſe obligauit Dominæ Portiæ matri Dominæ Helenæ quod Illuſtriſſimus Cardinalis Sabellus inueſtiet ſcuta nouem millia tempore receptionis eorum in bonis ſtabilibus pro cautela, & ſecuritate dotis in omnem caſum, & euentum reſtitutionis illius, & pro his Dominus Bernardinus ſe obligauit in forma cameræ.

1 Vnde † cum non doceatur pro parte Domini
Bernardini de huiuſmodi inueſtimento poteſt Dominus Alexander hæres Dominæ Portiæ agere executiuè ad intereſſe ad quod Dominus Bernardinus
expreſsè ſe obligauit in forma cameræ, vt per *Galleſ. de obligat. cameral. par. 3. tit. de vi inſtrum. obligat.*
2 *cameral. num.* 11. & † loco intereſſe petere ſortem
principalem, *Bal. in l. ſi traditio, quaeſt. 4. C. de act. empt. Ruin. conſ.* 141. *num.* 9. *prope finem, lib.* 1. *Rim. conſ.* 297. *num.* 10. 11. *&* 12. *lib.* 2. Sicut dicimus in con-
3 tractu Cenſus, † quod ſi non ſeruentur pacta nempe
renouatio cautionum, ſeu alia pacta poteſt peti loco damnorum, & intereſſe ſors principalis.

Secundò, quia cum in inſtrumento dotali ſit enunciata reſtitutio dotis, vt patet ex illis verbis, in omnem cauſam, caſum, & euentum reſtitutionis dotis, obligatio cameralis facta pro omnibus, & ſingulis intelligitur etiam pro reſtitutione do-
4 tis: quia clauſula † omnia, & ſingula refertur etiam
ad enunciata, *Alex. conſ.* 17. *num.* 2. *lib.* 3. *Ruin. conſ.* 137. *num.* 6. *lib.* 1. *& conſ.* 103. *num.* 11. *lib.* 4. *Pariſ. conſ.* 97. *num.* 91. *lib.* 1. *Creſcent. deciſ.* 26. & in fortioribus terminis poſſe agi via executiua reſoluit *Rota in vna Romana ſocietatis de Philippenſibus*, 3. *Maij*, 1581. *coram R. P. D. Lancelotto*.

Tertiò, licet Illuſtriſſimus Cardinalis Sabellus frater Domini Bernardini, & Domina Conſtantia eorum mater adiiciatur ſolutioni huius dotis, tamen certum eſt principalem obligationem conſiſtere in perſona Domini Bernardini, aliàs adiectio non
5 valeret, † quæ vt valeat, neceſſe eſt vt inueniatur
perſona in qua obligatio conſiſtat, *l. fin. §. cum mihi, in fine*, ibi: *quia niſi à me* vim accipiat obligatio, adiectio nihil poterit valere, *ff. de verborum obliga-*
6 *tione*. Et † non datur adiectus, niſi ſit qui petere
poſſit, *l. non cum.* ibi: *non inuenimus quis adiectus ſit, quia non eſt qui petere poſſit, ff. de ſtipul. ſeruo.*

Non obſtat pactum, quod in euentum in quem ſolutio pecuniarum dotalium fieret aliis perſonis, quam Illuſtriſſimo Cardinali, ſeu Dominæ Conſtantiæ eſſet nulla, & haberetur pro non facta, & in caſu reſtitutionis dotis Dominus Bernardinus, vel eius hæredes ad reſtitutionem non tenerentur, quia ſub iſtis verbis generalibus non comprehenditur perſona Domini Bernardini ita paciſcentis cum in
7 † generali ſermone non cenſeatur incluſa perſona
loquentis, *l. inquiſitio.* & ibi *Iacob. Butrig. Petr. Cin. Bart. Bal. Ang. Salic.* & *Fulgoſ. C. de ſolut. cap. petitio. vbi Gloſ. & Doctor. de iureiur. Ruin. conſ.* 89. *nu.* 2. *lib.* 1. *conſ.* 42. *num.* 15. *& conſ. ſequenti, num.* 17. *ad finem, lib.* 4. latè *Gramm. conſ.* 2. poſt *deciſ. num.* 13. 14. *&* 15.

Et licet in iſta materia ſecundum *Abb. in d. cap.*
8 *petitio, in fine*, non poſſit dari certa doctrina, † ſed
ſecundum varietatem caſuum varia ſequatur deciſio, nihilominus in generali loquutione de qua agitur, non poteſt cenſeri incluſa perſona Domini Bernardini; tum quia non eſt veriſimile eum voluiſſe perſonam ſuam comprehendere, cum eius intereſſet pecunias dotales habere, vt poſſit onera matrimonij ſuſtinere, & quando materia eſt indifferens, vt quia poteſt congruere, & non congruere perſonæ loquentis, tunc ſi materia eſt talis in qua generaliter loquens non intellexerit veriſimiliter includere perſonam ſuam, vt in caſu noſtro tunc in tali generali ſermone perſona loquentis nõ includitur, prout declarat *Prapoſ. in Can. deinde, num.* 5. *poſt med. verſ. aut materia eſt indifferens, diſtinct.* 16. ita intelli-
9 gens tex. *in d. cap. petitio.*; tum etiam quia † ex ob-
ſeruantia ſubſecuta ſolutionis factæ Domino Bernardino conſtat de eius mente quod noluerit perſonam ſuam includere, quæ mens in iſta materia ſeruanda eſt ſecundum *Salic. in d. l. inquiſitio, verſ. aut de perſona*; tum & tertiò, quia ſi perſona Domini Bernardini includeretur Domina Portia ſoluendo
10 illi † iactaſſet ſuum cum ſolutio eſſet nulla & habe-
retur pro non facta, iuxta *l. cum de indebito, ff. de ſolutionibus.*

11 Non obſtat quod † quando generalis ſermo non
poteſt verificari in alia perſona, quam in perſona loquentis, prout in caſu noſtro in quo alteri quam Domino Bernardino ſolui non poterat tunc in generali ſermone includitur perſona loquentis, prout declarat *Marſil. in l.* 1. *§. ſi ſeruus, el ſecondo, num.* 2. *cum ſequenti, ff. de quaeſt. Gabr. de verbor. ſignif. concluſ.* 9. *num.* 6., quia licet de iure, & vtiliter non poſſet alteri quam Domino Bernardino ſolutio fieri, poterat tamen fieri de facto, & nulliter eius fratri,
12 vel creditoribus, † & ſic pactum non ſoluendi aliis
perſonis quam Cardinali, ſeu Dominæ Conſtantiæ non dicitur ſuperfluum, cum exprimat id quod tacitè de iure inerat, *Alex. conſ.* 33. *num.* 5. *lib.* 1. *Ai.a.*
13 *conſ* 25. *num.* 31. Quæ † enim ad dubitationem tol-
lendam inſeruntur non dicuntur ſuperflua, *l. quæ dubitationis, ff. de reg. iur. l.* 1. *ff. de adilit. edicto.*

14 Non obſtat † quod via executiua obligationis
cameralis non competit, niſi pro his, quæ expreſsè leguntur in inſtrumento, vt per *Galleſ. de obligat. cameral. parte* 3. *tit. de vi inſtrum. obligat. cameral. num.* 14. *&* 15. *Corn. conſ.* 141. *num.* 6. *& ſeq. lib.* 3. & in inſtrumento de quo agitur, expreſsè legitur Dominum Bernardinum nõ teneri ad reſtitutionem dotis, quatenus alteri quam Cardinali, ſeu Dominæ Conſtantiæ ſoluatur, vnde cum ſolutio nec Cardinali, nec Dominæ Conſtantiæ facta fuerit, ſequitur Dominum Bernardinum ad reſtitutionẽ dotis non teneri. ſiquidem pro reſponſione dicitur quod tunc intraret obiectum, quando in inſtrumento expreſsè legeretur pactum negatiuum de non ſoluendo Domino Bernardino, quod quidem non legitur cum ſub illis verbis generalibus, aliis perſonis, nõ includatur perſona D. Bernardini, vt ſupra deductũ fuit.

V Non

15 Non obſtat ſi dicatur † quod obligatio cameralis non competit pro his, quæ veniunt ex interpretatione iuris, vt per *Galleſ.* vbi ſupra, prout accidit in caſu iſto, in quo à generalitate, illorum verborum, aliis perſonis, eximitur perſona Domini Bernardini ex interpretatione iuris, quę habet quod in generali ſermone non includitur perſona loquentis. Quia id verum eſt quando ea, quæ veniunt ex interpretatione iuris allegantur per viam actionis, at ſecus quando allegantur per viam replicationis, vt in caſu noſtro, quia tunc pro iis competit obligatio cameralis, prout reſolutum fuit in *illa Romana Cenſus coram me 27. Iunij, 1580.* Quod autem in caſu noſtro per viam replicationis allegetur quod perſona Domini Bernardini non ſit incluſa ſub illis verbis generalibus, aliis perſonis, patet quia Dominus Alexander tamquam hæres Dominæ Portiæ agit via executiua ad reſtitutionem dotis de qua agitur, cõtra Dominum Bernardinum, qui ſe obligauit in forma cameræ pro omnibus, & ſingulis expreſſis in inſtrumento dotali, inter quæ expreſsè legitur reſtitutio dotis enunciata Dominus Bernardinus excipit ſe non teneri ad hanc dotis reſtitutionem, ſtante pacto negatiuo de non ſoluendo dotem aliis perſonis quam Cardinali, vel Dominæ Conſtantiæ, & ſtante quod dos nec Cardinali, nec Dominæ Conſtantiæ ſoluta fuit, Dominus Alexander replicat ſub illo pacto negatiuo perſonam Domini Bernardini, cui dos ſoluta fuit, non comprehendi regula iuris, quod in generali ſermone non includit perſona loquentis.

Non obſtant alia deducta pro parte Domini Bernardini, quia bene tolluntur per Dominum Briſciam.

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Romana euictionis, Lunæ 17. Februarij, 1607.

SVMMARIA.

1 *Legitimatio perſonarum non eſt neceſſaria, niſi parte opponente.*
2 *Exceptio mandati reſpicit perſonam comparentis, non agentis.*
3 *In contractibus nominatis non eſt locus pœnitentiæ, ſed agendum eſt ad implementum.*
4 *Damna & intereſſe peti poſſunt loco adimplementi.*
5 *Sors principalis peti poteſt loco intereſſe.*
6 *Obligatio præſtandi fideiuſſorem non cenſetur remiſſa pro tempore futuro per receptionem ſolutionum in præteritum decurſarum.*
7 *Euicta res dicitur etiam quod ſola illius poſſeſſio ſit auocata.*
8 *Euicta poſſeſſione agi poteſt ad damna, & intereſſe.*
9 *Actio de euictione non datur antequam res fuerit euicta.*
10 *Sed datur actio vt res libera tradatur.*

DECISIO CCLXXXVI.

DOMINI reſoluerunt eſſe procedendum ad vlteriorem executionem, quia in commiſſione mandatur quod conſtito de tribus conformibus, & quod ſit cepta executio ad vlteriorem, & finalem executionem procedatur. apparet enim de tribus ſententiis conformibus ad fauorem Domini Sanctini, & de executione cepta per carcerationem Domini Octauiani, nec apparet de iniuſtitia dictarum ſententiarum, quæ habeat impedire executionem licet plura in aduerſo deducantur.

Nam ad id quod dicitur Galeatium Fulgineum egiſſe tamquam hæredem Galletti, & id non pro-
1 baſſe, fuit reſponſum † non debuiſſe probari parte non opponente, & non negante, *Gloſ. in l. 1. in verbo, filium, C. quor. bonor. Bal. in l. non ignorat, num. 2. C. de his, qui act. non poſſ. Lanfranc. deciſ. 513.* & exce-
2 ptio † quod nemo audiatur, niſi docto de legitimo mandato reſpicit legitimationem perſonæ comparentis non agentis.

Non obſtat quod Fulgineus non potuit repetere ſortem principalem; tum ex natura Cenſus; tum quia
3 † in contractibus nominatis propter non implementum non ſit locus pœnitentiæ, *l. inutile, & ibi Bal. in princ. C. de rei vendic. l. non idcirco, C. de contr. empt. Doctor,* communiter *in l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt.* Quia non egit Fulgineus ad reſciſſionem contractus, nec via pęnitentiæ voluit recedere à contra-
4 ctu, ſed † egit ad implementum, & in defectum im-
5 plementi ad damna, & intereſſe, & † loco intereſſe potuit petere ſortem principalem Cenſus non vti pretium, ſed vti intereſſe, *Bal. in l. ſi traditio, in quaſt. 4. num. 7. C. de contr. empt. Ruin. conſ. 141. num. 9. prope finem, verſ. et tamen etiam ſub tali intereſſe, lib. 1. Rom. ſen, conſ. 297. num. 10. & ſeq.* & fuit dictum *in vna Romana dotis 17. Februarij, 1589. coram Reuerendiſſimo Patriarca Alexandrino.*

Et nihil facit differentia, quam conantur conſtituere informantes pro Domino Octauiano, an ſit promiſſa fideiuſſio pro ſorte Cenſus, vel pro fructibus, quia in vtraque ſi non præſtetur viget ratio pacti non ſeruati, propter quam intrat obligatio ad intereſſe.

Non obſtat quod Galeatius exegerit fructus Cenſus non præſtita cautione, & propterea videatur remiſſa mota ad *deciſ. coram Alexandrino in Beneuentana executionis,* quia hoc procederet ſi voluiſſet Galeatius ſortem ex eo quia pro tempore quo ſoluit non præſtitit fideiuſſionem, ſed quia hoc pactum ſemper loquitur, & non eſt reſtrictum
6 ad certum tempus prout in illa Beneuentana † poſt ſolutiones receptas egit, vt præſtaretur fideiuſſio pro futuris terminis, aliàs ad damna, & intereſſe.

Non obſtat quod malè fuerit condemnatus Octauianus cum adhuc non eſſet ſequuta euictio per ſolum mandatum de aſſociando, quia Dominus Sanctino fuit ablata domus, vnde ſatis dicitur eui-
7 cta, † cum dicatur res euicta, quando poſſeſſio fuit ablata, *l. ſi ſeruus venditus, §. primo, & l. haberi, ff. de euiction.* & datur actio emptori tam

quan-

quando euicta eſt poſſeſſio, quam quando proprietas, vel dominium ablatum fuit, *l.emptorem*, *§. Neratius, ff. de euict. empt.* vbi *Caſtr.* hoc expreſſim notat, *l. datio, in princ. eod. tit. Bero. conſ. 158. num. 34. lib. 1.*
8 Aut ſaltem negari non poteſt, † quin etiam pro poſſeſſione euicta potuerit agi ad damna, & intereſſe, *Ceph.* qui alios allegat, *conſ. 168. num. 22. lib. 2.*
9 Præterea licet † ante euictionem ſequutam de euictione non agatur, *l. euicta*, vbi *Gloſ. ff. de euict. l. rem, C. eod.* tamen cum domus eſſet emphyteutica,
10 & ſciret Octauianus, potuit † agere vt res libera traderetur, *Alex. conſ. 67. in princ. lib. 3. Dec. conſ. 483. num. 18. Deciſ. Pedemont. 24. num. 4.* & deber ita dari vt dominium ab eo auuocari non poſſit, vt fuit dictum *coram Reuerendiſſimo Patriarca in vna Romana Cenſus, 13. Martij, 1579.*

R. P. D. Penia, Romana Cenſuum de Romulis, Veneris 18. Iunij, 1599.

SVMMARIA.

1 *Sors principalis in contractu Cenſus repeti poteſt ob illius nullitatem.*
2 *Eccleſia tamquam cultrix iuſtitiæ non debet locupletari cum aliena iactura.*
3 *Eccleſia non tenetur reſtituere pretium ex contractu receptum, niſi probetur illud verſum fuiſſe in eius vtilitatem.*
4 *Emens rem Eccleſiæ alienantis ex cauſa neceſſitatis, debet curare vt pretium erogetur in cauſam propter quam fuit facta venditio.*
5 *Emens ab Eccleſia, vel minore vendente ex cauſa vtilitatis, non tenetur probare pretium fuiſſe verſum in illorum vtilitatem.*
6 *Venditione facta à Canonicis non vti ſingularibus perſonis, ſed tamquam vniuerſis obligatur Capitulum.*

DECISIO CCLXXXVII.

PRABSVPPOSITA Deciſione in hac cauſa facta die 8. Iunij anni præteriti, 1598. per quam Capitulum, & Canonici SS. Celſi, & Iuliani obtinuerunt declarari Cenſus de quibus agebatur, fuiſſe inualidos ex eo quia nec de ſolemnitate, nec de iuſta cauſa impoſitionis cõſtabat in hac propoſitione ad inſtantiã Iuliani de Romulis, Dubitaui, an prædictum Capitulum, & Canonici tenerentur reſtituere ſor-
1 tem principalem, † & vtraque parte informante, Rota ad eam reſtituẽdum teneri cenſuit, quia ſtan-
2 te nullitate contractus nõ erat æquum † Eccleſiam locupletari cum aliena iactura, *Gloſ. in l. iubemus, la ſeconda, §. ſanc. in verbo, acquiruntur, ff. de ſacroſan. eccleſ. Gloſ. in c. ad audientiam, in verbo, ad effugiendum, de reb. eccleſ. non alien.*; cum enim Eccleſia ſit cultrix iuſtitiæ, non debet cuiquam præiudicare, *cap. per tuas, de donat. Gloſ. fin. in cap. 1. de in integr. reſtit.* Quod tunc in primis habet locum quando locupletior facta eſſet, *cap. ſi quis presbyterorum, de reb. eccl. non alienan. in fine.*

Quoniam verò informantes pro Eccleſia Sancti Celſi, & Iuliani prætendebant non aliter eam teneri ad pretij prædictorum Cenſuum reſtitutionem niſi Dominus Iulianus de Romulis, qui illud ſibi
3 reſtitui prætendebat, † probaret illud fuiſſe conuerſum in Eccleſiæ vtilitatem, ita *Conar. Variar. reſolut. lib. 2. cap. 17. num. 3.* propterea Domini ad hanc difficultatem diluendam diſtinguebant duos caſus, ſicut aliàs diſtinxit *Rota in vna Romana Cenſus die 23. Ianuarij, 1591. coram b.m. Marcello Bubalo.*
4 Primus caſus eſt † quando fit venditio, vel alienatio rei Eccleſiæ, aut minoris, ex cauſa neceſſaria pro ſoluendo ære alieno, & tunc emptor ſollicitus eſſe debet quod pretium conuertatur in ſolutionem æris alieni propter quod fuit facta venditio, *Innoc. in cap. 2. num. 2.* vbi communiter *Canoniſtæ, de depoſ. Abb.* & alij *in cap. quod quibuſdam, de fideiuſſ. Conar. lib. 2. Variar. reſolut. cap. 17. num. 3.*
5 Alter caſus erat † quando venditio facta erat non ex cauſa neceſſaria, ſed voluntaria propter Eccleſię vtilitatem, quo caſu emptor rei Eccleſiæ, vel minoris non tenetur probare verſionem pretij in vtilitatem Eccleſiæ, vel minoris. *Dec. conſ. 36. num. 8. circa finem, & conſ. 230, num. 2, Crot. conſilio 4. num. 6. libro 1.*

In propoſita facti ſpecie pronunciatum eſt locum fuiſſe ſecundo caſui, quia Capitulum Sancti Celſi, & Iuliani ex cauſa voluntaria propter Eccleſiæ vtilitatem Cenſus impoſuerat: acceperat enim pecunias ad cenſum ad rationem ſeptem pro centenario, vt extingueret alios Cenſus ad rationem octo, & decem; & conſequenter Iulianus de Romulis iuxta regulam in ſecundo caſu conſtitutum non tenebatur probare pretium fuiſſe conuerſum in vtilitatem Eccleſiæ.
6 Nec præfaris obſtat quod eſſet agendum † contra hæredes Canonicorum, qui impoſuerant Cenſus; non autem contra Eccleſiam; nam reſpondebatur id eſſe verum, ſi ſolutio fuiſſet facta Canonicis tamquã ſingulis; ſecus autem ſi tamquam Vniuerſis & Collegio: quia tunc reſtitutioni eſt locus non probata verſione iuxta prædictam diſtinctionem, *Gloſ. fin. in Auth. hoc ius porrectum, in verbo, probet*, vbi *Bart. num. 17. C. de ſacroſ. eccleſ.* idem *Bart. in l. ciuitas, num. 17. ff. ſi cert. pet.* vbi *Alex. num. 11. Ruin. conſil. 68. num. 7. lib. 1.*

Reuerendiſſimo Domino Sacrato, Romana Cenſus, 12. Decembris, 1608.

SVMMARIA.

1 *Res data in ſolutum creditori, ſuccedit loco ſui crediti.*
2 *Facta pro cautela, & maiori vtilitate creditoris, non inducunt nouationem.*
3 *De non exactis is tantum tenetur, qui exigere tenebatur.*

DECISIO CCLXXXVIII.

FVIT concluſum Aſtallios non teneri reddere rationem aſſignamenti facti Camillo eorum auctori niſi quo ad exacta. mouit Dominos, quia aſſignamentum factum Camillo non fuit ſimplex
1 datio in ſolutum, † quo caſu poſſet dici facta nouatio, & Camillum loco creditoris Cenſus fuiſſe factum creditorem aſſignamenti, iuxta not. per *Bart.* & alios *in l. eleganter, ff. de pignor. act.* ſed fuit quædam cautela adiecta ad fauorem Camilli, & acceſſoria ad obligationem per prius ad
2 fauorem eiuſdem Camilli factam † quo caſu non cenſetur facta nouatio, ſed eſt in ipſius, ad cuius fauorem eſt facta cautela vti vel non vti, prout ſibi magis videbitur poteſtatẽ iuxta communem, de qua per *Fanenſ. de Pignor. & hypothec. 5. parte, membro pen. Afflict. deciſ. 397. num. 5.* latè *Surd. conſ. 365. num. 2. cum ſequenti.*

Quod autem inter Camillum, & debitores, qui dederunt aſſignamentum non fuerit facta nouatio patet ponderando tam verba dantis, quam ipſius Camilli recipientis. Quo ad dantem ibi, ex nunc pro maiori ſecuritate, & cautela dicti Domini Camilli, vltra obligationem omnium bonorum factam in inſtrumento impoſitionis Cenſus dedit, ceſſit, & aſſignauit vnum annuum creditum, &c. quo ad recipientem ibi ipſi Domino Camillo præſenti, & acceptanti ſine præiudicio generalis obligationis in inſtrumento Cenſus ſibi factæ, & cautionum ſibi præſtari, & dari promiſſarum, & aliorum quorumcumque promiſſorum per dictos, &c. per quæ verba ſine dubio excluditur nouatio, & ſecunda obligatio cenſetur facta ad fauorem creditoris, & iura iuribus addendo, vt in ſimili tenuit *Rota in cauſa Romana curiæ de Sabellis coram Cantuccio* relata inter Deciſiones impreſſas, *deciſione 3. parte 2.* & de ſe patet ſatis.

Ex hoc autem quod non fuerit facta nouatio, & quod Camillus poſſit exigere, & non exigere ſequitur quod Camilli heredes minimè teneantur niſi doceatur de exactione.

3 Nam † quis ita demum tenetur de non exactis ſi cum eſſet obligatus exigere non exegit, *l. tutori cum ibi not. C. de negoc. geſt. Aret. conſ. 111. num. 6. in fine. Crauet. conſ. 63. nu. 9. in fine.* Et in hanc ſententiam eo libentius iuerũt Domini, quia ex deductis pro parte Aſtalliorum videbatur conſtare de impedimentis præſtitis Camillo in executione aſſignamenti, & quod Hieronymus, qui fecit aſſignamentum non curauit illa remouere.

Reuerendiſſimo Domino Sacrato, Romana Cenſus, Veneris 6. Iunij, 1603.

SVMMARIA.

1 *Nouatio non inducitur ex actu facto ad cautelam, & maiorem ſecuritatem creditoris.*

2 *Reſeruatio iurium contra debitorem eſt incompatibilis cum extinctione debiti.*

3 *Datione in ſolutum ſimpliciter facta ſtatim debitor liberatur.*

4 *Limit. ſi poſt dationem in ſolutum remanet aliquid faciendum in fauorem creditoris.*

DECISIO CCLXXXIX.

OMISSIS pluribus, quæ hincinde deducebantur, quæ non placuerunt Dominis fuit cõcluſum concordiam initam per Dominos Maluaticos cum Iacobo non obſtare eiſdem Maluaticis agentibus contra Marettos obligatos pro extinctione Cenſus, quatenus bona Iacobi non ſufficiant pro dicta extinctione Cenſus, quia intentio Maluaticorum non fuit accipere ſimpliciter in
1 ſolutum bona Iacobi, ita vt † per talem acceptationem dicatur facta nouatio, ſiue potius ſolutio, & inde prioris obligationis extinctio, iuxta tex. *in §. 1. Inſtit. quib. mod. tollit. obligat.* cum aliis ad hanc rem allegatis per *Gozad. conſ. 28. num. 8.* & per *Surd. conſ. 105. num. 14.* cum pluribus ſequentibus. Quod autem iſta non fuerit intentio Maluaticorum, patet quia in concordia reſeruarunt ſibi iura contra omnes obligatos, & in ſpecie contra Marettos, quæ
2 reſeruatio † eſt incompatibilis cum dicta extinctione, & iſta fuit cautela *Veronen. 123.* vbi allegat *Bart.* & concordantes facit *Gloſ. in l. ſi libera, ff. de ſolut.* cum aliis per *Bero. conſ. 46. num. 10. lib. 1.*

Secundo loco fuit conſideratum multum intereſſe in hac materia, quod quis accipiat ſimpliciter in ſolutum, vel ita accipiat quod ex poſt aliquid re-
3 maneat agendum. † Priori enim caſu ſtatim ſequitur liberatio debitoris; ſecundo verò non niſi cre-
4 ditor † realiter ſuum creditum conſequatur. ita inter delegationem, & ceſſionem diſtinguit *Dec. conſ. 99. num. 4.* In propoſita autem facti ſpecie viſum fuit nos verſari in ſecundo caſu, quia Maluatici non erant domini cenſus, vnde non poteſt allegari concluſio de qua ſupra quod per acceptationem bonorum Iacobi fuerint liberati alij obligati. ſed hoc ita demum contingit ſi Cenſus realiter fuerit extinctus, vel per Maluaticos ſteterit quominus extingueretur; per eos autem ſtetiſſe non poteſt dici quatenus bona Iacobi non ſufficiant, quia ipſi non promiſerunt extinguere de proprio, ſed de bonis ipſius Iacobi.

Reuerendo Patre Domino Iuſto, Romana anterioritatis, Lunæ 4. Februarij, 1608.

SVMMARIA.

1 *Cenſus extinguitur per veram dationem in ſolutum.*

2 *Cedula bancaria habent vim ſolutionis, & data pro extinctione ſortis principalis Cenſus facit ceſſare curſum fructuum illius.*

3 *Aſſigna-*

3 *Aſſignatio quando fit pro ſolutione debiti, importat dationem in ſolutum.*
4 *Per dationem in ſolutum receditur à priori contractu.*

DECISIO CCXC.

COMES de Tuttanilla pater Dominæ Mariæ Actricis pro recuperatione ſortis principalis, & fructuum cenſus obtinuit mandatum executiuum contra Dominos de Sabellis pro ſumma ſcutorum decem millium, & eo præſentato in Congregatione Baronum, conſequutus fuit diuerſas aſſignationes pro ſatisfactione crediti, cum reſeruatione ſuorũ iurium. Cùm autem ex aſſignationibus ſibi factis ſcuta mille exigere non potuiſſet Maria filia egit contra vnum ex poſterioribus creditoribus, à quo pecunias ſuas recuperauit; quoniã verò aſſignatio facta fuit, 10. Martij, 1597. prætendebatur pro parte Mariæ ſibi ſoluendos eſſe fructus pro eo tempore, & rata ſcutorum mille, & pro eis egit contra Salamonem Corcos poſteriorem creditorem, ac pro ipſius intentionis fundamento duo præcipuè deducebantur. Primum, quod deciſum eſt *coram Illuſtriſſimo Cardinale Mellino in Romana Cenſus, 26. Nouembris, 1604.* vbi in terminis dictum fuit in aſſignamentis factis ab eadem Congregatione, pro ſolutione alterius cenſus eorumdem Dominorum de Sabellis, quod ex illis aſſignamentis non fuerat extinctus Cenſus. Secundum, ex reſeruatione iurium appoſita in eiſdem aſſignamentis, ex quibus videbatur præſeruata omnis innouatio antiqui Cenſus.

Contrarium vnanimiter cenſuerunt Domini,
1 † quia aſſignatio in hoc caſu fuit vera datio in ſolutum ex intentione, & facto partium, & ipſius Iudicis fuit namque relaxatum mandatum executiuum pro cõſecutione fructuum, & ſortis principalis; non autem ad effectum deponendi ſortem principalem; quo caſu dicitur extinctus Cenſus, vt dixit *Rota coram R. P. D. Lancelotto in cauſa Bononienſi Cenſus die 21. Ianuarij, 1600.* concurrente actu retro ſimili conſenſus & reſtitutionis ſortis principalis ex aſſignamentis, & datione in ſolutum ex *l. 1. C. quando lice. ab empt. diſced. & ex l. ab emptione, ff. de pact. & ibi Bart. & Doctor.* & fuit deciſum *coram b. m. Litta in cauſa Romana Saluiani interdicti die 23. Iunij, 1600.* & antea firmauerat *coram b. m. Bubalo in Romana Cenſus, 3. Iulij, 1589.* quod in facto conſtat. Siquidem in inſtrumento aſſignationis dicitur pro quorum ſolutione, & ſatisfactione, &c. aſſignantur, &c. ſic cenſus redactus fuit in creditum, & debitum, quo caſu impoſſibile eſt remanere cenſum. & in his terminis procedit *deciſio coram Illuſtriſſimo Pamphilio, & in alia Romana cenſus, 29. Nouembris, 1593.* Non enim poteſt eſſe in facultate emptoris Cenſus poſſe exigere pretium tamquam creditum, & exigere fructus;
2 † qui ceſſant etiam ex cedula bancaria data pro ſorte principalis, quæ eſt loco ſolutionis, vt fuit reſolutum *coram me in alia Romana Cenſus, 18. Maij, 1602.* & de iure eſt quod quando fit aſſignatio pro
3 ſolutione, & ſatisfactione debiti, † aſſignatio importet dationem in ſolutum, latè *Menoch.* poſt alios *conſ. 201. num. 6. & de Præſumpt. libro 2. præſumpt. 93. in fine, Surd.* poſt allegatos *conſ. 243. num. 21. li-*
4 *bro 2.* Ex qua datione in ſolutum † receditur à priori contractu, *Bart. in l. eleganter, num. 1. verſic. ſed ante oppono, ff. de pignor. act. & ibi Bal. colum. 1. verſic. ſed reſponde, Caſtr. num. 6. verſic. eſt ergo alia ratio. Alber. in l. libera, num. 2. verſic. fallit vbi res, C. de ſeruent.* Quibus non contradicit *Deciſio coram Illuſtriſſimo Cardinale Mellino*, ſiquidem in ea expreſsè deducitur intentionem creditorum non fuiſſe recipere in ſolutum, nec debitorum dare, nec minus Iudicis aſſignare, niſi ſi, & poſtea conſequutus fuiſſet effectus.

R. P. D. Iuſto, Romana fructuum Cenſus, Lunæ 9. Aprilis, 1606.

SVMMARIA.

1 *Depoſitum in materia retractus operatur fructuum acquiſitionem, vel liberat à curſu vſurarum.*
2 *Cedula bancaria habet vim ſolutionis, & eſt loco pretij Cenſus.*
3 *Depoſitum acceptatum non poteſt impugnari.*
4 *Confeſſio ex cauſa depoſiti probat numerationem.*

DECISIO CCXCI.

DVBITAVI an depoſitum factum per Dominũ Iuſtinianum Orſinum in banco de Vbertinis, cum inde ſequutis liberet ipſum à Cenſu de quo agitur & Domini circumſcripta diſputatione, quoad ſortem principalem, ſuper qua volunt partes ſeparatim audire, reſpectu ſolutionis fructuum Cenſus, reſoluerunt Dominum Iuſtinianum ex depoſito fuiſſe liberatum, quia in
1 † retractibus conſignatione & depoſitione pretij, fructus lucrantur rei redemptæ, vel impeditur curſus vſurarum, vt concludit *Tiraq.* poſt allegatos *de retract. conuent. §. 4. Gloſ. 6. num. 1. & 4. Foller. de cenſib. §. vt vides, num. 45. & ſeq.*

Cum igitur habeamus cedulam bancariam pro depoſito, quæ vlterius habet vim ſolutionis, *Put.*
2 *deciſ. 163. lib. 1.* & ideò Rota dixit † emptorem cẽſus ſatisfeciſſe de pretio mediante traditione cedulæ bancariæ, *coram R. P. D. meo Lancelotto, in Romana Saluiani interdicti, 10. Decembris, 1599.* idem videtur dicendum in hoc caſu ad effectum vt Cenſus vlterius non currant.

Non obſtat quod depoſitum non fuerit actuale,
3 † quia ex diligentiis factis per Archiconfraternitatem pro effectuali acquiſitione cedulæ, ac ex fructibus exactis reſidui Cenſus depoſitum videtur ab Archiconfraternitate acceptatum. *Natta, conſ. 131. num. 4.* cum allegatis.
4 Vltra quod † cõfeſſio ex depoſito numerationem probat, nec opponitur exceptio nõ numeratæ pecuniæ, *l. Publia, §. fin. de depoſ. l. in contractibus, C. de non num. pecun. Bal. conſ. 256. actum fuit depoſiti, lib. 1.* cum 1
aliis adductis per *Tiraq. vbi ſupra, num. 8.* Et conſequenter Archiconfraternitas potuit à mercatore

creditum ſui pretij exigere, ſeruata forma contractus.

Ex quibus videntur tolli ea, quæ in contrarium deducebantur. Et ita deciſum fuit.

R. P. D. Pirouano, Romana repetitionis indebiti, 30. Aprilis, 1610.

SVMMARIA.

1 *Datio in ſolutum nullo exiſtente debito vitiatur, tamquam facta ex falſa cauſa, & num. 5.*
2 *Ampl. etiam ſi debitum exiſtat, ſed creditor poſſit exceptione ſubmoueri.*
3 *Datio in ſolutum ſimilis eſt venditioni.*
4 *Venditio deficit deficiente pretio.*
6 *Debitum eſt loco pretij in datione in ſolutum.*
7 *Debitor rectè ſoluit ei cum quo contraxit, & liberatur non obſtante ceſſione.*
8 *Etiam ſi recipiens non eſſet dominus.*
9 *Vſusfructus, & hypotheca dicuntur largo modo eſſe in dominio.*
10 *Scientia ſimplex non ſufficit ad inducendam obligationem, ſed debet eſſe plena, & perfecta.*
11 *Confeſſio erronea non præiudicat confitenti.*
12 *Solutio facta metu diuturni carceris, non præiudicat.*
13 *Obligatio facta ad euitandam carcerationem iuſtam, eſt valida.*
14 *Metus cauſa durante, dicitur durare metus.*

DECISIO CCXCII.

IO. Paulus Manfredus anno 1574. emit annuum cenſum ſcutorum ſexdecim à Marcello Bertoldo cum obligatione, & acceſſione Iacobi, & Bartholomei fratrum de Aicardis. diſtracto fundo anno 1580, ſuper quo cenſus erat conſtitutus egit Manfredus pro manutentione contra Iacobum alterum ex obligatis, quam ob rem carceri mancipatus Iacobus ſoluit ſcuta centũ ad computum ſortis principalis, & biennio poſt reſiduum, & pro complemento reportauit quietãtiam à Manfredo per publicum actum anno 1606. Mortuo exinde Iacobo Tarquinia Alicorna filia, & hæres Hortenſiæ ſororis Manfredi vigore inſtrumenti ceſſionis de dicto Cenſu factæ per eundem Manfredum Artemiſiæ vſque de dicto anno 1574. egit contra Bartholomeum Aicardum alterum obligatum vti domina Cenſus. Ea de cauſa carceratus Bartholomeus dedit Tarquiniæ bona in ſolutum pro concurrenti quantitate ſui debiti. Reperto autem generalis quietantiæ inſtrumento per Manfredum factæ egit Bartholomeus repetitione indebiti, & cauſa in Rota commiſſa. Dubitauit, an datio in ſolutum ſubſiſtat in caſu, & ad effectum de quo agitur, Domini dixerunt dationem in ſolutum non ſuſtineri
1 † cum facta reperiatur debito non exiſtente, & conſequenter ob falſam cauſam, quæ ſolet vitiare dationem in ſolutum, *l. 1. §. hæc verba, verſ. proinde, ff. ne vis fiat ei.* ibi, *nil debet prodeſſe. Bart. in l. Fulcinius, §. cum hæc, num. 6. ff. ex quib. cauſa in poſſeſſ. eat. Alex. in l. ſi finita, §. Iulianus, num. 122. verſ. hoc tamen intellige, ff. de damno infecto, & Vlpian. in d. verſ. proinde*, idem
2 † exiſtimauit ſi prætẽſus creditor poterat exceptione ſummoueri, & optimè conſiderat *Menoc. de retin. poſſeſſ. remed. 1. num. 37. & 38.* Quod propriè applicatur in caſu Bartholomei, qui tutus erat ſolutione facta per fratrem, ob quam Cenſus extinctus remanſerat.

Et ceſſabat etiam effectus dationis in ſolutum:
3 quia cum † illa ſit ſimilis venditioni, *l. elegauter, in princ.* vbi *Bart. Bal. & Caſtr. ff. de pignor. act. Tiraquel.* plures citans *de retract. conſanguin. §. 1. Gloſ. 14. num.*
4 *2.* † ſicut deficiente pretio, venditio deficit tamquam carens ſubſtantiali, *§. Pretium. Inſtit. de empt.*
5 *& vendit.* † eodem modo datio in ſolutum cor-
6 ruit non verificato debito obligati † quod eſt pretium dationis in ſolutum.

Nec obſtabant quæ pro parte Artemiſiæ dicebantur de ſubſiſtentia debiti Bartholomei cum ſolutio per Iacobum correum facta fuerit Manfredo non vero domino Cenſus, cuius dominium vſque de anno 1574. titulo venditionis, & ceſſionis tranſtulerat in Arthemiſiam eius ſororem: quia reſpondetur nõ data notitia debitoris de tranſlatione do-
7 minij per contractum venditionis, vel ceſſionis † potuit Iacobus ſoluere Manfredo pretium Cenſus pro illius extinctione, & rectè ſoluit, & liberationem conſequutus eſt ſoluendo ei cum quo contraxit, *l. filius, C. de pact.* vbi *Bart. Bal. Alex. Iaſ. & Dec.* dicen-
8 tes † hoc etiam procedere ſi recipiens non eſſet dominus, *Bart. in l. ſi vrbana, ff. de cond. indeb. Surd.* pluribus relatis, *conſ. 43. num. 2. & deciſ. 60. num. 8.* Quæ liberatio magis confirmatur cum ex parte Arthemiſiæ non doceatur de requiſitis, vel altero eorum de quibus in *l. 3. C. de nouat.* ſcilicet, litis conteſtatione, vel partis debiti ſolutione, vel denunciatione.

Nec Dominis viſum fuit ſufficienter probata ſcientia Bartholomei de contractu Arthemiſiæ ex citationibus in foro Capitolino, quę dantur in ſummar. Arthemiſiæ, *num. 2. & 3.* quia ex illis non reſultabat explicita ſcientia tranſlationis pleni dominij ad fauorem Arthemiſiæ. poterat enim ex cau-
9 ſis vſusfructus, vel hypothecæ Censũ poſſidere, † quæ licet largo modo de dominio dicantur, *Bal. in l. proprietatis, C. de probat. & in l. fœmina, num. 5. C. de ſecun. nupt.* non tamen impediebant extinctionem Cenſus cum vero domino: maximè etiam quia cauſæ illæ poterant credi breui reſolubiles cum ab eo anno 1575. vſque ad annum 1583. quo Cenſus fuit extinctus, nec poſt appareat quod Arthemiſia ege-
10 rit pro fructibus huius cenſus, propterea † non ſufficit qualibet ſcientia quando agitur, vt quis ex ea obligetur, ſed debet eſſe plena & perfecta cum omnibus ſuis qualitatibus, *Gloſ. in cap. concertationi, in verbo, ſcienter, de appellat. in 6. Natta, conſ. 172. nu. 32. & 636. num. 192. Oſaſch. deciſ. 576. Becc. conſ. 97. num. 23. Surd. conſ. 150. in fine, lib. 1.*

Poſtremò dixerunt Domini non obſtare confeſſionem Bartholomei, de qua in inſtrumento dationis in ſolutum vbi expreſsè fatetur ſe ipſum, & Iacobum eius fratrem fructus huius Cenſus ſoluiſſe Arthemiſiæ ceſſionariæ per totum annum 1579.

eamq.

Digitized by Google

11 eamq. recognouiſſe in dominam Cenſus, † quia ex
deductis in Summar. Bartholomei, num. 1. apparet
erronea cum de anno 1577. Manfredus agebat, &
exigebat fructus Cenſus ſuo proprio nomine. Præterea
iſta ſolutio, & datio in ſolutum fuit facta ad
effectum ſe liberandi à carceribus, vt expreſsè legi-
12 tur in inſtrumento dationis in ſolutum, † & conſe-
quenter nulla metu diuturni carceris. *Menoch. de arbitr. caſu 136. num. 4. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 7. art. 9. num. 28. Rol. conſ. 2. num. 48. vol. 1.*

Et quæ dicebantur ex deciſione *Illuſtriſſimi Cardinalis Platti in Romana pecuniaria de Ruſpolis*, 10.
13 *May*, 1589. videntur procedere † quando aliàs con-
ſtaret carcerationem fuiſſe iuſtam, quia tunc obli-
gatio ad euitandam carcerationem iuſtam non in-
ualidatur, ſecus in caſu iſto, in quo prouenit carce-
ratio pro debito iam extincto, & conſequenter iniu-
ſto. & dum Bartholomeus extra carceres eandem
dationem in ſolutum ratificauit ex ea non potuit ſe
iuuare Arthemiſia propter reſeruationem mandati
executiui contra eumdem Bartholomeum in caſu
14 inobſeruantiæ; † vnde durante cauſa metus nouæ
carcerationis idem videtur iudicandum, quod de
ipſo metu, *l. Pedius, ff. de incend. ruin. & naufrag. Mandoſ.* latiſſimè in *Proœm. Gloſ. facultatis, in verbo, timor*, vbi multa exempla cumulat.

Et ita fuit reſolutum.

R. P. D. Pirouano, Auximana Spolij, Veneris 10. Decembris, 1610.

SVMMARIA.

1 *Bona fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, nec tenetur ad illorum reſtitutionem.*
2 *Ampl. etiam ſi poſſederit abſque titulo, vel inualido, quia facit fructus ſuos ratione culturæ, & curæ, & num. 4.*
Limit. ſi poſſederit ex titulo reprobo, num. 5.
3 *Ad fructuum acquiſitionem non eſt neceſſarius titulus, ſed quod abſit mala fides.*
6 *Bona fides cauſatur etiam ex iniuſto, & temerario titulo.*
7 *Bona fides cauſata ex iuris errore licet non ſufficiat ad præſcribendum dominium, ſufficit tamen ad fructuum acquiſitionem.*
Declar. ſi ſit error cui ius nec aſſiſtat, nec reſiſtat, ſecus ſi ius reſiſtat, num. 12.
Intellige ſi ius abſolutè reſiſtat, ſecus ſi ſimpliciter det formam ſeruandam in explicatione actus, numero 15.
Intellige in errore iuris, ſecus in errore facti, numero 20.
8 *Titulus inualidus licet non inducat bonam fidem poſitiuam, non tamen cauſat malam fidem.*
9 *Inter bonam, & malam fidem datur medium.*
10 *Alienatio facta à Iudice ſeruatis ſeruandis, cauſat bonam fidem.*
11 *Deceptus à curatore putatiuo, non dicitur eſſe in mala fide.*
13 *Bona minorum prohibentur alienari.*
14 *Iſta tamen prohibitio non eſt abſoluta, ſed datur certa forma obſeruanda in alienatione.*
16 *Surd. conſ. 115. num. 24. & 27. lib. 1. reprehenditur.*
17 *Aſſertio iuris legalis, & fide digni maximè facta in iudicio, cauſat bonam fidem.*
18 *Ampl. etiam ad præſcribendum dominium.*
19 *Error iuris quis propriè dicatur.*
21 *Fructuum liquidatio debet fieri iuxta teſtes deponentes de minori quantitate illorum.*
22 *Colono partiario eſt plurimum deferendum circa quantitatem fructuum recollectorum, tamquam deponenti in facto proprio.*

DECISIO CCXCIII.

PAVLVS Pinus cum eſſet creditor Io. Baptiſtæ Gherardelli occaſione fructuum annui Cenſus ſcutorum quinquaginta in concurſu creditorum Ioan. Baptiſtæ, qui ære alieno grauatus deceſſerat, obtinuit ſibi adiudicari poſſeſſionem cenſuatam pro ſorte principali ſcutorum, ſcilicet, quingentorum, & pro aliis centum ex cauſa fructuum, miſſuſq. in poſſeſſionem bonorum in ea perſeuerauit pro tempore annorum decem & ſeptem, verum Africanus, & Torquatus filij Io. Baptiſtæ obtinuerunt ſententiam reintegratoriam cuius vigore exinde Paulus fuit condemnatus ad fructuum reſtitutionem à die per eum adeptę poſſeſſionis cum liquidatione eorumdem in certa ſumma. Cauſa poſtmodum per appellationem ad Rotam deuoluta; dubitaui an ſententia extra Rotam lata eſſet confirmanda, vel infirmanda. Et infirmandam reſolutum fuit.

Nam reſpectu reſtitutionis fructuum, dicebant
Domini non potuiſſe Paulum condemnari à die
poſſeſſionis per eum captæ: quia ante litem motam
1 non fuit malæ fidei poſſeſſor, † & potuit fructus ſuos
facere, nec reſtituere tenetur, *l. 4. §. 1. ff. fin. regund. §. ſi quis à non domino, Inſtit. de rer. diuiſ.* Quod etiam
dictum fuit procedere quando Paulus poſſediſſet
2 ſine titulo, vel cum titulo inualido, † quia nihilomi-
nus fructus potuit lucrari pro cultura, & cura, *Gloſ. & Bart. in l. & ex diuerſo, ff. de rei vendic. Specul. & ibi Io. Andr. & Bal. in Addit. de fructib. & intereſſe, §. 3. Curt. conſ. 71. num. 6. verſ. ſecunda concluſio. Bert. conſ. 95. num. 11.* ſequutus *Curt. in d. conſ. 71.* Nam
3 † ad acquiſitionem fructuum titulus non requiritur
modo abſit mala fides, *l. quæſitum, in fine, ff. de acquir. rer. dom, l. lana, ff. de vſucap. Menoch. de retuperan. remed. 15. num. 593. Surd. conſ. 115. num. 4* dicens
ſufficere, qualem qualem occaſionē poſſidendi, *Bal. conſ. 11. in fine, lib. 1. Oſasch. deciſ. 160. num. 7.* Et ho-
4 rum ratio eſſe videtur, † quia præſumuntur condo-
nati propter curam, ſollicitudinem, & induſtriam in
eis colligendis, vt animaduertunt, *Curt. in d. conſ. 71. num. 25.* Vnde quamuis etiam accedat titulus inua-
5 lidus, vel putatiuus modo † non reprobus, vt puta
rei furtiuæ, vel inuaſæ, ſed cauſatus ab errore iuris,
vel facti non oberit poſſeſſori ad cōſeruandam bo-
6 nam fidem, quæ poteſt cauſari † ab iniuſtis, & te-
merariis titulis, *l. ſed & ſi lege, §. ſcire*, ibi *non puto hunc prædonem, qui dolo caret, licet erret in iure, ff. de petit. hæred.* vbi *Bart. Bal. & Angel. Alex. conſ. 127. col. 3. lib. 4. Iaſ. conſ. 72. col. 2. lib. 1. Gabr. lib. 7. de criminal. concluſ. 8. Curt. iun. conſ. 28. num. 11.* Et † quæ
7

bona

bona fides. ex errore iuris deducta, & ſi quo ad præ-
ſcriptionem dominij, quando eſt maioris præiudi-
cij, non ſufficiat; tamen ad acquiſitionem fructuum
indiſtinctè voluerunt procedere, *Bart. in d. l. ſed ſi
lege, §. ſcire, ff. de petit. hæred.* & plures alij, quos re-
fert & ſequitur *Deciſ. Pedem. 160. num. 5.* & vltra eos
latiſſimè *Becc. conſ. 95. num. 15. Menoch. de recuper.
remed. 15. num. 630. Lamberteng. de ſtatut. tit. de con-
tract. cor. qui ſine certa ſolemnit. Gloſ. 1. num. 120. &
274. Surd. conſ. 115. num. 5. & ſeq. Felin. in cap. de
quarta, num. 31. verſ. tertia reſtrictio, de Præſcript.* di-
8 centes, † quod quamuis ex titulo inualido non in-
ducatur bona fides poſitiua, quæ eſt excluſiua om-
nis ignorantiæ facti & iuris, vt conſiderat *Oſaſch. d.
deciſ. 160. num. 8.* non tamen cauſatur mala quod
9 ſufficit ne poſſeſſor dicatur in dolo cum † inter bo-
nam, & malam fidem detur medium, vt dicit *Bart.
in d. §. ſcire.* & ſequuntur omnes ſupra relati Doctor.
quibus accedunt *Ægid. in cap. grauis, num. 40. de
reſtitut. ſpoliat. Caſſador. deciſ. 6. num. 9. de Præbend.* &
fuit reſolutum in *Salamantina dimidiæ portionis*, 1.
Aprilis, 1591. *coram b. m. Cardinale Pamphilio, tunc
Rotæ Auditore.*

Quod autem Paulus bona fide ante litem mo-
tam hos fructus perceperit videtur probari ex eo,
10 † quod alienatio facta fuit de mandato Iudicis, &
bona adiudicata pro credito vero, & concurrente
illius quãtitate citato curatore dictorum Aphrica-
ni, & Torquati tunc minorum, qui communiter cre-
debatur talis, & qui tamquam talis in iudicio com-
paruit, atque ita credidit alienationem ſolemnem
11 eſſe validam, & † licet deceptus falſo curatore au-
ctore adhuc non deſiit dici bonæ fidei emptor, *l.
quicumque*, vbi eſt textus expreſſus, *in fine, ff. de pu-
blic. in rem act.*

Et quamuis *Bart. in d. l. ſed ſi lege, §. ſcire, ff. de
12 petit. hæred.* viſus ſit diſtinguere † inter errorem iu-
ris cui ius non reſiſtit, nec aſſiſtit, & errorem cui ius
reſiſtit, vt hoc poſteriore caſu titulus non proſit ad
acquiſitionem fructuum. quam Bart. diſtinctionem
Doctores communiter videntur approbare, vt ex
ſupra allegatis videre licet, & in his terminis fortè
13 dicatur nos verſari, quia † bona minorum fuerunt
diſtracta lege reſiſtente, *l. 1. in princ. ff. de reb. cor.*
vbi expreſsè interdicitur, & prohibetur alienatio
bonorum minoris. idem in *l. ſi pupillus, eod. tit. & in
l. non ſolum, C. de præd. minor.* & aliis ponderatis per
Surd. d. conſ. 115. num. 22. tamen multæ afferebantur
14 reſponſiones, † ſcilicet, quia non eſt abſolutè pro-
hibita alienatio bonorum minoris; ſed datur certa
forma ſeruanda vbi alienantur, & tunc quamuis
15 ius reſiſtere videatur, non tamen † impeditur ac-
quiſitio fructuum ſecundum *Gloſ. fin. in l. 2. C. ſi quis
ignor. rem minor.* quæ loquitur præcisè in rebus mi-
norum ſine ſolemnitatibus alienatis; quam ſequun-
tur *Alex. & Crot. in l. 1. §. ſi vir vxori, num. 15. ff.
de acq. poſſ.* & alij plures relati per *Oſaſch. deciſ. 160.
num. 9. Becc. conſ. 95. num. 15. verſ. ſecundo ſuffraga-
tur, Curt. d. conſ. 71. num. 52. Vaſq. Controuerſ. Illuſtr.
16 lib. 2. cap. 81. num. 8.* Nec rationes † *Surdi, in d. conſ.
115. num. 24. & 27.* ex quibus viſus eſt contrarium
conſulere prædictam diſtinctionem deſtruunt, quia
in Paulo non ſolum videtur concurrere bona fides
priuatiuè, ſcilicet, quod abſit perfidia; & mala
fides, ſed etiam poſitiuè, prout deſiderat *Surd. d. cõſ.
115. ſub num. 25.* dicens *Gloſ.* illam, *in l. 2.* ita intel-
lexiſſe *Alex. in l. 1. §. ſi vir vxori, num. 13. ff. de acq.
poſſeſſ.* & alios relatos per *Lamberteng. de ſtatut. Co-
men. tit. de Contract. cor. qui ſine cert. ſolemn. Gloſ. 1.
17 num. 114. & 124.* credidit † enim viro legali, &
fide digno aſſerenti ſe curatorem; cuius dictum,
maximè calore iudicij comprobatum, præbuit iu-
ſtam cauſam credendi & bonæ fidei, *Gloſ. in l. Titio
fundus.* quæ hoc benè probat, *ff. de con. l. & demonſtr.*
& eam pro notabili commendarunt *Crau. conſ. 272.
col. 3. verſ. quod autem. Tiraq. de pœn. leg. cauſ. 51. num.
26. 27. 34. & 35. Neuiz. lib. 4. Sil. Nuptialis, num. 55.
Curt. iun. conſ. 19. num. 5. Menoch. conſ. 1. num. 98.* &
ad terminos noſtros *Bal. in l. iudicia, C. de rei vendi-
cat. Ant. de Butr. in cap. ſi diligenti, ext. de Præſcript.
18 Curt. ſen. d. conſ. 72. num. 54.* Inferentes † ſufficere
etiam ad præſcribendum dominium, quamuis ma-
ioris præiudicij, & difficilius inducatur. & his ac-
cedit veritas, & iuſtitia cauſæ adiudicationis bono-
rum cum Paulus eſſet verè dominus Cenſus, & cre-
ditor ſcutorum centum, quæ magis etiam videntur
firmare bonam fidem.

Rurſus cum in occurenti caſu non agatur de ti-
tulo inualido, & errore iuris cauſato credendo ad-
19 iudicationem non ſolemnem eſſe validam, † qui
propriè dicitur error iuris ſecundum *Felin. in cap. de
quarta, num. 25. de Præſcript.* ſed ex errore facti, quia
Paulus credidit adiudicationem ſolemnem cum
20 præſentia curatoris, & decreto iudicis † non impe-
ditur acquiſitio fructuum iure etiam reſiſtente, *Gloſ.
ſingularis, in l. quicumque, in fine, ff. de public. in rem
action.* ex illo textu qui benè probat deceptum fal-
ſo tutore auctore bona fide emiſſe videri. & *Angel.*
ibidem not. illam *Gloſ.* quam exinde ſequuti ſunt
*Curt. ſen. conſ. 72. num. 33. & 52. Oſaſch. deciſ. 160.
num. 9. Felin. in cap. de quarta, num. 25. de Præſcript.*
hoc modo conciliando dicta *Inn. Card. & Anch. &
Imola, in cap. ſi quis Presbyterorum, de reb. eccleſ. non
alienan.* excuſantium emptorem bonorum Eccleſiæ
à reſtitutione fructuum, quando contractus reſol-
ueretur ob non ſeruatas ſolemnitates.

Reſpectu autem liquidationis fructuũ non etiam
viſa eſt poſſe ſuſtineri, quia dantur teſtes pro Aphri-
cano, & Torquato examinati de minori quantitate
21 fructuum perceptorum deponentes, iuxta † quam
facienda erat liquidatio, ſecundũ opinionem *Imol.
in l. inter pares, num. 2. & ibi Alex. num. 8. ff. de re
iudic. Bal. in l. fin. §. 1. de legat. 2. & in l. cum furti, de
in lit. iur. Innoc. in cap. ſi oporteat, in fine, de accuſat.
Specul. in tit. de Teſtib. §. poſtquam, verſ. quid ſi plures.*
& maximè quia inter eos aderat depoſitio coloni
22 partiarij, † cui tamquam deponenti de facto pro-
prio plurimum erat tribuendum. *Alex. conſ. 70. nu.
11. vol. 3. Io. Andr. in Addit. ad Specul. tit. de teſt. §. 1.
verſ. ſed pone, quod. Salic. in l. omnibus, nu. 6. C. de teſtib.*

Atque ita Dño Paulo tũ informãte reſolutũ fuit.

R. P. D. Ottembergio, Romana pecunia-ria, Lunæ 8. Martij, 1604.

SVMMARIA.

1 *Decretũ iudicis nõ requiritur, vbi quid fit ex neceſſitate.*

2 *Pater*

Digitized by Google

2 *Pater vbi poteſt bona filij alienare, non eſt neceſſarium decretum iudicis.*
3 *Pretium ſuccedit loco rei vendita.*
4 *Pretium debet remanere penes vſufructuarium, quando venditur res in qua quis habet vſumfructum.*
Praſtita tamen per eum cautione, num. 6.
5 *Pater legitimus adminiſtrator, & vſufructuarius bonorum filij eſt melioris conditionis, quam ſint alij vſufructuarij.*
7 *Debitor filijfamilias ſoluens patri, vti patri non liberatur.*
8 *Adminiſtratio paterna de bonis filij eſt libera ab omni hypotheca, ab omni onere reddendi rationem, & ab omni contradictione.*
9 *Pater vſufructuarius aduentitiorum filij, non tenetur cauere.*
10 *Pater eſt à lege conſtitutus adminiſtrator, & vſufructuarius aduentitiorum filij.*

DECISIO CCXCIV.

DECRETI confirmatio, vel infirmatio pendebat ex eo, an pretium Cenſus redempti qui erat in bonis filiorum eſſet liberè ſoluendum patri, vel deponendum, & reinueſtiendum. Et reſolutum fuit patri liberè ſoluendum, & per conſequens decretum infirmãdum, idq; ex natura contractus, quæ eſt vt ad libitum eius, qui pecuniam accepit reſtitui debeat: alioquin enim contractus
1 non valeret: Atqui cum † quis tenetur de neceſſitate aliquid facere non requiritur decretum, *l. à Diuo Pio, §. vlt. in fine, ff. de re iudic.* vbi notant *Doctor. & l. 3. §. 1. & 2. ff. de reb. eor.*
2 Et ſpecialiter † vbi patri conceditur facultas alienandi bona filiorum eam exercet liberam, & abſque decreto. *Bal. in l. fin. §. ſin autem æs alienum, C. de bon. quæ liber. Surd. conſ. 451. num. 20. & ſeq.*
3 Pretium † autem Cenſus, vel alterius rei venditæ
4 ſuccedit loco rei, debetq; remanere † penes vſufructuarium cui ſimpliciter vſusfructus relictus eſt, *l. vxori meæ, ff. de vſufr. legat. Cagnol. in repetit. l. 2. quæſt. 86. num. 344. in fine, C. de pact. inter empt. & vendit. Tiraq. de retractu Conuent. §. 1. Gloſ. 6. num. 29. Foller. de Contractib. cenſuarijs, in verbo. inſtrumentum gratiæ, num. 39. & ſeq.* multò magis talis pecunia de-
5 bet eſſe penes patrem, † cui conceſſa eſt amplior facultas, quam alijs vſufructuarijs. *Iaſ. in l. filiusfamilias, num. 9. ff. qui ſatiſd. cogant. Pinel. in l. 1. par. 2. num. 16. C. de bon. mater. Surd. conſ. 26. num. 4. verſ. ſed his parum mouentibus.* Quare ad alios vſufructua-
6 rios † pretium debet in ſubſidium peruenire cum cautione, *§ conſtituitur. Inſt. de vſufr.* ad patrem autem ſine cautione. Circa quod tamen Domini am-
7 plexi ſunt diſtinctionem, † quod videlicet, patri vti patri, vel coniunctæ perſonæ ſimpliciter ſolui non poteſt, *l. filius, C. de pact.* Si autem pater eſt legitimus adminiſtrator bonorum filij, ſolutio patri fieri
8 poteſt: adminiſtratio † enim paterna eſt libera ab hypotheca, & ab onere reddendæ rationis, & ab omni contradictione, *l. cum oportet, §. cum autem, C. de bon. quæ liber. Tiraq. de retractu Lignag. § 1. Gloſ.*
9 *13. num. 35. Dec. in d. l. filius.* Idem in patre, † qui eſt vſufructuarius bonorum aduentitiorum filij, & tamen cautionem non præſtat, *Pinel. in d. l. 1. par. 2. num. 40. & 41. Gabr. concluſ. 1. nu. 4. de vſufr.* in quam ſententiam aliàs etiam inclinauit *Rota in Peleſtrina hæreditatis*, quæ eſt 783. *par. 1. Diuerſor. ſub fine,* vbi dicit triſtes euentus non eſſe habendos in conſideratione, vltra quod filij tunc agere poſſent. Ce-
10 terum † ius defert legitimam adminiſtrationem, & vſumfructum in omnibus bonis, & rebus aduentitiis filiorum, *l. patri.* vbi *Bal. num. 5. ff. de minor. l. 1. & ſeq. C. de bon. mater.* Et in propoſito Iulius approbauit perſonam Alphonſi vti patris, & legitimi adminiſtratoris.

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Romana Cenſus, Veneris 4. Iunij, 1600.

SVMMARIA.

1 *Depoſitum factum non citato creditore, ad recipiendum non releuat.*
2 *Aſſertio procuratoris, non præiudicat principali.*
3 *Depoſitum non facit deficere curſum fructuum, niſi fuerint etiam depoſitati fructus decurſi vſque ad obulum.*
4 *Creditor habet fundatam intentionem ſuper non ſolutione, nec tenetur probare negatiuam.*
5 *Depoſitum non integrum non releuat.*

DECISIO CCXCV.

ANTONIVS Gibertus de anno 1561. emit domum à Peregrino Sologna, & pro reſiduo pretij, quod erat ſcutorum noningentorum vigintinouem, impoſuit ſuper omnibus ſuis bonis Cenſum ſcutorum octo pro quolibet centenario dictæ ſummæ, quem Cenſum pro ſoluto dedit venditori. de anno 1565. Gibertus vendidit dictam domum Dominæ Iuliæ Ceruariæ, quæ ad computum pretij aſſumpſit in ſe onus dicti Cenſus. de anno 1567. Domina Iulia viuente Peregrino venditore de eius ordine ſoluit ſcuta quadringenta quinquaginta de ſorte, & pretio dicti Cenſus Gregoriæ, & Paulinæ eius vxori, & cognatæ reſpectiuè. defuncto Peregrino cum Domina Iulia moleſtaretur à pluribus dicti Peregrini creditoribus coram Cardinalibus Cõgregationis aquæ Solonis de corũ mandato depoſuit ſcuta quadringenta ſeptuagintanouem, quod erat reſiduum pretij Cenſus, & quod fuit dictis creditoribus conſignatum. Mortua Domina Iulia Hoſpitale S. Iacobi incurabilium vti hæres dicti Peregrini Solognæ conuenit Illuſtriſſimum Cardinalem Verallum, & Dominum Ioannem fratrem Iuliæ pro fructibus dicti Cenſus, & obtinuit mandatum, quod fuit executum ſuper quadam eorum domo, quæ fuit ſubhaſtata. Præfati hæredes habita poſt longum tempus notitia depoſiti facti per Dominam Iuliam iudicium mouerunt contra dictum Hoſpitale pro recuperatione pecuniarum ſolutarum mediante ſubhaſtatione, vnà cum damnis, & intereſſe; quod iudicium terminari obtinuerunt cum voto Rotæ; proptèrea propoſui dubium. An Hoſpitale teneretur ad dictam reſtitutionem.

Pro

Digitized by Google

Pro qua obtineuda pro parte hæredum allegaba-
tur extiuctio Cenſus per ſolutionem ſcutorum qua-
dringentorum quinquaginta factam Gregoriæ, &
Paulinæ de ordine vẽditoris, & per depoſitum ſcu-
torum quadringentorũ ſeptuaginta nouem factum
de anno 1572. cum in præfatis duabus partitis con-
tineatnr ſumma ſcutorum noningentorum viginti-
nouem, quæ eſt integra ſors principalis, ſeu pretium
dicti Cenſus; & propterea non debentur amplius
aliqui fructus, & competeret reſtitutio indebitè ſo-
lutorum.

1 Sed contrarium fuit reſolutum, † quia depoſi-
tum factum fuit Hoſpitale non citato, quod tamen
citari debuit, *Iaſ. conſ. 9. col. pen. verſ. ſecundo & me-
lius, lib. 1.* latè *Rol. conſ. 63. num. 31. & 32. lib. 1.*

Neque obſtat quod comparens pro Hoſpitale
dixerit repudiaſſe hæreditatem Peregrini, quia
2 quando fuiſſet vetus procutaror † talis aſſertio non
præiudicaſſet Hoſpitali. Rurſus depoſitum non fuit
3 integrum, † nam non fuit factum vnâ cum fructi-
bus decurſis, *l. acceptam, in princ.* & ibi *Gloſ. in ver-
bo, vſuris, & Bal. in 6. oppoſ. num. 19. Caſtr. num. 2. C.
de vſur.*

Neque facit quod non proberur, quod tempore
depoſiti deberentur aliqui fructus qui non fuerint
4 ſoluti, † quia Hoſpitale habet fundatam intentio-
nem ſuper non ſolutione tamquam creditor, & non
habet negatiuam non ſolutionis, ſed debitor debet
probare affirmatiuam ſolutionis ex cumulatis per
Gabr. de Probat. concluſ. 6. in prima limit. nu. 15. & ſeq.

Neque facit inueriſimilitudo adducta ex eo quod
fuerit actum pro ſorte, & non pro fructibus, quod
non fuiſſet factum ſi Iulia fuiſſet etiam debitrix fru-
ctuum, quia vltra quod ſolum non ſufficeret ad pro-
bandum ſolutionem, tollitur etiam, quia vltra ſor-
tem principalem ſcutorũ quadringentorũ ſeptua-
ginta nouem fuerunt etiam petita ſcuta viginti
vnum pro fructibus, quæ ſcuta viginti vnum ſuffi-
ciunt ad effectum, vt depoſitum non dicatur inte-
5 grum, & non releuet cum ſatis ſit † quod deficiat
vnus nummus ex cumulatis per *Tiraq. de retractu
conuent. §. 4. Gloſ. 6. num. 23. & ſeq.* per *Foller. de Cen-
ſib. in verbo, inſtrumentum gratiæ, num. 49.* Accedit
quod mandatum fuit obtentum pro fructibus de-
curſis ante prætenſam extinctionem, quod non ſo-
lum præſumi deberet pro validitate mandati, &
ſubhaſtationis, ſed etiam probatur ex calculo facto
in reſponſione facti pro parte Hoſpitalis: verum
iſte calculus non comprehendit ſummam ſcutorum
tricentorum nonaginta trium in mandato compre-
henſum: nam ſi ſcuta ſeptuaginta debita pro reſi-
duo pretij addantur ſcuta centum duodecim quæ
prætenduntur deberi ex fructibus decurſis à die 8.
Octobris, 1565. vſque ad diem 11. Martij, 1567.
non fuerunt ſoluta ſcuta quadringenta quinqua-
ginta ad computum ſortis principalis, & ſcuta octu-
centa decem pro fructibus reſidui Cenſus à die 11.
Martij, 1567. vſque ad diem 29. Martij, 1572. quan-
do fuit factum depoſitum: nam iſtæ ſummæ coacer-
uatæ non aſcendunt ad ſummam ſcutorum tricen-
torum nonaginta trium, ſed tantum ad ſcuta tri-
centa octuaginta tria. & propterea quando Cen-
ſus fuiſſet per depoſitum extinctus, apparet noto-
6 rius exceſſus mandati, † qui etiam in minimo vitiat
mandatum, & ſubhaſtationem inde ſequutam, vt
fuit latè deductum *in Melphienſi ſpoliorum, 11. Octo-
bris, 1586. coram Cantuccio, in Aſſiſienſi ſubhaſtatio-
nis, 15. Nouembris, 1596. coram Orano, & in Romana
Spolij, 21. Februarij, 1600. coram Iuſto,* & ſicuti non
poſſet ſuſtineri ex fructibus poſt extinctionem de-
curſis, ita neque ex debitis ante diem 8. Octobris,
1565. cum peritio ſit reſtricta ad fructus poſt dictam
diem decurſos.

R. P. D. Manzanedo, Romana Cenſus, Lunæ 2. Aprilis, 1607.

SVMMARIA.

1 *Depoſitum factum ſine cauſa, non releuat.*
2 *Depoſitum vt releuet debet eſſe liberum, & non caute-
latum & cum proteſtationibus.*
3 *Depoſito non eſt opus vbi creditor offert ſe paratum
recipere.*

DECISIO CCXCVI.

DVBITAVI an depoſitum factum per
Dominos de Biſcia liberet Dominum
Flaminium de Anguillaria, & Domi-
ni negatiuè reſponderunt, quia Do-
mini de Biſcia in emprione Caſtri
huiuſmodi Cenſum ſibi accollauerunt, illiuſq. fru-
ctus ſoluere promiſerunt cui obligationi, & Domi-
no Flaminio non fuit ſatisfactum, cum abſque ali-
1 qua cauſa depoſitum fuerit factum, † qua opus eſt,
vt depoſitum releuet, *l. qui mutuam, §. 1. ff. mand. l.
fideiuſſor qui, ff. de fideiuſſ.* tradit *Cranet. conſ. 305.
num. 8.* Vlterius quia huiuſmodi depoſitum fuit fa-
ctum cum proteſtationibus, quod non conſignare-
tur niſi citatis eiſdem Angelo Palono, & Flaminio
Cecchino, & Felice filia, & hærede q. Iulij Ceſaris
de Rubeis, & Sfortia de Rubeis, & Vincentio Ani-
tello, & Domina Geneura Saluiata de Balleonibus,
& in cedula Montis pietatis dicitur depoſitum fieri
ad ſoluendum hæredibus Stephani de Rubeis, ſiue
quibus de iure deberetur, ex quibus dictum depoſi-
tum redditur conditionale, & in eo deponentes viſi
fuere non abdicaſſe à ſe dominium, ita vt Dominus
Angelus quoties, & quando vellet poſſet iſtas pe-
2 cunias accipere, & tale † depoſitum non releuat ad
tradita per *Bart. in l. ſoluturus, num. 5. ff. de ſolut.
Caſtr. in l. acceptam, num. 12. & ibi Bal. num. 24. in
fin. C. de vſur. Alex. conſ. 78. num. 29. & 30. lib. 5.
Neguſ. de pignor. 5. par. princ. memb. 3. & in 2. illius
parte, num. 10. Gabr. conſ. 17. num. 15. lib. 1. Pancirol.
3 conſ. 40. num. 23. & ſeq.* Præſertim cum † Dominus
Antonius non recuſauerit dictas pecunias in ſolu-
tum accipere, quia in reſponſione proteſtatus fuit
illas non deponi cum ipſe paratus eſſet illas reci-
pere, & de receptis liberare, & alia ad quæ de iure
tenetur implere, quibus ſtantibus minus erat locus
depoſito ad tex. in *l. qui decem, ff. de ſolut. Gabr. vbi
ſupra, d. num. 6.*

Illu-

Digitized by Google

Illuſtriſſimo Cardinale Ludouiſio, Lauretana bonorum, Lunæ 6. Iunij, 1611.

SVMMARIA.

1 *Depoſitum licet liberet à ſolutione facienda, non tamen retroctat iom factam.*

2 *Deponere non eſt accollare.*

3 *Promiſſionem venditam alteri non eſſe obligatam intelligitur de obligatione, quæ poſſit præiudicare emptori.*

4 *Promiſſio de faciendo conſentire omnem perſonam intelligitur, dummodo emptoris interſit, & poſſit aliquod damnum pati.*

5 *Depoſitum non integrum, non releuat.*

6 *Depoſitum ſi fiat non citato creditore ad recipiendum, non ſuffragatur.*

7 *Intimatio tamen depoſiti facti ex iudicis decreto, æquipollet citationi præfatæ.*

8 *Depoſitum vt releuet debet eſſe purum, & non conditionale.*

DECISIO CCXCVII.

RESOLVTVM fuit depoſitum non ſuffragari Illuſtriſſimo Cardinali Cuſentino ad effectum, vt non teneatur ad ſolutionem fructuum Cenſuum. Nam quo ad Cenſus per ipſum accollatos
1 res eſt indubitata, quia licet † depoſitum aliquando liberet, vel excuſet à ſolutione facienda, numquam tamen retractat iam factam, neque eius effectus tollit; ſed neque etiam quo ad fructus Cenſuum, quos ex conuentione accollare te-
2 nebatur, quia † deponere non eſt accollare, iuxta tradita per *Bar. in l. Item liberatur, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſoln. Tiraq. de retract. Lignag. §. 9. Gloſ. 9. nu. 3.* Præſertim quia Dominus Barnabeus numquam recuſauit, ſed ſemper inſtetit pro accollatione, *Iaſ. conſ. 9. num. 15. lib. 1. Corn. conſ. 262. num. 13. ad fin. lib. 4. Tiraq. vbi ſupra. Rol. conſ. 63. ſub un. 29. lib. 1. Gabr. conſ. 57. num. 6. lib. 1.* fuit dictum *in Farfenſi pecuniaria, 19. Nouembris, 1603. coram me, & in Romana Cenſus, 21. Aprilis, 1607. coram R. P. D. meo Manzanedo.*

Non obſtat quod ex aduerſo dicitur non ſtetiſſe per Dominum Cardinalem quo minus accollationem faceret, ſed fuiſſe repertum adeſſe alios creditores anteriores illis, qui fuerunt dati in liſta, quia quando fuiſſet verum poterat iſtis ſoluere, ſeu accollationem facere omiſſis datis in liſta: quia promiſſio de accollando erat facta non de certis creditoribus, ſed ſimpliciter de anterioribus. faciunt in terminis tradita *in Romana Cenſus corom Illuſtriſſimo Mellino*, vltra quod non aderant creditores anteriores, qui inſtarent, immo inſtare poſſent pro ſolutione cum eorum dies non ceſſiſſet, vt in deciſionibus allegatis.

Nec facit quod dicitur de vergentia Barnabei ad inopiam reſpectu dotis vxoris, quia vxor de ea non dedit, nec intentauit remedium, *l. ſi conſtante, ff. ſol. matr.*

Minus etiam facit quod Barnabeus promiſerit
3 † prædium nulli perſonæ eſſe obligatum, quia intelligi debet de obligatione quæ poſſet præiudicare emptori, vt dictum fuit *in vna Peruſina hæreditatis, 8. Aprilis, 1587. coram Orano, & in vna Romana, 17. Aprilis, 1598. coram R. P. D. meo Decano*; hic autem nullum poterat contingere præiudicium Domino Cardinali ex quo ipſe habebat ſoluere creditoribus anterioribus Barnabei, à quibus ceſſionem obtinendo repellebat poſteriores.

4 Idem eſt dicendum de promiſſione † de faciendo conſentire omnem perſonam, quia intelligitur dummodo emptori interſit, & poſſit ſentire aliquod damnum, vt fuit dictum *in vna Romana non adimplementi, 17. Nouembris, 1597. coram b. m. Cardinale Seraphino, & in dicta Romana Cenſus*. Hic autem excluditur omne periculum & damnum propter ſolutionem faciendam creditoribus anterioribus. & in omnem euentum Illuſtriſſimus Cardinalis poterat, & debebat agere ad liberãdum, & faciendum conſentire, quibus per Barnabeum non præſtitis potuiſſe eſſe locus depoſito. Quando autem fuiſſet locus depoſito, adhuc tamen illud de quo agitur, non ſuffragaretur: quia omiſſis iis, quæ hinc inde di-
5 cuntur ſuper integritate depoſiti † requiſita ad eius validitatem. *Alex. conſ. 75. num. 6. lib. 7. Aim. conſ. 106.* quæ eſſent calculo examinanda, depoſitum
6 non eſſet validum, quia factum fuit † nulla præcedenté citatione, *Iaſ. in præallegato conſ. 9. num. 5. ſub num. 15. verſ. ſecundo, & fortius, lib. 1. Curt. iun.* qui communem dicit *conſ. 28. poſt num. 1. Rol.* qui pariter de communi teſtatur *d. conſ. 63. num. 31.* & fuit dictum *coram me in illa Farfenſi pecuniaria.*

Non obſtat quod dicitur de intimatione facta,
7 † quæ æquipollet citationi, quia forſan procedere poſſet ſi fuiſſet factum decretum ſeu mandatum per iudicem de deponendo, vt requiritur *Rol.* qui alios allegat, *vbi ſupra, num. 32.* & dixit *Rota in illa Farfenſi pecuniaria*, hoc caſu ſi eſſet facta intimatio decreti .... præſertim quia Barnabeus intimatus non ſolum non conſenſit, ſed expreſsè impugnauit depoſitum.

8 Accedit quod vt depoſitum releuet † debet eſſe purum, & ſine aliqua conditione, & tale quod ad ſui libitum poſſit creditor exigere. *Paul. de Caſtro, in l. acceptam, ſub num. 12. verſ. ſi vero facta, C. de vſur. Iaſ. d. conſ. 9. nu. 15. circa med. Alex. conſ. 78. nu. 25. verſ. quinto quia, & num. ſeq. lib. 5. Ruin. conſ. 119. num. 15. lib. 5.* fuit dictum *in vna Bononienſi bonorum de Garbarinis, 4. Nouembris, 1580. coram fel. record. Clement. VIII.* & in *Romana Cenſus, 2. Aprilis, 1607. & 3. Iunij, 1608. coram R. P. D. meo Manzanedo*, & ſæpiſſimè in aliis; hic autem declaratio anterioritatis erat facienda per Iudicem de qua in inſtrumento venditionis non fit mentio, & requirebat longam diſcuſſionem, citationem, & graduationem creditorum, & faciendum erat iudicium diſcuſſionis.

R. P. D. Iuſto, Romana Cenſus, Mercurij 20. Nouembris, 1602.

SVMMARIA.

1 *Nemo tenetur de culpa, & negligentia alterius.*

2 *Peri-*

2 *Periculum depoſiti pertinet ad conſentientem depoſito.*
3 *Periculum depoſiti eſt commune inter creditorem, & debitorem quando vtriuſque mora interceſſit.*

DECISIO CCXCVIII.

RESPONDENDO ſtrictè ad punctum cuius periculo perierit depoſitum factum in banco Dominorum de Vbertinis. Domini dixerunt primum pactum quod ante inueſtimentum deberent deponi pecuniæ periculo R. P. D. Iuſtiniani Orphini emptoris fuiſſe adimpletum,& expitaſſe per conſtitutionem, & venditionem Cenſus,& ideo ſuccedere ſecũdum pactum de periculo communi,ex quo viſum fuit depoſitum,& pecunias communi periculo ſtetiſſe, & periiſſe. Non enim dici poteſt totum periiſſe damno Domini Iuſtiniani, ſiquidem intimauit redemptionem Cenſus, nominauit bancum de Vbertinis pro depoſito, interpellauit Archiconfraternitatem ad nominandum bancum pluries proteſtatus fuit, & tandem fecit depoſitum, & cum ſocietas fuerit negligens,nihil eſt imputandum Domino Iuſtiniano, qui depoſuit in banco mercatoris inſignis, qui tunc communiter reputabatur pro idoneo, & non
1 † debet teneri ex culpa & negligentia alterius, *l. ſi rem quam, §. 1. & ibi Gloſ. in verbo, fuerit, ff. de euict. l. qui fortuitis, l. pignus, C. de pignor. act. Purpur. conſ. 291. num. 4.* cum aliis allegatis per informantes. Maxime quia in depoſitum videtur cõſenſum per deputationem factam ad inueſtiendum pecunias depoſitatas, & per mandatum ad exigendum à Domino Iuſtiniano fructus medietatis Cenſus remanentis,quo caſu periculum quantum ad hoc fa-
2 ctum eſt commune ex pacto,quod † de iure ſpectaret ad conſentientem ad *Bal. in l. ſi pro debito, C. de bon. auctor. iudic. poſſid. Alex. conſ. 242. vol. 6.*

Non obſtat dicere, quod eadem mora Archiconfraternitatis debet operari quod totum depoſitum ſibi perierit non Domino Iuſtiniano, quia reſponderut quod quantum ad inueſtimentum faciendum in quo requiritur mora, vt totum dicatur periiſſe Atchiconfraternitati non probatur fuiſſe paratum in ſpecie. & ita procedit, & applicatur *deciſio Fulginatenſis coram R. P. D. meo Luta,* quæ allegabatur.

3 Præterea † quia conſtat de diligentiis factis pro reperiendo inueſtimento idoneo, ex quo dictum eſt induci conſenſum in depoſitum, & hinc inde videtur adeſſe aliqua mora. Et ita decifum fuit.

R. P. D. Penia, Romana Cenſus, de Comitibus, Mercurij 29. Aprilis, 1592.

SVMMARIA.

1 *Cenſus extinguitur, quando illius dominus acquirit proprietatem fundi ſuppoſiti.*
2 *Confinium deſignatio, demonſtrat quid in diſpoſitione comprehenſum fuerit.*
3 *Ignorantia in dubio præſumitur, niſi probetur ſcientia.*

DECISIO CCXCIX.

DOMINI Hieronymus,& Federicus de Comitibus annuum Cenſum ſcutorum centum quinquaginta auri in auro, quem ſuper octaua parte ex nouem partibus Caſtri diruti Turritulæ, illiuſq. tenimento, & territorio impoſuerant Mario Fano pro pretio duorum millium ſcutorũ ſimilium vendiderunt,& Domino Balthaxari de Comitibus, vt rem gratam illi facerent, ſummam duorum millium ſcutorum tradiderunt,ſed Balthaxar verſa vice tanquam dominus, & patronus vnius partis ex nouem partibus caſtri diruti Turritulę, illiuſq. tenimenti,& territorij ſuper dicta vna parte ex nouem partibus dicti Caſtri, eiuſq. tenimenti, & territorij intra certos terminos ibidem deſignatos,& expreſſos ſimilem annuum Cenſum centum quinquaginta ſcutorum auri in auro impoſuit, illumq. eiſdem Hieronymo,& Federico pro eodem pretio duorum millium ſcutorum auri in auro vendidit Orta poſtmodum cõtrouerſia inter prædictos Hieronymum, & Federicum ex vna, & Balthaxarem ex altera de & ſuper diuiſione ſtatus inter eos in communi poſſeſſi Dominus Cardinalis Azzolinus in quem fuerat compromiſſum in Laudo deſuper lato Domino Balthaxari pro ſua noua & integra parte prædicti Status Caſtrum Gorghæ Hieronymo verò,& Federico cetera omnia, & ſingula caſtra iuriſdictiones territoria,& tenimenta aſſignauit,& pro totali adæquatione nonæ partis Balthaxari aſſignatæ eoſdem Hieronymum, & Federicum ad deponendum in banco tuto ſcuta decem & octo millia ad tot Cenſus emendos ſuper bonis ſtabilibus eiuſdem Hieronymi,& Federici ad rationem ſex cum dimidio pro quolibet centenario, vt perpetuo pro euictione dictæ nonæ partis Balthaxari aſſignatæ manerẽt obligati, condemnauit. Et quoniam poſt obitum Balthaxaris in dubium reuocabatur per illius hæredes, an prædictus Cenſus deberetur: nam ex quo dicebatur impoſitus ſuper bonis caſtri Turritulæ, & illius territorio,& tenimento,quod per dictum Laudum vnâ cum aliis Caſtris, & territoriis Status de Comitibus fuerat aſſignatum Hieronymo,& Federico prætendebatur extinctus,& conſolidatus cum proprietate, & ſuper hoc ab A.C. contra hæredes Balthaxaris fuerat pronunciatum.

Dubitaui vtrum dicta ſententia eſſet confirmanda,vel infirmanda. & ter propoſita cauſa, in duabus prioribus poſitionibus non fuit capta reſolutio,quia Domini voluerũt videre depoſitiones quorumdam teſtium, quorum fuit data copia, & die 29. Aprilis vtraque parte informante, fuit reſolutum pro validitate ſententiæ A.C. & quoniam reſolutio pendebat ab eo an ille Cenſus fuiſſet ſolum impoſitus ſuper illa nona parte caſtri Turritulę, quæ prius poſſidebatur pro indiuiſa, vel etiam ſuper illo caſale exiſtente in tenimento dicti Caſtri, quod tanquam fundus proprius,& hæreditarius pro indiuiſo poſſidebatur à Dominis Ioanne,& Balthaxare fratribus de Comitibus,quod proprio nomine
1 vulgariter dicebatur *il Caſale della Caſa.* † nam ſi Cenſus erat impoſitus ſuper illa nona parte cum ea poſtea adiudicata fuiſſet Hieronymo, & Federico,

pro-

Digitized by Google

procul dubio fuiſſet extinctus, *l. 1. ff. quemadm. ſeru. amitt. l. ſi tibi fundo, ff. quib. mod. vſufr. amitt. l. neque pignus, ff. de reg. iur.* contra verò non cenſeretur extinctus ſi foret etiam impoſitus ſuper præfato Caſale eiuſdem Cenſus capace, arg. *l. vt pomum, §. ſi prædium, ff. de ſeruit. Bar. in l. pro parte, ff. eod. tit.* idem in *l ſtipulationes non diuiduntur, num. 3. ff. de verb. obligat.* Domini inſpectis verbis inſtrumenti impoſitionis Cenſus etiam ſuper illo Caſale impoſitum cenſuerunt. verba enim ſunt, & ſuperdicta vna parte ex nouem dicti caſtri diruti Turritulæ, illiuſq. tenimento, & territorio, iuribus, membris, & pertinētiis, &c. ex quibus putabant Cenſum ne dum fuiſſe impoſitum ſuper vna parte ex nouē dicti caſtri, ſed etiam ſuper illius tenimento, quod adhuc per Dominum Ioannem, & hæredes Balthaxaris poſſidetur, præſertim cum ex teſtium depoſitionibus appareret illud Caſale, quod dicebatur continere circiter ducenta Rubra terræ fuiſſe in territorio Turritulæ, & confinare cum territorio Veliterno. itaque illa verba, illiuſq. tenimento perinde accipienda fore ac ſi dictum fuiſſet Cenſum imponi ſuper vna parte ex nouem partibus, & ſuper illius tenimento.

Nec aliquid faciebat conſideratio deſumpta ex prioribus inſtrumenti verbis, quibus Balthaxar aſſerebatur dominus & patronus vnius partis ex nouem Caſtri diruti Turritulæ, illiuſq. tenimenti, & territorij, quaſi quod ille genitiuæ regularetur, ſeu dependeret ex illis verbis vnius partis ex nouem, quoniam dicebatur vtrunque genitiuum æqualiter referri ad illa verba dominus, & patronus. vt eſſet ſenſus Balthaxarem non ſolum habuiſſe dominium vnius partis ex nouē dicti caſtri, ſed etiam particularis illius Caſalis, ſeu tenimenti, quod vnā cum Ioanne poſſidebat, & ad ſe pro medietate ſpectabat, quem ſenſum verum & directum arguere videbantur ſequētia verba ibi ſuper dicta vna parte, illiuſq. tenimenti, cum non ſit nouum vnam ſcripturæ partem obſcuram per aliam declarari. Hanc interpretationem ſuadebat etiam deſignatio confinium, quibus Caſale enunciabatur cōprehenſum,

2 † cum ex confinibus deſignatis quid in diſpoſitione comprehenſum ſit intelligatur, *l. ade ſacra, ff. de contr. empt. Par iſ. conſ. 2. num. 64. lib. 3. Socin. iun. conſ. 139. nu. 1. lib. 3.* Quoniam territorium Veliternum, quod ab vno latere aſſignabatur pro limite confinabat cum præfato Caſale, præſertim cum licet Ioannes, & Balthaxar illud Caſale poſſiderent tanquam fundum proprium, & peculiarem, & nō tamquam ſeparatum à tenimento, ſeu territorio Turritulæ poſſediſſe probarentur, immo verò ſemper diceretur tentum, & poſſeſſum tamquam pars territorij Turritulæ.

Veriſimilis quoque mens cōtrahentium eandem interpretationē ſuadebat eos, ſcilicet, noluiſſe imponere Cenſum ſuper ſolo Turritulæ territorio, cuius fortaſſis exigui valoris erat iuriſdictio, ſed etiam ſuper illo Caſale maioris valoris, vt firmiorem, & ſtabiliorem Cenſum conſtituerent.

Nec mirandum ſi Dominus Cardinalis Azolinus nullam in laudo iſtius Cēſus, vel illius valoris mentionem fecerit, cum non potuerit meminiſſe eius

3 quod ignorabat, & in dubio † ignorātia, niſi ſcientia probaretur, præſumatur *l. verius, ff. de Probat.*

Ex iſtis tenuerunt Domini Cenſum fore præſumendum impoſitum etiam ſuper illo Caſale *della Caſa*. Libenter tamen iterum audirent hæredes Balthaxaris, nam non poſſum facile concipere quo modo contrahentes cōtra vſitatum ſtilum, qui in ſimilibus contractibus paſſim ſeruatur, nō fecerunt ſpecificam, & indiuiduam mentionem ipſius Caſalis cum proprio, & peculiari nomine vocaretur, nam bona pro indiuiſo poſſeſſa vocabatur, *la nona parte*, illud verò appellabatur *il Caſale della Caſa*. Maximè ſtante Conſtitutione *Pij V.* de creatione Cenſuum iubente rem ſuper qua Cenſus creatur debere eſſe certam, & indiuiduam. hic verò non poterat dici certitudinaliter de iſto caſale conſtare, præſertim etiam cum limites deſignati magis prætenderentur conuenire terris illius nonæ partis ex nouem partibus, quam iſti Caſali *della caſa*, & tantò magis erat ſpecificandum per Balthaxarem, quia ipſe non poſſidebat integrum Caſale *della caſa*, ſed illius medietatem tantum, vt teſtes conformiter deponunt.

Præſertim cū idem Balthaxar in alio Cēſu octuaginta ducatorum, quem impoſuit ſuper dicto Caſale, & nomen, & confinia, & medietatem eius ſe ſolum poſſidere expreſſerat. Denique cum Hieronymus, & Federicus prætenderent ſuper iſto Caſale *della caſa* habere iura, & ad ſe ſpectare pro duabus tertiis partibus, & deſuper lis mota fuerat, quæ adhuc coram R. P. D. meo Pamphilio dicitur indeciſa pendere, inueriſimile videbatur eos voluiſſe fundare Cenſum ſuper fundo, quem maiori ex parte ſuum eſſe prætendebant.

R. P. D. Coccino Decano, Veliterna Cenſus, Lunæ 20. Iunij, 1616.

SVMMARIA.

1 *Prioritas inſtrumentorum probatur ex ordine ſcripturæ in prothocollo Notarij.*

2 *Cenſum ſuper re propria quis habere non poteſt.*

3 *Cenſus extinctus ex eo quod illius dominus acquiſierit proprietatem fundi cenſuati reuiuiſcit, ſi ab eo fundus ille euincatur.*

DECISIO CCC.

AB initio dominus prædij erat Viuianus, quod poſtea vendidit Fabritio, & aliis de Crucciis, qui poſtmodum illud etiam vendiderunt Siluestro Cinello. Vlterius dum Viuianus erat dominus impoſuit Cenſum ſcutorum ducentorum ſuper dicto prædio, illumq. vendidit Paulo Petrucio, cui ſucceſſit Tullius filius, qui etiam vendidit præfatum Cenſum eidem Siluestro Cinello. Qua recum Viuianus prætenderet Cenſum fuiſſe extinctum cum die 27. Iunij, 1614. contrarium reſpondiſſet Rota repropoſita cauſa, eadē ſententia & hodie placuit.

Nam aut prætenditur extinctio ex emptione prædij, & illa non ſubſiſtit, quia conſtat Cinellum acquiſiuiſſe ceſſionem iurium Cenſus à Petrucio tranſlatiuè, & non extinctiuè: omnia enim verba, & clauſulæ repugnant extinctioni, & im-

portant acquiſitionem Cenſus, quia Petrucius vendidit Cenſum Cinello cum clauſulis, & ſi quod plus valet, donauit, conſtituti, & ceſſionis iurium, & cum promiſſione de manutenendo in pacifica poſſeſſione, quæ omnia extinctioni repugnant.

Neque obſtat quod in inſtrumento venditionis factæ per Crucios Cinello fuerit dictum, quod ad computum pretij ſcutorum tricentorum fuerint ſoluta ſcuta ducenta Petrucio pro extinctione Cenſus, ex quo infertur quod fuerat conuentum de extinctione. nam fuit reſponſum quod ex inſtrumentis per Archiuiſtas extractis conſtat, quod iſta duo inſtrumenta venditionis bonorum, & Cenſus fue-
1 runt facta eadem die 17. Septembris, † & quod
prius per Cinellum fuit emptus Cenſus, quam prædium. Inſtrumentum enim emptionis Cenſus præcedit in ordine ſcripturæ, & deinde fuit celebratum inſtrumentum emptionis prædij in quo non enunciatur ſimpliciter ſolutio pro extinctione Cenſus, ſed enunciatur emptio Cenſus facta per Cinellum in illis verbis ſubſequentibus ac empti per dictum Silueſtrum, &c. à dicto Tullio, vt in inſtrumento ſupra dicto, & ſic enunciatur extinctio, & emptio relatiuè ad inſtrumentum præcedens.

Aut prætenditur extinctio iure confuſionis, quia bona cenſuata deuenerunt ad Cinellum, qui eo-
2 dem tempore acquiſiuit Cenſum, † & ratione in-
compatibilitatis cum non poſſit habere Cenſum ſuper re propria ad *l. neque pignus, ff. de reg. iur.* & hoc non obſtat, quia cum de anno 1599. dicta bo-
4 na fuerint euicta Ciuello, † quatenus Cenſus po-
tuiſſet dici extinctus, reuiuiſcit cum Cinellus fuerit factus dominus bonorum reuocabiliter, iuxta not. in *d. l. neque pignus*, *Seraph. deciſ. 872. num. 3.* hoc maximè cum de anno 1600. 28. Nouembris Viuianus conſtituit ſe debitorem Cenſus, vt fuit ponderatum in alia deciſione.

2 Secundò, † quia coram illo non fuit productum
inſtrumentum Cenſus de cuius nullitate agebatur, quo non viſo non poterat Iudex de illo cognoſcere, vt per illos de Roggeriis tunc fuit proteſtatum, & conſequenter ſententia eſt nulla, *Bart. in l. 2. num. 5. vbi Alex. num. 8.* cum aliis ibi allegatis per *Cagnol. num. 68. C. de eden.*

Ceteræ nullitates, quæ contra præfatam ſententiam proponebantur, viſæ ſunt vel in facto non iuſtificari, vel non releuare, ſed ex ſupradictis fuit dictum conſtare de eius nullitate.

R. P. D. Marcomontio, Recanatenſis Cenſus, 13. Iunij, 1605.

SVMMARIA.

1 *Sententia confirmatoria ſententiæ de partibus lata, non tranſportatis actis, eſt nulla.*
2 *Inſtrumentum de cuius nullitate agitur, ſi non producatur, non poteſt ſuper eius nullitate pronunciari.*

DECISIO CCCI.

FVIT dictum vna tantum parte informante ſententiam de qua agitur, b. m. Orphini fuiſſe nullam. Primò, † quia
fuit lata ad confirmationem ſententiæ de partibus nõ tranſportatis illius inſtantiæ actis, ſine quibus Iudex nõ dicitur pronunciare cauſa cognita, *l. eos, §. ſuper ijs, l. iudicibus, l. præcipimus, C. de appell. Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 20. de reformat. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 9. de cauſa poſſeſſ. & propr.* & pluries fuit deciſum in Rota. & de non tranſportatione actorũ apparet, quia de illis non cõſtat in actis Domini Orphini, nec alio modo,

Illuſtriſſimo Cardinale Mellino, Romana fructuum Cenſus, 13. Iunij, 1603.

SVMMARIA.

1 *Statutum Vrbis cap. 158. lib. 1. non comprehendit contractum Cenſus.*
2 *Statutum Vrbis, cap. 159. lib. 1. non amplectitur contractum iuratum.*
3 *Præſcriptio vnica non ſufficit in annuis præſtationibus debitis ex contractu reſpectu temporis futuri.*

DECISIO CCCII.

DOMINI reſoluerunt pro informante, quod poſſit petere fructus decurſos per ſpatium triginta annorum ante motam litem à Mareriis, quia ſtatutum antiquum in hoc caſu non habet locum, vt fuit reſolutum *in cauſa Romana Cenſus de Caſſarellis, 9. Decembris, 1587. coram Gipſio.*
1 † *Statutum* verò nouum *in cap. 158. lib. 1.* expreſsè
2 excipit contractum Cenſus. Et *in cap. 159.* † non
comprehendit contractum iuratum, vt fuit reſolutum *in cauſa Romana penſionis domus, 16. Iunij, 1598. coram Illuſtriſſimo Lancelotto.*

Circumſcripto autem Statuto, iuxta illam opi-
3 nionem, quam ſequitur Rota † non ſufficit vna præ-
ſcriptio in illis annuis præſtationibus, *Mohed. deciſ. 190. Put. deciſ. 259. lib. 1.* & propterea peti poſſunt fructus decurſi per ſpatium triginta annorum, quia in illis ceſſat præſcriptio, *Socin. iun. conſ. 80. num. 34. libro 3.*

R. P. D. Vbaldo, Romana Saluiani Interdicti Mercurij, 22. Iunij, 1616.

SVMMARIA.

1 *Annuæ præſtationes debitæ ex contractu, præſcribuntur vnica præſcriptione pro omnibus annis.*
2 *Tertius poſſeſſor præſcribit hypothecariæ actioni inter præſentes ſpatio decem annorum, & num. 5.*
Limit. in obligationibus conditionalibus, in quibus non præſcribit etiam cum titulo, num. 10.
3 *Præſcriptiones in obligatione conditionali, tot requiruntur quot ſunt anni.*
4 *Obligatio ſoluendi Cenſum dicitur conditionalis, ſcilicet, ſi Cenſus non redimatur.*

6 Na-

6 *Natura Cenſus conditionalis, non mutatur ex mutatione perſonarum.*
7 *Reſtitutio in integrum datur ex capite iuſtæ ignorantiæ.*
8 *Ignorantia præſumpta hæredis eſt iuſta cauſa reſtitutionis in integrum.*
9 *Præſcriptio non currit non valenti agere.*
11 *Conſtitutum appoſitum in inſtrumento dat condictionem ex l.fin. C.de acquir. poſſeſſ. contra tertium poſſidentem cum titulo, & bona fide.*
12 *Condictio ex lege non præſcribitur minori ſpatio triginta annorum.*

DECISIO CCCIII.

IN deciſionibus in hac cauſa factis fuerant reiectæ aliæ exceptiones appoſitæ
pro parte Domini Caroli præter exce-
ptionem præſcriptionis de qua fuit re-
ſeruatum vt particulariter videretur.
Ideo propoſito dubio ſuper præſcriptione die 24.
Februarij præteriti fuit dictũ vt informaretur etiam
ſuper reſtitutione in integrum quam Dominus Io-
annes Baptiſta prætendebat ſibi competere, & de-
mum hodie die 22. Iunij Domini reſoluerunt eidem
Domino Ioanni Baptiſtæ non obſtare præſcriptio-
nem à Domino Carolo allegatam.

Nam licet recepta ſententia ſit in Rota, quod
1 † in annuis præſtationibus, quæ debentur ex con-
tractu ſufficiat vnica præſcriptio pro omnibus an-
nis ſecundum opinionem Citramontanorum, vt per
*Put. dec.ſ.*253. ſecundum nouã impreſſion. *lib.* 1. *Mo-
hed. deciſ.* 4. *de Præſcript. Balb. in tract. de Præſcr. par.* 4.
quartæ partis princ. q. 4. *nu.* 1. *&* 2. *Surd. conſ.* 208. *nu.* 8.
lib. 3. *Decian.* qui de magis communi teſtatur *conſ.* 2.
num. 39. *lib.* 1. Et Dominus Carolus prætendebat
fluxiſſe plusquàm decennium ex quo fuit ceſſatum
2 à ſolutione Cenſuum † infra quod ſpatium dicitur
præſcripta à tertio poſſeſſore actio hypothecaria
inter præſentes, & conſequenter Saluianum, *l.* 1. *&*
2. vbi *Gloſ.* & communiter *Doctor. C. ſi aduerſ. credit.
præſcr. oppon.* & eſt communis opinio, de qua latè per
Modern. Roman. in tract. de Saluian. inſpect. 2. *cap.* 2.
num. 222. *& Felician. de Cenſib. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 12.
Gaſpar. Roderic. de annu. reditib. lib. 2. *quæſt.* 9. *num.* 64.
verſ. ſecundus caſus. Guttier. Quæſt. ciuil. 90. *num.* 5.
lib. 1. *& conſ.* 47. *per tot.* & fuit dictum *in Imolenſi
Saluiani* 27. *Iunij*, 1594. *coram b.m. Cardinale Mantica*,
relata in d. tract. de Saluian. deciſ. 73. *nu.* 12. *& ſeq.* vbi
de cõmuni, & aliæ deciſiones allegantur in *d. tracta-
tu loco citato.* Tamen nõnullis ex dominis placebat
3 limitatio, † quando verſamur in obligatione con-
ditionali: tunc enim tot requiruntur præſcriptio-
nes, quot ſunt anni. *Balb. vbi ſupra, num.* 5. *Folier. in
Praxi Cenſuali, §. Cenſus, num.* 105. *Mohed. d. deciſ.* 4.
verſ. in caſu tamen, Put. d. deciſ. 253. Vnde cum Cen-
ſus ſit redimibilis iuxta Conſtitutiones *fel. rec. record.
Martini, Calixti, & Pij V.* videmur eſſe in contractu
4 conditionali, † videlicet, quod fructus non debean-
tur niſi quatenus Cenſus non fuerit redemptus, vt
in his terminis reſoluit *Rota in vna Romana Cenſus de
Capharellis*, 9. *Decembris*, 1587. *coram b.m. Gypſio*,
quam ſequuta eſt *Rota in alia Romana fructuum Cen-
ſus*, 13. *Iunij*, 1602. *coram Illuſtriſſimo Domino Cardi-
nale Mellino.*

Et quamuis reſponderetur prædictas deciſiones
procedere inter emptorem, & venditorem Cenſus,
5 vel eius hæredem; † non autem reſpectu tertij poſ-
ſeſſoris præſcribendo hypothecariam per lapſum
decem annorum, *d.l.* 1. *&* 2. *C. ſi aduerſ. cred.* cum
6 aliis ſupra allegatis, replicabatur tamen, quod † ex
mutatione perſonæ non videtur mutari natura Cen
ſus conditionalis, cuius tot debent eſſe præſcriptio-
nes, quot ſunt anni ex deciſionibus allegatis, cum
res ſemper trãſeat cum ſuo onere, & cum ſua cauſa.

Quia tamen hæc non omnino aliis Dominis pla-
cuerunt; tum quia illa deciſio in illa Romana de
Capharellis videbatur non tranſire ſine difficulta-
te; tum quia diſtinctio inter principales contrahen-
tes, vel eorum hæredes, & tertium poſſeſſorem fuit
amplexa *Rota in d. Romana Saluiani coram Cardinale
Mantica.* Ideo libentius reſederunt in aliis motiuis.

Et primò, quod in omnem euentũ videatur com-
7 petere Domino Ioanni Baptiſtæ † reſtitutio in in-
tegrum ex capite iuſtæ, & probabilis ignorantiæ,
iuxta *deciſ.* 11. *num.* 10 *& deciſ.* 171. *num.* 1. impreſ.
poſt tract. *Modern. de Salu. Interd.* Idq. eo magis cum
hæreditas Ioannis Antonij fuerit iuxta eius teſta-
mentum adminiſtrata à Cõgregatione Charitatis,
& quod in terminis *d.l.* 1. *C. ſi aduerſ. cred.* ſuper qua
eſt fundata d. deciſio in Imolenſi Saluiani coram
Mantica, concedatur ex iuſta cauſa reſtitutio, tenet
Gloſ. ibi *in verbo, incumbant, in prima ſolut.* quam ibi
ſequuntur poſt *Din. Cin. num.* 1. *Alber. num.* 2. *verſ.
opponit, Gloſ. Angel. num.* 1. *verſ. in Gloſ. Salic. num* 3.
8 *verſ. oppono ad idem.* & † iuſta cauſa videtur igno-
rantia in hærede, qui ſuccedit in locum alterius. vbi
Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. Rota in d. tract. deciſ. 147.
num. 3. Quæ iuſta cauſa non videtur poſſe negari in
Ioanne Baptiſta, quidquid eſſet dicendum in Aloy-
ſio cuius negligentia non videtur potuiſſe præiudi-
care Ioanni Baptiſtæ vocato poſt eius mortem ſine
filiis ad hæreditatem Ioannis Antonij. Ex quo
etiam eliciebat vnus ex Dominis, quod cum viuen-
te Aloyſio non eſſet nata actio Ioanni Baptiſtæ vo-
cato ſub dicta conditione ſuccedit regula vulgaris,
9 † quod non valenti agere non currat præſcriptio,
l. 1. *in fine, C. de annal. except.* Et quod in conditio-
10 nalibus † tertius poſſeſſor etiam cum titulo non
præſcribat, vt eſt tex. in *l. cum notiſſimi*, *§. illud. C. de
præſcr. trigin. ann. in l. fin. §. ſin autem, ſub conditione,
C. commun. de legat. Alex. conſ.* 101. *num.* 23. *lib.* 7. *Nat-
ta, conſ.* 437. *num.* 5. & hanc dicit communem poſt
plures relatos *Molin. de Hiſpan. primogen. lib.* 4. *tit.* 10.
in 3. *concluſ. Peregr. de fideicomm. art.* 41. *num.* 16. *verſ.
quinta concluſio, num.* 17.

Alterum fuit motiuum, quia in inſtrumẽto Cen-
11 ſus adeſt clauſula conſtituti, † quo caſu competit
contra tertium poſſeſſorem titulo, & bona fide con-
dictio ex *l. fin. C. de acquir. poſſeſſ. Afflict. deciſ.* 139.
num. 5. *Oſaſch. deciſ.* 35. *num.* 5. *Modern. d. tract. de
12 Salu. Interd. inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 218. † Quæ condi-
ctio non præſcribitur, niſi ſpatio triginta annorum,
iuxta *l. omnes*, *l. ſicut*, *C. de præſcript. triginta annor.
Afflict. vbi ſupra. num.* 5.

Et ita fuit deciſum.

R. P. D. Vbaldo, Vormatienſis Cenſus, Lunæ 23. Iunij, 1614.

SVMMARIA.

1 *Conuentio clara debet attendi.*
2 *In annuis præſtationibus ex contractu tot requiruntur præſcriptiones, quot ſunt anni.*
3 *Canonici non poſſunt præiudicare ſuæ Eccleſiæ, recipiendo minorem ſummam quam debeatur.*
4 *L. aduerſus, C. de vſur. procedit ſolum in vſuris.*

DECISIO CCCIV.

DOMINI reſponderunt pro informante nempe ſententias de partibus eſſe infirmandas, quæ declararunt Abbatem, & conuentum Erbacenſem non teneri, niſi ad annuam penſionem ſoluendam per quadraginta florenos quindecim baſtiorum prout poſtremis annis ſoluerunt, & ſic contra expreſſam impoſitionem annui Cenſus florenorum quadraginta quinque Vormatienſium valoris ibi-
1 dem currentium. † Quæ conuentio cum ſit clara illa attendi debet, *l. 1. §. ſi conuenerit, ff. depoſ. l. Imperator, ff. de contr. empt.*

Non obſtat aſſerta præſcriptio aliter ſoluendi florenos quadraginta ad quam inducendam afferuntur tres quietantiæ, prima de anno 1561., altera 1587., tertia 1604. in quib. Decanus, & Capitulum fatétur ſe recepiſſe florenos quadraginta quindecim baſtiorum pro dictis annis quietando Abbatem, & conuentum etiam pro annis præteritis: quia fuit dupliciter reſponſum. Primò, quod eiuſmodi actus ad inducendã præſcriptionem in annua præſtatione non ſufficiunt, nec ad futuros annos ex-
2 tenduntur, † quia tot debent eſſe præſcriptiones, quot ſunt anni, & ſic debitor non obſtante eiuſmodi præſcriptione poteſt in poſterum cogi ad præſtationem conuentam, *l. cum acutiſſimi, §. in ijs etiam, vbi Gloſ. & Doctor. C. de præſcript. triginta vel quadr. ann.* & poſt plures relatos de communi teſtatur *Myſing. centur. 3. obſeruat. 13. Gail. Practic. Obſeruat. lib. 2. obſeruat. 73. num. 1. 2. & 3. Guido Papa, deciſ. 406. in fine, Capella Toloſ. deciſ. 343. & ibi addent.* & tenuit *Rota in cauſa Romana fructuum Cenſus, 13. Iunij, 1603. coram Illuſtriſſimo Cardinale Mellino.* Quã opinionem eo magis amplectebantur Dñi ex quo agitur in partibus Vltramontanis in quibus viget dicta cõmunis opinio, prout diſtinguendo regiones in hac materia aliàs dixit *Rota apud Put. deciſ. 259. num. 1. lib. 1.*
3 Secundò fuit reſpõſum, † quod Canonici, & Decanus pro tẽpore recipiendo minorẽ ſummã nõ potuerũt Eccleſiæ præiudicare, cũ ſimus in Cenſu legitimè cõſtituto, quidquid aliàs eſſet dicendũ in vſuris, in
4 quibus † tñ procedit tex. *in l. aduerſus, C. de vſur.* ita *Bal. in d. l. aduerſus ant. num. 1. verſ. & ideo Prælatus.*

Et ita fuit deciſum.

R. P. D. Gipſio, Romana Cenſus de Capharellis, Lunæ 28. Martij, 1588.

SVMMARIA.

1 *L. Procula, ff. de Probat. Intellectus.*
2 *Cenſus de ſui natura perpetuus ſit redimibilis, venditore volente.*
3 *Creditum quod peti non poteſt, non præſumitur remiſſum ex regula, l. Procula, ff. de Probat.*
4 *Quietantia limitata, limitatum producit effectum.*
5 *Quietantia generalis non comprehendit ea, quæ vendicari poſſunt.*
6 *Etiam ſi verba ſint vniuerſalia.*

DECISIO CCCV.

FVIT concluſum diſpoſitionem, *l. Procula, ff. de Probat.* in hac ſpecie locum
1 non vendicare, quoniam † omnia illius requiſita non concurrunt. Nam vltra conſanguinitatem, & temporis diuturnitatem, neceſſe eſt probare rationes ſæpius calculatas fuiſſe, vt tradit *Iaſ. in l. quæ dotis, num. 12. ff ſol. matr. Dec. conſ. 269. col. 2. prope fin.* cum aliis congeſtis per *Modern. de arbitrar. caſu 88. num. 16. & ſeq.* ſed diuturnitas temporis in hoc caſu cõſiderari non
2 poteſt, quia verſamur in Cenſu † ex ſui natura perpetuo, & non redimibili niſi venditore volente, quo
3 fit vt remiſſio illius crediti, † quod petere non poterat, creditor numquam iuxta terminos, *d. l. Procula,* cenſeatur facta, vt benè per *Soc. iun. conſ. 128. num. 14. & 126. lib. 1.* Præſertim quia hodie Illuſtriſſimus Dominus Ioannes Petrus petit fructus Cenſus poſt obitum Domini Aſcanij ſui patris non ante decurſos. Deficit etiam aliud requiſitum rationis ſæpius redditæ: nam vna dumtaxat reperitur quietatio paulò ante obitum Domini Aſcanij de geſtis, & adminiſtratis per Dominum Proſperum, cæteræ verò quæ afferuntur ſunt particulares, nec totalem bonorum communium adminiſtrationem tangunt. Ideo ſuffragari nequeunt, vt tradunt Scribentes in ſupraci-
4 tatis locis. † & quietantia limitata limitatum producit effectum, *l. ſi de certa, C. de tranſact.* Nec ad ea,
5 † quæ iure dominij vendicari poſſunt extendi de-
6 bet, *l. ſi Aurelius, §. Mænia, ff. de liberat. legat.* † Etiam ſi verba eſſent vniuerſalia, *Alex. conſ. 170. num. 7. lib. 2. Ruin. conſ. 25. num. 17. lib. 1.*

Nec obſtant coniecturæ deductæ ex eo quod Dominus Aſcanius, qui erat vir expertus & ſagax non omiſiſſet in quietantiis factis Domino Proſpero de huiuſmodi Cenſu mẽtionem facere: quia cum nondum inter ipſos fratres diuiſio bonorum facta extaret, inconueniens non fuit, quod ſicut de aliis bonis ſtabilibus nihil dixit, ita quoque huius Cenſus mentionem omittere, quia ipſorum intentio non fuit tunc temporis bona patrimonialia diuidere.

Ex illis igitur concluſum fuit eſſe locum executioni, iuxta formam vltimæ commiſſionis.

Illuſtriſſimo Cardinale Lancelotto, Romana domus, 22. Iunij, 1611.

SVMMARIA.

1 *Alius, a, ud, hæc dictio etiam iuncto ſigno vniuerſali, importat ſimilitudinem.*
2 *Clauſulæ derogatoriæ non ampliant præcedentem diſpoſitionem, ſed intelliguntur appoſitæ ad limites illius.*
3 *Socius, & conſors in re cõmuni eſt præferẽdus cenſuario.*
4 *Bulla Pij V. ſuper Cenſib. præferens cenſuarium omni-*

bus

bus alijs emere volentibus rem Cenſui ſubiectam, intelligitur de omnibus alijs non habentib. ius potentius.
5 *Bulla prædicta multum præiudicat domino fundi cenſuati, auferendo ab eo liberam facultatem vendendi rem ſuam.*
6 *Cenſus ſuſtineri non poteſt in re domini Cenſus ad ſuimet fauorem.*
7 *Nemo poteſt ſecundum regulas iuris eſſe debitor ſui ipſius.*

DECISIO CCCVI.

FVIT reſolutum Capitulum S. Petri eſſe præferẽdum Lælio Amoroſio cenſuario in venditione domus, non obſtante prætenſione Amoroſij dicentis vigore Cenſus in dicta domo ad ſui fauorem impoſiti ſe eſſe præferendum in venditione, iuxta formam Conſtitutionis *Pij V.* concedentis prælationem cenſuariis.

Nam licet ibi adſint verba quod dominus Cenſus præferatur omnibus aliis ponderata à *Modern. Boet acc. de Cenſib. par. 2. num. 63.* tamen quia ſumus
in materia reſtringibili propter præiudicium quod
affert dominis auferendo ab illis liberã facultatem
1 diſtribuẽdi res ſuas, dictio, aliis † etiam iũcto ſigno
vniuerſali importat ſimilitudinẽ, vt intelligatur de
omnibus aliis emptoribus non habentib. priuilegiũ
prelationis, aut ius potẽtius, vt poſt alios allegatos
deducit *Ruin. conſ. 116. n. 17. lib. 2. Ceph. cõſ. 134. nu. 2.*
Nec faciũt clauſulæ generales in dicta Bulla con-
2 tentæ, quia notum eſt, † quod derogatoriæ non ampliant præcedentem diſpoſitionem, ſed intelliguntur appoſitæ ad limites illius, iuxta notata per *Abb. in cap. cum noſtris, col. fin. de conceſſ. præben. Calder. conſ. 25. in fine, de præben. Felin. in cap. non vult, de reſeruat. Put. deciſ. 177. lib. 1.* & fuit deciſum *in cauſa Ortolenſi decimarum, 9. Iunij coram Orano.*

Quibus accedunt tradita per *Nauar. in tract. de*
3 *vſur. quæſt. 44. nu. 127.* † Quod in omni re communi ſocius, & conſors præferendus ſit cenſuario ratione conſortij, ſeu dominij. Ius autem cenſuarij, quod
competit ſolum ratione hypothecæ eſt debilius, &
4 ideo Bulla † ſatis operatur, & ſatis priuilegiatur cen
ſuarium præferẽdo illum omnibus aliis non habentibus potentius ius ex Statuto, conſuetudine, vel
5 aliunde, atque † multum præiudicat dominis auferendo ab illis liberam facultatem vendendi rem ſuam, nec eſt interpretandum, vel ampliandum vt præiudicet ei, cui potentius ius competit.

Quod tantò magis procedit in caſu iſto ex quo
Amoroſius cenſum acquiſiuit poſt factam ſibi venditionem domus de qua agitur, quod illi ſuffragari
6 non debet; tum † quia non poteſt ſuſtineri cenſus
in re propria ad ſui fauorem; tum etiam quia effi-
7 ceretur † debitor ſui ipſius contra oẽs iuris regulas.

R.P.D. Dunozet, Romana prælationis, Lunæ 26. Iunij, 1617.

SVMMARIA.

1 *Dominus cenſus in venditione fundi cenſuati debet præferri omnibus alijs emere volentibus.*
2 *Alienatio rei non prohibetur ob pendentiam litis ſuper iure illi connexo.*
3 *Collitigantes poſſunt ſaltem ex æquitate canonica acquirere nouum ius à tertio, non exiſtente in lite, & ex illo obtinere.*
4 *Denunciatio futuræ venditionis fundi cenſuati debet fieri domino Cenſus, non autem procuratori.*

DECISIO CCCVII.

1 DOMINI cenſuerunt † ſorores de Rubeis eſſe præferendas in emptione vineæ tamquam cenſuarias vigore Bullæ Pij V. *Seraph. deciſ. 1475.* fuit dictum in *Romana Vinea, 31. Ianuarij, 1601. coram Illuſtriſſimo Mellino, & in alia Romana vinea, 26. Iunij, 1609. coram Illuſtriſſimo Ludouiſio.*

Nec viſum fuit obſtare Cenſus acquiſitionem fuiſſe factam pendente lite, & ad æmulationem. Reſponſum enim fuit quoad litis pendentiam, non poſſe dici litem fuiſſe motam pro Cenſu, immo nec
etiam ſuper domino vineæ, ſed ſuper prælatione, &
2 ideo valida eſt alienatio, † quæ non impeditur per litem ſuper iure connexo, *l. 1. C. de litigioſ. & l. 1. ff. eod. l. quamquam, §. Iulianus, ff. de aqu. plu. arcen. Affl. deciſ. 331. Caſſad. deciſ. 4. in princ. vt lite penden.*

Nec etiam alienatio dicitur facta ad æmulationem, quia cum dictæ mulieres ab initio intentauerant prælationem ex capite vicinitatis, & poſtea acquiſiuerint huiuſmodi Cenſum ad effectum, vt facilius poſſent conſequi vineã, ceſſabat omnis æmu-
3 lationis præſumptio, † nec iure prohibitum eſt collitigantes poſſe acquirere nouum ius à tertio non exiſtente in lite, & ex illo obtinere præcipuè ex æquitate canonica, *cap. Abbate. de re iudic. in 6. Bart. in l. & an eandem, §. actiones, col. pen. verſ. ſed de æquitate canonica. ff. de except. Oldr. conſ. 299. num. 3. Gabr. de iudic. concluſ. 4. num. 27.*

Nec etiam viſum fuit obſtare denunciationes factas à Caſſiano: nam illa facta Locatello aſſerto procuratori Societatis S. Bartolomei dominæ Cenſus viſa fuit inſufficiens, quia nec de illius mandato
4 conſtat, & † denunciatio debet fieri domino cuius eſt declarare an velit præferri. vt in ſimili de interpellatione inueſtimenti ad effectum conſtituendi aliquem in mora pro vſuris, tenuit *Rota in vna Romana de Creſcentijs anni præſentis coram R. P. D. meo Pamphilio.*

Interpellatio verò facta ſororibus poſtquam ipſæ Cenſus ceſſionem reportarunt non obſtat, quia intra terminum triginta dierum datum cenſuario in Bulla declararunt in articulis velle ſe præferri; & quamuis talis declaratio fuit facta à procuratore, tamen infra eumdem terminum fuit ab eiſdem ſororibus ratificata & de nouo facta, quæ declaratio, quidquid pro parte Caſſiani dicatur viſa fuit ſatis clara. Et licet articulus fuerit reſecatus à Iudice, tamen ex hoc non fuit ſublata declaratio facta à dictis ſororibus, tamquam quod non potuiſſet fieri, ſed ſolum quod ille articulus non erat admittendus in cauſa prælationis ratione vicinitatis.

Verum quia pro parte Caſſiani prætendebatur ſe eſſe præferendum ratione alterius Cenſus ſcuto-

rum quinquaginta antiquioris ſuper eadem vinea impoſiti, & per ipſum acquiſiti pendẽte lite Domini dixerunt ſententiam latam extra Rotam, qua mandatur ſorores eſſe præferendas, eſſe confirmandam, niſi obſtet inſtrumentum Cenſus de quo voluerunt particulariter dubitari.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

Coram eodem, in eadem cauſa, 2. Aprilis, 1618.

SVMMARIA.

1 *Domino cenſus poſſidenti fundum cenſuatum datur retentio illius, quatenus ſit vendendus.*
2 *Etiam quod cenſum acquiſierit poſt litem motam ſuper prælatione.*
3 *Poſſeſſor habens ius antiquius eſt præferendus.*
4 *Nemo poteſt in re propria ad ſuimet fauorem habere cenſum, vel aliam ſeruitutem.*
5 *Limit. quo ad effectum, & ius retentionis, & conſeruationis rei poſſeſſæ.*
6 *Hypotheca non extinguitur ex acquiſitione dominij facta reuocabiliter.*
7 *Cenſus ſi extinguatur ex eo quod illius dominus acquirat dominium fundi cenſuati reuiniſcit, ſi ab eo fundus ille euincatur.*
8 *Prælatio reſpectu cenſus habet locum contra alium cenſuarium habentem maiorem cenſum, ſed poſteriorem.*
9 *Conſors eiuſdem rei habens in illa maiorem partem non præfertur in illius venditione conſorti habenti minorem partem.*
10 *Priuilegium vnius priuilegiati non poteſt dici potentius priuilegio alterius, quando inter illos nõ adeſt differentia in ſubſtantia, ſed tantum per plus, & minus.*
11 *Poſſeſſor eſt præferendus inter duos habentes par, & æquale priuilegium.*
12 *Inter duos habentes par priuilegium præfertur is, qui agit de damno vitando.*
13 *Et ei, ſublato priuilegio, aſſiſtit ius commune.*
14 *Vincula duo magis ligant, quam vnum.*
15 *Intellige quando vtrumque vinculum eſt paris potentiæ, & effectus.*
16 *Vicinus de iure communi non habet ius retrahendi.*
17 *Fundans ſe in conſtitutione debet probare concurſum omnium qualitatum à conſtitutione requiſitarum.*
18 *Dominus cenſus in venditione fundi cenſuati debet præferri omnibus alijs emere volentibus, etiam quod ſuus cenſus eſſet creatus ante Bullam Pij V.*
19 *Dominus cenſus non poteſt dici condominus fundi cenſuati, ſed habet ius ab illo ſeparatum.*
20 *Conſtitutio declaratoria extenditur etiam ad caſus, qui ante illius promulgationem originem habuerunt.*
21 *Contractus cenſualis ſubſtantia in quibus conſiſtat.*
22 *Pactum anticipatæ ſolutionis, cum non ſit contra ſubſtantiam cenſus, annullatur.*
23 *Ius prælationis conceditur cenſuario non ex mero priuilegio, ſed propter ius quod habet in re cenſuata.*

DECISIO CCCVIII.

DOMINI cenſuerunt ſororibus obſtare cenſum emptũ per Ioſephum, quia ſicuti ex priuilegio prælationis iuxta Bullam *ſan. mem. Pij V.* domino Cen-
1 ſus competit actio ita † & multò magis retentio. *l. per retentionem, C. de vſur. Surd. deciſ.* 253. *num.* 11. *& deciſ.* 277. *nu.* 19. & in his terminis tenuit *Rota in cauſa Romana vineæ, 26. Iunij coram Illuſtriſſimo Domino Cardinale Ludouiſio.*
2 Non obſtat † cenſum fuiſſe emptum poſt litem motam, quia hoc obiectũ fuit ſublatum in alia deciſione facta ad fauorem ſororum ex *Oldr. conſ.* 299. *num.* 3. *Gabr. concluſ.* 4. *num.* 40. & alijs ibi allegatis.

Non obſtat mulieres præueniſſe in emptione alterius cenſus, & illius oppoſitione per litis conteſtationem, quia placuit reſpõſio talem præuentionem non debere attendi contra Ioſephum reum, & poſſeſſorem, qui ratione dicti cenſus anterioris dicitur
3 habere ius antiquius, † & propterea præferendus, *Bart. in l. ſi pluribus, num.* 1. *verſ. ſi vero tantum, ff. de legat.* 1. & poſt alios in his terminis *Rota diuerſ. deciſ.* 475. *num.* 14. *& ſeq. par.* 1. & fuit dictum *in vna Neapolitana Monaſterij Lunæ, 29. Aprilis, 1607. coram Cardinale Blanchetto.*

Non obſtat Ioſephum de tempore emptionis huius Cenſus fuiſſe dominum huius vineæ, & ſic non
4 potuiſſe acquirere cenſum, niſi extinctum, † cũ non poſſit quis habere cenſum, nec aliam ſeruitutem in re propria, *Seraph. deciſ.* 872. *num.* 3. *in Romana domus, 22. Iunij, 1611. coram Illuſtriſſimo Domino Cardinale*
5 *Lancelotto.* Quia placuit reſponſio obiectum † non procedere quo ad ius retentionis, & conſeruationis rei poſſeſſæ, ad quem effectũ Ioſephus dictum cenſum emit, ne alias efficiatur deterioris cõditionis, *l.* 1. *C. ſi antiq. cred. & ibi, Gloſ. in verbo, obtuleris, & in l. qui à debitore, ff. qui potiora in pign. habe. Capic. deciſ.* 43. *num.* 4. *& ſeq.* & in his terminis poſt alios *Franc. deciſ.* 550. *à nu.* 4. *vſque ad* 8. maximè quia Cenſus fuit emptus pendente lite ſuper reuocatione dominij ex
6 parte ſororum, quo † caſu ſicut nec de iure hypotheca extinguitur, quia acquiſitio dominij vineæ dicitur facta reuocabiliter, *l. ex ſextante, §. Latinus largius, & ibi Bart. ff. de except. rei iudic.* latè *Neguſ. de Pignor.* 5. *par. princip. memb.* 1. *nu.* 55. *Afflic. deciſ.* 237.
7 *num.* 5. *& ibi Vrſill. nu.* 7. Ita † nec cenſus ad effectum prælationis, cum etiã in caſu quo ſorores eſſent præferendę in emptione huius vineę cenſus iſte reuiuiſceret ad fauorem Ioſephi ad effectum agendi, quia extinctio tunc prouenit ſolum ratione incompatibilitatis, vt tenuit *Rota coram Seraph. T. deciſ.* 872. *ſub num.* 3. *in Romana cenſus, 20. Februarij, 1612. coram R. P. D. meo Pamphilio, in Romana Deciſionis inſtrumenti Veneris, 18. Martij, 1616. coram R. P. D. meo Decano.*

Non obſtat emptionem vineæ fuiſſe nullam ob non ſeruatam formam Bullæ *Pij V.* quia hoc fundamento admiſſo magis compatibile redditur priuilegium prælationis; tum tunc ceſſaret fundamentum ſupradictũ, quod Ioſephus ſit dominus & cenſuarius. Sed nihil afficit, quia ſimilis nullitas poterat allegari à domino cẽſus venditi Ioſepho, & ſicut

ille

ille potuiſſet vigore dictæ Bullæ agere, ita & Ioſe-
phus ex deductis in alia deciſione.

Nec obſtat Cenſum ſororum eſſe maioris quan-
titatis, & ita præferendum, ex Anch. conſil. 370. &
aliis allegatis, nam vltra quod ſimile non viſum
8 fuit bene proportionari, cum † prælatio reſpectu
Cenſus ſit fundata in præexiſtenti vinculo, & iure,
quod acquiſiuit cenſuarius ſuper re cenſuata, quo
caſu eſt locus regulæ, l. 2. C. qui potiora in pign. habe.
Magon. deciſ. Florent. 9. num. 1. Seraph. deciſ. 187. num.
1. & in terminis retractus, Ruin. conſ. 27. num. 12.
verſ. ideo contra tertium, libro 4. Rota Diuerſ. deciſ.
425. num. 14. par. 1. & in dicta Neopolitana coram Il-
luſtriſſimo Lancelotto. Placuit etiam Dominis re-
ſponſio non eſſe attendendam maiorem partem:
9 † quia etiam in retractu competenti conſortibus fir-
mauit per illum tex. Bal. in l. 1. num. 5. verſ. non ob-
ſtat quod ſi alius, C. de commun. ſeru. manum. Ruin.
conſ. 27. num. 5. & 12. lib. 4. vbi optimam aſſignat
rationem, quod cum vnus ab altero non differat,
niſi per plus, & minus, & non ſpecie, l. fin. ff. de fundo
10 inſtr. † non poteſt tunc dici priuilegium vnius po-
tentius altero, quia in ſubſtantia inter ſe non diffe-
runt, alios refert Tiraq. de retroctu Lignag. §. 11. Gloſ.
6. num. 11. & 12. optimè obſeruauit Florian. de S.
Petro inter conſ. Anch. conſ. 371. ipſum Anch. d. conſ.
370. loqui in ſtatuto diſponente, quod in alienatio-
ne rei præferatur conſors conſanguineus patrimo-
nialis, & eo caſu firmarunt eum præferendum, qui
habebat has duas qualitates, & inſimul maiorem
partem alteri conſorti, qui non habebat illam qua-
litatem conſanguinei patrimonialis, vnde non poſ-
ſunt trahi ad diſpoſitionem Statuti ſimpliciter præ-
ferentis conſortem: quia tunc conſentit idem Flo-
rian. ſub num. 3. verſ. nam ſecunda ratio. non eſſe præ-
ferendum eum, qui habet maiorem partem, & hanc
opinionem dicit veriorem. Decian. reſponſo 15. num.
51. verſ. non obſtat quartum, lib. 4.

Et hoc caſu multò minus cenſuerũt Domini poſ-
ſe habere locum obiectum præſatum quo Ioſephus
vltra maiorem antiquitatem eſt in poſſeſſione vi-
11 neæ, † ob quam in paritate priuilegij eſſet præfe-
rendus, cap. in pari, de reg. iur. in 6. l. ſi leui, §. de illo,
ff. de verbor. ſignific. l. ſi maior, la ſecondo, ff. de minor.
Anch. d. conſ. 371. num. 1. verſ. & videtur quod non.
Ruin. d. conſ. 27. num. 12. latè Fronc. deciſ. 550. num. 12.
12 ad fin. † Et agit de damno euitando, Alex. conſ. 85.
num. 18. lib. 5. Couar. in regul. poſſeſſor. in 2. par. relect.
§. 2. num. 4. de reg. iur. in 6. Menoch. conſ. 447. num. 37.
13 lib. 5. Rota Diuerſ. deciſ. 557. num. 1. par. 1. † & illi aſſi-
ſtit ius commune ſublato priuilegio. Luc. de Penna, in
l. 4. C. de ſilentiar. lib. 12. Decian. d. reſponſo 15. num. 43.
verſ. primo quia abſoluendo, Rota Diuerſ. deciſ. 557.
nu. 2. par. 1. vnde pro ipſo optimè intrat regula tex.
14 in auth. de conſangu. & vterin. fratr. §. 1. † Quod duo
vincula magis ligant quam regulam in his terminis
deducit Florian. d. conſ. 371. num. 3. verſ. ſed magis,
Dec. conſ. 619. num. 7. Decian. d. reſponſo 15. nu. 26. verſ.
nam duo vincula, Rota Diuerſ. d. deciſ. 475. num. 14.
verſ. ius enim, & num. 15. par. 1.

Nec viſum fuit ſorores poſſe eadem regula iuua-
ri dũ vltra priuilegium Cenſus dicunt habere pri-
15 uilegium vicinitatis, † nam regula procedit quan-
do vtrumque vinculum eſt patis potentiæ, & effe-
ctus, aliàs enim ſtrictius ligare non poteſt, Bal. in l. 1.
ſub num. 3. C. de legit. hæred. Ruin. conſ. 32. nu 6. lib. 3.
Bero. conſ. 96. num. 10. & ſeq. vol. 2. Surd. conſ. 31.
16 num. 35. lib. 1. De † iure verò communi ratione vi-
cinitatis non competit retractus, l. dudum, C. de con-
tr. empt. Anch. d. conſ. 370. & 371. in princ. Dec. conſ.
222. ſub num. 1. Decian. loco allegato. Rota, d. deciſ. 475.
ante num. 1. verſ. mouebot Dominos, & fuit ſæpiſſimè
deciſum, & ſignanter in Romana iuris congrui, 5. Iu-
nij, 1600. coram R. P. D. meo Decano. Vigore autem
conſtitutionum non competit niſi ratione Conſti-
tutionis Gregor. XIII., quæ legitur abrogatiuè ad
Conſtitutiones præcedentis ſummi Pontificis, & ad
ius commune; Sed vt ſit locus dictæ Conſtitutioni
requiruntur qualitates expreſſæ in §. ruſticis quoque
prædus. nempè quod vinea retrahentis ſit maioris
pretij, & quantitatis, & ædificiorum ſtructuris ma-
gis conſpicua, hicq. omnibus vineam retrahendam
tantopere ſuperare, vt magna inter vtramque adſit
17 inæqualitas. Has † autem omnes qualitates dum
non probarunt ſorores, ceſſat priuilegium ratione
vicinitatis, cum ſimus in Conſtitutione exorbitan-
te à iure communi, Gloſ. fin. in Clem. fin. de reſcript.
Corn. conſ. 165. num. 2. verſ. & qui ſe fundat, libro 3.
Crauet. in reſponſ. pro gener. num. 31. in his terminis
Dec. conſ. 224. num. 4. verſ. & ad hoc vt habeat lo-
cum, cum aliis latè cumulatis per Tiraq. de retract. in
Lignag. §. 8. Gloſ. 7. num. 1. & ſeq. Quæ omnia faci-
lius procedunt ex rationibus deductis in deciſione
facta in camera coram R. P. D. Biſcio die Lunæ, 22.
Iunij, 1615. Cui iudicio Cameræ in decidenda quæ-
ſtione, quæ ſæpiſſimè ventilari ſolet in illo Tribunali
multum deferendum eſſe Rota cenſuit.

Non obſtat Bullam Pij V. non fauere niſi domi-
nis Cenſuum creatorum poſt Bullam ex regula vul-
gari quod lex trahitur tantum ad futura. Quia Do-
mini dixerunt hoc eſſe verum reſpectu venditio-
18 num, vt illis debeant fieri poſt Bullam, ſed † reſpe-
ctu dominorum Cenſuum, quibus hoc priuilegium
fuit conceſſum, ſufficit quod ſint domini Cenſuum
de tempore retractus faciendi, nec debet attendi
de quo tempore fuerint effecti tales domini, cum
Bulla ad hæc non reſpiciat, quia non eſt maior ra-
tio quare Papa voluerit dare ius prælationis domi-
nis Cenſuum creatorum poſt, quam ante Bullam,
vbi fuit ſeruata forma dictæ Bullæ, Rom. conſ. 333.
num. 2. & 3. Soc. iun. conſ. 21. num. 1. verſ. ſiue etiam
conſideremus mentem, & rationem, & num. ſeq. lib. 1.

Deducebatur etiam quod cũ ante Bullam con-
trouerteretur an dominis Cenſus competeret ius
19 retractus, & receptum eſſet non competere, † quia
dominus Cenſus non poteſt dici verè condominus,
ſed ſolum habens ius ſeparatum, Seraph. deciſ. 794.
num. 7. Rota apud Pacifie. deciſ. 187. num. 2. dum
Pius V. in dicta Bulla contrarium ſtatuit, cum iu-
ſtitiæ, & æquitati valde conſonum videretur, vt do-
minus Cenſus eſſet præferendus ex rationibus latè
deductis per Franc. Leon. in Teſſaur. for. Eccleſiaſt.
20 par. 2. cap. 15. num. 33. & ſeq. talis † conſtitutio in
hoc tamquam declaratoria comprehendit Cenſus
ante creatos. Felin. & Dec. in cap. fin. de conſtitut. Me-
noch. conſ. 792. num. 8.

Non obſtat hunc Cenſum emptum à Ioſepho
non fuiſſe creatum iuxta formam Bullæ ſtante pa-
cto

Digitized by Google

ſto anticipatæ ſolutionis: nam dictum pactum non
21 repugnat ſubſtantiæ contractus, quæ † conſiſtit in
his vt Cenſus ſit impoſitus ſuper re immobili, in pe-
cunia numerata, iuſto pretio, *Surd. conſ. 318 num.
27. verſ. in Cenſu autem ſubſtantiale eſt*, quæ omnia
22 concurrunt in hoc caſu, & propterea † in omnem
euentum dictum pactum annullaretur, *Couar. Var.
reſolut. lib. 3. cap. 8. num. 7. verſ. ex eo. Rota Diuerſ. de-
ciſ. 500. num. 2. verſ. ſi verò pacta, par. 1.* fuit ſæpiſſi-
mè deciſum, & ſignanter in his terminis anticipatæ
ſolutionis fuit dictum in *Bononienſi Cenſus, 26. Iunij,
1600. coram b.m. Cardinale Pamphilio*.

Vnde ex hoc Ioſephus non poteſt dici excluſus à
23 priuilegio retractus, † quod fuit conceſſum cen-
ſuariis propter ius quod habent in re cenſuata, vt
præferantur extraneis, non autem ex mero priuile-
gio, ergo in fauorem qui crearunt Cenſum, iuxta
formam Bullæ.

Et ita poſt plures propoſitiones cauſa diſcuſſa
vtraque parte informante, Domini reſoluerunt ſo-
rotibus obſtare Cenſum.

R. P. D. Martino Andrea, Romana Cenſus, ſeu fideicommiſſi de Scalabrinis, Veneris 22. Maij, 1615.

SVMMARIA.

1 *Tutor non poteſt imponere Cenſum ſuper rebus ſui pu-
pilli, abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs.*

2 *Maximè quando ſtatutum procedit vlterius annullando
actum aliter factum.*

3 *Cenſus impoſitio dicitur alienatio, & prohibitus alie-
nare non poteſt Cenſum imponere.*

4 *Conſanguineus interueniens in contractu ad integran-
dam perſonam contrahentis tutorio nomine, non ſa-
tisfacit ſtatuto requirenti conſanguineos in contractu
pupillorum.*

5 *Mulier contrahens tutorio nomine ſi ſe obliget de pro-
prio, dicitur ſe obligare ſine cauſa, & ideo eius obli-
gatio eſt nulla, ſi non ſeruet requiſita per ſtatu-
tum.*

6 *Impoſitio Cenſus facta ſuper re aliena, tamquam facta
ſine fundo, eſt nulla.*

7 *Imponens Cenſum ſuper re aliena, non tenetur ad inter-
eſſe, ſi emptor Cenſus ſciebat fundum illum eſſe alie-
num.*

8 *Cenſus impoſitus per tutorem ſuper bonis pupilli, ſi ſit
pupillo vtilis, ſuſtinetur licet in impoſitione non fue-
rint adhibitæ ſolemnitates ſtatutariæ,*

9 *Intellige dummodo probetur verſio in vtilitatem, &
cauſam enunciatam.*

10 *Decretum Iudicis interpoſitum ſuper actu nullo, nihil
operatur.*

11 *Imponens Cenſum ſuper re minoris, ſi imponat cum
debitis ſolemnitatibus, non tenetur probare ver-
ſionem pretij Cenſum in vtilitatem minoris, aliàs ſe-
cus.*

12 *Cenſus ſuper re ſubiecta fideicommiſſo, non ſuſtinetur
ex legitima, quæ iam erat conſumpta.*

DECISIO CCCIX.

IOANNES Baptiſta Alberinus, &
Marinus de Hortis aſſerentes ſe eſſe
creditores q. Petri Pauli de Scalabri-
nis, tria credita prætendebant contra
filios dicti Petri Pauli, eoſq. moleſta-
bant ſuper vna domo, quæ remanſerat
in hæreditate patris fideicommiſſo ex teſtamento
Nicolai aui paterni dictorum filiorum ſubiecta. Et
quia inter alias exceptiones oppoſitas pro parte di-
ctorum filiorum etiam opponebatur in defectu cre-
diti ipſorum agentium, ideo ſub die 30. Martij de
anno 1615. dubitari an conſtaret de credito, &
cum de reſolutione Dominorum non liqueret. Cau-
ſa iterum hodie propoſita, fuit reſolutum quo ad
ſcuta tricenta conſtare de credito quo ad reſiduum
non conſtare, & quod interim æſtimetur domus, &
firmetur ſtatus hæreditatis.

Præſupponi autem debet hæc tria credita fuiſſe
à creditoribus prætenſa vnum ſcutorum ducento-
rum occaſione Cenſus impoſiti de anno 1576. ab
Anna matre, & tutrice dicti Petri Pauli, ac aliorum
filiorum Nicolai ſuper hac domo. Aliud ſcutorum
ſexaginta ratione alterius Cenſus impoſiti per ean-
dem Annam de anno 1578. Aliud verò ſcutorum
tricentorum impoſitum per dictum Petrum Pau-
lum de anno 1591.

Et quo ad priora duo credita viſum fuit de eis
non conſtare, quia illi Cenſus fuerunt impoſiti per
dictam Annam tamquam tutricem, & curatricem
dictorum filiorum Nicolai, quæ etiam ſe obligauit
tam tutorio, quam proprio nomine, & ideo huiuſ-
modi impoſitiones non poterant ſuſtineri.

1 Reſpectu enim pupillorum † non interuenerunt
ſolemnitates Statuti Vrbis, *lib. 1. cap. 113.* & præci-
puè proximiores conſanguinei ſine quibus non po-
teſt aliquo modo ſubſiſtere dicta impoſitio, cum
2 ſtatutum † procedat vlterius annullādo actum ali-
ter factum, cum ibi notat. *C. de legib. Coru. conſ. 151.
num. 4. lib. 4.* & in terminis dicti ſtatuti fuit reſolu-
tum *in Romana donationis de Cuppis, 24. Maij, 1600.
coram b.m. Cardinale Pamphilio*. Nec dubitari po-
teſt quin dictum Statutum habeat locum in impo-
ſitione Cenſus cum imponatur ſuper re immobili,
3 & illius impoſitio † dicatur alienatio, *Corbul. de conſ.
priuat. ob alienat. num. 3.* adeo quod prohibitus alie-
nare non poſſit huiuſmodi annuos reditus conſti-
tuere. *Bal. in cap. ad audientiam, el ſecondo, num. 11. de
reſcript. Tiraq. de retractu Linguag. §. 1. Gloſ. 6. num. 5.
ad fin. verſ. nec qui poteſt, Foller. in Tract. Cenſuali, in
verbo, huiuſmodi Cenſus ſuper rebus, num. 41. Rota de-
ciſ. 480. num. 1. & 2. art. 1. & deciſ. 121. num. 5. par. 2.
Diuerſ.* & fuit dictum *in Romana inualiditatis Cenſus,
24. Maij, 1591. coram Cardinale Pamphilio, & in
Leodienſi Cenſus, 29. Ianuarij, 1596. coram Orano, & in
eadem 15. Iunij, 1597. coram Corduba*.

Nec obſtat quod in primo Cenſu interuenerit
vnus conſanguineus, & loco alterius fuerit datus
4 curator loco conſanguineorum, quia † vt patet ex
Lectura inſtrumenti illi interuenerunt ad integran-
dam perſonam tutricis, quæ ſe obligabat etiam no-
mine proprio, non autem pro intereſſe minorum,
quorum reſpectu erant adhibendi, vt in puncto eſt
deci-

Digitized by Google

deciſio in *dicta Romana don .tiouis de Cuppis* ante allegata.

Reſpectu verò Annæ tutricis, quæ ſe obligauit etiam nomine proprio minus quoque dicti Cenſus poterunt ſuſtineri: quia cum obligatio quo ad minores eſſet inualida, obligatio Annæ de proprio re-
5 manſit abſque cauſa: † quia tamquam tutrix ipſa non tenebatur ſe obligare de proprio pro ſoluendis debitis teſtatoris. Nec cõſtat quod ipſa habuerit releuatorem, & ſic tantò magis apparet quod mulier remanſit decepta contra *Statutum Vrbis, cap. 151. lib. 1.* quod ad euitandum vt mulieres non decipiantur, voluit vt cauſa in ſcriptis redigatur, & inſinuetur, ac plenè per iudicem cognoſcatur, vnde eius obligatio fuit nulla, vt fuit deciſum *in Romana nullitatis obligationis, 23. Ianuarij, de anno 1602. coram b.m. Cardinale Pamphilio, & in Romana argentorum, 27. Iunij, 1607. coram Reuerendiſſimo Bononienſi.*

Vltra quod cum domus ſuper qua dicti cenſus fuerunt impoſiti ad Annam non ſpectaret, ſed ad
6 eius filios vigore [illegible] † impoſitio etiam reſpectu Annæ fuit nulla tamquam facta ſuper re aliena, & ſine fundo contra Conſtitutionem *Pij V. Surd. conſ. 318. num. 1. & ſeq. & num. 6. verſ. ad id verò,* & fuit dictum *in Viterbienſi cenſus, 6. Aprilis, 1590. coram b.m. Cardinale Plato.*

7 Nec hoc caſu data nullitate cenſuum † intrabat obligatio ad damna, & intereſſe, cum ex aſſertione ipſius Annæ in dictis inſtrumentis ſcirent creditores hanc domum ad filios, nõ autem ad Annam ſpectare, ad tex. in *l. ſi fundus, vbi Gloſ. & Doctor. C. de euict. Aim. conſ. 64. num. 4. Pat. deciſ. 257. num. 2. lib. 2.*

Non denique ſubſiſtebat quod dicebatur primũ cenſum proprietatis ſcutorum ducentorum fuiſſe impoſitum pro extinguendis ſocietatibus fideicommittentis, pro quibus ſoluebatur maius intereſſe, &
8 ſic tamquam † vtilem minoribus debere ſuſtineri, etiam ſine aliis ſolemnitatibus, *l. cum hi, §. eam, ff. de tranſact.* cum aliis per *Rom. conſ. 316. & 453.* vbi firmat hanc concluſionem in terminis ſtatuti. & plures referens ſequitur *Tiraq. in l. ſi leg. connub. Gloſ. 8. nu.*
9 *76.* Quia † ad huiuſmodi effectum eſſet probanda verſio in talem extinctionem, cum aliàs impoſitio cenſus ſit nulla ob non interuentum proximiorum, quo caſu nec etiam pro decreto iudicis præſumitur,
10 † & illud interpoſitum nihil prorſus operatur, ad tex. in *d. l. cum hi, §. ſi Prætor.* vbi notant Scribentes, *Rota in Firmana* [illegible] *8. Iunij, 1601. coram b.m. Penia, & in Romana* [illegible] *erroris calculi, 21. Iunij, 1610. coram Reuer*[illegible] *Bononienſi.*

Non ol[illegible] quod emptor cenſus non teneatur
11 probare v[illegible]m, † quia hoc procederet ſi cenſus fuiſſet impo[illegible]m debitis ſolemnitatibus, ſed vbi reperitur, [illegible]ic, nulliter impoſitus ſi emptor prætendit illum [illegible]ere ex eo, quod verſus fuerit in vtilitatem mino[illegible], hoc probare debet, *l. ſi prædium. ibi: emptor autem ſi probare potuerit ad vtilitates tuas ceſſaſſe pecunias,* vbi *Gloſ. in verbo, probare, l. prædiorum.* & ibi quoque *Gloſ.* & vtrobique *Salic.* & *Doctor. C. de præd. minor. Soc. conſ. 115. num. 17. lib. 1.* vbi de communi, & fuit dictum *in Romana Caſalis, 23. Maij, 1588. coram Orano.*

Quod autem dicebatur ſatis probari veriorem ex teſtamento Nicolai in quo ipſe inter alia debita fatetur ſe relinquere duas ſocietates officij ſcutorum centum pro qualibet earum viſum fuit non concludere quod pecuniæ acceptæ ad cẽſum fuerint conuerſæ in extinctionem illarum, quia neque hoc dicit inſtrumentum, ſed ſolum quod pro extinguenda ſocietate officij hæreditatiã ſcutorum ducentorum, quæ poſt mortem Nicolai fuerat diſdicta ipſa Anna alia ſcuta ducenta pariter ad ſocietatem officij acceperat, & poſtea ad effectum extinguendi iſtam ſecundam ſocietatem fuerunt acceptæ pecuniæ ad cenſum; ſed de iſta ſecunda ſocietate nullibi conſtat, & poteſt eſſe, quod illæ primæ ſocietates fuiſſent luerataæ, vel extinctæ ex aliis pecuniis hæreditariis, vnde intrat regula non probat hoc eſſe, *l. non hoc, C. vnde legitim.*

Quo verò ad alium cenſum ſcutorũ tricentorum impoſitum per Petrum Paulum non controuertebatur pro parte filiorum eius validitas reſpectu ſolemnitatum, ſed dicebatur non potuiſſe per eum
12 imponi ſuper iſta domo fideicõmiſſo ſubiecta, [illegible] iat, quod pendet à verificatione [illegible] ordinata, & ſic Domini voluerunt quod [illegible] domus, & firmetur ſtatus hæreditaris Nicolai, &c.

Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, Romana fideicommiſſi de Marganis, Veneris, 28. Nouembr. 1608.

SVMMARIA.

1 *Bona alienata debent imputari in legitimam, & Trebellianicam alienantis debitam.*
2 *Venditio reſoluitur per pretij reſtitutionem.*
3 *Confeſſio prohibiti actum facere non probat.*
4 *Limit. ſi concurrant coniecturæ.*
5 *L. ſi teſtamentum, ff. de probat. Limitatur vbi in contrarium vigent coniecturæ, & veriſimilitudines.*

DECISIO CCCX.

PRAESVPPOSITO inter alia, quod Stephanus, & Baptiſta de Marganis ante annum 1554. conſumpſerint legitimam, & Trebellianicam ipſis debitam in bonis Iacobi patris. Dubitaui, an Cenſus impoſitus per dictos Stephanum, & Baptiſtam de d. anno 1554. ad fauorem Ioannis à Porta ſuper Caſali Cicognolæ ſuppoſito fideicommiſſo eſſet validus, vel nullus. & Rota cenſuit eſſe validum, quia Ioannes prius emerat certam domunculã in regione Trãuſtiberim à dictis Stephano & Baptiſta pretio ſcutorum quadringentorum, quam cum repererit eſſe cenſu grauatam, egit pro conſecutione pretij, & obtinuit. Et cum Domini Margani non haberent vnde ſoluerent, impoſuerunt cẽſum ſuper dicto Caſale, & illum vendiderunt Ioanni pro dictis ſcutis quadringentis, vnde cum venditio domus eſſet va-
1 lida: † quia tunc non erat conſumpta legitima, & Trebellianica, & propterea in eas veniat computanda. *Aret. conſ. 18. et 19. Ruin. conſ. 135. nu. 11. lib. 3.*

ſequitur

2 ſequitur † quod mediante iſta reſtitutione pretij venditio fuit reſoluta, & domus fuit reſtituta fideicommiſſo, & cenſus impoſitus cenſetur ſubrogatus in locum dictæ domus per prius alienatæ, iuxta not. per *Cardin. Mantica, de coniectura vlt. Volunt. lib. 7. tit. 8. num. 23.* & bene facit tex. *in l. ſi donante, 37. in §. ſi ſponſus, & ibi Gloſ. ff. de donat. int. vir. & vxor.* & not. *per Oldr. conſ. 224. nu. 25. verſ. ad hoc quia*, & *per Crot. in conſ. 123. num. 8. & ſeqq. lib. 1.*

Neque eſt verum quod non conſtat de alienatione domus facta ad fauorem Ioannis à Porta, &
3 † nõ exceditur aſſertioni Stephani, & Baptiſtæ grauatorum, *l. qui teſtamentum, ff. de prob. Creſc. deciſ. 3. num. 6. de conſtit.* Quia hæc procederent ſi allegaretur nuda cõfeſſio, & ita loquitur tex. in *d. l. qui teſta-*
4 *mentum*, ſed † concurrunt in caſu iſto coniecturæ, quia cum retrouenditio fuerit facta ex quo domus non erat libera, prout fuerat promiſſum, ſed cenſu onerata verè conſtat de impoſitione huius cenſus, vt habetur in præſuppoſitis, & ſic cũ conſtet de iſto primordio veritatis, oritur maxima cõiectura quod confeſſio ſit vera, vt per *Alex. conſ. 18. per tot. lib. 3.*
5 † qui ita limitat diſpoſitionem, d. tex. *in l. qui teſtamentum, Dec. conſ. 96. num. 3. verſ. primo principaliter.* vbi inquit ſufficere in terminis, *d. l. qui teſtamentum*, quod confeſſio ſit veriſimilis, prout in caſu iſto, quia non poteſt allegari ratio ad quid hæc confeſſio fuerit facta cum certum eſſet, quod in reſtitutione erat habẽda ratio omniũ alienationum, vt videretur an aliquid vltra debitas detractiones fuerit alienatũ,

F I N I S.

Deficiunt decisiones usq. ad n.um 303. quæ sunt in noua dispositione ultimo libro.

Corrigebat Superiorum aſſenſu præuio Doct. Huppertus Faber, Vbius Agrippinas.

VENETIIS, Ex Typographia Ioannis Salis. M. DC. XXI.

Digitized by Google

INDEX DECISIONVM, QVAE IN TRACTACTV REFERVNTVR SECVNDVM ORDINEM NVMERALEM.

1 ROMANA Cenſus, 30. Octobr. 1602. Mellino.
2 Romana nullitatis Cenſus, 9. Decembris, 1602. Lancelotto.
3 Aueniouen. Carpentoracten. & Cauillicen. collectarum, 9. Martij, 16. Maij, & Lancelotto.
4 Romana fideicommiſſi de Iacobatiis, 5. Decembris, 1608. Ludouiſio.
5 Romana cenſus, 26. Nouembris, 1604. Ludouiſio.
6 Romana cenſus de Cauallеriis, 26. Iunij, 1596. Penia.
7 Romana cenſus, 23. Iunij, 1608. Ludouiſio.
8 Leodienſis cenſus, 11. Decembris, 1596. Corduba.
9 Romana ſocietatum, 29. Ianuarij, 1601. Mellino.
10 Vrbeuetana cẽſus, 31. Maij. 1591. Penia.
11 Vrbeuetana cenſus, 6. Iunij, 1594. Gipſio.
12 Vrbeuetana cenſus, 13. Februarij, 1595. Gipſio.
13 Romana cenſus de Turinis, 28. Aprilis, 1598.
14 Romana releuationis indemnitatis, 4. Februarij, 1602. Lancelotto.
15 Viterbienſis cenſus, 6. Apr. 1590. Platto.
16 Lauretana pecuniaria, 28. Februarij, 1605. Penia.
17 Aſſiſienſis cenſus, 9. Iunij, 1604. Pamphilio.
18 Bononienſis cẽſus, 17. Maij. 1603. Marcomontio.
19 Romana cenſus, 22. Iunij, 1611. Manzanedo.
20 Beneuenrana cenſus, 28. Nouembris, 1608. Ottembergio.
21 Romana cenſus de Prouanis, 8. Aprilis, 1598. Orano.
22 Romana nullitatis cenſus, 8. Nouembris, 1610. Pirouano.
23 Romana caſalis, 3. Aprilis, 1615. Dunozet.
24 Romana cenſus, 8. Martij. 1610. Ludouiſio.
25 Romana cenſus, 23. Ianuar. 1591. Bubalo.
26 Foroliuienſis reſciſſionis contractus, 19. Decembris, 1603. Pamphilio.
27 Romana inualiditatis cenſus, 24. Maij, 1591. Pamphilio.
28 Romana cenſus de Romulis, 8. Iunij, 1598. Penia.
29 Romana cenſuum, 23. Iun. 1600. Mellino.
30 Romana cenſus, 2. Decẽbr. 1609. Manzanedo.
31 Romana cenſus, 17. Febr. 1612. Pirouano.
32 Romana Saluiani Interdicti, 11. Ianuarij, 1616. Manzanedo.
33 Romana fideiuſſionis, 9. Decembris, 1615. Vbaldo.
34 Maceratenſis cenſus, 14. Maij, 1614. Dunozet.
35 Romana cenſus, 1. Iunij, 1616. Vbaldo.
36 Leodienſis cenſus, 29. Ianuarij, 1596. Orano.
37 Leodienſis cenſus, 15. Ian. 1597. Corduba.
38 Romana reſtitutionis dotis, 17. Martij, 1600. Sacrato.
39 Peruſina fideicommiſſi de Almericis, 8. Aprilis, 1587. Orano.
40 Romana cenſus, 17. Martij, 1600. Iuſto.
41 Romana fideicommiſſi de Remediis, 7. Maij, 1604. Litta.
42 Romana fideicommiſſi de Remediis, 17. Decembris, 1604. Litta.
43 Romana domus de Alexiis, 1. Februarij, 1580. Cantuccio.
44 Romana cenſus, Saluiani Interdicti, & intereſſe, 18. Febr. 1585. Cantuccio.
45 Romana cenſus Saluiani Interdicti, & intereſſe, 29. Mart 1585. Cantuccio.
46 Bononienſis cenſus, 20. Martij, 1600. Penia.
47 Romana cenſus, 3. Decembris. ... Fabio.
48 Romana vinearum de Maximis, 4. Februarij, 1577. Rubeo.
49 Peruſina hæreditatis de Almericis, 16. Februarij, 1586. Orano.
50 Viterbienſis cenſus, 16. Februarij, 1590. Platto.
51 Viterbienſis cenſus, 27. Iun. 1589. Platto.
52 Romana fideicommiſſi de Iacobatiis, 14. Martij, 1614. Ludouiſio.
53 Romana Saluiani Interdicti, 13. Ianuarij, 1603. Litta.
54 Romana reſtitutioni fructuum, 23. Iunij, 1603. Ottembergio.
55 Romana cenſus, 15. Ianuarij, 1607. Penia.
56 Romana cenſus, 17. Aprilis, 1598. Penia.
57 Romana cenſus de Carauaſchinis, 24. Nouembris, 1610. Penia.
58 Senogallieñ. prædij, 24. Nouembris, 1585. Bubalo.
59 Romana ſocietatis, 9. Maij, 1588. Gipſio.

60 Ro-

60 Romana ſcutorū decem, & octo millium, 9.Iunij, 1608. Ludouiſio.
61 Bononienſis cenſus, 20.Februarij, 1604. Ludouiſio.
62 Ianuenſis cenſus, 12. Febr. 1607. Manzanedo.
63 Ianuēſis cenſus, 3. Aprilis, 1609. Manzanedo.
64 Romana cenſus de Palutiis, 20. Nouembris, 1600. Sacrato.
65 Romana fideicommiſſi de Iacobatiis, 12. Maij, 1606. Ludouiſio.
66 Romana cenſus de Carauaſchinis, 28.Iunij, 1610. Penia.
67 Romana fideicommiſſi de Iacobatiis, 26. Nouembris, 1605. Ludouiſio.
68 Romana cenſus, 10.Iunij, 1613. Sacrato.
69 Romana legatorum de columna, 23.Ianuarij, 1614. Sacrato.
70 Romana Saluiani Interdicti, 18. Maij, 1598. Orano.
71 Romana retractus domus, 15. Decembris, 1614. Vbaldo.
72 Romana cenſus, 3. Iulij, 1589. Orano.
73 Romana, ſeu Amelphitana Saluiani interdicti, 1.Iulij, 1602. Litta.
74 Romana ſeu Amelphitana Saluiani Interdicti, 9.Iun. 1603. Penia.
75 Rauennatenſis cenſus, 7. Aprilis, 1617. Vbaldo.
76 Beneuentana cenſus, 26. Maij, 1614. Pamphilio.
77 Romana Saluiani Interdicti, 12. Nouembris, 1592. Penia.
78 Romana cenſus, 13.Maij, 1596. Blanchetto.
79 Romana vineæ de Fabiis, 20. Decembris, 1604. Coccino.
80 Romana pretij palatij, 15. Ianuarij, 1607. Iuſto.
81 Ciuitatis Caſtelli cenſus, 29. Maij, 1600. Iuſto.
82 Vrbeuetana cenſus, 16. Decembris, 1594. Blanchetto.
83 Romana Saluiani Interdicti, 1. Iunij, 1609. Manzanedo.
84 Anconitana cenſuum, 24. Maij, 1613. Vbaldo.
85 Bononienſis bonorum de Zaualiis, 12. Decembris, 1614. Vbaldo.
86 Romana prætenſæ executionis contractus, 27.Maij, 1594. Litta.
87 Nullius, ſeu Meluiceenſis cenſus, 27.Martij, 1613. Coccino.
88 Rauennatenſis cenſus, 10.Maij, 1606. Manzanedo.
89 Rauennatenſis cenſus, 2. Maij, 1608. Manzanedo.
90 Romana cenſus, 14. Ian. 1602. Sacrato.
91 Romana ſocietatis officij, 28.Ianuarij, 1604. Mellino.
92 Eugubina cēſus, 10.Febr. 1597. Litta.
93 Romana nullitatis cēſus, 4.Nouembris, 1583. Cantuccio.
94 Ciuitatis Caſtelli cenſus, 10. Maij, 1599. Mellino.
95 Bononienſis cēſus, 10.Iun. 1611. Lancelotto.
96 Foroliuienſis cenſus, 14. Iunij, 1613. Buratto.
97 Panormitana, ſeu Agrigentina reſciſſionis contractus, 13.Iunij, 1575. Blanchetto.
98 Imolenſis cenſus, 28.Febr. 1608. Ludouiſio.
99 Bononienſi cenſus, 7. Nouembris, 1611. Pirouano.
100 Foroliuiēſis cēſus, 2.Maij, 1614. Buratto.
101 Romana palatij Campi Floræ, 16. Decembris, 1588. Penia.
102 Aſſiſienſis cenſus, 29. Nouembris, 1604. Penia.
103 Beneuentana cenſus, 29.Martij, 1593. Pamphilio.
104 Romana anterioritatis hypothecæ, 28. Nouembris, 1597. Pamphilio.
105 Romana cenſus, 10.Iunij, 1602. Ludouiſio.
106 Romana cenſus, 26.Nouembris, 1604. Mellino.
107 Auximana bonorum, 4.Martij, 1602. Mellino.
108 Bononienſis cenſus, 20. Maij, 1602. Mellino.
109 Bononienſis cenſus, 1. Decembris, 1602. Iuſto.
110 Ianuenſis cenſus, 28. Apr. 1608. Manzanedo.
111 Anconitana cenſus, 25. Maij, 1598. Corduba.
112 Spoletana cenſus, 18.Iun. 1601. Lancelotto.
113 Romana cenſus, 24.Nouembris, 1606. Ottembergio.
114 Romana cenſus de Comitibus, 31. Maij, 1596. Penia.
115 Eugubina ſeu Peruſina cenſus, 24.Maij, 1596. Blanchetto.
116 Bononienſis cenſus, 26. Iunij, 1600. Pamphilio.
117 Foroliuienſis cēſus, 13. Nouembris, 1589. Orano.
118 Calaguritana cenſus, 11. Decembris, 1602. Litta.
119 Romana cenſus, 11.Decembris, 1602. Sacrato.
120 Aſſiſienſis cenſus, 5.Maij, 1608. Coccino.
121 Peruſina, ſeu Eugubina cenſus, 27. Maij, 1596. Blanchetto.
122 Senogallienſis cenſus, 26. Aprilis, 1597. Penia.
123 Bononienſis cenſus, 24. Aprilis, 1600. Pamphilio.
124 Romana nullitatis cenſus, 5. Maij, 1597. Corduba.
125 Romana cenſus, 23.Febr. 1604. Ludouiſio.
126 Rauennatenſis Saluiani interdicti, 12.Ianuarij, 1607. Manzanedo.
127 Bononienſis cenſus, 15.Februarij, 1599. Penia.
128 Romana ſimulationis cenſus, 6. Aprilis, 1601. Iuſto.
129 Aſſiſienſis pecuniaria, 7. Maij, 1610. Manzanedo.
130 Aſſiſienſis pecuniaria, 28. Ianuarij, 1611. Manzanedo.

131 Ro-

131 Romana cenſus, 9. Aprilis, 1601. Iuſto.
132 Romana cēſus, 18. Martij, 1602. Iuſto.
133 Bononienſis cenſus, 19. Octobris, 1598. Penia,
134 Romana anterioritatis, 12. Martij, 1600. Iuſto.
135 Fauentina mutui, 16. Decembris, 1601. Penia.
136 Romana cēſus, 8. Martij, 1610. Ludouiſio,
137 Romana cenſus, 10. Ian. 1605. Lancelotto,
138 Anconitana pecuniaria, 7. Februarij, 1611. Pirouano,
139 Tudertina cēſus, 26. Maij, 1600. Iuſto.
140 Romana releuationis indemnitatis, 14. Nouembris, 1605. Pamphilio,
141 Romana affictus, 8. Martij, 1604. Ludouiſio,
142 Rauennatenſis Saluiani Interdicti, 12. Ianuarij, 1607. Manzanedo.
143 Romana cenſus, 11. Ian. 1585. Vicecomite.
144 Romana nullitatis cenſus, 4. Februarij, 1583. Cantuccio.
145 Engubina cenſus, 24. Nouembris, 1597. Corduba.
146 Nullius, ſeu Meliuicenſis cenſus, 26. Maij, 1614. Coccino,
147 Nullius, ſeu Meliuicenſis cenſus, 16. Martij, 1615. Coccino,
148 Interamnenſis Saluiani Interdicti, 14. Decembris, 1611. Manzanedo,
149 Bononienſis bonorum de Zaualiis, 13. Iunij, 1611. Vbaldo,
150 Bononienſis bonorum de Zaualiis, 4. Iulij, 1612. Vbaldo,
151 Romana annuæ reſponſionis, 30. Octobris, 1602. Iuſto,
152 Romana cenſus, 21. Octobris, 1605. Iuſto,
153 Fauentina bonorum, 19. Iunij, 1595. Corduba,
154 Peruſina affictus, 3. Decembris. 1571. Lancelotto.
155 Romana cenſus, 13. Iunij, 1594. Blanchetto.
156 Romana prælationis, 19. Nouembris, 1604. Ludouiſio.
157 Romana vineæ, 31. Ian. 1601. Mellino.
158 Romana vineæ, 26. Iunij, 1609. Ludouiſio.
159 Romana retractus domus, 10. Maij, 1614. Vbaldo,
160 Romana cenſuum de Lutaghis, 12. Ianuarij, 1601. Iuſto.
161 Ariminenſis cēſus, 9. Iunij, 1599. Pamphilio,
162 Rauennatenſis cenſus, 13. Iunij, 1607. Caualerio,
163 Romana cenſus, 2. Decembris, 1605. Ludouiſio,
164 Romana cenſus, 5. Martij, 1586. Orano:
165 Veneta cenſus, 10. Decembris, 1610. Marcomontio.
166 Veneta cenſus, 14. Martij, 1611. Marcomontio.
167. Romana cenſuum de Lutaghis, 21. Aprilis, 1600. Caualerio,
168 Romana cēſus, 18. Martij, 1611. Iuſto.
169 Romana cenſus, 22. Iunij, 1609. Coccino.
170 Romana cenſus, 18. Iunij, 1612. Pirouano,
171 Romana cēſus, 28. Aprilis, 1608. Coccino.
172 Peruſina cenſuum, 13. Februarij, 1615. Ramboldo,
173 Iannenſis cenſus, 25. Nouembris, 1613. Dunozet.
174 Peruſina cenſuum, 1. Iunij, 1616. Ramboldo,
175 Præneſtina hæreditatis, 30. Aprilis, 1582. Cantuccio,
176 Barēſis fructuum, 2. Iunij, 1610. Caualerio,
177 Cremonenſis fructuum, 18. Martij, 1611. Pirouano,
178 Romana fructuum, 23. Ianuarij, 1599. Litta,
179 Romana, ſeu Sabinenſis cenſus, 8. Nouembris, 1604. Ludouiſio,
180 Bononienſis fideiuſſionis, 19. Aprilis, 1601. Iuſto.
181 Romana cenſus, 9. Maij, 1611. Ludouiſio,
182 Romana cenſus, 6. Februarij, 1615. Manzanedo.
183 Romana reſciſſionis inſtrumenti, 18. Martij, 1616. Vbaldo.
184 Romana doanæ ſalis, 10. & 21. Iunij, 1581. Cantuccio.
185 Romana fructuum cenſus, 10. Decembris, 1606. Ludouiſio.
186 Romana cenſus, 7. Februarij, 1607. Ottembergio,
187 Beneuentana cenſus, 18. Martij, 1613. Coccino,
188 Romana cenſus, 4. Februarij, 1602. Pamphilio.
189 Bononienſis compitorum, 10. Aprilis, 1578. Corduba.
190 Rauennatenſis cenſus, 31. Ianuarij, 1603. Mellino.
191 Senogallienſis prædij, 10. Maij, 1615. Andrea.
192 Amerina fideiuſſionis, 25. Maij, 1612. Ludouiſio.
193 Amerina fideiuſſionis, 27. Iunij, 1612. Ludouiſio.
194 Bononienſis releuationis indemnitatis, 14. Nouembris, 1605. Litta,
195 Romana, ſeu Bononienſis ſcutorum 25. mill. 7. Maij, 1601. Corduba,
196 Eugubina, ſeu Peruſina cenſus, 15. Iunij, 1598. Blanchetto.
197 Romana fideiuſſionis de repreſentando, 17. Maij, 1595. Corduba.
198 Romana pecuniaria, 25. Iunij, 1601. Pamphilio,
199 Bononienſis cenſus, 5. Martij, 1603. Coccino.
200 Imolenſis cenſus, 26. Iunij, 1609. Caualerio.
201 Bononienſis cenſus, 16. Decembris, 1607. Ottembergio.
202 Neapolitana cenſus, 9. Martij, & 10. Aprilis, 1592. Gipſio.
203 Romana cenſus, 21. Aprilis, 1597. Corduba.
204 Romana cenſus, 27. Ianuarij, 1603. Sacrato.

205 Senogallienſis ceſſionis iurium, 9. Maij, 1608. Caualerio.
206 Romana reſciſſionis inſtrumenti, 26. Iunij, 1617. Vbaldo.
207 Romana Cenſuum, 20. Nouembris, 1601. Ludouiſio.
208 Neapolitana cenſus, 3. Aprilis, 1593. Penia.
209 Romana ſeu Præneſtina cenſus, 5. Iulij, 1599. Corduba.
210 Foroliuienſis cẽſus, 3. Iulij, 1589. Orano.
211 Beneuentana cenſus, 13. Iunij, 1594. Corduba.
212 Ianuenſis cenſus, 19. Iunij, 1605. Manzanedo.
213 Imolenſis cenſus, 14. Maij, 1607. Ludouiſio.
214 Foroliuienſis cenſus, 12. Iunij, 1609. Iuſto.
215 Aprutina, ſeu Montis alti cenſus, 4. Iulij, 1607. Sacrato.
216 Romana pecuniaria, 23. Ianuarij, 1589. Penia.
217 Romana aureorum octo Zeccarum, 20. Iunij, 1597. Lancelotto.
218 Foroliuiẽſis cẽſus, 8. Martij, 1602. Sacrato.
219 Cremonenſis penſionis, 15. Iunij, 1598. Orano.
220 Cæſenatenſis pecuniaria, 14. Martij, 1597. Penia.
221 Romana prætenſi cenſus, 11. Decembris, 1598. Orano.
222 Foroliuienſis cenſus, 11. Februarij, 1602. Ludouiſio.
223 Rauennatenſis cenſus, 7. Maij, 1602. Ludouiſio.
224 Romana caducitatis, 29. Maij, 1602. Ottembergio.
225 Neapolitana cẽſus, 1. Iun. 1616. Vbaldo.
226 Romana cenſus, 10. Maij, 1596. Pamphilio.
227 Romana ſocietatis officij, 20. Maij, 1603. Mellino.
228 Vrbeuetana cẽſus, 2. Maij, 1595. Gipſio.
229 Romana cenſus Sancti Celſi, 28. Iunij, 1603. Iuſto.
230 Romana cenſus de Caffarellis, 9. Decembris, 1587. Gipſio.
231 Romana cenſus, 24. Octobris, 1588. Orano.
232 Romana cenſus, 8. Febr. 1577. Robuſterio.
233 Romana cenſus, 14. Nouembris, 1608. Marcomontio.
234 Bononienſis cenſus, 13. Decembris, 1591. Sacrato.
235 Romana cenſus, 26. Aprilis, 1596. Pamphilio.
236 Romana cenſus, 22. Maij, 1606. Penia.
237 Bononienſis cenſus, 27. Iunij, 1606. Sacrato.
238 Romana cenſus, 13. Iunij, 1608. Manzanedo.
239 Ciuitatis Caſtelli cẽſus, 12. Maij, 1617. Veroſpio.
240 Calaguritana de Antol, 4. Maij, 1611. Sacrato.
241 Cæſaraugustana penſionis, 30. Ianuarij, 1589. Gipſio.
242 Aquilegienſis pẽſionis, 21. Martij, 1610. Manzanedo.
243 Bononienſis cenſus, ſeu attentatorum, 10. Decembris, 1603. Ludouiſio.
244 Venetiarum cenſus, 22. Martij, 1596. Arigonio.
245 Romana cenſus, 6. Nouembris, 1606. Penia.
246 Papienſis bonorum, 4. Decembris, 1612. Veroſpio.
247 Romana fructuum cenſus, 22. Iunij, 1609. Caualerio.
248 Bononienſis cenſus, 21. Ianuarij, 1600. Lancelotto.
249 Romana cenſus, 24. Iunij, 1614. Manzanedo.
250 Romana cenſus, 2. Iunij, 1610. Penia.
251 Romana cenſus, 12. Februarij, 1588. Orano.
252 Romana fructuum cenſus, 28. Nouembris, 1603. Sacrato.
253 Romana domus, 4. Decembris, 1615. Vbaldo.
254 Bononienſis cenſus, 24. Aprilis, 1600. Penia.
255 Romana cenſus, 4. Decẽb. 1595. Pamphilio.
256 Romana cenſus, 28. Iunij, 1599. Litta.
257 Romana cenſus, 5. Iunij, 1600. Litta.
258 Beneuentana cenſus, 16. Decembris, 1605. Ludouiſio.
259 Romana cenſus, 3. Decembris, 1599. Lancelotto.
260 Romana pecuniaria, 28. Iunij, 1593. Litta.
261 Romana Saluiani Interdicti, 31. Maij, 1602. Iuſto.
262 Romana reſciſſionis inſtrumenti, 27. Iunij, 1612. Vbaldo.
263 Beneuentana Saluiani Interdicti, 1. Februarij, 1616. Buratto.
264 Romana cenſus, 31. Iulij, 1596. Corduba.
265 Romana cenſus, 21. Ian. 1597. Corduba.
266 Romana repetitionis indebiti, 25. Iunij, 1640. Pirouano.
267 Bononienſis prætenſi Saluiani Interdicti, 16. Febr. 1598. Orano.
268 Romana vineæ, & Saluiani Interdicti de Ruſconibus, 17. Ianuarij, 1612. Sacrato.
269 Bononienſis prætenſi Saluiani Interdicti, 21. Iunij, 1599. Lancelotto.
270 Romana pecuniaria, 10. Iunij, 1613. Dunozet.
271 Romana cẽſus, 10. Decẽb. 1603. Litta.
272 Romana Saluiani Interdicti, 23. Iunij, 1600. Litta.
273 Romana cenſus, 2. Aprilis, 1604. Litta.
274 Romana cenſus apothecarum, 28. Iunij, 1574. Lancelotto.
275 Romana reſciſſionis inſtrumenti, 26. Nouembris, 1612. Vbaldo.
276 Romana prætenſi cenſus, 15. Iunij, 1585. Aldobrãdino.
277 Anconitana bonorum, ſeu cenſuum, 16. Februarij, 1604. Iuſto.

Secundum ordinem Numeralem.

278 Anconitana bonorum, ſeu cenſuum, 27. Nouembris, 1613. Vbaldo.
279 Tiburtina cenſus, 17. Iun. 1615. Vbaldo.
280 Tiburtina cenſus, 4. Maij, 1616. Vbaldo.
281 Romana Saluiani interdicti, 10. Decembris, 1599. Lancelotto.
282 Romana Saluiani interdicti, 21. Martij, 1600. Lancelotto.
283 Romana cenſus, 29. Nouembr. 1593. Pamphilio.
284 Romana pecuniaria, ſeu prætenſorum cenſuũ, 6. Martij, 1598. Litta.
285 Romana cẽſus, ſeu dotis, 11. Februarij, 1583. Cantuccio.
286 Romana euictionis, 17. Februarij, 1603. Ludouiſio.
287 Romana cenſus de Romulis, 18. Iunij, 1599. Penia.
288 Romana cenſus, 12. Decembris, 1608. Sacrato.
289 Romana cenſus, 6. Iunij, 1603. Sacrato.
290 Romana anterioritatis, 4. Februarij, 1608. Iuſto.
291 Romana fructuum cenſus, 9. Aprilis, 1606. Iuſto.
292 Romana repetitionis indebiti, 30. Aprilis, 1610. Pirouano.
293 Auximana ſpolij, 3. Decembris, 1610. Pirouano.
294 Romana pecuniaria, 8. Martij, 1604. Ottembergio.
295 Romana cenſus, 4. Iunij, 1600. Ludouiſio.
296 Romana cenſus, 2. Aprilis, 1607. Manzanedo.
297 Lauretana bonorum, 6. Iunij, 1611. Ludouiſio.
298 Romana cenſus, 20. Nouembr. 1602. Iuſto.
299 Romana cenſus de Comitibus, 29. Aprilis, 1592. Penia.
300 Veliterna cenſus, 20. Iun. 1616. Coccino.
301 Recanatenſis cenſus, 13. Iunij, 1605. Marcomontio.
302 Romana fructuum cenſus, 13. Iunij, 1603. Mellino.
303 Romana Saluiani interdicti, 22. Iunij, 1616. Vbaldo.
304 Vormatienſis cenſus, 23. Iunij, 1614. Vbaldo.
305 Romana cenſus de Caffarellis, 28. Martij, 1588. Gipſio.
306 Romana domus, 22. Iunij, 1611. Lancelotto.
307 Romana prælationis, 26. Iunij, 1617. Dunozet.
308 Romana prælationis, 2. Aprilis, 1618. Dunozet.
309 Romana cenſus, ſeu fideicommiſſi de Scalabrinis, 22. Maij, 1615. Andrea.
310 Romana fideicommiſſi de Marganis, 28. Nouembris, 1608. Coccino.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX DECISIONVM, POST TRACTACTVM IMPRESSARVM, IVXTA ORDINEM ALPHABETICVM AVDITORVM.

Aldobrandrino.

ROMANA prætenſi cenſus, 15. Iunij, 1585. 276

Andrea.

SEnogallienſis prædij, 10. Maij, 1615. 191
Romana cenſus, ſeu fideicommiſſi de Scalabrinis, 22. Maij, 1615. 309

Arigono.

VEnetiarum cenſus, 22. Martij, 1596. 244

Blanchetto.

EVgubina, ſeu Peruſina Cenſus, 27. Martij, 1596. 121
Eadem 24. Maij, 1596. 115
Eadem 15. Iunij, 1598. 196
Panormitana, ſeu Agrigentina reſciſſionis contractus, 17. Iunij, 1575. 97
Romana cenſus, 13. Iunij, 1594. 155
Romana cenſus, 13. Maij, 1596. 78
Vrbeuetana cenſus, 16. Decembris, 1594. 82

Bubalo.

ROmana cenſus, 23. Ianuarij, 1591. 25
Senogallienſis prædij, 24. Nouembris, 1586. 58

Buratto.

BEneuentana Saluiani Interdicti, 1. Februarij, 1616. 263
Foroliuienſis Cenſus, 14. Iunij, 1613. 96
Eadem 2. Maij, 1614. 100

Cantuccio.

PRæneſtina hæreditatis, 30. Aprilis, 1582. 175
Romana domus de Alexiis, 1. Februar. 1580. 43
Romana doanæ ſalis, 10. & 21. Iunij, 1581. 184
Romana nullitatis cenſus, 4. Februarij, 1583. 144
Romana cenſus, ſeu dotis, 11. Februarij, 1583. 285
Romana nullitatis cenſus, 4. Februarij, 1583. 93
Romana cenſus Saluiani Interdicti, & intereſſe, 18. Februarij, 1585. 44
Eadem 29. Martij, 1585. 45

Caualerio.

BArenſis fructuum, 2. Iunij, 1610. 176
Imolenſis cenſus, 26. Iunij, 1609. 200
Rauennatenſis Cenſus, 13. Iunij, 1607. 162
Romana fructuum cenſus, 22. Iunij, 1609. 247
Romana cenſus, 18. Martij, 1611. 167
Senogallienſis ceſſionis iurium, 9. Maij, 1608. 205

Coccino.

ASſiſienſis cenſus, 5. Maij, 1608. 120
Beneuentana cenſus, 28. Aprilis, 1608. 187
Bononienſis cenſus, 5. Martij, 1603. 199
Nullius, ſeu Meliuicenſis cenſus, 24. Martij, 1613. 87
Eadem 26. Maij, 1615. 146
Eadem 16. Martij, 1616. 147
Romana vineæ de Fabris, 20. Decembris, 1604. 79
Romana cenſus, 28. Aprilis, 1608. 171
Romana fideicommiſſi de Marganis, 28. Nouembris, 1608. 310
Romana Cenſus, 22. Iunij, 1609. 169
Veliterna cenſus, 20. Iunii, 1616. 300

Corduba.

ANconitana cenſus, 25. Maii, 1598. 111
Beneuentana cenſus, 13. Iunii, 1594. 211
Bononienſis computorum, 10. Aprilis, 1598. 189
Eugubina Cenſus, 24. Nouembris, 1597. 147
Fauentina bonorum, 19. Iunii, 1595. 153
Leodienſis cenſus, 11. Decembris, 1596. 8
Eadem 15. Ianuarij, 1597. 37
Romana fideiuſſionis de repræſentando 17. Maii, 1595. 197
Romana cenſus, 31. Iulij, 1596. 264
Romana cenſus, 21. Ianuarij, 1597. 265
Romana cenſus, 21. Aprilis, 1597. 203
Romana nullitaris cenſus, 5. Maij, 1597. 124
Romana, ſeu Præneſtina Cenſus, 5. Iulij, 1599. 209
Romana, ſeu Bononienſis ſcutorum 25. mil. 7. Maij, 1601. 195

Dunozet.

IAnuenſis cenſus, 25. Nouembris, 1613. 173
Maceratenſis cenſus, 4. Maij, 1614. 34
Romana pecuniaria, 10. Iunij, 1613. 47
Romana caſalis, 3. Aprilis, 1615. 23
Romana prælarionis, 26. Iunij, 1617. 307
Eadem, 2. Aprilis, 1618. 308

Fabio.

ROmana cenſus, 3. Februarii. . . . , 47

Gipſio.

CÆſarauguſtana penſionis, 30. Ian. 1589. 241
Neapolitana cenſus, 9. Martij, & 10. Aprilis, 1592. 202
Romana cenſus de Caffarellis, 9. Decembris, 1587. 230
Romana cenſus de Caffarellis, 28. Martij, 1588. 305
Romana ſocietatis, 9. Maij, 1588. 59
Vrbeuetana cenſus, 6. Iunij, 1594. 11
Eadem 13. Februarij, 1595. 12
Eadem 2. Maij, 1595. 228

Iuſto.

ANconitana bonorum, ſeu cenſuum, 16. Februarij, 1604. 277

Bono-

Bononienſis fideiuſſionis, 19. Aprilis, 1601. 180
Bononienſis cenſus, 1. Decembris, 1602. 109
Ciuitatis Caſtelli cenſus, 29. Maij, 1600. 81
Foroliuienſis Cenſus, 12. Iunij, 1609. 214
Romana anterioritatis, 12. Martij, 1600. 134
Romana cenſus, 17. Martij, 1600. 40
Romana cenſuum de Luraghis, 21. Aprilis, 1600. 168
Eadem 12. Ianuarij, 1601. 160
Romana ſimulationis cenſus, 6. Aprilis, 1601. 128
Romana cenſus, 9. Aprilis, 1601. 131
Eadem 18. Martij, 1602. 132
Romana Saluiani Interdicti, 31. Maij, 1602. 261
Romana Cenſus Sancti Celſi, 28. Iunij, 1602. 229
Romana annuæ reſpõſionis, 30. Octobris, 1602. 151
Romana cenſus, 20. Nouembris, 1602. 298
Romana cenſus, 21. Octobris, 1605. 152
Romana fructuum cenſus, 9. Aprilis, 1606. 291
Romana pretij palatij, 15. Ianuarij, 1607. 80
Romana anterioritatis, 4. Februarij, 1608. 290
Tudertina cenſus, 26. Maij, 1600. 139

Lancelotto.

Venionen. Carpentoracten. & Cauillicen. collectarum, 1583. 3
Bononienſis prætenſi Saluiani Interdicti, 21. Iunij, 1599. 169
Bononienſis cenſus, 21. Ianuarij, 1600. 248
Bononienſis cenſus, 10. Iunij, 1611. 95
Peruſina affictus, 3. Decembris, 1571. 154
Romana cenſus apothecarum, 28. Iunij, 1574. 274
Romana aureorum octo Zeccarum, 20. Iunij, 1597. 217
Romana cenſus, 3. Decembris, 1599. 259
Romana Saluiani Interdicti, 10. Decemb. 1599. 281
Eadem 21. Martij, 1600. 282
Romana releuationis indemnitatis, 4. Februarij, 1602. 14
Romana nullitatis cenſus, 9. Decembris, 1602. 2
Romana cenſus, 10. Ianuarij, 1605. 137
Romana domus, 22. Iunij, 1611. 306
Spoletana cenſus, 18. Iunij, 1601. 112

Litta.

Bononienſis releuationis indemnitatis, 14. Nouembris, 1605. 194
Calaguritana cenſus, 11. Decembris, 1602. 118
Eugubina cenſus, 10. Februarij, 1597. 92
Romana pecuniaria, 28. Iunij, 1593. 260
Romana prætenſæ executionis contractus, 27. Maij, 1594. 86
Romana pecuniaria, ſeu prætenſorum cenſuum, 6. Martij, 1598. 284
Romana fructuum, 23. Ianuarij, 1599. 178
Romana cenſus, 28. Iunij, 1599. 256
Romana cenſus, 5. Iunij, 1600. 257
Romana Saluiani Interdicti, 23. Iunij, 1600. 272
Romana, ſeu Amelphitana Saluiani Interdicti, 1. Iulij, 1602. 73
Romana Saluiani Interdicti, 13. Ianuarij, 1603. 53
Romana cenſus, 10. Decembris, 1603. 271
Romana cenſus, 2. Aprilis, 1604. 273
Romana fideicommiſſi de Remediis, 7. Maij, 1604. 41
Eadem 17. Decembris, 1604. 42

Ludouiſio.

Amerina fideiuſſionis, 25. Maij, 1612. 192
Eadem, 27. Iunij, 1612. 193
Beneuentana cenſus, 16. Decembris, 1605. 258
Bononienſis cenſus, ſeu attentatorum, 10. Decembris, 1603. 243
Bononienſis cenſus, 20. Februarij, 1604. 61
Foroliuienſis cenſus, 11. Februarij, 1602. 222
Imolenſis cenſus, 11. Maij, 1607. 213
Imolenſis cenſus, 28. Februarij, 1608. 98
Lauretana bonorum, 6. Iunij, 1611. 297
Rauennatenſis cenſus, 7. Maij, 1607. 223
Romana cenſus, 4. Iunij, 1600. 295
Romana cenſus, 10. Iunij, 1602. 105
Romana cenſuum, 20. Nouembris, 1602. 207
Romana euictionis, 17. Februarij, 1603. 286
Romana cenſus, 23. Februarij, 1604. 12
Romana affictus, 8. Martij, 1604. 136
Romana fideicommiſſi de Iacobatiis, 14. Martij, 1604. 52
Romana, ſeu Sabinenſis cenſus, 8. Nouembris, 1604. 179
Romana prælationis, 19. Nouembris, 1604. 156
Romana cenſus, 26. Nouembris, 1604. 5
Romana fideicommiſſi de Iacobatiis, 26. Nouembris, 1605. 67
Romana cenſus, 2. Decembris, 1605. 163
Romana fideicommiſſi de Iacobatiis, 12. Maij, 1606. 65
Romana fructuum cenſus, 10. Decembris, 1606. 185
Romana cenſus ſcutorum 18. mill. 9. Iunij, 1608. 60
Romana cenſus, 23. Iunij, 1608. 7
Romana fideicommiſſi de Iacobatiis, 5. Decembris, 1608. 4
Romana vineæ, 26. Iunij, 1609. 158
Romana cenſus, 8. Martij, 1610. 24
Romana cenſus, 9. Maij, 1611. 181

Manzanedo.

Aquilegienſis penſionis, 21. Martij, 1610. 242
Aſſiſienſis pecuniaria, 7. Maij, 1610. 229
Aſſiſienſis pecuniaria, 28. Ianuarij, 1611. 230
Ianuenſis cenſus, 17. Iunij, 1605. 212
Ianuenſis cenſus, 12. Februarij, 1607. 62
Ianuenſis cenſus, 28. Aprilis, 1608. 110
Ianuenſis cenſus, 3. Aprilis, 1609. 63
Interamnenſis Saluiani Interdicti, 14. Nouembris, 1611. 148
Rauennatenſis cenſus, 10. Maij, 1606. 88
Rauennatenſis Saluiani Interdicti, 12. Ian. 1607. 126
Rauennatenſis cenſus, 2. Maij, 1608. 89
Romana cenſus, 2. Aprilis, 1607. 296
Romana cenſus, 13. Iunij, 1608. 238
Romana Saluiani Interdicti, 1. Iunij, 1609. 83
Romana cenſus, 2. Decembris, 1609. 30
Romana cenſus, 22. Iunij, 1611. 19

Romana cenſus, 24. Iunij, 1614. 249
Romana cenſus, 6. Februarij, 1615. 182
Romana Saluiani Interdicti, 11. Ianuarij, 1616. 32

Marcomontio.

BOnonienſis cenſus, 17. Maij, 1608. 18
Recanatenſis cenſus, 13. Iunij, 1605. 301
Romana cenſus, 14. Nouembris, 1608. 233
Veneta cenſus, 10. Decembris, 1610. 165
Veneta cenſus, 14. Martij, 1611. 166

Mellino.

AVximana bonorum, 4. Martij, 1602. 107
Bononienſis cenſus, 20. Martij, 1603. 108
Ciuitatis Caſtelli cenſus, 10. Maij, 1599. 94
Rauennatenſis cenſus, 31. Ianuarij, 1603. 190
Romana cenſuum, 23. Iunij, 1600. 29
Romana Societatum, 29. Ianuarij, 1601. 9
Romana vineæ, 31. Ianuarij, 1601. 157
Romana ſocietatis officij, 20. Maij, 1602. 227
Romana cenſus, 30. Octobris, 1602. 1
Romana fructuum cenſus, 13. Iunij, 1603. 302
Romana ſocietatis officij, 28. Ianuarij, 1604. 91
Romana cenſus, 26. Nouembris, 1604. 106

Orano.

BOnonienſis prætenſi Saluiani Interdicti, 16. Februarij, 1598. 267
Cremonenſis penſionis, 15. Iunij, 1598. 219
Foroliuienſis cenſus, 3. Iulij, 1589. 210
Foroliuienſis cenſus, 13. Nouembris, 1589. 117
Leodienſis cenſus, 29. Ianuarij, 1596. 36
Perufina fideicommiſſi de Almericis, 6. Februarij, 1586. 49
Eadem 8. Aprilis, 1587. 39
Romana cenſus, 5. Martij, 1586. 164
Romana cenſus, 12. Februarij, 1588. 251
Romana cenſus, 24. Octobris, 1588. 231
Romana cenſus, 3. Iulij, 1589. 72
Romana cenſus de Prouanis, 8. Aprilis, 1598. 21
Romana Saluiani Interdicti, 18. Maij, 1598. 70
Romana prætenſi cenſus, 11. Decembris, 1598. 321

Ottembergio.

BEneuentana cenſus, 28. Nouembris, 1608. 20
Bononienſis cenſus, 16. Decembris, 1607. 201
Romana caducitatis, 20. Maij, 1602. 224
Romana reſtitutionis fructuum, 23. Iunij, 1603. 54
Romana pecuniaria, 8. Martij, 1604. 294
Romana cenſus, 24. Nouembris, 1606. 113
Romana cenſus, 7. Februarij, 1607. 186

Pamphilio.

ARiminenſis cenſus, 9. Iunij, 1599. 161
Aſſiſienſis cenſus, 9. Iunij, 1604. 17
Beneuentana cenſus, 29. Martij, 1593. 103
Beneuentana cenſus, 26. Maij, 1614. 76
Bononienſis cenſus, 24. Aprilis, 1600. 123
Bononienſis cenſus, 26. Iunij, 1600. 116

Foroliuienſis reſciſſionis contractus, 19. Decembris, 1603. 26
Romana inualiditatis cenſus, 24. Maij, 1591. 27
Romana cenſus, 29. Nouembris, 1593. 283
Romana cenſus, 4. Decembris, 1595. 255
Romana cenſus, 26. Aprilis, 1596. 235
Romana cenſus, 10. Maij, 1596. 226
Romana anterioritatis hypothecæ, 28. Nouembris, 1597. 104
Romana pecuniaria, 25. Iunij, 1601. 198
Romana cenſus, 4. Februarij, 1602. 188
Romana releuationis indemnitatis, 14. Nouembris, 1605. 140

Penia.

ASſiſienſis cenſus, 29. Nouembris, 1604. 103
Bononienſis cenſus, 19. Octobris, 1598. 133
Bononienſis cenſus, 15. Februarij, 1599. 127
Bononienſis Cenſus, 24. Aprilis, 1600. 254
Bononienſis Cenſus, 20. Maij, 1600. 46
Ceſenatenſis pecuniaria, 14. Martij, 1597. 220
Fauentina mutui, 16. Decembris, 1601. 135
Lauretana pecuniaria, 28. Februarij, 1605. 16
Neapolitana Cenſus, 3. Aprilis, 1593. 208
Romana Palatij campi floræ, 10. Decemb. 1588. 101
Romana pecuniaria, 22. Ianuarij, 1589. 216
Romana cenſus de Romulis, 18. Iunij, 1589. 287
Romana cenſus de Comitibus, 29. Aprilis, 1592. 299
Romana Saluiani Interdicti, 12. Nouembr. 1592. 77
Romana cenſus de Comitibus, 31. Maij, 1596. 114
Romana cenſus de Caualeriis, 26. Iunij, 1596. 6
Romana cenſus, 17. Aprilis, 1598. 56
Romana cenſus de Romulis, 18. Iunij, 1598. 28
Romana, ſeu Amelphitana Saluiani Interdicti, 9. Iunij, 1603. 74
Romana cenſus, 22. Maij, 1606. 236
Romana cenſus, 6. Decembris, 1606. 245
Romana cenſus, 15. Ianuarii, 1607. 55
Romana cenſus, 2. Iunij, 1610. 250
Romana cenſus de Carauaſchinis, 28. Iunij, 1610. 66
Eadem, 29. Nouembris, 1610. 57
Senogallienſis Cenſus, 26. Aprilis, 1597. 121
Vrbeuetana Cenſus, 31. Maij, 1591. 10

Pirouano.

ANconitana pecuniaria, 7. Februar. 1611. 138
Auximana ſpolij, 3. Decembris, 1610. 293
Bononienſis cenſus, 7. Decembris, 1611. 99
Cremonenſis fructuum, 18. Martij, 1611. 177
Romana repetitionis indebiti, 30. Aprilis, 1610. 292
Eadem, 25. Iunij, 1610. 266
Romana nullitatis cenſus, 8. Nouembris, 1610. 22
Romana cenſus, 12. Februarij, 1612. 31
Romana cenſus, 18. Iunij, 1612. 170

Platto.

VIterbienſis cenſus, 27. Iunij, 1589. 51
Viterbienſis cenſus, 16. Februarij, 1590. 50
Viterbienſis cenſus, 6. Aprilis, 1590. 35

Ramboldo.

PEruſina cenſuum, 13. Februarij, 1615. 272
Eadem, 1. Iunij, 1616. 174

Robuſterio.

ROmana cenſus, 8. Februarij, 1577. 232

Rubeo.

ROmana vinearum de Maximis, 4. Februarij, 1577. 48

Sacrato.

APrutina, ſeu Montis alti cenſus, 4. Iulij, 1607. 215
Bononienſis cenſus, 13. Decembris, 1591. 234
Bononienſis cenſus, 27. Iunij, 1606. 237
Calaguritana de Antol, 4. Maij, 1611. 240
Foroliuienſis cenſus, 8. Martij, 1602. 218
Romana reſtitutionis dotis, 17. Martij, 1600. 38
Romana cenſus de Palutiis, 20. Nouembr. 1600. 64
Romana cenſus, 14. Ianuarij, 1602. 90
Romana cenſus, 11. Decembris, 1602. 119
Romana cenſus, 27. Ianuarij, 1603. 204
Romana cenſus, 6. Iunij, 1603. 289
Romana fructuum cenſus, 28. Nouembris, 1603. 252
Romana cenſus, 12. Decembris, 1608. 288
Romana vineæ, & Saluiani Interdicti de Ruſconibus, 17. Ianuarij, 1612. 268
Romana cenſus, 10. Iunij, 1613. 68
Romana legatorum de Columna, 23. Ian. 1614. 69

Vbaldo.

ANconitana bonorum, ſeu cẽſuum, 24. Maij, 1613. 84
Eadem, 27. Nouembris, 1613. 278
Bononiẽſis bonorum de Zaualiis, 13. Iun. 1611. 149
Eadem, 4. Iulij, 1614. 150
Eadem, 12. Decembris, 1614. 85
Neapolitana cenſus, 1. Iunij, 1616. 225
Rauennatenſis cenſus, 7. Aprilis, 1617. 75
Romana reſciſſionis inſtrumenti, 27. Iun. 1612. 262
Romana reſciſſionis inſtrumenti, 26. Nouembr. 1612. 275
Romana retractus domus, 10. Maij, 1614. 159
Romana retractus domus. 15. Decembris, 1614. 71
Romana domus, 4. Decembris, 1615. 253
Romana fideiuſſionis, 9. Decembris, 1615. 33
Romana reſciſſionis inſtrumẽti, 18. Martij, 1616. 283
Romana cenſus, 1. Iunij, 1616. 35
Romana Saluiani Interdicti, 22. Iunij, 1616. 303
Romana reſciſſionis inſtrumenti, 26. Iunij, 1617. 206
Tiburtina cenſus, 17. Iunij, 1615. 279
Eadem, 4. Maij, 1616. 280
Vormatienſis cenſus, 23. Iunij, 1614. 304

Veroſpio.

CIuitatis Caſtelli cenſus, 17. Maij, 1617. 239
Papienſis bonorum, 4. Decembris, 1612. 246

Vicecomite.

ROmana cenſus, 11. Ianuarij, 1585. 143

Incerto.

ROmana cenſus de Turinis, 28. Aprilis, 1598. 13

F I N I S.

INDEX DECISIONVM,
QVAE IN FINE TRACTATVS
IMPRIMVNTVR, IVXTA ORDINEM
ALPHABETICVM CAVSARVM.

AMERINA fideiuſſionis, 25. Maij, 1612. Ludouiſio, 192
Eadem, 27. Iunij, 1612. Ludouiſio, 193
Anconitana cenſus, 25. Maij, 1598. Corduba, 111
Anconitana bonorum, ſeu cenſuum, 16. Februarij, 1604. Iuſto. 277
Eadem, 24. Maij, 1613. Vbaldo. 84
Eadem, 27. Nouembris, 1613. Vbaldo. 278
Anconitana pecuniaria, 7. Februarij, 1611. Pirouano. 138
Aprutina, ſeu Montis alti cenſus, 4. Iulij, 1607. Sacrato. 215
Aquilegienſis penſionis, 21. Martij, 1610. Manzanedo, 242
Ariminenſis cenſus, 9. Iun. 1599. Pamphilio. 161
Aſſiſienſis cenſus, 5. Maij, 1608. Coccino, 120
Aſſiſienſis pecuniaria, 7. Maij, 1610. Manzanedo, 129
Eadem, 28. Ianuarij, 1611. Manzanedo, 130
Aſſiſienſis cenſus, 9. Iunij, 1604. Pamphilio. 17
Aſſiſienſis cenſus, 29. Nouembris, 1604. Penia, 192
Auenionen. Carpentoracten. & Cauillicen. collectarum, 1583. Lancelotto, 3
Auximana bonorum, 4. Maij, 1602. Mellino. 107
Auximana ſpolij, 3. Decembris, 1610. Pirouano, 293

B

BArenſis fructuum, 2. Iunij, 1610. Caualerio, 176
Beneuentana cenſus, 29. Martij, 1593. Pamphilio, 103
Beneuentana cenſus, 13. Iunij, 1594. Corduba, 211
Beneuentana cenſus, 16. Decembris, 1605. Ludouiſio, 258
Beneuentana cenſus, 28. Aprilis, 1608. Coccino, 187
Beneuentana cenſus, 28. Nouembris, 1608. Ottembergio, 20
Beneuentana cenſus, 26. Maij, 1614. Pamphilio, 76
Beneuentana Saluiani Interdicti, 1. Februarij, 1616. Buratto, 263
Bononienſis cenſus, 13. Decembris, 1591. Sacrato, 274
Bononienſis prætēſi Saluiani interdicti, 16. Februarij, 1598. Orano, 267
Bononienſis computorum, 10. Aprilis, 1598. Corduba, 189
Bononienſis cenſus, 19. Octobr. 1598. Penia, 133
Bononienſis cenſus, 15. Februarij, 1599. Penia, 127
Bononienſis prætēſi Saluiani interdicti, 21. Iunij, 1599. Lancelotto, 269
Bononienſis cenſus, 21. Ianuarij, 1600. Lancelotto, 248
Bononienſis cenſus, 24. Aprilis, 1600. Penia. 354
Bononienſis cenſus, 26. Aprilis, 1600. Pamphilio, 113
Bononiēſis cēſus, 20. Maij, 1600. Penia, 46
Bononienſis cēſus, 26. Iun. 1600. Pamphilio, 116
Bononienſis fideiuſſionis, 19. Aprilis, 1601. Iuſto, 180
Bononienſis cenſus, 20. Martij, 1602. Mellino, 108
Bononienſis cēſus, 1. Dec. 1601. Iuſto. 109
Bononienſis cenſus, 25. Martij, 1603. Coccino, 199
Bononienſis cenſus, ſeu attentatorum, 10. Decembris, 1603. Ludouiſio, 243
Bononienſis cenſus, 20. Februarij, 1604. Ludouiſio, 61
Bononienſis releuationis indemnitatis, 14. Nouembr. 1605. Litta, 194
Bononienſis cēſus, 27. Iun. 1606. Sacrato. 237
Bononienſis cenſus, 16. Decembris, 1607. Ottembergio. 201
Bononiēſis cēſus, 17. Maii, 1608. Marcomontio, 18
Bononienſis cēſus, 10. Iun. 1611. Lancelotto. 95
Bononienſis cenſus, 7. Decembr. 1611. Pirouano, 99
Bononienſis bonorum de Zaualiis, 13. Iunij, 1611. Vbaldo. 149
Eadem, 4. Iulij, 1614. Vbaldo. 150
Eadem, 8. Decembris, 1614. Vbaldo. 85

C

CAlaguritana cenſus, 11. Decembris, 1602. Litta, 118
Calaguritana de Antol, 4. Maij, 1611. Sacrato, 240
Cæſarauguſtana penſionis, 3. Ianuarij, 1589. Gipſio, 241
Ceſenatēſis pecuniaria, 14. Martij, 1597. Penia, 220
Ciuitatis Caſtelli cēſus, 10. Maij, 1599. Mellino, 94
Ciuitatis Caſtelli cēſus, 29. Maij, 1600. Iuſto, 81
Ciuitatis Caſtelli cenſus, 17. Maij, 1617. Veroſpio, 239

Cre-

Cremonenſis penſionis, 15. Iunij, 1598.	Orano.	219
Cremonenſis fructuum, 18. Martij, 1611.	Pirouano.	117

E

EVgubina, ſeu Peruſina cenſus, 27. Martij, 1596.	Blanchetto.	121
Eadem, 24. Maij, 1596.	Blanchetto.	115
Eadem, 15. Iunij, 2598.	Blanchetto.	196
Eugubina cenſus, 10. Februarij, 1597.	Litta.	92
Eugubina cenſus, 24. Nouembr. 1597.	Corduba.	145

F

FAuentina bonorum, 19. Iunij, 1595.	Corduba.	153
Fauentina mutui, 16. Decembr. 1601.	Penia.	135
Foroliuienſis cenſus, 3. Iul. 1589.	Orano.	210
Foroliuienſis cenſus, 13. Nouembris, 1589.	Orano.	117
Foroliuienſis cenſus, 11. Februarij, 1602.	Ludouiſio.	222
Foroliuienſis cenſus, 8. Martij, 1602.	Sacrato.	218
Foroliuienſis reſciſſionis contractus, 19. Decembris, 1603.	Pamphilio.	26
Foroliuienſis cenſus, 12. Iunij, 2609.	Iuſto.	214
Foroliuienſis cenſus, 14. Iunij, 1613.	Buratto.	96
Foroliuiẽſis cẽſus, 2. Maij, 1614.	Buratto.	100

I

IAnuenſis cenſus, 17. Iunij, 1605.	Manzanedo.	212
Ianuenſis cenſus, 12. Februarij, 1607.	Manzanedo.	61
Ianuenſis cenſus, 28. Apr. 1608.	Manzanedo.	110
Ianuenſis cenſus, 3. Apr. 1609.	Mauzanedo.	63
Ianuenſis cenſus, 25. Nouembr. 1613.	Dunozet.	173
Imolenſis cenſus, 11. Maij, 1607.	Ludouiſio.	213
Imolenſis cenſus, 28. Februarij, 1608.	Ludouiſio.	98
Imolenſis cenſus, 26. Iun. 1609.	Caualerio.	248
Interamnenſis Saluiani Interdicti, 24. Nouembris, 1611.	Manzanedo.	148

L

LAuretana pecuniaria, 28. Februarij, 1605.	Penia.	16
Lauretana bonorum, 6. Iunij, 1611.	Ludouiſio.	297
Leodienſis cenſus, 29. Ianuarij, 1596.	Orano.	36
Eadem, 11. Decembris, 1596.	Corduba.	8
Eadem, 11. Ianuarij, 1597.	Corduba.	37

M

MAcetatenſis cẽſus, 4. Maij, 1614.	Dunozet.	34

N

NEapolitana cenſus, 9. Martij, & 10. Aprilis, 1592.	Gipſio.	202
Neapolitana cenſus, 3. Aprilis, 1599.	Penia.	208
Neapolitana cẽſus, 1. Iun. 1616.	Vbaldo.	225
Nullius, ſeu Meliuicenſis cenſus, 27. Maij, 1613.	Coccino.	87
Eadem, 26. Maij, 1615.	Coccino.	146
Eadem, 16. Martij, 1616.	Coccino.	147

P

PAnormitana, ſeu Agrigentina reſciſſionis contractus, 17. Iunij, 1575.	Blanchetto.	97
Papienſis bonorum, 4. Decembr. 1612.	Veroſpio.	246
Peruſina afflictus, 3. Decembris, 1571.	Lancelotto.	154
Peruſina fideicommiſſi de Almericis, 16. Februarij, 1586.	Orano.	49
Eadem, 8. Aprilis, 1587.	Orano.	39
Peruſina cenſuum, 13. Februarii, 1615.	Ramboldo.	172
Eadem, 1. Iulij, 1616.	Ramboldo.	174
Præneſtina hereditatis, 30. Aprilis, 1582.	Cantuccio.	175

R

RAuennatenſis cenſus, 31. Ianuarij, 1603.	Mellino.	190
Rauennatenſis cenſus, 10. Maij, 1606.	Manzanedo.	88
Rauennatenſis Saluiani Interdicti, 12. Ianuarij, 1607.	Manzanedo.	126
Rauennatenſis cenſus, 7. Maij, 1607.	Ludouiſio.	223
Rauennatenſis ceuſus, 13. Iunij, 1607.	Caualerio.	162
Rauennatenſis cenſus, 2. Maij, 1608.	Manzanedo.	89
Rauennatenſis cenſus, 7. Aprilis, 1617.	Vbaldo.	75
Recanatenſis cenſus, 13. Iunij, 1605.	Marcomontio.	301
Romana		
Afflictus, 8. Martij, 1604.	Ludouiſio.	141
Annuæ reſponſionis, 30. Octobris, 1602.	Iuſto.	151
Anterioritatis hypothecæ, 28. Nouembris, 1597.	Pamphilio.	204
Anterioritatis, 12. Martij, 1600.	Iuſto.	234
Anterioritatis, 4. Februar. 1608.	Iuſto.	290
Auteorum octo Zeccatum, 20. Iunij, 1597.	Lancelotto.	217
Caducitatis, 20. Maij, 1602.	Ottembergio.	224
Caſalis, 3. Aprilis, 1615.	Dunozet.	23
Cenſus apothecarum, 28. Iunij, 1574.	Lancelotto.	274
Cenſus, 8. Februarij, 1577.	Robuſterio.	232
Cenſus, ſeu dotis, 11. Febtuarij, 1583.	Cantuccio.	285
Cenſus, 11. Februarij, 1585.	Vicecomite.	143
Cenſus Saluiani interdicti, & intereſſe, 18. Februarij, 1585.	Cantuccio.	44
Eadem, 29. Martij, 1585.	Cantuccio.	45
Cenſus, 5. Martij, 1586.	Orano.	164
Cenſus de Caffarellis, 4. Decembris, 1587.	Gipſio.	230
Cenſus, 12. Februarij, 1588.	Orano.	251

Cen-

Cenſus de Caſſarellis, 28. Martij, 1588.	Gipſio.	305
Cenſus, 24. Octobris, 1588.	Orano.	231
Cenſus, 3. Iulij, 1589.	Orano.	72
Cenſus, 23. Ianuarij, 1591.	Bubalo.	35
Cenſus de Comitibus, 29. Auguſti, 1592.	Penia.	299
Cenſus, 29. Nouembris, 1593.	Pamphilio.	283
Cenſus, 13. Iunij, 1594.	Blanchetto.	155
Cenſus, 4. Decembris, 1595.	Pamphilio.	255
Cenſus, 26. Aprilis, 1596.	Pamphilio.	235
Cenſus, 13. Maij, 1596.	Blanchetto.	78
Cenſus de Comitibus, 31. Maij, 1596.	Pamphilio.	226
Cenſus de Caualeriis, 26. Iunij, 1596.	Penia.	6
Cenſus, 31. Iulij, 1596.	Corduba.	264
Cenſus, 21. Ianuarij, 1597.	Corduba.	265
Cenſus, 21. Aprilis, 1597.	Corduba.	203
Cenſus de Prouanis, 8. Aprilis, 1598.	Orano.	21
Cenſus, 17. Aprilis, 1598.	Penia.	56
Cenſus de Turinis, 28. Aprilis, 1598.	. . . .	13
Cenſus de Romulis, 18. Iunij, 1598.	Penia.	28
Eadem, 18. Iunij, 1599.	Penia.	287
Cenſus, 28. Iunij, 1599.	Litta.	256
Cenſus, 3. Decembris, 1599.	Lancelotto.	281
Cenſus, 17. Martij, 1600.	Iuſto.	40
Cenſuum de Luraghis, 21. Aprilis, 1600.	Iuſto.	140
Cenſus, 4 Iunij, 1600.	Ludouiſio.	295
Cenſus, 5. Iunij, 1600.	Litta.	257
Cenſuum, 23. Iunij, 1600.	Mellino.	29
Cenſus de Palutiis, 20. Nouembris, 1600.	Sacrato.	64
Cenſuum de Luraghis, 12. Ianuarij, 1601.	Iuſto.	160
Cenſus, 9. Aprilis, 1601.	Iuſto.	131
Cenſus, 14. Ianuarij, 1602.	Sacrato.	90
Cenſus, 4. Februarij, 1602.	Pamphilio.	188
Cenſus, 18. Martij, 1602.	Iuſto.	132
Cenſus, 10. Iunij, 1602.	Ludouiſio.	105
Cenſus Sancti Celſi, 28. Iunij, 1602.	Iuſto.	229
Cenſus, 30. Octobris, 1602.	Mellino.	1
Cenſuum, 20. Nouembris, 1602.	Ludouiſio.	207
Cenſus, 20. Nouembris, 1602.	Iuſto.	298
Cenſus, 10. Decembris, 1602.	Sacrato.	119
Cenſus, 27. Ianuarij, 1603.	Sacrato.	204
Cenſus, 6. Iunij, 1603.	Sacrato.	289
Cenſus, 10. Decembris, 1603.	Litta.	271
Cenſus, 23. Februarij, 1604.	Mellino.	125
Cenſus, 2. Aprilis, 1604.	Litta.	273
Cenſus, 26. Nouembris, 1604.	Ludouiſio.	5
Cenſus, 26. Nouembris, 1604.	Mellino.	106
Cenſus, 10. Ianuarij, 1605.	Lanceſotto.	137
Cenſus, 21. Octobris, 1605.	Iuſto.	152
Cenſus, 2. Decembris, 1605.	Ludouiſio.	163
Cenſus, 22. Maij, 1606.	Penia.	236
Cenſus, 6. Nouembris, 1606.	Penia.	245
Cenſus, 24. Nouembris, 1606.	Otrembergio.	113
Cenſus, 15. Ianuarij, 1607.	Penia.	55
Cenſus, 7. Februarij, 1607.	Ottembergio.	186
Cenſus, 2. Aprilis, 1607.	Manzanedo.	296
Cenſus, 28. Aprilis, 1608.	Coccino.	171
Cēſus ſcutorum decem, & octo millium, 9. Iunij, 1608.	Ludouiſio.	60
Cenſus, 13. Iunij, 1608.	Manzanedo.	238
Cenſus, 23. Iunij, 1608.	Ludouiſio.	7
Cenſus, 14. Nouembris, 1608.	Marcomontio.	233
Cenſus, 12. Decembris, 1608.	Sacrato.	288
Cenſus, 22. Iunij, 1609.	Coccino.	169
Cenſus, 2. Decembris, 1609.	Manzanedo.	39
Cenſus, 8. Martij, 1610.	Ludouiſio.	24
Cenſus, 2. Iunij, 1610.	Penia.	250
Cēſus de Carauaſchinis, 28. Iunij, 1610.	Penia.	66
Cenſus de Carauaſchinis, 24. Nouembris, 1610.	Penia.	57
Cenſus, 9. Martij, 1611.	Ludouiſio.	181
Cenſus, 18. Martij, 1611.	Caualerio.	167
Cenſus, 22. Iunij, 1611.	Manzanedo.	19
Cenſus, 17. Februarij, 1612.	Pirouano.	31
Cenſus, 18. Iunij, 1612.	Pirouano.	170
Cenſus, 10. Iunij, 1613.	Sacrato.	68
Cenſus, 24. Iunij, 1614.	Manzanedo.	249
Cenſus, 6. Februarij, 1615.	Manzanedo.	182
Cenſus, ſeu fideicōmiſſi de Scalabrinis, 22. Maij, 1615.	Andrea.	309
Cenſus, 1. Iunij, 1616.	Vbaldo.	35
Cenſus, 3. Decembris....	Fabio.	47
Doanæ ſalis, 10. & 21. Iunij, 1581.	Cantuccio.	184
Domus de Alexiis, 1. Februarij, 1580.	Cantuccio.	43
Domus, 22. Iunij, 1611.	Lancelotto.	306
Domus, 4. Decembris, 1615.	Vbaldo.	252
Euictionis, 17. Februarij, 1603.	Ludouiſio.	286
Fideiuſſionis de repræſentando, 17. Maij, 1595.	Corduba.	197
Fideicommiſſi de Remediis, 7. Maij, 1604.	Litta.	41
Eadem 17. Decembris, 1604.	Litta.	42
Fideicōmiſſi de Iacobatiis, 1604.	Ludouiſio.	52
Eadem 26. Nouembris, 1605.	Ludouiſio.	67
Eadem 12. Maij, 1606.	Ludouiſio.	65
Eadem 5. Decembris, 1608.	Ludouiſio.	4
Fideicommiſſi de Marganis, 28. Nouembris, 1608.	Coccino.	310
Fideicommiſſi, 9. Decemb. 1615.	Vbaldo.	33
Fructuum 23. Ianuarij, 1599.	Litta.	178
Fructuum cenſus, 13. Iunij, 1603.	Mellino.	302
Fructuum cenſus, 28. Nouembris, 1603.	Sacrato.	252
Fructuum cēſus, 9. Aprilis, 1606.	Iuſto.	291
Fructuum cenſus, 10. Decembris. 1606.	Ludouiſio.	185
Fructuum cenſus, 22. Iunij, 1609.	Caualerio.	247
Inualiditatis cenſus, 24. Maij, 1591.	Pamphilio.	37
Legatorum de Columna, 23. Ianuarij, 1614.	Sacrato.	69
Nullitatis Cenſus, 4. Nouembris, 1583.	Cantuccio.	98
Nullitatis cenſus, 5. Maij, 1597.	Corduba.	124
Nullitatis cēſus, 9. Decēb. 1602.	Lancelotto.	2

Nulli-

Nullitatis cenſus, 8. Nouembris, 1610.	Pirouano.	22
Palatij Campi floræ, 16. Decembris, 1588.	Penia.	101
Pecuniaria, 23. Ianuarij, 1589.	Penia.	216
Pecuniaria, 28. Iunij, 1593.	Litta.	260
Pecuniaria, ſeu prætextorum cenſuum, 6. Martij, 1598.	Litta.	284
Pecuniaria, 25. Iunij, 1601.	Pamphilio.	198
Pecuniaria, 8. Martij, 1604.	Ottembergio.	294
Pecuniaria, 10. Iunij, 1613.	Dunozet.	270
Prætenſi cenſus, 11. Iunij, 1585.	Aldobrandino.	276
Prætenſæ executionis cõtractus, 21. Maij, 1594.	Litta.	86
Prætenſi cenſus, 11. Decembris, 1598.	Orauo.	221
Prælationis, 19. Nouemb. 1604.	Ludouiſio.	156
Prælationis, 26. Iunij, 1617.	Dunozet.	307
Eadem 2. Aprilis, 1618.	Dunozet.	308
Pretij palatij, 15. Ianuarij, 1607.	Iuſto.	80
Releuationis indẽnitatis, 4. Februarij, 1602.	Lancelotto.	14
Releuationis indemnitatis, 14. Nouembris, 1605.	Pamphilio.	140
Repetitionis indebiti, 30. Aprilis, 1610.	Pirouano.	292
Repetitionis indebiti, 25. Iunij, 1610.	Pirouano.	266
Reſciſſionis inſtrumenti, 27. Iunij, 1612.	Vbaldo.	262
Eadem 26. Nouembris, 1612.	Vbaldo.	275
Eadem 18. Martij, 1616.	Vbaldo.	183
Eadem 26. Iunij, 1617.	Vbaldo.	206
Reſtitutionis dotis, 17. Martij, 1600.	Sacrato.	38
Reſtitutionis fructuum, 23. Iun. 1603.	Ottembergio.	54
Retractus domus, 15. Decembr. 1614.	Vbaldo.	71
Eadem, 10. Maij, 1614.	Vbaldo.	159
Saluiani Interdicti, 12. Nouembris, 1592.	Penia.	299
Saluiani Interdicti, 18. Maij, 1598.	Orano.	70
Saluiani Interdicti, 10. Decembris, 1599.	Lancelotto.	281
Saluiani Interdicti, 21. Martij, 1600.	Lancelotto.	282
Saluiani Interdicti, 23. Iunij, 1600.	Litta.	272
Saluiani Interdicti, 31. Maij, 1602.	Iuſto.	261
Saluiani Interdicti, 13. Ianuarij, 1603.	Litta.	53
Saluiani Interdicti, 1. Iun. 1609.	Manzanedo.	83
Saluiani Interdicti, 11. Ianuarij, 1616.	Manzanedo.	32
Saluiani Interd. 22. Iunij, 1616.	Vbaldo.	303
Seu Præneſtina cenſus, 5. Iulij, 1599.	Corduba.	209
Seu Bononienſis ſcutorum 18. mill. 7. Maij. 1601.	Corduba.	195
Seu Amelphitana Saluiani Interdicti, 1. Iulij, 1602.	Litta.	73
Seu Amelphitana Saluiani Interdicti, 9. Iunij, 1603.	Penia.	74
Seu Sabinenſis cenſus, 8. Nouembris, 1604.	Ludouiſio.	179
Simulationis cẽſus, 6. Apr. 1601.	Iuſto.	128
Societatis, 9. Maij, 1588.	Gipſio.	59
Societatum, 29. Ianuarij, 1601.	Mellino.	9
Societatis officij, 28. Ian. 1604.	Mellino.	227
Societatis officij, 20. Maij, 1602.	Mellino.	91
Vinearum de Maximis, 4. Februarij, 1577.	Rubeo.	48
Vineæ, 31. Ianuarij, 1601.	Mellino.	157
Vineæ de Fabris, 20. Decembr. 1604.	Coccino.	79
Vineæ, 26. Iunij, 1609.	Ludouiſio.	158
Vineæ, & Saluiani Interdicti de Ruſconibus, 17. Ian. 1612.	Sacrato.	268
S		
Senogallienſis prædij, 24. Nouembris, 1586.	Bubalo.	58
Senogallienſis cenſus, 26. Aprilis, 1597.	Penia.	122
Senogallienſis ceſſionis iurium, 9. Maij, 1608.	Caualerio.	205
Senogallienſis prædij, 10. Maij, 1615.	Andrea.	191
Spoletana cenſus, 18. Iun. 1601.	Lancelotto.	112
T		
Tiburtina cenſus, 26. Maij, 1600.	Iuſto.	139
Tiburtina cenſus, 17. Iunij, 1615.	Vbaldo.	279
Tiburtina cenſus, 4. Maij, 1616.	Vbaldo.	280
Tudertina cẽſus, 26. Maij. 1600.	Iuſto.	139
V		
Veliterna cenſus, 20. Iunij, 1616.	Coccino.	300
Veneta cenſus, 10. Decembris, 1610.	Marcomontio.	165
Eadem 14. Martij, 1611.	Marcomontio.	166
Venetiarum cenſus, 22. Martij, 1596.	Arigono.	244
Viterbienſis cẽſus, 27. Iun. 1589.	Platto.	51
Eadem 16. Februarij, 1590.	Platto.	50
Eadem 6. Aprilis, 1596.	Platto.	15
Vormatienſis cenſus, 23. Iunij, 1614.	Vbaldo.	304
Vrbeuetana cenſus, 31. Maij, 1591.	Penia.	10
Vrbeuetana cenſus, 6. Iun. 1594.	Gipſio.	11
Vrbeuetana cenſus, 16. Decembris, 1594.	Blanchetto.	82
Vrbeuetana cenſus, 13. Februarij, 1595.	Gipſio.	12
Vrbeuetana cenſus, 2. Maij, 1595.	Gipſio.	228

F I N I S.

Digitized by Google

Google